

opes et hostium animi Cic. pro Lege Manil. 45. Crescere in multas, *vid.* CRESCO. Cumulantur congestae Claud. in Ruff. 1, 193. Deartuare, *vid.* DEARTVO. Decedit hoc opibus, *vid.* DECEDO. Detrahere alicui Tibul. 2, 1, 73. Dilacerantur tuae Ouid. Epist. 1, 90. *Al.* Dilaniantur. Direptae Claud. Conf. Hon. 6, 130. 5 Dabantur largae Ouid. de Arte Am. 3, 408. Efferre opibus Rempubli- cam Cic. ad Octau. Effodiuntur opes, irritamenta malorum Ouid. Met. 1, 140. Emergere ad summas Lucret. 2, 13. Eruiere opes et regnum alicuius Virg. Aen. 2, 4. Euertere Idem ib. 2, 603. Exspectare opes, non opem alicuius Cic. Att. 9, 19. Exposcere 10 paruas Ouid. Met. 11, 201. Facere Idem de Arte Am. 2, 674. Fundatae bene Idem Met. 14, 583. Habere opes Cic. Off. 2, 40 c. 12. Inclinator opes ad, *vid.* INCLINO. Inuentae sanguine Ouid. Amor. 3, 8, 54. Lacerare alicuius Idem Epist. 3, 86. Ostentare Virg. Aen. 4, 75. Patiuntur opes stultitiam Hor. Epist. 1, 19 (18) 29. 15 Perdere suas Ouid. Amor. 1, 2, 50. Pollens opibus Lucret. 1, 61. Possidere Ouid. Amor. 3, 8, 54. Potens opibus Idem Fast. 4, 253. Proculcat contemtas Claud. de Bell. Get. 607. Quaerere male Ouid. Epist. 15, 66. Quaerere priuatas Hor. Epist. 1, 3, 16. Quaerere 20 miseris corpore Ouid. Amor. 1, 10, 22. *De meretricibus.* Rapiuntur opes a victis Lucan. 7, 746. Recondere Ouid. de Arte Am. 1, 628. Regere Idem Met. 14, 773. Martial. 1, 4 *isa describit Delatores:* Turba grauis paci, placidaeque inimica quieti, Quae semper 25 miseris Sollicitabat opes, *i.* Diuites, ob id ipsum miseros, quod propter diuitias obnoxii Delatoribus essent. Tueri opes Ouid. Epist. 16, 32. ¶ 3 Potentiam, et facultatem rerum gerendarum, ipsumque adeo auxilium significat. Horat. Carm. 3, 3, 28 Nec Priami domus Periura pugnaces Achiuos Hectoreis opibus refringit. Et Epist. 1, 10, 34 Equus — minor in certamine — Implorauit opes hominis. Nepos 11, 3, 2 Eurydice ad Iphicratem confugit, eiusque opibus defensa est. 30 Idem 20, 2, 2 Vtrorumque Dionysiorum opibus Corinthii saepe adiuti fuerant. Cic. de Diuin. 2, 4 c. 2 His praefertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est (iuuentus) vt omnium opibus refrenanda ac coercenda sit. Idem Off. 1, 25 c. 8 Expetuntur autem diuitiae cum ad vsus vitae necessarios, tum ad perfruendas voluptates. 35 In quibus autem maior est animus, in iis pecuniae cupiditas spectat ad opes, et ad gratificandi facultatem. Virg. Aen. 12, 427 Non haec humanis opibus, non arte magistra Eueniunt. *i.* Auxiliis et viribus. Cic. Q. Frat. 1, 1, 2 Nunc quoniam ita accidit, vt neque Praetores suis opibus, neque nos nostro studio quidquam proficere possimus, etc. 40 Infirmas et tenues ad gratiam referendam sunt saepe singulorum opes Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 5. Omnibus opibus Plaut. Stich. 1, 1, 4. Summis opibus atque industriis Plaut. Most. 2, 1, 1. *i.* Maximo conatu. Add. Merc. 1, 2, 1. Nulla vnquam tam exigua manus tantas opes prostrauit Nepos 1, 5, 5. Ducem fortem et prudentem re- 45 giis opibus praefuturum ac secum dimicaturum videbant Idem 9, 4, 3. Tenuis opes, nullae facultates, exiguae amicorum copiae Cic. pro Quint. 2. Allicere opes, *vid.* ALLICIO. Circumueniri et vgeri potentis alicuius opibus Cic. Off. 2, 51. Confirmare opibus et copiis potestatem quandam Idem de Lege Agrar. 2, 49 c. 13. Euertere 50 aliquid vi summa opum Virg. Aen. 9, 532. Euertere opes alicuius Cic. de Lege Agrar. 2, 49 c. 13. Exspectare alterius opes, miserimum est Idem pro Quint. 49. Fractae Virg. Aen. 3, 53. Iuuare aliquem opibus Virg. Aen. 1, 575. Munire aliquem firmissimis opibus contra scelus inimicorum Cic. de Prouinc. Consul. 41. Niti 55 summa opum vi Enn. apud Matrob. Saturn. 6, 1. Nixum firmioribus opibus auxilium Cic. anteq. iret in exil. 5. Obsidere opibus Italiã Idem de Lege Agrar. 2, 74. Pugnandum non est contra tantas opes Idem Fam. 1, 9. Repugnare alicui viribus atque opibus omnibus Cic. Tusc. 3, 25. Septus hominum opibus et munitus Id. 60 de Finib. 1, 51. Troianas vt opes et regnum eruerint Danaï Virg. Aen. 2, 4. *vid. ibid.* 603 pro imperio, diuisione. Margine caeli clausit opes Claud. Conf. Hon. 4, 42. de Theodosii M. imperio. ¶ 4 Locus quidam in foro Traiani, in quo erant arcae positae, si fides Scho- 65 liaetae Iuuenal. 10, 23.

OPĪFER, ēra, ērum. Adi. [ὀψιφέρων, ὀψιφερά] Opem ferens. Plin. 11, 37 f. 65 Metellum Pontificem linguae adeo inexplanatae fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus credatur, quum meditatur in dedicanda aede Opiferae dicere. *Sed Hard.* Opis vere *i.* exploratae. Non negat interim esse hoc Dearum Epitheton Dianae v. g. Nemorensis apud 70 Grut. p. 41. Fortunae *ibid.* p. 75. Ouid. Met. 1, 521 Inuentum medicina meum est, opiferque per orbem Dicor. Apollo loquitur. Deus opifer, Aesculapius Ouid. Met. 15, 653.

OPVLENS, entis. Adi. Opibus abundans, quem consueuit Opulentum dicunt. Sallust. Iugurth. c. 69 Ciuitas magna et opulens. Apul. 75 Met. 10 p. 248 Matrona quaedam pollens et opulens. Nepos 12, 3, 3 Opulentium fortuna. Conf. Plaut. Cure. 2, 3, 5. et Auson. Eidyll. 2, 7 et Prof. Burdig. 19, 5 Ambros. Orat. de obitu fratris.

OPVLENTVS, a, um. Adi. [πλούσιος] Diues, et opibus abundans. Cic. de Amicit. 46 Vt mulierculae magis amicitiarum praesidia 80 quaerant quam viri, et inopes quam opulenti, etc. Facinus audax incipit, qui cum opulento pauper coepit rem habere aut negotium Plaut. Aul. 3, 4, 2. Opulentus, ab ope, cui eae opimae Varr. de L. L. 4, 17. Opulenti (inquit Festus) dicuntur, Rebus terrestribus copiosi. Cic. Off. 2, 70 Videndumque illud est, quod si opulentum 85 fortunatumque defenderis, in vno illo, aut forte in liberis eius manet gratia. Agro virisque opulentior Sallust. Iugurth. c. 16. Atro opulentus Plaut. Epid. 2, 2, 115. Thesauris Arabum opulentior Hor. Carm. 3, 24 pr. Ciuitas opulentissima Cic. de Nat. Deor. 3, 81 c. 33. Copia Hor. Carm. 1, 17, 16. Mens opulentior auro Lucan. 90 ad Pison. 96. Opsonium opulentum Plaut. Bacch. 1, 1, 65. Populi in terris opulentissimi Liu. 23, 33. Conf. 1, 7. Prouincia pecuniae opulenta Tacit. Hist. 2, 6, 6. Regia Catul. Argon. 59 (65) 43. Templum donis Virg. Aen. 1, 451. Vrbs opulentissima Catul. 23. Rex Asiae opulentissimus Croesus Cic. de Diuin. 2, 125 c. 56. Sarda- 95 napalus rex Syriae opulentissimus Idem Tusc. 5, 101.

OPVLENTIA, ae. f. [πλῆθος] Conditio, hominis opulenti, diuitiae. Plin. 17, 1 Tam recens est opulentia. Sic Sallust. in Cic. 4, c. 2 Cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine et miseris ciuium paraueris? Opulentia libidinum incitatrix Lactant. de 100 Ira c. vlt. Diuitis Croesi opulentia Ouid. ex Ponto 4, 3, 37. Longa opulentia clarus Tacit. Ann. 14, 31. Spectata Idem Hist. 2, 4. Inuidia ex opulentia orta est Sall. Cat. c. 6. Decet opulentia nobis Virg. Aen. 7, 262. Fretus opulentia Nepos 5, 2, 5. Plur. Antequam illa meis opulentiis fiat grauior, apud Plaut. Bacch. 3, 4, 22. 105

OPULENTITAS, ātis. f. *Idem.* [πλουτέτης] Plaut. Mil. 4, 4, 35 Quasi que eius opulentitatem reuerentis. Caccil. Plocio, Opulentitate nostra sibi iniuriam faciam. Nonius 2, 598.

OPULENTE. Adu. Apul. Apol. 2 p. 333 Grandis domus opulente ornata.

OPULENTER. Adu. [πλουσίως] *Cum opulencia.* Sallust. Iugurth. c. 85 Neque milites arcte colam, me opulenter. Iustin. 3, 3, 5 Epulari opulenti. Liu. 1, 35 Ludos opulenti. instructiusque quam priores reges, fecit.

OPULENTO, āre. [πλουτίζω] *Opulentum facere.* Columel. 8, 1 Quum et auium stercore macerrimis vineis, et omni furculo atque arvo medeantur, et eisdem familiarem focum mensamque pretiosis dapibus opulentent. Opulentare herum baccis oliuae Hor. Epist. 1, 17 pr. Add. Sidon. Ep. 9, 13 in sub. Anacreonteo.

OPULESCO, ēre. *Opulentum fieri.* Furius Antias apud Gellium 18, 11 Quo magis in patriis possint opulescere campis. Vid. Non. 2, 615.

OPSIANVS Lapis. Arrian. [καθ' ἣς ἐν βιάδι κερχρωμένος εὐρίσκαται δ' ὀψιανὸς λίθος.] *Huius fit mentio in Pandectis: et quanquam a plebisque ut mendosum musetur, optima tamen est lectio Florentina, cum*

OPSONIVM, vel OBSONIVM (quod apud Terentium probat Bentleius) i. n. [ὄψων, ὄψωνιον] *dicitur. Quidquid ultra panem et vinum in cibo adicitur.* Plaut. Aul. 2 arg. Dat coquos cum opsonio.

Plin. 18, 11 Panis ipsius varia genera prosequi superuacuum videtur: alias ab opsoniis appellati, ut ostrearii. Opulentum opsonium, vid. Opulentus, in OPS.

Rancidula fiunt opsonia Iuuen. Sat. 11, 135. Captare Hor. Serm. 2, 7, 106. Omnia conductis coemens opsonia numis, i. fenore acceptis Hor. Serm. 1, 2, 9. Austri coquunt opsonia, h. e. Corruptunt et putrefaciunt Idem ib. 2, 2, 41.

Opsonium, videtur Terentius more Astico de Piscibus intellexisse, quum dixit, Adelph. 2, 4, 22 Conuertam me domum cum opsonio. Nam ab Atticis ὄψων sic usurpatur: atque infra Syrus hoc explicans, ait se natum pisces ex sententia. Turneb. Apul. Apol. p. 292 Opsonium piscium. Add. Id. p. 300. Aufon. Mosella v. 127. Nep. 2, 10, 3.

OPSONO, vel OBSONO, āre, et OPSONOR, āri. Deponens. [ὄψωνω, ὄψωνομαι] *Emerere seu praeparare res necessarias ad opsonandum (hoc est aliquid cum pane comedendum) seu conuiuandum.* Ter. Adelph. 5, 9, 7 Et quidem porro haec, opsonare, cum fide scortum adducere. Idem Andr. 2, 6, 20 Vix inquit drachmis opsonatus est

decem. Conf. Plaut. Aul. 2, 4, 1 et 16. et Men. 1, 3, 26. Apul. Met. 1 p. 113, 25 Aedilis, Si quid opsonare cupis, inquit, utique commodabilis. Opsonare, *Facere sumtum pro opsonio comparando.* Plaut. Bacch. 1, 1, 63 Tu facito opulentum opsonium: ego opsonabo. Nimum opsonauit, vid. NIMIS.

Opsonare opsonium Plaut. Stich. 3, 1, 36. Opsonare prandium Idem Poen. 5, 5, 16. Bene opsonavi Idem Men. 2, 2, 1. Cic. Tusc. 5, 97 c. 34 Socratem ferunt, quum vsque ad vesperum contentius ambularet, quaesitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse se, quo melius coenaret, opsonare ambulando famem. Opsonatum mittere Plaut. Caf. 2, 8, 5.

OPSONITO, āre. Frequent. [ὄψωνομαι] *Saepe opsonare.* Naeuius, Multi mecum eo die opsonitauerunt. Postea centenis opsonitauere Cato apud Fest.

OPSONATVS, ūs. m. [ὄψωνος] Plaut. Truc. 4, 2, 27 Dedit equidem hodie quinque argenti deferri minas, praeterea vnam in opsonatum.

OPSONATOR, ōris. m. [ὄψωνος] *Qui emit opsonia, et coquo ad coquendum tradit.* Plaut. Mil. 3, 1, 73 Vel primum parasitum, atque opsonatorem optimum. Baysius, *Qui opsoniis comparandis praerant, dicebatur opsonator: ut est apud Marcellum in l. Legatis seruis*

D. de legatis tertio. Graeci illum ἀγοράτην vocant, auctore Athenaeo. Quin et opsonator Graecum vocabulum videri potest, quasi ὄψων ἀγοράτης, id est opsonii emtor, qui et ὄψωνος dicitur. De opsonatore est epigramma Martialis 14, 217 Dic quotus es (i. cum quot conuiuis coenare velis) quanti cupias coenare? nec vnum Addideris verbum: coena parata tibi

est. Est ergo opsonator, qui accepta pecunia coenam instruit. Opsonatoribus Dominici palatus subtilis notitia est Senec. Epist. 47.

## O P T

OPTICA, ae. vel OPTICE, es. f. [ὀπτική] *Scientia lucis et tenebrarum, de qua vid. Voss. de Scient. Math. p. 98. Utuntur Vitruu. 1, 1. et Gell. 16, 18.*

OPTIMAS, OPTIME, OPTIMVS, vid. BONVS.

OPTIO, vid. OPTO.

OPTO, āre. [ἐπιχομαι] *Cupere, desiderare, a Deo sibi expetere.* Ter. Heaut. 4, 5, 8 Optabit rursum, ut abeat ab se filius. Cic. Fam. 4, 1 Itaque mihi venire in mentem nil potest non modo quid sperem, sed vix iam quid audeam optare. Nihil est mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optarit, cogitauerit, effecerit Cic. pro Cluent. 188.

Fortunam aliquam optare et expetere Idem in Pison: 32 c. 14. Fructum otii cupere et optare Idem de Orat. 1, 2. Furorem et insaniam quibusdam Id. in Pison. 46. Mortem miserrimus opto Virg. Aen. 2, 655. Ouid. Met. 10, 622 Tibi nubere nulla Nolet, et optari potes a sapiente puella. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus Hor. Epist. 1, 14, 43. Prouerbia conuenit in eos, qui muneris functionem, et conditionem sibi accommodatam fastidiunt: alienam, et ad quam inepti sunt, expetunt. Cic. Att. 5, 15 Clitellae boui sunt impositae, plane non est nostrum onus; sed feremus; modo, si me amas, sim annuus. Lambinus. Cic. de Fa-

to c. 20 Optare hoc quidem est, non disputare i. gratis sumere, quae nemo concedat, quasi tu optes tibi praemissas, e quibus aliquid efficias non sumas ea, quae conceduntur. Optare, Precibus postulare. Ter. Eun. 5, 9, 27 Quoduis donum et praemium a me optato: id optatum feres. Vid. Donat. ad h. l. Virg. Aen. 7, 275 Et reor, et si quid

veri mens aurgurat, opto. A diis immortalibus optare, ut aliquid fiat Cic. in Catil. 2, 15. De aliquo aliquid expetere, optare, et deprecari Idem in Pison. 46. Sapientius optare Ouid. Met. 2, 102. Stulte optare aliquid Idem Trist. 1, 1, 80. Memorabilis est Inscriptio sepulchri quam laudat Brouckh. ad Propert. 4, 5, 76 Quod quisque vestrum optauerit mihi, illi semper eueniat viuo et mortuo. Optas-

sis, pro optaueris: vid. Plaut. Mil. 3, 1, 74. 2 Optare, proprie est Eligere vnum e duobus, ut ait Donatus. Ter. Andr. 4, 6, 2 Quae se inhoneste optavit parare hic diuitias potius, quam in patria honeste pauper viuere: i. maluit. Sed et generatim eligere significat.

Virg. Aen. 1, 429 Optauitque locum tectis. Vid. Scalig. Pier. 4, 16. Conf.



*Conf. Virg. Aen. 3, 109 et ibi Cerda.* Plerique Austros optant ad  
 saionem Plin. 17, 22 l. 35. Sermo ipse, qui facile iudicem doceat,  
 optandus Quinctil. 12, 10, 56. Quum patronum me prouinciales  
 optassent contra Marium Priscum Plin. Epist. 10, 20. Adeo is cu-  
 plebatur, vt virgo nobilis, spretis iunioribus ac ditioribus procis, 5  
 vltro eum sibi optauerit Apul. in Florid. de Cratete, vid. Buchner.  
 ad Plig. l. c. n. 623.

**OPTANS**, antis. Partic. [*ὄψωνος*] Cic. de Orat. 1, 96 Inspe-  
 ranti mihi, sed valde optanti cecidit, vt in istum sermonem delabe-  
 remini Virg. Aen. 9, 6. Afferre auxilium optantibus Idem ib. 8, 10  
 200. Add. Cic. de Orat. 1 c. 1.

**OPTANDVS**, a, um. Part. [*ὄψωνος*] Fortuna optanda et ex-  
 petenda Cic. in Pison. 32 c. 14. Fuit optandum Ib. c. 20.

**OPTATVS**, a, um. Part. [*ὄψωνος*] Plaut. Aul. 3, 1, 1 Optati ciues,  
 populares, incolae, accolae, aduenae omnes, date viam. Optati hic 15  
 sunt Vocati et implorati. Turnebus. [*ὄψωνος*] Cic. Fam. 1, 5 Tam-  
 et si mihi nihil fuit optatius, quam vt primum abs te ipso, deinde a  
 caeteris omnibus, quam gratissimus erga te esse cognoscerer. Are-  
 na optata potuntur Troës Virg. Aen. 1, 176. Aurae optatae crebre-  
 scunt Idem ib. 3, 530. Dies optata parentibus instat Ouid. Epist. 21 20  
 43. Epulae Hor. Carm. 4, 8, 30. Mi optime ac optatissime frater,  
 vale Cic. Q. Frat. 2, 7. Honor Virg. Aen. 5, 201. Hostia  
 i. opima. Fest. Luce frui Virg. Aen. 4, 619. Metam optatam  
 cursu contingere Hor. de Arte Poët. 412. Cic. Philipp. 14, 16 Post  
 hanc habitam concionem duabus tribusue horis optatissimi Nuntii et 25  
 literae venerunt. Add. Id. Fam. 2, 19 pr. Rumores grati et optati  
 afferuntur de fratre meo Cic. Fam. 16, 21. Tempus optatum Catul.  
 Argon, 62, 22. Compar. Mihi quaestor Optatior obtingere nemo  
 potuit Cic. Fam. 2, 19. Mihi nihil fuit optatius Idem Att. 9, 15.  
 Idem de Finib. 4, 44 Quid mihi potest esse optatius, quam cum Cato 30  
 ne omnium virtutum auctore, de virtutibus disputare? Superlat.  
 Cic. pro Rosc. Amer. 43 Nonne optatissimum sibi putant esse, filios  
 suos rei familiari maxime seruire? Et quae mihi essent optatissima  
 et pulcherrima Idem pro Domo c. 28.

**OPTATVM**, i. n. Subst. Cic. in Pison. 46 c. 20 Illud etiam ac- 35  
 cidit praeter optatum meum, sed valde ex voluntate. Furiosorum  
 optata Idem de Lege Agrar. 1, 1. Abominanda optata, vid. ABO-  
 MINOR. Accidere praeter optatum, vid. ACCIDO. Eueniunt  
 Ouid. Met. 6, 370. Ter. Heaut. 3, 3, 50 Pro Menedemo nunc tibi  
 respondeo, non emo. quid ais? s. optata loquere. Vbi interpre. 40  
 Ita loquitur ille, qui cum alio loquitur: et cui is aduerfatur in con-  
 silio in re peragenda. Respondet optatis meis fortuna Cic. Fam. 2, 1.  
 In optatis est complecti hominem Idem ib. 2, 12 (13). Diu tibi omnes  
 oro, omnia optata semper offerant Ter. Adelph. 5, 9, 21.

**OPTATO**. Aduerbii vicem obtinet, [*ὄψωνος*] quasi Cum deside- 45  
 rio. Ter. Andr. 3, 3 pr. Optato aduenis. Quasi dicat, Gratus et desi-  
 deratus. Cic. Att. 13, 28 extr. Nisi quid te aliud impediēt, mihi  
 optato veneris.

**OPTATIO**, ōnis. f. [*ὄψωνος*] Cic. Off. 3, 94 c. 25 Cui quum  
 tres optationes Neptunus dedisset, oprauit interitum Hippolyti filii, 50  
 i. Optiones. Nec desunt, qui Optiones legant. Idem de Orat. 3, 205  
 c. 53 Optatio atque Exsecratio inter figurat.

**OPTABILIS**, e. Adi. [*ὄψωνος, ἐπιχρηστικός*] Quod optari debeat. Cic.  
 de Finib. 1, 53 Itaque ne iustitiam quidem recte quis dixerit per se  
 ipsam optabilem, sed quia iucunditatis vel plurimum afferat. Ibid. 55  
 2, 88 Voluptatem non optabiliorem diuturnitate facit? Pax optabi-  
 lis Cic. Philipp. 7, 7. Idem de Orat. 1, 221 c. 51 Quae vulgo expe-  
 tenda atque optabilia videntur, dicendo amplificat atque ornat. Id.  
 Fam. 5, 12 Quae etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in le-  
 gendo tamen erunt iucundae. Solamen Sil. 13, 236. Tempus 60  
 Ouid. Met. 9, 758. Comparat. Vita optabilior Cic. fin. 4 c. 23.  
 Vox generosior quam optabilior Val. Max. 6, 4 ext. 4.

**OPTABILITER**. Adu. [*ὄψωνος*] Cic. Tusc. 1, 96 c. 40 Pro  
 diu immortales, quam optabiliter iter illud iucundum esse debet, quo  
 confecto, nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit! Sed post Vi- 65  
 Horium et Lambinum e MSS. Optabiliter omittitur. Compar. Val.  
 Max. 5, 1 ext. Vt optabilis in patria, ita speciosus pro patria, etc.

**OPTATIVVS**, a, um. Adi. Modus optatius Ibid. 1, 8. Mart.  
 Capell. 3 p. 83 et Grammat. passim.

**OPTIO**, ōnis. f. Electio. [*αἰσθησις*] Plaut. Casin. 2, 4, 13 Optio 70  
 haec tua est, vtram harum vis conditionem, accipe. Deferre  
 optionem Cic. Att. 4, 7. Idem Verr. Diuinat. 45 Quoties ille tibi  
 potestatem optionemque facturus sit, vt eligas vtrum velis factum esse,  
 necne. Quinctil. 5. Si mihi optio Detur, vtrum malim, etc. Cic.  
 pro Caec. c. 23. Idem de Clar. Orat. 189 Quando autem dubium 75  
 fuisset apud patres nostros eligendi cui patroni daretur optio, quin aut  
 Antonium optaret aut Crassum? Idem de Finib. 1, 33 c. 10 Nam li-  
 bero tempore quum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil im-  
 pedit, quo minus id, quod maxime placeat, facere possimus. Cic. de  
 Finib. 5, 88 Ille Metelli vitam negat beatiorem quam Reguli, praepo- 80  
 nendam tamen, nec magis expetendam, sed magis sumendam: et si  
 optio esset, eligendam Metelli, Reguli reiiciendam. Idem de Fato  
 3 c. 2 Hodie vtro frui malis, optio sit tua. ¶ 2 Optio,  
 m. Festus Pauli, Optio in re militari appellatur is, quem Decurio aut  
 Centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum, quo facilius obeat 85  
 publica officia. Idem Festus, Optio qui nunc dicitur, antea appel-  
 labatur Accensus. Is adiutor dabatur Centurioni a Tribuno militum:  
 qui ex eo tempore, quo cooptare quem velint, Centurionibus permissum  
 est, Nomen ex factio sortitus est. Plaut. Afin. 1, 1, 88 Tibi optionem sumi-  
 to Leonidam. Fabricare quiduis, quiduis comminiscere. Perficito argen- 90  
 tum hodie, vt habeat filius, amicae quod det. Optionem pro Adiutore et  
 vicario quasque collega adoptato posuit. Vid. Budaeus in Annotat. posterior.  
 et Turneb. Aduers. 4, 7. Par. Lex. Cr. p. 863. Stewech. ad Veget. 2, 7.  
 Sigon. de ant. Iur. Prouinc. p. 130. Cuiac. Obs. 6, 33. Langlaeus Otiū  
 Semest. p. 312. ¶ 3 Optiones, de quibus agitur l. 1 et 24 95  
 C. Theod. de erogat. militaris annonae et l. vlt. de iure fisci erant, qui  
 annonam militarem a susceptoribus flagitabant. Confunduntur interdum cum  
 Opinatoribus de quibus l. 1. Optio in veteri militia quis fuerit, do-  
 cet Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 21 Primi singularum decuriarum decur-  
 riones dicti. — Quos hi primo administratos ipsi sibi adoptabant, 100  
 Optiones vocari coepti: quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt.  
 Optio Fabricae, apud Iurisconsultos esse videtur, qui Imperatoriae fabricae, a  
 qua Fabricenses vocantur, aut fabricis legionum scutariis et toricariis custos  
 praefest, vt et custos carceris a Prudentio manceps carceris et a D. Ambrosio  
 Optio carceris appellatur: Sic enim scribit, Neque Paullus et Silas tempus 105

distulerunt, quo optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. *Turneb. Aduers.* 11, 13. *Conf. Lips. ad Tac. Ann.* 1 p. 12. Optio signiferorum: *Antiq. Inscr. Grut.* 804 DEAE NEMESI AVRELIUS OPTIO SIGN. LEG. XIII. GEM. etc. *Conf. Idem* p. 445. n. 10. et p. 558. n. 7. *Item Lips. de Mil. Rom.* 2 *Dial.* 7. Optio carceris, in *Antiq. Inscr. est Cui damnatorum cura committitur: vid. Scallig. ad Manil.* 5 p. 462 et *Reines. Inscr. Antiq.* p. 12. Itaque l. 6 D. de bonis damnator. cum *Commentariensibus iunguntur*. Optiones. Optio tabellariorum, Stationis marmorum, dicitur in veteri lapide: *vid. Guther. de Off. Dom. Aug.* 3, 19.

OPTIONATUS, ūs. m. *Officium optionis militaris. Vid. Fest. ubi et Cato, Parare bonis atque strenuis optionatus.*

OPTIVVS, a, um. *Adi. [ἀπομυρδς] i. Quod ipse optauerit, atque elegerit. Cognomen optium Hor. Epist.* 2, 2, 101.

## O P V

OPVLENTVS, *vid. Opes in OPS.*

OPVLESCO, *vid. in OPS.*

OPVLVS, i. f. *Arbor, cui vitis applicare, ut vlmō, solebant. Vid. Columel.* 5, 6. *Add. Colum. de Arb.* c. 16. et ipse *Varr. R. R.* 1, 8.

OPVNCVLO, ōnis. vel OPVNCVLA, ae. f. *Auis genus, quod opilionis cantus imitatur. Festus.*

OPVNTIA, ae. *Herba, de qua sic Plin.* 21, 17 *Item circa Opuntem Opuntia est herba, etiam homini dulcis. Mirumque e folio eius radicem fieri, ac sic eam nasci. Nempe Opuntius est Adi. ab*

OPVS, untis. [Ὀνῦς] *Ciuitas in Locris. Ouid. ex Pont.* 1, 3, 73 *Caede puer facta Patroclus Opunta reliquit. Hinc Opuntia illa Megilla Hor. Od.* 1, 27, 10.

OPVS, ēris. n. [ἔργον, ποίησις] *Est finis, fructusque operae, ac laboris. Sed tamen etiam Deo tribuitur, in quem opera et labor non cadunt.*

*Cic. Tusc.* 1, 70 c. 29 *Moderator tanti operis ac muneris, de mundo. Et statim, Sic mentem hominis, quamuis eam non videas, vt Deum non vides; tamen vt Deum agnoscis ex operibus eius, sic ex memo-*

ria rerum — vim diuinam mentis agnoscito. *Ceterum Opus esse effectum operae indicat illud Ter. Heaut.* 1, 1, 21 *Quod in opere faciendo, operae consumis tuae: si sumas in illis exercendis, plus agas. Hic opus rusticum intelligitur. De ingenii effectibus Vell.* 2, 36, 3 *Per-*

fectissimi in forma operis sui *Liuius, Tibullus, Naso nempe in histo-*

ria, et diuerso genere *Poëtos. Ceterum latissime patet haec appellatio, adhibeturque v. g. de rebus factisque maioris momenti, vt de bellicis. Sic bellicis operibus opponuntur ciuiles artes Vell.* 2, 97, 2. *Add. Id.*

2, 95, 1. et 2, 117, 1. *Opus felix euentu, forte conatu Vell.* 2, 112, 2. *Maiori operi praeparare exercitum Idem* 2, 109, 2. *Nihil rerum*

ipsa natura voluit magnum effici cito, praeposuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem *Quinctil.* 10, 3. *Add. Cic. Ac.* 1, 4 c. 1. *De munitonum militarium omni genere. Locum reperit egregie natura et opere munitum Caes. B. G.* 5, 21. *Circumdata operibus Numantia excisaeque Vell.* 2, 4, 2. *Vrbem operibus claudit Nep.* 1, 7, 2. *Add.*

ib. n. 4. *De vrbibus, castellis, etc. Colonia Tarraco, Scipionum opus, sicut Carthago Poenorum Plin.* 3, 3. *Conf. Vell.* 2, 130, 1. *De agricultura. Exercebat opere se, terramque, vt mos fuit priscis, ipse subigebat Sen. Epist.* 86. *Patricium virum licitor in ipso opere*

deprehendit *Flor.* 1, 11, 13 *de L. Qu. Cincinnato. Excellentes in opere boues Plin.* 8, 45. *Concidere infelix validos miratur arator. Inter opus tauros Ouid. Met.* 7, 539. *De filio, Neque enim de Caesaris actis vllum maius opus, quam quod pater exstitit huius Idem ib.*

15, 751. *De illis, qui instituti factique sunt ab altero. Affero te mihi, meum opus Sen. Epist.* 34. *Add. Ped. Albinou. ad Liu.* v. 39. *ex*

epicedio *Maecenatis, Et magnum magni Caesaris illud opus. Opus, pro Labore. Virg. Aen.* 8, 516 *Sub te tolerare magistro Militiam, et graue Martis opus. i. Laborem belli. Opus, Officium: Idem ib.*

10, 469 *Sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. Sic Seruius. ¶ 2. Iam varium vsum Nominis cum aliis videamus. Admonitor operum Lucifer Ouid. Met.* 4, 663. *Adiutor operis Paterc.* 2, 95, 1. *Artis praecipuae opus Ouid. de Arte Am.* 1, 266. *Comites operis Idem Met.* 3, 129. *Contexus operis Tacit. Hist.* 2, 8. *Depopulatio publicorum operum Cic. Verr. Act.* 1, 12. *i. Aedificiorum, statuarum. Dies felices operum Virg. Georg.* 1, 277. *Dux operis Ouid. Fast.* 4, 257. *Immunes operum Idem Met.* 4, 5. *Labor Virg. Georg.* 2, 155. *Mirator Stat. Silu.* 3, 2, 94. *Cic. Off.* 3, 4 *Africanus maiorem laudem meo iudicio assequabatur: nulla tamen eius ingenii monumenta mandata literis, nullum opus Otii, nullum solitudinis munus exstat. Participes Ouid. Met.* 3, 147. *Patiens operum iuuentus Virg. Georg.* 2, 472. *Populator operis nostri Ouid. Met.* 12, 593. *Prudentia maior operum Idem de Arte Am.* 2, 675. *Quies operum Virg. Georg.* 4, 184. *Socius operum Stat. Silu.* 3, 2, 94. *Spiritus operis huius, atque animus est in affectibus Quinctil.* 6, 2. *Structura Lucan.* 6, 64. *Vacuus Hor. Serm.* 2, 2, 119. *Cic. in Topic.* 22 *Non eius Vitio qui demolitus est, damnatum factum est, sed eius operis vitio, quod ita aedificatum est, vt suspendi non possit. Urbis opus Virg. Aen.* 5, 119 *vocatur nauis, in qua tota vrbs occupata fuit, cum aedificaretur. ¶ 3. Epitheta. Acutum opus, Ingeniosum Claud. in Eutrop.* 1, 78. *Admirabile Ouid. Met.* 6, 14. *Albarium opus, vid. h. v. Arctatum opus Paterc.* 2, 86, 1. *Arduum, vid. ARDVVS. Artificiosum et diuinum Cic. de Nat. Deor.* 2, 138. *Bellica opera Paterc.* 2, 97, 2. *Breue Ouid. Epist.* 15, 4. *Censorium opus Suet. Caes. c. 41. Columel.* 12 *praef. extr. i. nota. Clarum Ouid. de Arte Am.* 3, 338 *De Aeneide Virgillii. Caclatum Virg. Ecl.* 3, 37. *Conf. Censorin. c. 2. Consummatum tantum opus Paterc.* 2, 117, 1. *de bello. Coronarium, vid. CORONA. Destinatum Quinctil.* 2, 10. *Dulce Ouid. de Arte Am.* 2, 480. *Durum Lucret.* 5, 1359. *Elaboratum Cic. Verr.* 4, 126. *Elaboratum opus dicendi, vid. DICO, ēre. Elegans Cic. Verr.* 4, 126. *Virg. Aen.* 8, 415 *Mollibus e stratis opera ad Fabrilia surgit. Felix opus euentu, forte conatu Paterc.* 2, 112, 2. *Furtium Ouid. de Arte Am.* 2, 730. *Gratum agricolis Virg. Aen.* 1, 4. *Immensum Lucan.* 1, 68. *Immortalia, vid. IMMORTALIS. Incensis operibus quae statuerat, etc. Nepos* 1, 7, 2. *Infaustum Quinctil.* 6 *prooem. Infecta, vid. INFECTVS. Infinitum Quinctil. Tryphoni* 2. *Inimitabilia Quinct.* 2, 16. *Institutum Idem praef. ad Tryph. Interrupta Virg. Aen.* 4, 88. *Intextum tribus tauris Idem ib.* 10, 785 *de Clypeo. Iuuenile palaestrae Ouid. Met.* 6, 241. *Laboriosum, vid. LABOR, ōris. Laudabile Lucret.* 5, 159. *Lauta, vid. LAVTVS. Longum Hor. de Arte Poët.* 360. *Magnifica et praeclara*

praecleara Cic. de Nat. Deor. 1, 101. Magnum, *vid.* MAGNVS.  
 Magnum et arduum Cic. in Orat. 75. Magnum et difficile Idem  
 Tusc. 3, 84. Magnum quoddam, atque haud sciam, an de humanis  
 operibus longe maximum Cic. de Orat. 2, 72. Menstruum, *vid.* MEN-  
 STRIS. Militare Suet. Aug. c. 18. Minutissima Geometriae Quin- 5  
 ctīl. 1, 12. Mirabile Ouid. Met. 8, 199. Mortale, *vid.* MORTA-  
 LIS, in MORS. Nouitium, *vid.* NOVVS. Nouum Iustinian.  
 l. Constit. 63. *conf. Guther. de Jur. Man. 3, 13. vel Cuiac. Obseru. 1, 16.*  
 Nouum nuntiare Ict. i. *interpellare, prohibere. Vid. tit. D. de noui*  
*op. nuntiat. (39, 1.)* Quinctīl. 5, 10. Vulgoque paulo Numerosius 10  
 opus dicitur argumentosum. *de multiplici argumenti significatione.*  
*Vide interpretationem in ARGUMENTOSVS.* Obscenum Ouid. Amor.  
 3, 14, 28. Perfectum, elegans et elaboratum Cic. Verr. 6, 4, 126.  
 Pistorium, *vid.* PINSO. Plenum periculosaē aleae Hor. Carm. 2,  
 1, 6. Praeclarum opus est, docere, instituere adolescentes, et ad 15  
 omne munus officii instruere Cic. de Senect. 29. Principalia opera  
 Paterc. 2, 124, 3. Publica opera Suet. Tiber. c. 30. Idem Aug.  
 c. 37. *conf. ad b. l. Casaub. omnino Lex. Pitisc.* Recisum, *vid.* R E-  
 CĪDO. Rigens a summis ad ima Quinctīl. 2, 13. Rusticum Ter.  
 Heaut. 1, 1, 87. Sculptile Ouid. ex Pont. 4, 9, 28. Sollemne, et 20  
 vtile famae Hor. Epist. 1, 19, 49. Spectabile Valer. Argon. 1, 428.  
 Plin. 15, 30 Accedit in Topiario opere laurus, quae taxa dicitur, *vid.*  
 TOPIARIVM. Triste Valer. Argon. 2, 396. Tumultuarium  
 Quinctīl. 7, 4. Vetustum Ouid. Fast. 3, 391. ¶ 4 For-  
 mulae Verborum: Accelerare opus, Accessit operi extrema manus, 25  
 Accingere operi, Addicere opus, *vid. ff. ll.* Adest opus Plaut.  
 Amph. 1, 1, 15. Aggredi, *vid.* AGGREDIOR. Anni omni opere  
 Plin. 7, 53. Appareat fac opus Cic. Fam. 16, 18. Approbare,  
 Approperare, *vid. hb. vv.* Augere opus per scelus Ouid. Fast. 2, 630.  
 al. Opes. Cantat inter opus, *vid.* INTER. Carpere aliquod 30  
 Ouid. Met. 6, 130. Conamur multorum dierum opus et magnum  
 propter altitudinem maris Cic. Att. 9, 14. Construere Claud. de  
 Rapt. Proserp. 1, 239. Considerari vult suum quisque opus a vulgo  
 Cic. Off. 1, 147. Continuare aliquod opus diem et noctem, *vid.*  
 CONTINVO. Currere certatim ad opus; *vid.* CERTATIM, in 35  
 CERTO. Deponere neglectum, al. Seponere Claud. in praef. de  
 Rapt. Proserp. 2, 2. Differre Ouid. de Arte Am. 1, 409. Efficere  
 Quinctīl. 2, 17. Euertere Idem 2, 17. Exigere opus, *Perficere*  
 Ouid. Met. 14, 268. Exigere auarius opus, *vid.* AVARVS. Ex-  
 ornare sepulcrum tectorio opere Cic. de Legib. 2, 65. Explere ali- 40  
 cuius Ouid. Met. 3, 649. Exstruere opera Paterc. 2, 130, 1. Suet.  
 Tiber. c. 30. Exstruere molem opere magnifico Cic. Philipp. 14, 33.  
 Facere opus Ter. Eun. 2, 1, 14. *de agricultura.* Facere, Fieri, *de*  
*struendis muris, etc. Nep. 2, 6, 5. et 2, 7, 2.* Factum nihil est opere  
 aut manu, quod aliquando non conficiat et consumat vetustas Cic. pro 45  
 Marcell. 11. In opere faciundo, *vid.* IN Praepos. Feruet opus  
 Virg. Georg. 4, 169. Fusum late opus est, et multiplex, et prope  
 quotidie nouum, et de quo nunquam erunt dicta omnia Quinctīl. 2, 13.  
 Habere magnum opus in manibus Cic. Acad. 1, 4 c. 1. Impedire  
 opus alicui Ouid. Met. 8, 200. Inchoare Stat. Theb. 6, 668. In- 50  
 stare operi Virg. Aen. 1, 508. Instituere, Intermittere, *vid. hb. vv.*  
 Lactari suis praeclaris operibus Cic. Fam. 1, 7. Liberare opere,  
 Limare aliquod politius, Locatur opus, *vid. hb. vv.* Mansurum  
 superstes post mea fata Ouid. Amor. 3, 15, 20. Moliri opera, *vid.*  
 MOLIOR. Mouere opus Virg. Aen. 7, 45. Nauare et efficere 55  
 opus *πολιτικόν, vid. NAVO.* Negare mercedem operis Ouid. Met.  
 11, 214. Obire rusticum, *vid.* OBEO. Patrare opera, *vid.* PA-  
 TRO. Pendent opera interrupta Virg. Aen. 4, 88. Peragere  
 Ouid. de Arte Am. 2, 480. Procedit Quinctīl. 4 prooem. Referre  
 in apertum aliquod opus Cic. in Parad. 1. Reficere Suet. Tib. c. 30. 60  
 Reliquit opus inceptum dextra Ouid. de Arte Am. 2, 78. Repetere,  
 et omittere Hor. Epist. 1, 6, 48. Repetemus propositum Ouid. Met.  
 3, 151. Sepire operibus et munitionibus urbem aliquam Cic. Philipp.  
 13, 20. Sistere Ouid. Epist. 17, 264. Soluti operum famuli Hor.  
 Carm. 3, 17, 16. Subuertere moles operum Ouid. Fast. 6, 645. 65  
 Tendere opus ultra legem Hor. Serm. 2, 1, 2. Tractare commode  
 opus Quinctīl. 1, 9. Cic. de Clar. Orat. 82 Is princeps ex Latinis  
 illa oratorum propria et quasi legitima opera Tractauit. Transmitt-  
 ere operi noctes vigiles, *Totas noctes inuigilare operi, aut insomnes du-*  
*cere noctes propter opus* Stat. Theb. 3, 278. Turbare dispositum 70  
 Claud. Conf. Stil. 6, 225. ¶ 5 Opus, *pro Artificio.* Cic.  
 Verr. 4, 97 In hoc fano loricas, galeasque aeneas, caelatas opere Co-  
 rinthio, hydriasque grandes simili in genere atque eadem arte profes-  
 ctas. Ibidem 46 Opere antiquo et summa arte perfectae. Mira-  
 bili opere perfectum candelabrum Cic. Verr. 4, 64. Pingere operi- 75  
 bus magnificis stragulum Idem Tusc. 5, 61. Mineruae operum haud  
 ignara, i. *Docta artis lanificae* Virg. Aen. 5, 284. ¶ 6  
 Opus est significat vtile est, et aliquanto minus est, quam necesse est.  
 Sen. Epist. 19 Se contentus est sapiens ad beate viuendum, non ad vi-  
 vendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est; ad illud tantum 80  
 animo sano — Chrysippus ait, sapientem nulla re indigere, et tamen  
 multis illi rebus opus esse: contra stulto nulla re opus est, nulla enim  
 re scit vti, sed omnibus eget. Sapienti et manibus et oculis, et mul-  
 tis ad quotidianum vsum necessariis opus est; sed eget nulla re: egere  
 enim necessitatis est: nihil autem necesse sapienti est. Ergo quamuis 85  
 se ipso contentus sit, amicis illi opus est. Hos cupit habere quam plu-  
 rimos, etc. Ergo proprie opus esse nobis dicimus illis rebus, quibus vi-  
 nos posse aut velle sic indicamus. Hinc intelligimus Catoniana illa apud  
 eundem Senecam Ep. 94 Emas, non quod opus est, sed quod necesse est.  
 Quod non opus est, asse carum est. Sic ipse Cic. Fam. 1, 9 Legem 90  
 curiatam Consuli ferre opus esse, necesse non esse. Ter. Phorm. 4,  
 5, 3 Vt cautus est, vbi nihil opus est. Cic. de Finib. 2, 5 Bonum  
 ipsum etiam quid esset fortasse, si opus fuisset, definisses. Auctor ad  
 Heren. 4, 21 Tacito quum opus est, clamas: quum tibi loqui conue-  
 nit, obmutescis. Oportet et opus est hoc fieri Cic. Att. 13, 25. i. ho- 95  
 nestum et vtile est. Obfignant ex tempore, quod opus sit Graeci Id.  
 pro Flacc. 36. Quamdiu ei opus fuerit, vixit Cic. Fam. 4, 5. i. com-  
 modum et e re. Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare Idem  
 Att. 7, 8. Opus est dicere Quinctīl. 8, 3. Cic. de Amicit. 51 c. 14  
 Atque haud scio, anne opus sit quidem, nihil vnquam omnino deesse 100  
 amicis. Ne vtile quidem, atque ideo nec optabile est, nihil deesse amicis.  
 Hoc enim si accideret, non haberent occasionem amici commodandi amicis  
 suis. Constructur cum Nominatiuo: Cic. Fam. 2, 5 Dux nobis et au-  
 ctor opus est, et eorum ventorum, quos proposui moderator quidam,  
 et quasi gubernator. Idem Verr. 1, 126 Multa sibi opus esse, multa 105

canibus suis. Quae amicis suis opus fuerant Nep. 25, 7, 1. Materies opus est, ut crescant postera saecula Lucret. 3, 980. Sic Idem 2, 814 Opus esse colores, in *Nominatio dixit*. Sumtu ne parcas vlla in re, quod ad valetudinem opus fit Cic. Fam. 16, 6. Aliquantum nobis temporis et magni laboris, et multae impensae opus fuerunt, ut, quae Reipub. etc. Plancus ad Cic. Fam. 10, 8. Idem Att. 15, 20 Equidem video, mihi quoque opus esse viaticum: sed id ex praediis, ut cadet, ita soluetur. Quod autem pro Genituo laudatur Quintil. 12, 3, 8 *huc proprie non pertinere, series orationis indicat*, Sed etiam si nosse, quid quisque senserit, volet, lectionis opus est, qua nihil est in studiis minus laboriosum. Sed Lamprid. Alex. 56 *quidam legunt* Longae eloquentiae opus non est. Recentiores edunt longa eloquentia. De Accusatio est exemplum Plauti Trucul. 5, 10 *quem locum totum ponemus, ut eo tota constructionis varietas illustretur*:

15 Puero opus est cibum, opus est matri autem, quae puerum lauit; Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini largiter, Ut dies noctesque potet: opus est igne, opus est carbonibus. Fasciis opus est, puluinis, cunis, incunabulis: Oleum opus est, farina puero opus est, opus est totum diem. Nunquam hoc vno die efficiatur opus, quin opus semper fiet.

— Accipe hoc, qui istuc efficias opus.

Quibuscunque rebus opus esse intelligam, saluti tuae praesto ero Cic. Fam. 4, 14. Verbis quid opus est, ubi rerum testimonia adsint? Pseudo-Cic. in Sallust. 12. Nunc Animis opus, Aenea Virg. Aen.

25 6, 261. Quint. 6, 4, 8 Opus est ingenio veloci ac mobili, Animo praesenti et acri. Auxilio scis opus esse tuo Ouid. ex Pont. 4, 3, 8. Consulto Sall. . . Conuento opus est Plaut. Curc. 2, 3, 23. Expe-

dito nobis homine et parato opus est Cic. Philipp. 11, 25 c. 10. Gell. 17, 2. Exquisito opus est Plaut. Amph. 2, 1, 81. Ter. Andr. 3, 2, 10 Non

30 imperabat coram, quid opus Facto esset puerperae. Idem Heaut. 1, 1, 28. Mihi sic et vsus: tibi, ut opus est facto, face. Liu. 1, 58 Sed Maturato opus est quidquid placuerit. Non opus est, *i. noxium est*. Ut, si quid aliquando, quod non opus esset, ab se esset dictum, posset se negare dixisse Cic. pro Cluent. c. 50 extr. f. 140. Non opus

35 esse castra dilatari Liu. 27, 48. Sed simpliciter negat illud Fascia non est opus Scribon. 214. Parato opus est Ter. Andr. 3, 2, 42. Cic. pro Milon. 50 c. 19 Primum erat nihil cur Properato opus esset. Quaesito Idem in Parad. 6. Viso et cauto opus est Plaut. Capt. 2,

1, 29. Cic. Fam. 3, 3 Praesidio firmiori opus esse ad istam provinciam. Caes. Bell. Gall. 1, 34 Ariouistus respondit, Si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse: si quid ille a se velit, illum ad se venire oportere. Cato c. 13 In torcularium vsui quod

opus fiet. Plaut. Truc. 2, 3, 7 Nunc tibi opus aegram, ut te assumles. Ter. Heaut. 4, 8, 15 Ut quum desponderim, des qui aurum ac

45 vestem atque alia, quae opus sunt. Idem 5, 1, 20. conf. Cic. Fam. 2, 6 supra. Vid. Voss. de Arte Gramm. 7, 8. Nobis exempla per multa opus sunt Cic. de Inuent. 2, 57 c. 19. Opus habeo aliqua re Columel. 9, 1.

¶ 7 Opere magno, maximo, nimio, tanto, *i. conatu, studio*. Vid. supra MAGNOPERE. Opere maximo,

50 pro Maximopere: Ter. Eun. 3, 3, 27 Thais maximo te orabat opere, ut cras redires. Cic. Verr. 4, 132 Deinde hic ornatus, haec opera, haec artificia, signa, tabulae pictae Graecos homines Nimio opere delectant. Opere tanto, pro Tantopere. Plaut. Epid. 5, 2, 56 Quid

istic oratis opere tanto? An etiam Opere simpliciter dicitur? Certe

55 Palmer. apud Plautum Trucul. 2, 7, 27 *legi vult*, Iussit opere orare, ut haec grata haberes tibi.

OPVSCVLVM, *i. n.* Dimin. [*πομπύριον*]. Cic. de Legib: 1, 4 Sed tamen nonnulli Tite faciunt imperite, qui in isto opusculo, non ut a Poeta, sed ut a teste veritatem exigant. Idem Acad. 4, 121 Ut

60 etiam inter deos Myrmecides aliquis minorum opusculorum fabricator fuisse videatur. Lucubratum Cic. in Parad. 1 prooem. conf. Quintil. 2, 1. et Hor. Epist. 1, 4, 3.

## O R A

65 O R A, ae. f. [*πέρας, ὄρατις*] *Extremitas cuiusque rei*. Cic. de Nat. Deor. 2, 101 Restat vltimus, et a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens et coercens caeli complexus: qui idem aether vocatur, extrema ora, et determinatio mundi. Virg. Aen. 9, 528 Et mecum

70 ingentis oras euoluite belli. Ex Ennio, Qui potes ingentis oras euoluere belli. Vbi Seruius, Narrate non tantum initia, sed etiam extrema bellorum. Nam orae sunt extremitates. Quint. 1, 10, 41

Quadratum paribus oris, *i. lateribus*. Orae, [*περάσμων*] Vestimentorum extremae partes, inquit Festus. conf. Ruben. de Re vest. 2, 1.

75 Orae, Poculorum Lucret. 1, 936. Orae, Alueariorum: Virg. Georg. 4, 39 Spiramenta linunt, fucoque et floribus oras Explent, de apibus. Vlcis ora Scribon. 240. Sic Cels. 4, 7, 3 Fistulam excidere licet, futuraque oras coniungere. Et 5, 26, 24 Oras vulneris futurae comprehendant. Add. 7, 28 bis. Orae, Regionum terrarumque fines, et

80 maritimae ipsae regiones. Virg. Aen. 1, 1 Arma virumque cano, Troiae, qui primus ab oris, etc. Quacunque in ora ac parte terrarum Cic. de Nat. Deor. 2 c. 66. Idem Fam. 12, 5 A prima enim

ora Graeciae vsque ad Aegyptum, optimorum ciuium imperiis muniti erimus et copiis. Orarum et litorum amoenitates Cic. de Nat. Deor.

85 2, 100. Terrarum oras destinet mare Lucret. 5, 204. Cic. de Finib. 2, 102 Haec non erant eius, qui innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragrauisset. Plinius, quum Oram dicit, fere semper Regionem littoralem appellat, apud quem velut peculiaris est talis locutio, In ora sunt

90 ciuitates, et Oppida orae proxima. Vrbes, quae in ora sitae sunt Asiae Nepos 7, 5, 6. Illaetabilis Virg. Aen. 3, 707. Inuia Ouid. Met. 14, 790. Latens Hor. Carm. 1, 37, 24. Laxatae Sil. 13, 28. Umbrosae Heliconis Hor. Carm. 1, 12, 5.

¶ 2 Formulae: Accedere oras aliquas vento Virg. Aen. 1, 311. Allabatur antiquis

95 Curetum Idem ibid. 3, 131. Adnaimus vestris Idem ibid. 1, 542. Applicare aliquem immanibus Virg. Aen. 1, 620. Appulit Deus te nostris Idem ibid. 3, 338. Capessere Italas Idem ibid. 5, 703. Legere oram, vid. LEGO, legis. Quot orae sunt partes terrarum, tot habet triumphos Cic. pro Corn. Balb. 9. Orientis orae

100 Hor. Carm. 1, 12, 55. Australis, vid. AVSTER. Breuis ora, Regio non longa Lucret. 4, 179. Gelida Hor. Carm. 1, 26, 4. Habitabiles Idem ibid. 4, 14, 5. Adesse externis ab oris Virg. Aen. 7, 270. Allabi oris Euboicis Idem ibid. 6, 2. Disiungimur longis

Valer. Argon. 2, 562. Disiungimur Italis longe Virg. Aen. 1, 256.

105 Dominari cunctis Idem ibid. 3, 97. Extendere nomen in vltimas Hor.

- Hor. Carm. 3, 3, 46. Venire ab oris aliquibus Virg. Aen. 2, 282.
- Ora, [ὄρα] pro Climate, vel segmento caeli: Cic. Tuscul. 1, 68
- Tum globum terrae eminentem e mari, fixum in medio mundi vni-  
uersi loco, duabus oris distantibus, habitabilem et cultum. Aethe-  
riae Lucret. 5, 86. Idem 1, 23 Inde enascitur, atque oras in lumi-  
nis exit. Superis concessit ab oris, Mortuus est Virg. Aen. 2, 91.
- ¶ 3 Ora significat Nauticum funem, quo navis ad terram ligatur. Liu.  
22, 19 Vixdum omnes conscenderant, quum alii resolutis oris in anco-  
ram euehuntur. Alii, ne quid teneat, ancoralia incidunt. Et 28,  
36 In ipsis quoque trepidatum nauibus est, dum, ne hostes cum suis  
simul irrumperent, trahunt scalas, orasque et ancoras, ne in moliendo  
mora esset, praecidunt. Quinctil. Epist. ad Tryph. 3 Permittamus  
vela ventis, et oram soluentibus bene preceimur. Rursus 4, 2, 41 In  
portum veni, nauim prospexi, quanti veheret interrogavi, de pretio  
conueni, conscendi, sublatae sunt ancorae, soluimus oram, prouecti  
sumus.
- ¶ 4 Ora, pro Initio rei vsus est Caecilius (inquit  
Festus) quum ait, Oram reperire nullam, quam expediam, queo.
- ORARIVM, i. n. Linteum ori tergendum paratum. Prudent.  
sept. sep. 1, 86 Hic sui dat pignus oris, vt ferunt, orarium. Vid. com-  
plices de hoc verbo auctores in Lex. Pitisci.
- ORARIVS, a, um. Adi. Orariae naues. Plin. Epist. 10, 26  
Nunc destino partim nauibus orariis, partim vehiculis prouinciam pe-  
tere. Sunt autem Orariae naues, Actuariae et paruae, quibus secun-  
dum oram nauigatur. Nam maioribus pelagus tentatur: neque enim  
paruo nauigio quisquam se magno committere mari audet, sed litus legit. 25  
Proinde Cic. Att. 16, 6 scribit, Cogitaremus corbitane Patras, an actua-  
riolis ad Leucopetram Tarentinorum. Nam si traiciendum fuisset  
mare, corbita atque oneraria, id est magna nauis fuisset opus. Haec Tur-  
nebus. Oraria, nauicula modica piscatoria Fulgent. in Gloss. Vid.  
Buchner. ad Plin. Ep. l. c. n. 639.
- ORATIM. Adu. Per oras. Solin. c. 9 (Salm. 3) Longum est,  
vt oratim omnes insulas legamus. Vid. Salmaf. in loc. p. 67.
- ORACVLVM, i. n. [ὄρακλον, χρησμός, χρηστήριον] ab Ore dici-  
tur, inquit Priscianus, estque Deorum responsum. Cic. in Topic. 77  
c. 20 Oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quod inest his deorum  
oratio. Oraculum est voluntas diuina, hominis ore enunciata Sen.  
Controu. l. 1 praef. p. 37. Cic. de Diuin. 1, 34 c. 18 Cum egisset de  
genere diuinationum, quae arte carent, addit, Cuius generis oracula  
etiam habenda sunt, non ea, quae aequatis sortibus ducuntur, sed ea,  
quae instinctu diuino afflatuque feruntur. Sic Somnii et furoris  
oracula vocat de Diu. 1, 69 c. 32. Virg. Aen. 2, 114 — scitatum  
oracula Phoebi Mittimus. Vatum oracula Ouid. ex Pont. 2, 1, 55.  
Tristia canere Lucan. 1, 576. Cic. pro Font. 15 Si quidquid ex illo  
loco dicitur, ex oraculo aliquo Dici arbitrari. Dare oracula Idem  
Tuscul. 1, 116. Et Brut. 2 Haec ex oraculo Apollinis Pythii edita  
tibi puta: nihil potest esse verius. Eduntur Delphis Cic. de Diuin.  
2, 117. Edidit Apollo Pythius oraculo, Spartam nulla re alia nisi  
auaritia esse perituram Idem Offic. 2, 77 c. 22. Editum est oraculum,  
eas, etc. Cic. de Legib. 2, 40. conf. Idem Tusc. 1 c. 48 extr. Expo-  
nere Cic. de Diuin. 1, 69. Iussis et oraculis deorum immortalium  
aliquid facere Idem pro Rosc. Amer. 66. Et de Diuin. 1, 114 Credo  
etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatae mentes ora-  
cula Funderent. Nectere Stat. Theb. 11, 289. Cic. de Diuin. 1,  
95 Idemque de rebus maioribus, semper aut Delphis oraculum, aut  
ab Amimone, aut a Dodona Petebant. Petere ab Ioue Dodoneo Cic.  
de Diu. 1, 76 c. 34. Poscere precibus Virg. Aen. 3, 456. Praepo-  
sita oraculo sacerdos Cic. de Diuin. 1, 76. Referabo augustae ora-  
cula mentis Ouid. Met. 15, 145. Vti oraculo Tacit. Ann. 2, 54.  
Graecorum more dixit; Vti oraculo, pro Oraculum consulere. Illi enim  
dicunt χεῖρας, ac mihi videtur exoticum illum Graecorum sermonem imi-  
tari voluisse, nouitatis aucupio gratiam eloquutioni quaerens. Turnebus.
- ¶ 2 Oraculum, pro Templo, in quo responsa dantur. Oraculum or-  
bis terrae Cic. pro Font. c. 10 de illo Apollinis Delphici. Cic. Epist.  
ad Brut. 2 extr. Haec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta: ni-  
hil potest esse verius. Plin. 12, 23 Ergo Aethiopiae subiecta Africa,  
ammoniaci lacrimam stillat in arenis suis: inde et nomine etiam ab  
Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor, quam metopium vocant.
- ¶ 3 Tralate. Cic. de Orat. 1, 200 c. 45 extr. Et sine dubio domus  
jurisconsulti totius oraculum ciuitatis. Sic Oraculum, Diclum alicu-  
ius celebre et veluti diuinum. Plin. 18, 6 Quonam igitur modo vti-  
lissime colentur agri? ex oraculo scilicet, Malis bonis. Quum dice-  
rent Malis, intelligere voluere vilissimos. Suminum prouidentiae illo-  
rum fuit, vt quam minimum esset impendii. conf. Plin. 8, 4 et 5. et  
Columel. 9, 1. Sen. Controu. prooem. p. 37. Venerandi Principis  
mentem loqueris et oracula Symmach. Ep. 2, 13. conf. plura ap. Barth. 75  
ad Claud. p. 80.
- ¶ 4 Poësis licet dicere Oracla. Ouid.  
Met. 1, 321 Et numina montis adorat Fatidicamque Themim, quae  
tunc oracla tenebat. Sic etiam aliquoties editum in Cic. de Diuin.  
Dauidi, v. g. 2 c. 6. it. 33 pr. it. c. 48.
- ORACVLARIVS, a, um. Adi. Oracularii ferui Petron. c. 43 80  
Qui scil. oracula fundunt et futura praenuntiant, verum dubia est lectio.  
Vid. Act. Apost. 16, 16.
- ORAMA, atis. n. Spectaculum, gr. ὄραμα. Petron. c. 53. vid.  
Burm. p. 261.
- ORATA, ae. f. [χρυσόφρεν] auctore Festo, genus piscis appella- 85  
tur a colore auri, quod rustici orum dicebant, vt auriculas, oriculas:  
vtque Sergium quendam praediuitem, quod duobus annulis aureis et  
grandibus vteretur, Oratam dicunt esse appellatum. Dicitur et Aurata  
apud Martial. 13, 90 Non omnis laudem pretiumque aurata meretur.  
De Sergio Orata, vid. Macrob. Saturn. 3, 15. et Cic. de Fin. 2, 70 c. 22. 90
- ORATIO, ORATOR, etc. Vid. ORO, as.

## O R B

- ORBANA, melius ORBONA. v. v. 95
- ORBELVS, i. m. [ὄρβηλος] Thraciae mons est in ea parte,  
quae Macedoniae est contigua, non procul a Pangaeo promontorio, a  
quo vicina regio Orbelia dicta est. Vid. Plin. 4, 10 et 11.
- ORBILIVS, i. m. [ὄρβίλιος] Beneuentanus, Grammaticus tem-  
pore Ciceronis profitebatur, vir acer in discipulos, ac plagosus propterea 100  
ab Horatio appellatus Epist. 2, 1, 70 Vixit prope ad centesimum an-  
num, amissa iam pridem memoria, relicto ex sese Orbilio, et ipso gram-  
matico. Vid. Tranquillus Illustr. Gramm. c. 9.
- ORBIS, is. m. [ὄρβος] Circulus dicitur, et quidquid vel lineae  
circularis modo versus inisia sua reflexum et cum illis coniunctum, vel, vt 105

- area circularis, eiusmodi linea finitum, vel, globi aut sphaerae instar, rotundum est. Neque illas corporum solas formas denotat, verum etiam ad tempora, et vices rerum atque actionum refertur, quatenus finem cum principio connexum, aut statim a fine ad initium similis motus, cursus, ordinis aut seriei transitum fieri intelligitur. Pro linea Plin. 11, 37 Aliis glauci coloris orbibus circumdatis. Pro sphaera Idem 2, 9 Orbis lunae. Sic Lucidus orbis Solis Virg. Georg. 1, 459. conf. Vell. 2, 59, 6. Pro area Cic. de Nat. Deor. 2, 47 Quumque duae formae praestantes sint, ex solidis globus (sic enim sphaeram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, etc. Pro globo s. sphaera ponit Plin. 10, 24 f. 35 Sturnorum generi proprium cateruatim volare, et quodam pilae orbe circummagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Orbis ablaqueationis, Fossura, siue fossio illa, quae in orbem circa vites aut arbores fieri solet. Columel. 4, 4 hemisphaerium est. Orbis saltatorius, Chorea in orbem se mouentium: Cic. in Pison. 22 c. 10 Quum illum suum saltatorium versaret orbem, motus circularis intelligitur. ¶ 2 Iam ponamus primum ea exempla, in quibus ad formam utcumque rotundam corporum respicitur: Angues immensis orbibus Virg. Aen. 2, 204. Spiras, et volumina alias vocant. Agere in orbem, vid. AGO. Conducere se in orbem Scribon. 39. Curuare iter in orbem Ouid. Met. 2, 715. Ducere Idem ibid. 8, 239. Prop. 4, 6, 6 Terque focum circa lanæus orbis Eat. Facientibus orbem immensum spiras Ouid. Met. 3, 77. de serpente. Flexos exiguo miror in orbe pedes Idem Epist. 4, 80. Phaedra miratur Hippolytum paruo in orbe circumagentem equos. Glomerabat lanam in orbem Ouid. Met. 6, 19. Glomerantur in orbem confusos grues Lucan. 5, 715. Eodem modo dixit ut Plinius p. a. pilae orbem de sturnis. Impedire alternos orbem orbibus Virg. Aen. 5, 584 de equestri decursione. Labens vago orbe serpens Stat. Theb. 5, 514. Rapit immensos orbem per humum anguis Virg. Georg. 2, 153. Sinuauit flexos corpus in orbem Ouid. Met. 9, 64 de Acheloo, qui se in anguem mutatum fuisse dicebat. Insinuatur multiplices in orbem crinis Claud. de Rapt. Proserp. 2, 15. Torquere aliquid in orbem Cic. de Vniuers. 21. et 22 c. 7. Tutari se in orbem Liu. 4, 39 de globo militum. Vocabulum militare esse orbem, ut caetera, quibus instructa certo modo acies appellari soleat, indicauit etiam Gell. 10, 9. Hinc orbem facere Sall. Jug. 97. et Caes. Bell. Gall. 4, 38 Quum illi orbe facto sese defenderent. Add. Curt. 4, 13, 31. Sic Sil. 13, 684 Spisso orbe circumdare aliquem. ¶ 3 Peculiariter corporibus caelestibus orbem tribuunt. Praeter ea, quae statim in principio monuimus, Cic. Somn. Scip. 8 Nouem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia, intelligit sphaeras illas cunas sibi invicem inclusas, quas imaginabantur, solis, planetarum et fixarum. Et mox 10 Conuertitur infimo orbe luna. Lucan. 2, 577 Exactus orbis lunae, plena luna. Ouid. Met. 7, 531 Expleuit luna orbem plenis cornibus. ¶ 4 Orbis, [οὐρανός] Tellus, a rotunditate. Plin. 3 prol. Terrarum orbis vniuersus in tres diuiditur partes, Europam, Asiam, Africam. Cic. Fam. 4, 1 Res vides quomodo se habeat: orbem terrarum imperiis distributis ardere bello. Id. Catil. 1, 9 In hoc orbis terrae sanctissimo grauissimoque consilio, etc. Ager Campanus orbis terrae pulcherrimus Cic. de Lege Agrar. 2, 76. Extremi sinus orbis Virg. Georg. 2, 123. Caput orbis Roma Ouid. Fast. 5, 93. Decus orbis atque praesidium vnicum Sen. Herc. Oet. 7. Princeps orbis terrarum Cic. pro Domo 110. Extremus Ouid. Met. 2, 254. Fractus si illabatur Hor. Carm. 3, 3, 7. Claudian. de R. P. 55 2, 361 Iam suus inferno processerat Hesperus orbi, i. inferis, qui suum sibi, et ipsi orbem habent. Ingens orbis in vrbe fuit metonym. homines ex toto orbe collecti Ouid. A. A. 1, 170. Magnus Virg. Georg. 2, 339. Solidus Ouid. Met. 1, 31. Anhelans saeuus ardoribus Sil. 16, 100. Circumsonat orbem totum Nereus Ouid. Met. 1, 187. Describit totum radio Virg. Ecl. 3, 41. Dimensus certis partibus Id. Georg. 1, 231. Domitus Ouid. de Arte Am. 1, 177. Peragrarum orbem omnium terrarum Cic. Verr. 4, 106. Percensere Ouid. Met. 2, 335. Perhorruit totus Idem ibid. 1, 203. Reget pacatum Virg. Ecl. 4, 17. Siluit exterritus Stat. Theb. 1, 211. Temperat sol orbem Ouid. Met. 15, 869. Orbi, Ablatiuus antiquus, pro Orbe. Lucret. 5, 75 Et quibus ille modis diuum metus insinuarit Pectora, terrarum, qui in orbi sancta tuetur Fana, lacus, lucos, etc.*
- Ablat. Orbi est etiam Varr. R. R. 3, 5, 16. ¶ 5 Pro magna parte Orbis terrarum interdum Orbis dicitur. V. g. Plin. 12, 5 Nunc eas exponam, quas mirata est, Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto. Alienus orbis, vid. ALIENVS, in ALIVS. Diuersus orbis procul a patria Ouid. Met. 2, 223. conf. Col. 1, 3, 6. Fecundus Ouid. Met. 8, 821. Peregrinus Idem ibid. 1, 94. In primis ponitur saepe Orbis, pro Romano Imperio. Nepos 25, 20, 5 de Antonio et Octauius, Cum se vterque principem orbis terrarum esse cuperet. Tacit. Germ. 2, 1 Aduersus Oceanus raris ab orbe nostro nauibus aditur. Toto diuisos orbe Britannos Virg. Ecl. 1, 67. conf. T. ubi. p. 12. Heumann. interpretatur de peripheria insulae. Vniuersus orbis Romanus Saluian. l. 5 p. 171. it. de aliis imperiis. Carthaginem dico, in Africano orbe, quasi Romam Saluian. l. 7 p. 275. Vix parens orbis populosa Poeni Prudent. Perist. 4, 61. i. Carthago metropolis Poenorum. Minus apud Ouid. Met. 8. 100 ad Scyllam:*
- DI te submoueant, o nostri infamia faecli  
Orbe suo, tellusque tibi pontusque negentur.  
Certe ego non patiar Iouis incunabula, Creten,  
Quae meus est Orbis, tantum contingere monstrum.
- Cretam igitur suum Orbem, i. suum regnum, in quo ipse Iupiter sit, vocat. ¶ 6 Sed et alia corpora rotunda orbem vocantur. Ita sunt orbem in trapeti instrumento apud Catonem 135, 6 et 7. Sic de machina rotunda, caua, versatili, quae pro mensa esset in ornithone Varronis, ita ipse loquitur Varro de R. R. 3, 5, 16 Quum et aqua calida et frigida, ex orbi ligneo mensaeque quam dixi, in primis radiis esse, epistomiis versis ad vnumquemque, factum sit, vt fluat in conuinam. Ita rotarum currum orbem vocantur Plin. 8, 16 Atque hoc tale, tam saeuum animal, rotarum orbem circumacti, currusque inanes, etc. terrent. De leonibus. Sic Ferrati orbem Virg. Georg. 3, 361. Rapidi Valer. Argon. 6, 239. Reuoluto orbe nunquam insistens rota Senec. Hippol. f. 12. Orbis, mensae instrumentum videtur Martial. 2, 43 Tu Lybicos Indis suspendis dentibus orbem: Fulcitur testa fagina mensa mihi. Alii de mensis ipsis accipiunt rectius. Cum mensa quoque orbem coniungit Cato de R. R. c. 10, 4 Molilia tria, abacum vnum, orbem aeneos duos, mensas duas, scamna magna tria. Add. 11, 2. Ponitur et pro Clipeo apud Poetas passim. Virg. Aen. 10, 783 Illa per orbem Aere cauum triplici, etc. Val. Flacc. 1, 451 Orbis, quem genitor gestabat. conf. Claud.*

Claud. de Bell. Gild. 211. et Gonsal. ad Petron. c. 89. Flammeus orbis Stat. Silu. 1, 6, 87 est *Lychnuchus ingens cum multis lampadibus*. Orbis Lacedaemonius apud Iuuen. 11, 173, qui pitysmate lubricatur, est pavimentum crustis orbicularibus Laconici marmoris distinctum et ornatum. Hoc cum iam ex parte vidisset Vet. Schol. in clara luce posuit Scaliger ad Manil. p. 412 laudato praesertim Seneca Epist. 87 Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis pretiosis orbibus refulerint, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint. Vid. PITYSMA.

¶ 7 Iam ad motum circularem, et reuolutionem cuius finis cum initio nouae coniunctus est, referuntur ista, quae a rotarum (orbis et hae vocantur vid. n. 6) circumactu primum ducta videntur. Ac metaphorice quidem est Orbis doctrinae Quinct. 1, 10, 1 ἐγκύκλιος παιδεία. Et 9, 4, 129 Orbem quendam contextumque desiderat historia: itemque ille, de quo Plin. Epist. 9, 30 Primum est autem, suo esse contentum: deinde quos praecipue scias indigere, sustentantem fontemque orbe quodam societatis ambire, Cicero dixisset liberalitate complecti. Sic quam Periodum Graeci, Orbem vocat Cic. in Orat. 234 c. 71 in Thucydide orbem orationis desidero. Idem ib. 3, 196 c. 51 Quum circuitum et quasi orbem verborum conficere non possent. Idem ib. 149 Conficit orbem suum forma concinnitasque verborum.

In primis huc pertinet Orbis reipublicae i. mutatio et conuersio formae illius et imperii. De hoc Cic. pro Planc. 93 Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo Reip. qui quoniam versetur, eam deligere partem debemus, ad quam nos illius utilitas, salusque conuertetur. Idem Att. 2, 9 Festiue, mihi crede, et minore sonitu, quam putarem, orbis hic in Republica est conuersus, citius omnino quam potuit id culpa Catonis. Cic. Att. 2, 21 Equidem sperabam sic orbem Reipublicae esse conuersum, ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus: et fuisset ita, si homines transitum tempestatis expectare potuissent. Conf. Tacit. Ann. 3, 55, 5. et Liu. 3, 36.

¶ 8 At Orbis proprius est, qui de sole et sideribus dicitur. V. g. Circuitus orbium solis, v defectibus LX et CCC, quarta fere diei parte addita conuersionem conficiunt annuam Cic. de Nat. Deor. 2, 50. In orbem circumque fertur motus astrorum Idem ib. 2, 44. Idem in Somn. Scip. 8 Erat autem is splendidissimo candore inter flammam circum elucens, quem vos (ut a Graecis accepistis) orbem lacteum nuncupatis. Obliquus Lucan. 1, 78. Intelligit circulum Zodiacum. Cic. de Nat. Deor. 2, 54 c. 20 Infra autem hanc stella Mercurii est, ea ἑλαβών appellatur a Graecis, quae anno fere vertente signiferum lustrat orbem. Orbis Brunalis et Solstitialis Idem ib. 3, 37 c. 14 sunt duo Tropici. Conficiunt orbis suos et circulos celeritate mirabili stellae Cic. in Somn. Scip. 6 c. 3. Haesit sol medium orbem, i. Peragravit iam medium orbem Virg. Georg. 4, 425. Meridiei periphrasis. Hinc

¶ 9 Orbis, pro Anno. Virg. Aen. 1, 273 Triginta magnos voluendis mensibus orbis Imperio explebit. i. Regnabit triginta annos. Orbis dicitur ea ratione, qua Graeci ἐνιαυτὸν vocant, quod scilicet circulum faciat, et semper in se ipsum recurrit. Virg. Georg. 2, 401 Redit agricolis labor actus in orbem Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Nempe Annus quoque orbis est, ut annulus. Annuus exactis completur mensibus orbis Virg. Aen. 5, 46. Huc referas illud Liu. 50, 3, 10 Ut idem in singulos annos orbis volueretur, i. eadem fierent, eadem redirent. Idem 3, 36 de Decemuiris, Ut vnus faeces haberet, et hoc insigne regium in orbem suam cuiusque vicem in omnes iret, nempe a primo per medios ad vltimum, ab hoc ad primum, etc.

¶ 10 Orbs, pro Orbis. Fortunat. Carm. 8, 5 Gaudet et orbs totus, pontus, arena, polus. Item, Orbs quoque totus item per noua vota fremit.

ORBICVLVS, i. m. Dimin. [κυκλιδιον] Plin. 25, 13 Concisa quoque in orbiculos seruat in vino. Ipse eius annuli orbiculum circulaerat Apul. Flor. 2 p. 346. Orbiculus, pro Trochlea. Cato 60 c. 3 Trochleas Graecanicas binas, quae funibus sparteis ducantur: orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius duces. Conf. Pallad. 3, 11. Solin. c. 27 (17) et Vitruu. 9 extr.

ORBICVLARIS, e. Adi. Orbicularis herba Apul. de Herb. c. 17. Conf. Marcell. Emp. Prouerb. c. 4 Non omnia oua orbicularia sunt. Vid. Nouar. Apophth. Eccl. T. 2 p. 275.

ORBICVLO, are. Gloss. Vet. Orbiculatur, κυκλεῖται.

ORBICVLATVS, a, um. Adi. [κυκλωτερής] Quod in orbem et circuitum factum est, a figura orbis in rotundam figuram circumacti: ut Mala orbiculata Scribon. 104. Poma orbiculata Columel. 5, 10. 70 Cael. ad Cic. Fam. 8, 15 Nunc tibi nostri milites, qui durissimis et frigidissimis locis teterrima hieme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur? Hic mala orbiculata pro Delicatis cibis poni intelligo, quae in deliciis erant lautissimis hominibus urbanis. Mala enim deteriora alias gregarii edebant milites. Iuuenal. Sat. 5, 148

Virro sibi, et reliquis Virronibus, illa iubebit  
Poma dari, quorum solo pascaris odore:  
Qualia perpetuus Phaeacum autumnus habebat;  
Credere quae possis surrepta sororibus Afris.  
Tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit,  
Qui tegitur parma et galea, etc.

Haec Turnebus. Conf. Plin. 27, 13 pr. et Ammian. 31, 6.

ORBICVLATIM. Adu. [κυκλωτερῶς] Per orbis et circulos, quasi circulatim. Plin. 11, 37 s. 67 Sed quibus ceruix, e multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circumspectum, articularum nodis iungitur. Orbiculatim rotari Macrobi. Saturn. 7, 9.

ORBILE, is. n. Circulus ille exterior in rota, qui radios continet. Varro de R. R. 3, 5, 15 In insula est columnella, in qua intus axis, qui pro mensa sustinet mensam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit.

ORBICVS, a, um. Adi. [κυκλωφωρῆμενος] Per orbem ductum, seu per circulum, interprete Nonio 2, 614. Varro, Ut sidera caeli circa terram atque axem voluntur motu orbico.

ORBITA, ae. f. [προχιά] Orbita duas res significat: nam orbita et rota ipsa intelligitur, et vestigium in molli solo. Ascon. in 95 Verr. p. 108. Virg. Georg. 3, 294 Iuuat ire iugis qua nulla priorum Castaliam molli diuertitur orbita cliuo. Cic. Att. 2, 21 Ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus. Plin. 8, 58

Idem vbicumque sint, orbitam si transire, moriuntur. de muribus. Orbita vinculi sentitur vexatione non dubia Plin. 17, 23. b. e. Vestigium vinculi, quo alligata fuit vitis. Pro via in vniuersum ponitur in formula Monstrare orbitam Quinctil. 2, 13, 16. Iuuenal. Sat. 14, 32 Et monstrata diu veteris trahit orbita culpae. Virg. in Aetn. 230

Solis scire modum et quanto minor orbita lunae est, i. orbis intra quem cursum suum peragit.



- ORBITOSVS, a, um. Adi. Orbitosae viae, *In quibus frequenter sunt orbitae.* Auctor eius Iambici quod est inter obfcoena carmina, cuius titulus est De Sabino, Et inde tot per orbitosa millia In gum tulisse. Millia, *i. Milliaria.*
- 5 ORBITAS, *vid. ORBVS.*
- ORBIVS, i. m. Clivus Romae, per cuius orbes Tullia et Tarquinius rege interfecto properarunt in regiae domus possessionem. *Vid. Festus.*
- ORBONA, ae. f. Dea a Romanis culta, ne orbos faceret, *vid.*
- 10 Arnob. 4 p. 131. Huius sanum apud aedem Larium Plin. 2, 7. Tertull. ad Nat. 2, 14 Orbona dea, quae in orbitatem femina extinguat.
- ORBVS, a, um. Adi. [*οφθαλμος, περιφραξ*] proprie dicitur, Oculorum luce priuatus: quasi amissis orbibus, propter rotunditatem oculorum. Luminibus orbis Plin. 9, 42. Altero lumine Idem 35, 10. Sil.
- 15 13, 726 — Pyrrhumque a limine portae Deiecit visus orbis. Visus, Accusatiuus est: Orbis, Nominatiuus; *vt si diceret Orbis oculos: nisi malis visus Genitiuo Singulari accipere.* Intelligit autem Appium Claudium caecum. Palmites orbi, *Qui oculis et gemmis carent, et nihil pariunt* Columel. 4, 27. ¶ 2 Orbis, *in vniuersum dicitur,*
- 20 *Quicumque aliqua re sibi cara priuatus est.* Sic Plin. 8, 39 Omnia secessus tempore veneno orba dormiunt. Rebus omnibus quibus et natura me, et voluntas et consuetudo asuefecerat, orbis Cic. Fam. 4, 13. Auxilii orbis Plaut. Rud. 2, 3, 19. Aula Valer. Argon. 6, 47. Ciuitas Cic. Fam. 3, 11. Idem pro Flacc. 54 Vsque eo orba fuit ab
- 25 optimatibus illa Concio, vt princeps principum esset Meandrius. Forum litibus orbum Hor. Od. 4, 2, 43. Funera orba rogis Stat. Theb. 10, 7. Cic. Philipp. 9, 1 Subito ereptus totam Legationem orbam et debilitatam reliquit. Cic. de Academica Philosophia de Nat. Deor. 1, 11 Confirmata a Carneade vsque ad nostram viguit aetatem:
- 30 quam nunc propemodum orbam esse in ipsa Graecia intelligo. Plebem orbam ne relinquunt Cic. de Legib. 3, 9. *i. sine magistratu.* Portenta pedum Lucret. 5, 838. Respublica orba Consulibus fidem tanquam legitimi tutoris, implorauit Cic. post red. ad Quir. 11. *Ad.* Idem Fam. 3, 11. Orbis, [*ἄτεκνος* Vet. Gloss.] Pater dicitur, qui
- 35 *amisit liberos.* Cic. in Parad. 5 Quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? Quinctil. 7, 5 In paupere gratior, quam in diuite, dante beneficium quam reddente, patre quam orbo. Sic Columel. 7, 4 Orbae suis natis matres. Sic posuit Iuuenal. 3, 129 Dudum vigilantibus orbis. Orbis homo gaudium heredis sui Phaedr. 4, 19, 18. Or-
- 40 bum, *pro Exheredato posuisse quidam volunt* Plinium Epist. 5, 1, 3 et 8. 18, 3. Sed *sollemnem significationem retinendam ostendit priore loco Gronouius, altero Gesnerus.* Orbis, [*ἀρφαρός*] Qui parentes amisit. Ter. Phorm. 1, 2, 75 Lex est vt orbae qui sint genere proximi, eis nubant Quinctil. 7, 5. Orba patre virgo Ter. Adelph. 4, 5, 16. Te
- 45 incolumi orbi non erunt filii Cic. Q. Frat. 1, 3. Orbarum nuptias indicentium causae Quinctil. 7, 4, 24 et 39.
- ORBITAS, atis. f. [*ἀτεκνία*] Illa patrum conditio post amissos liberos, vt uxoris viduitas post amissum maritum. Cic. de Clar. Orat. 90 Tum C. Galli etiam filium stens commendabat, cuius orbitas et stetus
- 50 mire miserabilis fuit propter recentem memoriam clarissimi patris. Idem de Finib. 5, 84 c. 28 Bonum liberi, misera orbitas. Dolor orbitatis, *scil. Ob filium interfectum* Iustin. 1, 5, 8. Stat. Silu. 4, 7, 33 Orbitas omni fugienda nisi Quam premit votis inimicus heres. Plin. Epist. 4, 15, 3 Fecunditate vxoris large frui voluit eo saeculo, quo
- 55 plerisque etiam singulos filios orbitatis praemia graues faciunt. Conf. Curt. 6, 9, 13. et 7, 1, 2. Plur. Solin. c. 53 Sipylos, Tantalus antea dictus, et in illam vocabuli memoriam orbitatibus datus Niobae. Conf. Arnob. 5 extr. et Augustin. Ciui. Dei 22, 22. Vulnus orbitatis
- 60 Quinctil. 6 prooem. Orbitas luminis Plin. 7, 37. Orbitas tecti, *Amisso.* Plin. 35, 3 Extant certe hodieque antiquiores vrbe picturae Ardeae in aedibus sacris, quibus equidem nullas acque demiror, tam longo aeuo durantes in orbitate tecti, veluti recentes. *b. c. Amisso tecto.* Orbitas, [*ἀρφαρία*] conditio liberorum parentibus priuatorum. Plaut. Capt. 3, 5, 35 Quasi in orbitatem liberos produxerim.
- 65 Plin. Paneg.
- ORBITVDO, inis. f. [*ἀρφαρότης*] Idem, sed antique. Accius, Miseret lacrimarum, luctuum, orbitudinis. Turpilium, Hoc te oro, vt illius commiserescat miserae orbitudinis. Non. 2, 599 Vet. Gloss. *ἀτεκνία*, orbitudo, orbitas.
- 70 ORBO, are. [*σέρβω*] Priuare. Cic. de Amicit. 10 Moueor ehiru tali amico orbatus. Plin. 12, 8 Ibi et frutex pestilens raphani, folio lauri, odore equos inuitante, qui paene equitatu orbauit Alexandrum. Orbare se luce Cic. Tusc. 3, 26. Orbari auxilio Idem pro Muraena. 83. Idem Acad. 4, 61 c. 19 Non ergo is excaecat nos, aut orbat sensibus. *Ibid.* 61 Priuat approbatione omni, orbat sensibus. Phasidos vnda orbata est aibus Petron. c. 119.
- 75 ORBATVS, a, um. Partic. [*ἑστρημένος*] Orbatus filio Cic. Off. 1, 52. Et Tusc. 1, 85 Orbatus progeie. Orbatus dignitate Cic. Tusc. 1, 12. Idem Fam. 6, 6 Nec iis quidem verbis, quibus te con-
- 80 soler vt afflictum, et iam omni spe salutis orbatum. Filio orbata mater Cic. pro Cluent. 45 c. 15. Anseres orbati duce Petron. c. 136. Laena firit catulo lactante orbata Ouid. Met. 1, 547. Respublica multis claris viris orbata Cic. Fam. 4, 9. Vaccae orbatae Valer. Argon. 8, 457.
- 85 ORBATIO, onis. f. [*σέρβωσις*] Senec. Epist. 88 (87) Paupertas non per positionem, sed per detractionem dicitur, vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem: Graeci dicunt *σέρβωσις*, quum dicunt, non quod habeat dicitur, sed quod non habeat. Idem ad Marciam c. 7 Paupertatem, luctum, orbationem, alius aliter sentit. *Al.* Abitionem.
- 90 Gloss. Vet. Orbatio, *σέρβωσις, τύφλωσις.*
- ORBATOR, oris. m. Ouid. Met. 13, 500 Exitium Troiae nostrique orbator Achilles. *Hecuba loquitur, quam is liberis suis orbauit.*
- ORBIFACIO, ere. Vet. Onomast. Orbefacio, *ἀρφαρέω.*
- ORBIFICO, are. Accius apud Non. 2, 852 Pernici orbificor libe-
- 95 rorum leto et tabificabili.

## O R C

- ORCA, ae. f. [*ὄρχη*] Genus beluae marinae, balaenis infestum, *inquit Festus.* Plin. 9, 6 Balaenae et in nostra maria penetrant,
- 00 etc. Hoc scire orcas, infestam his beluam, et cuius imago nulla repraesentatione exprimi possit alia, quam carnis immensae dentibus truculentae. Irrumpunt ergo in secreta, ac vitulos earum et fetas, vel etiamnum grauidas lancinant morfu, incussaeque ceu Liburnicarum rostris fodiunt. ¶ 2 Orcae, *ad illius animalis simili-*
- 05 *tudinem dicuntur Vasa vinaria:* sunt enim orcae teretes atque vni-
- mi

mi specie, *auctore Festo.* Varro de R. R. 1, 13 Quod saepe, ubi conditum vinum nouum, orcae in Hispania feruore musti ruptae. Hor. Serm. 2, 4, 66 Non alia quam qua Byzantia putruitorca. Perf. 3, 76 Maenaque quod primae nondum defecerit orcae. Orca, *Vas fittile videtur lato aluo, angusto ore, in quam inter ludentes pueri qui mucem iniiecisset, victor erat. Certe ita intelligi possit* Perf. 3, 50 Angustae collo non fallier orcae. *Suspiciatur etiam Casaubonus vasculum aleatorium esse, quo coniecti agitatique tali emittuntur in tabulam aleatorium, ut phimus, et pyrgus.* Apud Priscian. 3, 9 p. 615 Putsch. Pomponii versus laudatur, Interim dum contemtor orcam taxillos perdididi, ut adeo coniuncti sint tali cum orca, ut apud Persium damnosa canicula. Conf. Dan. Souter. in Palamede. Orca, *Vas, in quo ficus afferuantur.* Columel. 12, 15 In orcas bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere. Orca, *Capsa pigmentorum muliebrium.* Plin. 35, 6 Vsta casu reperta incendio Piraei, cerussa in orcis cremata. ¶ 3 Orca, *Gemma.* Plin. 37, 10 Orca barbari nominis, e nigro fulvoque ac viridi et candido placet.

ORCVLA, ae. f. Dimin. [*ὀρχυλῖον*] Cato de R. R. c. 119 Cuminum, foeniculum, rutam, mentam, in orculam condito Id. c. 117.

ORCADES, um. f. Pl. [*Ὀρχάδες*] Insulae ad Scotiam in Oceano Boreali, Triginta numerat Mela 3, 6.

ORHADES, vid. ORCHIS.

ORCE, es. f. Auis inter apodas Plin. 11, 47.

ORCHAMVS, i. m. [*Ὀρχάμος*] Affyriorum rex, Leucotheam filiam suam ab Apolline stupratam viuam defodit Ouid. Met. 4, 221.

ORCHESTRA, ae. f. [*Ὀρχήστρα*] Spatium in theatro, in quo Senatorum et honorificentissimorum erant loca designata, et scenici artifices suas praestabant actiones, ut scribit Vitruu. 5, 6. Cuius pulpiti altitudo non erat quinque pedibus altior, ut sedentes spectare possent omnium agentium gestus. Cic. de Prouinc. Conf. 14 Itaque ille alter aut ipse est homo doctus, et a suis Graecis subtilius eruditus, quibuscum iam in orchestra (publice) heluatur, antea post siparium (occulte) solebat. Orchestram, pro confessu Senatus et primorum posuit Iuuen. Sat. 3, 177 quum ait, — Similemque videbis Orchestram et populum. Suet. Aug. c. 35 Deinde in Orchestram Senatunque descendit, etc. Orchestra dicta, quod in ea saltationes fieri consueuissent; nam apud Graecos *ὀρχήματα*, tripudio et salto significat. Vid. Lips. de Amphib. c. 14. vel Lex. Piijs.

ORCHESTROPOLARIVS, i. m. apud Firmic. 8, 15 qui vertiginosa saltatione in orbem mouetur. Graece *ὀρχητροπόλος*. Vid. Salmf. 40 in Solin. c. 49 p. 693. et PETAMINARIVS.

ORCHION, i. n. Herba mercurialis Apul. de Herb. c. 335.

ORCHIS, is. [*Ὀρχίς*] vel ORCHITES, is. f. vel ORCADES ut est Virg. Georg. 2, 86 Genus oliuarum, quae a testiculis nomen sumserunt, ut ait Seruius. Nam *ὀρχίς*, testes dicuntur. Q. d. testiculares oliuae. Columel. 5, 8, 4 Orchis quoque et radius melius ad escam, quam in liquorem stringitur. Orchita vt condiatur Colum. 12, 47, 2. Conf. Cato 6, 1. et 7, 4. Varro R. R. 1, 60. Orchen ab Orchite differre Varro innuere videtur, quum ait, Olea grandis orchitis, quod ea Attico orche minor. Nam orchitis est magna est, est tamen minor orche, olea quadam Attica. Ex Turnebo, qui videtur emendare voluisse locum Varron. L. L. 4, 22 p. 28, 15 quod ea antiquitus orchemora. ¶ 2 Orchis, Herba, de qua Plin. 26, 10. ¶ 3

Orchis, Piscis. Plin. 32, 2 Durissimum esse piscium constat, qui orchis vocetur, rotundus est, et sine squamis, totusque capite constat.

ORCHIVS, i. m. In Iambicis metris apud Mart. Capell. 9 p. 332. Grotius suspiciatur Orthius.

ORCHOMENVS, i. m. [*Ὀρχομένως*] Thessaliae mons: a quo Orchomenos, ciuitas est Boeotiae, contermina Thessaliae, in qua fons erat Gratiis sacer, ut notat Seruius ad Aen. 1, 724. Ouid. Met. 5, 607 Vsque sub Orchomenon, Siphidaque, Cyllenemque. Ferox Orchomenos Ouid. Met. 6, 416. Diues pecorum Stat. Theb. 4, 295. Est item Orchomenos, Fluuius in Boeotia ad Trophonium, teste Plin. 31, 2.

ORCINIANS, ORCINVS, ORCIVS, vid. ORCVS.

ORCISCOPALARIVS, vid. ORCHESTROPOLARIVS.

ORCVLA, vid. ORCA.

ORCVS, i. m. [*Ὀρκος*] Idem, qui Pluto, Rex inferorum: interdum pro ipsis inferis aut morte adeo poni videtur. Verrius apud Festum ab vrgendo dictum putat, tanquam vrgum. Sed locus corruptus, certe valde obscurus. Cic. Verr. 4, 111 c. 50 Hic dolor erat tantus, vt Verres alter Orcus venisse Ennam et non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. Apul. Met. 6 p. 179, 38 Vsque ad inferos et ipsius Orci ferale penates te dirige. Mox p. 180, 20 Orci regiam vocat. Et p. 176, 26 Orci caneros. Sed Orci fastidium

Apul. Met. 4 p. 145, 23 conuicium in vetulam, quae ideo non moriatur, quod illam mors fastidiat. Orcus vobis ducit pedes cantilena histriinum apud Sueton. in Ner. 39 qua hoc certe videtur significari, morti destinatum, cui pedes Orcus ducat. Iam in peculio Proserpinae et Orci familia numeratus Apul. Met. 3 p. 133, 25. Erat miles fortis tanquam orcus Petron. c. 62. Conf. h. l. Burm. Orco se maetare dictitans Samnitium sacros milites, signa intulit Liu. 9, 40. Conf. Goes. ad Petron. c. 34 p. 144. Graeu. Lect. Hesiod. c. 17. Arbitr Orci Minos Propert. 3, 19, 27. Hor. Carm. 2, 18, 34 — Nec fatelles Orci Callidum Promethea Reuexit auro captus. i. Charon. Victima

nil miserantis Orci Idem ib. 2, 3, 24. Formidabilis Ouid. Met. 14, 116. Luridus Hor. Carm. 3, 4, 74. Niger Idem ib. 4, 2, 23. Pallidus Virg. Georg. 1, 277. Rapax Hor. Carm. 2, 18, 30. Demittere aliquem Orco, Occidere Virg. Aen. 2, 398. Maetare Orco Liu. 9, 40. Missus ad Orcum fulmine Hor. Carm. 3, 4, 75. Morari Orcum, i. Non mori, quum quis mori debet. Fst enim tum quodammodo Orco in mora. Hor. Carm. 3, 27, 50 Impudens liqui patrios penates, Impudens Orcum inoror, etc. Rationem habere, vel ponere cum Orco, est Periculo mortis se ac suam familiam exponere, quod solent agricolae, qui in pestilenti agro quamvis fructifero serunt, qui quotannis expensas ferre aliquot homines Orco coguntur. Varro de R. R. 1, 4, 3 Etenim vbi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium vita. Ponere rationem cum orco dicit Columel. 1, 3, 2. Orci galea eam vim habere fingitur a Poëtis, vt qui ea reclusus est, videri a nemine possit. Hyginus Poët. Astron. 2, 12 ineptiarum accusat, qui *ἀίδος κωμῶν* sic interpretentur: sed ipse ineptiarum postulatur a Schotto ad Zenob. Prou. Cent. 1, 41.

ORCINIANS, a, um. Adi. Orciniana sponda, i. sandapila, qua ad Orcum feruntur mortui. Martial. 10, 5 In maledicum Poëtam, Vocet beatos, clamitetque felices, Orciniana qui feruntur in

sponda. *Vel simpliciter mortui, vel occisi in ludo gladiatorio, quorsum trahunt locum Tertull. Apol. 15 de Iouis fratre, i. orco, gladiatorum cadauera cum malleo deducentem.*

ORCINVS, ORCIVS, ORCIVVS idem nomen diuersis modis scriptum a librariis; videtur tamen primum praeualuisse auctoritate praesertim Florentinorum Pandectarum et Gronouii ad Gell. 1, 24 ubi refertur Epigramma, quod tumulo suo inscribi voluit Poëta Naeuius, et in eo postquam est orcinio traditus thesauro i. morte ad inferos accessit, et multitudinem illam, quam Orcus tanquam thesaurum suum custodit. Orcini autem liberti apud ICros s. Horcini (nam ita etiam scribitur) qui sint docebimus ex Vlpian. Tit. 2, 7 et 8. ubi de Libertate testamento danda, Libertas et directo dari potest hoc modo, Liber esto, Liber sis, Liberum esse iubeo, et per Fidei commissum, ut puta, Rogo, fidei committo heredis mei, ut Stichum seruum manumittat. §. 8 Is qui directo manumissus est orcinus fit libertus. Is autem, cui per fidei commissum data est libertas, non testatoris sui, sed manumissoris fit libertus. *Alia loca ICtorum laudat ad h. l. Gothofr. et Χαρωπιανὸς vocari monet a Theophilo §. 2 Instit. de sing. reb. per fideic. rel. Nempe sic Orcinos Senatores apud Sueton. Aug. c. 35 Χαρωπιανὸς etiam ab inferorum illo portitore vocat Plutarchus in Antonio p. 922, C. et pulchre explicat, nempe eos, qui Senatoriam dignitatem inuaserant post mortem Caesaris, quam ex illius Commentariis et Actis se habere dicebant, nundinationis illius et fraudis principe Antonio: qua de re multum queritur in Philippicis Tullius. Maneat ergo Orcinum esse, qui statum suum debet Orco, s. morti alicuius. Reliqua huiusmodi vix dignae quae hodie repetuntur, postquam verum docuere Cuiac. obs. 3, 23 et Torrentius atque Casaubonus ad Sueton. l. c.*

ORCYNVS, i. m. Piscis marinus. Plin. 32, 11.

## O R D

ORDEVM, vid. HORDEVM.  
ORDEACEVS, a, um. [ὀρδεακός] Apud Varronem de R. R. 2, 6 Ordeacea farina. Scribon. 179. 225. 252. et apud Columel. 5, 10 Ordeacea pyra.

ORDINO, āre. ORDINARIVS, etc. vid. ORDO.

ORDIOR, orfus et orditus sum facit, teste Prisciano, īri. Dep. [ἀρχομαι] Incipere. Cic. Tusc. 5, 37 Vnde igitur rectius ordiri possumus, quam a communi parente natura? quae quidquid genuit, non modo animal, sed etiam quod ita esset ortum e terra, ut stirpibus suis niteretur; in suo quidque genere perfectum esse voluit. Festus, Ordiri est principium rei facere. Vnde et togae vocantur exorditae. Nempe telae ac textrini proprium videtur fuisse verbum, unde Plin. 11, 24 Telam ordiri: Exordiri autem Plaut. Pseud. 1, 4, 6. Quod autem Senecae in Claud. 4 hoc verbum in simili re restituit ex MS. Lips. Qu. Epist.

2, 24 At Lachesis, quae et ipsa homini fortissimo faueret, fecit, et plena orditur manu, et Neroni multos annos de suo (s. fuso) donat: non placet Cortio, quia iam dum ante orsa sit, nec id fiat plena manu. Conf. ORSVS ex Virg. Cul. 2. Ordire est texere Isid. 19, 29. A principio ordiri, et aliquem a puero inspicere Cic. Philipp. 2, 44.

ORDIRI et Terminare, contraria. Idem pro Marcel. 33 Sed ut vnde est orsa, in eodem terminetur oratio mea, etc. Ab initio ordiri et perducere ad extremum, et nouissima conferre primis Pseudo-Cic. ad Octau. Cic. Verr. 4, 105 c. 47 De quo si paullo Altius ordiar, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite. A capite ordiri

55 Plin. 25, 11. A facillimis ordiamur Cic. de Finib. 1, 13 c. 5 pr. Causam Idem de Legib. 1, 21. Fundamenta ordiri ex depressiore loco Columel. 1, 5. Initium quoddam alterius vitae Cic. Att. 4, 1. Orationem Idem in Orat. 3, 189. it. in Orat. c. 35. Reliquos ordiri

60 Nepos 7, 11, 6. Conf. Non. 1, 183. Orditus sum, passiva significatione, Vulg. Interp. Elai. 25, 7. Conf. Non. 1, 183 ex lect. Merceri. Ordire est ponere, incipere. Accius Amphitr. Non paruum rem ordibor: ne retice obscuro. Afranius Suspecta, Tamen animo ordire oportet me paula paululum. Isid. 19, 29 Ordire est texere.

ORSVS, a, um. Partic. [ὀρσύωνος] Actiuae significationis. Cic. de Legib. 1, 9 c. 3 Et ego animi pendere soleo, quum semel quid orsus, si traducor alio. Orsus dicitur, Qui fari incepit. Virg. Aen. 1, 329 Veneris contra sic filius orsus. Sed de tota oratione Aen. 9, 656 — Sic orsus Apollo Mortalis medio aspectus sermone reliquit. Orsus, i. Locutus. Seruius. Conf. Aen. 12, 806. Sic orsa loqui

70 vates Virg. Aen. 6, 125. Idem ib. 2, 2 Maiorem orsa furorem Idem ib. 7, 386. Dicere in foro orsus est Hortensius admodum adolescens Cic. de Clar. Orat. 301. i. coepit causas agere. Passiue. Virg. Aen. 7, 435 Orsa ore referre, vid. ORSA, infra.

ORSVS, ūs. m. [καταρχή]. Cic. de Diuin. 2, 63 c. 30 Scire ratosne habeant, an vanos pectoris orsus. Ex Homero. Virg. Cul. 2 Atque ut araneoli tenuem formauimus orsum.

ORSA, orum. n. [καταρχα] Incepta, inisia. Liu. 1 praef. Quum bonis potius ominibus, votisque ac precationibus deorum deorumque, si ut Poëtis nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tanti operis successus prosperos darent. In melius tua, qui potes, orsa reflectas Virg. Aen. 10, 632 Iuno ad Iouem, ut mutet fatum et dicta sua de Turno. Nostra loquar: nulli vatum debebimus orsa Manil. 2, 57. Vatis pia praecinentis orsa Prudent. Cathem. 4, 96.

ORDITVS, a, um. Passiue. Sidon. Epist. 2, 9 Bifariam orditus. Fortunat. 1 Versibus orditum carmen amore trahit. Vid. Voss. de Vit. L. L. 1, 24.

ORDIENDVS, vel ORDIVNDVS, a, um. Partic. [καταρχουόμενος] Cic. de Orat. 1, 98 c. 21 Et quoniam princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam. Idem de Legib. 1, 21 Ab eo nobis causa ordiendi est potissimum. Liu. Praef. 1 extr. Ab initio certe tantae ordiendae rei absint.

ORDIA, orum. n. Prima per menses dixit Lucret. 4, 92 Quo-ve modo distracta rediret in ordia prima. i. In primordia.

ORDO, inis. m. [τάξις, τάγμα, σύνταξις, συστοιχία, ὄργανος] Est Digestio, et in suo cuiusque rei loco collocatio, series, et saepe comprehendit ipsas res ordine et serie dispositas. V. g. Plin. 11, 37 Duos ordines habuit maxillarum. Sed abstracte Quintil. 7, 1, 1 Sit igitur diuisio rerum plurium in singulas; partitio singularum in partes, discretus ordo, et recta quaedam locatio prioribus sequentia annectens: dispositio, utilis rerum ac partium in locos distributio. Abstracte etiam, cum ipsum fatum, series illa causarum latentium ordo vocatur, ut Manil. 1, 531 Non casus opus est, magni sed numinis ordo. Perf. 3, 66 Causas cognoscere rerum, Quid sumus? et quidnam victuri gignimur? Ordo quis datus? Vid. Casaub. Sed in concreto rem ipsam ordinatam complectuntur v. g. Angulares ordines vitium Colum. 5, 3, 2.

100 H h h h 2

Abstracte

*Abstracte iterum* Virg. Aen. 6, 482 Quos ille omnes longo ordine cernens Ingemuit. Lucidus ordo in scripto i. perspicuus Hor. A. P. 41. Magna ab integro saeculorum nascitur ordo Virg. Ecl. 4, 5. Mutatus Lucret. 1, 768. Obliquus signorum Virg. Georg. 1, 236. Circulus Zodiacus. In ordine, vid. IN. Cic. de Arusp. Resp. 2, 19 Et ea, quae tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte vlla ordinem rerum ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? Ordo et opportunitas rerum Idem Off. 1, 142. Incredibilis rei Quintil. 5, 13. Ordo et modus omnium quae fiunt, quaeque dicuntur Cic. Off. 1, 15. Ordo et dispositio argumentorum Idem de Orat. 2, 179. Ordo seriesque causarum Idem de Diuin. 1, 125. Rectus quaestionum Quintil. 2, 13. Ordinis et collocationis vis eadem videtur Cic. Off. 1, 142. Conseruatio ordinis Idem ib. 1, 142. Prius ordine, et Posteriori ordine, contraria Hor. Serm. 1, 4, 58. ¶ 2 Formulae Verborum: Adducere in ordinem, vid. ADDVCO. Adducere ex inordinato in ordinem Cic. de Vniu. 7. Adhibere ordinem Id. Off. 1, 57. Administrare aliquid ordine Idem Att. 12, 7. Affert maxime lumen memoriae ordo Cic. de Orat. 2, 351 c. 86. Assignare ordinem Idem in Pison. 88. Cogere in, vid. COGO. Colligere ordinem, vid. paullo post, Multiplicati in arcto ordines. Collocare quaedam ex ordine Auctor ad Herenn. 3, 31. Compellere aliquos ex ordine Cic. de Fin. 2, 24. ex Poeta. Componere ordinem rei gerendae, vid. COMPONO. Conficere in Cic. pro Rosc. Com. 7. Conseruare suum Idem Att. 6, 1. Quintil. 5, 10 Ut sunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis confertus est. Confurgunt terno ordine reini Virg. Aen. 5, 120. i. Triplici. Convertere ordinem votorum, vid. CONVERTO. Descendere perpetuo ordine Ouid. Met. 11, 755. de Mergo. Dicere aliquid ordine, h. e. Per ordinem narrare Ter. Phorm. 4, 1, 14. Dicere sententiam ex ordine Cic. Verr. 4, 143. Dirigere in quincuncem arborum ordines Cic. de Senect. 39. Disponere disiecta membra in ordinem Senec. Hippol. 12. Dispensare atque disponere inuenta ordine Cic. de Orat. 1, 142. Dare ordinem dicendi Quintil. 1, 2. Idem 10, 1, 54 Apollonius in ordinem a Grammaticis Datum non venit. Idem 10, 1, 85 Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo Ducendus est. Et 4, 14, 19 Prioris partis Duxit ordinem. i. priorem priore loco posuit. Aliter Idem 4, 2, 58 Rebus ipsis, quibus moras et lentum profectio- nis ordinem Ducit i. producit, trahit. Sed Ordines Ducere i. cen- surionem esse, vid. n. 6. Effari ordinem rei alicuius Senec. Hip- pol. 10. Efficere ordinem Quintil. 2, 17. Exit in longum rerum ordo Idem 4, 2. Explicare ordinem alicuius rei Idem 4 Prooem. Explicare ordines, de re militari vid. EXPLICO. Explicare ordines temporum Cic. de Clar. Orat. 15. Facere ordinem Quintil. 7, 11. Haec a me ordine Facta puto me Bruto probaturum Cic. Attic. 6, 2. i. Sapienter. Facere aliquid recte atque ordine Idem pro Quint. 28. Sallust. Catil. c. 51. Fecisse recte atque ordine, exque Repu- blica Cic. Philipp. 3, 39 c. 15. Scriptum erat, cum Marcellum recte atque ordine Fecisse, quod in Leontinis nulli pepercisset Liu. 24, 31. Ferre ordinem totum declinationis dicuntur Verba regularia Quintil. 1, 4, 29. Habere locos ex ordine Auctor ad Herenn. 3, 30. Im- mutare ordinem verborum Cic. in Orat. 214. Incedunt longo ordi- ne victae gentes Virg. Aen. 8, 722. Grammaticam quum in ordi- nem Incurreret, inhonoratam transire nolimus Quintil. 1, 5, 54. Iniicere rectum ordinem, et fraena vaganti licentiae Hor. Carm. 4, 15, 9. Instituire ordinem Quintil. 1, 5. Interrogare Cic. in Partit. 1. Interrumpere, vid. INTERRVMPO. Inuertere, vid. INVERTO. Locare ordine aliquid Virg. Aen. 5, 102. Me- morare ordine Plaut. Caf. 5, 2, 22. Migrare ordine Lucret. 3, 757. Narrare rem ordine Ter. Eun. 5, 5, 28. Nascitur ordo maior re- rum mihi Virg. Aen. 7, 44. Peccatur perturbatione rationis atque ordinis, quidquid peccatur Cic. in Parad. 3. Permutatus Quintil. 2, 13. Perturbare aetatum ordinem Cic. de Clar. Orat. 233. Virg. Ecl. 1, 74 Inferre nunc Meliboeae pyros, Pone ordine vites. Vbi Sernius, Pone ordine, quia quadrato ordine vites ponuntur. Quaere rationem ordinis et disponendarum rerum Cic. de Orat. 2, 181. Recitare ex ordine aliquid Idem de Lege Agrar. 2, 47. Redigere in ordinem Auctor ad Herenn. 3, 16 c. 9 pr. Plin. Epist. 2, 6, 5. Refe- rre ordine, Ordinem sequi in dicendo Ouid. Met. 9, 5. Referre se ad ordinem Cic. Acad. 4, 67. Referre in ordine aliquid, i. Secundum ordinem, ut primum hic, deinde ille dicat Virg. Ecl. 7, 20. Reponere in ordinem, vid. IN Praep. Retroagere ordines, vid. RETROAGO, in RETRO. Retexere Ouid. Met. 15, 249. Scire rem ordine Plaut. Pseud. 5, 2, 15. Sequi Cic. de Clar. Orat. 244. Sequentes lunae ordine Virg. Georg. 1, 424. Seruare Cic. Philipp. 5, 35. Stare ordine Quintil. 7, 1. Stant triplici ordine dentes Ouid. Met. 3, 34. Structa spicae ordine fruges Cic. de Senect. 51. Plaut. Perf. 1, 3, 11 Ut ordine omnem rem Tenet. Turbare omnem ordinem consilii Liu. 11, 57. Venire in ordinem, vid. paullo ante, In ordinem datum, etc. Vertitur ordo Virg. Aen. 3, 376. i. Vol- vitur. ¶ 3 Ordo, ad fortunas, et genus vitae interdum refertur. Ter. Eun. 2, 2, 3 Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc atque ordinis, i. qualis ego sum: addit patria qui itidem abligurierat bona. Cic. Verr. 1, 71 c. 28 Homo autem ordinis sui frugalissimus, qui tum Accensus C. Neroni fuit, P. Tettius haec eadem se Lampfaci cognosse dixerit. Idem pro Domo 142 Vobis omnes societates, omnes ordines, omnes qui aut re, aut spe denique sunt boni: omne vobis erga meam dignitatem, etc. Illustrior ordo seruitii Claud. in Eutrop. 1, 149. Cic. de Amicit. 69 c. 19 Nunquam se ille Philo, nunquam Rutilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis. Idem Verr. 1, 127 M. Octavianum Ligurum hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute. Tres erant ordines Romae, Senatorius, Equestris, et Plebeius: ab Aristotele ita dicuntur. Vitruu. praef. 2 Dinocrates architectus, quum Alexander rerum potiretur, profectus a Macedonia ad exerci- tum regis, a propinquis et amicis tulit ad primos ordines, et purpu- ratos literas. Virg. Aen. 7, 152 Tum fatus Anchisa, delectos ordi- ne ab omni, etc. Vbi Sernius: Ordine ab omni, Ex omni quali- tate dignitatum. Omnium ordinum homines Nepos 25, 13, 6. Conf. Patere. 2, 130, 2 Vbi includuntur plebei. Ordo publicanorum Cic. Fam. 13, 10. Ouid. 1, 11, 10 Nec tibi simplicitas ordine maior inest: vafrae enim puellae tui ordinis. Praestantior ordo Tribuni Stat. Silu. 5, 1, 97. Quietis ordinibus deorum adscribi Hor. Carm. 3, 3, 36. Appropinquare alicui ordini, vid. APPROPINQVO. Coniicere in ordinem, vid. CONIICIO. Mercari ordinem pretio, vid. MER- COR. Cic. Philipp. 2, 44 Illud tamen audaciae tuae, quod Sedisti 105

in quatuordecim ordinibus, quum esset lege Roscia de coactoribus certus locus constitutus. A nostro ordine decretum est, i. a Senatu, cuius pars Cicero Fam. 15, 2. Nempe Ordo, pro Ipsis hominibus aliquando accipitur: hoc est iis, qui eiusdem sunt dignitatis, ut sunt Equites,

5 Consules, et caeteri: quorum dignitas etiam Ordo appellatur. Cic. Off. 3, 58 Qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus, i. Apud omnium ordinum homines. Ordo amplissimus, Senatorius vocabatur. Cic. de Prouinc. Consul. 25 c. 10 Qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus, et ordo is, qui est et publici consilii, et

10 meorum omnium consiliorum auctor et princeps. conf. Plin. Ep. 10, 3. et Suet. Oton. c. 8. et Vesp. c. 2. Equestris ordo Nepos 25, 19, 2. Sic Proximus est huic dignitati ordo Equester Cic. pro Domo c. 28. Excellentior ordo Prudent. in Symmach. 1, 571. Adeptus est ordinem Senatorium Cic. pro Flacco 43 c. 18. Vir senatorii ordinis

15 Patere. 2, 69, 5. Hinc Vtriusque ordinis viri Idem 2, 100, 5. Peculiariter et simpliciter sine adiuncto ordo dicitur de senatoribus, et in prouinciis de decurionibus: βουλῆ, τῆν οὐσίματος, curia, ordo Vet. Lex. βουλευτήριον, curia, ordo ibid. Ordo Mutinensis Tac. Hist. 2, 52, 4. Talia plurima suppeditabit Index Inscriptionum Gruteri, vel Scaligeri potius cap. 9 ubi memorantur Ordo Amplissimus, Clarissimus, Nobilissimus, Piissimus, Primus, Sanctissimus, Splendidissimus, Attifandrum, Ariminen-  
20 sium, Aquileiense, Arretinorum, Augustae Taurinorum, Capuae, Coloniae Aug. Himeraeor. Thermit., Municipii, Municipum, Decurionum, etc. Ordo vna cum ciuibus, ordo et plebs, ordo et

25 populus, ordo possessoresque, etc. Minor ordo, pro equitibus Martial. 4, 2 Cum plebs, et minor ordo, maximusque Sancto cum duce candidus federet. ¶ 4 Ad seriem, quam merita constituunt refertur. Virg. Aen. 7, 276 Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Seruius, id est, meritis singulorum. Sic Virg. Aen. 2, 102 Quidue moror? si omnes vno ordine habetis Achiuos. Seruius, Vno ordine, Vno reatu. Et est de antiqua tractum scientia: quia in ordinem dicebantur causae propter multitudinem, vel tumultum festinantium, quum erat annus litium. Iuuen. Sat. 16, 42 Expectandus erit, qui lites inchoet annus.

35 Verum ista subtiliora, quam veriora. Vno ordine est vno loco, vno pretio. ¶ 5 Ordines in re militari sunt gradus honoris, centurionum praesertim, qui per LX centurias, certe XXX manipulos Legionis suae paullatim ad primum pilum ascendunt, cum ex decimo, i. ultimo hastato fiat decimus princeps, tum decimus pilus, deinde nonus hastatus, 40 princeps, pilus, et ita octauus, septimus, sextus, donec ad primum hastatum, principem, pilum denique primum, qui summus honor et fastigium centurionis est, perveniatur. Sordem et auaritiam Fonteii Capitonis, Adimendis Assignandisque militiae ordinibus, integre mutarat Tacit. Hist. 1, 52, 2. Interfectorem Voculae Altis ordinibus, caeteros, ut

45 quisque flagitium nauauerat, praemiis Attollit Idem ibid. 4, 59, 4. Dare ordines Suet. Caes. c. 75 est In certum militiae ordinem adscribere. Redditi plerisque ordines, remissa ignominia, alleuatae notae Tacit. Hist. 1, 52, 2. ¶ 6 Sed alio intellectu ordines in militia sunt ipsi milites in suas centurias, series, versus locati ac diuisi: de quibus Stat. Theb. 5, 8 Dispositi in turmas iterum, legemque seueri

50 Ordinis. Hinc ordines ducere est centurionem esse, quod apparet ex Cic. Phil. 1, 20 c. 8 ubi, quod series orationis ostendit Centurionum periphrasis est, viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt. Ad aciem ipsam et praetium pertinent Abrumpuntur ordines laxati, vid.

55 ABRVMPPO. Multiplicantur in arcto ordines Liu. 2, 50. Obvertere, vid. OBVERTO. Liu. 2, 59 Centuriones duplicariosque, qui reliquerant ordines, virgis caesos securi percussit. Cogere in ordinem, vid. COGO. ¶ 7 Extra ordinem, apud Iurisconsultos, i. sine verbis et formulis sollempnibus. Paullus in l. Ordo.

60 D. de Publicis iudiciis, Ordo exercendorum publicorum iudiciorum in vsu esse desit, durante tamen poena legum, quum extra ordinem crimina probantur. In Institut. Iustiniani, dicitur omnia iudicia esse extraordinaria, in titulo De interdicitis, in fine, Nam quoties, inquit, extra ordinem ius dicitur (qualia sunt hodie omnia iudicia) non

65 est necesse reddi interdicitum, sed perinde, etc. Suet. Vesp. c. 10 Elegit, qui iudicia centumuiralia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum aetas videbatur, extra ordinem diiudicarent. An simile quid intelligitur in illo Clam et extra ordinem accepit pecuniam a reo iudex Cic. pro Cluent. 85 c. 31? Hoc certe videtur indicare, non con-

70 sciis aliis iudicibus. Extra ordinem, Eximie, quasi praeter caeteros. Cic. Fam. 6, 5 Quare ad eam spem, quam extra ordinem de te ipso habemus, non solum propter dignitatem et virtutem tuam (haec enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua praecipua propter eximium ingenium, summamque virtutem. Aliquoties

75 hac formula vsitur Cicero pro Domo 19 c. 8 ita, ut aliquid legibus non comprehensum, vel aduersum adeo legibus, indicet: Si qua res ad vnum deferenda sit, ad Cn. Pompeium delaturos potissimum: sed se extra ordinem nihil cuiquam dare — cum esset extra ordinem ad patriam defendendam vocatus — extra ordinem bellum cum Mithridate Tigra-

80 neque gessit. ORDINARIVS, a, um. Adi. [ταγματικὸς, τακτικός] In quo seruatur ordo, lex vel naturae, vel ciuilis, vel consuetudinis, etc. Consulatus ordinarius Suet. Galb. c. 6. Consules duo ordinarii Liu. 41, 18. Gladiatores ordinarii Sen. Benef. 3, 28. Idem Epist. 7. vid. Lips. ad

85 h. l. Semina ordinaria Columel. 3, 13, 5. et 3, 16 i. ita disposita, ut semper in illa serie maneat, quibus interseruntur malleoli paullo post eximendi. Sic Vitis ordinaria Columel. 3, 16. Ordinarius, [ἐγκύκλιος] Qui in orbem redit. Vulgaris. Ordinarius lapis, est Struclurae genus ex lapide ordinario, nec temere congestum, nec ad perpendicularum respondens, sed, tamen ordine coagmentatum. Vitruu. 2, 8 Ita-

90 que non est contemnenda Graecorum structura. non enim vtuntur molli caemento polita: sed cum decesserunt a quadrato, ponunt de silice seu de lapide duro ordinaria. Idem p. a. de hiantibus structuris loquens et vitiosus, Quod, si quis noluerit in id vitium incidere, medio cauo seruato, secundum orthostatas intrinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa et silicibus ordinariis struant bipedales parietes. Ordina-

95 narios appellat, non incertos, sed eiusdem formae et ordinis, et inter se similes. Consilia ordinaria Liu. 27, 44. Ordinarium hominem, inquit Festus, Oppius ait dici solitum, Scurram et improbum, qui assidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret aduentum Praetorem. At Aelius Stilo, Qui minime ordine viueret. Cato in ea oratione, quam scribit de suis virtutibus contra Thermum, Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia ordinarius meruissem semper? (Apparet hic ordinarium dici, qui ordine ascendit ab imo

105 gradu militiae) Sunt quidam, qui Manipularem, quia infimi ordinis sit,

fit, appellatum credant Ordinarium. Officium ordinarium, dicitur Senecae de Benef. 3, 28 *ubi praeficitur aliquis certae functioni*: Ad hortos alicuius, ne ordinarium quidem habentis officium. Oratio ordinaria, *i. Perpetua et minus concisa* Plin. Epist. 39. Pugiles ordinarios, vocat Suet. August. c. 45 *Artis suae peritos*: Spectavit studiosissime pugiles non legitimos modo et ordinarios, quos etiam cum Graecis committere solebat: sed cateruarios quoque oppidanos, inter angustias vicorum pugnantem temere ac sine arte. Seruus ordinarius, est apud Ulpianum in l. item apud Labeonem. §. Praetor ait, si quid aliud. D. de iniuriis, Etenim multum interest, qualis seruus sit, bonae frugis, ordinarius, dispensator: an vero vulgaris vel mediastinus, an qualis qualis. Idem Ulpian. in l. Procuratoris in princ. D. de tribut. action. Si vicarius serui mei negotietur, si quidem me sciente, tributaria tenebor. Si me ignorante, ordinario sciente; de peculio eius actionem dandam, Pomponius scribit: nec deducendum ex vicarii peculio, quod ordinario debetur: quum id, quod mihi debetur, deducatur. Sed si uterque scierimus: et tributariam, et de peculio actionem competere ait: tributariam, vicarii nomine: de peculio vero, ordinarii. Idem Ulpian. in l. Si seruus meus, et in l. Hinc quaeritur. D. de peculio. *Sciendum autem vicarium seruum illum fuisse dictum, qui in alterius serui erat peculio, et paene dicam serui seruus: ordinarium vero, qui seruum habebat in peculio suo. Quamvis autem vicarius esset ordinarii κτήν, id est possessio, ordinarioque pareret, erat tamen eius conferuus propterea, quod ordinarii dominus, erat et vicarii dominus, et communis utriusque dominus: id est utrumque habebat in sua potestate.* Hoc aperte ostendit Hor. Serm. 2, 7, 79

Nam

Sive vicarius est, qui seruo paret: uti mos

Vester ait: seu conferuus, etc.

Vid. l. 73. D. de leg. 3.

ORDINARIE. Adu. Tertull. de Resur. Carn. c. 2 Haeretici ex conscientia infirmitatis nunquam ordinarie tractant. Frontin. de Colon. p. 355 *Keuch*. Agrum conuallium ordinarie disposuerunt.

ORDINO, āre. [τάτρω, ἐντεπίλω, διατάτρω] *Disponere, uniuersique locum suum assignare.* Suet. Clar. Gramm. 21 Quare cito marmissus et Augusto insinuat est, quod eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviae porticu suscepit. Ordinare, instituire, parare omnia Cic. pro Sull. 53 c. 19 *de coniuratione*. Aciem ordinare, vid. ACIES. Curt. 3, 8, 24. Agmina in aliquem Hor. Epod. 17, 9. Idem Carm. 4, 11, 20 Ex hac luce Maecenas meus adfluens Ordinat Annos. Arbuta sulcis ordinare Hor. Carm. 1, 1, 9. Corpus imperii Flor. 4, 3, 5. Cupiditates improbas ordinare, pro *Texere, vel animo concipere* Senec. Epist. 10. Diem ordinare Idem ibid. 10 (12). In Diem totum ordinari Quinctil. 1, 2. Dispensatorem Suet. Vesp. c. 23 *constituere*. Familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat Flor. 3, 19, 9. Fata forsitan ita dii ordinauerunt Curtius 4, 14, 20. Ipse LX diebus Euergetarum Gentem ordinavit Idem 7, 3, 3 *de legibus et institutis*. Vid. mox Orientem ordinare, Prouinciam, Remp. ORDINANS. Libellos Ict. *i. ordine explicare*. Litem Cic. de Orat. 2, 43. Literas syllabarum ordinare: 50 ex Prisciano 1. Locum ordinare vitibus Columel. 5, 3. Magistratus Suet. Caes. c. 76. Milites ordinare Liu. 29, 1. Partitis post victoriam officiis, quum Antonius Orientem ordinandum cognouisset Suet. Aug. c. 13. Partes orationis Cic. de Inuent. 1, 19. Prouinciam Flor. 4, 2, 22. etc. Suet. Galb. c. 7. Remp. Flor. 1, 1, 16. Sed Res publicas Hor. Carm. 2, 1, 11. *i. scripto comprehendere, historiam scribere*. Solum hortense Colum. 11, 3, 9. Res suas suo arbitrio Sen. Ep. 9. Statum Reipub. ordinare Suet. Iul. c. 40. Vineam ordinare paribus interuallis Columel. 3, 13, 5. Suprema sua l. 28. D. tit. 2 l. 25. Testamentum Martian. in l. 2. de inoffic. testam. Testamentum inique Marcell. l. 5. D. inoffic. testam. Ordinare, *de mensa, conuiuio, etc.* Dum rex conuiuii circa ordinandum moras necit oxygarum Sidon. Ep. 9, 13. *i. dum inferri ac disponi iubet*.

ORDINANS, antis. Partic. Flor. 2, 16, 3 Metello ordinanti, tam maxime Macedoniam, mandata est ultio.

ORDINANDVS, a, um. Partic. Suet. de Clar. Gramm. c. 21 Cura ordinandarum bibliothecarum. Iustin. 11, 9, 8 Opera in ordinanda acie.

ORDINĀTVS, a, um. Partic. [ταταγμένος] Acies ordinatae Nepos 11, 2, 2. Ordinatis a tergo omnibus Flor. 4, 2, 36. Disciplina ordinata Liu. 24, 48. Magistratus aliter ordinatos ab aliis scriptoribus, dicit Liu. 2, 22 *pro Alio ordine annorum collocatos*. Ordinatus et compositus vir Senec. de Vita beata 8. Compar. Pars superior mundi et ordinatior Sen. de Ira 3, 6. Idem Epist. 74 Ordinatus aliquid proferre. Hieron. ad Marcellam Epist. 17. Superl. Sidon. Epist. 9, 7 Dictio ordinatissima. Apul. de Deo Socr. p. 42 Meatus longe ordinatissimi.

ORDINĀTE. Adu. [ταταγμένως] Auctor ad Herenn. 4 c. 56 Quae si sequemur, acute et cito reperiemus: distincte et ordinate disponemus. Compar. Quo plenius et ordinatius retractentur Tertull. adu. Marc. 1, 19. Superl. Ordinatissime caput mulieris vir est Augustin. de Genesi contra Manich. 2, 12. Ordinatissime itaque subiunxit Augustin. Retract. 1, 24.

ORDINĀTIM. Aliud Adu. [τάξι] Ordine. Brut. ad Cic. Fam. 11, 7 (13) Ille enim iit passim, ego ordinatim: quacunque iit, ergastula soluit. Petere ordinatim honores Seru. Sulpic. Cic. Fam. 4, 5.

ORDINATIO, ōnis. f. [διτάξις, ἐντεταγμένως] Columel. 12, 3 Vt ordinatio constituta conseruetur. Ordinatio vitae, pro *Constitutione* Plin. Epist. 9, 28. Operum Tertull. adu. Hermog. c. 19. Vitae Colum. 12, 3. Ordinatio, pro *Administratione prouinciae*: Suet. Neron. c. 40 Sponderunt tamen quidam destituto ei ordinationem Orientis: nonnulli nominatim regnum Ierofolimorum. Ordinatio, pro *Creatione praefectorum*: Suet. Domit. c. 4 Ecquid sibi visum esset, proxima ordinatione praeficere Aegypto Metium Rufum. Rerum omnium ordinatio Plin. Epist. 10, 67. Omnem ordinationem et necis et testamenti comperit Patere. 2, 59, 5. Ordinatio comitorum Idem 2, 124, 3.

ORDINĀTOR, ōris. m. [ἐντεταγμένος] Seneca Epist. 110 In his opus est illi alieno consilio: quomodo medico, quomodo nauis gubernatori, quomodo aduocato et litis ordinatori. conf. Augustin. Ciu. Dei 19, 12.

ORDINĀTĪVVS, a, um. Adi. Aduerbia ordinatiua Priscian. 15 p. 1022. conf. Tertull. adu. Hermog. c. 19.

ORDINĀLIS, e. Adi. Nomen ordinale, primus, secundus, etc. Priscian. 2 p. 581.

ORDINABILITER. Adu. Zeno Veron. Serm. 6 Frumenta ordinabiliter creata, omni sursum abiecto.

ORDOVICVM, i. n. *Nomen est ciuitatis, a qua Ordouices: quos Iulius Agricola debellauit Tacitus in vita Agric. 18. Ann. 12, 33.*

## O R E

OREA, ae. f. [*χαλιδός*] Festus: Oreae, Fraeni, quod ori inferuntur, dicti. Titinnius in Setina, Etsi tacebit, tantum gaudebit

sibi permitti oreas. Naeuius in Ariolo, Deprandi autem leoni subdas oreas. Cato Originum 3 Equos respondit, Oreas mihi, inde tibi cape flagellum. Caelius pro se apud populum: Equisque mihi sub feminibus occisus erat. Oreas detraho inspectante Lucio Stertino. Haec Festus. Aufon. Ecl. de Solsitio, Inde floridum restētia

ver reuifit oreis. Vid. Voss. Lex. Etym. Dicitur etiam Aurea: vid. Salmaf. ad Vopisc. Carin. c. 19.

ORĒADES, um. f. Pl. [*Ὀρειάδες*] Nymphae sunt montium, ab ὄρος, quod Graece dicitur mons. Virg. Aen. 1, 500 Exercet Diana choros: quam mille secutae Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Per iuga ficcato felix pede currit oreas Calphurn. Ecl. 4, 136.

ORĒON, i. n. *Herba sic dicta, quod in montibus nascatur. Plin. 27, 12 de polygono, Tertium genus oreon vocatur, in montibus nascens, arundini tenerae simile, vno caule densis geniculis, et in se fractis, foliis autem piceae.*

OREOSELĪNVM, i. n. [*ὄρειοσέλινον*] Montanum apium. Plin. 19, 8. et 20, 11. Diosc. 3, 69.

ORESITRŌPHVS, i. m. *Nomen fctum canis venatici, apud Ouid. Met. 3, 233. ὄρειτροφος, in montibus nutritus.*

ORESTES, is. m. [*Ὀρέστης*] Filius Agamemnonis regis et Clytaemnestrae, qui matrem occidit, eo quod illa patrem Agamemnonem interfecerat. Deinde Pyrrhum Achillis filium, qui Hermionen sibi prius desponsatam uxorem duxerat, occidit clam in templo, et Hermionen recepit. Postea furiosus ob haec scelera factus vagabatur. Et custodiēte eum Pylade amico fidiſſimo, peruenit in regionem Tauricam, ubi Iphigeniam sororem suam inuenit, cum qua profectus est in Italiam. Vid. in dictionibus

AEGISTHVS, AGAMEMNON, et PYLADES. Agamemnonius Orestes Virg. Aen. 4, 471. Pelopeus Lucan. 7, 778. quoniam ab illo originem duxit. Pelops enim Atreum genuit, Atreus vero Agamemnonem, patrem Orestis. Insanus Ouid. ex Ponto 2, 3, 45. Agitatus furis

scelerum Virg. Aen. 3, 335. Scenis agitatus Idem ibid. 4, 471. Hoc inquit, quoniam multae fuerunt compositae tragoediae de Oreste. Tristis Hor. de Arte Poët. 124. De Orestis et Pyladis amicitia meminit Cic. de Finib. 2, 84 Pylades quum sis, dices te esse Orestem, vt mori pro amico? aut, si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares?

Et de Amicit. 24 c. 7 Qui clamores tota cauea nuper in hospitis et amici mei Pacuuii fuerunt noua fabula, quum ignorante rege vter eorum esset Orestes, Pylades, Orestem esse se diceret, vt pro illo necaretur: Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret? Orestes, Tragoedia proluxa de Oreste: Iuuen. Sat. 1, 5 Scriptus et in tergo,

necdum finitus Orestes. Hinc: Orestem scribere, pro Librum nimis turgidum componere, prouerbii forma dixit Valerius Episcopus Epist. ad Rufinum, apud Barth. Aduers. 36, 12.

ORESTĒVS, a, um. Adi. [*Ὀρέστειος*] Ouid. Met. 15, 489 Sacraque Oresteae gemitu questuque Dianae Impedit. Oresteae vero dicitur Diana, quod illam Orestes vna cum sorore Iphigenia, e regione Taurica in Italiam translulit, ac iuxta Ariciam collocauit. Dea Oresteae, Diana Ouid. ex Ponto 1, 2, 80. Fides Oresteae Claud. ad Olyb. 41, 18.

ORESTIS, idis. f. *Pars Macedoniae. Cic. de Arusp. Respons. 35*

Quis Platonem ex Orestide, quae pars Macedoniae libera est, hominem in illis locis clarum ac nobilem, legatum Theſſalonicam ad nostrum (vt se ipse appellauit) imperatorem venisse nescit?

ORETENS, vid. OS.

ORĒVS, i. m. [*Ὀρειός*] Dicitur est Liber pater, teste Festo, a montibus, in quibus fieri sacrificia solebant.

OREXIS, is. f. [*ὄρεξις*] Vehemens edendi uisitas: apud Iuuen. Sat. 6, 427 de Oenophoro, Sextarius alter Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim. Idem ibid. 11, 127 de instrumento mensae eburneo, Hinc surgit orexis. Add. Lamprid. Heliogab. c. 19.

## O R G

ORGĀNVM, i. n. [*ὄργανον*] Instrumentum quoduis, quo ad opus suum utuntur artifices. V. g. Vitruu. 10, 1 Inter machinas et organa id videtur esse discrimen, quod machinae pluribus operibus, aut vi maiore coguntur effectus habere; vt balistae, torculariumque pracla. Organa autem, vnus opere prudenti tractu perficiunt, quod propositum est: vti scorpionis, seu anisocyclorum uersationes. Plin. 19, 4 Idemque e puteo rota organisue pneumaticis, vel tollenonum

haustu rigandos. Sic restituit Turnebus 10, 20 quum in excusis, Neumaticis legatur. Ea autem organa quadam machinatione et molitione constructa, aquam sursum eructant, cuiusmodi et apud Vitruuium et Heronem uisuntur. Organum, apud Columel. 3, 13 pro Instrumento ad metiendum apto: Sic, inquit, compositum organum, quum in sulcum demissum est, litem domini et conductoris sine iniuria deducit. Me-

saph. ὄργανον enim erat meum Senatus: id iam est dissolutum Cic. Fam. 11, 14.

¶ 2 Organa, per excellentiam dicuntur musicorum instrumenta. Quintil. 9, 4, 10 Natura ducimur ad modos: neque enim aliter eueniret, vt illi quoque organorum soni, quamquam

verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. Iuuen. Sat. 6, 379 Praetoribus organa semper In manibus. Afficiuntur animi in diuersum habitum organis, quibus exprimi sermo non potest Quintil. 1, 10, 25. Commonetur animus maioribus velut organis Idem 1, 2, 30 extr. conf. Idem 11, 3, 16 et 40 et 169.

¶ Peculiariter organa vocari solent illa pluribus canis constructa instrumenta, quibus in sacro publico cultu concentus redditur: de quibus Burm. ad illud Petron. 36 Organis decipiuntur luscinae. Ifid. Orig. 3, 20 Organum uocabulum est generale omnium uasorum musicorum. Hoc autem, cui folles adhibentur, alio Graeci nomine appellant. Vide

Organi hydraulici descriptiones apud Vitruu. 10, 13. quam explanauit Is. Voss. de uiribus rhythmi p. 99 sq. Tertull. de Anima c. 14. Cornel. Seuer. Aetna 295. Claudian. de Conf. Mallii Theod. 315 et ibi Barth. vt et Scal. ad Seueri l. c. Disertissimum est epigramma Iuliani Graecum Anthol. 1, 86 quod describit compagem hodiernis simillimam organis. Haec

et plura olim iam obseruauimus Chrestom. Plin. p. 404 sq.

I i i i



**ORGANARIUS**, i. m. [*ὀργανοποιός*] *Qui organa compingit, aut qui pulsat.* Firmicus 3, 14 *scribit Mercurium cum Venere in sexto loco ab horoscopo facere organarios et myropolas.* *Conf.* Ammian. 28, 1. *ὀργάνους* Gloss. Lat. Gr.

**ORGANICUS**, a, um. Adi. [*ὀργανικός*] *Saltus organicus* Heliconis Lucret. 3, 133. *i. Sonorus musicis organis refertus.* Organicae machinationes Firmic. 8, 30. Cato apud Non. 2, 70 *Melos organicon assae voci opponit.* Organici, [*ὀργανικοί*] *Qui musicis organis canunt.* Lucret. 2, 112 *Aequae Ac musaica mele, per chordas organici quae Mobilibus digitis expergefata figurant.* *Conf.* Idem 5, 335. 10

**ORGANICE**. Adu. [*ὀργανικῶς*] *Organice moueri, et mechanice apud Vitruu. 10, 1.*

**ORGE**, es. f. Fons nobilis in Narbonensi prouincia. In eo herbae nascuntur in tantum expetitae bubus, vt merfis capitibus totis eas quaerant. Sed illas in aqua nascentes certum est non nisi inbribus ali Plin. 18, 22 *extr.*

**ORGIA**, orum. n. Pl. [*ὄργια*] (*inquit Seruius ad Aen. 4, 302*) apud Graecos omnia Sacra, sicut apud Latinos Caerimoniae dicuntur. Sed iam abusiue sacra Liberi, Orgia vocantur, vel *ἀπὸ τῆς ὀργῆς*, id est a furore: vel *ἀπὸ τῶν ὄρεων*, id est a montibus. *Addere poterat, 20 vel ab ἄργειν, quod profani ab iis arcebantur. Innouabantur autem tertio quoque anno: unde Trieterica dicta sunt, i. Triennalia.* Virg. Aen. 4, 303 *Vbi audito stimulant Trieterica Baccho Orgia, nocturnisque vocat clamore Cithaeron.* *Conf.* Ouid. Rem. Amor. 593. Pieridum orgia Stat. Silu. 5, 5, 4. Catull. 64, 259 *Pars obscena cauis 25 celebrabant Orgia cistis* Orgia, quae frustra cupiunt audire profani. Columel. 10, 219 *Sacra orgia naturae mouere videtur significare occultas naturae leges explicare.*

**ORGYORA**, ae. f. Strychni siue solatae species thyrsos emittens 10 vel 12 vlnarum Apul. de Herb. c. 74. 30

## O R I

**ORIA**, *vid.* **HORIA**.

**ORIOLA**, ae. f. Diminut. *vid.* **HORIOLA**. 35

**ORIBASVS**, i. m. *Nomen canis fictum apud Ouid. Met. 3, 210. Quod montes velociter ascendat. ὄρος enim mons est, et βασιμῶν ascendit.*

**ORIBATA**, ae. m. [*ὀριβάτης*] *vid.* **NEUROBATA**. *Oribatam putarim esse montium ascensorem: Possis forte etiam Oribatas interpretari, Circulatores, qui scandunt ardua, et in erecta euadunt.* Firmic. 40 8, 17 *Erunt funambuli, oribatae, neurobatae.*

**ORICHALCVM**, i. n. *vid.* **AVRICHALCVM**.

**ORICILLA**, *vid.* **AVRICILLA**.

**ORICOS**, siue **ORICVM**, i. n. [*ὄρικος*] *Ciuitas est Epiri a Colchis condita, teste Plin. 4, 23. de qua Lucanus 3, 187 Tunc qui Dardaniam tenet Oricon, etc.* Propert. 1, 8, 20 *Vt te felici vectam per caerulea remo, Accipiat placidis Oricos aequoribus.* *Quidam Orithos male legunt. Vid. Caes. Bell. Ciuil. 3, 11 etc.* *Notis actus ad Oricum* Hor. Carm. 3, 7, 5.

**ORICIVS**, a, um. Adi. [*ὄρικος*] *Terebinthus Oricia* Virg. Aen. 10, 136. *Conf.* Propert. 3, 6, 48. *et Auien. Descript. Orbis 551.*

**ORICVLA**, ae. f. *pro Auricula e MSS. edidit etiam Harduinus.* Plin. 11, 52 f. 114 *extr.* *ex Trogo, Oricularum magnitudo loquacitatis et stultitiae nota est.*

**ORICVLARIVS**, a, um. Adi. [*ὀρικός*] *pro Auriculario subinde 55 apud Celsum legitur, ea ratione qua Coliculus et Colis, pro Cauliculo et Caule dicitur: et Codex et Plostrum, vt Focale a Faucibus, pro Caudex et Plaustrum. Budaeus. Oricularius clyster, infundibulum, per quod medicamenta in aures infunduntur, Graece ὀρικός.* Cels. 5, 26, 12 *Per Oricularium clysterem fistulam eluere. Et 7, 26, 5 Oriculario 60 clystere acetum nitro mixtum per plagam in vesicam compellere. Et 7, 27 Humor rosa mixtus in ipsum vulnus Oriculario clystere agenda. Idem 7, 30, 3 de haemorrhoidibus Oriculario specillo linamenta educenda.* Oricularii Serui Petron. Fragm. Trag. c. 43. *conf. ib. Keines. p. 64. sed hodie ap. Petron. legitur, Auricularii. al. Oracularii. 65*

**ORIDIA** *pro Oriza vel Oryza in libris antiquis obseruauit* Salmaf. ad Lamprid. Antonin. Pium c. 9.

**ORIDVRVS**, a, um. *ὀριδύριος* Gloss. Gr. Lat.

**ORIENS**, *vid.* **ORIOR**.

**ORIFICIUM**, i. n. *Apertura, quasi tu dicas os factum, vt opificium est opus factum.* Orificium lagenae Apul. Met. 2 p. 51, 9. Cistulae Apul. 10 p. 310, 12 *Floridi.* Vrnae Ibid. p. 324, 6. *et 11 p. 374, 7.* Macrobius 7, 4 *Ventris enim duo sunt orificia. Paulo post, Retrimenta sunt, quae per intestina inferiore orificio tradente labuntur.*

**ORIGA**, *vid.* **PERORIGA**. 75

**ORIGANVM**, i. n. [*ὀρίγανον*] *Herba.* Plin. 20, 17 *Origanum quod in sapore cunilam acemulatur, plura genera in medicina habet et onitij vel prasion appellant, non dissimile hyssopo. Origanus dicitur, Ser. Sammon. 879 Cumque hoc absumi debet origanus herba.*

**ORIGANITVS**, a, um. Vinum origanitum Cato R. R. c. 127. 80

**ORIGO**, inis. f. [*ἰσχυρὸν, ultra, ἀρχή*] *Ab Orior deriuatur, et Principium, initium, causam, ortum, stirpem, semen, siue fontem significat.* Plin. 10, 37 *Multi nobilitatem singularum columbarum et origines narrant.* Cic. de Finib. 2, 31 *A primo, vt opinor, animantium ortu petitur origo summi boni.* Liu. Praef. 1 *Et legentium 85 plerisque haud dubito quin primae origines, proximaque originibus minus praebitura voluptatis sint, etc.* Cic. de Vniuers. 7 *Quaeramus igitur causam, quae impulerit eum, qui haec machinatus sit, vt originem rerum et molitionem nouam quaereret. Nullius rei causa remota reperiri origo potest Idem ib. 3, c. 2. Originem et progres-*

*sionem certarum rerum persequi Cic. de Finib. 4, 17. Causa et origo malae mentis Iuuen. Sat. 14, 226. Eloquentiae origo est verborum delectus Cic. de Clar. Orat. 253. Fontium origines celat Nilus Hor. Carm. 4, 14, 45. Mundi crescentis prima origo Virg. Georg. 2, 336. Nominum etymologia Quinctil. 1, 4, 25. Genitalis 95 Rerum Lucret. 5, 176. Verborum Quinctil. 1, 6, 28. Caelestis Virg. Aen. 6, 730. Gens cuncta ab origine Idem Georg. 3, 473. Mira Ouid. Met. 1, 252. Muliebris Lucret. 4, 1226. Natalis Ouid. Met. 12, 471. Tenuis Idem Fast. 3, 433. Modicus originis Tacit. Ann. 6, 39, 3. Clarus origine Ouid. Epist. 18 (19) 147. Ac-*

*cipere originem ab aliquo Quinctil. 5, 11. Ducere originem ab auctore aliquo Hor. Carm. 3, 17, 5. Ducere originem ex aliquo Quinctil. 1, 5 (6). Nascetur pulchra Troianus origine Caesar Virg. Aen. 1, 290. 2 Origines respectu coloniarum appellantur metropoles. Pars originibus suis praesidio, aliae decori fuere Sall. 105*

Iug. c. 19, 1. Sic Liu. 38, 39 Iliensibus Rhoeteum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia vlla merita, quam Originum memoria. ¶ 3 Origines vocavit Cato suos libros antiquitatum et historiarum Rom. vid. Nep. 24, 3, 3. Sic Gellius 20, 5 extr. Cato in sexta origine, etc. 5 ¶ 4 Origo idem quod Auctoritas in praediis, titulus et ius domini L. 24 C. de fideicommiss. Instrumenta ad probationem originis praediorum. Tertull. de Praeser. Habeo origines firmas ex ipsis auctoribus, quorum fuit res.

ORIGINALIS, e. Adi. [ἀρχουδης] Parens originalis frugum, 10 Ceres. Apul. Met. 11 pr. Sententia originalis Idem 10 extr. quam tulit Paris de pulchritudine deorum. Matrices et originalis fidei Tertull. adu. Haeret. c. 21 vocat ecclesias apostolicas.

ORIGINALITER. Adu. Augustin. Retract. 1, 15. et de Trinit. 3, 9.

15 ORIGINALIUS, a, um. Adi. [ἀρχιουδης] Budaeus, originarii, sunt, qui contrahunt municipatum origine principaliter, ut Accursius in rub. de Incolis dicit Cod. 10 et ibidem titulus est de Municipibus et originariis. Hi et Originales vocantur in l. Quum neque. eod. tit. De Incolis. in l. Ciues, Ciues quidem origo facit: incolas vero domici- 20 lium. Conf. Ambros. Serm. 17 extr.

ORIGINATIO, ōnis. f. [ἐτυμολογια] Quinctil. 1, 6, 28 Sunt qui vim potius intuiti, originationem vocent. De etymologia.

ORIGINITVS. Adu. Ammian. 31, 6 Vnde etiam Persae, qui sunt omnes originitatis Scythae.

25 ORINDA, ae. f. Panis genus et semen peculiare Aethiopiae, sesamo persimile. Vid. Hesych. in ὀρίδων. Apic. 2, 2 Orindam infusam terere.

ORIOLA, vid. sub HORIA.

ORION, ōnis. m. Prima communi. [Ὀρίων] Filius Neptuni secundum Hesiodum. Alii fabulantur eum ex urina Iouis, Neptuni, et Mercurii genitum, quos deos, quum Oenopeus quidam hospitio excepisset, eisque bouem mactasset, petiuit, ut sibi filium concederent. Illi ergo corium e boue detractum poposcerunt, atque in illud urinam reddiderunt, ex qua natus est Orion. Vid. Ouid. Fast. 5, 534 qui tamen non Oenopeum, sed 35 Hyrieum fuisse canit, qui hospitio deos susceperit. Et Orionem Vrionem appellatum fuisse. Fuit autem statura corporis ingenti, quod et ipsum Ouidius ibid. indicat, Creuerat immensum. Virg. Aen. 10, 763

— — Quam magnus Orion

Cum pedes incedit medii per maxima Nerei  
Stagna viam scindens, humero supereminet vndas;  
Aut summis referens annosam montibus ornum,  
Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.

Fuit etiam venator, et satelles Dianae, vnde Horatius eum a Diana confossum inquit, quod concubitum eius petere ausus fuisset: sic enim Carm. 45 3, 4, 71 Notus et integrae Tentator Orion Dianae, Virginea domitus sagitta. Praeterea Carm. 2, 13, 39 apud inferos eum esse indicat, vna cum Prometheo et Tantalio. Ouidius vero l. c. ait, eum a scorpio interfectum fuisse, quem irata Tellus illi immiserat, propterea quod gloriatu fuerat, nullum in terris esse animal, quod vincere non posset.

50 Dianam vero misertam illius, inter sidera eum collocauisse. Lucan. 9, 839: Inter astra receptus est ante Tauri vestigia. Sunt tamen qui Graece ab aquarum inundatione sic dictum velint, quod eius tempore habet ortum hiems, et mare ac terras tempestatibus turbat. ὀρίων enim, turbo et concito, significat. Plautus Iugulam vocat, quod sit eius gladius stellarum fulgore terribilis. Hic si fulget, serenitatem: si obscurat, tempestatem denotat. Cic. in Arat. 3 Chelae, cum pectus quod cernitur Orionis. Aquosus Orion Virg. Aen. 4, 52. Armatus auro Idem ib. 3, 517. Deuexi rapidus comes Orionis Notus Hor. Carm. 1, 28, 21 Deuexum inquit, id est in deuexa caeli parte positum, hoc est 60 in Occasu. Comitem vero eius Notum facit, quoniam tempestatem et ventos secum fert Orion. Ensisifer Ouid. Fast. 4, 388. Infestus nautis Hor. Epod. 15, 7. Nimbofus asturgens fluctu Virg. Aen. 1, 539. Pronus magno trepidat tumultu Hor. Carm. 3, 27, 18. Saevius vbi Orion hibernis conditur vndis Virg. Aen. 7, 719. Tristis 65 Hor. Epod. 10, 10.

¶ 2 Orion, primam interdum productam habet, interdum correptam, utrumque cum ratione. ὀρίων enim (quo nomine illum vocatum fuisse supra diximus) lingua Dorica ὀρίων facit, eaque ratione O longum est. Breue autem fit, quum ommissa secunda Vocali in ὀρίων, ὀρίων dicunt. Hoc mirum magis est, Ouid. Fast. 5, 493 in obliquis ω posterius contrahere, Quorum si mediis Boeoton Orionae quares Idem Met. 8, 207 Strictumque Orionis enssem. Ibid. 13, 294 Nitidumque Orionis enssem. Sed et Virg. Aen. 10, 763 primam corripit. Dicitur Orion etiam Oarion, ut apud Nicandrum, Βειρωῶ τεύχιστα πανδὴν μέρων Ὀαρίων. Sic etiam Catullus de coma Berenices l. 64, 75 94 Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion. Et Rutil. 1, 637 Namque procelloso subiungitur Oarioni.

ORIOR, iris vel eris, ortus sum, iri. Dep. [τέλλω, ἀνατέλλω, ἀνα- 80 οχω, ἐξαντέλλω, ἐπαντέλλω, ἐπιτέλλω, ὑποφύομαι] Oriri mediam semper producit, Oritur corripit. est Nasci vel surgere, ut ait Festus. Constat, quid possit oriri Lucret. 1, 204. Ouid. Met. 10, 166 de flore, Tu quoties oreris, viridique in caespite flores. Cic. de Legib. 2, 4 Sum illi villae amicio modo factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus et procreatus. Vid. ORIENS. Oriri ex se, et sponte sua nasci Cic. de Finib. 1, 78. Ex causa oriri Quinctil. 2, 4. Cades miserrima oritur Virg. Aen. 2, 411. Clamor oritur Plaut. Aul. 2, 9, 7. Facinus oritur ex te Idem Poen. 4, 2, 67. i. Tu es auctor huius facinoris. Ter. Adelph. 2, 1, 35 Tamen tibi a me nulla est orta iniuria. i. Coepta, ut ait Donatus. Fons oritur in monte Plin. Epist. 4, 30. Horror tremulus moestis orietur fletibus Propert. 1, 90 5, 15. Lux prospera oritur Ouid. Fast. 1, 71. Monstrum mirabile oritur, i. Accidit. Virg. Aen. 2, 680. Tantorum Nominum, quibus ortus est, ornamentum Vell. 2, 114, 5. Officia virtutis a suo cuiusque genere oriuntur Cic. de Finib. 5, 69. Risus oriebantur, dulcesque cachinni Lucret. 5, 1396. Cic. de Amicit. 5 Fannius et 95 Qu. Mucius ad socerum veniunt post mortem Africani, ab his Sermo oritur. respondet Laelius. Quasi dicat, Ipsi primo loquuntur in isto dialogo. Sermo oritur de villis Hor. Serm. 2, 6, 71. Signa noctis orientia Virg. Aen. 7, 138. Stellae oriuntur et cadunt Ouid. Fast. 1, 295. Tempora orientia Hor. Epist. 2, 1, 130. Cels. 16, 13

Alia quoque Vlcerata in gingiuis oriuntur, quibus eadem, quae in reliquo ore, succurrunt. Ter. Andr. 3, 2, 9 Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? b. e. Te esse principium et initium huius rei. Conf. Idem Hec. 2, 1, 25. et Adelph. 4, 3, 2. et Eun. 5, 5, 28.

ORIENS, entis. Partic. [ἀνατέλλον, ἀναρχόμενος] Austri orientis motus Hor. Carm. 3, 27, 22. Dies oriens Tibul. 4, 1, 122. Luna

Luna Ouid. Met. 8, 11. Lux Catull. Argon. 62, 376. Orientis aut obeuntis Solis partes Cic. Somn. Sc. c. 6. Signa orientia noctis Virg. Aen. 7, 138. Oriens, *Surgens*, ut, Consul oriens magistrum populi dicat. Vel. Long. de Orthogr. p. 2234 *Putsch.* Liu. 8, 23 *extr.* Cum Cos. oriens nocte silentio diceret dictatorem, *ex emend. Rubenii.* Sic Paterc. 2, 99, 2 Orientium iuuenum fulgor. Oriens *i. nascens.* Cic. de Diuin. 2 c. 42 *extr.* Perinde utcumque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, casus cuiusque euentusque fingi.

ORIENS. Subst. [*ἄνατολή*] *Pars ea mundi, in qua sol oriri solet, isque Aequinoctialis Colum. 1, 5, 7 vel brumalis Idem 1, 6, 1 seu hibernus Idem 1, 6, 2. vel aestiuus.* Plin. 10, 44 Orientem spectare quibus exeant in pascua, Occasum quibus redeant. Qui terras ab oriente ad occidentem colunt Cic. N. D. 2 c. 66. Orae Orientis 15 Hor. Carm. 1, 12, 55. Anhelus Stat. Silu. 3, 2, 102. Extremus Ouid. Met. 7, 266. Primus oriens nos affluit anhelis equis Virg. Georg. 1, 250. *Add. Idem Aen. 5, 42.* ¶ 2 *De tractu orbis terrae ad hanc plagam sito.* Vniuersus oriens in potestatem redactus Iustin. 1, 8, 1. *Add. Idem 5, 1, 9.* Oceanus orientis Plin. 19, 25. 20 Regnum orientis Sueton. Tito c. 5. Spoliis orientis onustus Virg. Aen. 1, 293.

ORIENTALIS, e. Adi. Auxilia Orientalia Iustin. 14, 4, 18. Regna Orientalia Idem 39, 5, 3. Ab Orientali arboris parte Pallad. 3, 17.

ORTVS, a, um. Partic. [*ὄρτυκος*] Cic. pro Cluent. 161 Quum quaedam in collibus (ut solet) controuersia pastorum esset orta. Sic, Orta luce, apud Caes. Bell. Gall. 5, 8 pr. Hoc initio suspicionis orto Cic. pro Cluent. 180. Fletus ortus ab omni turba Liu. 2, 40. Flos ortus de sanguine Ouid. Met. 10, 735. Lucifer ortus erat Idem 30 ib. 4, 664. Ratio orta ab sensu falso Lucret. 4, 485. Rumor ortus ex Sulpitii literis, etc. Cic. Att. 11 Epist. vlt. *vid. RVMOR* firmus. Sol recens ortus Virg. Georg. 3, 156. Ortus ab hoc Nepos 25, 18, 3. Ex concubina Sallust. Iug. c. 108. Ortus ex eo loco: *i. Natus* Ter. Eun. 2, 2, 10. Ex qualibet causa ortae Scribon. 100. Ortus 35 equestri loco Cic. de Lege Agrar. 27. Et Liu. 26, 6 Loco obscuro, tenuique fortuna ortus. Siluis fuit ortus in altis Ouid. Fast. 4, 41. Terra orti Quinctil. 3, 7. Vnde ortus est Scribon. 171. Fatis melioribus ortus Ouid. ex Pont. 4, 9, 9. Maioribus ab his orti Hor. Serm. 1, 5, 55. Nobilibus antiquis Quinctil. 3, 8. Satu 40 deorum Cic. de Vniuers. 35. Stirpe ab antiqua Teucrorum Virg. Aen. 1, 630. Pueri claris patribus Hor. Carm. 4, 6, 31. Ortus aliquando idem significat quod Oriundus. Caes. Bell. Gall. 2, 4 ait pterosque Belgas esse ortos a Germanis.

ORTVS, ūs. m. [*γέννησις*] *Natiuitas, nascendi principium.* Cic. 45 de Amicit. 32 Et erit huius ortus a natura, quam ab imbecillitate et grauior et verior. Generosus materno ortu Ouid. Met. 13, 148. Nobilis ortu Sil. 1, 77. Tusculanus ortu fuit Cato Cic. de Legib. 2 5 c. 2. Ducere ortum ab aliquo Ouid. Met. 5, 494. Habere ortum et gigni Cic. de Vniu. 5. Ortus quidquid habet, finem timet 50 Stat. Silu. 2, 1, 218. Moderatur ortus nascentium luna Cic. de Diu. 2, 91. Animantium ortus Idem de Finib. 2, 31. Repetere ortum iuris a fonte Idem de Legib. 1, 20. ¶ 2 *Initium lucendi:* [*ἄνατολή*] Plin. 12, 14 Saba regio spectans ortus solis aestiui. Signorum ortus Quinctil. 1, 4. Ortus et obitus signorum definitum quendam ordinem seruant Cic. de Inuent. 59. Stellarum ortus atque obitus Catull. de Coma Berenices f. 67, 2. Ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes, necesse est Cic. de Diuin. 2, 92. Antiqui signorum ortus Virg. Ecl. 9, 46. Caelestis Quinctil. 3, 7. Nitidus Ouid. Met. 2, 112. Punicei Claud. de Rapt. Prof. 60 1, 220. Purpureus Ouid. Trist. 1, 2, 27. Roseus Phoebi Claud. de Bell. Getic. 244. Ab ortu ad Occasum comitat sol Cic. de Nat. Deor. 2, 49. Phoebus iterauit ortus, *i. iam illuxit secundus dies* Ouid. Fast. 6, 199. Aurora ostendit suos ortus Virg. Georg. 4, 544. Perdificare ortus obitusque signorum, *vid. PERDISCO.* Matutinos 65 praedicat Lucifer ortus Senec. Oedip. f. 5. Susplicere ortus signorum Virg. Ecl. 9, 46. ¶ 3 *Ortus, de plantis.* Lucret. 5, 212 Terrarumque solum subigentes cimus ad ortus.

ORTIŪVS, a, um. Adi. *A plaga Orientis.* Manil. 3, 189 Ortio totidem de cardine duces.

ORITVRVS, a, um. Part. [*ὄρτυσκόμενος*] Hor. Epist. 2, 1, 17 Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.

ORIŪNDVS, a, um. Adi. [*ἀπὸ γέννησιν*] *Idem fere quod Ortus; nisi quod interdum specialius remotiorem originem significare videtur, quorsum trahunt quidam Vlpian. l. 190 ff. de V. S. Prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent; non eos, qui ex prouincia oriundi sunt. Sed intellige, qui tantum oriundi sunt, et nihil amplius, non habitant in prouincia. Nam quod quidam subtiliter distinguunt inter ortum et oriundum et hoc, ut diximus ad remotiorem per maiores, non per parentes originem trahunt, legibus ipsis refellit Fornerius ad b. l. Caeterum oriundum etiam de remota origine dici, satis ostendit Liu. 24, 6 Hippocrates, et Epicyles nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis. *i. Ab Syracusis originem trahentes, vnde fuerunt parentes.* Oriundus ab Vlyssē Liu. 1, 49 de Octauio Mamiliiano Tusculano. S. Aurel. de Viris illustr. c. 35 pr. Pyrrhus rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Cic. in Topic. 29 c. 6 Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt; non satis est. Qui ab ingenuis oriundi sunt; nec id quidem satis est. Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit; abest etiam nunc. Qui capite non sunt deminuti; hoc fortasse satis est. Oriundus, aliquando sine Praepositione, ut apud Liu. 1, 20 Alba oriundum sacerdotium. Lucret. 2, 990 Denique caelesti sumus omnes semine oriundi. Al. Stirpe. Plaut. Aul. 3, 6, 6 Meminerint sese vnde oriundi fient. Liu. 8, 22 Palaeopolis fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis sita est: duabus vrbus idem populus habitabat; Cumis erant oriundi. Columel. 1, 3 95 Quum a primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit, μη δὲ, etc.*

ORIPĒLARGVS, i. m. [*ὄριπέλαργος*] Plin. 10, 3 quasi in ciconiam montanam dicas, inter aquilarum genera.

ORIPVTIDVS, a, um. ὄριπτίος Gloss. Gr. Lat. 100

ORĪTES, is. m. Gemma, de qua sic Plin. 37, 10 Orites globosa specie, a quibusdam et siderites vocatur, ignem non sentiens.

ORITHYIA, ae. f. [*Ὠρίθυια*] Filia Erichthei Athenarum regis, quam Boreas adamasam rapuit, et in Thraciam secum detulit, ex qua Zetum et Calaim filios procreauit, ut pro vera historia retulit Eusebius. 105

*Poëtae pro Vento habent Borean Vid. Apollon. Argonaut. 1. et Ouid. Met. 6, 683. Conf. Stat. Theb. 12, 630. Seru. ad Georg. 4, 463. Aëtias Orithyia, Atheniensis Virg. Georg. 4, 463. Cecropia Valer. Argon. 1, 468. Pandionia Propert. 1, 20, 31 a fratre Pandione. Cic. de*  
 5 *Legib. 1, 3 Verumne sit, Athenis non longe item a tua antiqua domo Orithyiam Aquilo sustulerit; sic enim est traditum. ¶ 2 Alia fuit eodem nomine regina Amazonum: de qua Iustin. 2, 4, 17 et 26.*

ORIVNDVS, *vid. ORIOR.*

ORIX, *vid. ORYX.*

10 ORIZA, [ὄριζα] Hor. Serm. 2, 3, 155. *vid. ORYZA. Conf. ORIDIA.*

## O R M

ORMĒNIS, *idis. f. Filia Ormenii, Aphydamia, ab Hercule ra-*  
 15 *pta. Ouid. Epist. 9, 50 Nec referam partus, Ormeni Nympha, tuos. ORMENVS, i. Teste Homero, Magnesia ciuitas, idque Plinius confirmat 4, 9.*

ORMINIVM, *sive ORMINVM, i. n. [ὄρμινον] Siluestris asparagus, quam corrudam Columella et Cato vocant. Plin. 20, 10*  
 20 *Siluestrem asparagum aliqui corrudam, aliqui libycum vocant, Attici orminium, vid. HORMINVM.*

ORMINOS AGRIOS, *berba. Plin. 26, 10 ubi Harduin. leg. horminos.*

ORMINALIS, *is. f. Herba, alias Satyrion. Apul. de Herb. c. 15.*

## O R N

ORNAMENTVM, *vid. ORNO.*

ORNEVS, *i. m. Ixionis et Nubis filius, vnus ex Centauris. Ouid. Met. 12, 359.*

30 ORNIS, *f. [ὄρνις] Latine dicitur Auis, vel Gallina, vtilissima auium.*

ORNITHIAE, *arum. m. Pl. [ὄρνιθιαί] Venti Septentriona-*  
*les. Colum. 11, 2, 21 Decimo Kalend. Mart. Leo definit occidere, venti Septentrionales, qui vocantur Ornithiae, per dies triginta esse solent,*  
 tum et hirundo aduenit. *Conf. Plin. 2, 47. Ioh. a Wower de Polym.*

35 *c. 11 dissensum scriptorum indicat et componit.*

ORNITHON, *ōnis. m. [ὄρνιθών] Latine Asiarium dicitur. Varro de R. R. 3, 3 Contra, nunc auaria sunt nomine mutato, quod*  
 vocantur ornithones. *Ibid. c. 2 Recipis nos, inquit, in tuum or-*  
 nithona, *vbi sedes inter aues. Idem proem. 2 Ex ea enim quoque*

40 *fructus tolli possunt non mediocres ex ornithonibus, ac leporariis et piscinis. Conf. Columel. 8, 1 et 3 et 4 et 8. Varr. R. R. 3, 5 Ornithona suum describit, quem nos verbis et imaginibus illustrare studuimus.*

ORNITHOBOSCIVM, *i. n. [ὄρνιθοβοσκίον] Locus, in quo gal-*  
 45 *linae et aues depascuntur et enutriuntur. Varro de R. R. 3, 9, 2 De iis, qui ornithoboscium instituere volunt.*

ORNITHOTROPHIA, *ae. f. [ὄρνιθοτροφία] Cohortalis ra-*  
 tio *Colum. 8, 2, 6.*

ORNITHOTROPHIVM, *i. n. [ὄρνιθοτροφίον] Locus, in quo*  
 50 *aves educantur. Varro de R. R. 3, 5, 8 In quo diceris longe vicisse non modo archetypon inuentoris nostri ὄρνιθοτροφίον M. Laenii Strabonis, etc. i. Ornithotrophiorum.*

ORNITHOGALE, *es. f. [ὄρνιθογάλη] Herba, quam describit*  
 Plin. 21, 17.

ORNO, *āre. [κοσμέω, περιέπω, τορᾶω, δαιδάλλω, ἐκτέλλω, κάζω]*  
 55 *Pulchrum et decorum facere, honorare, rebus necessariis, et praesidiis atque armis instruere. Cic. Tusc. 1, 68 Nocturnamque caeli formam vndique sideribus ornatam. Idem Att. 2, 1 Quaequam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atque incomta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant. Populus orna-*

60 *bat aedem frondibus Propert. 4, 10, 29. Virg. Ecl. 7, 25 Hedera crescentem ornate Poëtam i. coronate, vid. ornatus apio etc. Gemma ornabat manus Propert. 3, 6, 12. Sepulcrum floribus ornare Cic. pro Flacc. 95 c. 38. Aliquem beneficiis officiisque omnibus Idem Verr. 1 c. 13. Idem Fam. 7, 5 Neque impedio quo minus, si*

65 *tibi ita placuerit, etiam hisce cum ornes gloriae insignibus. Cum regem, quem ornare antea cuncto cum senatu solebam Cic. pro Deiot. c. 1. Idem de Finib. 3, 26 c. 8 Potest id quidem fuisse et copiose, et omnibus electissimis verbis, grauissimisque sententiis rhetorice et au-*

70 *geri et ornari. Ornare aliquem, et Spoliare, contraria. Cic. pro Flac. 59 Quis erat, qui non sciret in ornandis studiosiorem Mithridatem, quam in spoliandis Trallianis fuisse? Mirabilius et magnificenti-*

75 *us augere aliquid, et ornare intelligendo Idem de Orat. 1, 94. ¶ 2 Formulae: Ars ornat aliquem Cic. Tusc. 1, 112. Artem ornare iure Idem ib. 1, 112. Non modo non laedetur Causa nobilitatis, si istis hominibus resistetis; verum et ornabitur Idem pro Rosc. Am. c. 47. Diuitiis ornare Nep. 2, 2, 3. Donis ornatur honestis Hor. Epist. 2, 2, 32. Donis propriis ornatur industria Claud. Paneg. 8, 261. Inuenta vestire et ornare oratione Cic. de Orat. 1, 142. Moribus ornas res Italas Hor. Epist. 2, 1, 2. Munus ornare*

80 *verbis, pro Laudare, et verbis quodammodo maius, certe incundius gratiusque facere Ter. Eun. 2, 1, 8. Orationem ornare et illuminare Cic. de Orat. 3, 25. Scientiam iuris ciuiliis nouo ornatu ornare Idem ibid. 1, 235. Ornari et exornari ab aliquo Idem Philipp. 11, 36. Omnibus rebus aliquem ornare Idem Att. 6, 6. Amplissimis et ho-*

85 *norificentissimis rebus aliquem ornare Cic. Fam. 5, 2. Defendere, amplificare, et ornare aliquem Idem pro Domo 88. Idem Fam. 9, 14 Intelligere debes in te positam esse Rempublicam, tibi non modo tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profectum est. Apparitoribus, scribis, librariis, praeconibus,*

90 *architectis Praetoriam potestatem ornare Cic. de Lege Agrar. 2, 32. Id. ad Brut. 17 Immo triumphus et stipendium decernitur, et omnibus decretis ornatur. Frequentia ornare et celebrare egressum alicuius Cic. in Pison. 31. Dignitate augeri et honore ornari Idem pro Planc. 22 c. 9. Idem in Catil. 4, 21 Ornetur alter eximia laude Africanus,*

95 *qui duas vrbes huic imperio infestissimas, Carthaginem, Numantiamque deleuit. Laudibus suis et alienis aliquem ornare et honorare Cic. Philipp. 2, 25. Add. Idem Fam. 2, 15. Sententiis aliquem Idem Fam. 1, 9. id est honorificas sententias de illo dicere. Studiis singularibus aliquem Idem Q. Frat. 3, 4. Suffragio ornare candidatum*

100 *Plin. Epist. 1, 25. ¶ 3 Ornare, verbum est saepe de prouinciis usurpatum ab antiquis scriptoribus. Cic. Att. 3, 24 pr. Quam ad me scripsissetis vestro consensu Consulares prouincias ornatas esse. Idem in Pison. 5 c. 2 Prouinciam Galliam exercitu instructam et ornatam. Quod ita accipiendum, ut cum ipsis prouinciis simul decernerentur*

105 *res, quae prouincias administrantibus necessariae putarentur, ut milites,*

*milites, pecunia, et huiusmodi.* Sic ornare classem, in orat. pro Lege Manil. 9 c. 4 pro Instruere. Ornatae provinciae lege Curjata, quarum rectoribus imperium, exercitus, stipendium, legati dabantur. Sed lege Curjata non omnes ibant in provincias, ideoque non omnes publico sumtu. Cic. Att. 4, 18 In ornandis provinciis consularibus. Consules ornare, est Provincias Consulibus decernere easque ea, qua modo dictum est, ratione ornare. Cic. Att. 3, 24 Suam potestatem esse de Consulibus ornandis. Ita loquutus est ad Q. Frat. 3 pr. Referebatur de provinciis Quaeistorum, et de ornandis Praetoribus. Magistratus mulis tabernaculisque et omni instrumento militari ornabantur Liu. 42, 1. Ornare, Aptare, apparare. Cic. pro Quint. 93 Ornare magnifice splendideque conuiuium. Plaut. Rud. 1, 2, 53 Iubere melius est prandium ornari domi. Armis se ornare Ouid. Epist. 9, 103. Parrari et ornari scutis et telis Cic. pro Caecin. 60. Sic pro vestire usurpatur Vit. 1. 6 praef. Cic. Att. 1, 14 Ecce aliae deliciae equitum vix 15 Ferendae, quas ego non solum tuli, sed etiam ornavi, oratione. Id. pro Lege Manil. 9 c. 4 Qui posteaquam maximas aedificasset, ornassetque Classes, etc. Ornasset, i. Instruxisset. Vid. Liu. 26, 37. Copias ornare atque instruere omnibus rebus Cic. pro Lege Manil. 20 c. 8. Exercitum auxiliis ornare Idem Fam. 2, 10. Fugam ornare, Pa-20 vare fugam Ter. Eun. 4, 4, 6. al. adornare. Lectum genialem ornare et sternere sibi Cic. pro Cluent. 14. Nauem armatis ornare Nepos 10, 9, 2. Penum ornare Plaut. Capt. 4, 4, 12. in MSS. confundi solent Ornare et Onerare, v. v.

ORNANS, antis. Partic. Mulieres cum verecundia et sobrietate ornantes se Vulg. 1 Timoth. 2, 9.

ORNANDVS, a, um. Partic. [κακομητός] Suet. Aug. c. 12 Caesarem ornandum et tollendum censebat Cicero, i. Laudandum et interficiendum. conf. Patere. 2, 62 extr. Victoriis ornandus Pompeius Cic. Fam. 1, 9. Senectuti celebrandae et ornandae, quod honestius potest esse perfrugium, quam iuris interpretatio Cic. de Orat. 1, 179. Famula operosa ornandis capillis. Ouid. Amor. 2, 7, 23.

ORNĀTVS, a, um. Partic. [κακομημένος] Ornatus pessime Plaut. Aul. 4, 9, 10. Nondum totos ornata capillos Ouid. Met. 11, 385. Classis ornata armis Lucret. 2, 42. Apio crines ornatus amaro Virg. Ecl. 6, 69. Foliis ornatus oliuae ipse caput tonsae Id. Georg. 3, 21. Pampino viridi Liber ornatus tempora Hor. Carm. 4, 8, 33. Ornatus in peregrinum modum Plaut. Pers. 1, 3, 78. Copiose ornatus, vid. sub COPIA. Ornatus et grauis in dicendo homo Cic. de Orat. 1, 42. Ornatus auro, bono ingenio Plaut. Poen. 1, 2, 88. Ornatus ex suis virtutibus Ter. Adolph. 2, 1, 21 ironice. Testimoniis clarissimorum imperatorum ornatus Deiotarus Cic. de Arusp. Resp. 29 c. 13. Vestitu militari Nep. 14, 9, 3. Cic. de Fin. 2, 112 Sic nos sapientem plurimis et grauissimis artibus atque virtutibus instructum et ornatum, etc. Rebus omnibus ornatus excellit Lucret. 1, 28. 45 Afini ornati clitellarii, i. afini cum clitellis Cato R. R. 10, 1. Elephantus Nep. 23, 3, 4. Equus Gell. 5, 2. 2 Ornatus, inquit Festus, dicitur, Qui bonis artibus instructus est, et honores adeptus a populo: et Bene aptus, vt miles aut gladiator, et acturus fabulas. Adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata Cic. 50 pro Corn. 1. Lectissimus atque ornatissimus Adolescens Idem Diu. in Verr. c. 9. Agro bene culto nihil potest esse nec vsu vberius, nec specie ornatus Cic. de Sen. c. 16. Beneficiis ornatissimus Idem Fam. 7, 5. Et pro Quint. 7 Deinde habet aduersarium P. Quintius verbo Sex. Nauium, reuera huiusce aetatis homines disertissimos, fortissimos, ornatissimos nostrae ciuitatis. Honoribus amplissimis, fortunisque maximis, coniuge, liberis, et affinis ornatus imperator Cic. ad Brut. 18. Nauis inter alias ornatior Tacit. Ann. 14, 4, 3. Naves omni genere armorum ornatissimae Caes. Bell. Gall. 2, 42. Splendidissimus atque ornatissimus ciuitatis suae vir Cic. pro Flacc. 48. 60 Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, etc. Idem Verr. 1, 127 c. 48 extr. Amplissimus ad agendum, ornatissimus ad dicendum locus Cic. pro Lege Manil. 1 pr. 3 Formulæ aliae: Capillo ornato procedere Propert. 1, 2, 1. Plaut. Pseud. 2, 3, 10 Vt lenoni surripiam mulierculam, iam instituta, ornata cuncta 65 in ordine habeo, vt volueram, h. e. Disposita eo ordine, quo optabam. Domicilia regis ornata et referta omnibus rebus Cic. pro Lege Manil. 21. Eques honestus et ornatus Idem Fam. 13, 14. Exercitus satis probe ornatus Cic. Fam. 2, 9. conf. Tacit. Hist. 3, 63, 2 Lips. Fores ornatae Ouid. Fast. 4, 738. Cic. pro Quint. 98 E Fundo ornatissimo deiectus, ignominia omnibus appetitus. Oratio composita et ornata, et artificio quodam et expolitione distincta Cic. de Orat. 1, 50. Ornatus in Oratione Nep. 15, 3, 1. Sententiarum concinnitas ornata Cic. de Clar. Orat. 286 et 325. Sententiam ornatissimam de me dixit Idem pro Domo 69. Versus ornatus elaboratusque Idem in Orat. 36.

ORNĀTVS, ūs. m. [κόσμος, κοσμήτης] vel Ornati, antique, vt apud Ter. Andr. 2, 2, 28 Nihil ornati. Dicitur (auctore Festo) Cultus ipse, quo quis ornatur: vt quum dicimus aliquem tragico vel comico ornatu prodire. Cic. Acad. 4, 119 c. 38 Nulla senectus diuturnitate temporum existere, vt hic ornatus (mundus, κόσμος) vnquam dilapsus occidat. Ornatus, quasi ab ore natus. Hinc enim maxime sumitur, quod eam deceat. Itaque ob id paratur speculum. Haec Varro de L. L. 4, 29 cuius similia damus in ORNAMENTVM. Ornatus Argiuae Helenae Virg. Aen. 1, 650 sunt palla, velamen. Sic Lugubris ornatus, vid. LVGEO. Cic. Off. 1, 61 c. 18 extr. Declaratur autem studium bellicae gloriae, quod statuas quoque videmus ornatum fere Militari. Idem de Senect. 59 Tum Lyfandrum intuentem eius purpuram, et nitorem corporis, ornatumque Persicum multo auro, multisque gemmis, dixisse, etc. de Cyro. Pulchrum ornatum turpes mores peius coeno collinunt Plaut. Poen. 1, 2, 93. Regalis ornatus et vestitus pulcherrimus Cic. de Finib. 2, 69 c. 21. Regio ornata instrata, vid. INSTERNO. conf. Nep. 13, 13, 3. Amplus ornatus scenae aut fori Cic. in Orat. 134. Admirabilis caeli Idem de Nat. Deor. 2, 94. Omnis ornatus virginis Virg. Aen. 7, 74. 95 Distinctio et ornatus oratoris Cic. de Orat. 2, 366. Ornatus oratoris tanquam vestis Idem de Clar. Orat. 262. Verborum ornatus oratoris putandus est Idem de Orat. 1, 49. Insignis Cic. in Orat. 78. Disposita ornata quaedam insignia et lumina Id. de Orat. 3, 94. Afferunt haec quasi lumina magnum ornatum orationi Cic. in Orat. 134. 100 Idem de Orat. 1, 235 Vide Crasse, ne dum nouo et alieno ornato velis ornare iuris Ciuilibus scientiam, suo quoque eam concessio et tradito spoliis atque denudes. 2 Observationes: Ornatu, sine i litera in Datio vsurparunt grauissimi auctores. C. Caesar in Dolebell. actionis III. Ibi isti quorum in aedibus fanisque posita, et honori 105

erant, et ornatu. *Auctor* Gell. 4, 16. *Genis. in i Ter. Andr. 2, 2, 28*  
 In aedibus nihil ornati, nihil tumultu. *Ornatus et Cultus, diuersa.*  
 Tertull. in lib. de Habitu mulieris, *Habitus feminae duplicem spe-*  
 5 *ciem circumfert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem mun-*  
*dum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem con-*  
*uenit dici. Ille in auro, et argento, et gemmis et vestibus deputatur:*  
*iste in cura capilli et cutis, et earum partium corporis, quae oculos*  
*trahunt. Haec ille.*

ORNATE. Adu. [*κοσμημένως*] *Recte, proprie, eleganter et di-*  
 10 *sposte:* Ornate dicere, proprium est eloquentis, *ut ait* Quinctil. 8 *pr.*  
*Cic. de Finib. 1, 8 Res vero bonas verbis electis grauius ornateque*  
*dictatas, quis non legat? Ornate et copiose dicere Idem pro Caec.*  
*c. 18. Ornate splendideque facere aliquid Cic. Offic. 1, 4. Ornate*  
 15 *politeque dicere Idem pro Cael. 8. Composite, ornate, copiose elo-*  
*qui Cic. de Orat. 1, 48. Distincte, distribute, eleganter, ornate*  
*scribere Idem Tusc. 2, 7. Ornatius causas agere Idem Fam. 9, 21.*  
*— causam suam dicere Cic. de Orat. 1 c. 53. Ornatissime defendi*  
*Idem de Clar. Orat. c. 5. De aliquo loqui Idem Att. 1, 14.*

ORNATIO, ōnis. f. Vitruu. 5, 7 *Specie ornationis, etc.*

ORNATOR, ōris. m. Gloss. Vet. Ornator, *κοσμήτης.* Cassio-  
 dor. Epist. 1, 2 *Aceruus Neptunius generator florentis purpurae, or-*  
*nator solii.*

ORNATRIX, icis. f. [*κοσμήτρια*] Suet. Claud. c. 40 *Haec*  
 25 *matris meae liberta et ornatrix fuit. vid. b. l. Torrent. it. Fest. in*  
*Acus. Ouid. de Arte Am. 3, 239 Tuta sit ornatrix: etc. Idem*  
*Amor. 1, 14, 16.*

ORNAMENTVM, i. n. [*κόσμημα*] *Idem quod Ornatus.* Cato  
 c. 10 *Ornamenta bubus sex, iuga cum loris. Instruere ornamenta*  
 30 *alicui, vid. INSTRVO. Ornamenta, Honores. Nullum ab eo*  
*habebat ornamentum, ut caeteri, qui per eum aut honores aut diuitias*  
*ceperant Nep. 25, 7, 2. Cic. pro Rosc. Am. 139 c. 48 Nostri isti*  
*nobiles, nisi vigilantes, et boni, et fortes, et misericordes erunt; iis*  
*hominibus, in quibus haec erunt, ornamenta sua concedant necesse est.*

35 *Ornamenta in sensu illo prouinciali, de quo in ORNO n. 3. Cic. Verr.*  
*5, 83 Vbi ternis denariis aestimatum frumentum? vbi muli? vbi ta-*  
*bernacula? vbi tot tantaque ornamenta magistratibus et legatis a Se-*  
*natu Populoque Roman. permilla et data? Ornamentum, Beneficium*  
*honorificum. Cic. Fam. 2, 18 Quaecunque a me ornamenta ad te pro-*  
 40 *ficifcentur. Afficere populum ornamentis Idem pro Corn. Balb. 43.*  
*Arx et ornamentum amicorum Antonii Cotyla Idem Philipp. 8, 24.*  
*Flos Italiae, firmamentum imperii Romani, ornamentum dignitatis*  
*Cic. Philipp. 3, 13. Insignia et ornamenta generis, nominis, honoris*  
*occiderunt Idem pro Sull. 88. Matronarum vera ornamenta sunt*

45 *pulicitia, non vestes Iustin. 20, 4, 12. Cic. Verr. 1, 152 Quod or-*  
*nementum Pueritiae pater dederat, indicium atque insigne fortunae,*  
*hoc ab isto praedone ereptum esse, grauius et acerbe homines fere-*  
*bant. Reipublicae lumen et ornamentum Q. Hortensius Cic. pro*  
*Milon. 38 c. 14. Inter praecipua saeculi ornamenta, vid. INTER*

50 *Praep. Triumphus decus et ornamentum minuendum nostra parsi-*  
*monia non putauit Cic. de Prouinc. Consul. 28. Honoris ornamenta,*  
*monimenta gloriae, et insignia laudis Idem in Catil. 3, 26. Orna-*  
*mento esse, Decorare, ornare. Cic. Fam. 15, 4 Tu puer me appetisti:*  
*ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Non modo tem-*

55 *poribus nostris, sed ipsis etiam literis ornamento futurus Plin. Ep. 5, 11.*  
*Add. Nep. 10, 2, 1. Cic. Verr. 2, 77 Si ex hoc genere splenderem*  
*ordini atque ornamentum curiae constituere velitis, habeatis sane vo-*  
*biscum istum Senatorem. Ornamenta, pro Armis. Sen. Nat.*  
*Quaest. 4 praef. Sic ergo formare, ut scias te non posse consequi, ut*

60 *sis impenetrabilis: cum omnia caueris, per ornamenta feriet. conf.*  
*Lips. Saturn. 2, 7. Per ornamenta percussus est Idem Sen. Epist. 14.*  
*Ornamenta pugnantium Suet. Tito c. 9. Quod in quibusdam libris*  
*est ferramenta, glossa ex margine irrepsisse videtur. Vniuersim non nun-*  
*quam dicitur de apparatu bellico. Neque vero caeteras copias orna-*

65 *menta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate debeo*  
*conferre Cic. Catil. 2 c. 11. Sed etiam de vestibus scenicis. Eis orna-*  
*menta et corium uti conderent Plaut. Amph. prol. v. 85. Add. Pseud.*  
*1, 3, 108. Huc refer Ornamenta consularia, senatoria, triumphalia,*  
*i. vestes. Sed ad orationis cultum pertinet Cic. de Fin. 1, 14 c. 5*

70 *Quod illa Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta ne-*  
*glexerit. Ornamenta orationum et conformationes Cic. de Clar.*  
*Orat. 140. Eloquentiae ornamentum Quinctil. 1, 8. Oratoria*  
*ornamenta dicendi Cic. de Clar. Orat. 261. Ornamenta dicendi non*  
*satis opima, vid. OPIMVS. Adhibere ornamenta, vid. ADHIBEO.*

75 *Adiungere ornamenta oratoria, vid. ADIVNGO. De honoribus,*  
*Amittere ornamenta Cic. Fam. 4, 6. Congerere ornamenta Id. pro*  
*Deiot. 12. Et Idem . . . Si quae pudore tibi ornamenta peperit, ea*  
*potest contra petulantiam te defendente obtinere, i. Desinere. Pro-*  
*ficifcentur ornamenta ab aliquo Cic. Fam. 2, 19. Recidere ambi-*

80 *tiosa ornamenta Hor. de Arte Poët. 447. Recuperare ornamenta*  
*Cic. Fam. 12. . . Redundare ornamentis Id. ibid. 3, 10. Spoliare*  
*ornamentis Idem ibid. 5, . . . Obs. Varro de L. L. 5, 7 p. 59, 30*  
*Osnamenta scenici plerique dicunt, et haud obscure ab ore deriuat. Fue-*  
 85 *rint itaque speciatim πρόσωπα, et ornare καλλωπίζειν os pulchrius facere.*

85 *conf. ORNATVS, ūs, ubi similia Varronis damus.*

ORNĀMEN, inis. n. Mart. Capella 6 p. 192 *Cyllenium exclu-*  
*dit ornānen.*

ORNAMENTARIVS, i. m. Gloss. Gr. Lat. *κοσμήτης, orna-*  
*mentarius, ornator.*

90 ORNVS, i. f. *Arbor.* Columel. de Arbor. c. 16 *Sed si aspera et*  
*siticulosa loca arboribus obserenda erunt, neque populus, neque vl-*  
*mus, tam idoneae sunt, quam orni; eae siluestres fraxini sunt, paullo*  
*latioribus tamen foliis, quam caeterae fraxini, nec deteriozem fron-*  
 95 *dem, quam vlmi praestant. Caprae quidem et oues libentius etiam*  
*hanc frondem appetunt. Aërea Valer. Argon. 8, 113. i. excelsa.*  
*Annosa Virg. Aen. 10, 766. Excelsae Valer. Argon. 3, 485. Hu-*  
*milis Claud. de Rapt. Proserp. 3, 140. Rigidae Virg. Ecl. 6, 71.*

100 *Steriles saxosis montibus Idem Georg. 2, 111. Truncae Stat. Achill.*  
*1, 113. Vastae Idem Theb. 5, 18. Aduoluunt ingentes montibus*  
*ornos Virg. Aen. 6, 182. Agitantur veteres Hor. Carm. 1, 9, 12.*  
*Accisam ferro eruere antiquam ornum Virg. Aen. 2, 626. Incanuit*  
 105 *ornus albo flore pyri Idem Georg. 2, 111. Viduantur foliis orni*  
*Hor. Carm. 2, 9, 12.*

ORNEVS, a, um. Adi. *Orneam frondem bubus recte praebe-*  
 105 *bimus Colum. 11, 2.*

ORNYTVS, vel ORNITVS. Teuthides cognominatus. Vid. Virg. Aen. 11, 677. et Val. Flacc. 3, 173. et Stat. Theb. 12, 207 et 219.

## O R O

ORO, Ære. [*ὄροιαι, ἔυχομαι, παρακαλῶ*] ab Ore fit, inquit Varro de L. L. 5, 7 extr. *Est nempe ore vii vel ad dicendum, vel specialiter ad rogandum aliquid precibus, et videtur sane vehementius esse, quam Rogare.* Ascon. ad Diu. in Verr. 3 c. 1 Rogare et orare, ne illos supplices aspernaret, ait, Rogare vt hominem, orare vt deos. Et Vet. Schol. Rogamus homines, oramus deos. Rogamus verbis, oramus vultu, lacrimis, gestu. *Sed ea non esse perpetua, satis exempla docebunt. Manebit tamen hoc orare plerumque vehementius desiderium notare.* Orare atque obsecrare aliquem Cic. Verr. 2, 42. Rogare et orare aliquem Idem ibid. 2, 96. Orare et obtestari aliquem Idem pro Planc. 104. Orare et hortari aliquem Cic. Q. Frat. 1, 1, 36. Plaut. Casin. 2, 5, 13 Orat, obsecrat, ne Casinam vxorem ducam. Cic. pro Quint. 10 Orat, atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem, in hoc tandem loco consistere et confirmari patiamini. Ter. Hec. 3, 2, 3 Quod te Aesculapi, et te Salus, ne quid sit huius, oro. *conf.* Nep. 20, 5, 2. Ter. Andr. 4, 2, 4 Orare iussit, si se ames; hera, iam vt ad sese venias. Cic. pro Rosc. Amer. 93 Orat, vt eam noctem peruigilet. Etiam atque etiam te oro, vt me totum tuendum suscipias Cic. Att. 11, 1. Ter. Andr. 1, 5, 54 Quod ego per hanc te dextram oro et geniū tuum, Per tuam fidem, perque huius solitudinem Te obtestor, ne abs te hanc segreres, neu deseras. Per omnes deos te oro Hor. Carm. 1, 8, 2. Plaut. Afin. 4, 1, 38 Tu Pro illa ores, vt sit propitius. Pro salute alicuius aliquem Cic. ad Brut. 16. Deum orauere Ouid. Met. 15, 646. Gentes orare et vrbes Virg. Aen. 6, 92. Sallust. in Catil. c. 50 Cethegus autem per nuntios familiam atque libertos suos electos et exercitatos orabat in Audaciam, vt grege facto, cum telis ad sese irrumperent. Orare aliquem aliquid Suet. Vesp. c. 16. Ter. Andr. 3, 2, 47 Nunc Chremem conueniam: orabo gnato vxorem. *b. e. Orabo, vt filio meo det gnatam suam in vxorem.* Plaut. Pseud. 2, 2, 62 Scin' quid te orem? Orare aliquid ab aliquo, est Petere Idem Amph. prol. 64. Et Trin. 5, 2, 37 Ius hic orat. Plaut. Men. 5, 9, 86 Optimum atque aequissimum orat frater. Et Pers. 3, 1, 71 Bonum aequumque oras, sequere hac. Ter. Heaut. 2, 3, 125 Nam misere quendam offendi militem, eius noctem orantem. Finem orare malorum Ouid. Met. 1, 723. Hiemes orare serenas Virg. Georg. 1, 100. Opem Ouid. Met. 1, 68. Pacem manu Virg. Aen. 10, 80. Veniam dapibus Ouid. Met. 8, 683. Veniam hanc extremam oro Virg. Aen. 4, 435. Vitam Idem ibid. 8, 577. Orare tecum, mecum, *Archaismus est pro Orare te, me.* Plaut. in Pers. 1, 3, 37 Quaeso animum aduerte, hoc enim iam heri narraui tibi: tecumque orauī, vt numos sexcentos mihi dares vtendos mutuos. Idem in Curc. 3, 3, 62 Tecum oro, et quaeso, qui has tabellas afferet tibi, vt ei detur quam istic emi virginem. Ter. Hec. 4, 4, 64 Egi, atque orauī tecum, vxorem vt duceres. *Quamuis sint, qui hunc locum aliter legant.* Cic. Att. 9, 13 Quamobrem a te peto, vel potius et omnibus precibus oro et obtestor, vt in tuis inaximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi. Multis et supplicibus verbis orare vt liceat Cic. Att. 12, 31 (32). Gestu orauī fugam Ouid. Met. 14, 219. *i. Gestu rogauī, vt me iuuarent, quo hinc possim aufugere.* Orant admittier, Orant, vt admittantur Virg. Aen. 9, 231. Orat ignoscas Plaut. Amph. 1, 1, 101. Modus orandi, quīsit, prius ordine dicam Virg. Georg. 4, 537. Flectere aliquem orando Idem ibid. 4, 399. *2 Quod supra indicauimus, etiam Orare, significat Agere et dicere.* Ter. Phorm. 2, 1, 62 Seruum hominem causam orare leges non sinunt. Cic. de Clar. Orat. 47 c. 12 Quo neminem vnquam melius vllam orauisse capitis causam, quum se ipse defenderet, se audiente locuples auctor scripsit Thucydides. Causas orare Virg. Aen. 6, 849. Artem orandi literis tradere Quinctil. prooem. 1, 4. Vera imago orandi Idem 5, 12. Scientia orandi Idem 1, 10, 2. Vires orandi Quinctil. 2, 16. *conf.* Fest. it. Non. 4, 342.

ORANS, antis. Partic. [*ὄρῶντος*] Ter. Eun. 5, 5, 14 Atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide. Idem Adep. 3, 4, 26 Venit ipse vltro lacrumans, orans, obsecrans. Idem Heaut. 2, 3, 124 Offendi ibi militem eius noctem orantem. Liu. 21, 6 Legati missi, auxilium ad bellum iam haud dubie imminens orantes. Virg. Aen. 1, 523 Orantes veniam. Multa deos orans Idem ibid. 9, 24. Murmure pauido orantes Claud. Conf. Hon. 4, 446. Annuere oranti Virg. Aen. 11, 797. Dictis talibus orantem audiit omnipotens Idem ibid. 4, 219. Aures surdas praebere oranti Ouid. ex Pont. 2, 9, 25. Brachia orantia tendere Idem ibid. 2, 9, 65.

ORANDVS, a, um. Partic. [*ὄραντος*] Numina oranda Virg. Aen. 2, 232.

ORATVS, a, um. *similiter* Partic. [*ὄραντος*] Plaut. Mil. 2, 6, 9 Sed satin' oratus abit? Prece multa oratus Hor. Epist. 1, 13, 18. Per diuos oratus Idem Serm. 2, 3, 176. *conf.* Patere. 2, 70, 1.

ORATVM, i. n. [*ὄραντον*] Quod orauimus. Ter. Hec. 4, 1, 60 Ne orata nostra nequeat diutius celare. Id. ibid. 3, 3, 25 Sed, quum orata eius reminiscor.

ORATVS, ūs. m. [*ὄραντος*] *Precatio, rogatio.* Plaut. Caf. 4, 1, 17 Illarum oratu faciunt. Cic. pro Flacc. 92 c. 37 An etiam scripsit oratu tuo? *Correctiora exemplaria legunt* Rogatu. Ipse autem procerum magnis oratibus actus Coripp. 2, 11.

ORATIO, ōnis. f. [*λόγος*] est omnis Locutio, auctore Cic. de Clar. Orat. 69. Ter. Phorm. 1, 4, 48 Meministin' olim, vt fuerit vestra oratio? *i. Non meministis eorum, quae dixistis tunc, quum, etc.* Idem Andr. 4, 1, 10 Ibi tum impudentissima eorum oratio est. Idem ibid. 1, 1, 214 Honestā oratio est. Qualis homo ipse esset, talem eius esse orationem, orationi autem facta simillima, factis vitam, Socrates differebat Cic. Tusc. 5 c. 16. Idem de Fin. 2, 20 Atque ibi hoc dicit, vbi omnis eius oratio est de summo bono. Magna laus et honesta oratio Cic. Verr. 5, 5. Orationis satis est: sequere me, ac tace Plaut. Bacch. 1, 2, 59. Aliena, vid. ALIENVS in ALIVS. Oratio haec me miseram, exanimauit metu Ter. Andr. 1, 5, 16. Oratione beneficis, *Qui verbis multa promittit* Plaut. Epid. 1, 2, 14. Orationis operam compendi facere Plaut. Most. 1, 1, 57. *b. e. Paucis agere.* Ter. Andr. 2, 4, 4 Orationem sperat inuenisse se, qua differat te. Orationem sibi parare, *pro Cogitare, quid dicturi simus* Plaut. Pseud. 1, 5, 39. Oratio cogitata, et in coetu hominum habita, uno tenore, quae 105



deinde etiam in literas relata est, uti exstant Donatus ad Orationes Ciceronis. Cic. de Senect. 16 Et tamen ipsius Appii exstat oratio, atque hanc ille egit septem et decem annos post alterum Consulatum, quum inter duos Consulatus anni decem interfuisent. Ter. prol. Andr. 13

5 Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen dissimili oratione sunt factae, ac stilo: Oratio, inquit, in sensu est: Stilius in verbis. Oratio ad res refertur: Stilius ad verba. Stilius non est in tempore: sed prolata oratione: Oratio autem est et in cogitatione, et in prolatu. Orationem in sententiis dicunt esse, Stilium in verbis, Argumentum in

10 rebus. Ergo in poemate oratio est. Sic decreta et consilutiones principum quoque vocatae sunt orationes, ut Suet. Tit. c. 6. Cuius orationem legati domum referunt Caes. Bell. Civil. 1 c. 35. ¶ 2

Substantiua: Aculei orationis, vid. ACULEVS. Claritas orationis Quinctil. 2, 16. Idem 6, 3 Salsum igitur erit, quod non erit

15 infusum, velut quoddam simplex orationis Condimentum. Corpus orationis Quinctil. 3, 11. Diuitiae Cic. Fam. 4, 4. Elatio atque altitudo orationis Idem in Brut. 66. b. e. Graue et grande genus dicendi. Genus orationis atrox et vehemens, cui opponitur Lenitatis et mansuetudinis Cic. de Orat. 2, 200. Genus exangue et aridum Auctor ad

20 Heren. 4, 6. Genus fluctuans et dissolutum Idem ibid. 4, 6. Habitus virilis Quinctil. 5, 12. Incitatio, vid. INCITO. Lenitas et aequabilitas Cic. in Orat. 53. Limatus oratione, Locuples oratione, Ornamenta orationis, vid. ff. l. Ornatus orationis Cic. de Fin. 1, 10. Paupertas Id. Fam. 4, 4. Salubritas et sanitas, et infania,

25 it. Succus Orationis, vid. Succus orationis, in SVCCVS. Cic. Att. 10, 16 At ille per pauca locutus Summam habuit orationis, ut sibi ignoscerem. Vestitus, vid. VESTITVS, in VESTIS. ¶ 3 Epitheta:

Abiecta et humilis oratio, Alta et exaggerata, contraria Cic. in Orat. 162. Acceptor plebi, vid. ACCIPIO. Accurata Cic. de Clar.

30 Orat. 326. Ibidem 30. Et de Amicit. 25. Acris et vehemens Quinctil. 5, 13. Admirabilis, vid. paullo post, Grauis. Plin. Epist. 1, 20 Non enim Amputata oratio et abscissa, sed lata, magna et excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miscet. Amputata, hoc est breuis, circumcisa. Abscissa, manca. Lata, copiosa. Magnifica,

35 sublimis. Excelsa, illud dicendi genus admirabile continens. Angusta et concisa, collatata et diffusa oratio Cic. in Orat. 187. Anxia, vid. ANXIVS. Apparata, vid. APPARO. Aspera, horrida, tristis, neque perfecta, neque conclusa Cic. in Orat. 20. Aspera oratio, Vehemens Curtius 6, 9, 28. Astrictior contractiorque Stoicorum Cic. in Brut. 120. Caecata, Capitalis, Certa, Circumfluens, Circumcisa, vid. ff. l. Circumlata, vid. paullo post, Deducta. Cohaerens Cic. de Orat. 3, 170. Colorata quadam vrbantate, Collatata oratio, vid. hb. vv. Comta et mitis Cic. de Senect. 28. Concinna, distincta, ornata, festiua, sine intermissione,

45 sine reprehensione, sine varietate Idem de Orat. 3, 98. Concisa Quinctil. 2, 20. Concitata Idem 3, 8. Conclusa, vid. paullo post, Lenis. Condita, vid. paullo post, Grauis. Consumta, Contentiosa, Continens, vid. hb. vv. Contorta et acris Cic. in Orat. 65. Contumeliosa Idem pro Planc. 6. Copiosa et elegans, vid. COPIA.

50 Copiosissima et ornatissima Cic. pro Sull. 12. Corruptae et vitiosae Quinctil. 2, 5. Plin. Epist. 1, 20 Si tamen detur electio, illam orationem similem niibus hibernis, id est Crebram, assiduum et largam, postremo diuinam et caelestem volo. Criminosa, vid. sub CRIMEN. Cygnea, vid. CYGNVS. Deducta atque circumlata Quinctil. 4, 1.

55 Diserta Cic. de Orat. 1, 231. Dissipata, inculta et fluens oratio, et quae plane e numeris non constat Idem in Orat. 220. Dissoluta, et ex diuersis congesta Quinctil. 2, 11. Distincta Cic. de Orat. 3, 98. Dulcis Idem de Senect. 3. Elegans Idem de Finib. 1, 10. Exaggerata altius Cic. in Brut. 66. b. e. Graui genere dicendi, et grandibus

60 verbis confecta. Ne Exilis, ne inculta, ne vulgaris, ne obsoleta sit oratio Cic. de Orat. 3, 30. Exiles orationes, Serg. Galbae, et redolentes antiquitatem Idem de Clar. Orat. 82. Expedita et persaepe currens Cic. in Brut. 227. Extemporalis Quinctil. 4, 1. Faceta Cic. de Clar. Orat. 272. Facta oratio, pro Elaborata: Cic. de Orat.

65 3, 183 Namque ego illud assentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita, atque facta quodammodo, non astrictae, sed remissius numerosam esse oportere. Et 1, 63 Illud verius, neque quemquam in eo disertum esse posse quod nesciat: neque si id optime sciat, ignarusque sit faciundae ac poliendae orationis, diserte id ipsum

70 posse, de quo sciat, dicere. Orationem facere dicimur, non quum habemus, sed quum rebus et verbis condimus; Expolire autem, quum limamus, et elegantis elocutionis ornamus. Cic. de Clar. Orat. 30 Sed, ut intellectum est quantam vim haberet accurata et facta quodammodo oratio, tum etiam magistri dicendi multi subito exstiterunt. Favourabilis Tacit. Ann. 12, 6. Feruidior, vid. paullo post, Volubilis. Festiua Cic. de Orat. 3, 98. Ficta, vid. paullo post, Induere. Flexanima atque omnium regina rerum Cic. de Orat. 2, 187 c. 44. Fluens Idem in Orat. 65. Fortis oratio non semper quaeritur, sed saepe placida, submissa, lenis, quae maxime commendat reos Cic. de Orat.

80 2, 18. Grandis Idem de Clar. Orat. 272. Grauis et splendida Idem de Finib. 3, 19. Grauis, suavis, condita, liberalis, admirabilis, polita, conspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus Cic. de Orat. 3, 94. Hilarior renidet, vid. RENIDEO. Honora Tacit. Ann. 3, 5. Cic. Fam. 5, 2 Quum tu ipse mihi dixisti orationem meam non solum in te Honorificam, etc. Horrida, vid. paullo post, Lenis. Ieiuna, Immoderata, Immodica, Impudens, vid. hb. vv. Incitata, grauis, et vehemens Cic. de Clar. Orat. 93. Incitata, volubilis, non redundans, nec circumfluens oratio Id. ibid. 203. Inculta, vid. f. l. Inelaborata, vid. paullo post, Simplex. Inflata et quae turget oratio, saepe imperitis videtur grauis Auctor ad Heren.

90 4, 6. Ingrata, vid. b. v. Instructa, vid. paullo post, Lenis. Intorta, vid. sub INTORQVEO. Iuncta Cic. de Orat. 3, 170. Iucunda, vid. paullo post, Facere. Lenis, instructa, et terminata oratio, cui opponitur, Aspera, tristis, horrida, neque perfecta, neque conclusa Cic. in Orat. 20. Liberalis, vid. paullo ante, Grauis. Locuples, Luculenta, vid. ff. l. Magnifica Tacit. Hist. 2, 90. Mitis Cic. de Senect. 28. Mitissima Idem Fam. 5, 4. Mollis et liberalis, vid. MOLLIS. Morata, vid. MOS. Multa, varia et copiosa Cic. de Orat. 2, 214. Nata, vid. NASCOR. Nitida de

100 horridis, plena de ieiunis, noua de peruulgatis quaedam est oratio Cic. de Orat. 3, 48. Nobilis, vid. NOBILIS. Numerosa, vid. NUMERVS. Obscura quia peracuta, rapida et celeritate caecata oratio Cic. de Clar. Orat. 264. Obsoleta, vid. b. v. Oratoria Cic. de Orat. 1, 231. Ornata Idem ibid. 3, 98. Pacatior philosophorum

105 oratio, oratorum pugnacior Cic. de Clar. Orat. 121. Pedestris, vid.

*vid. h. v. in PES.* Pellucens, *vid. f. l.* Peracuta, *vid. paullo ante*, Obscura. Perelegans et persubtilis Cic. pro Planc. 58. Perfecta, *vid. paullo ante*, Lenis. Perpetua Quinctil. 2, 20. Perpolitata Cic. de Orat. 1, 31. Perurbana Idem de Clar. Orat. 272. Placida, *vid. paullo ante*, Fortis. Polita, *vid. paullo ante*, Grauis: 5 *et paullo post*, Vibrans. Pugnax, *vid. paullo ante*, Pacatior. Putissima, *vid. PVTVS.* Rapida, *vid. paullo ante*, Obscura. Redundans, *vid. paullo ante*, Incitata. Regina rerum Quinctil. 1, 12. *Conf. Cic. de Orat. 2 c. 44.* Saeua crimosaque et virulenta Gell. 18, 3. Secunda, Grata, fauens, plausibilis. Sallust. Iugurth. c. 65 10 Hominem ob morbos animo parum valido, Secunda oratione extollit: illum regem, ingentem virum, Masinissae nepotem. Seuerissima Quinctil. 6, 3. Simplex, et grauis Idem 3, 8. Simplex, ac inelaborata Idem 4, 1. Spinosa et exilis Cic. de Orat. 1, 83. Splendida, grandis, faceta et perurbana Idem de Clar. Orat. 272. Stabilis oratio, cui Volubilis opponitur Idem in Orat. 187. Stabilis dicitur propter syllabas longas: Volubilis autem propter breues. Hoc aperit Quinctil. 9, 4 qui quum pedes orationis enumerasset, ita subiungit: Horum pedum nullus non in orationem venit; sed quo quique sunt temporibus pleniores, longisque syllabis magis Stabiles, hoc grauiorem faciunt orationem; breues, celerem ac mobilem. Suauis, *vid. paullo ante*, Grauis. Summissa, *vid. paullo ante*, Fortis. Tacens Quinctil. 2, 18. Terminata, *vid. paullo ante*, Lenis. Cic. in Orat. 65 Quoniam genere orationis fuso atque Tracto, et cum lenitate quadam aequabili profuit historia. Tristis, *vid. paullo ante*, 25 Lenis. Varia oratio, *vid. paullo ante*, Multa. Vehemens, *vid. paullo ante*, Incitata. Vibrans, incitata, accurata, et polita Cic. de Clar. Orat. 326. Virilis et fortis Idem de Orat. 1, 231. Vitiosa Quinctil. 2, 5. Cic. in Orat. 64 Mollis est enim oratio Philosophorum et Vmbratilis. Mollis: quoniam neruis et aculeis orationibus caret, nec aduersarium pungere studet. Vmbratilis: quoniam veras pugnas non imitatur in sole atque puluere. Vocamus enim pugnam umbratilem, quae sit exercitationis tantum gratia: et Vitam umbratilem Tusc. 2, 27 vocat Cicero, Mollem et delicatam. Vid. Vmbratilis, in VMBRA. Volubilis et paullo feruidior erat oratio Appii Cic. de Clar. Orat. 108. Vulgaris Idem de Orat. 3. 4 Verborum formulae: Aberrauit oratio, *vid. ABERRO.* Cic. Off. 1, 135 Si Aberrare ad alia coeperit, ad haec reuocetur oratio. Abhorret oratio ab vtilitate audientis, *vid. h. v.* Cic. pro Corn. Balb. 17 Neque Cn. Pompeius, cuius oratio omnibus ornamentis Abundauit, etc. 40 Accommodare orationem, Adduci oratione, Adhibere orationem, *vid. hb. vv.* Adhibet lumen rebus oratio Cic. de Orat. 3, 47. Adhinnire ad orationem, Agere orationem, *vid. hb. vv.* Aucupare Cic. pro Sext. 119. Cadere in orationem, *vid. CADO.* Caecatur celeritate oratio Cic. de Clar. Orat. 264. Canescit oratio, 45 Carpere, Claudicat oratio, Coercere orationem rapidam, Coharet oratio, Complecti oratione, Comprimere orationem, Conferre, Conformare, Consistere oratione, Consonat moribus oratio, Conterere aliquem oratione, *vid. ff. ll.* Conuertere oratione motus populi, iudicum religiones, Senatus grauitatem Cic. de Orat. 1, 50 31. Currit oratio, *vid. CVRRO.* Defendere orationem a taedio Quinctil. 6, 3. Cic. pro Planc. 74 Recitetur oratio, quae propter eius magnitudinem Dicta de scripto est. Distinguere et illustrare orationem, *vid. ILLUSTRIS.* Distinguitur atque illustratur oratio inmaxime raro inducendis locis communibus Cic. de Inuent. 2, 49. 55 Effingit mores oratoris oratio Idem de Orat. 2, 184. Enitet, *vid. ENITEO.* Esse orationem alicui cum aliquo Cic. pro Sext. Euo mere orationem ore impurissimo in aliquem Idem Philipp. 5, 20. Explicat orationem sane longam et verbis valde bonis Idem de Lege Agrar. 2, 15. Exprimere oratione mores aliquorum Idem de Orat. 60 2, 184. Facere iucundam et ornatam Quinctil. 4, 3. Iunctam, cohaerentem, lenem et aequabiliter fluentem orationem Facit verborum collocatio Cic. de Orat. 3, 170. Fertur quasi torrens oratio Idem de Finib. 2, 3. Flaccescit oratio, *vid. FLACCIO.* Habere orationem contra aliquem Quinctil. 2, 17. Habere multam de aliqua re Cic. Tusc. 5, 94. Iacet oratio, *vid. IACEO.* Illuminare, *vid. ILLUMINO.* Illustrare Cic. de Orat. 3, 91. Imprimatur animo oratio, Includere orationi suae aliquid, Inducebar orationibus tuis, *vid. ff. ll.* Induere fictam orationem Quinctil. 4, 1. Inflectere, Infracta, Infundere in aures alicuius, Ingredi orationem, et in orationem, Instituire cum aliquo, Interimit me haec oratio, Interrumpere mediam alicuius orationem, Interuertere, *vid. hb. vv.* Loquitur oratio Quinctil. 6, 1. Modulari, Nitere dicitur oratio, *vid. hb. vv.* Notat et illuminat maxime orationem tanquam stellis quibusdam verbum translatum Cic. de Orat. 3, 75 169. Obcaecat orationem totam narratio obscura, Obire oratione quippiam, Opprimere orationem alicuius, *vid. ff. ll.* Ornata gravibus verbis oratio et perpolitata Cic. de Orat. 1, 31. Percurrit oratio, Perorare orationem, *vid. hb. vv.* Ponere modum orationi Tacit. Ann. 4, 9. Promere orationem de se Idem Hist. 2, 90. 80 Recitare, *vid. Dicere, supra.* Refrigescit oratio Quinctil. 4, 3. Renidet oratio hilarior, *vid. RENIDEO.* Scribere orationes Quinctil. 2, 17. Cic. Brut. 91 c. 24 Pleraque Scribuntur orationes habitae iam, non vt habeantur. Scripta elegantissime Cic. Attic. 15, 1. Sum. vt, In manibus est oratio, *vid. MANVS.* Turget oratio, *vid. paullo ante*, Inflata. Versari orationem in aliquo Cic. de Orat. 1, .

ORATIVNCVLA, ae. f. Dimin. [λογίων] Cic. de Nat. Deor. 3, 43 c. 17 De quibus in illa aureola oratiuncula dicit Laelius.

ORATOR, oris. m. [ὁράτωρ] Si audimus Catonem apud Quinctil. 12, 1, 1 Orator est vir bonus, dicendi peritus, quod Herennius Senecio in Regulum dicens apud Plin. Epist. 4, 7, 5 inuertit, est vir malus dicendi imperitus. Festus, Oratores ex Graeco ἑρῶσαι dicti, quod missi ad reges nationesque, deos solerent testari; hi modo appellantur legati. Ter. prol. Hec. 9 Orator ad vos venio ornatu prologi, 95 finite exorator siem. De hoc intellectu mox plura. Nunc finitiones quasdam Oratoris communi significatione dicti videamus. Is orator erit mea sententia, hoc tam graui dignus nomine, qui, quaecumque res inciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter et composita, et ornate, et memoriter dicat cum quadam etiam actionis dignitate Cic. de 100 Orat. 1, 64. Plenus et perfectus orator est, qui de rebus omnibus possit varie, copioseque dicere Idem ib. 1, 59. Orator verborum, Actor rerum Idem ib. 3, 54. Proprium oratoris est apte, ornate, distincteque dicere Cic. Off. 1, 1. Solum, et quasi fundamentum oratoris, *vid. SOLVM.* Decet oratorem late exprimere, quae an- 105

guste differunt dialectici Cic. in Partit. 138. Eloqui compositae, or-  
 nate, copiose, oratoris est Idem de Orat. 1, 48. ¶ 2 Ora-  
 tores, qui nunc legati, quod nempe adhiberentur ad eam rem, qui possent  
 causas orare. Liu. 1, 15 Veientes, pacem petunt oratores Romam  
 mittunt. Virg. Aen. 11, 331 Centum oratores prima de gente Lati-  
 na Ire placet. Et 7, 152 Delectos ordine ab omni Centum orato-  
 res augusta ad moenia regis Ire iubet. Vid. Varr. L. L. 6, 3. Foede-  
 rum, pacis, belli, induciarum oratores Cic. de Legib. 2, 21. Ora-  
 tores pacis petendae Liu. 9, 43. De demagogis, Proueniebant oratores  
 noui, stulti, adolescentuli Naeuius apud Cic. de Sen. c. 6 extr. Ouid.  
 Met. 13, 196 Mittor et Iliacas audax orator ad arces. ¶ 3  
 Epitheta oratoris. Canorus et volubilis Cic. de Clar. Orat. 105.  
 Consummatus Quinctil. 2, 19. Cumulatus omni laude, vid. sub  
 CVMVLVS. Graeci oratores qui dicantur, Impetrabilis, vid. ff. ll.  
 15 Inconditus Cic. in Orat. 233. Mediocris, Neruosus, Statarus,  
 vid. ff. ll. Cic. in Brut. 116 Habemus igitur in Stoicis oratoribus  
 Rutilium Scaurum in antiquis. i. Inter oratores, qui Stoicos philosophos  
 sunt imitati, de quorum stilo genereque dicendi paullo ante dixerat: Stoi-  
 corum peracutum et artis plenum orationis genus, sed tamen et exile,  
 nec fatis populari assensionis accommodatum. Ibid. 120 Stoicorum  
 astrictior est oratio, aliquantoque contractior, quam aures populi re-  
 quirunt. Strigofus orator, vid. Succus orationis, in § V C C V 3.  
 Tolerabilis Cic. in Brut. 178. et de Orat. 1, 8. Vendibilis, vid.  
 b. v. Vehemens Iuuen. Sat. 11, 34. ¶ 4 Verborum for-  
 mae: Dissoluere compositi oratoris bene instructam collocationem  
 Cic. in Orat. 232. Efficere oratorem Quinctil. 1, 10. Effingere  
 Idem 5, 12. Facere Idem 1, 10. Formare Idem 1, 1. Inchoare  
 et informare perfectum, vid. INCHOO, et INFORMO. Inflare  
 vehementius dicitur orator, vid. INFLO. Instituire: Quinctil.  
 30 1, 1. Instruere, vid. INSTRVO. Mittere Cic. de Clar. Orat.  
 55. Mittere oratores petunt pacem, vid. MITTO. Orator;  
 Liber Ciceronis dicitur, in quo informatur orator. De hoc ipse  
 Cic. Fam. 15, 20 Oratorem meum (sic enim inscripti) Sabino tuo  
 commendauit.

35 ORATORIVS, a, um. Adj. [ὁρατορικὸς] Quod ad oratorem  
 pertinet. Vis oratoria Cic. in Partit. 81. Et Acad. 1, 32. Sic ornamen-  
 ta oratoria. Ingenium oratorium, vid. INGENIVM. Institu-  
 tio Quinctil. Tryphoni. Cic. de Orat. 1, 231 Sic illam orationem  
 disertam sibi et oratoriam, fortem et virilem non videri. Orna-  
 40 menta Idem de Cl. Orat. c. 75. Ornatus Quinctil. 3, 1. Vrba-  
 nitas Idem 6, 3.

ORATORIE, Adu. [ὁρατορικῶς] Oratoris more, b. e. Ornate et  
 eleganter. Cic. in Orat. 227 c. 68 Nihil enim est aliud Brute (quod  
 quidem tu minime omnium ignoras) pulchre et oratorie dicere, nisi  
 45 optimis sententiis, verbisque lectissimis dicere.

ORATORIA, ae. f. [ὁρατορία] Oratrix. Quinct. 2, 14 pr. Ora-  
 toria sic effertur vt elocutoria, oratrix vt elocutrix.

ORATORIVM, i. n. [ὁρατοριον] Locus preceationis, Templum.  
 Vid. Augustin. Epist. 109. et Vulg. Int. Iudith. c. 9, 1.

50 ORATRIX, icis. f. Plaut. Mil. 4, 2, 80 Quum me oratricem haud  
 spreuisti, siuisti que exorare ex te. Quinct. 2, 14 pr. Rhetoricem in  
 Latinum transferentes, tum Oratoriam tum Oratricem nominauerunt.

ORAMENTVM, i. n. Quidquid ad orandum valet. Mutari  
 potest blandimentis, oramentis caeteris meretriciis Plaut. Truc. 2, 2,  
 55 63 vt legit Meursi.

OROBANCHE, es. f. [ὀροβανχὴ] Quasi tu Eruanginam dicas,  
 quod eruum circumligata strangulet et enedet: Herba est subrubens, sub-  
 hispida, caule duorum palmorum, aut paullo amplius. Plin. 22, 25 Oro-  
 banchen appellauimus necantem eruum et legumina, alii cynomorion  
 60 eam appellant, etc. Fortassis est nostra Cuscuta. Conf. Plin. 18, 17. et  
 26, 8. Al. Orobathion Plin. 26, 8. et Orobethron Apul. de herb. c. 7.

OROBIA, ae. f. Turis genus, minoribus constans guttis, teste  
 Plin. 12, 14 Ab erui similitudine ita dictum: quauquam in vulgatis pri-  
 mum Plinii exemplaribus Arabiam corrupte legitur pro Orobia, quod et-  
 65 iam annotauit Hermolaus.

OROBĪTIS, is. f. [ὀροβίτις] Coloris species ex lutea herba  
 confecta Plin. 33, 5.

OROBINVS, a, um. Adj. Color eruorum. Plin. 37, 10.

OROBVS, i. m. [ὀροβός] Eruum Diosc. 2, 100.

70 ORODES, is. m. [ὀροδῆς] Rex Parthorum, qui Crassum Ro-  
 manum cepit et occidit. De quo Plutarchus in Crasso. Conf. Iustin. 42,  
 4. et Paterc. 2, 46, 4. Est et Orodes apud Virg. Aen. 10, 732 etc. a  
 Mezenio interfectus.

OROETICVM, i. n. Inter Vina transmarina. Plin. 14, 7.

75 OROMĒDON, ontis. m. Gigantis nomen apud Propert. 3, 8, 48.

ORONTES, is. m. [ὀρόντης] Vir Troianus, qui Troia capta  
 cum Aenea in Italiam nauigans, naufragium fecit, vt scribit Virg. Aen.  
 1, 113 Vnam, quae Lycios, fidumque uehebat Orontem, etc. Acer  
 Orontes Idem ib. 1, 117. Ductor Lyciae classis Idem ibid. 6, 334.

80 ¶ 2 Est et Orontes, Phoeniciae fluius, vt scribit P. Mela 1, 12. Et  
 Plin. 2, 103 Natus inter Libanum et Antilibanum, vt idem scribit 5, 22.  
 Lucan. 3, 214 Accedunt Syriae populi: desertus Orontes, Et felix  
 (sic fama) Ninos. Eous Orontes Stat. Silu. 4, 7, 46. Iuuen. Sat.  
 3, 62 Iampridem Syrus in Tyberium defluxit Orontes.

85 ORONTĒVS, a, um. Adj. [ὀρόντιος] Myrrha Orontea  
 Propert. 1, 2 pr.

ORŌPVS, i. f. Oppidum in Attica, in confinio Boeotiae Plin.  
 4, 7. Sunt autem plura eius nominis.

90 OROPYGIVM, i. n. [ὀροπύγιον] Extrema pars spinas; vide  
 Medicos. Conf. VROPYGIVM.

OROZĒLON, i. n. Herba eadem, quae Chamaepitys. Apul. de  
 Herb. c. 26.

## O R P

95 ORPHĀNVS, i. m. [ὀρφανός] Qui caret patre praesidioque pa-  
 terno. Hinc

ORPHANOTROPHĪVM, i. n. Leg. 22 Cod. de SS. Eccles.  
 Et l. Omn. priu. C. de Episc. et Cler.

ORPHANOTRŌPHVS, i. m. Ibidem.

00 ORPHEVS, ei. m. [ὀρφεύς] Duarum syllab. Puēta siue vates  
 praestantissimus, Apollinis et Calliopes filius, vel vt alii, Oeagri filii,  
 et Polymniae Musae. In Thracia praesertim floruit. Vxorem habuit  
 Eurydicen, cuius mortuae causa etiam ad inferos descendit, vt illam recu-  
 peraret. Vid. Virg. Georg. 4, 454. et Ouid. Met. 10, 4. et 11 pr. vbi  
 05 mortem etiam eius enarrat. Declinatur Orpheus, eos, ei, ea, etc. Vel  
 Latine,

*Latine, Orpheus, ei, eo, eum. Exempla utriusque inflexionis apud Poetas inveniuntur.* Orphei, *Graeco Dativo usus est* Virg. Georg. 4, 545 Inferias Orphei lethaea papauera mittes. Orphea, *Accusatiuus.* Ouid. Met. 11, 5 Tumuli de vertice cernunt Orphea percussis sociantem carmina neruis. Blandus testudine Orpheus Valer. Argon. 1, 187. Rhodopeius Ouid. Met. 10, 50. Sacer Calliopae genus Senec. Herc. Oct. l. 8. Thracius Virg. Ecl. 4, 57. Threicius Hor. Carm. 1, 24, 13. Vocalis Idem ib. 1, 12, 8.

ORPHĒVS, a, um. Adi. trisyll. [*Ὀρφεός*] Vox Orphea Ouid. Met. 10 pr. Cantus Orpheus Claud. Conf. Mall. Theod. 252. Claud. 10 ad Alechium Quaest. 24, 11 Orpheos alii libros impune laceffunt. Orpheus, *idem quod Thracius.* Martial. 1, 21 Quidquid in Orphea Rhodope spectasse theatro Dicitur, exhibuit Caesar arena tibi.

ORPHĪCVS, a, um. Adi. Orphicum carmen Cic. de Nat. Deor. 1, 107.

ORPHAICVS, a, um. Adi. *Qui Orphei dogmata interpretantur.* Liberum Patrem Orphaici *ὄν ἄλυσόν* suspicantur intelligi Macrobr. Somn. Scip. 1, 12.

ORPHNAEVS, i. m. [*Ὀρφναίος*] Equus Plutonis, a tenebris nomen habens. *Huius meminist* Claud. de Rapt. Proserp. 1, 283 una 20 cum aliis,

Orphnaeus crudele micans, Aethonque sagitta  
Ocior, et Stygii sublimis gloria Nycteus  
Armenti, Ditisque nota signatus Alastor.

ORPHVS, i. m. *Piscis species.* Plin. 9, 16. et 32, 11. Ouid. 25 Hal. v. 103 vocatur Orphas. *Vid. Vlit. ad h. l.*

## O R S et O R T

ORSILŌCHE, es. f. *Nomen Tauricae Dianae.* Ammian. 22, 8 30  
Immolantes aduenas Dianae, quae apud eos dicitur Orsiloche. *Conf. Haadr. Jun. Animadu. 4, 23.*

ORSVS, *vid. ORDIOR.*

ORTHAMPELOS, i. f. Vitis ipsa se sustinens Plin. 14, 3. *quasi erectam vitem dicas.* 35

ORTHANVS, i. m. *Bacchi epitheton.* *Vid. Heinsf. et Drakenb. ad Sil. 3, 395.*

ORTHIVS, a, um. Adi. *Arduus, erectus.* Orthium carmen, [*ὄρθιος νόμος*] Genus est modulationis musicae, quod Arionem cecinisse refert Herodotus lib. 1 priusquam se in mare praecipitaret: sic forte dictum, quod eius carminis numeri quam altissima et intentissima voce ferrentur, *ὄρθιον enim Graeci dicunt, quod arduum est, et quam altissima voce eleuatum.* Gell. 16, 19 Stansque in summae puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, sub altissima voce cantauit.

ORTHOCISSVS, i. m. [*ὄρθοκίσσος*] Hederæ species, quasi 45  
*erecta hedera.* Columel. 11, 2 Orthocissos et hederas idibus Februarii poni oportere.

ORTHOCŌLVS, a, um. *Affectus nervorum, quo perpetuo tenduntur, nec possunt inflecti.* Veget. 2, 54 Iumenta orthocola.

ORTHODOXVS, i. m. [*ὄρθόδοξος*] *Rectae sententiae aut fidei.* 50  
*ὄρθα enim sententiam significat.* *Vtuntur* Isidor. 7, 14. Hieron. Epist. 144 ad Damas.

ORTHOEPĪA, ae. f. *Emendata cum suauitate vocum explanatio* Quintil. 1, 5 et 6.

ORTHOĠŌNIVS, a, um. Adi. [*ὄρθογωνίος*] *Quod rectis 55*  
*angulis constat, vel inclusum est.* Columel. 5, 2 Orthogonius ager.

ORTHOGRAPHIA, ae. f. [*ὄρθογραψία*] *Latine Recta scriptura dicitur.* Quintil. 1, 7 Quod Graeci orthographiam vocant, nos recte scribendi scientiam nominemus. *Conf. Suet. Aug. c. 88.* ¶ 2

Orthographia in architectura est, quum iam non planum opus, imaque operis vestigia imaginamur, sed subrectum, et frontem attollens, quasi erecti operis, aduersusque descriptio. *Haec est Erecta frontis imago, modiceque picta futuri operis figura.* *Vid. Vitruu. 1, 2. et Balduin. Lex. Vitruu. p. 78.*

ORTHOGRAPHVS, i. m. *Artis orthographicae peritus.* *Vid. 65*  
Cassiodor. de Orthogr. Sed. Mart. Cap. 1 p. 17 Clotho, Lachesis, Atroposque — sententias Iouis Orthographae (*sic leg. pro Orthographiae*) studio veritatis excipiunt, *i. recte et constanter scribentes.* *Vid. PARCA.*

ORTHOGRAPHĪCVS, a, um. Adi. Cassiod. 70

ORTHOMASTĪVS, a, um. Adi. Orthomastia Poma dicuntur ab effigie mammarum reclarum Plin. 15, 14.

ORTHOMINIVM, i. n. *Lini species.* Plin. 19, 1.

ORTHONNA *inter herbas ita commemoratur a Plinio 27, 12 f. 85*  
Orthonna in Syria nascitur, similis cruceae, perforatis crebro foliis, 75  
flore croci, etc.

ORTHOPNOÏCVS, i. m. [*ὄρθοπνοϊός*] *Qui eam anhelitus*  
*difficultatem habet, vt nisi recta ceruice stet, spirare non possit.* Plin. 20, 14 Orthopnoicis, torminibus, cholericis efficacissimum. *Iumentum* Veget. 5, 46. 80

ORTHOPNOEA, ae. f. [*ὄρθοπνοία*] *Passio ipsa, et difficultas anhelitus.* *Est enim circa fauces malum, quod apud Graecos aliud atque aliud nomen habet, prout se magis minusque intendit, omne tamen in spirandi difficultate consistit.* Cels. 4, 4 *de difficultate spirandi,* Quum vehementior est, vt spirare aeger sine sono et anhelatione non possit, asthma. Quum accessit id quoque, ne nisi recta ceruice spiritus trahatur, orthopnoea. Plin. 21, 20 Crapulas quoque et orthopnoeas discutit.

ORTHOSTĀTA, ae. m. [*ὄρθοστάτης*] Vitruuius 2, 8 Quod si quis noluerit in id vitium incidere, medio cauo seruato secundum orthostatas intrinsecus e rubro saxo quadrato, aut ex testa, aut ex siliibus ordinariis struat bipedales parietes, et cum ansis ferreis et plumbo frontes vinctae sint. Ita enim non aceruatim, sed ordine structum opus poterit esse sine vitio sempiternum, quod cubilia et coagmenta eorum inter se sedentia, et iuncturis alligata non protrudent opus, neque orthostatas inter se religatos labi patientur. *Ipsa Vitruuius ibidem, et 10, 17 Postes vocat: alibi c. 16 Arrectaria tigna, teste Budaeo.* 95

ORTHRAGORISCVS, i. m. [*ὄρθραγορίσκος*] *Piscis.* Plin. 32, 2 Appion maximum piscium esse tradit porcum, quem Lacedaemonii orthragoriscum vocant. Grunnire eum cum capiatur.

ORTHIVS, i. m. *Canis apud inferos.* *Vid. N. Heinsf. ad Sil. 13, 845.*

ORTON. [*Ὀρτών*] *Ptolemaeo 3, 1 Pelignorum vrbs: hodie Ortona.* *Vid. Sigon. ad Liu. 11, 43 pr.*

ORTVS, i. *vid. HORTVS.* 105

ORTVS, a, um. et ORTVS, ūs. Vid. ORIOR.

ORTYGiA, ae. f. [Ὀρτυγία] *Insula in mari Aegeo, quae consuetus Delos dicitur. Distā Ortygia (seste Solino c. 18 pr.) quia in ea primo visae sunt coturnices, quas Graeci ὄρτυγας vocant. Fabulosas etymologias dabit ex Lutatio et Seruio Barsh. ad Stat. Theb. 4, 796. Breuiter Hyg. f. 53 cum dixisset, Asterien ubi vid. esse in Ortygiam insulam mutatam, Haec, inquit, mobilis fuit: quo postea Latona ab Aquilone vento delata est, iussu Iouis, tum cum eam Python persequeretur: ibique oleam tenens Latona peperit Apollinem et Dianam. Quae insula postea Delos est appellata. Nempe si recte Ouid. Met. 15, 337 Tempusque fuit, quo nauit in vndis, Nunc sedet Ortygie. Fuit et alia hoc nomine insula circa Siciliam, quae ponte iungitur Syracusis, et fontem habet Arethusam. Haec ex opposito est Plemmyrii Siciliae amnis, de qua Virg. Aen. 3, 694 et Ouid. Met. 5, 499. 640. Oraculum Ortygiae Virg. Aen. 3, 143.*

Linquimus Ortygiae portus Idem ib. 3, 124. Dea Ortygia, Diana, quae in Ortygia insula quam Delon alio nomine dixerunt, nata fuit Ouid. Met. 1, 694. Ortygiae boues Ouid. Fast. 5, 692 Quas Mercurius Apollini Ortygio id est Delio subduxit.

ORTYGO METRA, ae. f. [Ὀρτυγομετρα] *Regina, aut mater adeo, coturnicum, maior aliquanto, ac nigrior auis. Plin. 10, 23 de coturnicibus loquens, Aquilone ergo maxime volant, ortygometra duce.*

ORTYX, ygis. f. [ὄρυξ] *Auis, quae Coturnix dicitur. ¶ 2 Ortyx, Herba, de qua Plin. 21, 17 Stelephuros quam quidam ortyga vocant, alii plantaginem.*

## O R Y

ORYX, ygis. m. [ὄρυξ] *Plin. 2, 40 Orygen appellat Aegyptus feram, quam in exortu eius (Caniculae sideris scilicet) contra stare, et contueri tradit, ac velut adorare quum sternuerit. Idem 8, 53 f.*

79 *de semiferis animalibus loquens, Sunt et oryges, soli a quibusdam dicti, contrario pilo vestiti, et ad caput verso. Columel. 9, 1, 1*

*Ferae pecudes vt capreoli, damaeque, nec minus orygon ceruorumque genera et aprorum, modo lautitiis et voluptatibus dominorum seruiunt, modo quaestui ac reeditibus. Et f. 7 Nec vero patiendus est oryx aut aper, aliusque quis ferus vltra quadrimatum senescere. Plin.*

10, 73 f. 94 *Orygem perpetuo sitientia Africae generant et natura loci potu carentem, et mirabili modo ad remedia sitientium. Namque Gaetuli latrones eo durant auxilio, repertis in corpore illorum saluberrimi liquoris vesicis. Idem 11, 46 f. 106 Vnicorne et bisulcum*

Oryx. Iuuenal. 11, 140 *Gaetulus Oryx. Mart. 13, 95 Saeuus Oryx. Conf. Bartholin. de Vnicorno c. 10-13. Salmas. ad Solin. p. 157.*

*Instar omnium est Bochartus Hieroz. Tom. 1 p. 945 sqq.*

ORYZA, f. ORIZA, ae. f. [ὄρυζα] *Fruamenti genus, quod ita describit Plin. 18, 7 f. 13 Maxime quidem oryza gaudent Indi, ex qua ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Oryzae folia carnosā, porro similia, sed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmeae rotunditatis. Idem 28, 8 f. 28 Crocodilos terrestres quidam captos oryza tantum pascunt. Horat. Serm. 2, 3, 155 Ptisanarium oryzae laudat.*

## O S

OS, ōris. n. [ὄσua] *Proprie Concauum illud labiis septum, rectum genis, intra quod sunt lingua et dentes. Plin. 11, 37 Continui dentes*

55 *aut vtraque parte oris sunt, vt equo: aut superiore primores non sunt, vt bobus, ouibus. In Plurali, Ora, ium, ibus. Virg. Aen. 8, 486 Componens manibusque manus, atque oribus ora. Idem 10, 566 Quinquaginta oribus ignem Arfisse. Pro Genitio orium laudatur Plin. 20, 9 f. 36 Vitia orium graeolentiamque sanare affirmat*

60 *Cato. Sic Despauterius in Heteroclitis, verum recte hodie legitur: Adeo vt aridae quoque (brassicae) farinam — odore tantum naribus raptō, vitia earum graeolentiamque sanare affirmet. Os, de brutis: Virg. Aen. 12, 8 de leone, Impavidus frangit telum, et fremit ore cruento. Est etiam herbae nomen. Columel. 10, 99 Narcissique*

65 *comas, et hiantis faeuā leonis Ora feri. Os, de gallina: Plin. 10, 56 Ore rubicundo. Quin de rege apum Virg. Georg. 4, 92 Insignis ore i. facie, i. forma. Os, de Sermone: Victor de Viris illust. c. 80 pr. Mithridates rex Ponti, oriundus a septem Persis, magna vī animi et corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum et viginti gentium ore loqueretur. Anhelitus oris Ouid. de Arte Am. 3, 803.*

Anhelitus tristis male odorati oris Idem ib. 1, 521. Decor oris Id. Fast. 2, 774. Decus Ouid. Met. 3, 422. Dos oris, Suauitas dicendi aut canendi Idem ib. 5, 562. Inanitas Quinct. 1, 11. Odor grauis Ouid. de Arte Am. 3, 277. Recessus Quinct. 1, 5. Salura

75 *Lucret. 4, 1102. Suauitas Quinctil. 6 prooem. Vitia Quinctil. 1, 5. ¶ 2 Epitheta: Adoperta ora Ouid. Met. 5, 194. Adunca ora boum, i. Curua Idem Epist. 12, 16. Aegrum os Sil. 13, 717. Animosi oris Accius Ouid. Amor. 1, 15, 19. Arguta blandis querelis Stat. Silu. 2, 1, 45. Balbum Hor. Epist. 2, 1, 126.*

80 *Candida tauri Ouid. Met. 2, 861. Cornea, i. Rostrum auis Idem ib. 8, 545. Corruptum Quinctil. 1, 1. Coruscum Claud. in Conf. Stil. 1, 2, 276. Cristati oris ales, gallus Ouid. Met. 11, 597. Culti facundia Idem Fast. 1, 21. Discordia ora, linguae diuersae Virg. Aen. 2, 423. Sic pro vocibus et sermonibus diuersis. Diffona*

85 *vulgi Lucan. 3, 290. Dulce os, Facundum. Ouid. Met. 12, 577 Haec postquam dulci Neleius edidit ore. Falsi oris ambages Ouid. Met. 10, 19. Faticanum os Idem ib. 9, 417. Foedi Oris descriptio Sidon. 3, 13 Praetendit os etiam labris Plumbeum, rictu ferinum, gingiuis Purulentum, dentibus Buxum, quod Spurcat frequenter exhalatus e concauo molarium computrescentium Mephiticus odor, quem supercumulat esculenta ructatio de dapibus hesternis, et redundantium sentina coenarum. Foetidum Cic. in Pison. 23.*

90 *Formosum Ouid. Met. 3, 461. Frenatum equi Hor. Epist. 1, 15, 38. Fremebunda Stat. Theb. 5, 700. Ouid. Met. 2, 324 Fumantiaque abluti ora. Ieiunum, vid. IEIUNVS. Immania Stat. Theb. 9, 193. Impia Ouid. Met. 14, 238. Improbum, vid. IMPROBVS.*

95 *Impudens, idem quod Durum Ter. Eun. 5, 1, 22. Impurissimum Cic. Phil. 7 c. 5. Incultrum, i. Facies inornata Tibul. 1, 8, 15. Indignantia Ouid. Met. 1, 181. Infame Antonii, vid. INFAMIS. Infantia Ouid. Met. 4, 517. Al. Offa. Ingenuum, vid. INGENVVS. Insignia ora magnis dentibus Ouid. Met. 8, 429.*

100 *Intonsa Virg. Aen. 9, 181. Inuiolabile Stat. Theb. 6, 386. Lacvum os Hor. Serm. 1, 5, 61. Laxum Sil. 13, 426. Lunata Stat. Theb. 11, 533. Minitantia Ouid. Met. 12, 348. Modicum Perf. 105, 15. Moesta Senec. Hippol. 8. Morientia Ouid. Epist. 14, 13.*

*¶ 2 Mutura*

*¶ 3 Mutura*

*¶ 4 Mutura*

*¶ 5 Mutura*

*¶ 6 Mutura*

*¶ 7 Mutura*

*¶ 8 Mutura*

*¶ 9 Mutura*

*¶ 10 Mutura*

*¶ 11 Mutura*

*¶ 12 Mutura*

*¶ 13 Mutura*

*¶ 14 Mutura*

Mutum Ouid. Met. 6, 574. Patulum bouis Idem Epist. 15, 56.  
 Periturum Idem Amor. 2, 10, 34. Principis ore loqui Rutil. Itin. 1,  
 172. *i. vice principis.* Proterua canum Ouid. Met. 14, 63. Pul-  
 verulenta Claud. Conf. Stil. 2, 246. Rapidum Virg. Aen. 6, 80.  
 Remissum Stat. Theb. 9, 151. *i. Os modestum, aut vox modesta.*  
 Renidens Ouid. Met. 8, 197. Roseum Virg. Aen. 9, 5. Sacrifi-  
 cum Ouid. Fast. 1, 130. Semiferum Senec. Theb. f. 1. Sibila  
 ora anguium Virg. Aen. 2, 211. Catull. 41, 3 Nec longis digitis,  
 nec ore sicco. *Accusat eam, quod frequenter spueret.* Silens Ouid.  
 Amor. 1, 7, 22. Sparsum, *v. v.* Spumantia Ouid. Met. 10  
 6, 226. Stygium Idem ibid. 3, 76. Tenerum balbumque pueri  
 Hor. Epist. 2, 1, 126. Timidum Claud. in Conf. Stil. 1, 2, 358.  
 Trepidum Ouid. Met. 5, 231. Trilingue Cerberi Hor. Carn. 2,  
 19, 31. Tunidum Valer. Argon. 2, 646. Veridicum Lucret. 6, 6.  
 Vilia ora percutere Martial. 2, 72. Vno ore, *pro Vno consensu.* 15  
 Ter. Phorm. 4, 3, 20 Nam caeteri quidem hercle amici omnes modo  
 vno ore auctores fuere, vt praecipitem hanc daret. Idem Andr. 1,  
 1, 69. **3. Verborum formulae:** Abire in ora hominum,  
*vid. A B E O.* Cic. de Orat. 2, 29 Sed tamen quoniam hoc totum,  
 quidquid est, siue artificium, siue studium dicendi, nisi Accessit os, nul-  
 lum potest esse, docebo vos discipuli, id quod ipse didici, etc. Cic.  
 Tusc. 1, 39 Errare mehercule malo cum Platone, quem tu quanti fac-  
 cias, scio; et quem ex tuo ore Admiror. Agit spumas ore cruentas  
 Virg. Georg. 3, 203. Aperit ora futuris Cassandra Idem Aen. 2, 247.  
 Asperat ora seueris minis Stat. Theb. 9, 705. Attollens ora pallida 25  
 Virg. Aen. 1, 358. Bibere ore imperturbato Ouid. in Ibin 562.  
 Bibit purpureo ore nectar Hor. Carn. 3, 3, 12. Cadit frustum ex  
 ore pulli Cic. de Diuin. 1, 27. Canere aliquem sublimi ore Claud.  
 de Bell. Get. 124. Canit sacerdos diuino ex ore Virg. Aen. 3, 373.  
 Capessunt quaedam animalia cibum hiatu oris et dentibus ipsis Cic. de 30  
 Nat. Deor. 2, 122. Captare cibos auido ore Senec. Thyest. 1.  
 Coercere ora frenis Ouid. Met. 5, 643. Cohibere ora Senec.  
 Troad. f. 6. Colligit os rabiem Ouid. Met. 1, 234. Colluerant  
 fontes ora Idem ibid. 5, 446. Commurnurat ore clauso Sil. 15, 824.  
 Compellare aliquem ore placido Ouid. Met. 3, 146. Componens 35  
 manibusque manus atque oribus ora Virg. Aen. 8, 486. Compr-  
 mtere ora, *Claudere* Ouid. Met. 6, 294. *al.* Non premere. Con-  
 gesserunt in os Midiae dormienti grana tritici formicae Cic. de Diuin.  
 1, 78. Consentiant vno ore omnes de vtilitate amicitiae Idem de  
 Amicit. 88. Constricta ora frenis Senec. Hippol. 10. Contrahit 40  
 ora dolor, *Corrugat, contristat* Ouid. ex Pont. 3, 1, 134. Custodire  
 verba clauso ore Senec. Agamemn. f. 7. Dicere aliquid blando ore  
 Ouid. Met. 13, 555. Dicere aliquid rauco Idem ibid. 5, 600. Di-  
 scutit ora saxo Idem ibid. 4, 518. *al.* Ossa. Distorquere os Ter.  
 Eun. 4, 4, 3. *Vbi Donatus, Os autem dicimus illum distorquere, quem 45*  
*natura pulchrum, deturpamus.* Dedit finem ore loquendi Virg.  
 Aen. 6, 76. Dare ora capistris Idem Georg. 3, 188. Donita ora  
 frenis Senec. Hippol. 10. Ducere os, *Indecore ac turpiter faciem*  
*intorquere.* Cic. in Orat. 86 Vultu tamen multa conficiens: non hoc,  
 quo dicuntur os ducere: sed illo, quo significant ingenue, quo sensu 50  
 quidque pronuntiant. Edidit fonos indignos tremente ore Ouid.  
 Amor. 3, 6, 72. Edere aliquid placido ore Virg. Aen. 7, 194. Ef-  
 fatus est ore Idem ibid. 3, 465. Eluere os Cels. 3, 4. Emitterimus  
 voces recto ore Lucret. 4, 552. Enitet ore egregio magnum decus  
 Virg. Aen. 4, 150. Ire per ora hominum, *vid. Drakenb. ad Sil. 3, 135.* 55  
 It equus reluctanti ore Ouid. Amor. 3, 4, 14. Euomere impurissimo  
 ore orationem in absentem Cic. Philipp. 5, 20. Exagitata ora fre-  
 nis Sil. 7, 342. Excellens ore Idem 1, 151. Excidit vox ore Virg.  
 Aen. 6, 686. Cic. pro Sull. 72 Verbum equod vnquam ex ore hu-  
 ius Excidit, vnde quisquam posset offendi? Executit moesto ore ci- 60  
 bos Stat. Theb. 5, 603. Exhibat ex ore eius nihil non consideratum  
 Cic. de Clar. Orat. 265. Exfertantem ora Scyllam, *cum respectu ad*  
*gurgites et vortices, vocat* Virg. Aen. 3, 425. Fallere numen mendaci  
 ore Ouid. Amor. 3, 3, 44. Ferit prono ore terram languidus Senec.  
 Herc. Oct. f. 7. Ferre ora, *vid. FERO.* Ferre ora ad ora, 65  
*Osculari aliquem* Ouid. ad Liu. 138. Virg. Aen. 4, 11 Quem sese ore  
 Ferens? Ferri per ora hominum Plin. Epist. 2, 10. *i. In publicum,*  
*In celebrationem.* Figurat Poeta os tenerum balbumque pueri Hor.  
 Epist. 2, 1, 126. Flectere os in moestitiam Tacit. Ann. 3, 16. Foed-  
 dare ora vnguibus Virg. Aen. 4, 673. Fouere olentia ora re aliqua 70  
 Virg. Georg. 2, 155. Frenabas mollia purpureis ora capistris  
 Ouid. Met. 10, 125. Fremit cruento ore leo Virg. Aen. 9, 341.  
 Fremebant cuncti simul ore Idem ibid. 1, 563. Ediscere auctorem  
 aliquem, et eum semper in ore Habere Cic. Fam. 6, 19. Hausimus  
 ore arenti sitientes Ouid. Met. 14, 277. Imponere os alicui Idem 75  
 ibid. 6, 291. Inferunt in os infantibus omnia minima mansa Cic.  
 de Orat. 2, 162. Intonare ore Virg. Aen. 6, 607. Intuemur ora  
 omnium et oculos Cic. pro Milon. 4. Lacerare incesto ore opti-  
 mum virum, *vid. LACER, Adj.* Lacesere aliquem diro ore  
 Claud. in Ruff. 1, 356. Laedere os alicui Ter. Adolph. 5, 4, 10. 80  
 Donatus: Nulli laedere os, *i. Nullum praesentem laedere.* Lauimus  
 ora manusque Hor. Serm. 1, 5, 24. Legere halitum alicuius ore  
 Virg. Aen. 4, 685. Ouid. Amor. 2, 6, 62 Ora fuere mihi plus aue  
 docta loqui, *de Pfittaco.* Locuta est ore Virg. Aen. 1, 618. Loqui  
 infido ore Ouid. Epist. 12, 72. Loqui ore rotundo Hor. de Arte 85  
 Poet. 323. *i. Perfecto. Acron.* Maledicere clarissimo viro, ore fu-  
 gitiuo Cic. pro Deiot. 28. Memorare aliquid magniloquo ore Ouid.  
 Met. 8, 396. Mordere ore Stat. Theb. 12, 746. Oblinere os, *vid.*  
*b. v.* Ore Catul. in Epithal. Iuliae 59, 193. Obmutuit presso  
 ore Virg. Aen. 6, 155. Obstruitur spiritus oris reluctanti Idem 90  
 Georg. 4, 300. Opprimere os loquentis Ouid. Met. 3, 296. Op-  
 pugnare os alicui, *vid. OPPUGNO.* Pendere ab ore narrantis  
 Virg. Aen. 4, 79. *et* Ouid. Epist. 1, 30. Percutere ora manu Ouid.  
 Met. 11, 681. Perfricare, *vid. PERFRICO.* Pertorquere Lucr.  
 2, 401. Poscere aliquid pio ore Virg. Aen. 6, 530. Cic. Att. 1, 15 95  
 (18 p. 146 *Graec.*) O dii immortales, quam ignauus ac sine animo mil-  
 les! quam dignus qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum quo-  
 tidie Praebeat. *conf. Liu. 4, 35. Grut. ad Cic. Verr. 3 c. 16. Nempe*  
*proprie parafiti est alapis* Praebeat os, *i. Buccas* Terent. Adolph. 2, 2, 7.  
 Praefigunt primaque ora capistris ferratis Virg. Georg. 3, 399 *de haedis* 100  
*excretis, quos a matribus prohibent.* Pressare ora dentibus Lucret. 4, 1103.  
 Profatur virgineo ore Stat. Silu. 4, 3, 123. Prominere ore Hor.  
 Epod. 5, 35. Quatit anhelitus arida ora Virg. Aen. 5, 200. Re-  
 ferre manus ad os Scribon. 80. Regere ora equi Ouid. Met. 8, 34.  
 Reiectans cruorem ore Virg. Aen. 5, 470. Relaxare ora fontibus 105

- Ouid. Met. 1, 281. *Metaph.* Repressit dolor ora Ouid. Met. 6, 583.  
 Resoluit pater grandaeva ora Sil. 16, 604. Resoluit ora fatis Virg.  
 Georg. 4, 452. Respondere alicuius orationi ore Cic. de Clar. Orat.  
 169. Rigabat lacrimis vultum atque ora Virg. Aen. 9, 251. Rogat  
 5 pauido ore Ouid. Met. 1, 386. Rogare me ausus es hoc ex ore tuo?  
*ex vet. Psëta* Cic. Att. 6, 2. Ruit profundo ore immensus Pindarus  
 Hor. Carm. 4, 2, 8. Ruit comanti ore Valer. Argon. 3, 136. Ruit  
 spumanti ore Phasis in aequor Idem ibid. 5, 179. Secare ora alicuius  
 Stat. Theb. 1, 66. Serenare ora Idem ibid. 2, 57. Soluere  
 10 ora, *Aperire ad loquendum* Ouid. Met. 1, 181. Sonare magno ore  
 Virg. Georg. 3, 294. Sonaturum magna os Hor. Serm. 1, 4, 43. *conf.*  
*Drakenb. ad Sil.* 14, 28. Suauilabor iucundum os oculosque Catull.  
 9, 9. Sublinere os, *vid. h. v.* Esse in ore alicuius Plaut. Afim. 1,  
 3, 57. Esse in desiderio ciuitatis, in ore, in sermone omnium Cic.  
 15 Philipp. 10, 10. In ore est omni populo, *Fama est, rumor est* Ter.  
 Adelph. 1, 2 (1) 13. Cic. de Amicit. 2 In eum sermonem illum inci-  
 dere, qui tum fere multis erat in ore. Tibi valde solet in ore esse  
 Idem Att. 6, 3. Sunt in ore omnium Philosophorum Cic. de Finib.  
 2, 67. Idem Verr. 4, 2, 56 Res percubuit, in ore atque sermone  
 20 omnium cepit Esse. Supinato ore lambit aëra Stat. Theb. 5, 525  
*de serpente sitiente.* Temperare ora frenis Hor. Carm. 1, 8, 7.  
 Tonat celfo ore Claud. de Rapt. Proserp. 1, 84. Tradere os, *putans*  
*apud Cic. pro Rosc. Am.* 144 c. 49 *ita accipiendum, ut* praebere os. *Sed*  
*recepta ibi recte Lambini coniectura, si* vestitum, quo ipse tectus erat,  
 25 anulumque de digito suum (*non* anulum dedit, os suum) tibi tradidit.  
 Trahere auram ore Ouid. Met. 2, 230. Trahere aliquid ore Hor.  
 Serm. 1, 1, 34. Tument ora ira Ouid. de Arte Am. 3, 503. Vacant  
 epulis ora, *i. Carent* Idem Met. 15, 498. Venire in ora hominum,  
*est Celebrem fieri et notum, de quo omnes loquantur* Hor. Epist. 1, 3, 9.  
 30 Versatur in ore vulgi et in communibus prouerbiis istius iniquitas  
 Cic. Verr. 1, 121 c. 46 *extr.* Vigent in ore illi Idem Tusc. 1, 116.  
*i. Memorantur.* Vocare aliquem supremo ore, *i. Voce suprema*  
 Ouid. Met. 8, 521. Volitare per ora virum, *In ore esse omni populo*  
 Virg. Georg. 3, 9. *Haec sententia legitur et apud Ennium. conf. Dra-*  
 35 *kenb. ad Sil.* 3, 135. Vomit ore cruorem Virg. Aen. 3, 516. Vo-  
 mit fero ore flammam Ouid. Met. 5, 353. ¶ 4 Os pro  
 tota facie et vultu saepe dicitur: Virginis os habitumque gerens Virg.  
 Aen. 1, 319. Et 1, 593 Os humerosque deo similis. Ouid. Her.  
 17, 15 Si non est ficto vultus mihi tristis in ore. *conf.* Met. 10, 631.  
 40 Ter. Heaut. 2, 2, 65 Lacrimis opplet os totum sibi. Sen. de Ira 3,  
 17 Telephorum — cum aures illi nasumque abscidisset, in cauea —  
 diu pauit, cum oris detruncati mutilatique deformitas humanam faciem  
 perdidisset. Tac. Hist. 4, 13, 3 Ciuilis Sertorium se aut Hanniba-  
 lem ferens, simili oris dehonestamto, *altero oculo captus.* Lucret.  
 4, 1164 Sed tamen esto iam quantouis oris honore, *i. quantumuis pul-*  
 45 *chra.* Ouid. Met. 2, 621 Neque enim caelestia tingi ora decet lacri-  
 mis. Virg. Georg. 4, 232 Honestum os Pleiadum. Tib. 1, 8, 15  
 Incultum os. Ouid. Epist. 20, 120 Niueo lenis in ore rubor. Id.  
 Met. 10, 631 Puerili in ore vultus virgineus. *conf.* Heroid. 17, 15.  
 50 Sidereum Pollucis Val. Argon. 4, 190 *cum respectu ad oculos.* Sub-  
 lime os homini dedit deus Ouid. Met. 1, 85. Ore ducis deos aequi-  
 parante frui, *i. Caesarem videre* Idem ex Ponto 2, 2, 94. Os Gor-  
 gonis anguibus cinctum Cic. Verr. 4, 124. Confudit ora infractis  
 ossibus Ouid. Met. 5, 58. Hor. Epist. 2, 1, 196 Siue elephas albus  
 55 vulgi conuerteret ora. *Vid. CONVERTO.* Virg. Aen. 5, 368  
 Effert ora Dares, surgit, et conspiciendum se praebet. Idem Aen. 4, 150  
 Tantum egregio decus enitet ore, *vbi etiam plus, quam vultum et fa-*  
*ciem notat, sed totum incedentis formam complectitur.* Ouid. Met. 4,  
 106 Expalluit toto ore. Virg. Aen. 8, 591 Extulit sacrum os caelo  
 60 Lucifer. Ouid. Her. 20, 82 Oraque sint digitis liuida facta tuis.  
 Fodere ora resistentium, terga fugientium Curt. 4, 15, 31. Horrent  
 sudoribus ora Claud. Conf. Stilic. 2, 245. Humectare ora lacrimis  
 Lucret. 1, 919. Inficit ora pallor albus Hor. Epod. 7, 15. — ru-  
 bor igneus Lucan. 5, 214. Inumbrare ora coronis Lucret. 3, 926.  
 65 Lacerare ora manu Sil. 8, 154. Linere ora luto Ouid. Fast. 3, 760.  
 Madens fletu os Ouid. Trist. 3, 5, 12. Nitens floridulo ore Catull.  
 Epith. Iul. f. 59, 193. Notare ora insanis manibus Prop. 1, 6, 16.  
 Notauit inuita ora rubor Ouid. Met. 6, 46. Obnubit comis ora  
 Stat. Theb. 6, 196. Occupat ora pallor Virg. Aen. 4, 499. Pal-  
 70 lentia ora miris modis Idem ibid. 10, 822. Perarauit anilibus rugis  
 ora Ouid. Met. 14, 96. Peruncti faecibus ora Horat. A. P. 277.  
 Praebere spectanda ora Sil. 17, 647. Protulit luna decorum os Hor.  
 Serm. 1, 8, 22. Protegit pudibunda ora frondibus Ouid. Met. 5, 393.  
 Stat. Silu. 5, 3, 29 Nam me ter Relegens caelo, terque ora Retexens  
 75 Luna videt residem. Lucret. 2, 976 Spargere ora lacrimis. Sub-  
 lucent candida ora misto rubore Ouid. Epist. 21, 217. Suffuderat  
 ora sanguis Sil. 11, 218. Pulchra verecundo Suffundens ora rubore  
 Ouid. Met. 1, 484. Supinare ora Stat. Theb. 5, 215. Tenebant  
 ora intenti Virg. Aen. 2, 1. *i. respiciebant attente.* Tinctus os fletu  
 80 Stat. Theb. 6, 386. Turbatum os fletibus Sil. 13, 696. Vertere  
 ora huc et huc Hor. Epod. 4, 9. ¶ 5 Hinc os pro persona  
 siue larua faciem referente, Virg. Georg. 2, 387 Oraque corticibus su-  
 munt horrenda cauatis. ¶ 6 Cum in vultu sit pudoris sedes  
 et speciatim os concurrens (*vid. CONCVRRO n. 3.*) signum pertur-  
 85 *bationis: etiam contrarium vitium impudentia ibidem habitat.* Terent.  
 Phorm. 5, 8, 24 Nam quo redibo ore ad eam, quam contemserim?  
 Non, si Appii os haberem Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10. Quam sis  
 audax, hinc omnes intelligere potuerunt, quod — solus tu inuentus es,  
 qui os tuum non modo ostenderes, sed etiam offerres Cic. pro S. Rosc.  
 90 Am. c. 31. Idem Verr. 4, 66 c. 29 Os hominis, insignemque impu-  
 dentiam cognoscite. Cic. Philipp. 5, 13 Sed illud os, illam impuri-  
 tatem. Ibidem 11, 7 Audisset furentis introitum Dolabellae, vocem  
 impuram, atque os illud infame. Cic. pro C. Rabir. Post. 34 Quod  
 habent os? quam audaciam? Idem in Pison. 63 Neque vero con-  
 95 temsisti, licet Themista sapientior, si os tuum ferreum Senatus conui-  
 cio verberari noluisi. Sueton. Ner. c. 2 Non esse mirandum, quod  
 aeneam barbam haberet, cui esset os ferreum, plumbeum cor. Af-  
 firmabo omnibus, Lentule, falli eos, qui te negant os habere Cato  
 ap. Sen. de Ira 3, 38. Oris verecundia Suet. Domit. c. 18. *i. rubor*  
 100 *genarum.* Quo ore appellabo patrem Ter. Heaut. 4, 2, 22. Cic.  
 Fam. 9, 8 f. praef. Academ. Misi autem ad te quatuor admonitores  
 non nimis verecundos; nosti enim profecto os eius adolescentioris  
 Academiae. Durities oris Sen. de Const. c. 17. *i. impudentia.*  
 Durum os, *impudens* Ter. Eun. 4, 7, 36. Ore durissimo esse, qui  
 105 praesente eo gestum agere conarentur Cic. pro Quint. 77 c. 24. Duri  
 puer



puer oris et audax Ouid. Met. 5, 451. *Contra* Sen. Epist. 11 Molle  
 os, i. *verecundum*. Quint. 6, 4, 11 Sunt quidam praeduri in hoc  
 oris, vt obstrepant ingenti clamore, etc. ¶ 7 *Conspicuum*  
*et praesentiam os significat*. Sallust. in Iugurth. 31, 10 Incedunt per  
 ora vestra magnifice. *conf.* Idem Fragm. c. 31 et 32. Cic. in Pison. 5  
 51 Sed quoniam fortunarum contentionem facere cepimus, de reditu  
 Gabinii omittamus: quem etsi sibi ipse praecidit, ego tamen, os, vt  
 videam hominis, exspecto. In ore alicuius, *In conspectu* Tacit. Hist.  
 3, 77, 4. *conf.* Lips. ad 3, 36, 1. In ore atque oculis omnium haec  
 gesta sunt Cic. Verr. 2, 81. Frequens erat ille Romae, atque in  
 foro, et in ore omnium quotidie versabatur Cic. pro Rosc. Amer. c. 6.  
 In tuis oculis, in tuo ore, vultuque acquiesco Idem pro Deiot. 5.  
 Ante ora, *vid.* ANTE. Ante ora patrum oppetere Virg. Aen. 1, 99.  
 Ab eorum ore concedes paullisper Terent. Heaut. 3, 3, 11. Sub ipso  
 ore vrbis classem incendit Flor. 2, 15, 7. *conf.* N. Heins. ad Sil. 3, 66. 15  
 ¶ 8 Os, *dicitur, quidquid in aliqua re patet*. *Vid.* Barth. ad Grat.  
 Cynege. v. 28. Lato dedit ore fenestram, porta domus excisa Virg.  
 Aen. 2, 482. Et 6, 53 Attonitae magna ora domus. Ulceris os  
 Virg. Georg. 3, 454. Vulneris Grat. Cynege. 355. Vulvae Cels.  
 7, 28. Sacculi os Iuven. Sat. 14, 138. Vascula oris angusti Quin-  
 ctil. 1, 2. Ora nauium graui rostrata pondere Hor. Epod. 4, 17.  
*Nisi praeferenda videtur Bentleyi coniectura aera. Sed cum auium ro-*  
*stra ora dici, n. i obseruatum sit, quidni etiam nauium?* Cic. Verr.  
 5, 30 Nam in ipso aditu atque ore Portus, vbi primum ex alto sinus  
 ad vrbem ab litore inflectitur, etc. Ora, *de aequore*. Virg. Aen. 25  
 1, 249 Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis It mare  
 praeruptum, et pelago premit arua sonanti. Septem discurrit in ora  
 Nilus Virg. Georg. 4, 292. In ore Tiberis Ostia vrbs condita Liu.  
 1, 33. Os amnis Curt. 9, 9, 23. Victor ad Gades et Oceanum ora  
 peruenit Flor. 2, 17, 7. *Verum Ora etiam de originibus fluminum*  
*usurpari demonstrat Burm. ad Ouid. Met. 15, 274. et ad Vell. 2, 101.*  
 Os specus Tacit. Ann. 4, 59. et Curt. 7, 11, 3. ¶ 9 *Ob-*  
*seruat. Os quoque nonnunquam pro oscillo accipi debere, putat Scalig. Auf.*  
*Leff. 2, 26 p. 160. Nos laruam recte nos interpretatos putamus n. 5.*  
*De solo enim Virgilii loco sermo est.* Ora, *pro Oras*. Flacc. de 35  
 Condit. Agr. p. 2 In his litoribus Romani colonos miserunt, qui ora  
 Italiae tuerentur.

ORARIVM, ORIDVRIVS, ORIPVTIDVS, *vid. in suis*  
*elementis.*

ORETENVS. Adu. *Nisi diuifim legere malis, Modo pectore, modo* 4  
 ore tenuis exstantes Tacit. Ann. 1, 70, 3. *i. usque ad os. Add. Gell.*  
 17, 8. Hic Graeca doctrina oretenus exercitus, animum bonis arti-  
 bus non induerat Tac. Ann. 15, 45, 3. *i. verbis, sine re.*

OSCVLVM, i. n. Dimin. [*σκαρίον*] Paruum os. Ouid. Met.  
 1, 499 Videt oscula, quae non Est vidisse satis. *De Daphne*. Hor. 45  
 Carm. 1, 13, 14 Dulcia barbatae Laedentem oscula. Aufon. Epist.  
 25, 27 Aut tua Sigalion Aegyptius oscula signet. Petron. c. 126 Na-  
 res paullum inflexae, et osculum quale Praxiteles habere Dianam credi-  
 dit. *conf. h. l. Wower. it. Gonsal. ad Petron. c. 114.* Osculum, ab  
 ore dictum Varr. de L. L. 5, 7 extr. ¶ 2 Osculum, [*φι-* 50  
*λμα*] *pro Basio etiam accipitur: quoniam basiendo os coarctamus atque*  
*minuimus, et quasi ex ore osculum facimus.* Iam illud non placet prin-  
 cipium de osculo Plaut. Amph. 2, 2, 169. Cic. Att. 12, 1 Atque vti-  
 nam continuo ad complexum meae Tulliae, et ad osculum Atticae pos-  
 sim currere. Ouid. Epist. 15, 131 Oscula cognosco, quae tu commit- 55  
 tere linguae, Aptaque consuevas accipere, apta dare. Fida Stat.  
 Silu. 3, 2, 57. Furialia Valer. Argon. 7, 255. Martial. 12, 59 Te  
 vicinia tota, te pilosus Hircofo premit osculo colonus. Labratum  
 osculum, quo soli Imperatores salutabantur, quid sit, docet Salmas. in  
 Vopisci Probum c. vlt. Vet. Gloss. Labratum, *φιλμα βασιλικόν*. Bre- 60  
 uiter Labratum (*sic etiam dicitur, omisso osculum*) est Adoratio illa  
 antiquiorum, vbi manus, labris impressa prius, protenditur ad eum, quem  
 honoramus. *Vid. mox tacere oscula.* Niuale, *vid.* NIX. Pressa  
 Ouid. Epist. 2, 94. Sororia Idem Met. 4, 335. Suprema Idem  
 ibid. 6, 277. ¶ 3 *Verba:* Accipere et dare oscula Ouid. 65  
 Epist. 15, 132. Admouere oscula, *vid.* ADMOVEO. Affigere  
 Lucret. 4, 1075. Carpere iustantia Ouid. Met. 4, 358. Commit-  
 tere linguae Idem Epist. 15, 131. Congerimus properata oscula  
 raptim sine ordine Ouid. Epist. 18, 113. Detorquere ceruicem fla-  
 grantia ad oscula Hor. Carm. 2, 12, 37. Dispensare oscula per omnes 70  
 Ouid. Met. 6, 278. Diuidere sodalibus Hor. Carm. 1, 36, 6. Dare  
 osculum Plin. 14, 13. Dare obuia Ouid. Epist. 19, 168. Dedit  
 oscula rostro frigida nequidquam duro Idem Met. 11, 738. Dare  
 oscula manibus Idem ibid. 2, 863. Eripere oscula Tibull. 2, 5, 91.  
 Natusque parenti Oscula compressis auribus eripiet. *Id osculi genus* 75  
*χύρεον, osam ansatam dici ostendit Brouckh.* Excipere aliquid risu et  
 osculo Quint. 1, 2. — aliquem osculo Suet. Oth. c. 6. Fati-  
 gare dextram osculis Tacit. Ann. 15, 71. *h. e. Dextram exosculari.*  
 Ferre Ouid. de Arte Am. 2, 325. Figere Virg. Aen. 2, 490. Fi-  
 gere dulcia Idem ibid. 1, 691. Figens pauida pedibus Sil. 11, 333. 80  
 Figere trementia Lucan. 2, 114. Humectare labris Lucret. 4, 1185.  
 Iacere oscula et adorare vulgus iunguntur Tac. Hist. 1, 36. Imper-  
 tire aliquem osculo, *vid.* IMPERTIO. Infigere alicui Sil. 12, 738.  
 Ingeminare Valer. Argon. 2, 168. Ingerere, *vid.* INGERO. In-  
 terferit oscula mediis verbis Ouid. Met. 10, 559. Iungere Idem 85  
 ibid. 2, 357. Iungere per longas moras Idem Epist. 2, 44. Iun-  
 gere improba Ouid. Amor. 2, 5, 23. Iungere oscula moderata Idem  
 Met. 2, 430. Lambere frigida Stat. Silu. 2, 1, 173. Libare Virg.  
 Aen. 1, 260. Quis sapiens blandis non Misceat oscula verbis Ouid.  
 A. A. 1, 663. Nexa oscula lingua Idem Amor. 2, 5, 24. Pangere 90  
 osculum, *vid.* PANGO. Porrigere alicui Ouid. Met. 3, 451.  
 Praeripere alicui Lucret. 3, 908. Premere aliquem osculo, *vid.*  
*paullo ante, Hircosum osculum.* Refugere oscula alicuius Ouid.  
 Met. 1, 556. Reuelleret Stat. Silu. 3, 2, 57. Sumere Ouid. de  
 Arte Am. 1, 669. Venire ad oscula alicuius Idem Met. 9, 386. *De* 95  
*differentia inter Osculum, Basium et Suauium, vid. Donat. in Terent.*  
*Eun. 3, 2, 3. Oscula officiorum sunt, Basia pudicorum affectuum,*  
*Suauium libidinum vel amorum: quod ita forte verum fuerit, si dica-*  
*mus, Osculum commune omnibus, Basium secundae et tertiae classi, Sua-*  
*uium tertiae admodum familiare, sed secundae non alienum. Similia* 100  
*sunt, quae monet Seru. ad Aen. 1, 260. Sciendum osculum religionis*  
*esse, suauium voluptatis. Quidam osculum filiis dari, vxori basium,*  
*scorto suauium, dicunt. De varia osculorum ratione apud veteres;*  
*vid. Lips. Elef. 2, 6.*

OSCILLVM, i. n. [*σκαρίον* Onomast. Vet. it. *κροσσώνιον* Oscilla] 100

- Dimin. est a Dimin.* Osculum, sicut a Tantulo, Tantillum. Columel. 2; 10, 3 Quoniam si humor inuasit, vermes gignit, qui simul atque oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest. ¶ 2 Oscilla, etiam Sigilla sunt, et paruae imagunculae, quae arte fictili fingebantur, et venales proponebantur, quibus homines pro se atque suis Saturno piacula faciebant, ut ait Macrob. Saturn. 1, 11 extr. coll. c. 7. Oscilla igitur hic vocabant formas vel personas ad oris sui similitudinem factas, ut loquitur Seru. ad Virg. Georg. 2, 389. Tibique (o Bacche) Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Congruunt, quae v. 387 dixerat Ora corticibus horrenda cauatis. Sed fluctuat, ut solet Seruius: et praeter fabulam Erigones, quam mox in OSCILLATIO damus ex Hygino, et etymologiam a verbo cillere, quam posuimus in CILLEO, addit: Alii dicunt oscilla membra esse virilia de floribus facta, quae suspendebantur per intercolumnia: ita, ut in ea homines acceptis clausis personis (atqui haec ipsa sunt oscilla?) impingerent, et ea ore cillarent, id est mouerent, ad risum populo commouendum, etc. Maneat Oscilla esse imagines humani oris et corporis adeo. ¶ 3 Sed etiam illud apparet, Oscillum esse uirgav, et illam iactationem et motum, quae Oscillatio vocatur alias. Tertull. de Pall. 1 extr. Arietem — nemini adhuc libratum, illa dicitur Carthago — prima omnium armasse in oscillum penduli impetus. Salmaf. ad h. l. p. 130 hac significatione cum ponitur oscillum, deriuat, a cinus, τὸ κινῆσαι, ut est in Vet. Gloss. unde sit cillus, et ex eo verbum cilleo vel cillo, hincque oscillo pro obfello, etc. Apud Virgilium quoque Georg. 2, 389 oscilla uirgav et iactationes interpretatur. Vide ipsum et Voss. etymol. b. v. et mox OSCILLO. ¶ 4 Aufonio quoque Oscillum vindicat Scaliger, et qui illum sequuntur. Ita enim legit Praef. Cento. Nupt. p. 503 Toll. Simile ut dicas ludicro, quod Graeci σωματικὸν vocauerunt. Oscilla ea sunt. Ad summum quatuordecim figuras Geometricas habent, etc. ¶ 5 Locum totum damus in OSSICVLA, quae verior videtur lectio. Oscilla Paullus Festi interpretatur festa in honorem Bacchi, in quibus homines se per funes iactant. Alii putant Erigones et Icarī festa. Vidit aliquid eorum, quae mox dabimus ex Hygino in OSCILLATIO.
- OSCILLO, āre. Funis ex alto suspensi upe antrosum retrorsum, sursum deorsum se iactare. Festus: Oscillum Santra, (uirtus Grammaticus) dici ait, quod oscillent, id est, inclinent, praecipitesque in os ferantur. (Hoc fuerit potius κωβιστῶν, cernulare. Sed pergamus audire Festum) Oscillantes ait Cornificius, ab eo, quod os celare soliti personis, (haec quoque oscilla) propter uerecundiam, qui eo genere lusus utebantur. Causa autem eius iactationis proditur Latinus rex, quod praelio, quod ei fuit aduersus Mezentium Caeritum regem, nusquam apparuerit, iudicatusque sit Iupiter factus Latiaris. Itaque per sex eos dies feriatos liberos seruosque requirere eum, non solum in terris, sed etiam quia uideretur caelum posse adiri per oscillationem, uelut imaginem quandam vitae humanae, in qua altissima ad infimum interdum, infima ad summum efferuntur. Atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptae vitae, per motus cunarum, lactisque alimentum, quia per eos dies feriarum et oscillis moueantur, et lactata potione utantur. Haec Festus. Latinas ferias intelligit Turnebus 7, 20. et huc trahit illud Cic. de Consulatu suo, quod ipse laudat de Diuin. 1, 18 c. 11 Cum tumulos Albano in monte niuales Lustrasti, et laeto lactasti lacte Latinas. Laudatur etiam Plaut. Amph. 1, 1, 29 Di aliquem hominem allegent, qui mi aduenienti os oscillet probe, i. alapis huc illuc impellat. Sed uulgatum est occillet, quod ipsum quoque est impellere. Douza comicit osillet, ossatim comminuat.
- OSCILLATIO, ōnis. f. Petron. c. 140 Veluti oscillatione ludere. Hygin. Fab. 130 Pastores in Attica cum immoderatus biberent uinum ab Icario sibi monstratum, ebrii facti conciderunt, qui arbitantes, Icarium sibi malum medicamentum dedisse, fustibus eum interfecerunt — Erigone — super corpus patris suspendio se necauit. Ob quod factum Liber pater iratus, Atheniensium filias simili poena affixit. Hi oraculi responso Erigonae diem festum oscillationis pestilentiae causa instituerunt. Similia ibi Munckerus ex Vet. Schol. Germanici. Quod ad rem nostram pertinet, ipse Hygin. Poët. Astr. 2, 4 multo disertius explicat: Cum Atheniensium uirgines sine causa suspendio sibi mortem consciscerent — instituerunt, uti tabula interposita pendente funibus se iactarent, ut qui pendentes vento mouerentur.
- OSCVLOR, ōri. Dep. [ὄσκιον, καταὄσκιον, κύνκω] Os cum ore conferre Fest. in Ausculor. Dare osculum. Cic. Fam. 3, 11 Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam uero osculatus. Id. in Somn. Scip. 5 c. 3 Ille autem me Complexus atque osculans flere prohibebat. Filium consulem mater osculata est Cic. pro Muraen. 88 c. ult. Et 23 c. 10 Quoniam mihi uideris istam scientiam iuris tanquam filiolum osculari tuam. Dormientem Cic. Tusc. 1, 92. Id. Fam. 1, 9 Erat hoc mihi dolendum, sed multo magis illud, quod inimicum meum, etc. sic Amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me praesente osculabantur, etc. Cic. Verr. 4, 94 c. 43 Quod in precibus et gratulationibus non solum id Venerari, uerum etiam id osculari solent. de simulacro Herculis. Osculari atque amplexari inter se Plaut. Mil. 5, 1, 40. Ibidem 2, 4, 38. et Cic. Att. 16, 5. In Astina forma reperit Nonius 7, 77 apud Titinnium, Laudor, quod osculauī priuignae caput. Priscian. 8 p. 796 dicit, quaedam significare et actionem et passionem, ut Osculor te et Osculor a te.
- OSCVLANS, antis. Partic. Cic. Somn. Scip. 5 c. 3. Plaut. Mil. 2, 3, 17 et 67 Videre osculantem cum alieno uiro. conf. Nep. 25, 22, 1.
- OSCVLĀTVS, a, um. Passiue. Apul. Met. 2 p. 117 Osculato tuo capite. Sidon. 8, 11 Sancta et Gallicini manu osculata.
- OSCVLABVNDVS, a, um. Adi. Suet. Vitell. c. 2. Apul. Met. 11 p. 259 Velut manum sacerdotis osculabundus.
- OSCVLĀNVS, a, um. Adi. Idem. Osculana pugna apud Festum. Vid. infra.
- OSCVLATIO, ōnis. f. [ὄσκιον] Cic. pro Cael. 49 c. 20 Non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, nauigatione, etc. Sedes osculationis Catull. ad Iuuenium f. 46 (49) 6. ¶ 2 Cael. Aurel. Chron. 2, 10 n. 121 inter differentias fluoris sanguinis ponit Osculationem, quam Graeci Anastomosis uocant. Vid. ANASTOMOSIS.
- OS, uilis. n. [ὄστρον, ὄστρον] Durum illud in corpore animali, quod caro uelut. Cic. de Nat. Deor. 2, 139 c. 55 Quid dicam de ossibus, quae subiecta corpori mirabiles commissuras habent, et ad stabilitatem aptas, et ad artus finiendos accommodatas, et ad motum et ad omnem corporis actionem? Ossa atque pellis totus est Plaut. Aul. 3, 6, 28. Albi ossibus scopuli Virg. Aen. 5, 865. Albi ossibus informis ager Hor. Serm. 1, 8, 16. Asinina ossa, vid. ASINVS. Grandia Ouid. Met. 9, 169. Grauia Stat. Theb. 6, 841. Immania Claud. in

in pr. Conf. Stil. 137. Ingentia cubiti Ouid. Met. 12, 344. Inhumata  
 Idem Epist. 10, 22. Magna Virg. Aen. 5, 422. Obtrita Lucan. 3,  
 651. Pauxilla et minuta Lucret. 1, 835. Spatiofa pectoris Valer.  
 Argon. 4, 244. Tenera Virg. Georg. 4, 308. Tetra situ Valer.  
 Argon. 4, 183. Verticulatum Celf. 8, 1. ¶ 2 Verba: 5  
 Albet humanis humus Ouid. Fast. 1, 558. Amicta pelle lurida Hor.  
 Epod. 17, 22. Amputare ossa Senec. Thyest. 8. Arare osse cam-  
 pum cereum Titinnius apud Charif. 1 p. 40. i. scribere stilo osseo in ta-  
 bula cerata. Asperare sagittas ossibus, b. e. Acuere, praefigere Tac.  
 de Germ. 46. Astringi suis nervis ossa debent Quinctil. 1 prooem. 10  
 Collapsa in se ossa minutatim morbo Virg. Georg. 3, 485. Concu-  
 tit ossa metus Ouid. Epist. 3, 82. Condere terrae ossa alicuius Virg.  
 Aen. 5, 47. Condita ossa peregrina ripa Ouid. Met. 2, 337. Con-  
 fudit fractis in ossibus ora Idem ib. 5, 58. Cucurrit tremor ima  
 per ossa Virg. Aen. 2, 121. Cucurrit dura per ossa gelidus tremor 15  
 Idem ib. 6, 55. Detegere ossa Quinct. 1 prooem. Discussa ossa  
 oris Ouid. Met. 5, 292. Disiecta ossa oris Idem ib. 12, 252. Dare  
 inodora urnae Perf. 6, 35. Exarsit iuveni dolor ossibus ingens Virg.  
 Aen. 5, 172. Frangere nodosa Lucan. 8, 673. Fracta ossa Scribon.  
 209. Virg. Ecl. 3, 102 Vix ossibus Haerent. prae macie videlicet. 20  
 b. e. Vix ossa eorum cohaerent: est enim Ablatiuus casus non Dativus.  
 Haesit ferrum ossibus Ouid. Met. 3, 71. Hiactia ossa ruptis genis  
 Iuuen. Sat. 15, 58. Inurere dolorem cineri alicuius atque ossibus Cic.  
 Verr. 1, 113. Lecta e vulneribus ossa, et vestes sanguine perfusas  
 videmus Quinctil. 6, 1. Sed ad funus ipsam pertinent ista: Quae ma- 25  
 ter Legat in moestos ossa perusta sinus Tibull. 1, 3, 6. Conf. hic Brouck-  
 bus. Ossaque lecta cado textit aheni Virg. Aen. 6, 228. Meta-  
 phora eleganti Quinctil. 1 pr. 24 Plerumque nudae illae artes nimia sub-  
 tilitatis affectatione — omnem succum ingenii bibunt, et ossa dete-  
 gunt: quae ut esse, et astringi nervis suis debent, sic corpore Ope- 30  
 rienda sunt. Perfracta ossa trinodi claua Ouid. Epist. 4, 115. Per-  
 fracta faxo Sil. 17, 484. Quiescunt ossa molliter Virg. Ecl. 10, 33.  
 Reliquit calor ossa Idem Aen. 3, 308. Reportare vult cineri atque  
 ossibus filii sui solatium ex calamitate tua Cic. Verr. 5, 127. Repo-  
 nere os Celf. 8, 10. Sonant dura ossa sub ictu Valer. Arg. 3, 165. 35  
 Testa sepulchro Ouid. Epist. 3, 104. Traxit furorem per ossa  
 Virg. Aen. 4, 101. Verenda Ouid. Epist. 3, 105. ¶ 3  
 Sunt etiam aliarum rerum ossa: Arborum ossa terebrantur i. trunci,  
 medicinae causa Plin. 17, 27. Ossia etiam vocantur dura illa nucleo-  
 rum in fructibus quibusdam, ut prunis, Persicis, putamina, vitium illud 40  
 ligneum cum suo nucleo. Pallad. Oct. 12, 7 Sine osse ut nascantur ce-  
 rafa. Idem Ian. 15, 20 Ossia Persici quando et quomodo ponantur.  
 Daerylorum Idem Oct. 12, 1. Oliuarum Idem Nou. 17, 1. Suet.  
 Claud. c. 8 Quoties post cibum obdormisceret, quod ei fere accidebat,  
 olearum ac palmularum ossibus incessabatur. Palma ossa non habet 45  
 in balanis Plin. 23, 5 l. 52.

OSSE, is. Antiquum idem, ac Os, ex Varr. et Titinn. affert Charif.  
 p. 40 addens Nominatiuum esse hoc Osse.

OSSVM, i. n. Veteres etiam dixerunt Pl. Ossua. unde Ossuarium,  
 de quo paullo post. Vid. Laureberg. Antiq. p. 314. Vetustum marmor 50  
 Romae apud Delr. Com. in Sen. Herc. fur. p. 230 Sed quid ego haec  
 cerno; mea sunt hic ossua in olla Condita. Viue hospes dum licet,  
 atque vale. Antiquos Ossium et Ossu, ut Cornu, dixisse, testantur  
 Charif. 1 p. 23 de ossu et p. 40 de ossum. Add. Priscian. 7 p. 750 ubi  
 laudat Gellium libro 30 Caluariaeque eius ipsum ossium expurgauerunt 55  
 inauraueruntque. Gruter. Inscript. p. 575 n. 3 OSSVA POSITA  
 SVNT. Conf. Augustin. in Psalm. 138 (Ebr. 139) v. 15.

OSSVLVM, i. n. Dimin. Const. Afer de Animal. Ossulum quod  
 in vulva asinae est, si mulier tulerit, non concipiet.

OSSICVLVM, i. n. Dimin. [ὀστέριον] Gell. 6, 1 Ratio sub- 60  
 tilior et vtilitas ipsa operis postulauit, ut tenuissimis, minutisque ossi-  
 culis caput compingeret. Plin. 11, 37 Omnium cerebro medio in-  
 sunt ossicula parua. Idem 30, 15. ¶ 2 Ossicula vel Ossicla  
 volunt legi Salmasius et Scriuerius, pro oscillis Scaligeri apud Auson. Cen-  
 ton. nupt. praef. p. 503 Toll. Ponemus locum. Cum de diuersa Ceutonis 65  
 ex partibus hexametrorum compositione dixisset, addit, Simile ut dicas  
 ludicro, quod Graeci ὀσσηματιον (Ald. ὀσσηματιον. verum forte ὀσσηματιον)  
 vocauerunt. Ossicla (Ald. Ossicula rectum puto Ossicula i. frustula et  
 lamellae eboris: Scaliger uti dictum, Oscilla) ea sunt. Ad summam  
 quatuordecim. Figuras geometricas habent. Sunt enim aequilatera 70  
 — Harum vertibularum (Ald. verticularum) variis coagmentis si-  
 mulantur species mille formarum, elephantus beua, aut aper bestia,  
 anser volans, et mirmillo in armis subsidens venator, et latrans canis.  
 Quin et turturis (i. turtur: Ald. Turris) et cantharus, et alia hu-  
 iusmodi innumerabilium figurarum, quae alius alio scientius varie- 75  
 gant. Dedit hic Scriuerius Epigramma Ennodii de Stomatio eburneo,  
 et locum Atilii Fortunatiani de Metris, unde haec modo decerpimus (Ha-  
 bentur ed. Putsch. p. 2685 pr.) Nam si locus ille Archimediis qua-  
 tuordecim eboraeas lamellas, quarum anguli varii sunt, in quadratam  
 formam inclusas habet, componentibus nobis aliter atque aliter, mo- 80  
 do galeam, modo ficam, alias columnam, alias nauem figurat, et in-  
 numerabiles efficit species, etc.

OSSICVLATIM, Adu. [κατ' ὀστέριον] Minutatim. Caecilius,  
 Fallacia, ossiculatim Parmenonem de via liceat legant Nonius 2, 609.

OSSICVLARIS, e. Ossicularis remedium Veg. Veter. 4, 28, 6. 85

OSSETIM, Adu. Plaut. Men. 5, 2, 105 Hunc senem ossetim dedo-  
 labo. ita legit Pareus.

OSSEVS, a, um. Adi. [ὀσσεύς, ὀσσεύς] Quod est ex osse. Colum.  
 5, 11 Deinde cuneum tenuem, ferreum vel osseum, inter corticem et  
 materiam, ne minus digitos tres, sed considerate demittito. For- 90  
 ma ossea Ouid. in Ibin 146. Genitalia Plin. 11, 49. Lapis  
 osseus, Formam et veluti substantiam ossis habens Idem 36, 18. Lignum  
 osseum Idem 13, 4. Manus ossea Mauri Iuuen. Sat. 5, 53.

OSSIFRAGVS, a, um. Adi. Sen. Controu. 5, 33 pr. de debilitante  
 expositos: Aliter in quemque saeuens ossifragus iste, alterius brachia 95  
 amputat, alterius eneruat, alium distorquet, alium delumbat, etc.  
 ¶ 2 Accipitris et Aquilae cognomen, ab ossibus frangendis. Lucret. 5,  
 1078 Accipitres atque ossifragae. Plin. 30, 7 Ossifragi venter arafa-  
 ctus et potus iis, qui cibos non conficiunt vtilissimus. Ibid. Vnum  
 est ossifrago intestinum, mirabili natura omnia deuorata conficienti. 100  
 Add. 10, 3 et 38, 8. Aliter, et falso, arbitror Isid. 12, 17 Ossifragus,  
 auis quae ossa ab alto demittit et frangit.

OSSILAGO, vel OSSVLAGO callus vitiosus et ossis duritiem  
 imitans. Veg. 2, 22, 1 Iumentum in osse percussum, si tumorem fe-  
 cerit durum, callosum, et ossilagini similem, hac ratione est curan- 105

dum. Et 4, 14, 3 Usque eo, ut ossilaginem curare credatur. Ossilago Dea potius ossipaga est.

5 OSSILEGVS, i. m. Qui legit ossa. Onomast. Vet. Ossilegus, ὀσολόγος.

OSSILEGIUM, i. n. [ὀσολόγιον] Gloss. Philoxen. ὀσολογία, Onomast. Vet. Vid. Kirchman, de Funer. 3, 6. et Desf. Herald. Adu. 1, 7. Vid. p. a. Ossila legere.

OSSILLO, are i. in frustra concidere, legit ap. Plaut. Amph. 1, 1, 29 Doufa, ubi vulgo oscillet.

10 OSSIPAGA, vel OSSIPANGA Dea Arnobio restituenda, si audimus Meursium, Canterum, Steuwechium. Nempe 4 p. 131 sic legendum: Nam quae durat et solidat infantibus paruis ossa, Ossipaga (editur ossilago) esse memoratur. Et mox, Aut. ossilago solidatrix ossium nomen non haberet. Et 3 p. 118. Nulla Flumionia, nulla Po-

15 mona, nulla Ossipaga (vulgo ossipagina) nulla Februtis, etc. Sed hic opigena malit Meursius Crit. Arnob. 3, 6 p. 67.

OSSVARIA, ac. f. [ὀσδοχῆον] Locus, in quo reponuntur ossa defunctorum. Vlpianus in l. 2 D. de sepulcro violato, Celsus scribit statuam sic esse monumenti, ut ossuariam. Haloander legit Ossaria:

20 ut sit Substantiuum, Ossarium, i. Et sic etiam est apud Reines. 19 24 Ossarium M. Mannei Eronis L. Suauis. Onomast. Vet. Ossuaria, ὀσδοχῆα.

OSSVARIUS, a, um. Adi. Ossuariae ollae in antiquis Inscript. Vid. Voss. Exym. 359. et Fabretti Inscript. p. 16.

25 OSSVOSVS, a, um. Adi. Plenus ossibus. Veget. de Re Vet. 2, 13, 4 Loci ossuosi et commissurales.

## O S C

30 OSCICVLVM, vid. OSSICVLVM n. 2.

OSCEDO, vid. OSCITO.

OSCEN, inis. c. Q. d. Ore canens avis, ut tubicen. Varro de L. L. 5, 7 extr. p. 59, 31 Oscines dicuntur apud augures, quod ore faciunt auspiciam. Sed etiam OSCINIS Nominatiuus est. Charis. 1

35 p. 81 Oscinis Nominatiuum Cicero de Auguriis Oscen dixit, et ita vsus est. Qui locus cum ambiguus sit, addimus p. 112. Oscen augurium consuetudo dicit. Cicero tamen, inquit Plinius, de auguriis et hic Oscinis dixit. Rhemn. Palaest. p. 1372. In Epicoeno ab oscen oscine:

40 Gram. p. 1977. Hor. Carm. 3, 27, 11. Oscinem coruum prece suscitabo Solis ab ortu. Cic. de Nat. Deor. 2, 160. Quanquam aues quasdam et alites et oscines, ut nostri augures appellant, rerum augurandarum causa natas esse putamus. Aufonius in Ternario, Tres quo-

45 rum aetates superat Phoebius oscen. b. e. Coruus, qui est in Apollinis tutela. Tum a dextra, tum a sinistra parte canunt oscines Cic. de Diuin. 120. Conf. Idem Fam. 6, 6. ¶ 2 Oscines vocat Plin. 10, 19 Omnes aues, quae canunt. Ibid. c. 29. Alia admiratio circa oscines: fere mutant colorem vocemque tempore anni, ac repente fiunt aliae.

50 OSCINVM, i. n. [ὀσινισμός] Auium augurium. Cic. de Legib. 2, 21 c. 9. Idemque fulgura atque oscina pianto. Correctiora exemplaria legunt Obstita. v. v.

OSCHEVM, i. n. [ὀσχεον] Latini Scrotum dicunt, id est testium receptaculum. Celsus 7, 18 ubi de morbis tractat, qui in naturalibus circa testiculos oriri solent, Sinus, inquit, qui conspicitur a nobis, ὀσχεον a Graecis dicitur: nostri scrotum vocant.

55 OSCI, orum. m. Pl. [ὀσκι] Italiae populi, in Campania, a quorum oris foeditate obscenos dicitur putat Acron ad Hor. Sat. 1, 5, 62. Virg. Aen. 7, 730 Oscorumque manus, etc. Vid. Turneb. Aduers. 3, 9

60 et 24. et Abr. Krigelii diff. de Oscis Lips. 1736.

OSCVS, a, um. Adi. [ὀσκος]. Cic. Fam. 7, 1. Non enim te puto Graecos aut Oscos ludos desiderasse, praesertim quum Oscos ludos, vel in Senatu vestro spectare possis. Hor. Serm. 1, 5, 54. Mellis clarum genus Oscis. Quod autem dicit Cicero, Oscos ludos vel in Se-

65 natu suo spectare Marium posse, de impudico et superbo sermone Senatorum intelligendum est. Fuit enim Oscis frequentissimus vsus libidinum spurcarum: unde et Verba impudentia et elata, Obscena appellantur, ut Verrius quidem vult apud Sextum Pompeium. Hinc est, quod ibi Tinnius etiam vetus Poeta dicit: Osce et Volce fabulantur, nam Latine nesciunt. Erasmus inter adagia recitat, Osce loqui, pro Turpiter parumque pudice loqui. Turnebus vero in eandem epistolam sic ait, Sed qui tandem sunt ludi Oscis? quidam putant, quibus Atellanae dabantur. Atella enim oppidum Campaniae fuit: unde earum nomen. Oscis populi Campaniae fuerunt. Sed Oscis ludi, ut existimo, et fabulae

70 Osciae et mimi lingua Romana non fiebant, Romanis tamen intellecta. Est ea gens deleta erat, tamen etiamnum vigeat sermo, et comoediae agebantur Romae Osciae lingua. Strabo, τῶν μὲν ἔκθ' ὀσκιῶν ἰκκλεοισθῆναι, ἢ διάλεκτος μὲν παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, ὡς ποιήματα σκηνοβοσκῆσαι, κατὰ τινὰ ἀγῶνι πάτριον, καὶ μίμολογῆσαι. Haecenus ille. Linguae Osciae

75 gnari Liu. 10, 20. Tellus Oscia Propert. 4, 2, 62. Oscia, Purgamenta et sordes lanae per contumeliam et iniuriam summam Oscorum Naevius appellavit, ut Varro interpretatur. Sic enim scribit de L. L. 6, 3 Quum ex ea carent, quod in ea haeret, neque est lana; quae in Romulo Naevius appellat Oscia ab Oscis. Scripturam veterem interpolant multi, alique aliter euulgant, sed haec Turnebo magis probatur.

80 Conf. Scalig. in loc.

OSCE. Adu. Osce loqui Gell. 17, 17. Vid. supra.

OSCILLVM, OSCILLO, vid. OSCVLVM, in OS, oris.

OSCINIS, vid. OSCEN.

90 OSCITO, are. [χασμάω] Os commouere, et os totum aperire, ut fit prae somno aut taedio. Gell. 4, 20. Et in iure stans, clare nimis et sonore oscitavit. Oscitare, pro Aperire se, dixit Plin. 16, 24. Sed omnium folia quotidie ad solem oscitant, interiores partes tepesieri violentia. Oscitat extemplo tetigit cum limina villae Lucret. 3,

95 1079. i. remissus, piger est. Cum casu effert Augustin. Ver. Relig. c. 3 extr. Quid adhuc oscitamur crapulam hesternam? ¶ 2 Oscitor, Depon. Plaut. Men. 5, 2, 80. Ut pandiculans oscitatur. Oscito et oscitor Priscian. 8 p. 799 extr.

OSCITANS, antis. Partic. [χασμῶν] Cic. pro Milon. 57. Adu. de infcitiam pransi, poti, oscitantis ducis. Idem pro Cluent. 71. Tristem atque oscitantem leuiter impellit, i. aliud agentem, non suis attentum. Oscitans, Securum et nihil prouidentem aliquando significat, auctore Donato ad Ter. Andr. 1, 2, 10 (7). Sperantes iam amoto metu, interea oscitantes opprimi. Cic. de Orat. 2, 144 c. 33. Et istam

100 oscitantem et dormitantem sapientiam Scaeuolarum et caeterorum beatorum

torum otio concedamus. *Oscitans Epicurtus, Otiosus et negligens.* Cic. de Nat. Deor. 1, 72 *Ista a vobis quasi dictata redduntur, quae Epicurus oscitans hallucinatus est, quum quidem gloriaretur, ut videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum.* *Oscitantes hesternae potatione* Quintil. 8, 3. ¶ 2 *Oscitantes apud Catull. 23, 5* 5  
*Is. Vossius interpretatur λαρυγγίζοντας, i. imo de gutture vocem profundentes, et Oscinum auium proprium esse ait. Sed Scaliger aues oscitantes i. biantes, putat antonomasticam descriptionem larorum.*

**OSCITANTER.** Adu. [*χαλαρώδης*] *Negligenter.* Cic. de Clar. Orat. 276 c. 80 *Quum indicia mortis se comperisse manifesto et manu tenere diceret, tam solute egisset, tam leniter, tam oscitanter.* 10

**OSCITANTIA,** ae. f. *Pro Oscitatione, sed male. Vid. Cellar. Antibarb. p. 78.*

**OSCITATIO,** ōnis. f. [*χάσμη*] Plin. 7, 6 *Oscitatio quidem in enixu letalis est. Oscitatione vinci Gell. 4, 20. Longas trahere oscitationes Martial. 2, 6. Oscitatio, (inquit Donatus) Animi otium et securitas. Oscitationes Bruti, Libelli oscitanter sive negligenter scripti Stat. Silu. 4, 9, 10.* 15

**OSCITABUNDVS,** a, um. *Apud. Gell. in lemmate 4 c. 20 et Sidon. Epist. 2, 2 Discipulis exponere oscitabundus ordiris.* 20

**OSCEDO,** inis. f. [*χαλαρώδης*] *Vitium, quo quis tenetur, ut sapius oscitet. Gell. 4, 20 Sed quum ille deierasset, inuitissimum sese ac repugnantem oscitatione victum, tenerique eo vitio, quod oscedo appellatur: tum notae iam destinatae exemptus est. Oscedo, Sereno v. 231 significat Oris ulcuscula, quum scribit, Hinc oscedo fugit, linguae quoque vulnera cedunt. Oscedo, inquit Isidorus 4, 8 est, qua infantium ora vlciantur. Aphthas medici vocant, ut Turnebus existimat.* 25

**OSCVLANA** Pugna, a Festo appellatur, et prouerbii loco numeroque refertur, de iis, qui victi vincunt. *Sed Asculana potius dici debere videtur. Nam ad Asculum ea depugnata pugna fuit aduersus Pyrrhum, si Plutarcho credimus: quanquam apud Festum ordo seriesque verborum Osculanam tuetur. Ex Turnebo.* 30

**OSCVLATIO, OSCVLOR, OSCVLVM,** vid. OS, oris. 35

## O S I

**OSIM,** pro Ausim, *Comicoꝝ more sunt qui legant Cic. Att. 12, 5 sed plerique aliter.*

**OSIREOSTAPHE,** es. f. *Herba, quae et Cynocephalion dicitur Apul. de Herb. c. 86. Quasi tu Osiridis sepulcrum dicas.* 40

**OSIRIACA, vel OSYRIACA,** ae. f. *Herba, quae alias Malua erratica. Apul. de Herb. c. 86.*

**OSIRIS,** is vel idis. m. [*Ὀσίρις*] *Aegyptiorum Deus, Isis maritus. Macrobi. Sat. 1, 21 Nec in occulto est, neque aliud esse Osirin quam solem, nec Isin aliud esse quam terram, naturamue rerum — Hinc Aegyptii Osirin, ut solem esse asserant, quoties hieroglyphicis literis suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, inque eo speciem oculi exprimunt, etc. Sed neque mythologian, neque physiologian Osiridis persequi nostrum est. Verum testimoniis Latinorum Poetarum usum vocis ostendere.* 45

*Iuuenal. 8, 29 Exclamare libet, populus quod clamat Osiri Inuento. Vet. Schol. Populus Aegypti Osiri inuento dixit, ἱερίκαμεν συγκαίρομεν. Horat. Epist. 1, 17, 60 de mendicis plano, Per sanctum iuratus dicat Osirin. Tibullus 1, 8, 29 Nilum alloquens,* 50 55

Te canit, atque suum pubes miratur Osirin,  
 Barbara Memphitem plangere docta bouem.  
 Primus aratra manu solerti fecit Osiris  
 Et teneram ferro sollicitauit humum. 60

*Plura ibi Poeta, et Brouckhusus. Verbo Osiris Apis est, et Bacchus, et omnia. Superstitionem illius Romae etiam vixisse, apparet. V. g. Iuuen. 6, 540 Ut veniam culpae non abnuat, ansero magno Scilicet et tenui popano corruptus Osiris. Videtur ei rei occasionem praebuisse maiorem Vespasiani imperium. Vid. Tac. Hist. 4, 84. Apul. Met. 11 extr. p. 272, 37 Deus Deum magnorum potior, et maiorum summus, et summorum maximus, et maximorum regnator, Osiris.* 65

**OSIRIS** herba vid. OSYRIS.

**OSIRITES,** ae. m. *Ab Aegyptiis dicitur herba, quam Cynocephalam, hoc est canis caput vocant, quod canino capiti sit similis. Tradunt, si quis eam totam eruat, statim mori. Haec Plin. 30, 2 Sed Osyrites scribit etiam Hard.* 70

**OSISMII,** Lugdunensis Galliae populi Plin. 4, 18 f. 32. *Diuersi et ad Oceanum sunt et Britanniae minoris pars Osismii Melae 3, 2.* 75

## O S O - O S S

**OSOR,** vid. ODI.

**OSPRATVRA,** ae. f. *Cura leguminum sive minutarum frugum in foro L. 18 §. 19 de muner. et honor. ab ὀσπρίων. Sed variat lectio, et cruditorum sententiae. Haloand. Hospitatura.* 80

**OSPRION,** i. n. [*ὀσπρίων*] *Legumen; unde Apicii liber quintus est Osprios, quasi leguminarius.*

**OSQVIDATES,** Populi sunt Galliae Aquitanicae, apud Plin. 4, 19 f. 33. 85

**OSROENE,** es. f. *Regio Mesopotamiae septentrionalis, cuius caput Edessa. Scribitur et Osdroene. Vid. Eutrop. 8, 11. et Spanb. de Num. diff. 8 p. 534.*

**OSSA,** ae. f. [*ὄσσα*] *Mons est teste Solino c. 13 in finibus Thessaliae, Centaurorum stabulum, cum tanta pinorum copia, ut in flexione atque reflexione ramorum tonitrua referantur. Lucan. 1, 389 Ossā pinifera. Apul. de Mundo Iuga Ossae ardua. Ouid. Met. 1, 155 de Gigantomachia Excussit subiecto Pelio Ossam. Nempe, ut ait Virg. Georg. 1, 281 Gigantes Ter sunt conati imponere Pelio Ossam Scilicet, atque Ossae frondosum inuoluere Olympum. Ossam, 95 Accus. cas. Ouid. Fast. 1, 307 Non ut ferat Ossam Olympus. Arctoa Stat. Theb. 3, 519. Frondens Idem ib. 8, 79. Glacialis Claud. in Conf. Stil. 1, 12. Nivalis Idem in Ruff. 2, 182.*

**OSSAEVS,** a, um. Adi. [*ὄσσαιος*] *Lucan. 6, 334 Attollit Titan, rupes Ossaea coërcet. Auiā Ossaea Stat. Achill. 2, 407. Vt sa Ouid. Met. 12, 319. Bimembres Ossaei, Centauri, qui Ossam accolebant Stat. Theb. 12, 554.* 100

**OSSIGETANIA,** ae. f. *Regio Hispaniae, Baeticae vicina, cuius meminit Plinius 3, 1.*

**OSSIFAGA,** vid. sub OS, ossis. 105

OSTAE, arum. [ὄσται] Motus terrae, quibus solum quatitur; *vs describit* Apul. de Mundo p. 65.

OSTANES, *vel* OSTHANES, *vel* HOSTANES, is. m. *Per-  
sa magus.* De quo Plin. 30, 1. Apul. Apol. Tertull. de Anima c. 57 et  
5 Min. Fel. Oct. p. 61 c. 26.

OSTENDO, di, sum et tum, ère. [ὀφείνω, ἐπιδείκνυμι, φάτω] *Demonstrare.* Non ab Os et tendo; sed ab ob, pro quo in compositis quibusdam obs videntur dixisse, *vt* abs pro ab. Est igitur ostendere *vel* ob *vel* versus aliquid tendere, tenere, porrigere aliquid, quo ipso demonstramus. Deinde ad orationem refertur, *vt* demonstrare; et ipsum dicere e Græco δεικναι, δεικνυμι ortum obseruauimus. Ter. Eun. 5, 3, 5

Iamne ostendisti signa nutrici? Virg. Aen. 6, 369 Ostendent terris hunc tantum fata, neque ultra Esse sinent. Cic. pro Caecin. 10 Is

habuit in matrimonio Cesenniam, eodem e municipio, summo loco natam et probatissimam feminam, sicut et viuus multis ipse rebus ostendit, et in morte sua testamento declarauit. Cic. Att. 1, 1

Demonstravi haec Caelio: simul et illud ostendi, si ipse cum illo vno contenderet, me ei satis facturum fuisse. Idem de Arusp. Resp. 24

Haec igitur vobis, haec Populo Romano et scelerum indicia Ostendit, et periculorum signa patefecit. Cic. de Lege Agrar. 2, 5 Cui errato nulla venia, recte facta exigua laus, et ab inuitis expressa Proponitur: non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. De his primum partibus ostendendum est, deinde, etc. Auctor ad Heren. 2, 23. Sicut ostendimus, i. Narrauimus

25 Nepos 16, 5, 1. Idem 17, 1, 5. et 7, 6, 4. Ostenditur nobis id quod quaerebamus, inquit Donatus ad Ter. Hec. 4, 4, 5 Opportune te mihi Phidippe in ipso tempore ostendis. Ostendere, Docere. Hor. Epist. 1, 19, 23 Parios ego primus Iambos Ostendi Latio. Conf. Cic. Fam. 5, 19. Caes. Bell. Ciuil. 1, 6. et 2, 20 extr. Aperte ostendit

30 quod habet venale Hor. Seru. 1, 2, 84. Rapinae Caci Caelo ostenduntur Virg. Aen. 8, 263. Coram ostendere aliquid alicui. Idem ib. 6, 716. Digitis ostendere Quid. de Arte Am. 2, 629. Bellum ostendere Liu. 1, 11. Bellum indicere et ostendere Idem 2, 44. Ignem foliis Val. Flacc. 2, 450 i. versus folia arida excutere de silice.

35 Alio sensu et vulgari, Idem 3, 603 Seris ostendere noctibus Ignem. Imperatorem Suet. Calig. c. 43. Iter ad ingenii lumen Quintil. 1 prooem. Locum aliquem ostendere de excelso Cic. Somn. Scip. c. 2. Lumen animi, ingenii, consilii que tui hic oportet ostendas Idem ib. 3. Idem Verr. 4, 75 Iste tum petere ab illis: tum minari, tum spem, tum Metum ostendere. Mores alicuius Ter. Eun. 5, 9, 59. Cic. pro Rosc. Amer. 87 Ex tot sicariis solus inuentus es, qui cum accusatoribus federes: atque Os tuum non inodo ostenderes, sed etiam offerres. Idem Verr. 1, 1 Nemo quemquam

45 tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitratur, qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euctus, ora iudicum aspicere, et Os suum Populo Romano ostendere auderet. Terent. Heaut. 4, 1, 21 Tot Peccata in hac re ostendis. i. peccas. Idem Adelp. 1, 2, 25 Te plura in hac re Peccare ostendam. Potestatem suam in aliquo Ter. Eun. 5, 9, 3. Quam simus calidi ostendere

50 Idem Andr. 1, 2, 27. Cic. Acad. 4, 98 Sed vt omnes istos aculeos, et totum tortuosum genus disputandi relinquamus, ostendamusque Qui simus. Plaut. Capt. 2, 2, 45 Quoniam nobis dii immortales animum ostenderunt Suum. Cic. de Amic. 97 In qua nisi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumque ostendas. Idem Q. Frat. 1, 2 extr.

55 Tribun. plebis designati sunt nobis amici: COSS. Se optime ostendunt, i. optime de se sperandi occasionem praebent. Se virum ostendere Ter. Eun. 2, 3, 15. Cic. de Vniuers. 35 Quando igitur omnes et qui mouentur, palamque Se ostendunt, et qui eatenus nobis declarantur quo ipsi volunt, creati sunt, etc. de diis. i. apparent. Se aegre pati ostendere Ter. Adelp. 1, 2, 62. Sententiam suam Idem Heaut. 2, 1, 7. Idem Phorm. 5, 4, 7 Neque me domum nunc recipere, ni mihi esset Spes ostensa huiusce habendae. Cic. pro Rosc. Amer. 110 Hisce insidiosae Spem falsam ostendere. Spes ostendit se alicunde Liu. 26, 38. Dum vult Vocem ostendere Phaedr. 1, 14, 9.

65 ¶ 2 Ostendere, non est tantum, Id quod in consuetudine frequenter significat, demonstrare: sed Quod verbi potius compositio prae se fert, ostendere et opponere interdum: cuius significationis testimonium apud Cic. Verr. 5, 1 in promptu occurrit, Sed quaedam mihi magnifica, et praecleara eius defensio ostenditur. Annotauit Turneb. ¶ 3 Ostendere pro

70 facere, exhibere, etc. Vosmet ipsos sic eruditos ostendite Imper. praef. Instit. Conf. Casaub. ad Theocrit. c. 9. et ad Lamprid. Comm. c. 1. it. ad Capitolini Maximin. c. 10. Caes. Tard. 1, 4, 95 Quo etiam carnatum corpus ostendat, i. efficiat ἀνοδείξῃ.

OSTENDENS, entis. Partic. Nepos 10, 4, 1. Nauem ei dedit ostendens se id vtriusque facere causa. Trunca ostendens corpora Ouid. Met. 3, 724. Me matribus ostendens Ithacis Idem ib. 13, 512.

OSTENSIO, onis. f. Apul. Met. 3 p. 133, 19 Facinus praecedens instaurare noua ostensione. Al. Offensione. Vulg. Lat. Rom. c. 3, 25 Ad ostensionem iustitiae. Pro Pompea et paratu. Vid. Salmas. in Lamprid. Alex. c. 33. Conf. Cyprian. Epist. 1, 2. Nempe

OSTENSIONALIS, e. Adi. Milites ostensionales Lamprid. Alex. c. 33 i. ostentationi comparati, vid. Casaub.

OSTENSOR, oris. m. Tertul. Apol. c. 11 Nouae frugis auctor quia ostensor et inuentor.

OSTENTRIX, icis. f. Hanc vocem reperit Barthius in vetustissimo Codice Stat. Theb. 5, 703 Grati ostentrix fluminis. Vulgo Inuentrix.

OSTENSVS, a, um. Partic. [ὀδαικμένος] Caedes ostensa Sullae Lucan. 2, 192. Spes ostensa Ter. Phorm. 5, 4, 7.

OSTENTVS, a, um. Participialiter. [ἐπιδείκνυς] Festus. Pa. cuius, In ipso tempore ostentum senem. Cato c. 6, 2 et 4 Ager olero conferendo qui in ventum Fauonium spectabit, et Soli ostentus erit, alius bonus nullus erit. Proprie, quasi obtensus. Vsitur etiam Varr. R. R. 1, 24, 1 et 25.

OSTENTVS, us. m. [χλεύη] Spectaculum, specimen. Sallust. Iugurth. c. 24, 10 Sed quoniam eo natus sum, vt Iugurthae scelerum ostentui essem. Ibid. 46, 6 Itaque munito agmine incedere: late explorare omnia: illa deditiois signa ostentui esse, credere. i. In speciem esse facta, inquit Budaeus. Auribus decisis viuere iubet ostentui clementiae suae Tac. A. 12, 14, 6. Mittere aliquem ostentui Id. Hist. 3, 35. Idem Ann. 1, 29, 6 Corpora extra vallum abiecta ostentui. Idem 15, 64, 3 Ostentui esse.

OSTENTO, are. Frequent. [ἐπιδείκνυμαι, κομπάζω, ἐλαζονεύομαι] significat, saepe vel cum affectu vel affectatione adeo ostendere. Tacit. Hist. 3, 31 Mox velamenta, et infulas pro muris ostentant. Cic. de

105 Lege Agr. 2, 10 Si aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spe ac specie

- specie simulationis ostentant, populares existimandi sunt. Cic. Fam. 10, 3 Nunc tantum significandum putavi, ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam ostentarem prudentiam. Cic. de Lege Agrar. 2, 10 Largitio aliqua promulgata, quae verbis ostentari potest, re vera fieri, nisi exhausto aerario, nullo pacto potest. Caedem ex altera parte belli exitus ostentat, ex altera feruitutem Cic. Fam. 4, 14. Ingulum ostentare pro capite alterius, *h. e. Exponere se periculo vitae* Idem Att. 1, 16. Moenia maxima ostentat Virg. Aen. 3, 703. Opes Sidonias ostentat Dido Idem ibid. 4, 75. Periculum ostentare capitibus, *pro Minari mortem* Cic. pro Cluent. 25. Ibidem 22 Mulier amissis liberis, quum vnus filii recuperandi Spes esset ostentata, omnes, etc. Plin. in Paneg. Traian. c. 4 extr. Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitibus, et dignitas oris nonne longe lateque principem ostentant? *quasi in triumpho.* Nempe Ostentare, Saepe ostendere, gloriandi causa, *inquit Festus.* Ter. Eun. 3, 2, 30 Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas ostentat. Cic. pro Cael. 67 In aliis rebus se ostentent. Auctor ad Herenn. 2, 47 Ficta et dedita opera comparata oratio videbitur esse artificii significandi, ingenique venditandi, et memoriae ostentandae causa. Idem 4, 29. Labores suos Claud. Conf. Stil. 2, 14. Vires superbas Stat. Theb. 6, 20 647. Se iactare et ostentare Auctor ad Heren. 4, 29 c. 21. Se ostentare Cic. Fam. 1, 4. Prae se ferre et ostentare Cic. Att. 2, 23.
- OSTENTANS**, antis. Partic. [*ἐπιδεικνύμενος*] Frontem albam equus arduus ostentat Virg. Aen. 5, 567.
- OSTENTATIVUS**, a, um. Partic. [*προσπειθευόμενος*] Terent. 25 Eun. 3, 5, 56 An ego occasionem mihi ostentatam tam breuem, tam optatam, tam insperatam amitterem? Promissa liberalitate alicuius et ostentata pecunia Cic. pro Rosc. Com. 16.
- OSTENTATOR**, oris. m. [*κομπαστής, ἡλαζών*] Iactator. Plaut. Curc. 4, 1, 15 in medio propter canalem, ibi ostentatores meri, confidentes, garrulique et maleuoli. Liu. 1, 10 Ostentator factorum. Auctor ad Herenn. 4, 63 c. 50 *Vt si velis non diuitem, sed ostentatorem pecuniosum describere, etc.*
- OSTENTATIO**, oris. f. [*ἡλαζωνία*] Iactantia. Cic. de Fin. 4, 68 Gloriosa ostentatio in constituendo summo bono. Caesar Bell. 35 Civil. 1, 4 Ostentatio sui. Ingenii obseruationis vitanda est suspicio Cic. de Orat. 2, 533 c. 82 pr. Venditatio quaedam et ostentatio Id. de Amicit. 88 c. 23. *Es pro Rabir. Post. 38 Quod genus tandem est istud ostentationis et gloriae? Ostentatio et Veritas, contraria.* Cic. de Finib. 2, 77 Aut etiam ut vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensam, ut in fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. Ostentatio et Voluntas, contraria. Cic. Off. 1, 44 Videre etiam licet plerosque non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur, facere multa, quae proficisci ab ostentatione magis, quam a voluntate videntur. Scientiae ostentationem, disciplinam suam philosophus animo et vita constitutus, ut ratio postulat, non putat, sed legem vitae Cic. Tusc. 2, 21. Simulatione, et inani ostentatione, et ficto non modo sermone, sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse, si qui rentur, vehementer errant Cic. Off. 2, 43 c. 13. *Add. Auct. ad Herenn. 4 c. 50. Magnifica et gloriosa ostentatio ciuitatis* Cic. pro Flacc. 52. Declamatoria Quinctil. 4, 3. Gloriosa Cic. de Fin. 4, 68. Insolens, *vid. INSOLENS.* Popularis Cic. de Lege Agrar. 1, 23. Soenica Quinctil. 2, 10. Adduci ostentatione, *vid. ADDUCO.* Componi ostentationi Quinctil. 3, 7. Ad arcem ostentationis peruenere opera Protogenis Plin. 35, 10 f. 36.
- OSTENTATRIX**, icis. f. Apul. Apol. p. 323 Vidistis profecto, qui affuistis, quam improba iuuenum circumspexitrix, quam immodica sui ostentatrix. *conf. Pacat. Paneg. Theod. c. 17. et Prudent. Psychom. 439.*
- OSTENTABILIS**, e. Adi. Gloss. Lat. Gr. Ostentabile, *ἐπιδεικτικόν.*
- OSTENTAMEN**, inis. n. Prudent. Psychom. 204. *et Tertull. adu. Gnost. c. 13.*
- OSTENTATICIVS**, a, um. Adi. Ostentaticia virginitas Tertull. de Virg. Veland. c. 3.
- OSTENTATORIVS**, a, um. Aliud Adi. Ostentatoria nomitas Mart. Capell. 2 p. 38.
- OSTENTIVM**, i. n. [*τέρας*] i. Portentum: quod futurum aliquid ostendat, ut putabantur olim Cometae, tonitrua die sereno. Cic. de Nat. Deor. 2, 7 c. 3 Praedictiones vero et praesensiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quae sint, ostendi, monstrari, portendi, praedici: ex quo illa, ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur? Ostenta accipiuntur etiam in bonam partem. Suet. Vesp. c. 5 Iampridem sibi per haec ostenta conceptam in spem imperii venit. Ostentum Labeo definit (*ut inquit Vlpianus in l. Ostentum. D. de verb. et rerum signif.*) omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque. Duo autem genera sunt ostentorum. Vnum, quoties quid contra naturam nascitur: tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quae naturae contraria est. Alterum, quum quid prodigiosum videtur, quomodo Graeci *Φάσματα* vocant. Grauissimum ostentum huic ordini nuntiatum Cic. de Arusp. Resp. 10. Admonemur multa ostentis, *vid. ADMONEO.* Cic. Fam. 8, 14 Scis Appium Censorem hic ostenta Facere, de signis et tabulis, etc. *Hoc mire se iactare in censura, quasi mirifice seuerus esset ac diligens.* Portendere malorum periculorum metus ex ostentis Cic. Verr. 4, 108 c. 49. Procurare ostentum familiare Liu. 26.
- OSTENTIFER**, era, erum. Adi. Onomast. Ostentiferum, *τεγαρωδες.*
- OSTENTARIIVS**, i. m. [*τεγατωκόπος*] Ostentarius Tuscus Macrobi. Saturn. 3, 7. Ostentorum procurandorum artem professus.
- OSTEODES**, um. f. Pl. [*ὀστεώδεις*] Insulae sunt Siciliae adiacentes ab ea parte, qua Africam spectat Plin. 3, 8.
- OSTIA**, ae. f. [*ὄστια*] Vrbs in ostiis Tiberis sita, ab Anco Martio condita, *ut scribit Liu. 1, 33 extr. in ipso maris fluminisque confinio, ut totius mundi opes illo veluti maritimo vrbs hospitio reciperentur.* *conf. Flor. 1, 4, 2. et 3, 21, 12. Ab hac*
- OSTIENSIS**, e. Adi. Ora Ostiensis Plin. 9, 17. Portus Ostiensis Ibidem c. 6. *et 36, 15. conf. Suet. Claud. c. 20. Ostiensis porta etiam Romae, sic dicta eo quod Ostiam versus ducat: Vulgo Porta di S. Paulo.* *Et Pl. Ostiensis, Populi.*
- OSTIGO**, inis. f. [*ἀστίγη*] Alias Mentigo dicitur. Videtur in agnis et haedis id ferme malum esse, quod in hominibus Mentigram appellant. Columel. 7, 5, 21 Est etiam mentigo, quam pastores ostiginem vocant, mortifera lactentibus. — Velut ignis facer os atque labra foedis vlceribus obsidet.



**OSTIVM**, i. n. [*ὄστρα*, *ὄστρα*] *Ianua*. Ter. Eun. 4, 6, 25 Tu abi, atque ostium obſera intus, ego dūm hinc tranſcurro ad forum. Ostium ab Obſtando quidam dēducunt, quod eo arceſtur in-  
 5 *greſſu*. Quidam ab Os, oris, quod ſit idem, per quod ingredimur vel domum, vel quemcunque alium locum. Alii a Graeco *ὄστρα*, quod eſt repellere, unde ratio exigit, ut ſine aſpiratione ſcribatur: licet nonnullorum uſus cum ſuis deriuatis aſpiret. Vid. Muret. V. L. 1, 17. Ostiorum exactio Cic. Fam. 3, 8. i. Tributū in ſingula aedium oſtia imperati. Cic. Tuſc. 5, 13 Solane beata vita quaeso-relinquitur extrā oſtium li-  
 10 menque carceris? Belliſſimum et taciturniſſimum Plaut. Curc. 1, 1, 20. Oculiſſimum oſtium Idem ibid. 1, 1, 15. i. Cariffimum et gra-  
 15 tiſſimum, quod tanquam oculus, quo nihil iucundius nobis eſt, plane cenſetur. Nam ex Oculo ſinxit Superlatiuum, ut ex Ipſo Ipſiſſimum. Non me tamen fallit in libris antiquis Occluſiſſimum reperiri: et ſic editum in Gronou. ſed auctorem alterius lectionis laudare poſſum Feſtum. Sunt qui Oculiſſimum legant verſu modulatione, ſequunturque Priſcianum, cui 3 p. 618 etiam Oculiſtus eſt Ocellus per diminutionem: ut nempe equuleus et hinnuleus, pro equulo, hinnulo. Recluſa Lucret. 3, 367. Auſcultare ab oſtio, vid. AVSCVLTO. Aperto oſtio dormire Cic. pro Roſc. Amer. 69. Obdere oſtio peſſillum, vid. OBDO. Op-  
 20 pilare oſtia Lucret. 6, 715. Patuere ingentia oſtia domus Virg. Aen. 6, 81. Pernoctare ad oſtium carceris, vid. Pernocto. Pulſare, vid. PVLſO. Cic. de Orat. 2, 276 Ut illud Naſicae, qui quum ad Poëtam Ennium veniſſet, eique ab oſtio Quaerenti ancilla dixiſſet domi non eſſe, etc. 2 Oſtia, [*ὄστρα*] tantum  
 Plur. Fluuiorum patentes aditus, per quos in mare exonerantur. Virg. Aen. 1, 18 Italiam contra, Tiberinaque longe. Oſtia. Tiberina oſtia etiam Ouid. Met. 15, 728. Oſtium, pro Ingreſſu portus marini. Virg. Aen. 1, 404 Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo. Idem  
 30 ibid. 5, 281. Cic. Verr. 5, 79 Quod eſt litus in infula Syracuſis poſt Arethuſae fontem, propter ipſum Introitum atque oſtium portus, amoeno ſane et ab arbitris remoto loco. Fluminis oſtium Cic. Philipp. 2, 26 c. 11. Oceani Idem pro Lege Manil. 33 c. 12. Alta Ditis Virg. Georg. 4, 467. Sacra Inferni Idem Aen. 6, 109. Tur-  
 35 bida Tartarae portae Sil. 13, 422. Lucret. 4, 92 de poris corporum, Nec recta viarum Oſtia ſunt, qua contendunt exire vapores.

**OSTIOLVM**, i. n. Dimin. [*ὄστριον*] Columel. 8, 14, 1 de  
 40 *baris anferum*, Quae ſingulas ſatis eſt habere quoquouerſus pedes ter- nos, et aditus ſingulis firmis oſtiolis munitos. Plin. 19, 8 pr. Lactu-  
 cae genus, Lati caulis, adeo, ut oſtiola olitoria ex his ſacilitari coepe- rint, ex Theophrasto, qui *ὄστρα κηρωγιάς* vocat, tuguriola olitorum intel-  
 ligi, planum eſt. Vid. OLVſ.

**OSTIATIM**. Adu. [*κατὰ ὄστρα*] Per ſingula oſtia. Cic. Verr. 4, 53 c. 24 Nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto  
 45 volutatum, totius corporis veſtigiis inuenimus? permagnum eſt in eum dicere aliquid, qui praeteriens, lectica paullisper depoſita, non per praefſigia, ſed palam per poteſtatem, vno imperio oſtiatim totum op-  
 pidum compilarit? Sic Cic. Verr. 4, 48 c. 22 Hic nolite exſpectare, dum ego hoc crimen agam oſtiatim: ab Aeſchylo Tyndaritano iſtum  
 50 pateram abſtuliffe, a Thraſone item Tyndaritano pateſtam, a Nym- phodoro Agrigentino turibulum. Oſtiatim pulſare Quinētil. 5, 10.

**OSTIARIVM**, i. n. Tributum in ſingula domorum oſtia impera-  
 55 tum: ut columnarium, in ſingulas columnas. Caef. Bell. Civil. 3, 32 Interim acerbiffime imperatae pecuniae tota prouincia exigebantur: multa praeterea generatim ad auaritiā excogitabantur. In capita  
 ſingula ſeruorum ac liberorum tributum imponebatur: columnaria, oſtaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, veſturae im-  
 perabantur. conf. Cic. Fam. 3, 8.

**OSTIARIVS**, i. m. [*ὄστρατος*] Oſtii cuſtos. Plin. 12, 14 Prae-  
 60 ter hos et cuſtodes, ſatellitesque et oſtarii et miniſtri populantur. Sen. de Conſt. Sap. c. 14 Oſtarii difficultas. Idem c. 15 Limen vacuum et ab oſtariis liberum. Vitruu. 6, 10 Cella oſtarii. conf. Suet. de Rhet. c. 3. et Petron. c. 28, 29 etc. apud quem et Vitru. l. c. Hoſtarius.

**OSTOCOPVS**, i. m. [*ὄστοκος*] Oſtium dolorem ſentiens. Se-  
 65 ren. 922 Oſtocolon lento conducit melle perungi.

**OSTRACA**, ōrum. n. [*ὄστρακα*] Graecis teſtae ſunt, voce non mi-  
 nus late patente, quam Latina. Hinc

**OSTRACIAS**, ae. m. ſ. **OSTRACĪTIS**, idis. f. [*ὄστρακίαι*] eſt gemma Teſtaea durior, altera achatae ſimilis, niſi quod achates politura pingueſcit: duriori tanta ineſt vis, ut aliae gemmae ſcal-  
 70 pantur fragmentis eius. Oſtracitidi oſtrea nomen et ſimilitudinem dedere. Haec Plin. 37, 10 ſ. 65. Idem 36, 19 ſ. 31 inter lapides ignobilioreſ Oſtracitae ſimilitudinem teſtae habent. Uſus eorum pro  
 75 punice ad laeuigandam cutem. Hic igitur fuerit Sing. **OSTRACI- TES**, ae. m.

**OSTRACISMVS**, i. m. [*ὄστρακισμός*] Relegationis genus. Nam ciuitates antiquitas, quae populari ſtatu regebantur, eos, qui ſuperexcellere  
 80 videbantur, vel propter diuitias, vel propter amicos, alienamue potentiam, extra ciuitatem relegare ſolebant ad tempus, ſicut docet Ariſtoſteles tertio Politicorum. Athenienſes vero exilio decennali multare conſueuerant  
 potentes nimis, et excellentes gloria viros. Et hoc exilii genus, oſtraciam appellauerunt: qui reſertus eſt, non ad caſtigandam improbitatem, ſed ad potentiam moderandam. Oſtraciſmus autem ab oſtraco, id eſt  
 85 calculo, ſine teſtula, nomen ſortitus eſt, qui in hunc modum Athenis peragebatur. Oſtraci viritum in conſilio dabantur, in quibus quiſque no-  
 men illius perſcribebat, quem vrbe cedere voluiſſet. Magiſtratus vero, qui huic negotio praecerant, vniuerſos ſimul calculos recenſebant: qui niſi  
 90 ſex millium numerum exceſſiſſent, nihil conſectum eſſe iudicabatur. Vbi vero vltimus numerus reſertus fuiſſet, eum decem annos exilio aſſiciebant. Hoc oſtraciſmo Themifto-  
 cles, Cimon, et Ariſtides, multati fuerunt. Hoc Latini, teſtularum exilium vocant. Nomine Oſtraciſmi vitur Nep. 5, 3, 1 ubi copioſe laudantur a Boſio, qui de re egerint. Vid. v. c. I. Scallig. in Euseb. 94. vel Sigon. de Rep. Athen. 2, 4. vel Petit. Com. in Leg. Aſt. p. 366.

**OSTRACIVM**, i. n. Latine Teſtula dicitur, Graece *ὄστρακον*.  
 pro Onyche: Plin. 32, 10 Inuenio apud quosdam oſtracium vocari, quod aliqui onychem vocant.

**OSTREA**, ae. f. vel **OSTREVM**, i. n. [*ὄστρα*] Tum ge-  
 100 neratim conchae, tum peculiariter illae, quae aſperam, ſcabramque teſtam habent. Oſtreum dicere, non placet Charif. Inſt. Gramm. l. 1 p. 42. dicendumque Haec oſtrea ſingulari feminine. Sed uſus certe Iuuenalis et Plinii repugnat. Cic. de Diuin. 2, 33 Oſtreiſque et conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter creſcant, pariterque decre-  
 105 ſcant. Gell. 20, 8 Oſtreae quum appoſitae fuiſſent, et multae quidem,

dem, sed inuberes, macraeque essent, Luna, inquit Annianus, nunc videlicet senescit: ea re ostrea quoque sicuti alia quaedam tenuis, exsuctaque (f. exsuccaque) est. *Laudat Lucilii versum*, Luna alit ostrea et implet echinos, etc. Peculiariter vero contra leporis marini venena et ostrea aduersantur Plin. 32, 6. Grandia, quae mediis iam noctibus ostrea mordet Iuuen. Sat. 6, 202. Callis ostrea testis Vsta dabit cinerem Sammon. v. 124. Ostrea Circaeis, Miseno oriuntur echini Hor. Serm. 2, 4, 33. Abstinerere ostreis et muraenis, vid.

## ABSTINEO.

OSTREĀTVS, a, um. Adi. [ὄστρεαῶδες] pro Duro atque aspero ponitur. Plaut. Poen. 1, 2, 186 Itaque iam quasi ostreatum tergum vlceribus gestito propter amorem vestrum.

OSTREARIVS, a, um. Aliud Adi. Ostrearius panis, quo veteres cum ostreis vesci solebant. Plin. 18, 11 f. 27 Panis — genera — alias ab opsoniis appellati, vt ostrearii.

OSTREARIA, ōrum. n. Pl. [ὄστρεορροφία] Vbi ostreae viuunt et reperiuntur. Plin. 9, 51 f. 74 Nuper compertum in ostrearii, humorem his foeticum lactis modo effluere. Macrob. Saturn. 2, 11 Sergius Orata primus ostrearia in Baiano locauit.

OSTREŌSVS, a, um. Adi. Cyzicus ostreosa Poëta Phallicus Carm. 77. Catull. Priap. 18 Ora Hellepontia caeteris ostreosior oris. conf. Vinet. ad Aufon. Epist. 9, 28.

OSTRVM, i. n. [ὄστρον] Muricis sive conchylii ac purpurae liquor, succus et color, unde pro ipso Purpureo colore ponitur. Ostrum dictum, quod ex concharum marinarum testis eximatur. Hic liquor, temperatura artificis adhibita, fere purpureus fit, hoc est in violaceum tendens. Vid. Vitr. 7, 13 Incipiam nunc de ostro dicere, quod et carissimam et excellentissimam habet — aspectus suauitatem. Id autem excipitur ex conchylio marino, e quo purpura inficitur, — quod habet non in omnibus locis, quibus nascitur, vnus generis colorem — Ea conchylium cum sunt lecta, ferramentis circa scinduntur, e quibus plagis purpurea sanies vti lacrima profluens, excussa in mortariis terendo comparatur, et quod ex concharum marinarum testis eximitur, ideo ostrum est vocitatum. Virg. Georg. 2, 506 Vt gemma bibat, et farrano dormiat ostro. Idem Aen. 1, 704 Stratoque super discumbitur ostro. i. Purpura: vt ait Seru. Insignis ostro sonipes Virg. Aen. 4, 134. Coruscum Claud. Conf. Prob. et Olyb. 264. Puerile Stat. Silu. 5, 2, 66. Puniceum Senec. Medea 2. Rubens Lucret. 2, 35. Sanguineum Virg. Aen. 12, 67. Sidonium Hor. Epist. 1, 10, 26. Tyrium Virg. Georg. 3, 17. Fulgent duētores decori ostro Idem Aen. 5, 111. Fulget Poënis ostris purpura Propert. 4, 3, 51. Instrati ostro alipedes Virg. Aen. 7, 277 Laboratae vestes superbo Id. ibid. 1, 643. Nitet lectus Iliaco ostro Senec. Med. 10. Perfusae vestes ostro Virg. Aen. 5, 111. Reponit illum cello in ostro Valer. Argon. 3, 339. Rigentes vestes ostroque auroque Virg. Aen. 11, 72. Vclare humeros ostro Idem ibid. 7, 814.

OSTRĪNVS, a, um. Adi. [ὄστρινος] Ostrinae vestes dicuntur purpureae et subruvae, auctore Nonio 16, 8. Turpilius, Interea aspexit virginem gestantem in capite riculam indutam ostrinam. Colores ostrini Propert. 3, 11, 7. Torus Idem 1, 13 (14) 20. Turonica Idem 2, 29, 26.

OSTRIĀGO, inis. f. Herba, de qua Apul. c. 28.

OSTRICŌLOR, ōris. Sidon. Catm. 5, 18 Ostricolor pepli textus.

OSTRĪFER, ēra, ērum. Adi. [ὄστροφόρος] Quod ostrum producit. Virg. Georg. 1, 207 Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi. Gerastus ostrifer Valer. Argon. 1, 456.

OSTROGŌTHI, ōrum. m. Pl. [ὄστρογόθοι] Dicuntur Gothi, qui Orientem versus habitant. Claud. in Eutrop. 2, 153 Ostrogothis colitur, mistisque Britannis Phryx ager. conf. Sidon. Epist. 8, 9. et Carm. 2, 377.

OSTRYA, ae. vel OSTRYS, yos. f. Arbor, quae solitaria nascitur circa saxa aquosa, similis fraxino, cortice et ramis, folio pyri, paullo tamen crassioribus longioribusque ac rugosis incisuris, materia dura atque firma: qua in domum illata difficiles partus fieri, mortesque miseras veterum supersticio existimauit Plin. 13, 21.

OSTVM, vid. HOSTVM.

OSVS, vid. ODI, odisti.

OSVS, pro Vfus. Mart. Capell. 2 p. 28. Vid. Not. Grotii.

OSYMANDVAS, ae. m. Rex Aegypti antiquissimus. Diodor. Sicul. 1, 49.

OSYRIS, is. f. [ὄσυρις] Herba. Plin. 27, 12 f. 88 Osyris ramulos fert nigros, tenues, lentos, etc.

OSYRITES, Herba. Vid. OSIRITES.

## O T A et O T H

OTACVSTA, ae. m. Emissarius, auscultator, auribus aliorum sermones captans. Apul. de Mundo p. 69, 23 Inter ministros regis Persarum Aures regiae et imperatoris oculi quidam homines vocabantur — cum omnia vbiquaque gererentur, ille Otacustarum relatione discebat.

OTHO, ōnis. m. Cognomen Romanum. L. Roscius Otho tribunus plebis, legis theatralis auctor. Hor. Epod. 4, 15 Sedilibusque magnus in primis eques Othone contemto sedes. Iuuenal. 3, 159 Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni. Liu. Epit. 119. Tacit. Ann. 15, 32. M. Saluius Otho, interfecto Galba inuasit imperium. Vitam eius scripsere Suet. et Plutarch.

OTHONIĀNVS, a, um. Adi. Othoniani duces Tacit. Hist. 2, 24. Othonianae partes Ibidem c. 33.

OTHONE, es. f. Herba in Syria nascitur, similis eruae, perforatis crebro foliis, flore croci, quare quidam Anemonen vocauerunt Plin. 27, 12. al. Othonne.

OTHRYĀDES, is. m. [ὄθρυάδης] Spartiata fuit, qui, quum inter Argiuos et Spartiatas conuenisset, vt trecenti vtrunque delecti de agro Tyreate inter se decernerent, et vtri superiores existissent, eorum regio foret: vnus hic tantum victor e Spartiatis superfuit. Quum duo, qui ex Argiuis reliqui erant, fugissent, castris suorum relictis, aiunt Othryadem, spoliatis prius hostium corporibus, et ad sua castra relatis armis: deinde in sanguine suo, VICI, conscripto, quum puderet Spartam reuerti ob suos interfectos, sibi mortem consciuisse. Auctores, Valer. 3, 2. Plutarchus, et Ouid. in Fast. 2, 665 Nec foret Othryades congeffis tectus in armis, et Flor. conf. Barth. ad Stat. Theb. 4, 48. Panthus Othryades Virg. Aen. 2, 319.

OTHRYYS, yos. m. [ὄθρυς] Mons Thessaliae, sedes olim Lapi-

*tharum.* Lucan. 6, 338 Solstitiale caput nemorosus summouet Othrys.  
 Nivalis Othrys Stat. Theb. 3, 319. Virg. Aen. 7, 675. Nubilis  
 Stat. Achil. 1, 238. Pinifer Alcim. Auit. 4, 516. Piniger Valer.  
 Argon. 6, 393.

5 OTHRYSIUS, a, um. Adi. [Ὀθρύσιος] Hebrus Othrysius  
 Claud. Conf. Hon. 3, 147. Orae Idem in Ruffin. 1, 176. Pruinae  
 Martial. 10, 7. Idem 7, 7.

OTHYS, Gigas. f. OTVS, potius. Vid. ALOEVS.

## 10 O T I

OTIA, ac. f. Piscis est marinus, ex genere ostrearum Plin. 38  
 cap. vltim.

OTIS, idis. f. [ὠτίς] *Auicula, a similitudine auricularum dicta,*  
 15 *quae ὠτίς sunt Graecis.* Plin. 10, 23 Otis bubone minor est, noctuus  
 maior, auribus plumbeis eminentibus, vnde et nomen illi: quidam La-  
 tine Afionem vocant: imitatrix alias auis ac parasita, et quodam genere  
 saltatrix. Ibidem c. 22.

OTIVM, non OCIVM, i. n. Prior lectio enim praefenda se-  
 20 *cundum Pierium in Virg. Ecl. 1, 6. Muret. ad Ter. Heaut. 3, 1 extr. et*  
*Voss. Inst. Orat. 2. p. 252. [ὄτιον, ὄσιον, ἀπραγμοσύνη, ὄσιον] Va-*  
*catio: a labore.* Cic. pro Cn. Planc. 66 Etenim M. Catonis illud,  
 quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum et  
 praeclarum putavi, clarorum virorum atque magnorum, non minus

25 otii quam negotii rationem exstare oportere. Vt et otii mei, cuius  
 et Cato reddendam Operam putat, apud te Ratio constaret Justin. praef.  
 §. 5. Add. Colum. 2, 22. Sed Nemo Rationem sui otii reddere  
 cogitur Galba ap. Suet. in Vita c. 9. Ter. Adelph. 3, 3, 65 Non  
 hercle otium est nunc mihi auscultandi. Plaut. Mil. 3, 1, 166 Atque

30 otium rei si sit, possum expromere. Otii plurimi res Cic. Att. 4, 16.  
 Otium et Labor, contraria Quinctil. 7, 3. Cic. de Orat. 1, 95 Non  
 despero fore aliquem aliquando, qui et studio acriore, quam nos su-  
 mus atque fuimus, et otio ac facultate discendi maiore ac maturiore, et

35 labore atque industria superiore, quam se ad audiendum, legendum,  
 scribendumque maiore opera dediderit, existat talis orator, qualem  
 quaerimus, etc. Cic. de Orat. 1, 224 Philosophorum autem libros  
 reseruet sibi huiusmodi Tusculani Requiem atque otium. Fructus  
 otii est, non contentio animi, sed relaxatio Cic. de Orat. 2, 20. Ma-  
 ior post otia virtus Stat. Silu. 4, 4, 34. Cic. Att. 12, 7 Tantumne

40 ab re tua est otii tibi, vt etiam oratorem legas? ex Ter. Heaut. 1,  
 1, 23 Chreme, tantumne ab re tua est otium tibi, Aliena vt cures?  
 Operis otium Plin. 11, 10. Otium a senibus ad potandum vt habeam  
 Ter. Phorm. 5, 5, 4. b. e. Vt per senes potare mihi liceat. 2

Epitheta: Altum, vid. ALTVS. Blanda Claud. in Conf. Sil. 1,  
 93. Calamitosum, vid. CALAMITAS. Plin. 2, 23 Id enim  
 velle, paene Dementis otii est. Desidiosissimum Cic. de Lege Agrar.  
 2, 90. Dia Lucret. 5, 1386. Dilecta Stat. Theb. 6, 111. Dis-

45 cincta Ouid. Amor. 1, 9, 41. Dulce Hor. Epod. 1, 7. Facunda,  
 vid. FACVNDVS. Grauia Stat. Theb. 5, 199. Honestum  
 50 otium et moderatum, opponitur Inertiae et desidiae. Cic. de Clar.  
 Orat. 8 Actas nostra perfuncta rebus amplissimis tanquam in portum  
 confugere deberet, non inertiae, neque desidiae, sed otii moderati at-  
 que honesti. Ignaua Ouid. Trist. 1, 7, 26. Virg. Georg. 4 extr.

55 Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis floren-  
 tem Ignobilis otii. pro Otii. i. Artis Poëticae, quam otium ignobile ap-  
 pellauit, ne quid de se videretur arroganter dicere. Haec Seruius. Igno-  
 bile nempe hic, vt alias mutas artes, dicit cum relatione ad Romanos,  
 apud quos nobilitas tantum a re militari et ab eloquentia. Hinc Poëti-  
 ces tale est elogium apud Ouid. Trist. 4, 10, 21 Saepe pater dixit, stu-

60 dium quid inutile tentas? Maconides nullas ipse reliquit opes. In-  
 ers, vid. b. v. Inertissimum et desidiosissimum Cic. de Lege Agrar.  
 2, 90. Languida Claud. de Rapt. Proserp. 275. Liberrima Hor.  
 Epist. 1, 7, 36. Literato otio quid dulcius? Cic. Tuscul. 5, 105.

65 Marcida luxu Claud. Conf. Hon. 3, 41. Peregrinum Tacit. Ann.  
 14, 53. Secretum Idem ibid. 16, 25. Secura Virg. Georg. 3, 376.  
 Segne Ouid. ex Ponto 1, 5, 44. Sordida otia, i. Carentia luxu et  
 splendore. Martial. 1, 56 de voto vitae suae: Sordidaque in paruis otia  
 rebus amat. Plin. Epist. 1, 22 sub finem, Laurentinum meum, hoc  
 est, libellos et pugillares, Studiosumque otium repetam. Subitum

70 ex nimio labore Cels. 1, 3. Tranquilla Lucan. 2, 266. 3  
 Verba: Abrumpere otium Plin. Epist. 7, 3. Abundans otio et stu-  
 dio, vid. ABVNDVS. Abundare otio Cic. de Orat. 1 c. 6. Ab-  
 vti, vid. AVTOR. Afferre otium, vid. AFFERO. Afferunt  
 otium et solitudo languorem hominibus Cic. Offic. 3, 1. Idem de

75 Orat. 3, 54 Homines otio nimio et ingeniis vberimis Affluentes.  
 Agere otium, vid. AGO. Otia corpus Alunt Ouid. ex Pont. 1, 5, 21.  
 Amare otia Virg. Ecl. 5, 61. Amplexari, vid. AMPLEXOR.  
 Collocare se in otium, vid. COLLOCO. Concedere otio sapien-  
 tiam beatorum Cic. de Orat. 2, 144. Concelebrare per otium recta

80 atque honesta studia Idem de Inuent. 1, 4. Conferre se a turba in  
 otium et solitudinem Cic. de Orat. 2, 143. Idem ibid. 14 Diuturni-  
 tas pacis otium Confirmavit. Congelare otio, vid. CONGELO.  
 Complecti otium Cic. ad Attic. . . Considerare in otio, vid. CONSI-  
 DEO. Consolari Quinctil. 2, 12. Consumsit otium suum in scri-

85 benda historia Phylistus Syracusius Cic. de Orat. 2, 57. In angulis  
 Consumendi otii causa differunt Idem ibid. 1 c. 13. Et de Amicit.  
 104 Quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid, aut di-  
 scendi, in quibus remoti ab oculis populi omne otium, tempusque  
 Contriuiimus? Vetus codex legit, Omne otiosum tempus Contriuiimus?

90 Conuertere se ad otium, vid. CONVERTO. Deducere rem ali-  
 quam ad otium, vid. DEDVCO. Demere otia alicui Stat. Silu. 1,  
 2, 182. Diffuentes otio Graeci Cic. de Orat. 3, 129 c. 32. Dare  
 otium alicui rei Tacit. Ann. 16, 25. Dabam iis otium, vt, etc.  
 Quinctil. Tryph. Dare insperata otia Claud. de Bell. Getic. 261.

95 Dantur libera otia Ouid. de Arte Am. 2, 729. Ducere otia segnia,  
 Agere vitam segnem et otiosam Idem ex Pont. 1, 5, 44. Exercere otia  
 molli cura Sil. 15, 707. Eximere otium alicui Hor. Carm. 4, 15, 18.  
 Exuere otium Tacit. Ann. 11, 20. Exultare otio Catull. 49, 14.  
 Virg. Eclog. 1, 5 O Meliboe, deus nobis haec otia Fecit. Facere

100 consuetudinem otii Quinctil. 1, 3. Frui otio Cic. Fam. 5, 21. Id.  
 ibid. 10, 28 extr. Plura scribam, si plus otii Habuero. Ab aliqua re  
 Habere, vid. A vel AB Praepositiones. Cic. Acad. 4, 6 Quis re-  
 prehendet otium nostrum, qui in eo non modo nosmetipfos Hebestere  
 et languere nolumus, sed etiam, vt plurimis profimus, enitimus? In-

105 ficere animum otio, vid. INFICIO. Interuittere otium, Otium  
 M m m m  
 abrum-

*abrumperet*, *vid.* INTERMITTO. Inuoluere se otio, *vid.* INVOLVO. Ire in otium Cic. Fam. 12. Languere otio, *vid.* LANGVEO. Ludere otium, *vid.* LVDO. Marcescere otio, *vid.* MARCEO. Quid Met. 4, 306 Et tua cum duris venatibus otia Misce. Cic. Fam. 3, 7 *pr.* Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otii Naetus ero. Oblectare otium temporis, *vid.* OBLECTO. Perdidit vrbes otium reges prius et beatas Catul. 52, 15. Permittere otium alicui Tacit. Ann. 14, 53. Perturbare otium Cic. Philipp. 2. Idem Acad. 4, 15. Ponere recte otia Hor. Serm. 2, 7, 112. *i.* Disponere, ordinare, constituere. Porphyr. Praestare otium Cic. Fam. 1. Priuare otio Idem ib. 4. Procurare otia Sil. 6, 329. Redimere otium Cic. Q. Frat. . . Referre se ad otium Idem Fam. 9, 9. Secedere in otia tuta Hor. Serm. 1, 1, 31. Sequi otium ac tranquillitatem vitae Cic. pro Muraen. 55. Seruare otia Sil. 11, 230. Cic. Verr. 5, 8 Ergo his institutis prouinciae, iam tum, quum bello fugitiuorum tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortissimus Cn. Norbanus in summo otio fuit. Cic. in Partit. 1 Si modo tibi est otium, et si vis. Idem de Orat. 2, 54 Horum libros et nonnullos alios, sed delectationis causa, quum est otium, legere soleo. Auctor ad Herenn. 1 *pr.* Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otium studio Suppeditare possumus, et id ipsum quod datur otii, in philosophia consumere consueuimus. Tabescere otio Cic. Att. 2, 14. Idem de Lege Agrar. 2, 101 Vos, quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, honos in iudiciis et aequitate, magistratus et res familiaris in pace, omni ratione otium Tenere debetis. Terere otia, Per negligentiam tempora consumere, Seruius ad Virg. Aen. 4, 271. Otia si Tollas, periere cupidinis arcus Ouid. Rem. Am. 139. Tribuere otium Cic. de Orat. 1, 3. Vendere otia Claud. in Conf. Stil. 1, 210. Cic. Att. 1, 7 Omnem spem delectationis nostrae, quam quum in otium venerimus, habere volumus, etc. Idem de Lege Agrar. 2, 102 c. vlt. Qui propter desidiam in otio viuunt. Vsurpare otium Tacit. Ann. 14, 55. ¶ 4 *Obseruati.* Otia vocat libellos suos Ouidius, quod sine labore conscripti essent, et tantum animi causa, Trist. 2, 224 Excutiasque oculis otia nostra tuis. Otium, Tranquillitas, pax, quies. Cic. de Lege Agrar. 2, 9 Quid tam populare, quam otium? quod ita iucundum est, vt et vos, et maiores vestri, et fortissimus quisque vir, maximos labores suscipiendos putet, vt aliquando in otio possit esse, praesertim in imperio ac dignitate. Nepos 20, 3, 2 Otium toti insulae conciliauit. Idem 22, 2, 5. Valer. Max. 1, 7 ext. 6. Iustin. 6, 9, 6 etc. Caes. Bell. Ciuil. 1, 5. et 2, 36. Tac. Ann. 15, 6, 2. et 12, 12, 1. Cic. pro Sext. c. 45. Pacem, tranquillitatem, otium afferre Cic. de Lege Agr. 2, 102.

OTIOLVM, *i. n.* Dimin. Cael. ad Cic. Fam. 8, 3 Atque hoc eo diligentius factito, quod quum otiosus sum, plane vbi delectem otiolum meum, non habeo. Delectem, *i.* Cum delectatione transigam. 45

OTIOSVS, *a, um.* Adi. [*ἄλοατος*] Vacuus ab opere. Terent. Adelph. 2, 4, 15 Quamuis etiam maneo otiosus hic. Scipio dicere solebat, nunquam se minus otiosum esse, quam quum otiosus, nec minus solum, quam quum solus esset Cic. Off. 3 c. 1. Plin. Epist. 1, 9 Satius est enim, vt Attilius noster eruditissime simul et facetissime dixit, otiosum esse, quam nihil agere, *i.* quieti animi et bonis literis vacare nullis negotiis molestis impeditum, potius est, quam frustra et nequidquam occupari, mouere sed nihil promouere. Vita otiosorum faciliior, tutior, et minus aliis grauis et molesta est Cic. Off. 1, 70. Bos otiosus Hor. Carin. 3, 18 *ii.* feriarum indicium. Dies otiosus, pro Festo. Cic. Q. Frat. 3, 8 Id perficiam his supplicationum otiosis diebus. Neapolis otiosa Hor. Epod. 5, 43. Cic. pro Planc. 66 Quid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne Otium quidem vnquam otiosum? Valde otiosus Idem Att. 12, 38. Nancisci aliquem otiosum, *vid.* NANCISCOR. Esse domi Otiosum Cic. de Clar. Orat. 10.

¶ 2 *Pro negotiorum, operarum, laborum varietate*, otiosus etiam diuersis modis intelligitur. Ita Otiosus, priuatus. Cic. Philipp. 11, 27 Imperium Caesari belli necessitas: fasces, Senatus dedit. otioso vero, nihil agenti, priuato, obsecro te L. Caesar (cum peritissimo homine mihi res est) quando imperium Senatus dedit? Otiosi qui caeteris bello ciuili implicitis quieti et neutris additi partibus fuerunt Cic. Fam. 9, 5, 4. Otiosus, Tranquillus securus. Cic. de Lege Agr. 2, 102 c. 37 Non modo vos eritis in otio, qui semper esse volueratis; verum etiam istos, quibus otiosi negotium facessimus, otiosissimos reddam: nempe ne quid turbare possint. Idem Bruto 93 c. 24 de Galba, Quem fortasse vis non ingenii solum, sed etiam animi, et naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebatque, vt et incitata, et grauis et vehemens esset oratio: dein cum otiosus (*i.* ab illo affectu vacuus) stilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccebat oratio, etc. Ter. Adelph. 4, 1, 17 Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchre calleo. Idem Andr. 5, 2, 1 Animo iam nunc otioso esse impero. Ac si diceret, Depone curas modo. Otiosus ab animo Idem Ter. Phorm. 2, 2, 26. Otiosus a metu Gell. 2, 29. Spectatorem otiosum se praebere alicuius calamitatis Cic. Off. 2, 26. Idem Fam. 9, 25 Mathonem et Pollionem inimicos habet Fabius, quid multa? non mehercule tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris, *i.* cura illa liberaueris. Cic. de Senect. 82 Nonne melius multo fuisset, otiosam aetatem et quietem sine vlllo aut labore aut contentione traducere? Honor vacans et otiosus Plin. in Paneg. c. 57. Cic. Fam. 12, 16 Audiebam quaedam turbulenta, quae scilicet cupio esse falsa: vt aliquando otiosa libertate fruamur. Res otiosa, *i.* Tranquilla Plaut. Truc. 1, 1, 56. Cic. de Senect. 49 Si vero habet Senectus aliquod tanquam pabulum studii et doctrinae, nihil est otiosa senectute iucundius. Sed dicitur etiam otiosus de vitio quodam orationis. Facile est deprehendere, Caluum Ciceroni visum exsanguem et attritum, Brutum autem otiosum atque disunctum Dial. de Orat. c. 18. Lentus est Cicero in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus Ibid. c. 22. Conf. Geuart. Lest. Papin. 4, 12 p. 223. Sententiae otiosae a Quinctil. 1, 1 dicuntur, *i.* Vulgares, et nihil, quod ad rem faciat, continent. Idem 8, 2 At ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit. Pecunia otiosa, dicitur, Quae domino nullum fructum affert. Plin. Epist. 10, 62 Pecuniae publicae et exactae sunt, et exiguntur, quae vereor ne otiosae iaceant. Conf. Scaeuol. l. 63 §. 1 Dig. de Vfur.

Plin. in totius operis praef. Humili vulgo scripta sunt, agriculturalium opificum turbae, denique studiorum otiosis. *b. e.* Quibus a studiis otium est, qui nullis studiis et negotiis sint occupati, vt possint his legendis impendere operam. Vel pro otiosis studiis posuit, id est pro hominibus, qui in otio student, qui otium literarium sequuntur: sive pro Li-105

teratis illis hominibus, qui otio abundant, quum tu sis occupatus et negotii plenus. Vid. Harduin. p. 2 n. 12. Annotabant seniores, quibus otiosum est, vetera et praesentia contendere Tac. Ann. 13, 3. *i. quibus otium, aut tempus otiosum est.* Compar. Senec. de Ira 2, 13  
 5 Quid quiete otiosius animi, quid ira laboriosius? Idem Epist. 87. Martial. 11, 1 Turbam non habet otiosorem. Conf. Macrobi. Saturn. 7, 13. Superl. [ακολούθως] Plin. Epist. 1, 13 Nunc otiosissimus quisque multo ante rogatus, et identidem admonitus, aut non venit: aut si venit, etc. Plin. Epist. 9, 6 Ac per hos dies libertissime otium meum in literis colloco, quos alii otiosissimis occupationibus perdunt. Conf. Cic. Fam. 3, 11, 12.

OTIOSE. Adu. [αολή] Tranquille, libere, sine impedimento. Cic. de Finib. 4, 52 Quo constituto, tum licebit otiose ista quaerere. Idem Verr. 4, 33 Otiose contemplari. Otiose, *Pedetentim, lente.*  
 15 Plaut. Truc. 4, 10, 41 Vostra hercle factum iniuria, quae properaueritis olim rapere: otiose oportuit, diu ut essem incolumis vobis. Sequi otiose Plaut. Mil. 4, 6, 8. Otiose inambulare Liu. 23, 7. Idem 2, 58. Cito et otiose ambulare, *contraria* Plaut. Pseud. 4, 1, 14. Placide et otiose agere Idem Poen. 3, 1, 42. Ire otiose Plaut. Epid.  
 20 5, 1, 21. Otiose, *Sine sollicitudine.* Ter. Heaut. 2, 3, 101 Ademtum tibi iam faxo omnem metum, in aurem vtramvis otiose ut dormias. Vivere otiose cum parentibus Cic. Off. 3, 97 c. 26. Idem de Amicit. 86 De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt, et ii, qui ad Rempublicam se contulerunt, et ii, qui rerum cognitione, doctrinaque  
 25 delectantur, et ii, qui suum negotium gerunt otiose, *nullis alienis aut publicis laboribus illos impediens.* Quaedam exemplaria legunt Otiosi.

OTIOSITAS, ātis. f. Sidon. Epist. 2, 10 Otiositates trepidanter edere.

OTIOR, āri. Dep. [αολάζω, σατανεβω] *In otio et quiete esse.* Cic. Off. 3, 58 c. 14 Canius Eques Romanus nec infacetus et satis literatus, quum se Syracusas otianti, non negotiandi causa contulisset, dictabat se hortulos aliquos emere velle. Domesticus otior Horat. Serm. 1, 6, 128.

OTIATVS, a, um. Sid. Epist. 3, 1 Artibus instituti, iusibus otiati.

OTIABVNDVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 4, 18 Multis diebus otiabundus.

OTIS, Idis. f. *Anis eadem quae Otus.* Vid. Plin. 10, 22 et 23. et 29, 6.

## O T O . O V

40 OTOPEA, vid. ODOPEA.

OTRIEVS, i. m. et Mygdonus, fratres fuerunt Hecubae, filii Cissei, et patruales Polynnestoris, teste Porphy. in 3 Iliados. Alius e Mariandynis ab Amyco interfectus: de quo Val. Flacc. 4, 162. Alius in bello Colchico ab Ambeno occisus, apud eundem 6, 252.

45 OTVS, nomen proprium fratris Ephialtae, quorum pater ALOEVS, ubi vid. Scribendum sine adspiratione. Graecis enim constanter est ὄτος. Virg. Cul. 233 Nam vincit sed et immanis serpentibus Otos, Deuictum moestus procul aspiciens Ephialten, etc.

OVALIS, vid. OVO, āre.

50 OVFENTINA Tribus, vid. TRIBVS.

OVIDIVS, i. m. Cognomine Naso, patria Salmonensis, ex equestri familia, diues, ingenio ad Poësin felicissimo, sicut ipse testatur Trist. 4, 10, 25 Nimum amatorem ingenii sui vocat Quinctil. 10, 1. Idem ibidem tragoediam Ouidii laudat his verbis, Ouidii Medea videtur  
 55 mihi ostendere, quantum vir ille praestare potuerit, si ingenio suo imperare, quam indulgere maluisset. *Quantitatem nominis docet* Martial. 1, 106 In Nomentanis, Ouidi, quod nascitur agris. Sic 7, 43 Maximus ille tuus, Ouidi, Caesonius hic est. Et 7, 44 O nullis, Ouidi, tacende linguis. Add. 9, 53 et 100. Hoc argumento utitur

60 Massonus p. 126 edit. Burm. ad refellendam magnorum hominum sententiam, quos fraus impostoris cuiusdam induxerat, ut Ouidio tribuerent numentum, in quo est OTHIAIOS h. e. VEIDIVS.

OVIS, is. f. [ὄν, περβατον, περβάτημα] a Graeco οἶς, interposita v litera propter hiatus, ut in ὠν ouum, ἄων aeuum, lanatam illam domesticam nobis significat Pecudem. Cic. de Nat. Deor. 2, 158 Quid enim oues aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis atque contextis homines vestiantur? Custos ouium Virg. Georg. 1, 17. Custos ouium praeclarus, lupus Cic. de Amicit. 3, 27. et Phil. 3 c. 11. Fetus ouium Virg. Georg. 2, 196. Magistri ouium, Opiliones

70 Idem Ecl. 2, 33. Vbera bina ouis Idem ib. 2, 42. Adasia, Apica, vid. ff. ll. Aurata Ouid. Epist. 6, 2. Ouis Phryxi Idem Amor. 2, 11, 4 Conspicuum fuluo vellere vexit ouem. Bidens Seru. ad Aen. 4, 57. Colonica, vid. h. v. Delicula Cato R. R. c. 2. Vid. h. v. Ferae Plin. 8, 18. Glabrae Plaut. Trin. 2, 4, 40. Intonsa, vid. f. l. Non solum taurus ferit vncis cornibus hostem, verum etiam instanti Laesa repugnat ouis Propert. 2, 5, 19. Lanigera

Virg. Aen. 3, 660. Mina, vid. MINA. Nigra Virg. Georg. 4, 546. Pascalis, vid. PASCOS. Peculiaris Varr. L. L. 4, 19. Pellita Hor. Carm. 2, 6, 10. Varr. R. R. 2, 2. Vid. h. v. Picea, Nigra Valer. Argon. 3, 439. Pinguis Virg. Ecl. 6, 5. Placida Ouid. Met. 13, 927. Pusulosa Columel. 7, 5. Reiculae Varro R. R. 2, 1. Scabrae Columel. 7, 3. Plaut. Trin. 2, 4, 40. Semimaris

80 ouis viscera Ouid. Fast. 1, 588. ¶ 2 Verba: Balat ouis Auctor Philomelae v. 56. Cogere oues, vid. COGO. Conmissi

85 sti lupo ouem, vid. LVPVS. Condensant se in vnum locum oues, vid. CONDENSO. Curat Pan oues Virg. Ecl. 2, 33. Dedit mortem mille ouium Hor. Serm. 2, 3, 197. Pascere oues Virg. Ecl. 6, 5. Populari miseris oues Claud. in Eutrop. 2, 400. Sum: ut, Decorum est ouibus sua lana Ouid. Met. 13, 849. Tondere infirmas oues

90 Hor. Epod. 2, 16. Virg. Ecl. 10, 68 Aethiopum Versemus oues sub sidere Cancr. h. e. Pascamus. Seruius. ¶ 3 De stolidis stupidisue usurpatur: Amabo, quis has huc oues adegit Plaut. Bacch. 5, 2, 3. Aurea ouis f. pecus: vid. Tac. A. 13 pr. Dio Cass. l. 59. Ouem, Masculino etiam genere, legi, admonent Festus et Nonius 3, 153. Varro Rerum humanarum 27. Ut etiam nutantibus, qui oues duos, non duas dicunt, Homerum secutos, qui ait, μήλ' ὄες τς. Idem Terentio quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ei ego vnum ouem multam dico. Gellius 11, 10 Quando igitur nunc quoque a magistratibus Populi Rom. more maiorum multa dicitur vel minima (ouis vnus) vel suprema (boum triginta) obseruari solet, ut oues genere virili appellentur. Atque ita M. Varro verba haec legitima, quibus minima multa diceretur, concepit, M. Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ei ego vnum ouem multam dico. Ac nisi eo genere diceretur, negauerunt iustam videri multam.

95

100

105

110

**OVINVS**, a, um. Adi. [*οἰστρον*] *Quod ex oue est. ut, Cauda ouina* Seren. Sammon. c. 15.

**OVIIVS**, a, um. Adi. [*οἰστρον*] *Dimin. ab Ovinus. Idem.* Lac ouillum Scribon. 135. Plin. 17, 9 *Quidam etiam bubulo fino iumentorum praefereunt, ouillumque caprino.* Liu. 22, 10 *Ex fuillo, 5 ouillo, caprino grege.* Pecus ouillum Varro R. R. 2, 1 et 2.

**OVIIVINVS**, a, um. Adi. Th. Priscian. de Diaet. c. 3 *Lac ouillum.* Idem c. 6 *Caro ouillina.*

**OVIIVIS**, e. Adi. Apul. Met. 4 p. 145 *Ouili stabulationi accommodatus.*

**OVIIVILE**, is. n. [*οἰστρον*] *Locus, in quem oues sese recipiunt.* Columel. 7, 4. *Tepidis in ouilibus agni* Ouid. Met. 13, 828. *Caprat incustoditum ouile lupus* Idem Trist. 1, 5, 10. *Circumgemit vrsus ouile* Hor. Epod. 16, 51. *Crescit ouile* Perf. 2, 49. *Moti ab ouilibus vrsi* Valer. Argon. 2, 73. *Tradere ouile rapidae lupae* Ouid. de Arte Am. 3, 8. *Add. Virg. Ecl. 1, 8. et Georg. 3, 537.* ¶ 2 15

*Ouile, locus erat in Campo Martio, sumta similitudine ab ouium septis. Populus enim Romanus suffragia laturus, in hoc ouili claudatur.* Liu. 26, 22 *Citatis centuriae senioribus, datum secreto in Ouili cum his colloquendi tempus.* *Agebatur tum de creando Consule, qui exercitum duceret in Annibalem.* Iuuen. Sat. 6, 527 *A Meroë portabit aquas: 20 vt spargat in aede Isis, antiquo quae proxima surgit Ouili.* *Seruius in illud* Ecl. 1, 34 *Quamuis multa meis exiret victima septis. Septa, inquit, proprie sunt loca in campo Martio inclusa tabulatis, in quibus stans Populus Romanus suffragia ferre consueuerat. Sed quoniam haec septa familia sunt ouilibus, duo haec inuicem pro se ponuntur, vt hoc loco septa pro ouilibus posuit.* Lucan. 2, 197 *de caede militum iussu Sullae in Campo Martio crudeliter interfectorum, Latii iam sola iuuentus* *Concidit, et miserae maculauit Ouilia Romae. Huiusce crudelitatis Sullanae meminit his verbis* Sraho 5 *Partim in pugna obruncauit, nullis vitam impertiens capis: partim vero, qui arma proiicerant, ad tria milia, vel (vt alii) quatuor, in Campo Martio ad Ouilia coactos, immisissis militibus, triduo iugulauit.*

**OVIARIA**, ae. f. [*οἰστρον*] *Ouium multitudo.* Varro de R. R. 2 prol. 6 *Quod eo facilius faciam, quod et ipse pecuarias habui grandes, in Appulia ouarias, et in Reatino equarias.* 35

**OVIARIVS**, a, um. [*οἰστρον*] *Est Adiectiuum* Columel. 7, 6, 1 *Et quoniam de ouario satis dictum est, ad caprinum pecus nunc reuertar.*

**OVIIVLA**. Dimin. [*οἰστρον*] *Auctor de Viris illustribus c. 43 Q. Fabius Maximus Cunctator, vt Verrucosus a verruca in labris, ita Ouicula a clementia morum.* *Plutarch. in ipsius Fabii vita, Verrucosum scribit dictum, quod carunculam eminentem haberet in superioris labii extremitate: Ouiculam, quum puer esset, a mansuetudine et grauitate morum.* *Onomast. vet. Ouicula, οἰστρον.* *Add. Augustin. de Doctr. Christ. 3, 21.* 45

**OVIIVLIO**, ōnis. m. *Ouium custos, qui et Opilio dicitur.* *Iabolenus in l. fundi, in fine D. de fund. instr. legat.*

## O V O

**OVO**, āre. [*ὄβριζω*] *Laetari, et laetitiam voce, seu cantu demonstrare. Significat etiam Triumphare, et quidem triumphum minorem et pedestrem vid.* *OVATIO. De laeto comitatu generatim* Liu. 1, 25 *Romani ouantes ac gratulantes, Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.* *De triumpho minore* Cic. ad Brut. 15 *Quod vt ouanti introire Caesari liceret decreuerim.* *Ascendit ouans in Capitolium* M. Aquilius Cic. de Orat. 2, 195. *Laetus ouat* Valer. Argon. 4, 342. *Add. Idem 2, 507.* *Ouet* Stat. Silu. 4, 1, 8. *Ouaret* Idem Theb. 1, 153. *Ouandi ius* Sueton. Claud. c. 1. *Ouaturus* Solin. c. 57 (45). *Vid. Gell. 5, 6 cuius locum damus in OVALIS.* *Seru. ad Aen. 4, 543.* 60

**OVANS**, antis. Part. [*ὄβριζω*] *Virg. Aen. 4, 577* *Sola fuga nauas comitabor ouantes?* *Seruius ad Aen. 5, 543* *Ouantes, Laetantes, abusive. nam proprie Ouatio, est Minor triumphus. Qui enim ouationem meretur, et vno equo vitur, et a plebeis vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, et de ouibus sacrificat: vnde et ouatio dicta. Qui autem triumphat, albis equis vitur quatuor, et Senatu praecunte in Capitolio de tauris sacrificat.* *Haec Seruius.* *Et ouans et curru urbem ingressus est, primus, triumphalibus ornamentis honoratus, nouo nec antea cuiquam tributo genere honoris* Suet. Tib. c. 9. *Tibull. 1, 1. Symmach. Epist. 10, 22.* *Ouans triumphauit, vid. Triumpho, in TRIUMPHVS.* *Ibat ouans per urbem* Virg. Aen. 6, 589. *Add. Curt. 9, 2, 34.* *Ouantibus victoria obuiam ibat* Liu. 27, 47. *Conf. 41, 28.* *Idem 5, 30* *Festus, Ouantes, laetantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata o litera.* *Conf. Dacer. ad h. l. vid. post.* *Hortari ouantes* Virg. Aen. 11, 13. *Caedis successu ouans* Ouid. Met. 12, 298. *Acies iuuenum ouans* Virg. Aen. 5, 331. *Corui ouantes gutture* Id. Georg. 1, 424. *Currus ouantes* Propert. 3, 9, 53. *Equi* Claud. de Rapt. Proserp. 2, 306. *Gradu ouante superabat litora* Valer. Argon. 2, 545. *Lyra ouans* Stat. Silu. 2, 2, 249. *Ora ouantia* 80

*Valer. Argon. 1, 806.* *Sistrum* Idem ib. 4, 418. *Socii* Virg. Georg. 1, 346. *Taurus* Valer. Argon. 5, 68. *Verba* Sil. 8, 265. *Victor* Idem 11, 260.

**OVANTER**. Adu. *Tertull. aduers. Valent. c. 28* *Propere et ouanter accurrit.* 85

**OVĀTVS**, a, um. Part. *Triumphatus, victoria acquisitus.* *Perf. 2, 55* *Hinc illud (quod nimis magni facimus diuitias) subiit, auro sacras quod ouato Perducis facies; quod Deos colis statuis aureis vel auratis ex manubiis, etc. Ouatus prima longa. Vid. infra post OVVM.*

**OVĀTVS**, ūs. m. [*ὄβριζω*] *Val. Arg. 6, 18* *Hinc barbarici glomerantur ouatus. b. e. Vincentium clamores.*

**OVATIO**, ōnis. f. [*ὄβριζω*] *Paruus triumphus, quem faciebant ouantes, qui non in curru, sed pedites ouali corona redeuntes ex pugna, quum bellum non erat indictum, vel sine sanguine erat confectum.* *Gell. 5, 6* *Practereundum non est, quod ad ouationes attinet: super quo dissenfisse veteres scriptores scio.* *Partim enim scripserunt, qui ouaret, introire solitum equo vehente, et Sabinus Masurius pedibus ingredi ouantes dicit, sequentibus eos, non militibus, sed vniuerso Senatu.* *Fuit de seruis ouatione contentus, ne dignitatem triumphu seruili inscriptione violaret* Flor. 3, 19, 8. *Add. Sueton. Tib. c. 1. et* 100

*Claud. c. 24.*

**OVĀLIS**, e. Adi. [*ὄβριζω*] *Quod ad ouationem pertinet.* *Gell. 5, 6* *Oualis corona myrtea est. Ea utebantur Imperatores, qui ouantes introibant urbem.* *Ouandi autem, ac non triumphandi causa est, quum aut bella non rite indicta, neque cum iusto hoste gesta sunt: aut* 105

hostium nomen humile, et non idoneum est, vt feruorum, piratarumque: aut deditioe repente facta, impulsuere (vt dici solet) in-cruentaque victoria obuenerit. Cui facilitati aptam esse Veneris fron-dem crediderunt, quod non Martius, sed quali Venerius quidam tri-  
 5 umphus foret. *Vid. Plin. 15, 29.* Festus oualis corona est myrtea, quam habebant, qui ouantes introibant, cum bella non erant indicta, aut sine sanguine confecta.

## O V V

- 10 OVVM, i. n. [ὄβν] Partus auium, ex quo pulli nascuntur, item-que piscium et insectorum fetus. *Dictum ab ὄβν interposita v litera, vt dicit ouis, etc.* Martial. 13, 40 Candida si croceos circumfluit vnda vitellos, Hesperius scombri temperet oua liquor. Album, vel Albumen oui, *vid. ALBUS, et ALBUMEN.* Albor oui Scribon.
- 15 24. Anserina oua sorbilia 185. Apala oua 104. Asporum ouorum vitelli 221. Ouorum, vt quisque sorbuerit, Calyces protinus frangi, aut eosdem cochlearibus perforari, superstitione vocatur *Plin. 28, 2 f. 4.* Candidum oui Idem 33, 3. Cortex Seren. c. 30. Liquor albus oui, *vid. LVTEVS.* Luteum oui, *vid. LVTEVS, vel VITELLVS.* Putamen vel testa oui Columel. 8, 5. Ouum Anguinum quod sit, audiamus *Plin. 29, 3 f. 12* Praeterea est ouorum genus in magna Galliarum fama, omissum Graecis. Angues innumeri aestate conuoluti, saluius faucium corporumque spumis artificel complexu glomerantur, anguinum appellatur. — Experimentum  
 25 eius esse, si contra aquas fluitet vel auro vinctum. — Vidi equidem id ouum mali orbiculati modici magnitudine, crassa cartilaginis, velut acetabulis brachiorum polypi crebris, insigne. Druidis ad victorias litium ac regum aditus mire laudatur: tantae vanitatis, vt habentem id in lite in sinu equitem Rom. e Vocontis, a Diuo Claudio principe interentum non ob aliud sciam (*Huic ergo non parauit aditus regum*) Hic tamen complexus etc. *Vid. reliqua in CADUCEVS.* Cacumina-  
 30 nata oua, *vid. CACVMEN.* Columbinum ouum Hor. Serm. 2, 4, 56. Columel. 8, 11 Vix dum Concepta in aluo vitiat oua, nec ad partum finit perducitur: quoniam immatura genitalibus locis exci-  
 35 dunt. Cynosura, *vid. suo loco.* Decumana, *vid. DECUMA- NVS.* Durum ouum, molle, sorbile: *vid. Sorbilia, in SORBEO.* Hypenemia *Plin. 10, 59 f. 79. et 60 f. 80 pr. vid. f. l.* Immatura, *vid. Concepta.* Irrita, *vid. Vrinum ouum, post VRINA.* Longa quibus facies ouis erit, illa memento, Vt succi melioris, et vt magis alta rotundis  
 40 Ponere; namque marem cohibent callosa vitellum Horat. Sat. 2, 4, 12. *Vid. hic interpp.* Colum. 8, 5 Obseruare itaque dum edant oua, et confestim circumire oportebit cubilia, vt, quae nata sunt, recolligantur. Sic Varro de R. R. 3, 9. Pauonium, et Pauonium, 45 Praemollia, *vid. ff. ll.* Columel. 8, 5 Aptissima sunt oua ad excludendum recentissima quaeque. possunt tamen etiam Requieta supponi, dum ne vetustiora sint, quam dierum decem. Ruptum. Iuuen. Sat. 14, 85. Silentia oua, quorum pulli intus non pipiunt. Colum. 8, 5 Post vnum et vigesimum diem Silentia oua carent animalibus, ea-  
 50 que remouenda sunt. Vilia Hor. Serm. 2, 2, 45. Vrina, *vid. suo loco.* Zephyria, *vid. suo loco.* ¶ 2 Verborum formulae: Columel. 8, 5 Diebus quibus Animantur oua, et in speciem volu-  
 55 crum conformantur. Concipere oua *Plin. 9, 51.* Edere oua, pro Parere aut ponere. Colum. 8, 3 Aut oua Edantur, aut excludantur pulli. Idem 8, 11 Nam fere pauones, quum ad nocturnam requiem venerunt, praedictis perticis insistentes, Enituntur oua. Ex-  
 60 cludunt ex ouis pullos aues Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Columel. 8, 14 Negatur anser aliena Excludere oua, nisi subiecta sua quoque habuerit. Excudere idem est. v. v. Colum. 8, 11 Non debent amplius quam ter-  
 65 na pauonina, et sena generis sui Fouere. Fouere oua plumis Ouid. Fast. 1, 443. Colum. 8, 11 Saepius digitis loca feminarum tentanda sunt; nam in promptu Gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. Gignunt oua pisces Cic. de Nat. Deor. 2, 129 c. 48. Columel. 8, 11 Neque est quod committatur, vt Rhodiae aues pauoninis ouis Incu-  
 70 bent. Ibidem, Eaque nouem diebus a primo lunae incremento, nouenis ouis Incubent, sintque ex his quinque pauonina, et cactera gallinacei generis. Maturare oua *Plin. 9, 57.* Varro de R. R. 3, 9 Ob quam rem oua aut inaequaliter Maturescunt, aut consenscunt. Parere oua *Plin. 10, 9.* Columel. 8, 5 Die vndeigesimo aduertat  
 75 auarius, an pulli rostellis oua Percuderint, et auscultet si pipiant. Ouid. Met. 8, 258 de perdice, Propter humum volitat; Ponitque in sepibus oua. Rumpit hiulca oua maternus tepor Claud. praef. Conf. Hon. 3, 4. Subiicere oua, pro Supponere gallinae ad fouendum. Co-  
 80 lumel. 8, 5 Numerus ouorum quae Subiiciuntur, impar obseruatur, nec semper idem: nam primo tempore, id est mense Ianuario quindecim, nec vnquam plura Subiici debent. Paulo post, Quum deinde quis volet quam plurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima oua Subiiciet: et rursus quum feminas, quam rotundissima. Supponere anatum oua gallinis Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 48. Ver-  
 85 tuntur alitum oua in pullos Lucret. 2, 926. Columel. 8, 5 Quae cuncta remedia creduntur esse aduersus tonitrua, quibus Vitiuntur oua. Vincta oua sanguine Horat. Epod. 5, 19. ¶ 3 Obseruati. Ouorum inter se similitudo indiscreta in prouerbio est. Cic. Acad. 4, 57 Videsne vt in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? Tamen hoc  
 90 accepimus, Deli fuisse complures (saluis rebus illis) qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent; hi quum ouum inspexerant, quae id gallina peperisset, dicere solebant. Neque id est contra nos. nam nobis satis est oua illa internoscere. Quinct. 5, 11, 30 Ouum ouo non tam simile. *Vsurpatur et a Seneca in libello quem in Claudium imperatorem lusit.* Cic. Acad. 4, 54 Vt sibi sint et oua ouorum, et apes apium simillimae? Ouo prognatus eodem. Fortasse simpli-  
 95 citer dictum est ab Hor. Serm. 2, 1, 26 Ouo prognatus eodem. Quandoquidem ad fabulam respicit Leda, quae grauida ex Ioue in cynum conuerso, ouum peperit, vnde gemini prognati, Castor et Pollux. Verum si quis hoc dictum desleat ad iisdem natos parentibus, aut ab eodem erudito praeceptore: aut ita consimilibus ingeniis, vt eodem ouo nati videri possint: nihil aequae fuerit prouerbiale. Veluti si dicas, Vultus, ingenium, mores, facta, ac profus omnia sic huic cum hoc conueniunt, vt iures eodem prognatos ouo. Erasmus. Ab ouo vsque ad mala Hor. Serm. 1, 3, 6 a principio coenae ad finem. Cic. Fam. 9, 20 Ad ouum integram famem assero: itaque vsque ad assium vitulinum opera perducitur. ¶ 4 Oua in circo machinae mobiles erant septemnae, quarum vna auferretur, quoties curriculum vnum peractum esset, vt adeo ex numero ouorum, quae adhuc proposita essent, numerus curriculum, 105 quae restarent peragenda, posset intelligi. Sic Salmast. ad Solin. p. 640. Varro



Data, Scripta. P. E. Posteris Eius, vel Publice Eredit. P.  
 E. Q. M. Publico Equo Meruit. PERegrinus, Permissu, Perpetuus,  
 Pertinax. P. E. X. R. Post Exactos Reges. P. F. Pia Fi-  
 delis, Publice Fecit, Publici Filius, Pius Felix, Patri Filius. P.  
 H. C. Publicus Honor Curandus, Patrono Heres Curauit, Prouincia  
 Hispaniensis Citerior. P. L. Pater Indulgentissimus, Poni Iussit.  
 P. I. A. V. P. V. D. Praetorem (an potius Praetor vocandi casu?)  
 Iudicem Arbitrum Ve Postulo Vti Des. P. I. R. Populum Iure  
 Rogauit. P. I. V. vel I. Principi Iuuentutis. P. I. R. Po-  
 pulus, vel Publius Irrogauit. P. I. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. 10  
 A. D. P. Populum Iure Rogauit, Populusque Iure Sciuit In Foro  
 Pro Rostris Et Ante Diem Fride. P. I. S. Pius In Suos, Ponend-  
 um Iussit Sibi, Posteris Item Suis, Publica Impensa Sepultus. P.  
 K. Parens Karissime, Praetor Kandidatus, Fride Kalendas. P. L.  
 Publici Libertus, Posuit Libens vel Lugens. P. L. C. Pecunia 15  
 Lugduni Cusa. P. M. Passus Mille, Patronus Municipii, Plus  
 Minus, Posuit Monumentum, vel Merenti, Pontifex Maximus, Prin-  
 cipi Militum. P. M. T. P. IMP. P. P. Pontifex Maximus  
 Tribunicia Potestate Imperator Pater Patriae. P. O. Patri  
 Optimo, Pio Optimo. POblilia tribu. Populus, Posuit. POM-20  
 peius, POMptina tribu. P. O. M. S. Parenti (Patrono) Opti-  
 me Merito Sacrum. POPLIFugium. PORTumnalia. POSTVMVS.  
 P. P. C. vel P. C. Patres Conscripti. P. P. P. Primus Pater Pa-  
 triae. P. P. Pater Patriae, Pater Patratus, Parenti (Patrono, Pu-  
 blice) Posuit, Perpetuus, Praefectus Praetorio, Praepositus, Propria 25  
 (Publica Pecunia,) ProPraetor, Publici duo, PrimiPilus. P. P.  
 HISP. C. Praefes Prouinciae Hispaniae Citerioris. P. P. P. P.  
 E. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. V. F. F. F. F. P. P. R. Primus  
 Pater Patriae Profectus Est, Secum Salus Sublata Est, Venit Victor,  
 Validus, Vincens, Vires Urbis Vestrae, Ferro, Flamma, Frigore, 30  
 Fame, Pace Populi Romani. P. P. P. P. P. Praefecto Praeto-  
 rio Per Prouinciam Pannoniam. P. P. R. V. P. I. C. Pace Po-  
 pulo Romano Urbique Parta Ianum Claussit. P. Q. Postquam.  
 P. Q. E. Posterisque Eorum. P. Q. S. V. F. Posterisque Suis  
 Viuus Fecit. P. R. Populus Romanus, Pro Rostris, Posuit Re- 35  
 quietorium. P. R. Praefes, Praetor, Fride, Princeps, Primigenia.  
 Obseruat Graeu. ad Cic. Verr. 5 c. 72 misceri interdum in MSS.  
 P. R. Praetor, et P. R. Populus Romanus. P. R. C. A. Post  
 Romam Conditam Annis. P. R. E. vel E. X. Post Reges Ex-  
 actos. P. R. M. S. Pro Merito Suo. P. R. N. ProNepos. 40  
 PROuidentia AVGuusti. PROConsul. PROCurator. PROMAGister  
 Larium Diuinorum. PROTeCTOR. Praefes Prouinciae. PROPrae-  
 tor. Praefectus Praetorio. PROCurator Priuatae Rei Egregius Vir.  
 PROQuaestor AERarii ET ALIMENTorum. P. R. R. Praetores.  
 P. R. S. Praetoris Sententia. Patri Suo. P. R. S. P. Posteris Po- 45  
 suit. Praefes Prouinciae. Praetor TVTellaris. Praetor VRbanus.  
 P. R. V. X. Populi Romani Vota Decennialia. P. S. Plebiscitum.  
 P. S. S. Plebiscita. P. S. Posuit Sibi. Posteris Suis-  
 Pecunia Sua. Proserpinae Sacrum. P. S. O. Pecunia Sua Ordi-  
 nauit. P. S. F. Publice Sibi Fecit, Publicae Saluti Fecit. P. 50  
 S. F. C. Publicae Saluti Faciendum Curauit; vel Publico, aut Pro-  
 prio Sumtu Faciendum Curauit. P. S. P. Q. P. Pro Se ProQue  
 Patria (R. Republica). P. S. T. Q. H. Praecipito, Sumito,  
 Tibique Habeto. P. T. Pater, Praeter. P. T. Pecunia  
 Treuirensis. P. T. S. Posuit Titulum Sibi. P. V. Pedes 55  
 Quinque, Pia Victorix, Perfectissimus (Primarius, Praestantissimus)  
 Vir. Praefectus Vigilum (Urbi). P. V. Prouincia, Publilia  
 tribu. PVBLico Luetu. P. V. D. Postulo Vti Des, Pro Voto  
 Dedit. P. V. F. Posteris Vniuersis Fecit. PVBLico Honore.  
 P. V. I. S. Pedes Sex Semis. PVPillus f. Pupinia tribu. P. V. 60  
 V. L. S. Prout Vouerat Lubens Soluit. P. X. Pedes, vel Pondo  
 Decem. P. YPSE. Publius Ypseus. ¶ 4 In MSS.  
 p. notata transversa lineola (p) significat per: hinc error saepius natus  
 est, sicut e. c. ap. Quinctil. 1, 2, 28 in nonnullis libris legitur aptos pro  
 apertos. Vid. b. l. Interpp. 65

PA, pro Parte; et PO, pro Populo positum est in Saliari carmine.  
 Festus.

PABO, ōnis. m. Vehiculum vnus rotae Isidor. Gloss.

PABVLVM, i. n. [ποιμή, χοίρασμα] a pascendo, generatim est, 70  
 pecudum et aliorum brutorum cibus. De pabulorum generibus et satione  
 vid. Col. 2, 7, 1. 2, 11, 1. Varro R. R. 1, 23 etc. Unde firmatur Vallae  
 obseruatio, Pabulum proprie esse herbaceum cibus pecudum. Plin. 10, 24  
 Nec occultantur turdi, visi saepe ibi, quo hibernum pabulum petant.  
 Virg. Aen. 1, 477 Priusquam Pabula gustassent Troiae, Xanthumque 75  
 bibissent, de equis. Dia pabula Lucret. 5, 942. Dira tabo inter-  
 fectorum infecta Stat. Theb. 12, 566. Non infueta graues tentabunt  
 pabula foetas Virg. Ecl. 1, 50. Laeta Lucret. 2, 317. Larga Id.  
 5, 867. Luxuriosa, vid. LVXVS. Naturalia, vid. NASCOR.  
 Pinguis Virg. Georg. 1, 86. Tristia Senec. Thyest. 8. Virgea 80  
 Virg. Georg. 3, 321. Viridia Quinctil. 2, 10. ¶ 2 Verba:  
 Quid. Met. 2, 212 Pabula Canescunt, cum frondibus vritur arbor.  
 Concipiunt terrae pabula Virg. Georg. 1, 86. Decerpere pabula  
 Quid. Met. 13, 943. Distendi pabulo Quinctil. 2, 10. Tacit. Ann.  
 6, 34 Adequitare castris, Infensare pabula. b. e. Infestabat. Legens 8  
 hirundo parua pabula Virg. Aen. 12, 475. Metere pabula falce  
 Quid. Epist. 6, 84. Obterere Lucan. 6, 82. Petunt nocturna  
 pabula foetae Senec. Hippol. f. 1. Surgunt mollia, i. crescunt Ouid.  
 Met. 7, 284. ¶ 3 Pabulum, per translationem ad alia trans- 90  
 fertur: ut, Amoris pabula sibi absterere Lucret. 4, 1056 quod Schola-  
 stici dicant obiecta vitare. Animorum, ingeniorumque naturale,  
 quasi quoddam pabulum consideratio contemplatioque est Cic. Acad.  
 4, 127 c. 41. Idem de Senect. 49 Si vero habet senectus aliquid tan-  
 quam pabulum Studii et doctrinae, nihil est otiosa senectute iucun-  
 dius. Dare pabula morbo Ouid. Met. 8, 876. Cic. de Arusp. 9  
 Resp. 5 Quid hunc persequar, pecudem ac beluam pabulo inimicorum  
 meorum, et glande corruptum? Pabulum malorum Cato R. R. 7, 4  
 finis Suillus, quo alantur nempe poma. Sic nempe legendum puto, et  
 probare studui tum in annotatione ad b. l. tum in Indice. Sic Col. 2,  
 14, 3 Ut stercore velut pabulo absumentas vires facias. Et 2, 5, 110  
 Nam eo quasi pabulo gliscit terra. Sic Cibi maioris plantae quae-  
 dam Varro R. R. 1, 23, 2. Cibus arborum est Lucret. 1, 354. et  
 Plin. 17, 2.

PABVLARIS, e. Adi. [χοιρασματικός] Quod ad pabulum per-  
 tinet, seu Quod pro pabulo datur. Columel. 11, 2. et 2, 14, 1 De lu- 100

pinto nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia. Plin. 18, 16 Omnia haec pabularia. *conf.* Pallad. 1, 6.

PABVLOR, ari. [*πῦλον, χορταρωτόν*] *Pabulum ex agris capere manibus aut falce in pastionem iumentorum.* Caes. Bell. Gall. 8, 10 Et quum pabulatum, frumentatumque longius esset proficiscendum. Id.

5, 17 Quum Caesar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum, etc. *Add.* Id. B. C. 1, 40. et 3, 37. *conf.* Liu. 6, 30. et Gell. 17, 2. Pabulari, Pascere. Columel. 7, 6 Subinde, quae cedit (scilicet capella) compefci debet, ne procurrat, sed placide ac lente pabuletur.

10 Pabulari oleas fimo, *Fimum in pabulum et nutrimentum ac fomentum dare ipsis oleis, hoc est stercoreare* Columel. 5, 9, 13.

PABVLANS, antis. Part. Val. Max. 5, 6 ext. 1 Pabulantes hostes.

PABVLATOR, oris. m. [*χορταρωτός*] *Qui pabulatum vadit.* Caes. Bell. Gall. 5, 17 Repente ex omnibus partibus ad pabulatorem aduolarunt. *conf.* Hirt. Bell. Gall. 8, 11. Liu. 27, 43. Et 29, 2.

15 PABVLATIO, onis. f. [*χορταρωγία*] *Pabulandi actus, vel facultas.* Caes. Bell. Gall. 7, 17 Omnibus modis huic rei studendum, vt pabulatione et com meatu Romani prohibeantur. Ibid. 1, 15. Pabulatio, *Pastus.* Varro de R. R. 3, 16 Si e bono loco transfuleris, vbi idonea pabulatio non est, fugitiuae fiunt. *de apibus.*

PABVLATORIVS, a, um. Adi. [*χορταρωτικός*] *vt Pabulatoria corbis, In qua portantur pabula* Columel. 6, 3, 5. et 11, 2, 99.

PABVLÖSVS, a, um. Adi. Solin. c. 35 *de Britannia: Ita pabulosa, vt pecuaria, nisi interdum aestate a pastibus arceantur, in periculum agat satietas.*

## P A C

PACATVS, PACATE, *vid.* PAX.

PACENSIS Colonia, Octauanorum colonia est, quam et Clasicam fuisse appellatam *refert* Plin. 3, 4 et Forum Iulii, ad Amnem Argentum in Gallia Narbonensi. Pacensis conuentus Idem 4, 22.

PACHYNVS, i. m. [*Πάχυνος*] *Promontorium Siciliae, Peloponnesum spectans; ab aëris crassitudine: Virg. Aen. 3, 429 Praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni.* Priscianus in Periegesi, Qui pro-

35 cul effusus Pachyni distenditur oris. *In quo versu penultima quidem corripitur, sed caue imiteris.* Potius nota *versum*, E quibus imbriferos obuersa Pachynos ad Austros Ouid. Met. 13, 726.

PACIFER, PACIFICATOR, PACIFICO, *vid.* PAX.

PACIDEIÄNVS, i. m. [*Παυιδαιανός*] *Gladiator apud Lucilium, vt refert Cic. Tusc. 4, 48 Sed in illo genere (inquit, de gladiatoribus loquens) fit sane Pacideianus aliquis hoc animo, vt narrat Lucilius, etc.* Meminit etiam huius ad Quintum fratrem 3, 4. Nonius Marcell. 4, 425 *refert hunc illius descriptionem, vel elogium Lucilii, Optimus multo Post homines natos gladiator, qui fuit vnus. Al. Placideianus. v. v.*

45 PACINVS, Vnus ex nepotibus Volsinii regis, cognomento Luculli, qui relicto Illyrico, in Italia confedit, vbi et populos Pacinateæ de se nominauit. *Auctor Festus.*

PACIONEM, antiqui dicebant, quam nunc Pactionem dicimus. vnde et Pacifici adhuc, et Paeo in vsu remanet. Festus.

PÄCISCOR, pactus sum, pacisci. Dep. [*πᾶσις, ὁμολογῶ, συμφωνῶ*] *Pactum facere, conuenire: Cic. in Parad. 6 Si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis.* Plin. Epist. 6, 23 Peto, atque etiam paciscor, vt simul agat Cremutius Rufo. Pacifici

55 de mercibus Suet. de Clar. Gramm. c. 17. Iustin. 2, 15, 14 Cum Xerxe nuptias filiae eius paciscitur. Cic. in Catil. 1, 24 c. 9 Scio pactam et constitutam esse cum Manlio Diem. Aliquid sibi Idem pro Sext. c. 25. Foedus pacisci Cic. pro Sext. 33. Inducias aliquot dierum cum hoste Idem Off. 1, 33. Letumque finas pro laude

60 pacisci Virg. Aen. 12, 49. *Vid. mox Vitam.* Millia duo pactus est Martial. 8, 17. Cic. Q. Frat. 3, 3 Tanta inuidia sunt Consules propter suspicionem pactorum a candidatis Praemiorum. Pretium Ouid. Met. 8, 306. Pretium praedonibus pro capite Cic. Off. 3, 107. Rem aliquam alia Senec. de Clement. 1, . . . Sallustius in Iugurth.

65 c. 26 *pr.* Adherbali suadent, vti sese et oppidum Iugurthae tradat: tantum ab eo Vitam paciscatur. *i. Pactum faciat de vita salua.* Vitam pro laude Virg. Aen. 5, 230. *conf.* Stat. Theb. 1, 319. Et Ouid. Met. 7, 307. Pacti sunt inter se Iustin. 1, 10, 4. Plin. 8, 7 Namque vnum qui supererat, obiecit elephanto: et ille, dimitti Pactus si inter-

70 emisset, solus in arena congressus, magno Poenorum dolore confecit. Cic. Verr. 3, 37 Ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum decumano pactus esset. Pacifici mercede cum aliquo, vt Liu. 25, 33. Sestertio cum aliquo pacisci Pseudo-Cic. in Sallust. 19. *Est et matrimoniorum verbum.* Liu. 1, 2 Turno pacta Launina fuerat. Iu-

75 stin. 2, 15, 14 Pausanias prodigionis praemium cum Xerxe nuptias filiae eius paciscitur. *conf.* Idem 7, 4, 7. Et Tacit. Ann. 1, 55, 4 Pacta puella. *Add.* Tacit. Ann. 2, 43, 3. *Vid. mox Pacta.* Cic. Att. 5, 21 Nec dubitat Deiotarus, cuius Filio pacta est Artuasdis filia (ex quo sciri potest) quin cum omnibus copiis, etc. Haec tibi pacta est

80 Callicli filia? L. E. ego ducam pater. *h. e. Promisitne ipsa tibi, siue dedit tibi fidem?* Plaut. Trin. 5, 2, 59. *Sed etiam sic,* Meritis et voce pactus est Perseus Andromedam Ouid. Met. 5, 28. Inique pacisci, *vid.* INIQVVS.

¶ 2 *Obseruati.* Pacifico, pro Pacificor antique Nauius apud Nonium 7, 54. Ammian. 31, 12 Vt firma fierent paciscenda. *Praeterito tempore loco Deponentis pactus sum saepe inuenias Pepigi, quod esse ex PAGO eo ipso loco ostendimus. Hic vero exempla eius verbi ponamus, quae ob significationem huc conueniunt.* Cic.

85 pro Rosc. Com. 26 Dic pactionem fecisse, vt absolueretur; non pepigit. Idem Off. 3, 92 c. 24 Si quis medicamentum cuiquam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicamento — nec ab eo quicum pepigerit imperet, vt item eo liceat vti. Ad Herenn. 2, 29 c. 13

90 Ex pacto ius est, si quid inter se pepigerunt, si quid inter quos conuenit. Plaut. Bacch. 4, 8, 38 Quid sit? H. Ducentis Philippeis rem pepigi. Lucret. 1, 1022 Nec quos quaeque darent motus pepigere profecto. Virg. Aen. 12, 12 Nihil est, quod dicta retractent Ignauum

95 Aeneadae, nec quae pepigere reculent. Sic 10, 902 Nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lausus. Et 11, 133 Bis senos pepigere dies. Liu. 1, 11 Pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberent. Idem 24, 29 Nam ita eos pacem pepigisse cum Romanis.

100 Et 34, 31 Non vt Argis praesidium deducerem pepigistis. Et mox Tu ipse mecum, T. Quincti, societatem pepigisti, Et mox Cum societatem mecum pepigistis. Et c. 32 Cum Philippo hoste nostro non societatem solum, sed, si Diis placet, affinitatem etiam per Philoclem praefectum eius pepigisti. Et ita saepius, Praeterito nempe tempore.

105 Sueton. de Cl. Rhet. c. 1 Et pepigerunt bolum quanti emerent. Aur. Vict.

N n n n

Vict.

Vict. de V. Ill. 43, 7 De redemptione captiuorum cum hostibus pepigit, quod pactum cum a Senatu improbaretur, etc. Idem Caes. 8, 5 Vitellius ab Sabino festertium millies pepigerat, arbitris militibus imperio decedere, *i. ut decederet.*

**PACTVS**, a, um. Partic. [*ἀμολογημένος*] *Pactō decretus.* Plaut. 5 Afin. 3, 3, 145 Hinc inerunt viginti minae bonae, mala opera partae: has tibi nos pactis legibus dare iussit. Coniux pacta Ouid. Met. 14, 451. *Conf.* Virg. Aen. 10, 722. Fides Ouid. Fast. 3, 485. Foedus Virg. Georg. 4, 158. Lucret. 3, 782 Si non forte ita sunt animarum foedera pacta. Cic. Off. 1, 33 Ut ille, qui cum triginta dierum essent cum hoste pactae Induciae, nocte populabatur agros, etc. Merces Hor. Carm. 3, 3, 22. Rem pactam habeto Plaut. Poen. 5, 3, 38. Salus pacta Iustin. 8, 5, 3. Societas pacta Idem 20, 5, 6. Teda pacta, *Coniugium pactum* Ouid. Met. 9, 721. Verba pacta, *i. Concepta et legitima.* Vlpian. tit. 24 eius libri, qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Senatusconsulto Neroniano cautum est, ut quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo iure legatum esset. *Sic dixit* Cic. pro Rosc. Com. 46 Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur: sed, etc. *i. Non ex formula.* *Sic et* Arnob. aduersus gent. 7 O deorum sublimitas praepotens, quam venerator cum pactionibus adorat et formulis.

**PACTA**, ae. f. *Absolute pro ea, quae nuptias alicuius pacta est.* Paterc. 1, 1, 3 Pactae eius nuptias occupauerat. *Vid. Iures. in Synnach. p. 168. Et Hotoman. de Vet. nupt. ritu c. 1.*

**PACTVM**, i. n. [*συνθήκη, ὁμολογία, συμβλασιον, σύμφωνον*] *Conuentionem significat.* Cic. de Inuent. 2, 68 Pactum est, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, ut iure praestare (*leg. praestari*) dicatur. Vlpianus, D. de pollicitationibus, 1. Pactum, Pactum est duorum consensus atque conuentio: Pollicitatio vero, offerentis solius promissum. Idem D. de pactis. 1. 1 Pactum autem a pactione dicitur: unde et pacis nomen appellatum est. Et est pactione, duorum pluriumue in idem placitum consensus. Pactorum quaedam in rem sunt, quaedam in personam. In rem sunt, quoties generaliter paciscor, ne petam. In personam, quoties ne a persona, *i. e. ne a L. Titio* petam. Vtrum autem in rem, an in personam pactum factum sit; non minus ex verbis, quam ex mente conuenientium aestimandum est. Plerumque enim (ut Pedius ait) persona pacto inferitur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur, cum quo pactum factum est. *Haec* Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Pactorum. D. de pactis. Paullus in l. Si tibi decem. §. Si quis paciscatur. D. de pactis, Pactum conuentum cum venditore factum, si in rem constituatur: secundum plurium sententiam emtori prodest. secundum autem Sabini sententiam, etiamsi in personam conceptum est, in emtorem valet. Cic. in Verr. Act. 1, 16 c. 6 Mansit in conditio-

ne atque pacto vsque ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. *Distingue inter Pactum et Conuentum. nam Pactum est ex parte stipulantium: Conuentum, quum quae pepigerunt promissa sunt, de hisque est conuentum. Hac de causa Pacta conuenta, et Pacta conuentaque, legimus: antecedit enim Pactum, sequitur Conuentum.* Seneca de Benef. 3, 15 Nec pacta conuentaque impressis signis custodirentur. *Ex Turneb. Aduers. 16, 5.* Pacta conuenta, stipulationes, etc. in foro cognoscenda Cic. de Orat. 2, 100. Pacta conuenta insunt bonae fidei iudiciis Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Quin immo. D. de pactis. Formula pacti Ouid. Epist. 20, 151. Inexorabile pactum Stat. Theb. 1, 5. Paullus in l. Et heredi. in princ. D. de pactis, Post mortem vero filii, nec patri proderit, nec heredi eius: quia Personale pactum est. Caius in l. Contra. in princ. D. de pactis, Contra iuris ciuilius regulas pacta conuenta Rata non habentur. Remotum a iure communi Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Si paciscar. D. de pactis. 60

Paulus in l. 27 Si vnus. §. 4 Item ne experiar. D. eodem tit. Si pactum conuentum a re priuata Remotum sit, non est seruandum, *i. super alia re, quam priuata, factum.* Sacrum Valer. Argon. 8, 401. Conuenit pacto, *vid. CONVENIO.* Paullus in l. Si vnus. §. Pactus. D. de pactis, Pactum ne peteret, postea conuenit ut peteret: prius pactum per posterius Elidetur. Exuere pacta Tac. Ann. 6, 43. Pacta quae postea Interponuntur, solent parere exceptiones Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Quin immo. D. de pactis. Interposito pacto conuento de vna re non petenda, totam obligationem submoueri Paulus in l. Si vnus. §. Si cum mihi. D. de pactis. Ligare pacta Propert. 4, 4, 82. Obseruantur ex conuentu sine legibus pacta, quae iuri praestare dicuntur Auctor ad Heren. 2, 20. *Puto leg. iure praestari ut* Cic. de Inu. 2, 68. Obseruanda non sunt pacta, quae turpem causam continent Paullus in l. Si vnus. §. Pacta. D. de pactis. Praestat iuri pactum Cic. de Inuent. 2, 68. *Sed iam indicauimus, videri legendum, ut iure praestari dicatur.* Cic. Off. 3, 92 c. 24 Pacta et promissa semperne seruanda sint, quae nec vi, nec dolo malo (ut Praetores solent dicere) facta sunt. Seruandum erit pactum conuentum Paulus in l. Sed si tantum. D. de pactis. Stare pacto Liu. 9, 11. Vlpian. in l. Iurisgentium. §. Si paciscar. D. de pa-

ctis, Si paciscar, ne iudicati vel incensarum aedium agatur: hoc pactum valet. Ex Pacto Nepos 1, 2, 4. *Conf. Liu. 1, 11.* Pacto, *Abl. pro Modo aliquando ponitur.* Plaut. Rud. 5, 3, 46 Non tacebo vnquam alio pacto, nisi talento comprimor. *Hic quidem etiam conditionem intelligas. Sed sunt loca, in quibus res clarior.* Ter. Andr. 1, 1, 23

Eo pacto et gnati vitam, et consilium meum cognosces. Hoc denique pacto discimus Virg. Georg. 2, 248. Isto pacto si serui mei me metuerent Cic. Catil. 1 c. 7. Nullo pacto, *vid. NVLLVS.* Quemadmodum natus, et quo pacto educatus sum, memini Cic. pro Quint. c. 17. Hor. Epist. 1, 17, 2

Quamuis Scaeva satis per te tibi consulis, et scis Quo tandem pacto deceat maioribus uti, Disce docendus adhuc.

**PACTIO**, ōnis. f. [*συνθεσία, σύνθεμα*] *Paciscendi actus.* Vlpian. D. de pactis. l. 1 Est autem pactione, duorum, pluriumue in idem placitum et consensus. Cic. Verr. 1, 17 Sciebam in reiciendis iudicibus nonnullos memoria nostra pactionis suspitionem non vitasse: *de corrupendis pecunia promissa iudicibus agit.* Sic in Pison. 87 c. 36 Pactionis reorum memorat. Accedere ad pactionem, *vid. ACCE-*

**DO.** Adire ad, *vid. ADEO*, adis. Cic. de Prouinc. Consul. 9 Nihil aliud Actum est, nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis. Conficere, *vid. CONFICIO.* Conflare Cic. de Arusp. Resp. 42. Cic. Verr. 5, 133 Has per Timarchidem pactiones sepulturae cum viuis etiam illis esse factas? *Conf. Sueton. Iul. 30. Et Iustin. 22, 8, 3.* Fa-

105

cere de tota lite Cic. pro Rosc. Com. 40 c. 14. De sua parte Ibid.  
 34. Facere nuptialem Liu. 4, 4. Talibus pactioibus pacem Fa-  
 cere Nep. 10, 5, 5. Inire pactioem Iustin. 35, 1, 5. Interpone-  
 re pactioem Idem 7, 6, 4. et 22, 3, 3. Cic. in Parad. 6 c. 2 Qui  
 5 tuas mercedum pactioes in patrociniis, Intercessionem pecuniarum, etc.  
 Manere in pactioe Nepos 17, 2, 4. Obligare pactioibus suorum  
 praemiorum aliquos Cic. Post red. in Senat. 31. Idem Off. 3, 108  
 Regulus vero non debuit conditiones, pactioesque bellicas Perturba-  
 re periurio. Idem de Inuent. 2, 73 Quum omnes perituri milites  
 10 essent, nisi ad pactioem Venissent, vtrum, etc. Si res non Ve-  
 nit ad pactioem Cic. Att. 9, 10. Pactioes publicanorum Idem ib.  
 5, 13. ¶ 2 Formulam et verba concepta notas Cic. pro  
 Rosc. Com. 46 c. 16 Non enim ex pactioe verborum, quibus iusiur-  
 15 tenduntur alicui, dii immortales hominibus irasci et succensere con-  
 fuerunt. Vid. PACTVS, a, um n. 2.

PACTOR, oris. m. [ὁμολογητής] Cic. Verr. 5, 54 c. 21 An  
 foederum interpretes, societatis pactores, religionis auctores?

PACTICIVS, a, um. Adj. [συμβατικὸς] Vulgo Conuentio-  
 20 nalis dicitur. Gell. 1, 25 Cessatio pugnae pacticia, i. Induciae.

PACTVS, ūs. m. Petron. c. 81 Vnius noctis pactu omnia vendere.

PACO, are. Vid. PAX.

PACONIVS gentis Rom. nomen. V. g. Marcus Paconius Silani  
 Asiae proconsulis Legatus, a Tiberio laesae maiestatis damnatus. Vid.  
 25 Suet. Tiber. c. 61, 43. Tac. Ann. 3, 66.

PACORVS, i. m. [Πάκορος] Suidae, Orodis regis Parthorum fi-  
 lius, eius qui Crassum dolo circumuentum interemit. Quam maculam post-  
 ea Ventidius Bassus, Antonii legatus deleuit, Pacoro cum toto exercitu  
 ad internecionem caeso. Vid. Patere. 2, 78. Iustin. 42, 4, 6. et 16, 17. Flor.  
 30 4, 9. Martial. 9, 36 Scis, quid in Arsacia Pacorus deliberet aula.  
 Horat. Carm. 3, 6, 9

Bis iam Monæfos, et Pacori manus  
 Non auspicatos contudit impetus  
 Nostros. Alii scribunt Pachorus. Male.

PACTILIS, vid. PANGO.

PACTICIVS, vid. sub PACISCOR.

PACTIVS, Fluius de quo Plin. 3, 11 quod, ut Strabo 14 refert, ex  
 monte Pactio ortum habet.

PACTOLVS, i. m. [Πακτωλός] Fluius Lydiae, aureis arenis  
 40 Smyrnaeos irrigans agros. Iuuen. Sat. 14, 299 Quod Tagus et rutila  
 Pactolus voluit arena. Tibique Pactolus fluat Hor. Epod. 15, 19.  
 Liquores Pactoli Propert. 1, 6, 32. Diues Pactolus rutilas despumat  
 arenas Claud. Conf. Prob. et Olyb. 54. Lydius Senec. Oedip. 5.  
 Rudentis Pactoli aurea stagna Claud. in Ruff. 1, 103.

PACTVM, vid. PACISCOR.

PACVIVS, [Πακύβιος] Gentis Rom. nomen. Nobilis est Poëta  
 Brundusinus, Ennii sorore natus, emicuit quo tempore Scipio Numantiam  
 deleuit: posuit sibi epigramma, quod seruanit Gellius 1, 24. Hic (ut  
 50 Quinctil. ait 10, 1 p. 912) grauitate sententiarum, pondere verborum,  
 auctoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem. Perf.  
 1, 77 Sunt quos Pacuiusque, et verrucosa moretur Antiopa. Hor.  
 Epist. 2, 1, 56 — aufert Pacuius docti famam senis, Attius alti.

Conf. Martial. 11, 91. ¶ 2 Alius est Plin. 34, 5 Equidem et  
 Sibyllae iuxta rostra esse non miror, tres sint licet: vna quam Sex.  
 55 Pacuius Taurus Aedilis plebis restituit: duae, quas M. Messala.  
 Alius item Pacuius, qui Syriam vsu suam fecit, memoratur a Seneca  
 Epist. 12. Vid. ibi Nor. Lipsii.

PACVVIANVS, a, um. Possessiu. Cic. de Diuin. 1, 57 Ille  
 Pacuianus, qui in Chryse physicus inducitur.

## P A D

PADAEI, orum. m. Indiae populi, aegrotos aut senes epulari so-  
 65 liti. Tibull. 4, 1, 144 Impia nec faeuus celebrans conuiuia mensis, Vl-  
 tima vicinis Phoebos tenet arua Padaeus. Conf. Herodot. 3, 99.

PADES, is. f. Gallicum esse verbum ait Plin. 3, 16. i. Picea ar-  
 bor, a qua et Padum nomen accepisse ait.

PADVA, ae. f. [Παδαίον] Vrbs a Padi vicinitate dista, Hanc  
 Antenor Troianus condidit, ut docet Virg. Aen. 1, 251. Hinc primo  
 70 Antenorea dicta est, vnde Antenoridae: postea Patavini, et Paduani.  
 Vid. Plin. 5, 1. Catul. 92, 7 At Volusi annales Paduam morientur ad  
 ipsam.

PADVS, i. m. [Πάδος] Fluius, qui (ut Plinius 3, 16 scribit)  
 e gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum  
 75 Vagienniorum visendo fonte profluens, condensque sese cuniculo, et  
 in Forouibiensium agro iterum exorians, nulli annium claritate infe-  
 rior. A Graecis dictus Ἡριδανός, ac poena Phaëthontis illustratus.  
 Augetur a Canis ortu, liquatis niuibus, agris quam nauigiis torren-  
 tior. Metrodorus refert, quod circa fontem arbor sit multa picea  
 80 (quae Pades Gallice vocetur) Padum hoc nomen accepisse. Ouid.  
 Amor. 2, 17, 32 Frigidus Eurotas, Populiferque Padus. Olorifer  
 Claud. Epist. ad Serenam 12. Resluens Valer. Argon. 8, 90. Sta-  
 gnans Lucan. 4, 114.

PADVSA, ae. f. [Παδῶσα] Fluius, quem Padi brachium Ra-  
 85 vennam vsque perductum facit, Massanicum alio nomine appellatum.  
 Plin. 3, 6. Claud. in Epithal. Palladii 109 Eridani ripas, et raucae  
 stagna Padusae. Piscofus amnis Padusae Virg. Aen. 11, 457.

PADANEVS, a, um. Adj. Solinus c. 33 Pretium operae est ire  
 longius, ne Padanae siluae credantur lapidem fleuisse.

90 PADINATES, Populi in Octava regione Italiae Plin. 3, 15.

## P A E

PAEAN, anis. [παιάν] Apollinis cognomen primum fuisse videtur,  
 95 quod nactus est ἀπὸ τοῦ παιάν, s. a percussiendo Pythone, s. a sanando mor-  
 bus. Cic. Verr. 4, 123 c. 57 Signum Paeanis ex aede Aesculapii a Verre  
 sublatum memorat. Iuuen. Sat. 6, 171 Parce, Paeon, Aeson.  
 Epigr. 102 Pone arcum, Paeon, celeresque reconde sagittas, Non  
 te virgo, Daphne, fugit, sed tua tela timet. Festus Pauli, Paeana  
 100 Apollinem vocauerunt, quod sagittarum ictu cum nocere putabant.  
 Est enim παιάν ferire. Alii, quod remediis morbis finem faceret ta-  
 lis grauitatis. Haec posteriora conveniunt sententiae Eustathii ad Il.  
 A, 473 f. p. 104, 6 Basil. qui deriuat ἐκ τοῦ παιάν τοῦ θεραπεύω, ἀπὸ οὗ,  
 nempe verbum παιάν, in quantum sanare significat ἀπὸ τοῦ παιάν. Fuerit  
 105 igitur Apollo Paeon, qui finem imponit, et medetur malis, ἀλεξίκακος, αὐρ-  
 runcator.

*runcator. Vid. quae disputat in hanc sententiam* Macrobi. Sat. 1, 17 *apud quem etiam Virgines Vestales ita indignant, APOLLO MEDICE, APOLLO PAEAN. Etiam Apollinem ipsum inuocare videntur, qui in victoria Io Paeon! clamant. Ouid. A. A. 2, 1 Dicite io! Paeon, et io! bis dicite, Paeon. Add. Sueton. Ner. c. 39.* ¶ 2

*Hymnus in laudem Apollinis Paeon est. Serui. ad illud Aen. 10, 738 Conclamant socii laetum Paeania secuti, Paean proprie Apollinis laus est; sed abusive etiam aliorum dicitur: vnde Pindarus opus suum, quod et hominum et Deorum continet laudes, Paeanas vocauit. Quamuis quidam alium Paeania esse, alium (sic leg. pro alii) Apollinem velint. Sed vere Paean Apollo. Tamen Paeania carmen esse victoriae Aeschylus docet, quod ideo Apollini dicatum est, qui malorum auertendorum potens est: vnde et ab Homero vtricem immittens (et sedans) pestilentiam inducitur. Virg. Aen. 6, 657 inducit beatos homines in campis Elysiis Vescentes, laetumque choro Paeania canentes. Prop. 3, 13, 43 Prata cruentantur Zethi, victorque canebat Paeania Amphion rupe, Aracynthe, tua. Stat. Theb. 4, 157 Herculeum Paeania canunt. Nempe Hercules Deus est. Sed quod hominum etiam Paeanas videtur innuere Seruius, illud illustrari exemplis potest, non quidem eius carminis, quod in Hermian scripsit Aristoteles, sed aliis aliorum, quae memorat Athenaeus Deipnos. 15, 16 sq. qui locus classicus est, si addas, quae disputantur in ipso fine libri. Nos hoc non agimus.* ¶ 3

*Paean forte etiam dictus Ciceroni pes metricus, quem alias Paeania et ipse et alii solent vocare. Locus est de Orat. 1, 251 c. 59 Ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam toties, quoties perscribitur (vid. leg. praescribitur) Paeanem aut Munionem (vid. supra h. v.) citarimus. Sed probabilius est, Paeanem hic positum a Tullio, v. v.*

PAEAN Philoctetis Pater, vid. POEAN.

PAEANTIDES, um. f. [πααιαντιδες] Gemmae sunt speciem habentes aquae glaciatae, quae in Macedonia circa Tiresiae sepulcrum inueniuntur. Praegnantem fieri et parere dicuntur, et parturientibus mederi. Eadem et Gemonides dicuntur. Auctor Plin. 37, 10 f. 66. Conf. Solin. c. 14.

PAEDAGIA, vid. PAEDAGOGIA.

PAEDAGOGVS, i. m. [παιδαγωγος] Pueri vel puerorum educator et velut quidam ductor. Cic. Att. 12, 32 Sed et paedagogi probitas, et medici assiduitas, et tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari vetat. Negligendi non sunt paedagogi et nutrices Cic. de Amicit. 76 c. 20. Versantur etiam nunc paedagogi lites ad auricularum adolescenti Auctor ad Herenn. 4, 14 c. 10 nuper demum custode liber adhuc audire sibi videtur paedagogi iurgia. Vultus paedagogi, pro Tristi et severo Sueton. Neron. c. 37. Custodem cui et paedagogum dare Sen. Epist. 11. Paedagogus adit ad me. Sic Hexametrum incipit feliciter ille C. Gall. Eleg. 3, 17. Quasi paedagogus agricolationis Columel. 1, 1. Discrimen a veteribus obseruatum inter Praeceptorum et Paedagogum. Hic proprie deducebat et comitabatur pueros in schulam, etc. Vid. Burm. ad Petron. c. 85 p. 416 etc. et ad Quinctil. 1, 1 p. 16. et ipse Quinct. 1, 2, 10. Conf. Lips. ad Sen. de Ira 2, 22. Interdum Conuicti loco usurpatur. Vid. Plaut. Pseud. 1, 5, 32. Sueton. Galb. c. 14. Sen. Epist. 90. Petron. c. 94.

PAEDAGOGA, ae. f. Hieron. ad Gaudent. Epist. 12 Sit ei magistra comes, paedagoga, custos.

PAEDAGOGIVM, i. n. [παιδαγωγίον] Locus in domicilio, in quo pueri serui commorantur et custodiuntur, educanturque, et ad elegantiam atque urbanitatem formantur. Plin. Epist. 7, 27 Puer in paedagogio mistus pluribus dormiebat. Suet. Neron. c. 28 Super ingenuorum paedagogia, et nuptiarum concubinas, Vestali virgini Rubriae vim intulit. Non ipsa Paedagogia per se turpitudinem indicant: sed in Nerone reprehenditur, quod in paedagogiis habuerit ingenuos, quibus ad libidinem abuteretur. Nempe ponuntur Paedagogia pro Paedagogianis i. pueris, qui in Paedagogiis educantur. Sic Plin. 33, 3 f. 12 de cultu auri et margaritarum, Honestius viri paedagogiis id damus, balineasque diues puerorum forma conuertit, qui in balineis lauantur eos aduertit, iis admirationem iniicit, cultus pretiosus puerorum dominum suum in publicas balneas comitantium. Id. 33, 12 f. 54 Iam vero Paedagogia ad transitum vigilantis custodiantur argento, i. argenteis fibulis comprimantur illorum pudenda, ne immatura libidine vocem et vigorem ac robur perdant. Etiam hic Paedagogia ut ministeria, seruitia, conciones, etc. ipsos homines significat, qui sunt in paedagogio. Sen. de Vita Beata 17 Quare paedagogium pretiosa veste succingitur? Et de Tranq. vitae 1 Praefringit animum apparatus alicuius paedagogii. Tertull. apolog. 13 Deum de Paedagogiis aulicis nescio, quem vocat Antinum illum Hatriani puerum. Vid. Jac. Gothofredus ad l. 6 C. Theod. de diuersis Officiis Hodiernam Gallorum appellationem Page ab hac origine certatim deriuant viri docti. Vlpian. in l. 12 Quaesitum. §. 32 Si instructum. D. de Fundo instr. et instr. leg. Si instructum fundum legasset, ea paedagogia, quae ibi habebat, ut quum eo venisset, praesto essent in triclinio, legato continentur.

PAEDAGOGIANVS, a, um. Adi. Ammian. Marcell. 26, 17 In paedagogiani, inquit, pueri speciem purpureis opertus tegminibus. Idem 29, 18 Adultus quidam ex his, quos Paedagogianos appellant.

PAEDAGOGO, are. Fulgent. de Contin. Virg. p. 163 Munck. Paedagogantis suspectio. Pacuu. apud Fest. Depulsum mamma paedagogandum accipit. Vid. Turneb. Aduers. 13, 25.

PAEDAGOGATVS, us. m. Tert. aduers. Valent. c. 13.

PAEDEROS, otis. m. [παιδερος] Genus acanthi. Plin. 22, 22. Diosc. 3, 17. Apul. de herb. c. 104. ¶ 2 Paederos, [παιδερος] Gemma est, quam alio nomine Opalum vocant; (al. Opallium) nonnulli etiam Sangenum; ita dicta, teste Plin. 37, 6 f. 22 propter eximiam eius gratiam; παιδερος enim nobis puerorum amorem significat. Conf. Solin. c. 36.

PAEDERASTIA, ae. f. [παιδεραστια] Detestandum crimen, olim Romanis usitatissimum. Sunt, qui Suetonio tribuant Neron. 28 pro Paedagogia legentes Paederastian. Vid. Bernegg. ad Suet. Caes. c. 2. Hinc

PAEDICO, are. Cum puero rem habere. Catull. 15, 1 et 17. et 21, 4. Martial. 11, 7, 9 etc.

PAEDICO, onis. m. Martial. 6, 33. et 12, 87.

PAEDICATOR, oris. m. Suet. Caes. c. 49 Paedicator Caesaris.

PAEDIA, ae. f. [παιδια] Eruditio, institutioque in bonas artes, ut docet Gellius 13, 16. Nobile est opus Xenophontis, quod a primi libri argumento nomen habet, de quo Cic. Fam. 9, 25 παιδιστον κορον, quam contriueram legendo, totam in hoc imperio explicauit i. adhibui, ex illius praescripto imperium gessit.

**PAEDOR**, ōris. m. [*αὐχμῆς, ἴβρος* Vet. Gloss.] *Squalor, situs, illuies, sordes, et omnis immunditia seu putor, in animali praesertim.* Lucan. 2, 73 Longusque in carcere paedor. Cic. Tusc. 3, 62 Ex hac opione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, paedores, mulie-

5 bres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. Paedor a Graeco deduci videtur, quo *παῖδες*, id est pueri dicuntur, qui in illa puerili aetate sordidi fere sunt, nec a sordibus sciunt abstinere. Barba paedore horrida Cic. Tusc. 3 c. 12. Membra horrida paedore Lucret. 6, 1267. Obsitus paedore Sen. Agam. 991. Sedet paedor Sen. Herc. Oet. f. 4.

**PAEDIDVS**, a, um. Adi. [*ῥυπαρῆς*] Paedidos (inquit Festus) Sordidos significat atque obsoletos, tractum vocabulum a Graeco: quia *παῖδες*, id est pueri, talis sint aetatis, ut a sordibus nesciant abstinere. Add. Lucil. p. 47 ed. Douf. Superlat. Paedidissimi serui Pe-

15 tron. c. 34. **PAEDIDOSVS**, a, um. Eod. sensu Titinnii veteris Poetae vocem putat Scaliger, quam in Pedicosum i. pediculosum corruerit Festus b. v. Versum itaque Titinnii ita legit, Rus detrudetur paedidosus squalidus; quod vel senarii lex defendit, quae pedicosus ibi non admittit.

20 **PAEMINOSVS** etiam huc pertinere videtur. Vid. PEMINOSVS. **PAEGNIUM**, i. n. [*παγνιον*] Graeca vox est, quae nobis Ludum sonat, vel rem ludicram, aut puerilem oblectationem: unde Technopaegnium ludicrum quoddam Poema ab Ausonio inscriptum est.

**PAENE**, vid. PENE.

25 **PAENULA**, vid. PENULA.

**PAEON**, ōnis. m. [*Παίων*] Nomen viri medicae artis peritissimi, quem Homer. Iliad. E, 401 scribit curasse Plutonium grauer ab Hercule vulneratum: a quo Paonia herba dicitur, quam inuenit. Unde et Pro Medico generatim usurpatur nomen Paeon ab Aristophane. Conf. Isidor. 17, 9.

**PAEONIVS**, a, um. Adi. Cura Paonia Claud. de Bell. Get. 121. Herbae Paoniae Virg. Aen. 7, 769. In morem Paonium Idem ib. 12, 401.

35 **PAEONIA**, ae. f. [*παιονία*] Herba a Paone medico, qui eam inuenit. Graecorum Paonia Scribon. 166. Plin. 25, 4 Vetusissima inuentu paonia est, nomenque auctoris retinet, quam quidam pentorobon appellant, alii glycyfidem, etc. Conf. Apul. de Herb. c. 64. Al. Paonion.

40 **PAEONIA**, ae. f. [*Παονία*] Regio est Macedoniae latius acceptae, a Paone Endymionis filio et Epei fratre, qui victus cursu ab Epeo (sicut inter eos conuenerat) imperium victori dedit, et in Macedoniae seu Thraciam ad amnem Axium discessit. A quo Paonia regio dicta, quae ex regis nomine Emathia dicta fuerat: a qua Paones populi, ut Iustin. 7, 1, 5 scribit.

45 **PAEONES**, um. m. Populi, ut vidimus, ad Rhodopen montem et Macedoniae maritimam habitantes. Ouid. ex Pont. 2, 2, 77 Adde triumphatos modo Paonas, adde quieti, etc. Niuosi Paones Idem Met. 5, 313. Stat. Achill. 2, 417 Didici, quo Paones arma rotatur, Quo Macetae sua gaesa citent.

50 **PAEON**, onis, m. [*παίων*] Genus pedis est, siue mensurae, qua tum Poetae, tum oratores suas dictiones demetiebantur, qui a Diomede 3 p. 477 quadriples esse traditur, quorum primus ex longa et tribus breuibus constat. Secundus ex breui et longa et duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus et longa et breui. Quartus ex tribus breuibus et longa. Sed Cic.

55 de Orat. 3, 183 c. 47 Probatum autem ab eodem illo maxime Paeon, qui est duplex; nam aut a longa oritur, quam tres breues consequuntur: ut haec verba, Desinite, Incipite, Comprimate; aut a breuibus deinceps tribus extrema producta atque longa: sicut illa sunt, Domuerant, sonipedes; atque illi philosopho ordiri placet a superiore Paone, posteriore finire. Conf. Cic. de Orat. 3, 191 c. 49. It. in Orat. c. 57 et 64. Quinct. 9, 4. et Voss. Inst. Orat. p. 435 etc.

**PAEONICVS**, a, um. Adi. Genus paeonicum, inter rhythmica genera, apud Mart. Capell. 7 p. 329. et alios Grammaticos veteres.

65 **PAESTVM**, i. n. [*Παίστων*] Oppidum Lucaniae, rosarum abundantissimum, ubi ob caeli clementiam bis in anno producebantur fructus, scilicet Maio et Septembri. Virg. Georg. 4, 119 Biferique rosaria Paesti. Odorati victura rosaria Paesti Propert. 4, 5, 59. Tepida Paesti rosaria Ouid. Met. 15, 708. Conf. Martial. 12, 31. Meminit et Cic. Att. 11, 17.

70 **PAESTANVS**, a, um. Adi. [*Παιστανός*] Ouid. ex Pont. 2, 4, 28 Calthaque Paestanas vincat odore rosas. Sinus Paestanus Cic. Attic. 16, 6.

**PAETINVS**, fuit cognomen Fuluorum.

75 **PAETVS**, a, um. Adi. Qui obliquis oculis in altum respicit, vel qui alterum oculum minorem habet. Hor. Serm. 1, 3, 44 Strabonem Appellat paetum pater, et pullum male paruos Si cui filius est. Vid. mox PAETVLVS.

80 **PAETVLVS**. Porphyrio, Strabo, qui est detortis oculis, dicitur: Paetus, leniter declinatis. Acron, Paeti proprie dicuntur, quorum huc atque illuc oculi velociter vertuntur. Est igitur Paetus, Qui oculos habet tremulos, et se facillime in quamuis partem vertentes: quales plerumque sunt lasciuarum oculi. Plin. 11, 37 Vni animalium homini oculi deprauantur, vnde cognomina Strabonum et Paetorum. Hinc Venus ipsa Paeta dicitur ab Ouid. de Arte Am. 2, 659.

85 **PAETVS**, Aeliorum cognomen. Plin. 11, 37. Cic. pro Cluent. 72 Quid tu, Paete: hoc enim tibi Stalenus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat. Etiam Papiorum, V. g. illius, ad quem sunt plures Ciceronis epistolae libro 9.

90 **PAETVLVS**, a, um. Dimin. apud Cic. de Nat. Deor. 1, c. 29 pr. Redeo ad Deos, equos si non tam strabones, at paetulos esse arbitramur? Conf. locum Horatii Serm. 1, 3, 44 quem modo dedimus in PAETVS.

## P A G

95 **PAGAE**, Oppidum in plaga Locrensi famosissimum, vnde Peloponnesi proslit ceruix Plin. 4, 3. Hinc Pagaei populi, de quibus idem Plin. 4, 7. Meminit et Pagarum eodem loco. ¶ 2 Pagae memoriae sine idolis Isid. Gl. Quod quid sit, nondum, puto, expeditum est. Vid. Cangius. Huc enim vix pertinet.

**PAGANVS**, vid. PAGVS.

100 **PAGASA**, ae. f. [*Παγασαί*] Thessaliae oppidum, quod postea Demetrias dictum est, ut ait Plin. 4, 8 iuxta quam aedificata fuit Argo naus, propter quod naus longa Argonautarum Pagasaea nuncupatur, quod Iason, qui eam aedificauit, fuit filius Aesonis, fratris Peliae regis Thessaliae.

105 **PAGASAEVS**, a, um. Adi. [*Παγασαίος*] Sic Poetae appellant, quidquid

quidquid Theſſalum eſt, peculiariter quidquid ad Argonautas pertinet. Silua Pagafaea Ouid. Met. 12, 412. Apollo Silius 7. Coniux Pagafaea, quae fata Pheratiadae redemit Ouid. A. A. 3, 19 eſt Alceſtis Admeti uxor. Fontes Pagafaci calidi, quos et ſalem ferre ſcribit Plin. 37, 7. Iuuenes Propert. 1, 20, 17 Argonautae. Litus Lucan. 5, 6, 400. Puppis Valer. Argon. 8, 378. Idem 1, 422. Ratis Sil. 11, 451. Sinus Mela 2, 3.

PAGĀSVS, a, um. Aliud Adi. [Παγαός] Valer. Arg. 8, 451 Si Pagafas, vel Peliacas hinc denique nubes Cerneret. Sed poteſt Subſtantiuum urbis nomen eſſe.

PAGĀSĪCVS, a, um. Pagaficus ſinus Plin. 4, 8 et 12.

PAGES, vid. ſub PANGO.

PAGIDA, ſive Belus, Riuus in Phoenicia ad Carmelum promontorium vitri fertiles arenas paruo litori miſcens. Ipſe e palude Cendeuia a radicibus Carmeli profluit Plin. 5, 19.

PAGĪNA, ae. f. [σελίς] Vtraque pars folii aduerſa et auerſa, a pangendo dicta, non quidem quod in paginis carmina pangantur, id eſt ſignantur: ſed quod duplici ſerie philurarum conſtat charta, quae panguntur et firmantur inter ſe ope aquae Niloticæ, ut altera pagina habeat reſtas, altera tranſuerſas philuras, et ſic crates quaedam peragatur. Vid. locus Plinii, quem damus in CHARTA. Haec certe meliora videntur illa etymologia, cum dictae ſunt Paginae, auctore Feſto, quod in libris ſuam quaeque obtineant regionem, ut pagi. Cic. Q. Frat. 1, 2 f. 3

Nam quum hanc paginam tenerem, L. Flauius Praetor deſ. ad me venit, homo mihi valde familiaris, i. cum in hac ipſa pagina libelli, ſ. tabellarum, ſcribenda occupatus eſſem. Eſt illa Epistoſta longa, libellus pluriuum paginarum. Martial. Epist. praef. 1 In nulla pagina Latine loqui fas ſit. Extrema pagina Cic. in Orat. 41. Laſciua, vid.

LASCIVVS. Longa atque inſignis honorum Iuuen. Sat. 10, 57 de tabella imagini ſuffixa. Profana Claud. in Conf. Stil. 1, 2, 301. Cic. Att. 5, 4 Meam in eo parſimoniam huius paginae contractio ſignificat. Idem de Fin. 4, 53 Vtrum igitur tibi literam video, an totas paginas Commouere? Complexe paginam, vid. COMPLEO. Reſpondebo primum poſtremæ tuae paginae, quae mihi magnae moleſtiae fuit Cic. Att. 6, 2. Hinc ſaepe Pagina pro epistoſta frequenter apud Sidon. et coeueos occurrit. Pagina de paucis verſibus, ſagi libro inſcriptis Calphurn. Ecl. 1, 20. Turgeſcit pagina bullatis nugis Perf. 5, 20. Plin. 2, 7 de fortuna: Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta, et in tota ratione mortalium, ſola vtramque paginam facit. Prouerbii faciem habet, ſumta metaphora a codicillis rationalibus duas habentibus paginas: alteram, quae indicat quid ſit datum: alteram, quae quid acceptum ſit, oſtendit. Itaque in rebus humanis fortuna vtramque facit paginam, id eſt ſive quid obtigit boni, ea laudatur, quaſi dederit: ſive mali quid accidit, eadem inceſſitur, cuu malorum auctor, Erasmus. Conf. Scalig. Animadu. in Guilanai Comm. de Papyro p. 45.

¶ 2 Metaph. Pagina, in vitibus. Plin. 17, 22 de limitanda vite, Semper vero quintanis ſemitari, hoc eſt, ut quinto quoque palo ſingulae iugo paginae includantur. Paginas vocat Areas interceptas inter duo iuga. Budaeus. Sic Pallad. Mai. 11, 3 Tunc teſſellas latiores, vel tabellas qualescunque marmoreas, aut paginas imprimemus. De paumento faciendū ſermo eſt. Recte laudat hic Schoettgenius Innoc. de caſis literat. p. 222 Goef. paginas fundorum. Vid. COMPAGINA et COMPAGINANTE agri.

PAGELLA, ae. f. Dimin. [σελίδιον] Cic. Fam. 11, 25 Non imitor λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit.

PAGINŪLA, ae. f. Aliud Dimin. [σελιδάριον] Cic. Att. 4, 8 Si vero id eſt quod neſcio an ſit, ut non minus longas iam in codicillorum faſtis futurorum Conſulum paginulas habeat quam fatorum.

PAGĪNO, āre. Verbum ſinixerunt mediū aevi ſcriptores. Vnde PAGINATVS, a, um. Paullin. Iamb. 353 Solidoque nauem paginatam robore.

PAGINALIS, e. Adi. Ennodius 2, 13 Paginalis, (i. epistoſtalis) ſilli cura. Idem 2, 16.

PAGMENTVM, vid. ſub PANGO.

PAGO, pepigi, pactum, ēre. [ἡμπαέω] Pacifci antiquis ſignificabat. Auſt. ad Herenn. 2, 20, c. 13 extr. Pacta ſunt, quae legibus obſeruanda ſunt, hoc modo, Rem vbi pagunt, orato, ni pagunt, in comitio, etc. Ad eandem legem reſpicere videtur Quinctil. 1, 6, 11 vbi docet Pepigi eſſe, non a Pango, ſed ab antiquo verbo Pago, pagis, ſine N, ut in lege XII Tabularum, Ni ita pagunt. Interim exempla huius Praeteriti damus ſub PACISCOR. Conf. PANGO.

PAGRVS, i. m. [πάγρος] et Phagrus, quaſi πάγρος, id eſt vorax. Piſcis. Plin. 32, 10 Pagri ſtunatilis longiſſimus dens capillo adalligatus. Idem 9, 16 Praegelidam hiemem omnes ſentiunt, ſed maxime qui lapidem habere in capite exiſtimantur, ut lupi, chromes, ſcienae, pagri. Idem et Paguri dicuntur.

PAGŪRVS, i. m. [πάγυρος] Piſcis ex genere teſtaceorum, aut cruſtatorum. Dictus eſt autem Pagurus, παρὰ τὸ βεῖν καὶ φυλάττειν τὰς πάγους, quod in altioribus fluminum locis verſetur, ripisque praeruptis. Meminerunt eius Plin. 9, 31. et Ouid. Halieut. 107. Pallad. 1, 35.

PĀGVVS, i. m. [κώμη] Simul poſitae villae, hoc eſt, ruſticanae domus in vicinia poſitae, et ſocietate quadam dominorum coniunctae. Dicti a fontibus, ut ait Feſtus, quod eadem aqua vterentur. Aquae enim lingua Doria παγά appellantur. Pagi videntur in plano fuiſſe; hinc Paganos a Montanis diſtinguit Cic. pro Domo 74 c. 28 ut annotat Graeu. in loc. Nempe ibi etiam facilior aquarum et fontium, παγῶν, copia. Ad hanc diſtinctionem reſpicere videtur Varro de L. L. 5, 3 p. 49, 7 Dies Septimontium nominatus ab heis ſeptem montibus, in quibus ſita vrbs eſt, feriae non populi, ſed montanorum modo, ut Paganalibus (i. rem ſuam faciunt,) qui ſunt alicuius pagi. Ita diſtinguendum putamus, puncto ante feriae ſublato. Septimontium ſunt Montanorum feriae, paganorum paganalia. Sed redeundum eſt ad Ciceronem, cuius integer locus ita habet: Nullum eſt in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani, quoniam plebei quoque vrbanae maiores noſtri conuenticula, et quaſi conſilia quaedam eſſe voluerunt. Obſeruemus, Pagos eſſe plebis vrbanae collegia. Sed maiores etiam ſocietates hominum, ac velut ciuitates fuere Pagi, certe apud Germanos veteres. Tacit. de Moribus German. c. 12 Eliguntur in iisdem conciliis et principes, qui iura per pagos vicosque reddunt. Quem locum expoſuens Althamerus, Inter Vicum et Pagum, inquit, hoc intereſt diſcriminis. Vicus ſignificat villarum, id eſt domorum ruſticanarum congeriem abſque moenibus: Pagus vero vicorum ſocietatem, diſtinctionem, ſeu agrum, qui multis vicis conſtat. Haec mire illuſtrant Caefarem, qui de Bell. Gall. 1, 12 dicit, totam Heluetiam in quatuor pagos fuiſſe diuiſam. Iſterum c. 37 Treuiri autem nuntiabant, pagos centum Suenorum ad ripam

100

100

100

100

100

100

100

100



Rheni confedisse, qui Rhenum transire conarentur. *Rurfum* 4, 1 Sueuorum gens est longe maxima, et bellicosissima Germanorum omnium; ii centum pagos habere dicuntur; ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa suis ex finibus educunt. Reliqui, etc. *Haec et plura* Caesar. *Similia his* Turnebus, qui addit, Sic ager Romanus a Numa Pompilio in pagos fuerat distributus, ut scribit Dionysius his verbis, διείλε τὴν χώραν ἀπασαν εἰς τὰς καλυμένους πάγους. Tractus enim quosdam et partes regionis ita vocauit, quod quidem et Plutarchus scribit, εἰς μέγαν τὴν χώραν διείλεν, ἃ πάγους προσήγορεύσεν. Pagis

autem illis praerant pagorum magistri. Erant et Pagi, Castella quaedam et munitiones iuxta Romam in locis editis, quo se plebs rustica hoste in agrum Romanum incursionem faciente, recipiebat: et in certos pagos erat contributa, ut Dionysius scribit. Cicero etiam in plebe Romana Paganos et Montanos numerat. *Haec* Turneb. *Vide etiam* Glareanum in

Annotationibus in Caesarem. *Salmas.* in Vopisc. Saturn. c. 18. *Voss. Lex. Etym. Manut.* Ep. 3, 7. et *Scalig. Lect. Aufon.* 1, 23 p. 66. *Reste igitur* Isid. 15, 2 primo Pagos inter Ciuitatis genera refert: deinde Pagi, inquit, sunt apta aedificiis loca inter agros habitantibus. *Haec et conciliabula dicta, a conuentu et societate multorum in vnum. Hinc*

Metonymia consueta Pagi ponuntur pro incolis. *V. g.* Et tum forte hilares per compita rustica pagi Mulcebant sacris pectora fessa iocis Rutil. Itin. 1, 373. *conf.* Ouid. Fast. 1, 669. Ingentes pagi Virg. Georg. 2, 382. Rugosus frigore Hor. Epist. 1, 18, 105. Saliarius, *vid. Fabret. de Aquaeduct. diff.* 3. Succulanus, *vid. Nardin. Rom. Vet.* 3, 6.

Pagus, pro Gentilitate, *vid. in* PAGANVS.

PAGĀTIM, Adu. [κωμηδόν] dictum est Per singulos pagos, ea forma, qua Oppidatim. *Liu.* 31, 26 Tempula deum, quae pagatim sacra crata habebant, dirui atque incendi iussit. *Ibidem* c. 30 Pagatim habitantes.

PAGĀNVS, i. m. [κωμήτης] a Pago dictus est, Pars pagi, i. collegii rusticorum: *Cic. pro Domo* 74 c. 28 Nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani, etc. *Paganus, Qui miles non est.* *Iuuenal. Sat.* 16, 33

— citius falsum producere testem

35 Contra paganum possis, quam vera loquentem  
Contra fortunam armati.

Sic Perf. prol. 6 Semipaganum se vocat, quasi nondum plane militem in castris Musarum. *Sic* Plin. Epist. 7, 25 extr. Sunt vt in castris, sic etiam in literis nostris plures cultu pagano, quos cinctos et armatos, et

quidem ardentissimo ingenio, diligentius scrutatus inuenies. *Marcellus* in l. Quaedam. D. de Poenis, Quaedam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem poenam irrogant: militi vero grauiorem. *Tac. Hist.* 1, 53 Inter paganos corruptior miles. *Idem* *ibid.* 3, 24, 4 Vos nisi vincitis, pagani scil. estis. *Tacit. Hist.* 2, 14, 4 Turba pagano-

rum apud milites subscribens. *Add. h. l. Pichena.* *Suet. Aug.* c. 27 Turba paganorum apud milites. Milites et paganos iungit etiam *Sueton. Aug.* c. 27. et *Plin. Epist.* 10, 18. *Veget.* 2, 23 Si doctrina cesset armorum, nihil paganus distat a milite.

2 Hinc Paganus a veteribus Christianis dicebantur Gentiles, quod Christi milites non essent, ut quidam censent. *Alii nomen ducunt a Pagis, ubi extra verbes sub Christianis principibus idola colebantur. Vid. Hevald. in Arnob. pr. et Cellar. Cur. poster. p.* 276. Ex locorum agrestium compitis et pagis pagani vocantur *Oros. praef. l. 1.* Deorum falsorum multorumque cultores pagani *Augustin. Retract.* 2, 43. *Sed Pagus apud Latinos*

idem est ac ἄδικος apud Graecos, ut supra videre est: adeo vt Paganus et Gentilis idem plane significent. *Vid. Salmas. in Vopisc. Saturn.* c. 8. *Hinc Pagum pro Gentilitate ipsa usurpauit Prudent. κρητ. etq.* 10, 296 Non erubescis stulte, pago dedite Te tanta semper perdidisse opsonia.

PAGĀNVS, a, um. Adi. [κωμητικός] Fercula pagana *Propert.* 60 4, 4, 76. et *Ouid. Fast.* 1, 670 Paganus foci. *Plin. Epist.* 7, 25 extr. Sunt vt in castris, sic et in literis nostris plures cultu pagano, quos cinctos et armatos et quidem ardentissimo ingenio, diligentius scrutatus inuenies.

PAGANĪCVS, a, um. Adi. [κωμητικός] Antonius in l. 1. De testam. militis, C. Frater tuus miles, si te specialiter de bonis, quae in paganico habeat, heredem fecit: bona, quae in castris reliquit, petere non potes. In paganico *intell. statu, quam diu paganus fuit.* Ferae paganicae *Varro de L. L.* 5, 3 p. 49, 19 agriculturae causa susceptae, vt haberet in agris omnis pagus: vnde paganicae dictae sunt. *Pila*

paganica, a pagis dicta, hoc est villis, quod pagani ea viderentur. *Haec crassior laxiorque et pluma plera, nec ad lusum tam agilis, vt, quae nec tam leuis est, nec iactata facile resilit. De qua sic* *Martial.* 14, 45 *Haec, quae difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa est, et minus arcta pila. Quasi dicat, Est laxior quam pila trigonalis, et arctior,*

firmiorque quam follis, nam Follis, tertium pilae genus est. *Vid. Rader. ad Mart.* 4, 19. *Incredulitas paganica* *Saluian. de Gubern.* 1 pr. *Impia et paganica sollicitudo* *Idem contra Auar.* 1 p. 25. IOVI

PAGANICO *Gruter. Inscript.* p. 21 n. 11.

PAGANĪTAS, ātis. f. Ritus et religio Paganorum. *Saluian. de Gub. Dei* 8 p. 302 Professā iugiter plurimorum paganitas fuit. *Theod. Cod. l.* 15 tit. 5 de Spectac. Paganitatis stolidae errore detineri.

PAGANALIA, ōrum. n. Pl. [κωμητικὰ] Festa rusticorum, de quibus *Ouid. Fast.* 1, 669 Pagus agat festiun. pagum lustrate coloni, Et date paganis annua liba focis. *Nomen habet* *Varro de L. L.* 5, 3

85 p. 49, 9 Paganalibus (rem sacram faciunt) qui sunt alicuius pagi. *Onomast. vet. Paganalia, κωμητικά.*

## P A L

90 PĀLA, ae. f. [δίκελλα] Instrumentum rusticum. Pala a pagendo, mutata G in L, inquit *Varro de L. L.* 4, 31. *Plaut. Poen.* 5, 2, 58 Palas vendundas sibi et mergas datas, vt hortum fodiat, atque vt frumentum metat. *Col.* 10, 45 Ferrato robore pala. *Plin.* 18, 6

Iuncofus ager verti pala debet, at in saxoso bidentibus. *Liu.* 3, 26 *de Quinctio dictatore, Seu fossam fodiens palae innixus, seu cum araret. Cato c. 11 extr. Palae ligneeae quatuor.* 2 Palae, dicuntur *Dorsi dextra laeuaque eminentia membra.* Vaporations inter scapulas siue palas adhibendae *Caes. Aurelian. Chron.* 3, 2, 22. *Add. Id. Acut.* 2, 35, 185.

3 Pala, [-σφενδόνη] Annuli pars plana et latior, in qua gemma inseritur. *Cic. Off.* 3 c. 9 Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. *Vid. Rhodig. Ant. Lect.* 6, 12. et *Salmas. in Vopisc. Carin.* c. 20.

4 Pala, Ventilabrum, instrumentum quo purgantur frumenta. *Tertull. de Praescript.* c. 2 Palam in manu portat ad purgandam aream suam. *conf. Voss. Lex. Etymol. Et Barth. Aduers.*

*Aduers.* 11, 8. *vel Gloss. du Fresne.* ¶ 5 *Quod palam aeris laudant ex Plin. 34, 13 f. 36 nihil est. Sic enim ibi legitur: Ac repente vehementiori flatu exspuitur aeris palca quaedam.* ¶ 6 *Pala, arbor mirabilis, de qua Plin. 12, 6 f. 12 post mentionem Ficus Indicae. Maior alia, pomo et suauitate praecellentior, quo sapientes Indorum viuunt. Folium alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duum. Fructum cortice mittit, admirabilem succi dulcedine, vt vno quaternos fatiet. Arbori nomen Palae, pomo Arianae.*

*PALACRA, ae. f. quae et Palacrana a nonnullis appellatur, Maior auri massa est Plin. 33, 4.*

*PALAEIBIBLVS, [Παλαίβιβλος] Oppidum est in ora Syriae Libano monti subiectum, non procul ab Adoni fluuio Plin. 5, 20.*

*PALAEEMON, ònis. m. [Παλαίμων] Insls, quae et Leucothea, et Athamantis filius, Marinus deus, Latine Portunus, quod portubus praefit. Vid. Cic. de Nat. Deor. 3, 39. Ouid. Fast. 6, 547 Quem nos Portunum, sua lingua Palaemona dicit. Vid. MELICERTA. item Lactant. ad Stat. Theb. 7, 421. Inous Palaemon Virg. Aen. 5, 823. Naufragus Stat. Silu. 2, 1, 180. In huius honorem ludi Isthmii celebrati. Auson. Eclog. extr. p. 567 Isthmia defuncto celebrata Palaemone, notum.*

¶ 2 *Palaemon, Rhemii Grammatici cognomen, cuius vitam dedit Sueton. c. 23. Vineam illius praedicat Plin. 14, 4. Palaemonis artem Grammaticam vocat Iuuenal. 6, 451.*

*PALAEEMONIVS, a, um. Adi. [Παλαίμωνιος] Coronae Palaemoniae, i. Isthmiacae, quae in Isthmiis ludis Palaemoni a Theseo dicis victoribus dabantur. Claud. de Conf. Mall. Theod. 289 Cuncta Palaemoniis manus explorata coronis Adsit. Coronae autem ex pinu erant confectae, vt auctor est Plin. 15, 10.*

*PALAE- vel PALAEO- cum Nominibus locorum praepositur, indicat idem quod vetus, vt Palacmyndus, Palaeopharfalus, Palaepolis, Palaescamander, Palaescepsis, quasi tu antiquam Myndum, Pharfalum, Urbem, Scamandrum, Scepsin dicas: quo significatur, esse etiam alios novos locos, iisdem de reliquo nominibus.*

*PALAEPHATVS, i. m. [Παλαίφατος] Scriptor antiquus historiae mythicae, cuius περί ἀπύτων libellus adhuc exstat. Vel ab hoc vel ab alio est nomen. De aliis huius nominis, vid. Voss. Hist. Gr. 1, 9. et 3, 395.*

*PALAEPHATIVS, a, um. Adi. [Παλαίφατιος] Virg. Ceiri 88 Palaephatiam vocem simpliciter dixit pro Libris Palaephati, quum ait, Infamem tali merito rumore fuisse, Docta Palaephatia testatur voce papyrus: vbi Pachynus frustra restituit Scaliger; docta papyrus testatur voce Palaephatia significat, Palaephatius scriptum reliquit.*

*PALAESTINA, ae. f. [Παλαίστινη] Pars Syriae, laxius accepto nomine, quae Palaestina vocabatur, vt ait Plin. 5, 12 f. 13 qua contingit Arabas, etc.*

*PALAESTINVS, a, um. Adi. [Παλαίστινιος] Aqua Palaestina Ouid. Fast. 2, 464. Deae Idem ibid. 4, 236 videntur esse Furiae: sed a Palaeste Epiri urbe dictae, vt Arenae Palaestinae Luc. 5, 460. Gens Sil. 3, 606. Liquores Palaestini, balsamum Stat. Silu. 5, 1, 211. Syrus Tibull. 1, 7, 18.*

*PALAESTINI, òrum. m. Pl. Incolae regionis. Spartian. in Seuer. c. 17 pr. In itinere Palaestinis plurima iura fundauit.*

*PALAESTINENSIS, e. Adi. Spartian. in Seuer. c. 9 Neapolitani Palaestinenses.*

*PALAESTRA, ae. f. [Παλαίστρα] Luctatio, certamen quoduis corporum nudorum sine armis. Huic maxime olim dedita fuit iuuentus Laconica, virgines etiam ipsae Lacaenae. Vid. Barth. ad Stat. Theb. 4 p. 980. et 6 p. 614. Hieron. Mercur. de Arte Gymn. 1, 6. conf. Turneb. Aduers. 28, 46.*

*Virg. Aen. 6, 642 Pars in gramineis exercent membra palaestris. Ter. Eun. 3, 2, 24 Fac periculum in literis, fac in palaestra, in musicis. Cic. de Legib. 1, 6 Habuitque vires agrestes atque horridas, sine nitore ac palaestra, i. arte, vt apparet exercitium esse in umbra: Vid. mox Decora palaestra Horatii: et pluscula n. 2.*

*Studio palaestrae ignaua iuuentus, Ac vix arma ferens Lucan. 7, 271. Iura palaestrae Propert. 3, 14, 1. Agrestis Virg. Georg. 2, 531. Catenatae Stat. Silu. 2, 1, 110. Nempe nexibus quibusdam et velut nodis (ἀμύρα Graecis) se implicant. Decora Hor. Carm. 1, 10, 2. In salibus ipsa ars, et decentia inde collecta, intelligitur. Sic Cic. de Orat. 1 c. 16 Vt qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palaestrae; sed indicat ipse motus, didicerintne palaestram, an nesciant, etc. Liquida Claud. de Conf. Mall. Theod. 288. i. Quae fit a perunctis oleo liquido. Nitida Ouid. Epist. 16, 149 ob similem causam. Olympiaca Lucan. 4, 614. b. e. In Elide apud Iouis Olympii templum quinto quoque anno fieri solita. Vincta Ouid. Epist. 19, 11.*

*Adiuuat histrionem palaestra Cic. in Orat. 14. Histriones enim mitti solebant ad palaestritas, vt exercitatione palaestrae, membra decentius et corpus mouerent, aptiusque gestum componerent. Exercent patrias oleo labente palaestras Virg. Aen. 3, 281. Habet palaestram quandam hic motus Cic. in Orat. 228. Ludere palaestra Ouid. Epist. 16, 150.*

¶ 2 *Transfertur ad alia. Palaestram, Domum lenonis, vocat Terent. Phorm. 3, 1, 20 Ecce a sua palaestra exit foras, i. Domo lenonis, vbi amator assidue exercetur, vt ait Donatus. Prouerbiali figura Res esse palaestrae et olei dicuntur, Quae non ad serium negotium, sed ad lusum et ostentationem adhibentur, quum in praelio maioribus opus sit viribus. Cic. de Orat. 1, 81 Nitidum quoddam genus est verborum et laetum, sed palaestrae magis et olei, quam huius ciuiliis turbae ac fori. Palaestra cum Decentiam illam significet, qua status, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus venustatem quandam leporemque praeseferant: quae et Chironomia dicitur: quam qui non didicerunt, ii Apalaesti ab antiquis dicti sunt: hoc transtulerunt ad orationis decentiam rhetores: Cic. Orat. 186 c. 56 Numerus — serius aliquanto notatus et cognitus quasi quandam palaestram et extrema lineamenta orationi attulit. Et 228 c. 68 Vt enim athletas nec multo secus gladiatores videmus, nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam, vt quidquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnam, idem ad adspicium etiam sit venustum: Sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuit apta; nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo quid deceat intelligit. Itaque qualis eorum motus, quos ἀπάλαιστος Graeci vocant: talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias, etc. Quintil. 9, 4, 56 Sicut etiam quos Palaestritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos, qui dicuntur ἀπάλαιστοι, vel, quod malim ἀπάλαιστοι. Interdum autem excessum quendam venustatis in umbra scholae collectum indicat. Cic. de Clar. Orat. 37 Phalereus enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palaestra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam in-*

flammat. Procefferat enim in solem et puluerem, non vt e militari tabernaculo, sed vt e Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit: et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam grauis, sed suauitate ea, qua

5 perfunderet animos, non qua perfringeret. *Alioquin virtutis et decentiae nomen est, vt diximus.* Cic. de Legib. 1, 6 de Caelio Antipatro, Habuit vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra. *Es de Orat. 1, 81 Nitidum quoddam genus est verborum et laetum, sed palaestrae magis et olei, quam huius ciuiliſ turbæ ac*

10 fori, *b. e. Ludicrae magis exercitationis, quam generis huius acrioris, quo nos vsimur in concilio et iudicio.*

¶ 3 Palaeſtra, *Locus, in quo corpus exercentibus aliis, philosophi disputabant.* Vitruu. 5, 11 Nunc mihi videtur (tametsi non sint Italicae consuetudinis) palaeſtrarum aedificationes tradere explicate, et quemadmodum apud Graecos constituantur, monstrare. Constituantur autem in tribus porticibus exdrae spatiosae, habentes sedes, in quibus Philosophi, Rhetores, reli-

15 quique, qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. Cic. de Orat. 2, 20 Porticus haec ipsa vbi inambulamus, et palaeſtra, et tot locis sessiones, gymnasiorum et Graecarum disputationum memoriam quodammodo commouent. *Talis est Ciceronis palaeſtra Palatina, i. domui, quam habebat in Palatio adiuncta, de qua ad Att. 2, 4. Plaut.*

Bacch. 3, 3, 20 *de disciplina veteri et seuera:*

Ante Solem exorientem nisi in Palaeſtram veneras,  
Gymnasii praefecto haud mediocres poenas penderes.  
25 Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,  
Saliendo, sese exercebant magis —

Inde de hippodromo et palaeſtra vbi reuenisses domum, etc.

Varro R. R. 2 Pr. 2 *inter partes domus est πάλαιστρα. Etiam villae ruri palaeſtram habebant* Varro 3, 13, 1. Catull. 63, 60 *Abero foro, palaeſtra, stadio et gymnasiis?*

¶ 4 Palaeſtra, *filia Mercurii, de qua Lactant. ad Stat. . . . Quum aliquando Mercurius somnum caperet, quidam dormienti tetendit insidias, qui conata peregisset, nisi eum filia Palaeſtra excitasset. Aliam fabulam de Palaeſtra Mercurii amasia, vid. apud Seruium in Aen. 8, 138.*

35 PALAESTES. m. [πάλαιστος] Lamprid. de Alex. Seuer. c. 27 Palaeſtes primus fuit, in armis magnus, etc. *conf. Idem c. 30.*

PALAEſTRITA, ae. m. [πάλαιστος] *Sodalis palaeſtrae, vel magister, et qui palaeſtrae ministerio dat operam.* Cic. Verr. 4 c, 57

40 Ex Heraclii hereditate, quam palaeſtritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse. *Hi sunt homines Palaeſtrae addicti publico instituto, vt doctores et ministri. Pro peritissimo artis, qui proinde possit praeesse palaeſtrae, atque docere alios, Quinct. 9, 4, 56 Quos palaeſtritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos, qui dicuntur πάλαιστοι. Sic legendum putamus, non πάλαιστοι. Sed humiles et seruilis condi-*

45 *tionis vntores Palaeſtritae. V. g. Pers. 4, 39 de eo, qui se vellendum et depilandum praebet, Quinque palaeſtritae licet haec plantaria vellant. Martial. 6, 39, 8 Ipsa est imago Pannici palaeſtritae. Et 3, 82 Partitur apri glandulas palaeſtritis, vbi pro contempta parte familiae ponuntur: forte sales, quos memorauit modo Persius. conf. Salmaf. in Tertull.*

50 de Pallio p. 273. Mart. 3, 58 *Nec perdit oleum lubricus Palaeſtrita.*

PALAEſTRICVS, a, um. Adi. [πάλαιστικός] *quasi Ex vsu palaeſtrae: siue Quod ad palaeſtram pertinet.* Plaut. Rud. 2, 1, 7 *Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnastico et palaeſtrico. Ars palaeſtrica* Quinctil. 2, 21, 11. *Doctores* Idem 12, 2.

55 Idem 2, 8, 7 *Sic discernet haec dicendi magister, quomodo Palaeſtricus ille (Magister) cursorem faciet aut pugilem, aut luctatorem, aliudue quid ex iis, quae sunt sacrorum certaminum.* Motus Cic. Off. 1, 130 c. 36. *Praetor, Qui fauet palaeſtritis: Cic. Verr. 2, 54 Nunquam vos Praetorem tam palaeſtricum vidistis. Succu palaeſtrici facies*

60 *plena* Apul. Apol. p. 315. *Vacare palaeſtricis, int. magistris, vel exercitationibus* Quinctil. 1, 11, 15.

PALAEſTRICE. Adu. [πάλαιστικός] *More palaeſtritarum.* Cic. de Opt. gen. Orat. 8 c. 3 *Sed ita, vt palaeſtrice spatium in xysto liceat.*

PALAEſTRICOS. Adu. antiq. *Ex vsu palaeſtrae.* Afran. *Etiam* 65 *depellis mihi manum paper (f. pater) palaeſtricos* Non. 2, 658. *Pro illo Paper papae legi vult Iunius.*

PALAEſTRANS, antis. Fulgent. Mythol. 1 *Sudor hic opus est palaeſtrantis ingenii.*

PALAEſTRIVM, *Oppidum in Macedonia, de quo Plin. 4, 10.*

70 PALALIA, ae. f. *Herba, quae et Cyclamen dicitur* Apul. de Herb. c. 17.

PALAM. Adu. [ἐναφανδόν, ἀντικρυς] *Manifeste, aperte, in conspectu, in ore atque oculis omnium: contrarium habet Clam.* Terent. Adelph. 3, 2, 30 *A lenone ipſus eripuit palam.* Donatus, *Coram ad*

75 *certas personas refertur, Palam ad omnes. Palam et interdium, cui contrarium Clam et noctu* Caes. Bell. Ciuil. 3. *Luce palam* Virg. Aen. 9, 153. *Luce et palam comportare aliquid* Cic. in Pison. 23. *Palam et Clam, contraria.* Idem pro Cael. 20 *Palam in eam tela iaciuntur, clam subministrantur. Palam et Obscure, contraria.* Cic.

80 Acad. 4, 13 *Alterum quidem, vt videamus palam, alterum vt suspicamur obscurius. Palam et aperte* Plaut. Bacch. 2, 3, 68. *Cic. Verr. 2, 81 Quae in foro palam Syracusis in ore atque oculis omnium gesta sunt. In foro, palam, multis audientibus recitare, et clarissima voce testari aliquid* Cic. pro Cluent. 25. *Idem Verr. 4, 53 Non*

85 *per praestigias, sed palam per potestatem, vno imperio ostiatum totum oppidum compilarit. Dicere aliquid aperte, palamque* Cic. in Verr. Act. 1, 18 c. 7. *Idem post red. in Senat. 10 c. 5 Quis vllam vllius boni spem haberet in eo, cuius primum tempus aetatis palam fuisse ad omnes libidines Diuulgatum?* Ter. Eun. 1, 2, 24 *Sin falsum, aut vanum, aut fictum Est: continuo palam est, i. Nihil celo.*

90 *Palam est, pisces audire* Plin. 10, 70. *b. e. Certissimum est, et in confesso.* *Palam et ante oculos omnium esse* Cic. Verr. 5, 64 c. 26. *Plaut. Afin. 4, 2, 12 Me honestius est, quam te palam hanc rem Facere. conf. Nep. 23, 7, 7. Facere palam alicui* Nep. 23, 11, 1. *Huius de morte vt palam Factum est* Idem 10, 10, 2. *Facere aliquid aperte, ac palam non ex insidiis* Cic. in Orat. 38 c. 12. *Idem de*

95 *Nat. Deor. 2, 157 Itaque bestiae furtim, vt dixi, Fruuntur: domini palam ac libere. Mentiri palam* Plaut. Truc. 1, 2, 89. *Probare aliquid palam* Cic. pro Flacc. 68. *Gerere palam rem aliquam* Idem Att. 16, 9 extr. *Manifesta res palam indicat* Lucret. 1, 803. *Voce palam pecori, clam sibi quisque Vocet* Tibull. 2, 1, 84. *intell. Amorem.* Cic. Verr. 1 c. 15 *Eum, qui palam est aduersarius, facile cavendo vitare possis. Beatus palam* Terent. Phorm. 1, 3, 17. *b. e. Aperte et sine dubio. Palam, cum Ablatino, pro Coram, Praepositio est.*

100 *Marte palam* Ouid. A. Am. 2, 569. *Liu, 6, 14 Inde rem creditori palam*

palam populo perfoluit. Idem 25, 18. *Adde I. F. Gronou. ad Liu. 25, 18. et Burm. ad Quinctil. Decl. 2, 13. et 6, 14.*

**PALAMEDĒS**, is. m. [Παλαμήδης] Nauplii, Euboeae regis filius, qui *Vlyffis fraude a Graecis interfectus fuit. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inuenisse, scilicet θ ξ ζ φ. Vid. Plin. 7, 56 Praeterea eodem auctore ib. ordinem aciei, dationem signi, tesseras, hoc est symbolum bellicum, et vigilias inuenit. Et has quidem a gruibus alternatim praeuolantibus et vigilantibus didicisse putatur: quas vigilias disertius describit Plin. 10, 23 f. 30. Hinc a Poëtis Palamedis aues, Grues dicuntur. Martial. 13, 75 in Grues, Turbabis versus, nec li- tera tota volabit, Vnam perdidideris si Palamedis auem. Vid. GRVS. Porro etiam mensurarum, ponderum, tabulae lusoriae item, inuentorem praedicant Graeci. Manil. 4, 206 de illo Qui primus numeros rebus, qui nomina summis Imposuit, certumque modum (mensuram) propriasque figuras, signa numerorum et ponderum. De hoc Philostratus in Heroicis multa. Vlyffis primum insaniae simulatio ab eo fuit deprehensa: quapropter non destitit Vlyffes, quin cum apud exercitum proditi- nis falso insimulatum damnari atque lapidibus obrui perfecisset: quem postea Graeci fleuere et magnopere desiderauerunt. Belides Palamedes Virg. Aen. 2, 82. Belidem vocat, quia a Belo originem duxit, a quo se- prima gradu distabat. De eius morte, vid. Seru. in loc.*

**PALAMEDĒVS**, a, um. Adi. Manil. 4, 206 Et Palamedeis certantem viribus ortum. *Vid. ibi Scalig. p. 288. Palamedeum inuentum, subtile.*

**PALANGAE**, f. PHALANGAE, arum. f. Dicuntur Fustes teretes, qui nauibus subiiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad litora subducuntur. Vnde etiam nunc PALANGARIOS dicimus, qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Varro de Vita Pop. Rom. 4 Quum Poenus in fretum obuiani venisset nostris, et quosdam cepisset crudelissime, pro palangis carinis subiecerat, quo metu debilitaret nostros. *Haec Non. 2, 725. Palangas sic ad musculos promovendos adhibuit Caes. B. C. 2, 10. Plin. 7, 56 Praelium Afri contra Aegyptios primum fecere fustibus, quos vocant phalangas. Etiam Graecis φάλαγγες dicuntur et Φαλαγγία. Pro pertica s. veste posuit etiam Ambros. T. V. Opp. Serm. in fest. S. Cyprian. Videtur etiam restituenda Plin. 8, 43 f. 68 de asinis, Nec pontes transeunt, per raritatem eorum translucuntibus fluuiis. Sic Hard. Sed edit. vest. planearum et palancarum.*

**PALANGO**, are. [φαλαγγίζω] Onus aliquod huiusmodi fustibus transueho. Afranius, Et capream vnam semilaceram quaterni simul palangabant. *Vid. Lauremb. Antiq. p. 316.*

**PALANGARII**, f. PHALANGARII, qui palangis adhibitis gestant vel promouent onera, ut modo ex Nonio ostensam. Vitruu. 10, 8 Onerum maxima pondera, cum feruntur a phalangariis, hexaphoris et Tetraphoris. *Vet. Gloss. Phalangarii οἱ ταῖς δακτύλις ἰσοκρεμῶνες βάρη, καὶ πλάνους ἀμα βαρῶζοντες.*

**PALANS**, vid. Palor, ari. in PALVS.

**PALANTIVM**, vid. PALLANTEVM.

**PALARA**, ae. f. Anis, de qua Auctor Philomelae v. 11 Dulce palara sonat, quam dicunt nomine drostain.

**PALARIA**, vid. sub PALVS, i.

**PALARIS**, e. vid. PALVS, i.

**PALAS**, Euandri proauus, vid. PALLAS, antis.

**PALASEA**, vid. PLASEA.

**PALATHA**, ae. f. [παλάθη] Massa proprie scorum et caricarum, 55 teste Hesychio. *Vtitur Vulg. Iudith. 10, 5.*

**PALATIM**. Adu. Volunt esse, et significare Passim vagando. Liu. 5, 28 extr. Tusculum palatim fugerunt: i. Sparsim fugerunt, non turmatim. Verum rectius leg. palati. Alterius lectionis ne mentio quidem apud Drakenb.

**PALATIVM**, i. n. [Παλάτιον] Mons Romae appellatus est, quod ibi pecus pascens balare consueuerit, inquit Festus, sic enim vox eius animalis exprimitur, quasi Balatium. Vnde Naeuius Balatium appellat. Vel a palo, as, quod ibi palare, id est errare pecudes solent, ut ait Festus: Seu, quod Palantes Arcades cum Euandro ibi confederunt. nam ante Romam conditam possessum atque habitatum fuit. Similes Varronis ludi sunt de L. L. 4, 8 p. 16, 11 Quartae regionis Palatium, quod Palantes (forte participialiter accipiendum, dispersi) cum Euandro venerunt; aut quod Palatini, qui et Aborigenes, ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi confederunt. Sed hoc alii a Palatia vxore Latini putarunt. Eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam. Itaque Naeuius Balantium appellat; (a balantibus nempe s. ouibus) Haec Varro. Alii a Palantia Latini matre, quae ibi habitauerit, Palatium dictum volunt. Alii a Pallante Euandri auo. Alii a filia Euandri Palantia, ab Hercule vitata, et postea illic sepulta. Vel certe a Palante eius filio ibi sepulto. Alii a Pale pastorali dea nomen inditum autumant. Sil. 12, 70 Surgit qua celsus ad auras, Aspice, montis apex, vocitata Palatia regi Parrhasio i. Euandro, a quo hoc nomen monti datum ait. Historiam breuem Palatii praemisit Reinesius libro suo de Palatio Lateran. Nihilne te nocturnum praefidium Palatii mouit Cic. Catil. 1 c. 1. Alta Palatia Ouid. Trist. 1, 1, 69. Nemorosa Idem de Arte Am. 1, 105. et Propert. 4, 9, 3 ubi al. pecorosa. Phoebea Lucan. 3, 103.

¶ 2 Palatium, dicitur etiam Domus imperatoria, superba, amplexaque, ut Palatino monte. Quia in eo habitauit Augustus. Vid. Dion. Cass. l. 53 p. 507 qui monet, ab hac origine factum, ut Palatium vocetur alia etiam Imperatoris domus, quocumque posita. Suet. de Claris Grammat. 17 Quare ab Augusto quoque nepotibus eius praeceptor electus, transiit in palatium cum tota schola. Plur. cum respectu tamen ad Augustum, Romana palatia Virg. Georg. 1, 498. ¶ 3 Sed de templo Matris Deorum Secreta palatia Iuuen. 90 Sat. 9, 23. ¶ 4 Obseruat. Palatium primam breuem habet. Ouid. de Arte Am. 1, 105 Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes. Sed l geminato produxit Martial. 1, 71 Inde sacro veneranda petes pallatia cliuo. Add. 4, 5, etc.

**PALATĪNVS**, a, um. Adi. [παλατινός] Quidquid ad Palatium refertur. Atrienfis Palatinus Suet. Calig. 57 qui atria et munditiam eorum curat in Palatio. Hor. Epist. 1, 3, 17 Scripta Palatinus quaecumque recepit Apollo i. quae in Bibliotheca reponuntur, quam in Apollinis aede in Palatia Augustus instituit. Aedes Aur. Vict. Epit. c. 6. Hor. in Carm. saec. 65 Si Palatinas videt aequus Arces, Sapphicus. Bal- neae Palatinae Cic. pro Rosc. Amer. 18. Collis Claud. de Sext. Conf. Hon. 35. Euander Virg. Aen. 9, 9. Gens Ouid. Met. 14, 622. Iugum Idem Fast. 6, 794. Laurus Idem ib. 4, 953. Ludi Sueton. Aug. c. 56. Add. Not. Casaub. Officia Aur. Vict. c. 14. Palaestra Cic. Att. 2, 4 domui Palatinae adiuncta. Martial. 9, 88 105

Aspice Tarpeium, Pallatinumque tonantem, etc. *Duplici l scriptis, ut primam possit producere.* Tribus, *vid. TRIBVS.* Venus Plin. 36, 3.

¶ 2 Palatini, praeter antiquam significationem, sunt, Qui palatium, domum principis, habitant, et officium palatinum exercent, vel, ut loquuntur leges, in sacro Palatio militant. *Vid. Iac. Goshofredi Paratitlon ad Tit. Cod. Theod. (6, 35) de priuilegiis eorum, qui in sacro Palatio militarunt. V. g. Lex prima eius Tituli sic incipit, A Palatinis, tam his, qui Obsequiis nostris inculcata officia praebuerunt, quam illis, qui in Scriptoriis nostris (id est, memoriae, epistolarum, libellorumque) versati sunt, etc. Comites Palatinos nostri operis non esse, indicauimus in COMES.*

PALATVAL, *Sacrificium dicunt, quod fiebat Romae in monte Palatino, laudantque Varr. de L. L. 6, 3. Sed nihil tale hodie apud Varronem esse puto: neque etiam PALATIAR, quod ut Latiar formatum esse ait apud Festum Caes. Rhod. 28, 24. Sed ista sunt Varronis l. c. p. 73, 39 Sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut qui sunt in versibus plerique Volturnalis, PALATVALIS, Furinalis — Obscura est eorum origo Volturnus, PALATVA, Furina, etc. De PALATIA vxore Latini Varronem audiuius in etymo Palatii. Caeterum*

PALATVALIS, Flamen Festo, qui constitutus erat ad sacrificandum ei deae, in cuius tutela erat palatium.

PALATVM, i. n. [*ἄρειον, ἄρειον*] Pars oris interna et superior. Plin. 11, 37 Intellectus saporum est caeteris in prima lingua: homini in palato. Et quibus in solo viuendi causa palato est iuue-

nal. 11, 11. Hor. Epist. 2, 2, 61 Tres mihi conuiuae prope dissentire videntur: Poscentes vario multum diuersa palato. Caeli palatum, per translationem. Cic. de Nat. Deor. 2, 48 c. 18 Dum palato quid sit optimum, iudicat Epicurus, caeli palatum (ut ait Ennius) non suspexit. Nempe contraxisse videtur Ennius, litera i mutata in Consonam, et deinde plane elisa. Quamquam sunt, qui Palatium legunt apud Ciceronem. Caulae palati Lucret. 4, 624. Hor. Serm. 2, 3, 274

Quid quum balba seris Annofo verba palato? i. Per delicias balbutire affectas senex, et puerilia imitatis? Carnosum, *vid. CARO.* Do-

cta et erudita palata fastidiunt fluuiale lupum Colum. 8, 16. i. Quae didicerunt de saporibus recte iudicare. Rescissum Lucan. 4, 328.

Subtile Hor. Serm. 2, 8, 38. Torpens Iuuen. Sat. 10, 203. i. Hebes. *Vid. Iners stomachus, in STOMACHVS.* Veneniferum Ouid. Met. 3, 85 serpentis. Vuens Sil. 7, 651. Deest lingua palato

Ouid. Epist. 15, 111. Exacuit sapor palatum Idem ex Pont. 1, 10, 13.

Excitare palatum Quinctil. 6, 3. O miserabiles, quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non Excitatur Senec. Conf. ad Marc. c. 9 extr.

Exsurdant palatum vina feruida, Hebetant, et surdum faciunt ita, ut saporem non sentiat Hor. Serm. 2, 8, 38. Gustare aliquid palato

Ouid. Fast. 4, 533. Instituire palatum Quinctil. 1, 2. Obserare

45 Catull. 53, 21. Responsat gallina dura palato, Reluctatur, resistit Hor. Serm. 2, 4, 18. Stupuerunt ignauo verba palato Ouid. Amor. 2, 6, 47. Subest vdo palato nigra lingua Virg. Georg. 3, 388. Sup-

plantat tenero verba palato, Supprimat, semifracta non aperta voce enuntians Perf. 1, 35. Tergere palatum gallina Hor. Serm. 2, 2, 24.

50 Torret sicco fitis ora palato Propert. 4, 10, 21. Palatus, etiam Masc. gen. legitur. Cic. de Fin. 2, 24 c. 8 Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.

PALATVS, Partic. a Palor, ari. *Vid. f. l.*

PALEA, ac. f. [*ἀλευρον*] Leuissimum in stramine, proprie folliculi granorum, quod indicat Col. 2, 9, 15 cum nulla palea vestitum granum memorat. De etymo ludit, ut solet, sed ita, ut veram significationem doceat, Varro de R. R. 1, 50, 3 Contra, quod cum spica stramentum haeret, corbis in aream defertur: vbi discedit in aperto loco palam, a quo nominata potest esse palea. Cic. de Fin. 4, 76 c. 27 Ut

60 enim, inquit, gubernator aequae peccat, si palearum nauem euertit, et si auri, etc. *Add. Parad. 3.* Paleae ex leguminibus Col. 7, 3, 22. Culmi pinguis paleae Virg. Georg. 1, 192. Inanes iactantur Idem

ib. 3, 134. Horna Hor. Serm. 2, 6, 88. Leues volitant Virg. Georg. 1, 368.

¶ 2 Alia est Palea, callosa illa et rubicunda

65 caruncula desina a collo galli gallinacei. Varr. de R. R. 3, 9, 5 Gallos fallaces, qui animaduertunt si sunt laertosi, rubenti crista, rostro breui, acuto, oculis raris aut nigris, palea rubra subalbicante, collo vario aut aureolo, feminibus pilosis, etc. Columel. 8, 2, 9 de gallinaceis, Paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent.

70 ¶ 3 Palea aeris, pro Ramento et excremento. Plin. 34, 13.

¶ 4 Palea etiam vocatur, Pars annuli, in qua gemma inseritur. Sic certe Philarg. in Virg. Georg. 3, 53. Sed leg. Pala, de qua Supra.

PALEALIS, e. Adi. In paleis reconditus. ut, Vuac paleales

75 Cael. Aurel. Acut. 2, 37. Idem 3, 21.

PALEATVS, a, um. Adi. [*ἀλευρωτός*] Quod factum est ex paleis, vel paleis opertum, aut admixtum. Columel. de Arboribus c. 8 Quidquid inserueris viti, diligenter libro ligato, atque luto subacto paleato oblinito, operitoque plagam, et ita alligato, ne aqua ventus-

80 ve penetrare possit. Idem 12, 21, 2 Vrceus oblinitur luto paleato. *Add. ib. c. 43, 1. et de Arb. 26, 15.*

PALEARIVM, i. n. [*ἀλευρών*] Locus, vbi conditur palea. Colum. 1, 6, 9 Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, foenilia, paleariaque, et apotheca, et horrea.

PALEAR, ari. n. [*ἄρειον*] Pellis dependens ex gutture boum, forte ob similitudinem cum palea gallinacei generis ita dicta. Columel. 6, 1 de boum forma, Ceruice longa et torosa, palearibus amplis, et paene ad genua promissis, etc. Conf. Varro 2, 5, 7. Larga et circa

90 genua fluentia Pallad. Mart. 11, 2. Senec. Hippol. 1041 Musco tenaci pectus ac palear viret. Stat. Theb. 3, 352 Proscissis palearibus. Pendula Ouid. Met. 7, 118. A mento palearia pendent crurum tenuis

Virg. Georg. 3, 53. Seru. Pelles dependentes e gutture.

PALE. Graeca est dictio, nobis Luctam significans: ἀπὸ τῆς πάλαιδος τὸ εἶμα, hoc est ab agitatione corporis: vnde Palaestra dicta est. *Vid. Stat. Theb. 6, 824 ibique Vet. Schol. et Barth. Pro saltatione accipienda haec vox videtur Sidon. Ep. 9, 13.*

PALES, is. [*Παθηρικὴ θεός*] Deus ac Dea. Ordinarie quidem

100 Pastorum dea, vel pabuli. Hanc quidam Vestam, alii matrem deum volunt. Hanc Virgilius genere Feminino appellat. Alii, ut Varro, Masculino genere, ut hic Pales. Huic sacra soluuntur XI Kalendarum Maiarum die, quae Palilia vocantur. Haec Seru. ad Georg. 3, 1.

Pales Deus est etiam Arnobio non modo l. 3 p. 113 vbi Armentorum et pecorum gregibus Pales praesunt Inuisque custodes: hoc enim

105 ambiguum: sed 3 p. 123 memorat ex Caesio Palem, sed non illam feminam,

nam, quam vulgaritas accipit, sed masculini nescio quem generis ministrum Iouis ac villicum. Martian. Capellan. i p. 16 Vos quoque Iouis filii Pales, et Favor cum celeritate, Solis filia ex sexta (regione caeli) poscimini. — Sed etiam Liber ac Secundanus Pales vocantur ex septima. Pales, dea pastorum mutatione elementi a pariendo nomen habet, quasi Pares sit. Argumento est, quod eius feriae, natalis scilicet urbis Parilia et Palilia dicebantur. Sed et Calpurnius Ecl. 7, 21 attributione mutationem demonstrat, scribens, Aut foecunda Pales, aut pastoralis Apollo. Alii tamen in alia sunt sententia. Turneb. Aduers. 21, 3. Alma Ouid. Fast. 4, 721, qui est locus de ea classicus. Ouid. Fast. 4, 776 Pastorum domine grandia liba Pali. Pastoria Flor. 1, 20, 2. Virg. Georg. 3, 1 Te quoque, magna Pales, etc. Add. Col. 10, 4. Tibul. 1, 1, 14 Et Placidam soleo spargere lacte Palem. Sacra Ouid. Fast. 4, 820. Idem ib. 4, 746 Siluicolam tepido lacte precare Deam. Veneranda Virg. Georg. 3, 294.

**PALILIS**, e. Adi. Quod ad Palis deae cultum pertinet. Ouid. Fast. 4, 798 Hoc argumenti flamma Palilis habet. Libri quidam Parililis legunt: siue id est a balbutie dictantis librario, siue pertinet ad illam Turnebi coniecturam, cui Pales ipsa quasi Pares videtur. Sed vstitutus est

**PALILIA**, orum. n. Plur. vel **PARILIA**. [Παλίλια] Palis deae festa dicuntur. Haec a pastoribus in agris fiebant undecimo Calend. Maii, quo die Romulus urbem fundauit, ad lupos arcendos, morbosque a pecore pellendos, seu pro partu pecoris. Quidam a partu Iliae ducere malunt Parilia. Testis Solin. 2. it. Charisius lib. 1 p. 43. Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 12 Palilia dicta a Pale, quod et feriae ei Deae fiunt. Sed idem R. R. 2, 1, 9 sic argumentatur: Non ipsos quoque (Romulum et Remum) fuisse pastores obtinebit, quod Parilibus potissimum condidere urbem? Perumque legi in MSS. Parilia non Palilia, obseruant Heins. ad Ouid. Fast. 4, 721. et Harduin. ad Plin. 19, 5 l. 24. Conf. Casaubon. ad Perf. 1, 27. et viri docti ad Calpur. Ecl. 2, 63. Et sane facilius balbi homines Parilia potuerunt in Palilia olim corrumpisse, quam contra. Sed antiquissimam esse illam varietatem, Varronis loci indicati ostendunt. Parilibus Romam condidit Romulus Vell. 1, 8, 4. Columel. 7, 3, 11 Primum admitturae tempus vernum Parilibus. Propt. 4, 1, 19 Annuaque accenso celebrare Palilia foeno. Perf. 1, 27 Et focus, et porci, et fumosa Palilia foeno. Ouid. Fast. 6, 257 Dena quater memorant habuisse Palilia, Romam Quum flammae custos aede recepta dea est. i. Annos XL. Add. Ouid. Fast. 4, 721. Tib. 2, 5, 87 At madidus Baccho sua festa Palilia pastor Concinet, etc. Locus hic classicus est. Festa Parilia etiam Ouid. Met. 14, 774. De Parilibus natali urbis Cic. de Diu. 2, 98 c. 74.

**PALILICIVM** s. **PARILICIVM**, i. n. Sidus, quod Hyadas Graeci, Latini voce non ab *πάλιν* plueri, sed ab *πάλιν* sus derivata, Suculas appellant. Plin. 18, 26 l. 66 Hoc est vulgo appellatum sidus Parilicium, (sic Harduin. ex MSS.) quoniam XI Calendas Maii urbis Romae natalis, quo fere serenitas redditur, claritatem obseruationi dedit.

**PALFVRIVS** Sura, Orator et Causidicus, Senatu a Domitiano motus. Vid. Vet. Schol. Iuuen. Sat. 4, 53.

**PALICANVS**, i. m. Lolliae gentis cognomen, de quo vid. Burm. 50 ad Quinctil. 4, 2 pr.

**PALICI**, [Παλίκοι] quasi Palisci, Gemini fratres fuere, Iouis filii, et Thaliae Nymphae, siue (ut alii volunt) Aetnae. Tradunt enim, hanc Nympham a Ioue in Sicilia iuxta Simethum fluium, non longe a Catina urbe compressam, metu Iunonis optasse, ut sibi terra dehisceret, et ita factum esse: sed quum tempus maturitatis infantium, quos alio illa gestauerat, aduenisset, rursus terram hiasse, duosque infantes de alio Nymphae progressos emeruisse, appellatosque fuisse Palicos; vel quod *πάλιν*, id est rursus hiante terra emerissent: vel *ἀπὸ τῆς πάλιν ἡκειν*, quoniam prius in terram merisi, denuo inde reuersi sunt. Nec longe inde breues lacus sunt, sed mirae profunditatis, quos incolae Crateras vocant, et nomine Dellos appellant, fratresque eos Palicorum existimant, et habentur in cultu maximo propter iusiurandum. Nam quum rei negatae fides quaeritur, et iusiurandum a suspecto petitur, uterque ab omni contagione mundi ad Crateras accedunt, accepto prius fideiussore ab eo, qui iuraturus est, de Soluendo eo quod petitur, si ita euentus addiderit: deinde loci numine inuocato iurabat, quod si fideliter fiebat, discedebat illaesus: si vero male iuratum esset, mox in lacu amittebat vitam falsus iurator. Magna praeterea in veneratione erat Palicorum templum, quod quum Siciliam sterilis annus arefecisset, diuino Palicorum responso admoniti Siculi, certum sacrificium fecerunt, post quod statim reuersa est ubertas. Quapropter Siculi omne genus frugum congesserunt in ara Pulicorum, quae ob id pinguis vocitata est. Haec verbis non multum diuersis Macrobius Sat. 5, 19 ad versum Virg. Aen. 9, 585 Pinguis ubi et placabilis ara Palici. Conf. Ouid. Met. 5, 406. et Sil. 14, 220.

**PALILICIVM**, vid. sub **PALES**.

**PALILLOGIA**, ae. f. [παλιλλογία] Iterata locutio: hoc est dictionis alicuius maioris vehementiae causa, repetitio. Quid autem differat ab Epanalepsi, Epanaphora et Anadiplosi, vide Rufinianum et Aquilam Romanum.

**PALIMBACCHIVS**, i. m. [παλιμβάκχιος] Genus pedis et mensurae in carmine vel oratione, constans prima et secunda longis, et vltima breui: ut Augustus. Idem Antibacchius dicitur. Vid. Quinctil. 9, 4.

**PALIMPISSA**, ae. f. [παλιμπισσα] Pix liquida iterum decocta. Plin. 24, 7 de pice, Quidam iterum decoquunt, et vocant palimpissam.

**PALIMPSESTVS**, i. m. [παλιμψεστος] Membrana iterum abrasa, ut alias literas accipere possit. Cic. Fam. 7, 18 Nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam haec scribere. Quidam legunt Palinxestum. Iurisconsulti Deleticiam chartam vocant. Vlpianus l. Chartae D. de bonorum possess. secundum tab. Chartae appellatio est a nouam chartam refertur, et ad deleticiam. Palimpsestus est a *πάλιν* iterum, et *ψάω* rado. Quibusdam placet Palinxestus a *πάλιν* et *ξέω*, eadem significatione: Laudant Catull. 20, 5: Sed ibi ita legitur, Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura Perscripta, nec sic, ut fit in palimpsesto, etc. Vid. Turneb. Aduers. 25, 22. Leopard. Emend. 13, 11. ¶ 2 Palimpsestum meliore iure vocatur membrana, ita parata, ut eam saepe liceat delendis literis scripturae nouae adhibere. Talem describit Martialis. 14, 7 Esse puta ceras licet haec membrana vocetur: Delebis quoties scripta nouare voles.

**PALINODIA**, ae. f. [παλινοδία] Recantatio vel retractatio dicitur. Vnde Palinodiam canere, est Diuersum ab iis, quae prius dixeris, dicere, atque in contrarium vertere sententiam. Subturpicula mihi videbatur esse palinodia Cic. Att. 4, 5. Idem ib. 2, 9 Si vero quae de iis

me pacta sunt, ea non seruantur, in caelo sum: vt sciat hic noster Ierofolynarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit, quantum expecta diuinam palinodiam. *Add. Cic. Att. 7, 7. Macrobr. 7, 5. Palinodia, pro Vetere et iterata cantione. Ammian. 18, 5 Cohors palinodiam in exitium concinens nostrum.*

**PALINVRVS**, i. m. [*παλινυρος*] *Promontorium est in Lucania: et portus prope oppidum Veliam: dictus a Palinuro Iasi filio gubernatore. que classis Aeneae ibi sepulto, qui per somnum in mare de naue ceciderat.* Lucan. 9, 41 Hinc placidis alto delabitur auris In litus, Palinure, tuum. *Nempe* 2 **Palinurus** *Gubernator classis Aeneae.* Virg. Aen. 5, 871 Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Iasides **Palinurus** Idem ib. 5, 843. *Gubernator Idem ib. 5, 12. Cum ad verbum sit Palinurus, bis meiens: πάλιν enim iterum, ἕως vrina, lusit* Martial. 3, 78 Minxisti currente semel Paulline carina; Meiere vis iterum? iam Palinurus eris.

**PALINXESTVS**, vid. **PALIMPSESTVS**.

**PALIVRVS**, i. m. [*παλιυρος*] Spinae et rubi genus est, inquit Plin. 24, 13. Virg. Ecl. 5, 39 Carduus et spinis surgit paliurus acutis. *Paliuri meminit Theophrast. 3, 17. Hinc apparet Seruui lapsus, qui in carmen illud Virgilianum supra citatum sic ait, Paliurus, herba est asperrima et spinosa.*

**PALIVREVS**, a, um. Adf. Fulgent. Mythol. 1 **Paliurea** prata incedente premere planta, i. spinosa.

**PALLA**, ae. f. [*πάλλιον γυναικῶν*] *Honestae mulieris vestimentum, hoc est tunicae pallium, auctore Nonio 14, 7: dicta quod palam et foris est, inquit Varr. de L. L. 4, 30 ad vestigia vsque demissa. Martinias a πάλλω vibro. Vid. Ferrar. de Re vestiar. p. 1, 3, 18. Virg. Aen. 11, 652 Pro longae teginine pallae Tigridis exuinae per dorsum a vertice pendent.* Idem ib. 1, 648 Pallam signis auroque rigentem.

Apul. Met. 11 p. 258, 24 **Palla** nigerrima splendescens atro nitore, quae circumcirca remeans, et sub dextrum latus ad humerum laeuum recurrens, umbonis vice deiecta parte lacinae, multiplici contabulatione dependula, ad vltimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat. Per intextam extremitatem, et in ipsa eius planitie stellae dispersae coruscabant — Quae tamen insignis illius pallae perfluebat ambitus, indiuiduo nexu corona totis floribus, totisque constructa pomis adhaerebat. *In descriptione Isidos, qualis per quietem apparuerit. Indecora vestis viro Romano.* Cic. Philipp. 3, 16 **Nempe**

ille, qui cum palla et cothurnis numos populo de Rostris spargere solebat. *Martialis 1, 93 Dimidiatasque nates Gallica palla tegit. Strab. lib. 5 Tunicarum, inquit, vice pallas manicatas gestant, ad verenda vsque, natesque medias pertingentes. Quae verba, Martialis versum videntur interpretari. Palla ab Horatio honesta dicta mulierum erat.*

Martial. 11, 105 Fascia te, tunicaeque tegunt, obscuraque palla. *Vtebantur et citharoedi. Vid. Sueton. Interpr. in Calig. c. 54. et Barth. ad Claud. p. 736. Ouid. Met. 11, 165 Ille caput flauum lauro Parnaside*

vincetus, Verrit humum Tyrio saturata murice palla. *Et tragoedi.*

Hor. A. P. 278 Personae pallaeque repertor honestae Aeschylus. *Item*

Ouid. Amor. 3, 1, 12 Fronte comae torua, palla iacebat humo. *Pallam vocat Hor. Epod. 5, 65 quam Medea muneri funesto misit Creusae.*

Idem Sat. 1, 2, 99 Ad talos stola demissa, et circumdata palla Plurima, etc. *Aurea palla Ouid. Amor. 1, 8, 59. Fulgens Claud. de Rapt. Proserp. 2, 26. Horrida Stat. Theb. 1, 110. Nigra palla*

succincta *Canidia venefica Hor. Sat. 1, 8, 23. Splendida multo croco Ouid. Epist. 21, 162. Superba Idem Amor. 3, 13, 26. Tenuis Tyrio stamine Senec. Hippol. 3. Cingat tunicas palla solutas Idem*

Troad. 2, 5. *Circumdata palla plurima Hor. Serm. 1, 2, 38. Ferrit imos alba pedes Valer. Argon. 1, 385. Fusa lutea ad teneros pedes Tibul. 1, 7, 49. Induta nitentem Ouid. Met. 14, 262. Succincta palla cruenta Tiphone Virg. Aen. 6, 555. Succinctam nigra vadere palla Hor. Serm. 1, 8, 23. Ouid. Epist. 21, 162 Et Trahitur multo splendida palla croco. Trahi dicitur propter longum a tergo dependens syrma. Trahere pulueream pallam Ouid. Met. 6, 705.*

*De etymo vid. quae notamus in SIPARIUM.*

**PALLVLA**, ae. f. Dimin. Plaut. Truc. 1, 1, 32 Aut petit aurum quod conscissa pallula est.

**PALLACANA**, ae. f. *Caepae genus, nullo fere capite, radice tantum oblonga, quod subinde refecatur, ut porrum. Plin. 19, 6 Apud nos prima duo caeparum genera, vnum condimentarium, quod illi Getyon, nostri Pallacanam vocant. Seritur mensibus Martio, Aprili, Maio. Alterum capitatum, etc. Conf. Apic. 4, 2.*

**PALLACE**, es. *sive PALLACA, ae. f. [παλλακῆ] Graecum est, et significat Concubinam. Sueton. in Vesp. c. 21 Post decisa quaecunq; obuenissent negotia, gestationi, et inde quieti vacabat, accumbente aliqua pallacarum, quas in defunctae locum Caenidis plurimas constituerat. Conf. Plin. 35, 10.*

**PALLADIVS**, vid. post **PALLAS**.

**PALLANTEVM**, vid. post **PALLAS** rex *Arcadiae.*

**PALLANTIAS**. [*Παλλαντιάς*] Palus est in Africa, non procul ab Aris Philaenorum ad Tritonem amnem, quam etiam Tritonidem paludem appellatam inuenimus: circa hanc paludem Palladem primum apparuisse ferunt, vnde ex ea natam nonnulli putauerunt Plin. 5, 4.

**PALLANTIAS**, ädis. f. **PALLANTIS**, ädis. f. *Pallantis gigantis filia, Aurora. Ouid. Met. 15, 191 Cum praecua luci Tradendum Phoebos Pallantias inficit orbem. Idem 15, 700 Sexto Pallantidos ortu, i. die sexto. Sic Fast. 6, 567 Pallantide eadem, i. die eodem.*

**PALLAS**, antis. m. *Claudii libertus, nimium potens. Vid. Tac. Ann. 12, 53, 2. Idem 14, 65, 1. Plin. Epist. 7, 29.*

**PALLAS**, antis. m. [*Πάλλας*] *Rex Arcadiae, proauus Euandri, qui ab eo urbem suam ad Tiberim conditam Pallanteum appellauit. Virg. Aen. 8, 54 Posuere in montibus urbem Pallantis proauui de nomine Pallanteum. Conf. ibid. v. 341. Alius Gubernator Aeneae Virg. Aen. 10, 160.*

**PALLANTEVM**, i. n. *Vrbis nomen antiquorum Arcadum, Euandri sciorum, de quo Virg. Aen. 8, 54 Pallantis proauui de nomine Pallanteum. Moenia Pallantea vocat 9, 196. Huius nomen in Palatium et Palatinum collem mutatum ait Dionysius Halicarn.*

**PALLAS**, ädis. f. [*Πάλλας*] *Iouis filia sine matre, Minerua Latinis proprio nomine dicta. Quum Iupiter Iunonem uxorem videret non ferentem filios, percussit sibi capite Palladem armatam edidit: dicente*

Lucan. 9, 350 Hanc et Pallas amat, patrio quae vertice nata est. *Es*

Ouid. Fast. 3, 815. *Dicta est autem Pallas, (si nugae audire Grammaticorum placet) quod Pallantem gigantem interfeceris (Seru. ad Aen. 1, 43)*

quum



quum prius Tritonia vocaretur a Tritone palude, ubi primum visa est. Vel a πάλαι, vibro, quatio: eo quod hastam vibrare consueverit docueritque. Vel a saltatione in armis, nam vel sese a terra attollere, vel manibus aliquid afferre dicimus πάλαι et πάλαισται, id est vibrare, agitareque et agitari, et saltationem perpeti. Alii a Pallante patre dictam volunt: Nempe inter quinque Mineruas, quas enumerat Cic. de Nat. Deor. 3, 59 c. 23 ultima est Pallantis filia, quae patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. Caeterum Pallada s. Mineruam Cic. de Nat. Deor. 3, 53 c. 21 Belli inuentricem et principem esse dixit. Prinde a nonnullis Bellona vocata fuit, soror et auriga 10 Martis, de qua s. l. Virgo fingitur, et innupta, ut Virg. Aen. 2, 31 Pars stupet innuptae donum exitiale Mineruae. Sed infinitum est omnes illius μῦθος persequi. Videamus attributa illius, praesertim Poetica. Nata Tonantis inclyta Pallas Senec. Agamemn. f. 5. Rami Palladis, Oliuarum rami, quam arborem illa protulisse dicitur in certamine, quod 15 de Athenarum possessione cum Neptuno habuit Virg. Aen. 7, 154. Armifonae Palladis sancta numina Idem ibid. 3, 544. Alma Pallas Tritonis Lucret. 6, 750. Armata Senec. Agamemn. f. 6. Armifona Valer. Argon. 1, 73. Bellica Ouid. Met. 5, 46. Belligera Senec. Herc. fur. f. II. Doctissima Cic. in Arat. v. 302. Innuba 20 Valer. Argon. 1, 87. Seuera Stat. Silu. 1, 6, 1. Tetrica Claud. in pr. Conf. Stilich. 2, 275. Tritonia Virg. Aen. 5, 704. Tritonia, armipotens, Gorgophora, Pallas, Minerua Pseudo-Cic. antequam iret in exil. 24. 2 Obseruat. Pallas, pro Oleo, quod inuenit Ouid. Trist. 4, 5, 4 Ut vigil infusa Pallade flamma solet. Pingui 25 Pallade tingere membra, Ungere oliuo Ouid. Epist. 19, 44. Vestae aliquando hoc nomen tribui obseruat Spanb. ad Cullim. p. 588. conf. Propert. 4, 4, 43.

PALLADIUS, a, um. Adi. [Παλλάδιος] Quod est Palladis. Ouid. Epist. 17, 133 Nec te Palladios, nec te Iunonis honores, etc. 30 Idem de Arte Am. 1, 727 Et tu Palladiae petitur cui fama coronae, i. Qui contentis ad titulos magnae eruditionis. Arbor, i. Oliua Sil. 1, 238. Arces, Athenae Ouid. Met. 7, 399. Ars Propert. 3, 7, 42. Latices, Oliuum Ouid. Met. 8, 275. Opus Phaedr. 4, 6 quo Argo naus fabricata est. Puppis, Argo Valer. Argon. 8, 292. Silua 35 Virg. Georg. 2, 181.

PALLADIUM, i. n. [Παλλάδιον] Forma Diminutiua, quasi paruula Pallas, fuit in vrbe Troiana antiquissimum Palladis simulacrum, mouens oculos, atque hastam, quam manu gestabat, ut scribit Seruius ad Aen. 2, 166. Nam, quum apud Troiam in honorem Palladis arx, et in 40 eius summo templum illi aedificaretur, e caelo desiliit, et locum sibi in eo templo delegit, nondum cooperta aede. moxque ab Apolline redditum est oraculum, eius ciuitatis futurum exitium, si id simulacrum extra moenia portaretur. Quod Ouid. Fast. 6, 420 est elegantissime prosequutus. Quo factum est, ut tempore belli Troiani Diomedes et Vlysses cuniculis, 45 vel ut alii dicunt, cloacis ascenderint in arcem, et occisis custodibus simulacrum sustulerint: ideo autem id negotium his potissimum datur, quia cultores fuerunt Mineruae. Seruius haec et longe plura ad Virg. Aen. 2, 162 Omnis spes Danaum, etc. et alia aliis locis: Romae in templo Vestae asseruatum est, ut pignus imperii. Lucan. 9, 994. Liu. 5, 22. 50 Sil. 13, 47 et ibi Drakenb. Arnobius l. 4 tradit Gentiles ipsos prodidisse Palladium compactum esse ex Pelopis reliquiis; hoc est, ex ossibus Pelopis a Scytha quodam fabricatum et Troianis venditum, ut interpretatur Iul. Firmic. de Error. Prof. Rel. p. 31 ed. Oisfel. Vid. et Barb. Aduers. 60, 2. Tomasinus de Donariis p. 33 obseruat, innumera 55 ex ligno in vrbe Palladia fuisse: Cic. pro Milon. 33 Exhibe quaeso Sexte Clodi librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo, et ex mediis armis, turbaque nocturna tanquam Palladium sustulisse. Caeleste Sil. 13, 50. Furta Palladii Virg. Aen. 9, 151. Cic. Phil. II, 24 c. 10 Reddite prius nobis Brutum, lumen et decus ciuitatis: qui ita conseruandus est, ut id signum, quod de caelo delapsum Vestae custodiis continetur.

PALLENES, es. f. [Παλλήνη] Regio est in litoribus Macedoniae. Virg. Georg. 4, 590 Hic nunc Emathiae portus, patriamque reuisit Pallenem. Alta Pallene Senec. Herc. fur. 978. Hyperborea Ouid. 65 Met. 15, 357.

PALLENAEVS, a, um. Adi. [Παλληναίος] Triumphus Pallenaeci, Apollinis contra Gigantes in Agris Phlegraeis Stat. Silu. 4, 2, 56.

PALLENENSIS Isthmus, Macedoniae regio, in qua est Cassandria colonia Plin. 4, 10. 70

PALLEO, vid. PALLOR.

PALLIUM, i. n. [ἱμάτιον, περιβόλιον] Dictum putatur, quod palam sit et foris: sub eo enim Tunica sumebatur, longe lateque diffusum, et viris, mulieribusque conueniens. Proprie autem Graecus habitus. Vnde Palliati Graeci dicti sunt, et Comoediae palliatae, quae sunt secundum ritus et habitus hominum palliatorum Graecorum. Auctores Donatus et Diomedes 4 p. 487. Suet. in Aug. c. 98 n. 5 Sed caeteros continuos dies inter varia munuscula, togas insuper, et pallia distribuit; lege proposita, ut Romani Graeco, Graeci Romano habitu vterentur. Pallium quoque erat philosophorum. Gell. 9, 2 Video, 80 inquit Herodes, barbam et pallium, philosophum nondum video. Pallia, inter communia vestimenta annumerantur Vlpiano, quae promiscua appellat: vii Tiberius apud Tacit. Ann. 3, 53 Promiscuas viris et feminis vestes reprehendit. Palliis etiam in lecto utebantur, ut veste 85 stragula. Ouid. Amor. 1, 2, 2 Mi dura videntur Strata, nec in lecto pallia nostra sedent. Add. Idem ibid. 1, 4, 50. Iuuenal. 6, 23, 6 Onerosaque pallia iactat, gestus aegrotantis. Sic Catullus ad Iphithillana, Nam pransus iaceo et fatur, supinus Pertundo tunicamque palliumque. Tertull. de Pallio c. 5 pr. Haec nimirum indignitas erit a toga ad pallium, i. ab habitu Romano et forensi ad Graecum, philosophicum, domesticum. Sic in Verre Praetore Populi Rom. reprehenduntur Tunica et pallium Cic. Verr. 4, 54. Caeterum libellus modo laudatus Tertulliani apologia est satyrica pro pallio, quo togam commutauerat: quem librum cum longo commentario illustraret Salmastius, quidquid de pallio dici potest congeffit. Nobis satis est Epitheta et verborum formulas potiores ponere. Misellum pallium, vid. MISER. 95 Onerosa aegrotae mulieri pallia, quae lectorum esse etiam diximus Iuuen. Sat. 6, 235. Purpureum Cic. Verr. 5, 31. Serica Stat. Silu. 3, 4, 89. Amictus pallio Cic. de Orat. 3, 125. Attolle pallium, Ter. Eun. 4, 6, 32 dicitur timido, qui prae metu componere vestem obliuiscitur. 100 Colligere, Plaut. Capt. 4, 2, 9. et 4, 3, 9 sqq. Conficere Cic. de Orat. 3, 125. Coniicere in collum Plaut. Epid. 2, 2, 10. Demissa terrae Ouid. Amor. 3, 2, 25. Iactare Iuuen. Sat. 6, 235. Iniicere alicui, vid. INIICIO. Iniicit lanicum pallium Ioui Dionysius, aureum amiculum detraxit Cic. de Nat. Deor. 3, 83. Sumere pallium 105

Cic. pro Rabir. Post. 26. Tegere corpus pallio Idem de Diuin. 2, 143 c. 69. Tunica pallio propior Plaut. Trinum. 5, 2, 30. *Allegoria prouerbialis, qua significatur, Ex amicis nos aliis magis esse deuinctos: neque parem omnium habendam esse rationem. Ex Erasmo.*

5 PALLIOLVM, i. n. Dimin. [*παιδιον*] Cic. Tusc. 3, 56 c. 23 Saepe est etiam sub palliolo fordido sapientia. Ex Caecilio. Plin. 16, 8 Quidam aliter epithimum tradunt sine radice nasci tenui similitudine pallioli. *Capiti tegendo et inuoluendo adhibebatur. Ita Palliolum sicut fascias, quibus crura vestiuntur, et focalia, et aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo* Quinctil. 11, 3, 144. *conf.* Sen. Qu. Nat. 4. Ouid. de Arte Am. 1, 733 — nec turpe putaris, Palliolum nitidis imposuisse comis. Iuuen. Sat. 3, 94 Vel Dorida nullo Cultani palliolo.

PALLIOLĀTIM, Adu. [*παιδιον*] Plaut. Pseud. 5, 1, 29 Sed palliolatim amictus sic incessi ludibundus, i. Pallio indutus.

PALLIOLĀTVS, a, um. Adi. [*παιδιωδης*] Pallio indutus. Suet. de Claud. c. 2 Palliolatus nouo modo praefedit. Martial. 9, 34 Hanc volo quae facilis, quae palliolata vagatur.

PALLIĀTVS, a, um. Adi. [*παιδιωδης*] Idem. Cic. pro Rabir. Post. 15 Itaque obicias licet quam uoles saepe palliatum fuisse. Palliata mendicabula Apul. Flor. 9. Iudex modo palliatus, modo togatus Cic. Philipp. 5, 14 c. 5. Suet. Caes. c. 48. *Hinc comoediae palliatae* Diomed. 4 p. 487 pr. Graecas fabulas ab habitu Palliatae Varro ait nominari. Sic Andriam, Eunuchum, Adelpbos Terentii

25 Palliatae uocat Donatus. PALLIO, āre. [*καλυπτω*] usurpauit, si verum est, quod negat Index Floridi, Apuleius, pro Tegere et celare: Nec palliari, inquit, tam aperta res potest.

PALLIŌLO, āre. Idem. Caecil. apud Non. 2, 624. Sed Mer-

30 cer. aliter. PALLIASTRVM, i. n. [*παιδιον*] Rude ac vile pallium. Apul. Met. 1 p. 104 Ecce Socratem contubernalem meum conspicio: sedebat scissili palliastro semiamictus. Vid. Ferrar. de Re Vest. 2, 4, 14.

PALLOR, ōris. m. [*ωχρας, ωχραις*] Color aegrotorum, fame 35 confessorum, metuentium, e sanguinis vel absentia, vel paucitate vel corruptione. Plin. 14, 22 Hinc pallor, et genae pendulae. Simillimus buxo pallor Ouid. Met. 11, 417. Pallor anni continuus Plin. 2, 30. Pallor et inuidia Plin. 28, 9. Cic. Tusc. 4, 19 c. 8 Ex quo fit, ut pudorem rubor, sic terrorem pallor, et tremor, et dentium

40 crepitus consequatur. Albus Hor. Epod. 7, 15. Exanimis Stat. Theb. 12, 739. Gelidus Stat. Achil. 1, 158. Luridus Ouid. Met. 4, 267. Luteus Hor. Epod. 10, 16. *Nempe in corpore alias fusco flauus est pallor, albus in candido.* Tacitus Ouid. Fast. 6, 19. ¶ 2

Verborum formae: Magno cum tremore et pallore aliquid Dicere Cic. 45 pro Flacco c. 4. Figit gelidus pallor Nereida Stat. Achill. 1, 158. Fugat ruborem pallor Sen. Med. 11, 3. Inficit ora Hor. Epod. 7, 15. Notare aliquem pallore Lucan. 8, 55. Obiit ora pallor Ouid. Met. 11, 418. Occupat ora Virg. Aen. 4, 499. Tinctus viola pallor

50 amantium Hor. Carm. 3, 10, 14. Lucret. 4, 337 Quae contage sua palloribus omnia pingunt. ¶ 3 Pallor situs est, vitium a quiete in locis humidis contractum. Ne pallorem Trahat vas, alte suspenditur Colum. 12, 41, 4. i. situm. Idem 12, 50, 16 Siccata dolia

suffumigare alba cera, ne pallorem capiant. Et 12, 55, 1 de snapi, Vt omnem amaritudinem et pallorem exfaniat. Vitruu. 6, 7 de po-

55 sitione bibliothecae, Venti infundentes humidos spiritus volumina pallore, corrumpunt. *Etiā Infernae domus pallor apud* Lucan. 5, 628 nihil aliud est quam apud Virg. Aen. 6, 462 Loca senta sita. Lucan. 3, 414 Ipse situs, putrique facit iam robore pallor Attonitos. Quod igitur Pallorem a librariis male poni, pro squalore uult Burm. ad

60 Quinctil. Decl. 5, 19 p. 122 ea in re Heinsum non nimis prouide uideatur secutus; quod euincunt, quae ad Quinctil. 1, 2, 18 disputat Gesnerus, et hic, itemque in PALLEO et PALLESCO a nobis referuntur. Postea ipse Burmannus Lucan. 3, 414 Pallorem defendit a Squalore Cortii; et ad 5, 628 canonem constituit, Pallorem proprie esse in coloris mutatione a situ,

65 Squalorem a sordibus inductis. Sed ipse dubium relinquit, an semper illum vel auctores, vel librarii certe obseruauerint.

PALLOR, Deus ita dictus, a Tullo Hostilio templo donatus. Liu. 1, 7. conf. Lactant. 1, 20. et Dempster in Rosin. Ant. p. 72.

- PANAETIVS, i. m. [Παναίτιος] *prima corr. Rhodius, Stoicus philosophus, praeceptor Scipionis Africani, scripsit de Officiis, vnde Cicero* 25 *bonam partem suos libros est mutuatus. Vid. Paterc. 1, 13, 3. et Cic. de Fin. 4, 9. Hor. Od. 1, 29, 13 Libros Panaeti, Socraticam et domum iungit, i. Stoicam et Academicam philosophiam.*
- PANAETOLIVM, i. n. [Παναίτωλιον] *Vniuersae Aetoliae concilium.* Liu. 31, 28 Concilium Aetolorum statuta die, quod Panaetolium 30 *vocant, futurum erat. Idem 35, 32.*
- PANAETOLICVS, a, um. Adi. [Παναίτωλικός] Liu. 31, 32 *extr. Quum legib. cautum esset, ne de pace bellouē, nisi in Panaetolico, et Pylaico concilio ageretur.*
- PANAEVS, Pictor Phidiae frater, pinxit praelium Atheniensium 35 *apud Marathona factum Plin. 35, 8. Induxit et Mineruae tectorium lacte et croco subactum Idem 36, 23.*
- PANARĒTVS, i. m. [παναρέτος] *dici potest, Omnium virtutum continens: πάν enim totum significat, ἀγερή virtus.* Martial. 6, 89 *Arguto madidus pollice panaretus.*
- 40 PANARIVM, *vid. PANIS.*
- PANATHENAEA, ὄρου. n. Pl. [Παναθήναια] *Quinquennialia Mineruae festa, seu ludī ac celebritates, quae quinto quoque anno in Palladis honorem Athenis fiebant: vnde apud Cic. in Orat. 38. et de Sen. c. 5 et 7 Panathenaeus liber ab Isocrate scriptus, sic dictus, quoniam in* 45 *Panathenaeis erat recitandus. Continet autem Athenarum encomium, et rerum ab Atheniensibus gestarum.*
- PANATHENAEICON, i. n. [παναθηναϊκός] *Vnguenti genus, quod (ut Plin. 13, 1 inquit) Athenae perseveranter obtinuerunt.*
- PANAX, *vid. PANACES.*
- 50 PANCARPIAE, ἄρου. f. Pl. *dicuntur Coronae ex vario genere florum factae Fest. et Tertull. adu. Valent. c. 12.*
- PANCARPINEVS, a, um. Adi. *apud Varronem esse dicitur.*
- PANCARPON, i. n. [πάνμαρπον] *Spectaculi genus est, quasi Omnium arborum fructibus concinnata filua, apud Imperatorem in Nouel.* 55 *de Consulib. §. ac primus quidem. conf. Cassiod. Var. 5, 42. et Cerd. Adu. 52, 3.*
- PANCHĀIA, ae. f. [πανχαία] *Regio Arabiae, tota arenosa, in qua arbores sponte natae tus emittunt. Virg. Georg. 2, 139 Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis. Seruius scribit Panchaiam,* 60 *Arabiam, et Sabaeorum gentem eandem esse, apud quam nascitur tus. Diues Tibul. 3, 2, 23.*
- PANCHAEVS, a, um. Adi. [πανχαίος] *Arx Valer. Argon. 1, 575. Cinnama Claud. de Nupt. Hon. 94. Odores, Arabici* *Lucret. 2, 417. De Panchacis Ophiophagis, deserta Libyae habitanti-* 65 *bus Mela 3, 9.*
- PANCHĀICVS, a, um. *Aliud* Adi. [πανχαϊκός] *Tellus Ouid. Met. 10, 309.*
- PANCHRESTVM, i. n. [πανχρηστον] *Medicamentum nobile, quod Latine dici potest Omnibus conducibile, vel omnibus affectibus utile,* 70 *Cic. Verr. 3, 152 c. 65 Aduentu L. Metelli Praetoris, quum omnes eius comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicis redemisset, aditum est ad Metellum, et educus est Apronius. Pecuniam intelligit Plin. 36, 20. Etiam dicitur Panchrestos fem. Medicamentorum compositio Plin. 23, 7.*
- 75 PANCHRESTARIVS, i. m. *Artifex operis dulciarii. Arnob. 2 p. 70. Vid. Elmenhorst. et Turneb. Aduers. 13, 14. et Salmas. in Lamprid. Heliog. c. 32.*
- PANCHRŌMOS, i. m. [πᾶνχρημος] *Herba Verbenacae Apul. de Herb. c. 3.*
- 80 PANCHRVS, i. m. *Gemma varii coloris Plin. 37, 10.*
- PANCHRYSOS, i. com. *Totus aureus. Plin. 5, 29 Berenice (vrbs Aegyptii) Panchryfos cognominata est.*
- PANCRATION, *quidam PANCRATIVM, Herba apud Galen. 8. de Simplic. Medic. facultatibus 32. Vid. et Dioscor. 2, 168. Pro* 85 *cichoreo Plin. 20, 8. Pro scilla Plin. 27, 12. et Apul. de Herb. c. 42:*
- PANCRATIVM, i. n. [πανκρατίον] *quasi omnium virium pugna, neruorum omnium contentio, Ludus gymnicus, luctam et pugilatum complexus: quod Graecis (res enim Graeca est) Auctoribus conficit luculenter* *Pet. Faber Agonist. 1, 9. Diserte in primis Aristoteles, ὁ δυνάμενος θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός ὁ δὲ ὥσαι τῆ πλῆγῃ, πυκτικός ὁ δὲ ἀμφοτέροις τέτοις πανκρατιαστικός. Ita Diagoras apud Gell. 3, 15 Tres filios habuit, vnum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. Gellius idem 13, 27 graphicam habet descriptionem: Athletarum, qui Pancratiae vocantur, — ad certandum vocati proiectis alte brachiis consistunt, caputque et os suum manibus oppositis quasi vallo praemou-* 95 *niunt, membraque eorum omnia priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata. Sen. de Benef. 5, 3 Lacedaemonii vetant suos pancratio aut cestu decernere, vbi inferiorem ostendit victi confessio, etc. Poetica igitur licentia potius, quam* 100 *ex vero Propert. 3, 12, 8 Puluerulentaque ad extremas stat femina metas, Et patitur duro vulnera pancratio. Quintil. 2, 9, 13 Sicut ille exercendi corpora peritus, non si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce tantum, aut nexus modo, atque in iis certos aliquos docebit: sed omnia, quae sunt eius certaminis. Pancratio vin-* 105 *cere Plin. 35, 11.*

PANCRATIARI, [παγκρατῖαιροι] Gloss. Lat. Gr.

PANCRATIASTES, ae. m. [παγκρατιαστῆς] Qui hoc ludo utitur, certator et victor adeo pancratii. Gell. 3, 15 Diagoras tres filios habuit: vnum pugilem, alterum pancratiaffen, tertium luctatorem. Adde Plin. 34, 8. et Sen. Excerpt. controu. 5, 3.

PANCRATIAS, ae. Idem. Certe Gell. 13, 27 Athletarum, qui Pancratiae vocantur, tuetur Gronouius, et ex hoc ipso loco hanc formam nominis probari, contendis.

PANCRATICE. Adu. [παγκρατιαστικῶς] i. Robuste: unde Pancratice valere, i. Robustum esse, ut solent, qui pancratio exercensur. Plaut. Bacch. 2, 3, 14 Benene vsque valuit? C. pancratice atque athletic. Vid. Panuin. de Lud. Circ. 2, 2.

PANCROS, Gemma, vid. PANCHRVS.

PANDA, seu PANTICA, Dea a Romanis summa in veneratione habita est, sic dicta, quod pandat, id est aperiat viam. Arnobius 4 p. 128 15 Panda item dicta dea pacis, a pandendis et aperiendis Iani portis. Meminit Gell. 15, 15. conf. Voss. Etymol. p. 366.

PANDANA, Porta Romae, quae antea Saturnia dicebatur, ita dicta a verbo Pando, quod semper pateret ad res, quae in urbem ferebantur. Eadem appellabatur Libera a libertate. Auctores Pomp. Fest. 20 et Varro de L. L. 4, 7. et Solin. c. 2.

PANDATORIA, ae. f. [Πανδατορία] Insula in mari Tyrrheno Ptolem. 3, 1. conf. Solin. c. 9. et Plin. 3, 6. Pandataria vocatur Sueton. Tib. c. 53. et Calig. c. 15.

PANDECTES, et Pl. PANDECTAE, arum. c. [πανδέκται] dicuntur Volumina nihil non continentia, et ex quibus possis, quod velis, velut e cornucopiae depromere: ut Pandectae legum, quae omne ius complectuntur, a πάν omne, et δέχομαι capio, suscipio. Gell. Praef. operis, Sunt, qui libros suos pandectas, inscripserunt. Hanc inscriptionem Plinius quoque in Praefatione inter illecebrosas et magna promittentes numeravit, propter quas, ut ipse inquit, vadimonium deferri possit. Gell. 13, 9 Tullius Tiro — libros complures — composuit.

In his esse praecipui videntur, quos Graeco titulo πανδέκται inscripsit, tanquam omne rerum atque doctrinarum genus continentes. Cum Digesta iuris Iustinianei etiam Pandectas vocare visum sit (Justin. de confirmat. Digestor. §. 1 Nomenque libris imposuimus Digestorum seu Pandectarum, qui omnes disputationes et decisiones in se habent legitimas, et quod vndique fuit collectum hoc in sinus receperunt) nata fuit ICtis etiam de genere nominis disputatio. Si Priscianum audimus 7 pr. AS et ES primae Declinationis terminationes Graecorum tantum et Masculinorum sunt. Hinc certior eorum ratio videtur, qui cum Vossio de Anal. 1, 19. et quos ille laudat ICtis, hos Pandectas dicunt. Quod vero δ χάρις, μαγιστρὸς, etc. apud Latinos feminina fiunt, illud facit, ut neque altera ratio simpliciter damnari possit. Caeterum cum λόγος intelligatur Graece, cum ne quidem bona fide Latinum nomen sit Pandecta; relictius videtur ut Cometa, et Planeta (ἀστὴρ) tractari. Masculinum etiam probans L. Gronou. Emend. Pand. c. 21 fin. et Brénckmann. Hist. Pand. 3, 6. Singul. Beda de Orthogr. p. 234 Putsch. Vetus et Nouum Testamentum, si simul inscribitur, Pandectes dicitur.

PANDECTER, eris. m. [πανδέκτης] Qui omnia continet. Ita 50 liber 4 Apicii inscribitur.

PANDEMOS, i. m. Luis species appellatur apud Ammian. 19, 4 a πάνδημος, i. Per vniuersum populum grassans. Talis est etiam illa Venus Pandemos Graecorum.

PANDIA, ae. f. Gemma varios colores exhibens Cassiodor. Epist. 55 5, 34.

PANDICVLARIS, e. Adi. Pandicularis dies, idem et Communicarius, in quo omnibus diis communiter sacrificabatur, Paullus Festi. Mirum est, nisi aliquid monstri hic latet.

PANDICVLOR, ari. Dep. [σχορδιώματα] Pandiculari dicuntur, 60 inquit Festus, Qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quod pandi fiunt. Plaut. Men. 5, 2, 30 Ut pandiculans oscitatur.

PANDICVLATIO, onis. f. [σχορδιώματα] Oscitatio, vel potius corporis inter oscitandum extensio. Fest.

PANDION, onis. m. [Πανδίων] Erichthi Athenarum regis filius, 65 cui successit in regno. Huius filiae fuerunt Progne et Philomela. Nata Pandione, Progne Ouid. Met. 6, 634. Ales Pandionis, Hirundo, vel upupa Lucan. ad Pison. 255. Mons Pandionius Stat. Theb. 2, 720 arx Athenarum, sedes Palladis. Sidon. Qui Pandioniam mouebat orator caueam tumultuosus, i. Populum Atticum, cui theatrum pro comitiis.

PANDIONIVS, a, um. Adi. [Πανδιόνιος] Idem quod Atticus. Claud. de Rapt. Proserp. 2, 19 Et Pandionias, quae cuspide protegit arces. de Pallade.

PANDO, are. [κρητόω] significat Incuruari, oneri cedere. Vnde 75 pandari trabs dicitur, quasi incuruari, cedereque ponderi. Plin. 16, 42 At populus contra omnia inferiora pandatur: palma, e contrario fornicatur. Quinctil. 11, 3, 100 Leuiter pandata manus, qualis vouentium est. Pandare, Neutrum. Quinctil. 11, 3, 122 Pectus ac venter ne proiciantur, obseruandum: pandant enim posteriora; et est odiosa omnis 80 supinitas. Nisi forte sensus sit, Pectus ac venter pandant posteriora. Vitruu. 2, 9 Vlmus et fraxinus celeriter pandant. Vid. ibi Philandr.

PANDATVS, a, um. Partic. Apes farcina pandatae Plin. 11, 10.

PANDATIO, onis. f. [ἀνὰ τράχης] Vitruu. 7, 1 Contignationes pandationibus fidentes mouendo se faciunt vitia pauimentis. 85

PANDVS, a, um. Adi. [κρητός] Incuruus. Virg. Georg. 2, 194 Lancibus et pandis fumantia reddimus exta. Asellus pandus ab onere Ouid. de Arte Am. 1, 543. Carinae Virg. Georg. 2, 445. Cupressus in operibus solet esse panda Vitruu. 2, 9. Delphines Ouid. Trist. 3, 10, 43. i. fmi. Dorsum Senec. Agam. f. 6. Fauces Stat. Silu. 4, 3, 71. Iuga bouum Ouid. Amor. 1, 13, 16. Lancibus pandis Virg. Georg. 2, 194. Naris Delphini Ouid. Met. 3, 674. Naues Lucret. 5, 1441. Rami Ouid. Met. 14, 660. Rostrum Idem ibid. 14, 282.

PANDO, pandi, passum et pansum, ere. [κρίνωμι] significat 95 Aperire et patefacere, it. explicare. Plaut. Bacch. 3, 1, 1 Pandite atque aperite propere ianuam hanc. Pandere, Varro de Vit. Pop. Rom. 1 existimat ea causa dici, quod iis, qui ope indigerent, et ad asylum Cereris confugissent, panis daretur. Pandere ergo, quasi Panem dare, et quod nunquam sanum talibus clauderetur Non. 1, 209. Sed hi lusus, 100 ne nugae dicam. Aciem pandere, vid. ACIES. Agros pandere pingues Lucret. 5, 1247. Alas ad solem Virg. Georg. 4, 28. Alas velorum Idem Aen. 3, 520. Brachia pandit vlmus Idem ibid. 6, 282. Claustra pandite ianuae Catull. 59, 76. Domus panditur Virg. Aen. 10, 1. Forem difficilem Ouid. Amor. 1, 6, 2. Varro de L. L. 6, 6 105

- p. 82 extr. Hinc etiam serae, quibus remotis Fores panduntur. Iter alicui Lucan. ad Pison. 212. Limina Stat. Silu. 1, 1, 22. Moenia vrbis Virg. Aen. 2, 234. Pennas in litore pandunt halcyones Idem Georg. 1, 398. Portae panduntur Idem Aen. 2, 27. Spatia membrorum pandit Stat. Theb. 6, 752. Spectacula Hor. Serm. 2, 2, 26. Vela curuato sinu Ouid. de Arte Am. 3, 500. Vela orationis pandere; *metaphora sunt ab iis, qui vela ventis explicant.* Cic. Tusc. 4, 9 c. 5. Quaerebam igitur, vtrum panderem vela orationis statim, an eam ante paullulum dialecticorum remis propellerem. Vestigia
- 10 Virg. Georg. 2, 258. Viam Tacit. Hist. 2, 4. Viam ad aliquid Liu. 4, 15. Pandere viam fugae Idem 10, 5. Dictis pandere aliquid Lucret. 5, 55. Casus suos Ouid. Met. 14, 221. Medium alicuius rei Cic. in Arat. Rem ordine Virg. Aen. 3, 179. Panditur planities, *Protenditur, sese offert, apparet* Liu. 32, 4. Longe, late-  
15 que se pandunt diuina illa bona, caelumque contingunt Cic. Tusc. 5, 76 c. 27.
- PANDENS, entis. Partic. [*πανάζων*] Guttura tria pandens Cerberus Virg. Aen. 6, 420. Idem 8, 712 Nilus pandens sinus. Pandentes carbasa nautae Lucan. 2, 697.
- 20 PASSVS, a, um. Aliud Partic. [*πανερασμέντος*] Apertus, extensus. Capillus passus, i. *resolutus, ac sparsus.* Ter. Phorm. 1, 2, 56 Capillus passus, prolixus, circum caput reiectus negligenter. Crines Virg. Aen. 1, 484. Caes. B. G. 1, 51. Linum passum ac tufum Plin. 19 in Prooem. Manibus passis, et Velis passis dicimus, *inquit* Gell.  
25 15, 15 quod significat Diductis atque distentis. Itaque Plaut. in Mil. 2, 4, 7 A litera in E mutata per compositi vocabuli morem, Dispassis dicit, pro eo, quod est Dispassis. Haec ille. *conf.* Caes. Bell. Gall. 2, 19. Meconium passum Scribon. 86. i. *ficum, ut* Vua, et Racemi, qui siccantur cum panduntur in sole. Palmis passis, h. e. *Expansis.*
- 30 Cic. de Nat. Deor. 2, 111 Minorem autem Septentrionem Cepheus passis palmis terga subsequitur. Caes. Bell. Gall. 1, 51 Quae in praelium proficiscentes, ne se, etc. milites passis crinibus flentes implorabant. Racemi passi Virg. Georg. 4, 269. i. *Rugosi, quia siccati.* Cic. Tusc. 1, 119 Portum potius paratum nobis et profugium putemus, quo vti-  
35 nam passis Velis peruehi liceat. *de morte.* Vento secundo, velo passo Plaut. Stich. 2, 3, 44. Versus passi, i. *Soluta oratio* Apul. Florid. 2 p. 241. Via passa Plaut. Poen. 1, 2, 99. *Quomodo fiant docet* Colum. 12, 39, 4. *Vid.* Non. 1, 38. et PASSVM, i. n. Passos fenēs dixit, Lucilius apud Non. 1, 38. i. *Exsuccos.* Idem 4, 364.
- 40 PANSVS, a, um. Idem quod Passus. Pansis in altum brachii Prudent. Cathem. 12, 170. *Bonos auctores dixisse* pansus pro passus, *negat* Burm. ad Nemes. Cyneg. 142.
- PASSIM, PASSVM, PASSVS, ūs, etiam a PANDO deriuntur: *sed vide ff. ll.*
- 45 PASSO, are. Theod. Priscian. 1, 34 Quibus vngues passauerint. PASSARIVS, a, um. Idem quod Passus. Ficus passariae Capitol. in Albino c. 11.
- PASSIVVS, a, um. Adi. *Vulgaris, promiscuus.* Amatores Firmic. 7, 18. Congeries Apul. Met. 6 p. 177. Morsus transeuntium viatorum Ibid. l. 9. Venus Ibid. l. 2 p. 122. *conf.* Elmenhorst. Ind. Colu. Not. p. 129. Aliud occurret sub PATIOR: *unde forte* Firmici quaedam *huc potius referenda.*
- 50 PASSIVE. Adu. Crines per colla passivae dispersi Apul. Met. 11. *Vid.* Elmenh. Emend. ad p. 258. *Add.* Tertull. adu. Ppsych. c. 2.
- 55 PASSIVITVS. Adu. Tertull. de Pallio c. 3.
- PASSIVITAS, ātis. f. *Vagatio.* Turbulentia et passivitas Tertull. adu. Hermog. c. 41. Passivitas luxuriae Idem Apol. c. 9. *Sic saepius alibi.* *Add.* Saluian. l. 7 p. 237.
- PANDOCHIVM, i. n. Hospitium, diuerforium, stabulum, 60 caupona, *πανδοχείον.* Vnde et Caupo ipse, Pandocheus dicitur.
- PANDORA, ae. f. [*Πανδώρα*] *Mulier formosissima, et gratiosissima, cui singuli dei sua dona dederunt, scilicet Pallas sapientiam, Venus decorem, Apollo musicam, Mercurius eloquentiam.* Vnde dicitur Pandora, *quasi Omnium donum, vel ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata.* Hanc, *ut ait* Hesiodus, Jupiter in terram misit, *ut homines deciperet.* Prometheus, Iapethi filius, ait Hyginus f. 142 primus homines ex luto finxit. postea Vulcanus Iouis iussu ex luto effigiem mulieris fecit, cui Minerua animam dedit, caeterique dii alius aliud donum dederunt, ob id Pandoram nominarunt. Ea data in coniugium Epimetheo fratri. Inde nata est Pyrrha, quae mortalis dicitur  
70 prima esse creata. *Hactenus ille.* Ab Hesiodo et aliis proditum est, Pandoram fuisse primam mulierem: nam ante eam muliebrem genus fuisse nullum, auctor Pausanias in Attica. Pandoras genesin in operibus Phidiae memorat Plin. 36, 5 f. 4, 4. ¶ 2 Pandore nomen gentis in conuallibus Indiae, qui, *ut ait* Plin. 7, 3 ducentos annos viuunt, in iuuentute capillos candidos habent, in senectute nigros.
- 75 PANDOSIA, ae. f. [*Πανδοσία*] Plin. 3, 1 Lucanorum in Italia vrbs, in qua Alexander Epirotes occubuit. *Est et altera, ut idem testatur* 4, 1 eius nominis in Epiro. Iustin. 12, 2 Iuxta urbem Pandosiam Alexander, non prius fatalis loci cognito nomine quam occideret, interficitur. Liu. 8, 24 pr. Data dictio erat Alexandro, Caueret Acherusiam aquam, Pandosiamque urbem: ibi fati eius terminum dari. *Horum meminit et* Strab. lib. 6.
- 80 PANDROSOS, i. f. [*Πάνδροςος*] *Filia Cecropis Atheniensium regis, soror Aglauri et Herfes, de quibus* Ouid. Met. 2, 737 Pars secreta domus, ebore et testudine cultos Tres habuit thalamos, quorum tu Pandrosae dextrum, Aglauros laeuum: medium possederat Herse.
- PANDVRA, ae. f. *vel* PANDVRIVS, aut PANDORIVS, 90 aut PANDORIVM denique Isidoro 2, 20 est inter instrumenta, quae instantur. Sambuca, *inquit*, in musicis species est Symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis, vnde et tibiae componuntur. Pandorius ab inuentore vocatus, (*quasi* Πανός δάκρον) de quo Virgilius (Ecl. 2, 32) Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit, etc. *Fuerit igitur* ea, quam *σείγγα* vocant Graeci, Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo. *Hesych.* *σείγγες πανδρεία.* Martian. Capella 9 p. 307 Verum per medium quidam agrestes canorique semidei, quorum Hircipedem (Pana) Pandura, Siluanum enodis arundinis fistula sibilatrix, rurestris Faunum tibia decuerunt. Martian. Capella p. 313  
100 Panduram Aegyptios attentare permisi: *etiam hic inter genera eorum, quae instantur.* De Varronis autem Pandura nihil equidem inuenio. A Pandura est
- PANDVRIZARE, quo usus Lamprid. Heliogab. c. 32.
- 105 PANEGYRIS, is. f. [*πανηγύρις*] Sollemnis conuentus et publicus, seu celebratio, quales quinto quoque anno Athenis celebrari solitos scribit

scribit Herod. 6. *Hinc πανηγυρικοί λόγοι, id est panegyricae orationes, quae in huiusmodi conuentibus et maxima celebritate haberentur, idque plerumque de utilitatibus Graeciae. Sed etiam minores conuentus sic vocantur.* V. g. Erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις Cic. Att. 1, 14.

**PANEGYRICVS**, a, um. Adi. [πανηγυρικῶς] Orationis Epitheaton, quatenus in Panegyri habetur, aut illi apta est. Cic. in Orat. 37 c. 11 Sed quoniam plura sunt orationum genera, eaque diuersa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, scripturum et historiarum, et talium suasionum, qualem Isocrates fecit panegyricum. Conf. Quintil. 10, 4 extr. Sic exstat Plinii Panegyricus Traiano dictus. Panegyrici, subaud. Sermones. Quintil. 2, 10 Nam et in iis actionibus, quae in aliqua, sine dubio veritate versantur, sed sunt ad popularem aptatae delectationem, quales legimus panegyricos, totumque hoc, etc.

**PANEGYRISTA**, ae. m. Auctor sermonis panegyrici, apud Sidon. Epist. 4, 1.

**PANEROS**, i. m. [πανήρος] Gemma est, alio nomine Pansebastos appellata, quae foecunditatem creditur afferre Plin. 37, 10. Vid. PANSEBASTOS.

**PANGAEVS**, i. m. [Παγγαῖος] Thraciae promontorium magnam atque excelsum, Macedoniae iunctum, in quo, ut scribit Herod. lib. 7 aurea sunt et argentea metalla. In Sing. est Masc. gen. in Plur. Neutri. Stat. . . Illi Pangaea resultant, Isinaraque. Idem Theb. 6, 666 Qualis Bistonis clipeus Mauortis in armis Luce mala Pangaea ferit. Alta 2 Pangaea Virg. Georg. 4, 462. Cana Pangaea niuosis iugis Lucan. 1, 647. Perfundunt inarata diu Pangaea iuenci Stat. Theb. 10, 506.

**PANGAEVS**, a, um. Adi. [Παγγαῖος] Arua Pangaea. Flumina Ouid. Fast. 3, 739.

**PANGO**, pepigi, pegi et panxi, pactum, (forte etiam pactum) 30 etc. [πηγνύω, πήγνυμι] ex antiquo PAGO, de quo s. l. ut nempe Graeci quoque πήγνυμι thema esse πήγω, Aoristus secundus indicat; ut Plango ex Plago esse, Plaga docet. Significat figere et sic firmare, constituere tum manu, tum animo et consensu aut lege. Fest. Pangere, Figere. Vnde, Plantae pangi dicuntur, quum in terram demittuntur. 35 Hinc, Versus pangi, vel figi in cera dicuntur. Haftenus Festus. Pepigi Praeteritum ducit etiam Quintil. 1, 6, 10 a Pago, non a Pango. Nos retulimus Pepigi ad PACISCOR, cuius significationem habet. Ne plane hic exulet Pepigi, facit Cic. in Pison. 37 c. 16 Obtinuisti prouinciam consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuae, non quos lex 40 generi tui pepigerat. Vix enim huc paciscendi notio conuenit. Neque hic est varietas lectionis, ut de Legg. 1, 56 c. 21 Requirit placere terminos, quos Socrates pepigerit: pro eo enim a Grutero inde editur pegerit, et firmat Dauisius ex libris et Priscian. 10 p. 894. Panxeris est Colum. 11, 2, 42. Clauum pangere Liu. 7, 3. Osculum pangere, 45 Osculari laudant Plaut. Curc. 1, 1, 56. Alii vero aliter leg. Vid. OP-PANGO. Ramulum pangere Suet. Galb. c. 1 pro Serere. Ton-

sillam pegi laeto in litore Pacuu. in Fest. i. fixi remum. Pancturus qui est, scil. surculos Pallad. Febr. tit. 9, 10. Colum. de Arb. 3 c. 3 At quae sine vetere sarmento panguntur, tardius coalescunt, sed 50 tardius deficiunt. Et 3, 3, 12 Nos iam enim vicena millia malleolorum per vineae iugerum inter Ordines pangimus. Ludit in usu huius verbi Colum. 10, 251

Nomine tum Graio, ceu litera proxima primae (βῆτα)

Pangitur in cera docti mucrone (stilo) magistri: 55

Sic et humo pingui ferratae cuspidis ictu

Deprimitur folio viridis, pede candida beta (olus)

Nempe ut hortense verbum est Pangere. Conf. Colum. 11, 2, 18. Pallad. Febr. 9, 7. et Ian. 15, 1. Sic ad stili opus quoque refertur, quo figuntur in tabella cerata literae. Hinc Versus pangere est scribere. Cicer. 60 Fam. 16, 18 An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Add. Idem Att. 2, 6. Martial. 11, 4 At quam victuras poteramus pangere chartas. Carmina lucida pango Lucret. 1, 932. Ego mira Poëmata pango Hor. de Arte Poët. 416.

**PACTVS**, a, um. Partic. Litoribus nostris ancora pacta tua est 65 Ouid. Her. 2, 4. aliam notionem, vid. sub PACISCOR.

**PACTILIS**, e. Adi. [πικρῶς] Iunctus. Pactilis corona Plin. 21, 3.

**PAGES**, is. f. Compactio. vnde Compages. Vid. Non. 1, 137.

**PAGMENTVM**, i. n. Laudatur ex Vitruu. 4, 6 Sed nihil ibi praesidii: Corona summa quae supra antepagmentum superius imponitur. Erratum in Indice edit. Elzeuirianae, ubi Pagmentum ex b. l. ponitur.

**PANCTIO**, õnis. f. Pallad. Oct. t. 3 Vitium fertilitatem prouidebimus panctioni.

**PAGINA**, quasi Pangina, a pangendo. Vid. suo loco. 75

**PANGONIVS**, i. m. Gemma non longior digito: ne crystallus videatur, numero plurium angulorum cauetur Plin. 37, 10.

**PANICVLA**, vid. PANVS.

**PANICVM**, i. n. [ἄλυμον] Genus frugis. Plin. 18, 7 Panicum a paniculis dictum, cacumine languido nutante, paullatim extenuato 80 culmo, paene in surculum praedensis aceruatur granis, cum longissimo pedali, milii comae granum complexae, fimbriato capillo curuatur. Sunt et panico genera: Mammoso e pano, paruis racemato paniculis, et cacumine gemino. Conf. PANVS, PANICVLVS, ad etymon Plinii intelligendum. Caes. Bell. Ciuil. 2, 22 Panico enim vetere, atque hordeo corrupto omnes alebantur. ¶ 2 Panicum, 85 πανικόν, vid. PAN.

**PANION**, i. n. Herba, al. satyrion. Apul. de Herb. c. 15.

**PANIS**, is. m. [ἄρτος, πῶνον, πῶνος] Massa farinacea sicco calore cocta. Pane in Neut. gen. ap. Plaut. Curc. 2, 3, 88. leg. Charif. et Non. 3, 161. Conf. ad l. c. Taubm. p. 336. Arnob. 1 p. 36 Non item apud vos est positum hoc Pane, et hic Panis? De Genitiu. Plural. Charif. 1 p. 124 Panium Caesar — dici debere ait. Sed Verrius — panum — neutrum autem puto posse dici, quia de iis est nominibus, quae, cum pondere numero mensuraque constant, semper 95 sunt singularia. Panum probat Priscian. 7 p. 771. Nonius 1, 321 Panis proprietatem a pascendo putant veteres existimandam. Varro de vita Populi Romani 1 Pastillos et panes haec vocabula pastus, quod esse, pascere dicebant. Panis apud Isidor. 20, 2 dictus a πᾶν omne, quod cum omni cibo apponatur, vel quod omne animal eum appetat. 100 Varro de L. L. 4, 22 pr. Panis, quod primo figuras faciebant mulieres in panificio Panis, etc. Scaliger cum defenit, certe excusat, hoc etymon, non Panis videtur legisse, qui Genitiuus est ex Pan. sed Pani i. glomeris, τολώνης. Caeterum aliam etymologiam suppeditat Scaliger ex Athenaeo, apud quem πανὸς ἄρτος, Μυσεῖαιον. ἡστὴν πλιμαμένην πανίαν, 105

- 191 πᾶν τὰ πλῆθυστα. 191 Ρωμαῖοι δὲ πᾶνα τῶν ἄφρον καλῶσι. *Locus est*  
*Deipnos. 3, 27. Totus ille locus a capite inde 25 ad 30 est classicus de Pa-*  
*nis et Panificii antiquitate, generibus, etc. Multa Plin. 18, 11. et Isid.*  
 Orig. 20, 2. *Ne de Caelio Rhod. 9, 16 et Pitisco dicam, qui Graeca*  
 5 *Latinis, antiquas appellationes nouis miscuere. Antiquas certe dabimus*  
*plerasque n. 2. Conf. Jac. Gotthofr. ad l. 5 C. Theod. de annonis ciui-*  
*cis. Barth. Adu. 11, 8. De modo conficiendi panem vid. Sen. Epist. 90*  
 Aliquis — farinam aqua sparfit, et assidua tractatione perdomuit,  
 finxitque panem, quem primo cinis calidus et feruens testa percoxit:  
 10 deinde furni paullatim reperti, et alia genera, quorum feruor ferui-  
 ret arbitrio. Cic. in Pison. 67 c. 27 Pistor domi nullus, nulla cel-  
 la. Panis et vinum a propala atque de cupa. Plaut. Curc. 2, 3, 88  
 Haec sunt ventri stabilimenta, panis et assa bubula. ¶ 2 *Iam*  
*videamus Epitheta et Formulas. Acetosus panis, vid. ACVS, ēris.*  
 15 *Aduustus Hor. Serm. 2, 8, 68. Alexandrinus Apic. 4, 1 ubi vid. Li-*  
*ster. Ardinienis l. 5 C. Th. de Annonis ciuicis. Artopticus,*  
*vid. ARTOPTA. Ater Ter. Eun. 5, 4, 17. Autopyrus Scrib.*  
 227. *Azymus Idem 113. Buccellatus, vid. sub BVCCEA. Ca-*  
*cabaceus ap. Zenon. Veron. ad neophytos post baptism. serm. 6 Non*  
 20 *illos panes aura corrumpit, non fumus amarus infecit, non frigus elisit,*  
*quod plus est; sine fermento leuati sunt: certe cacabacei non sunt,*  
*non vetusti, non vsti, non crudi, non mucidi. Casaub. in Lampr.*  
*Heliog. c. 19 interpretatur, qui malum saporem habent a cacabo, in quo*  
*aqua calefacta est. Dufrenius malit atros intelligere. Caerulei*  
 25 *panis mucida frustra Iuuen. Sat. 14, 128. Quinctil. 6, 4 de risu, Va-*  
*tinus, quum reus agente in eum Caluo, candido frontem sudario te-*  
*geret, idque ipsum accusator in inuidiam vocaret: Quamuis reus sum,*  
*inquit, et panem Candidum edo. Contrarium Niger panis. Can-*  
 30 *taber v. v. Cibarius panis, vilis et sordidus, qualis est seruorum*  
*Cic. Tusc. 5, 97 c. 34 Cui quum peragranti Aegyptum, comitibus non*  
*consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane*  
*iucundius. Varias appellationes cibarii panis Graecas et Latinas da-*  
 35 *bit Rigalt. ad Artemid. p. 31. Ciuilis panis a Iustiniano l. vlt. C. de*  
*iure dotium, et l. Hac edictali §. His illud C. de secundis nuptiis ap-*  
*pellatur, quam alias Annonam ciuilem vocat Authent. de non alim. §.*  
 Haec ergo. *Clibanites, vid. CLIBANVS. Cumanus sordidus*  
 Lucill. ap. Non. 5, 97. *Dispensatorius a Vet. Schol. Horat. Epist. 2,*  
 1, 123 *vocatur, quem secundum vocat Horatius. Durus ac sordidus*  
 Sen. Epist. 18. *Fermentatus, vid. f. l. Fiscalis qui populo diuidi-*  
 40 *tur, apud Vet. Schol. Pers. 3, 112. Furfureus, vid. b. v. Furna-*  
*cei in furno costi Plin. 18, 11 f. 27. Gradilis, vid. sub GRADVS.*  
 Improbus, *vid. Bucca, pro Frusto panis in BVCCA. Senec. de*  
 Benef. 2, 7 *pr. Fabius Verrucosus beneficium ab homine duro aspere*  
 datum Panem Lapidosum vocabat, quem esurienti accipere necessari-  
 45 um sit, esse (*i. edere*) acerbum. *Luteus, vid. LVTVM. Ma-*  
 ceratus ex aqua panis Scribon. 227 *quem 228 simpliciter ex aqua panem*  
 appellat. *Malus Sen. Epist. 123. Mendicatus Iuuen. Sat. 10,*  
 277. *Militaris Plin. 18, 7 f. 12, 2 Lex certe naturae vt in quocun-*  
 que genere pani Militari tertia portio ad grani pondus accedat, *i. Na-*  
 50 *turae experimentis cognitum, quod leges de pane militari iubent, vt v. g.*  
*pro ter mille libris granorum, reddantur quater mille panis. Mucidus,*  
*vid. f. l. Nauticus, vid. NAVIS. Niger Mart. 11, 57. Ostre-*  
*arii Plin. 18, 11 f. 27. Picentinus Idem 18, 11. Apic. 4, 1. Ple-*  
 beius Sen. Epist. 119. *Potior panis mellitis placentis Hor. Epist. 1,*  
 55 *10, 11. Pulcherrimus longe Hor. Serm. 1, 5, 89. Secundarius,*  
*vid. SECUNDVS. Siligineus plebeio opponitur Sen. Epist. 119.*  
 Sordidus Plaut. Afin. 1, 2, 16. *Sen. Epist. 18. Speusticus a festinatio-*  
 ne Plin. 18, 11 f. 27. *Subcinericius, vid. f. l. Adhibere ali-*  
 quid ad panem, *vid. ADHIBEO. Dare alicui venerum in pane*  
 60 *Cic. pro Cluent. 169. Frangendus panis inermi gingiua Iuuen. Sat.*  
 10, 200. *Imponere panem Scribon. 227. Cum sale panis La-*  
 trantem stomachum bene leniet Hor. Serm. 2, 2, 18. *Viuere secun-*  
 do pane, et filiquis Hor. Epist. 2, 1, 123. *Prouerbiale est Plaut. 2, 2,*  
 18 *Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. ¶ 3*  
 65 *Panes etiam vocant auctores, Materiam quamcunque in morem panum for-*  
*matam, sic, Aerei panes Plin. 34, 11. Aphronitri Stat. Silu. 3, 9,*  
 37. *Ex fimo bubulo factus Marcell. Empir. Porcinus panis, Cy-*  
 clamen Apul. de Herb. c. 17.  
 PANICELLVS, i. m. Dimin. Plin. Valer. 1, 6 *Panicellus*  
 70 *debuccellatus.*  
 PANICEVS, a, um. Adi. Plaut. Capt. 1, 2, 59 *Milites paniceos,*  
 pistorienfes, placentinos, *iocose dicit et ludit parasitice.*  
 PANOSVS, a, um. Adi. *Pani similis alendi facultate: Cibum*  
 magis panosus C. Aurel. Tard. 2, 14.  
 75 PANICOCTARIVS, a, um. Adi. *Panicoctaria mulier Chry-*  
 solog. Serm. 99. *Vid. Meurs. p. 2. Crit. Exercit. 2, 32.*  
 PANIFEX, Ycis. et PANIFICVS, i. m. [*ἄροποιός*] *Qui panes*  
 facit. Panifex et Panificus Gloss. Gr. Lat. *ἄροποιός et Onomast. vet.*  
 Panificus est etiam Vulg. 1 Sam. 8, 13.  
 80 PANIFICIUM, i. n. [*πικανειόν* Gloss. Lat. Gr.] *A pane facien-*  
 do. Celf. 2, 18 *Scire igitur oportet omnia legumina, quaeque ex fru-*  
 mentis panificia sunt, generis valentissimi esse. Valentissimum voco,  
 in quo plurimum alimenti est. *Idem paullo post, Quo minus mirum*  
 85 *est, opus pistorium valentissimum esse quod ex frumento, adipe, mel-*  
*le, caseo constat. Est igitur omne genus panis vel cibi ad similitudinem*  
*panis et e frumentis vel leguminibus facti. Sic Panificii nomine Popana,*  
 quae Serapidi offerebantur, *designat Suet. Vesp. c. 7.*  
 PANARIUM, i. n. [*πάρδος, θύλακος*] *Panis receptaculum.*  
 Plin. Epist. 1, 6 *Proinde quum venabere, licebit auctore me, vt pana-*  
 90 *rium et lagunculam, sic etiam pugillares feras. Suet. Calig. c. 18*  
*Sparfit et missilia variarum rerum, et panaria cum opsonio viritim di-*  
 uisit. *Idem Domit. c. 40. Varr. de L. L. 4, 22 Panarium, vbi panem*  
 seruabant. *Stat. Silu. 1, 6, 31 Hi panaria candidasque mappas Sub-*  
 uectant, epulasque lautiores. *Al. Pannaria. Vid. Stuck. Ant.*  
 95 *Conuiu. 1, 35.*  
 PANARIÖLVM, i. n. Dimin. [*θύλακιον*] *Vasculum vimine-*  
 um, in quo seruatur panis. *Martial. 5, 50 Cum panariolis tribus redisti.*  
 PANARIVS, i. m. [*ἄροποιός*] *Vet. Gloss.*  
 PANARICIUM, i. n. Apul. de Herb. c. 42 *Scyllae radix pisata*  
 100 *cum aceto et pane imposita Panaricium sanat. Humelbergius Parony-*  
 chia e quo nomine Graeco Panaricium recentioris aevi corruptum putat.  
 PANISCI. Dimin. a PAN. v. v.  
 PANISSA, ac. c. *Flumen in Thracia, non procul ab Apollonia*  
 Plin. 4, 11.  
 105 PANNEVS, PANNICVLARIA, *vid. PANNVS.*  
 PANNÖ.



**PANNŌNIA**, ae. f. [*Παννονία*] *Regio ingens, quae Hungariae bodierinae vscunque respondet.* Pannonia prouincia facta Paterc. 2, 39, 3. Domanda Pannonia Ouid. Trist. 2, 225.

**PANNONIVS**, i. m. Idem. Armiferi Pannonii Aufon. Epigr. 3, 4. *Conf.* Ouid. ad Liu. v. 390. Fallax Tibull. 4, 1, 109. Ferrus Stat. Silu. 1, 4, 78.

**PANNONICVS**, a, um. Adi. [*Παννονικός*] Suet. in Aug. c. 20 Reliqua per legatos administravit, vt tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis, aut interueniret, aut non longe abesset. Cattae Pannonicae Martial. 13, 69.

**PANNONIS**, idis. f. Lucan. 6, 220 Pannonis vrsa.

**PANNICVLA**, vid. Panicula, in PANVS.

**PANNVS**, i. m. [*ὑφανσμα, ατρον*] *Textum illud, quo vestimur.* Etymologiam post Scaligerum ad Varr. de L. L. p. 45 copiose tractauit Menag. Amoenis. Iur. c. 39. Breuiter Πῆνος Dor. Πᾶνος est textile de comis: inde Panus, Panicum, Panicula: inde etiam Pannus, Panniculus. Prima origo πᾶν denso, etc. Rubros pannos Cruore lauit obstetrix Hor. in Epod. 17, 51. Inducto panno spisso medicamentum imponitur 160. Inligata panno 172. Quem duplici panno patientia velat Hor. Epist. 1, 17, 25 i. crasso. Tincti ferrugine Ouid. in Ibin 233. Velatus albo Hor. Carm. 1, 35, 21. Vincire membra pannis Ouid. in Ibin 233 pro inuolucris infantum. Conf. Prudent. Apoth. v. 608 seqq. Pannus, pro Plagula. Hor. de Arte Poët. 15 Purpureus late qui splendeat vnus et alter Assuitur pannus. Diadema Pannum, contemtim aliquis appellat Valer. Max. 7, 2 ext. 5. O nobilem magis quam felicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, ne humi quidem iacentem tollere vellet. Pannum, neutro genere protulit Naenius Tabellaria, Qui habet vxorem sine dote, pannum positum in purpura est. Non. 3, 165 Vet. Lex. βᾶνος, pannum.

¶ 2 Pannus, pro Vestimento lacero frequentius a Latinis scriptoribus accipitur, et hinc mendicis ac egenis vulgo tribuitur. Sen. Epist. 20 Magnificentior mihi crede sermo tuus in grabato videbitur et in panno. Idem Nemo nascitur diues; quisquis exit in lucem, iussus est lacte et panno esse contentus. Vid. Barth. Aduers. 19, 11. Saepius tamen in Plurali usurpatur, vt βᾶνη, vt significetur aut scissa in partes vix sibi haerentes, aut ex pluribus male consuta vestis. Lucr. 6, 1267 Cooperta pannis corpora. Petron. c. 83 Sola pruinosis horret facundia pannis. Lactant. de Phoenice Luctus acerbus adest et egestas obsita pannis. Ter. Eun. 2, 2, 5. Homo annis pannisque oblitus. Conf. Heaut. 2, 3, 52. Suet. Calig. c. 35. Et Senec. de Ira 3, 19. Pannus, pro Linamento. Colum. 6, 12 Pannis aceto et sale et oleo madentibus inculcatis.

**PANNVLVS**, i. m. Dimin. Semel obsoleti coloris tunica non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluerit defrustrata Ammian. 31, 3 de Hunnis. Diloricatis statim pannulis Apul. Met. 7 p. 191.

**PANNICVLVS**, i. m. Dimin. [*ὑφανμάτιον*] Iuuen. Sat. 6, 259 Hae sunt, quae tenui sudant in cyclade, quarum Delicias et panniculus bombycinus vrit. Hic ad delicias indicandas persinet Diminutivum. Alias paruitatem et vilisatem notat, vt Celf. 6, 18, 8 Vinculum 50 autem ei loco linteolum, aut panniculus quadratus est. ¶ 2 Persona Mimica Panniculus, Martial. 5, 62 Te successurum credo ego Panniculo. Mimo, quem pulsans Latinus, risum mouebat.

**PANNICVLARIA**. [*παννικυλάρια*] Interdum absolute ponitur, intellectu res, interdum Neutro Plurali, vt bona intelligantur. Caeterum Pannicularia Vlpiano teste, dicuntur ea, quae in custodia receptus, secum attulit, aut vestis qua indutus fuerat, qui ad supplicium ducitur, aut numi, quos victus sui causa habuerit in promptu: aut leues annuli, hoc est, qui rem non excedunt aureorum quinque. Vlpiani verba haec sunt in l. 6 Diuus. De bonis damnatorum, ubi habes plura. Origo est, quod maior pars damnatorum nihil habet praeter panniculos, quos Carnifici condonant leges; sed modum ponit l. c.

**PANNEVS**, a, um. Adi. [*ὑφανματινός*] Quod est ex panno. Vnde Panneae vestes dicuntur, sicut Laneae et bombycinae. Onomast. Pannus βᾶνος.

**PANNOSVS**, a, um. Aliud Adi. [*βανώδης*] Qui sordida veste, crasso lacerone panno, vilique opertus est. nec hoc nisi de paupere dicitur. Iustinus 2, 6, 19 Permutato regis habitu, pannosus sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur. Cic. Att. 4, 3 Clodii vestibulum vacuum sane mihi nuntiabatur, paucis pannosis sine laterna. Aedilis pannosus Iuuen. Sat. 10, 102. Facies arida pannosi Senec. de Clement. 2, 6. Faex pannosa Perf. 4, 32. Conf. Iustinian. 2, 6, 19. Et 21, 5, 5.

**PANNOSITAS**, ātis. f. Cael. Aurel. Ac. 1, 11 Cutis veluti ruginosa, vel sulcata pannositas.

**PANNVCIVS**, vel **PANNVCEVS**, a, um. Adi. [*παννυκίος*] Idem quod Pannosus. Perf. 4, 21 Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis. Mentula pannucea, i. Laxa Martial. 11, 47. Pannucea poma, quae celerrime in rugas marcescunt Plin. 15, 14 in fine. Vestis pannucea ne centonibus quidem bonis digna Petron. c. 14.

**PANNVLEIVM**, vid. PANVELVM s. PANVCLVM, in PANVS.

**PANNYCHISMVS**, i. m. [*παννυχισμός*] In Glossis redditur pervigilium. Arnob. 5 p. 173 Quibus mysteriis pervigilia consecrata sunt et pannychismi graues. Παννύχιον Aduerbiū, significat tota nocte.

**PANOMPHAEVS**, i. m. Iouis epitheton, quia ab omni lingua colitur, πᾶν et ὀμφή vox: vel quod omnium voces audiat. Ouid. Met. 11, 198 Ara Panomphaeo vetus est sacra Tonanti, de vicinia Troiae loquitur.

**PANOPE**, es. f. [*Πανόπη*] Vrbs Phocidis, vocata sic a Panopeo Phocis filio: Stephanus. Strab. lib. 9 Panopeus dicitur. Ouid. Met. 3, 19 Iam vada Cephesi, Panopesque euaserat arua.

**PANOPE**, es. f. Nympha marina, a perspicuitate visus nomen sumens, πᾶν omne, ὄπω, video. Vna ex Nereidibus. Vid. Ouid. ad Liu. v. 435. et Virg. Aen. 5, 825.

**PANOPEA**, ae. f. [*Πανόπη*] Eadem quae et Panope. Virg. Georg. 1, 437 Glauco et Panopeae, et Inoo Melicertae. Idem Aen. 5, 240 Nereidum Phorcique chorus, Panopeaque virgo.

**PANOPOLIS**, is. f. Oppidum Asiae, non procul a Ptolemaide Plin. 5, 10.

**PANOPOLITES**, ae. f. Aegypti praefectura, quam illi Nomum vocant, est. Plin. 5, 9.

**PANORMVS**, et **PANORMVM**, et **PANORMIVM**, [*Πάνορμος*] Ciuitas Siciliae: dicta a nauium applicatione, quae undique illuc conueniunt. est enim ὄρμος portus pars. Sil. 14, 262 Tergemino venit numero fecunda Panormos.

**PANOTII**, orum. m. Populi sunt Scythiae, immani auricularum

*patularum prolixitate totum corpus tegentes: sic dicti, quasi toti auriti.* Isidorus II, 2 Panotii, inquit, apud Scythiam esse feruntur, tam diffusa aurium magnitudine, ut eis omne corpus contegant. πᾶν enim Graeco sermone omne, ἄρα aures dicuntur. Ex quo loco quod apud Plin. 4, 13 l. 27 legitur, Fanestiorum aliae, in quibus nuda alioquin corpora praegrandes ipsorum aures tota contegant, etc. Turneb. Panotiorum restituit. Natus autem videtur hic error, quod veteres Latini tenuem in aspiratam saepe mutabant. Ita e Panotiis, Phanotii, et denique Fanestii tandem corrupti sunt. Similis error est in Pomponio Mela 3, 6 ubi legitur, Et Satmalos, quibus magnae aures, etc. scribique debere Panotios idem Turnebus arbitratur, optima certe ratione, ut videre poteris. In Plinio suffragatur etiam Harduinus.

**PANSAE**, [Πάνσαι] Dicti sunt, Quibus lati ac pansi sunt pedes: sicut Plancii, quibus plani sunt pedes. Plin. II, 45 Vola homini tantum, exceptis quibusdam. namque et hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, Scauri, Pansae. De pedibus hominum loquitur, et vola ipsorum pedem. Plaut. Merc. 3, 4, 55 Subnigris oculis, oblongis malis, pansam aliquantulum, πλατύποδα. Pansam tamen dictum putat Casiodorus ab expansis capillis. Conf. Cic. Phil. II c. 9.

**PANSEBASTVS**, i. m. [πανσεβαστος] Gemma, quae afferre fecunditatem existimatur. ita dicta, quasi prorsus augusta et veneranda: alias Paneros dicitur Plin. 37, 10.

**PANTAGATHVS**, i. m. [παντάγαθος] i. Vsquequaque bonus. Nomen hoc imposuit Tonsor Martial. 6, 52.

¶ 2 Pantagathi sunt etiam Aues, sic dicti, quod perfectam felicitatem spondeant Lamprid. Anton. Diad. c. 4.

¶ 3 Pantagathos item Herba, quae alias dicitur Pulegium Apul. de Herb. c. 92.

**PANTAGIAS**, vel **PANTAGIES**, ac. m. [Πανταγίας] Fluvius Siciliae. Quidam ducunt a πανάγω sonitu: alii ἀπὸ τῆς πάντα ἄγαν, quod obuia quaeque prosternat, ac secum rapiat. Hic Fluvius, (inquit Seruius) quum plenus incederet, implebat sonitu paene totam Siciliam. Hic postea, quum Cereri quaerenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis voluntate. Haec ille enarrans illud Virg. Aen. 3, 689 Viuo praeteruehor ostia saxo Pantagiae, Megarosque sinus, Tappsumque iacentem. Rotans saxa Pantagias Claud. de Rapt. Proserp. 2, 58. Conf. Ouid. Fast. 4, 469. Et Sil. 14, 232.

**PANTALEON**, ontis. m. [Πανταλέων] Nomen Graecis familiare. De Tyranno huius nominis, vid. Festum in Pisitalis. De Pantaleonte principe Aetoliae, vid. Liu. 42, 15. Plura notat Burm. ad Quinct. 7, 9 p. 648.

**PANTANVS**, Lacus in Dauniorum Italiae populorum finibus situs Plin. 3, 12.

**PANTARCES**, is. m. [παντάργης] i. Omnes iuuans. Arnob. 6 p. 199 Phidias, cum Olympii formam Iouis molimine operis extulisset immensi, super Dei digito inscripsit PANTARCES PVLCHER: nomen autem fuerat amati ab se pueri.

**PANTHĒA**, quasi dicas πανθέατος, Omnium visu digna. Hoc nomen feminis fuisse impositum in antiquis lapidibus obseruat Reines. Inscript. class. I n. 3 p. 10. Sed Panthea, penult. producta [Πάνθηα] quasi Tota diuina, V. g. Vxor illa Vxor fuit Abradatae regis Suzorum apud Xenophontem lib. 7.

**PANTHĒON**, i. n. [Πάνθηον] Templum Romae, quod (ut Dion historicus refert) sic dictum fuit, quod in Martis Venerisque imaginibus, sub ipso templo constitutis, omnium deorum imagines effictae erant. Sive quod templum ipsum rotundum sit, caeloque persimile, et sic quoque omnium deorum habitatio censeatur. Plin. 36, 15 Pantheon Ioui Vitori ab Agrippa factum. Item 34, 3. et 9, 35. Hodie vulgo id templum appellatur D. Mariae rotundae. quod Bonifacius Pontifex max. a Beato Gregorio quartus, dono accipiens a Phoca Caesare, in templum omnium Sanctorum conuertit.

**PANTHER**, ēris. in. [πανθήη] a quo PANTHĒRA, ac. f. Animal prorsus ferum et maculosum: cuius mas Pardus dicitur. Plin. 8, 17 Panthera et tigris macularum varietate prope solae bestiarum spectantur, caeteris vnus ac suus cuiusque generis color est, etc. Ibidem, Quidam ab his pantheras solo candore discernunt: nec adhuc aliam differentiam inueni. De pardis. Caelius ad Cic. Fam. I. 8 aliquoties petit, ut sibi e Cilicia pantherae mittantur. Cic. de Nat. Deor. 1, 89 Non crederes leones et pantheras esse, quum tibi quales essent, dicerentur? Panther caurit amans Auctor Philomelae, inter opera

Quidiana, v. 50. Panthera ferae nomen Graecum ait Varro de L. L. 4, 20 p. 26, 10. Pantherae, quae in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habent, quo quum essent vsae, non morerentur Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Morsus pantherae Lucret. 4, 1010. Pictarum fera corpora pantherarum Ouid. Met. 3, 668. Pantherarum pelles heroibus in usu erant Virg. Aen. 8, 460 De Euandro. Demissa ab laeua pantherae terga retorquens.

¶ 2 Panther rete quoddam esse ait Varro de L. L. 4, 20 p. 26, 11. Forte quod multas et omnes adeo bestias capiat.

¶ 3 Panthera ex Graeco θήρα quod venatum significat, notare videtur capturam, quidquid vno reti capitur. Vlpian. de Actio. Empti et Vend. l. Ex empto §. vlt. Veluti cum futurum iactum retis a piscatore emimus, aut indaginem plagis positus a venatore, vel pantheram ab aucupe. Nam etiam si nihil capit, nihilo minus emptor pretium praestare necesse habebit.

**PANTHERĪNVS**, a, um. Adi. [πανθηρινός] Quod ad pantheram pertinet: Pantherina pellis Plin. 35, 11. Pantherinum, Pantherinae simile et varium. Plaut. Epid. 1, 1, 26 Qui varie valent, caprigenum hominum non placet, neque pantherinum genus. Plin. 13, 15 Mensis praecipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit discursu: ideoque tigrinae appellantur, hoc intorto: et ideo tales pantherinae vocantur.

**PANTHESILĒA**, vid. PENTHESILEA.

**PANTHEVS**, in Inscriptionibus quibusdam est Imperator ἀνοδευθής, scil. Consecratus. Vid. Reines. 1, 3. Priapi epitheton esse docet Brouckh. ad Tibul. 1, 1, 24.

**PANTHŌIDES**, is. m. [Πανθόιδης] Pythagoras philosophus dicitur, qui dicebat se fuisse Euphorbum Troianum Panthoi filium. Ouid. Met. 15, 161 Panthoides Euphorbus eram, etc. Horat. Carm. 1, 28, 10. Nempe

**PANTHVS**, i. m. [Πάνθης] Nomen filii Otrei fratris Hecubae: Vir Troianus ex primoribus urbis, ut ostendit Homer. Il. 3. Panthoos dicitur et Panthus per synaeresim. Virg. Aen. 2, 319 Panthus Otridae, arcis, Phoebique sacerdos. Panthu, Vocatiuus. Virg. Aen. 2, 322 Quo res summa loco Panthu?

**PANTICAPAEVM**, i. n. [Παντικάπειον] Vrbs maxima ad Bosporum Cimmericum, caeterarum metropolis, condita ab Aeetae filio, cui

*Agae Scytharum rex hunc locum donauerat. Nomen autem accepit a Panticape vicino amne. Meminit Plin. 4, 12.*

**PANTICES**, um. Pl. [*παντων*] Frus ventris, ut ait Festus: sed quid esset Frus, nemo dixerit facile. Intestina significari, suadet illud Plaut. Pseud. 1, 2, 51. Eo vos panticisque adeo madefacitis, quum sim ego hic siccus. Martial. 6, 64. Qui cum panticibus laxis, et cum pede grandi, Et rubro pulmone, etc. Videtur id significare, quod Galli dicunt, la pance. Ios. Scaliger ad Catalecta dicit Panticos esse, quod vulgo Farcin vocant, corrupte a Farcimine. Dalechamp. ad Plin. 11, 37. vult, hoc obsoleto vocabulo lactes a Plauto vocatos esse. Nominatiuus Sing. Pantex occurrit in veteri Glossario, et explicatur *ελκος ἐπὶ τραχήλι κτηνῶν*: ulcus in collo iumentorum, quod plane huc non conuenit. Melius huc quadrat Tibull. in Priapum n. 83. Inter atra cuius inguina Latet iacente panticice abditus specus: Pantex abdomen laxum, flaccidum, dependulum aniculae, sub quo latent caetera. Quod est in Gloss. Isid. Pandex, qui semper pandit ora ad potandum, ea Grammatici de falsa lectione bariolatio est: respicitque ad locum Plauti in Pseudolo nobis citatum.

**PANTICINOR**, ari. Dep. Panticos impleve cibis. Plauto Capt. 4, 2, 116. restituit Salmastus, ubi legitur, Nam nisi mantiscinatus probe ero, fusti peccito.

**PANTOLABVS**, i. m. [*παντολαβος*] Notissimi scurrae nomen apud Hor. Serm. 2, 1, 22. Et 1, 8, 11.

**PANTOMIMVS**, i. m. et **PANTOMIMA**, ae. f. [*παντομιμος*] Personarum omnium imitator efflorque, qui in scenis personas per singulorum actuum simulationes saltando ostendebat. Femininum rarius: V. g. Quorum (diuitum) pantomimae decies sestertio nubunt Sen. ad Helu. c. 12. versus fin. Quod volunt Pantomimum esse etiam ipsam fabulam, quam agat Saltator ille s. histrio Pantomimus, falli viros arbitror. Laudatur Plin. 7, 53 f. 54. Cornelius Gallus Praetorius, et Q. Haterius eques Rom. in Venere obiit. Et, quos nostra adnotavit aetas, duo equestris ordinis (in Venere obiit, et quidem dum illam exercent) in eodem Pantomimo Mythico (hoc vel est proprium nomen, vel illi ab imperio librario substitutum est) tum forma praecellente. Vel haec ultima verba in viam reducere poterant delirantem et hic Harduinum, ac frustra insultantem Salmastio. Alter locus est iunioris Plin. Pan. 46. Idem populus ille aliquando scenici imperatoris spectator et applausor, nunc in Pantomimis (hominibus profecto, quos imperatori opponit) quoque auersatur et damnat effeminatas artes et indecora saeculo studia. Personae sunt hic Pantomimi non minus, quam cum dicit Plin. Epist. 7, 24. Habebat illa pantomimos, fouebatque effusius, quam principi feminae conueniret. Pantomimi ergo saltatione, hoc est manuum gestu historias et fabulas ita exprimebant, ut sub oculos subiicerent: ad quam saltationem respexit Horatius Serm. 1, 5, 63. Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat. Et Iuuen. Sat. 6, 63. Chironomon Ledam molli saltante Batyllo. Vid. graphica descriptio Pantomimi ap. Cassiod. Varr. 4, 51: quicum conuenit Epigr. vet. in Pantomimum apud Pithoeum l. 4 p. 131 ita finitur,

Quae resonat cantor, motibus ipse probat.

Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, astat,  
Illustrat verum, cuncta decore replet.

Tot linguae, quot membra viro: mirabilis ars est,

Quae facit articulos ore silente loqui.

Classicus de hoc argumento est Luciani de saltatione libellus. Conf. Oef. Ferrar. de Mimis et Pantom. Scalig. ad Manil. 5, 473. Bartb. ad Claud. p. 177. Salmast. ad Vopisc. in Carin. c. 19. Rigalt. ad Artemidor. 1, 78. Et I. B. Carpzou. de Aristonis Chii paradoxo p. 84 sq.

**PANTOMIMICVS**, a, um. Adi. Pantomimica ornamenta Sen. Epist. 29. extr.

**PANVS**, i. m. [*πανος*] Nonius 2, 623. Panus est trameae inuolucrum, quod tumet rotundumque est, quem diminutiue Panuclam vocamus. Lucilius lib. 9. Foris subtegminis panus est. Festus Paniculam diminutiuum, non Panulam esse vult. Vid. Varronem de L. L. 4, 23. Scalig. Comest. ad Varr. p. 45. Harduin. ad Plin. 16, 36 f. 65.

¶ 2 Panus, [*φύγεθλον, βεβων*] vocatur Tumor sub faucibus, auribusue, et inguinibus, ex formae similitudine. Afranius Matertera, In quem plenam papulam, panum, tympanum. Nouius Optione, Qui me miserum miseriorem reddidit, quam panus puerum. quod pueri aegrius patientur hoc genus morbi. Haec ex Nonio 2, 623. Vid. Celsum 5, 18, 19. et 5, 28, 10. Scribon. 263. et Plin. 20, 1. Mammofus panus, vid. sub MAMMA.

¶ 3 Panus, in arboribus, quae vstatius Panicula dicitur. Plin. 16, 8. E glandiferis sola, quae vocatur aegilops fert panos arentes, muscoso villo canos, non in cortice modo, verum et e ramis dependentes cubitali magnitudine.

**PANICVLA**, ae. f. Dimin. [*πανικυλα*] significat in arundinibus, iuglandibus, auellanis et similibus Comam illam, in qua semina dependent. Plin. 16, 10. Abies e cunctis amplissima est, et femina etiam prolixior materie, mollior, vtiliorque, arbore rotundior, folio pinato densa, ut imbres non transmittat, atque hilarior. In totum e ramis generum horum panicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, praeterquam larici. Haec abietis masculae, primori parte nucleos habent, non item feminae. Piceae vero totis paniculis, minoribus, gracilioribusque, minimos ac nigros. Plin. 16, 36. de arundinibus, Caetero gracilitas nodis distincta, leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculae coma, neque hac superuacua. Plin. 19, 1. et 18, 7. Quidquid igitur sublonga et subrotunda forma tumet, panicula dici fere potest. Plin. 21, 4. Graecula, inquit, rosa conuoluta habet foliorum paniculas. Hinc pro Eadem ceruorum cornua teneris crescent ferulis, arundineas in paniculas Plin. 8, 32 f. 50. ad similitudinem panicularum in florentibus arundinibus conspicuarum. Paniculum tectorium, apud Plautum, quod legebatur in Milite glorioso 1, 1, 18. Turnebus Paniculam tectoriam restituit ex Plinio: ut paniculae leuissimae arundinis, qua integri villaticae domus solent, intelligantur. ¶ 2 De paniculis inguinum, vid. Apul. de Herb.

¶ 3 Scrib. Larg. Comp. 82. Marcell. Emp. c. 32. PANICVM, i. n. Leguminis genus an frumenti? a Paniculis dictum, supra suo loco dedimus.

**PANVCLA**, vel **PANVLIA**, ae. f. Trameae inuolucrum, ex quo panni texuntur Isidor. 19, 29. Non. 2, 623. Panus trameae inuolucrum, quem diminutiue Panuclam vocamus.

**PANVCLVM**, s. **PANVELVM**, i. n. Idem, ap. Varr. L. L. 4, 23 p. 29, 20. Laudat Scal. Hesych. Πανύλιον, πανύκλιον ἢ ἀτρακτος, εἰς ὃν εἰσέρχεται ἡ κρόκη. Fuerit igitur tubulus s. arundo, in quam fila voluntur, ut textor iis commodius usi possit.

PĀPA, ac. f. *Orta haec appellatio videtur a voce infantum cibum pescentium, cum cibum ac potionem buas ac papas vocent. Vid. Varr. apud Non. 2, 97. vel a Pappas, i. Pater. Patrem item venerabilem notat. Vid. Suid. et Hesych. Fuit nomen hoc commune pastoribus omnibus in Ecclesia usque ad Gregorium 7. quo tempore Episcopo Romano uat' Ἐρῶν tributum est. Vid. Io. Diecm. dissert. de aetat. vocis Papae. Reperitur apud Tertull. de Pudic. c. 13. et Sidon. Epist. 2, 10.*

PAPARIUS, i. m. *Fellator impudicus, ap. Sen. Contr. 2, 9 sub fin. Alii aliter legunt.*

10 PAPAË. [παπαί] *Admirantis Interiectio: habet enim in se affectum verbi Miror. Donatus, Papae interiectio mira subito accipientis. Ter. Eun. 2, 3, 25 Ecquid beo te? p. mene? papae. G. sic soleo amicos. P. laudo. Adde Perf. 5, 79. Plaut. Epid. 1, 1, 52. et Stich. 3, 1, 24.*

15 PAPAS, vid. PAPPAS.

PAPĀVER, ēris. n. [μήκων] *Herba et flos vulgaris, cuius semini soporifera vis inest. Plin. 19, 8 Papaueris sativi tria genera: Candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc et panis rustici crustae inspergitur affuso ouo inhaerens, ubi inferiorem crustam apium githque cereali sapore condiunt. Alterum genus est papaueris nigrum, cuius scapo inciso, lacteus succus excipitur. Tertium genus rhoeam vocant Graeci, id nostri erraticum, etc. Capita papaueris siluatici Scribon. 73.*

20 Capitum cortex Id. 220. Semen nigri pap. Id. 143. Aceruus papaueris Lucret. 3, 198. 3, 18. Lacrimae papaueris apud Celsum locis paene infinitis, nihil aliud est quam Opium. Viitur etiam Scribon. 167 et 170. Eidem est Succus papaueris 22. 180. Cereale papauer

Virg. Georg. 1, 212, in quantum grana in cibo sunt non iniucundo. Sic Vescum. Fecundum Ouid. Met. 11, 605. Letheum Virg. Georg. 4, 545. Luteum Catull. in Epithal. Mall. l. 59, 195. Nigrum

30 pap. Scribon. 143. 148. Purpureum Propert. 1, 20, 38. Siluaticum Scribon. 22. 73. Soporiferum Virg. Aen. 4, 486. Hinc Redimita papauere frontem nox Ouid. Fast. 4, 661. Vescum Virg.

Georg. 4, 131. Viride Scribon. 180. ¶ 2 *Observast.*

35 Papauer, masc. gen. Varro, Infrias senem papauerem. Plaut. Trin. 2, 4, 8 Formicis obiicis papauerem. Ex Nonio 3, 117. conf. Plaut. Poen. 1, 2, 113. et Trin. 2, 4, 8. In Plur. Virg. Ecl. 2, 47

Et summa papauera carpens. Liu. 1, 54 Summa papauerum capita baculo decussit. conf. Flor. 1, 7, 7. et Propert. 1, 19, 38. Inter

40 Bellaria fuit. Hinc, Dicta factaque, quasi sesamo et papauere sparsa Petron. c. 1.

PAPAVERĒVS, a, um. Adi. [μηκωνίος] *Comae papauercae Ouid. Fast. 4, 438 flores papaueris.*

PAPAVERĀTVS, a, um. Adi. [μηκωνωτὸς] *Papaueratae vestes, a colore, quem papaueris genus conciliat, candido dicuntur, si audimus Hard. ad Plin. 8, 48 l. 74. Conf. PAVERATVS sub PAVIO.*

PAPAVERCVLVM, i. n. *Herba, quae alias Leontopodion Apul. de Herb. c. 7.*

PAPĒLLIVS Ister, Consul, quo tempore bubo infausta auis Capitolii cellam intravit, propter quod Nonis Martiis vrbs iustrata est eo anno Plin. 10, 12.

50 PAPHĀGVVS, i. m. [παφάγος] *Epirotes, cum circumfideret urbem Ambraciam, venatum exiuit, et leaenae catulum nactus ab ea insecuta dilaniatus est, auctore Callimacho. Haec vet. Interpr. Ibidis Ouid. Vid. statim PAPHAGEVS. De Phalaeco Ambraciae tyranno narrat idem Antonin. Liberalis f. 4.*

PAPHĀGĒVS, a, um. Adi. Ouid. in Ibin v. 502 Foeta tibi occurat patrio popularis in aruo, Sitque Paphageae causa leaena necis. Sic edebatur; Sed Phayllum praefereunt et Phaylleae Critici.

60 PAPHIACVS, PAPHIVS, vid. μοκ PAPHOS.

PAPHLĀGŌNIA, ae. f. [παφλαγονία] *Asiae minoris regio, a Paphlagon Phinei filio denominata, ut auctor est Stephanus.*

PAPHLĀGŌN, ōnis. m. [παφλαγών] *Qui est e Paphlagonia. Priscianus in Periegesi Dionysii, Paphlagones post hos Mariandynique sequuntur. Curt. 6, 11, 4 Ludibrio ei fuisse rusticos homines Phrygasque et Paphlagonas appellatos, etc. Vid. Freinsh. Ind. Curt.*

65 PĀPHOS, i. f. [πάφος] *Vrbs Cypri, in qua Venus summa cum diligentia colebatur. Ex quo Hor. Carm. 1, 30, 1 eam Paphi reginam appellat. Huius meminit Plin. 2, 96. Virg. Aen. 10, 86 Celsa Paphos.*

70 PAPHIVS, a, um. Adi. [πάφος] *Vnde ipsa Venus Paphia dicebatur, cuius templum et cultum describit Tacit. Hist. 2, 2. et Annal. 3, 62. Myrti Paphiae Ouid. de Arte Am. 3, 181. Myrtus enim dicata est Veneri. Puellae Claud. in Eutrop. praef. 2, 65 famulae Veneris, meretrices. Sedes Paphiae Idem de Nupt. Honor. 254.*

75 Thyrsi Paphii Columel. 10, 370 lactucae genus.

PĀPIA, gens Romana, unde v. g. Lex Papia Poppaea, quam tulere M. Papius et Q. Poppaeus, de qua Icti et peculiaris I. G. Heineccii liber.

¶ 2 *Papia papae, Varronis Satyrae cuiusdam titulus est, quod significat Papae patercule. In ea immodicos laudatores et assentatores vituperabat, qui in admirationem saepe solent prorumpere, et assentatoria laude hominibus adulari. Turneb.*

80 PĀPĪLIO, ōnis. m. *Inter Vermiculos alatos numeratur, quo nulum animal imbecillius est. Plin. 11, 19 Papilio etiam hic ignavus et inhonoratus, luminibus accensis aduolitans, pestifer, nec vno modo, nam et ipse ceras depascitur, et relinquit excrementa, quibus tereidines gignuntur. Columel. 9, 14, 2. Ouid. Met. 15, 372*

Quaeque solent canis frondes intexere filis

Agrestes tineae, res obseruata colonis,

Ferali mutant cum papilione figuram.

90 Ferali, quia, ut ait Plin. 28, 10 Papilio lucernarum luminibus aduolans, inter mala medicamenta numeratur. Forte etiam quia apibus et melli infestus. ¶ 2 *Papilio, [σημίωμα Gloss. Lat. Gr.] Tentorium etiam significat. Plin. 5, 3 Numidae vero Nomades, a permutandis papilionibus: mapalia sua, hoc est domus claustris circumferentes. Vetus exemplar habet, A permutandis pabulis. Certiora sunt apud Veget. 1, 23. Spartian. in Nigro c. 11. Lamprid. Alex. c. 51. Treb. Poll. Trig. Tyran. c. 16. Dicitur etiam Lecticae species, vid. Voss. de Idolol. 2, 10.*

PĀPĪLVNCVĻVS, i. m. Dimin. Tertull. de Anima c. 32.

00 PĀPĪLLA, PĀPĪLLATVS, vid. PĀPVLĀ.

PĀPĪNIA, gens Romana, e qua is, quem Consulem se vidisse ait Plin. 15, 14. it. Papinius Statius Poeta, cuius carmina habemus.

PĀPĪNIĀNVS, i. m. [παπινιανός] *Iurisconsultus, Seuero principi gratissimus, Scaeuolae discipulus, cui in aduocatione fisci successit. Is est, cui filios suos Seuerus moriens commendauit; deinde*

05 cessit. Is est, cui filios suos Seuerus moriens commendauit; deinde

ab Antonio Caracalla, securi percussus, causa necis traditur, quod Caracalla, interfecto fratre Geta, ei mandauerit, ut in Senatu et apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri Spartian. Seuer. c. 21.

**PAPINIANISTAE**, *iuris auditores, aliquando dicti a Seruidii Scacuolae discipulo Papiniano, Iureconsultorum, quorum in pandectas relata sunt monumenta, longe principe.* Iustinianus in Epistola ad omnes populos, quae Pandectis est praefixa. *Vid. Hotoman. de verbis Iuris.*

**PAPIRIA**, *sive PAPISIA, gens patricia Romae fuit, ex qua plures nobilissimae celebrantur familiae; diuersis cognomentis insignitae. Alii enim Papirii dicebantur Mugillani, alii Crassi, alii Cursores, alii Paeti, Praetextati, etc. De omnibus frequens fit mentio apud historicos. Papirius per Latinam litteram scribendum; numi ostendunt. Ex hac gente fuit illa Papiria, cuius liberta manu missa statim pretium illi persoluit, dicens Vapula Papiria! quod in prouerbium abiit, de quo in VAPVLO.*

**PAPIRIANA** saeuitia Liu. 10, 2 extr.

**PAPPA**, ae. f. [*πάππα*] *Puerorum cibus est; deductum nomen a prima voce paruorum.* Varro ap. Non. 2, 97 in Cato, de liberis educandis, Quum cibum ac potionem buas ac pappas vocent, et matrem mammam, patrem tatam. *Sed etiam accipitur pro eo, qui puerum alit.* Iuuen. Sat. 6, 632 Timidus praegustet pocula pappas. *Sed et Iouem eo nomine appellatum narrat Alexander ab Alex. 2, 22 A Bithynis usurpatum legimus, ut adoraturi, montium cacumina conscendant, et sine templis Iouem Pappam saluent, sicut Scythae Papeum.*

**PAPPO**, s. **PAPPO**, äre. [*πάππος*] *Blandiusculis et puerilibus verbis patrem appellare.* Pers. 3, 17 Et similis regum pueris pappare minutum Poscis? et iratus mammae lallare recusas? *Graeci πάππον dicunt, quae vox etiam est anserum, ut testatur Iulius Pollux. Pappare, Cibum sumere.* Plaut. Epid. 5, 2, 62 Nouo liberto opus est, quod pappet. P. dabitur, praeebo cibum. *Vid. Taubm.*

**PAPPARIUM**, i. n. *Quod edendum praebetur, ut, Dominicae libidini papparium facere Sen. Controu. 1, 1. Vid. Gronou. in Sen. p. 408. et Pareum Lex. Crit. p. 881.*

**PAPPVVS**, i. m. [*πάππος*] *Auus dicitur a Graecis traducto nomine.* Ausonius ad nepotem suum Protrep. v. 18 Pappos, auiasque trementes Anteferunt patribus serri noua cura nepotes.

**PAPPVS**, [*πάππος*] *Carduorum flos et lanuginosa quaedam substantia in aërem sese effundens, ut veluti flocci quidam volare videantur, vel de ipsis carduis dependere.* Lucret. 3, 387 Vestem nec plumas auium, papposque volantes, *vid. Fests. Sic Pappus, Lanugo helxines herbae.*

Plin. 21, 16 Semen ei lanuginis, quem pappum vocant: quo detracto et cortice, teneritas similis cerebro palinae est. *Item Pappus, Herba, quae alias Senecio dicitur, quod in pappos abeat, et lanuginem carduorum floribus similem.* Plin. 25, 13 Erigeron a Graecis, quae a nostris vocatur senecio. *Et paullo post, Nomen hoc Graeci dederunt, quia vere canescit. caput eius numerosa diuiditur lanugine (qualis est spinnae) inter diuisuras exeunte. Quare eam Callimachus Acanthida appellat, alii pappum.*

**PAPVLA**, ae. f. [*ψυδάκιον, Gloss. Lat. Gr. Ψυδάκιον, Φύμα*] *Pustula, tuberculum, quod icinnae salinae defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus obstantia sudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid. Cels. 5, 28, 18. et Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferuescentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore ut curentur Colum. 6, 31, 2.*

**PAPILLA**, ae. f. Dimin. [*πάλλα*] *Mammae capitulum, unde extrahitur lac: sic dicta, quod papulae sit similis. Et de viris mulieribusque dicitur: etiam de animalibus, ac de totis mammis saepe accipitur.* Proprie Papilla vberis Col. 9, 11, 4. Plin. 11, 37 vbi de corde loquitur, Homini tantum intra laetiam papillam. Varro de R. R. 2, 9 de canibus, Praeterea feminas volunt esse mammosas, aequalibus papillis. Dura lupae Propert. 4, 4, 54. Forma papillarum apta premi Ouid. Amor. 1, 5, 20. Habiles papillae Idem ibid. 1, 4, 37. Roseae Catull. in Camerium l. 53, 12. Tenerae Idem in Epithal. Juliae l. 59, 105. Virg. Aen. 11, 803 Hasta sub exsertam donec perlata papillam Haesit. Bellula papilla Plaut. Cas. 4, 4, 22. Turgentes papillae Idem Rud. 2, 4, 10. Tumidae papillae omne habent pectus Ouid. Rem. Amor. 337.

**PAPVLA**, ae. f. [*ψυδάκιον, Gloss. Lat. Gr. Ψυδάκιον, Φύμα*] *Pustula, tuberculum, quod icinnae salinae defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus obstantia sudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid. Cels. 5, 28, 18. et Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferuescentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore ut curentur Colum. 6, 31, 2.*

**PAPILLA**, ae. f. Dimin. [*πάλλα*] *Mammae capitulum, unde extrahitur lac: sic dicta, quod papulae sit similis. Et de viris mulieribusque dicitur: etiam de animalibus, ac de totis mammis saepe accipitur.* Proprie Papilla vberis Col. 9, 11, 4. Plin. 11, 37 vbi de corde loquitur, Homini tantum intra laetiam papillam. Varro de R. R. 2, 9 de canibus, Praeterea feminas volunt esse mammosas, aequalibus papillis. Dura lupae Propert. 4, 4, 54. Forma papillarum apta premi Ouid. Amor. 1, 5, 20. Habiles papillae Idem ibid. 1, 4, 37. Roseae Catull. in Camerium l. 53, 12. Tenerae Idem in Epithal. Juliae l. 59, 105. Virg. Aen. 11, 803 Hasta sub exsertam donec perlata papillam Haesit. Bellula papilla Plaut. Cas. 4, 4, 22. Turgentes papillae Idem Rud. 2, 4, 10. Tumidae papillae omne habent pectus Ouid. Rem. Amor. 337.

**PAPVLA**, ae. f. [*ψυδάκιον, Gloss. Lat. Gr. Ψυδάκιον, Φύμα*] *Pustula, tuberculum, quod icinnae salinae defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus obstantia sudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid. Cels. 5, 28, 18. et Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferuescentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore ut curentur Colum. 6, 31, 2.*

**PAPILLA**, ae. f. Dimin. [*πάλλα*] *Mammae capitulum, unde extrahitur lac: sic dicta, quod papulae sit similis. Et de viris mulieribusque dicitur: etiam de animalibus, ac de totis mammis saepe accipitur.* Proprie Papilla vberis Col. 9, 11, 4. Plin. 11, 37 vbi de corde loquitur, Homini tantum intra laetiam papillam. Varro de R. R. 2, 9 de canibus, Praeterea feminas volunt esse mammosas, aequalibus papillis. Dura lupae Propert. 4, 4, 54. Forma papillarum apta premi Ouid. Amor. 1, 5, 20. Habiles papillae Idem ibid. 1, 4, 37. Roseae Catull. in Camerium l. 53, 12. Tenerae Idem in Epithal. Juliae l. 59, 105. Virg. Aen. 11, 803 Hasta sub exsertam donec perlata papillam Haesit. Bellula papilla Plaut. Cas. 4, 4, 22. Turgentes papillae Idem Rud. 2, 4, 10. Tumidae papillae omne habent pectus Ouid. Rem. Amor. 337.

**PAPVLA**, ae. f. [*ψυδάκιον, Gloss. Lat. Gr. Ψυδάκιον, Φύμα*] *Pustula, tuberculum, quod icinnae salinae defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus obstantia sudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid. Cels. 5, 28, 18. et Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferuescentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore ut curentur Colum. 6, 31, 2.*

**PAPILLA**, ae. f. Dimin. [*πάλλα*] *Mammae capitulum, unde extrahitur lac: sic dicta, quod papulae sit similis. Et de viris mulieribusque dicitur: etiam de animalibus, ac de totis mammis saepe accipitur.* Proprie Papilla vberis Col. 9, 11, 4. Plin. 11, 37 vbi de corde loquitur, Homini tantum intra laetiam papillam. Varro de R. R. 2, 9 de canibus, Praeterea feminas volunt esse mammosas, aequalibus papillis. Dura lupae Propert. 4, 4, 54. Forma papillarum apta premi Ouid. Amor. 1, 5, 20. Habiles papillae Idem ibid. 1, 4, 37. Roseae Catull. in Camerium l. 53, 12. Tenerae Idem in Epithal. Juliae l. 59, 105. Virg. Aen. 11, 803 Hasta sub exsertam donec perlata papillam Haesit. Bellula papilla Plaut. Cas. 4, 4, 22. Turgentes papillae Idem Rud. 2, 4, 10. Tumidae papillae omne habent pectus Ouid. Rem. Amor. 337.

**PAPVLA**, ae. f. [*ψυδάκιον, Gloss. Lat. Gr. Ψυδάκιον, Φύμα*] *Pustula, tuberculum, quod icinnae salinae defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus obstantia sudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid. Cels. 5, 28, 18. et Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferuescentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore ut curentur Colum. 6, 31, 2.*

**PAPVLA**, ae. f. [*ψυδάκιον, Gloss. Lat. Gr. Ψυδάκιον, Φύμα*] *Pustula, tuberculum, quod icinnae salinae defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus obstantia sudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid. Cels. 5, 28, 18. et Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferuescentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore ut curentur Colum. 6, 31, 2.*

**PAPVVS**, fuit cognomen Aemiliorum.

**PAPYRIA** gens, *vid. PAPIRIA.*

**PAPYRVS**, i. f. *vel PAPYRVM, i. n. [*πάπυρος*] Fruticis genus.* Plin. 13, 11 Papyrus ergo nascitur in palustribus Aegypti, aut quiescentibus Nili aquis, vbi euagatae stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radice obliquae crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens. Semine nullo, aut vsu eius alio, quam floris ad deos coronandos. Radicibus incolae pro ligno vtuntur: nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque vtensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro nauigia texunt, et e libro vela, tegetesque, nec non et vestem, atque stragula ac funes. Mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum deuorantes. Nascitur et in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum. Neque aliis vsus est, quam inde funibus rex Antigonus in naualibus rebus, nondum sparto communicato. Nuper et in Euphrate nascens circa Babylonem papyrus intellectum est eundem vsum habere chartae. Et tamen adhuc malunt Parthi vestibibus literas intexere. Praeparantur ex eo chartae, eo modo, quem ex Plinio dedimus in CHARTA. Poëtis saepius pro Libro ponitur. Catull. ad libellum l. 36, 2 Velim Caecilio, 105

**PAPVLA**, ae. f. [*ψυδάκιον, Gloss. Lat. Gr. Ψυδάκιον, Φύμα*] *Pustula, tuberculum, quod icinnae salinae defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus obstantia sudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid. Cels. 5, 28, 18. et Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferuescentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore ut curentur Colum. 6, 31, 2.*

**PAPVLA**, ae. f. [*ψυδάκιον, Gloss. Lat. Gr. Ψυδάκιον, Φύμα*] *Pustula, tuberculum, quod icinnae salinae defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus obstantia sudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid. Cels. 5, 28, 18. et Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferuescentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore ut curentur Colum. 6, 31, 2.*

**PAPVLA**, ae. f. [*ψυδάκιον, Gloss. Lat. Gr. Ψυδάκιον, Φύμα*] *Pustula, tuberculum, quod icinnae salinae defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur.* Virg. Georg. 3, 564 Ardentes papulae, atque immundus obstantia sudor. Plin. 28, 17 Papulis nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto. *Vid. Cels. 5, 28, 18. et Sen. de Vita beata c. 27. Papulae Scribon. 106. — in capite efferuescentes Idem 243. — oculorum Idem 26. In pecore ut curentur Colum. 6, 31, 2.*

- papyre, dicas. Martial. 3, 2 Cordylas madida tegas papyro. Augusta papyrus, *vid.* AVGVSTVS. Bibula papyrus Lucan. 4, 136. Pagina crescit multa papyro Iuven. Sat. 7, 101. ¶ 2 *Vfus etiam alios praestabat Papyrus.*  
 5 *secta in cauda bouis inhibetur papyri ligamine.* *Add.* Veg. Mulom. 3, 3, 4. *Ad fistulas etiam adhiberi iubet* Veg. 2, 13, 5 etc. Vinculum de papyro faciendum *in insitionibus* Pallad. Febr. 29, 2 et 33. Veget. 2, 57, 1 Papyrus candelarum purgatum subtiliter carpis, *i. qualis ad candelarum ellychnia pro linamentis adhibetur.* Ex Papyro textili calceos Philologiae subligat Phronesis apud Martian. Capellam 2 p. 28.  
 P A P Y R A C E V S, a, um. Adi. [*παρυρακος*] Quod ex papyro factum est. Plin. 28, 11 Optime ellychnio papyraceo. Papyraceae naues Idem 6, 22 e caulibus s. caudicibus potius papyri.  
 P A P Y R I F E R, era, erum. Adi. [*παρυροφορος*] Annis papyri-fer. Nilus Ouid. Trist. 3, 10, 27. Nilus papyriifer Idem Met. 15, 753.  
 P A P Y R I V S, a, um. Idem. Aufon. Epist. 7, 47 Fac campum replicas Musa papyrium.  
 P A P Y R I N V S, a, um. Adi. Idem. Varro apud Non. 2, 759 Stilo nostro papyrino.  
 20 P A P Y R I O, onis. m. Locus papyro abundans. Vulgata Exod. 2, 5.

## P A R

- P A R, paris. n. [*ζευγος*] Duo similes et iuncti. Cic. de Amicit. 15 c. 4 Id mihi eo magis est cordi, quod ex omnibus saeculis vix tria aut quatuor nominantur Paria amicorum: quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam et Laelii, notam posteritati fore. Cic. Verr. 2, 47 c. 19 Paria complura scyphorum. Par columbarum Ouid. Met. 13, 837. Nobilissimum par gladiatorum Cic. de Opt. gen. Orat. 17 c. 6. Plin. 21, 8 Paria nunc componuntur, natura atque luxuria depugnante. Sen. de Prouid. 2 Ecce par deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus. Lucan. 6, 3 Parque suum videre Dei Pompeium et Caesarem pugnare paratos. Idem 6, 191 Parque nouum fortuna videt concurrere bellum, atque virum. Lucan. 7, 796 Sed par, quod semper habemus Libertas et Caesar erunt, *i. Caesar semper oppugnabit libertatem Romanam.* Paria scyphorum Cic. Verr. 2 c. 19. Inuidium par Consulium Patere. 2, 46, 1. ¶ 2 Par quoque vna quaeque pars paris, coniugum praesertim. De mafculo: Ouid. Fast. 3, 193 Cum pare quaeque suo coeunt volucresque feracae. De femina: Idem ibid. 3, 526 Accumbit cum pare quisque sua. Ouid. Fast. 4, 98 Et docuit iungi cum pare quemque sua.  
 P A R, paris. Adi. [*αεριοσ, ισοσ*] Aequalis, Similis, Aequus: cum de numero dicitur, par est, qui per binarium accurate potest diuidi.  
 45 Sic Par et Impar, contraria. Cic. Acad. 4, 32 Illos, qui omnia sic incerta dicunt, vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur, quasi desperatos aliquos relinquamus. Pares, interdum pro Duobus accipiuntur, vt, Paribus equis vtebantur Romani in praelio, vt sudante altero transfirent in sicum. Festus h. v. Pares, Gemini fratres. Ouid. Met. 8, 308 Actoridaeque pares. Virg. in Iuuenil. de Castore et Polluce, Germanique pares laudante Parrhas. Epist. 41. ¶ 2 Par, [*σικος*] Decens, conueniens, aequum. Quintil. 5, 12 Si propter matrimonia violata vrbes euersae sunt, quid fieri adultero par est? Cic. de Legib. 2, 12 Ex quo intelligi par est eos, qui perniciofa, etc. Idem ad Atticum 9, 11 Itaque mihi dubitanti, quid me facere par sit. Et de Diuin. 2, 114 c. 55 Casum autem praelii nemo nostrum erat, quin timeret, sed ita, vt constantibus hominibus par erat, non aperte. Par est autem primum ipsum esse bonum virum Cic. de Amicit. 84. Quibus tu, vt par erat, restitisti Idem Fam. 11, 28. Par, centeno gutture niti Perf. 5, 6. Par est animum aduertere ad haec Lucret. 2, 124. Par non est Nepos 18, 8, 4. Idem 14, 6, 4. ¶ 3 Par, est [*ομοιοσ*] Similis et aequalis. Virg. Georg. 4, 99 Et paribus lita corpora guttis, *i. Similibus.* Cic. Fam. 5, 11 Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te, et eadem voluntate cognosces. Plaut. Bacch. 5, 1, 23 Quid tibi est? N. pol mihi par idem quod est tibi. Par et eadem, *vid.* IDEM. Virtutes inter se aequales et pares Cic. de Orat. 1, 83. Par et aequalis rebus ipsis oratio Idem in Orat. 132. Aequo et pari iure cum caeteris viuere Cic. Off. 1, 124. Par et similis deorum beata vita Idem de Nat. Deor. 2, 153. Habet omnis hoc voluptas, Stimulis agit fruentes, Apiumque par volantum, Vbi grata mella fudit, Fugit, et nimis tenaci, Ferit iceta corda morfu Boeth. 3 Met. 7. Par sollicito fabula somnio Sen. Troad. Act. 2 extr. Conf. Freinshem. ad Curt. 5, 5, 7. Interdum tamen Par et Similis, differre videntur, vbi Par idem est, qui aequalis, *i. aequae magnus, aequae laudabilis.* V. g. Quintil. 10, 1 Mihi egregie dixisse videtur Seruilius Nouianus, pares eos magis quam similes: De Sallustio et Lini, *i. aequae magnos diuersis virtutibus.* Pseudo-Cic. in Sallust. 6 At quanto meliore loco Resp. tuenda staret, si tu par ac similis scelestorum ciuium, vna cum illis adnumeraturus esses? Par atque vnum iudicium, *vid.* IDEM. Par atque vna ratio est spei, laetitiae, molestiae Cic. de Orat. 2, 209. Idem Fam. 13, 56 Peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisque officiis paribus ac mutuis, vt, etc. Poeta oratori multis ornandi generibus socius ac paene par Cic. de Orat. 70. Par et Dispar, contraria. Auct. ad Herenn. 2, 5 Si non poterit par animi vitium cum causa reperire, reperiat dispar. Neque par, neque dispar Lucret. 2, 737. Excellere et Parem esse, contraria. Cic. pro Lege Manil. 41 Vt is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Par et Inferior, contraria. Cic. de Orat. 2, 209 Inuident homines maxime paribus aut inferioribus, quum se relictos sentiunt, illos autem dolent euolasse: sed etiam superioribus inuidetur saepe vehementer, et eo magis, si intolerantius se iactant, et aequabilitatem communis iuris praestantia dignitatis aut fortunae suae transcunt. Paria et Superiora, contraria. Cic. de Clar. Orat. 215 Erant ei quaedam ex his paria cum Crasso, quaedam etiam superiora. ¶ 4 Varie construitur: Cic. de Nat. Deor. 3, 2 Neque mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit. Nep. Hannib. 5 Magistrum equitum pari ac Dictatorem imperio. Caes. Bell. Gall. 5, 13 de Hibernia loquens, Pari spatio transmissus, atque ex Gallia, est in Britanniam. Cic. de Inu. 2 c. 2 Si par in nobis huius artis, atque in illo picturae scientia fuisset. Virg. Ecl. 7, 5 Et cantare pares, et respondere parati, *i. Pares arte canendi, et eadem scientia praediti ambo.* Sic Sapientia par ad formam, Tam elegans ingenium, quam vultus Plaut. Mil. 4, 6, 36. Scientia par in nobis atque in illo est Cic. de Inuent. 2, 5: Idem in Pison. 8 Quos Q. Metellus (facio iniuriam fortissimo viro mortuo,

mortuo, qui illum, cuius paucos pares haec ciuitas tulit, cum hac impo-  
 portuna belua conferam) sed ille designatus Consul, etc. Pares  
 fortitudinis Phaedr. 4, 15. *Vid. ibi plura exempla in Not. Burm.* Par  
 superis Tydides Hor. Carm. 1, 6, 16. *i. ausus pugnare contra Martem  
 et Venerem, comparatus cum illis in praelio.* Stat. Theb. 6, 839 In-  
 de haec audax fiducia tantum Oenidae superare parem. Val. Fl. 5,  
 43 Vbi monstriferae par ille nouercae *i. Hercules comparatus et pu-  
 gnans cum Iunone monstra sibi immittente.* Io. Frid. Gronou. Obs. 1, 23  
*addit etiam* Liu. 5, . . . Oblatus in acie par Manlius Torquatus. In  
 his itaque par est aduersarius cum altero comparatus in praelio. Res 10  
 sunt pares furta latrocinii Hor. Serm. 1, 3, 122. Aequae pares inter  
 se Cic. Att. 16, 13. Aetate par Ouid. Met. 7, 514. Aetate pares,  
*pro Eiusdem aetatis* Plaut. Merc. 4, 7, 29. Aetate pares ministri  
 Virg. Aen. 1, 709. *Sed* Sil. 4, 370 Aetatis mentisque pares. Par  
 studiis, acuique modis, sed robore dispar Stat. Achil. 1, 176. Suff. 15  
 fragiis pares competitores Cic. pro Planc. 53. Omni virtute et laude  
 vnus alteri par Idem ibid. 27 c. 11. Cic. pro Font. 26 Qui Inducio-  
 maro isti minaci atque arroganti par in belligerando esse possit. Par  
 est, Quod in omnes aequabile est Idem de Inuent. 2, 68. ¶ 5  
*Aliae formulae:* Pares amici Mart. 10, 47 *qui pariter amant, gradu li-  
 cet alio diuersi.* *Vid. mox* Pares in amore. Animis paribus, *Vnani-  
 mi consensu* Liu. 1. Amor par est illis Ouid. Met. 12, 416. Arma  
 paria Virg. Aen. 5, 425. Auspicia Idem ib. 4, 102. Fortuna par  
 duorum Ouid. de Arte Am. 2, 559. Virg. Georg. 1, 208 Libra die  
 somnique pares vbi fecerit Horas, *i. aequales: semper enim* XII. Conf. 25  
 Lucan. 8, 467. Ingenium par nancisci Ter. Hec. 1, 2, 95. Inge-  
 nium minime voluntati par Cic. pro Corn. Balb. 1. Mensura pari  
 Scribon. 7. 180. 243. Mensuris paribus 133. Cic. pro Lege Manil.  
 29 Iam vero virtuti Cn. Pompeii quae potest par Oratio inueniri?  
 Noxiae Poena par esto Cic. de Legg. 3 c. 20. Poena par delicto 30  
 Ouid. Trist. 2, 578. Pretium laboris dignum, et par Plin. Epist.  
 3, 9. ¶ 6 *Observat.* - Pares in amore, dicuntur, vt Pa-  
 res Amici, Cic. de Amic. 32 *quum mutuo inter se pariter amant: con-  
 tra, Impares, quum mutuo non amatur, sed alteri amanti alter vicem  
 non reddit, neque animum mutuum.* Hor. Epod. 15, 14 Et quaeret ira 35  
 tus parem. Idem de Impari Carm. 1, 33, 10 Cui placet impares for-  
 mas, etc. Rursus, Epod. 11, 26 Desinet imparibus certare summo-  
 tus pudor. *i. Me paullo inuerecundius geram, nec ita pudenter summit-  
 sam amicae, sed eam aspernabor, desinamque sectari imparem, neque  
 redamantem.* Turneb. Cic. de Senect. 7 c. 3 Pares autem cum pa- 40  
 ribus veteri prouerbio facillime congregantur. Coeāt par iungatur-  
 que pari Hor. Epist. 1, 5, 25. Nubere pari Ouid. Epist. 9, 32. Es-  
 se paria debent posteriora superioribus, extrema primis Cic. de Orat.  
 3, 148. Esse pari filo, *non tantum ad textilia pertinet, sed latius pa-  
 set:* Lucret. 2, 341 Debent nimirum non omnibus omnia prorsum Es- 45  
 se pari filo, etc. Pari iugo, dixit Plin. in Epist. 3, 9 *pro eo quod  
 est, Pari studio, parique conatu. Quadrabit in eos prouerbium, qui ne-  
 gotium commune certatim ac simili contentione agunt. Translatum a bu-  
 bus, idem plaustrum aequali iugo trabentibus.* Plinii verba sunt haec,  
 Habet quidem gloria in studiis praesertim quiddam ἀκωνόμητρον: nobis 50  
 tamen nullum certamen, nulla contentio, quum vterque pari iugo  
 non pro se, sed pro causa niteretur. Esse parem, *significat Suffi-  
 cere alicui operi, siue resistendo illi, siue exsequendo.* Cic. Att. 12  
 Eum tamen interpellat fletus, cui repugno quoad possum: sed adhuc  
 pares non sumus. Nos pares Esse aduersariis non possumus Pompei. 55  
 sub Cic. Att. 8, 12. *Add. Ib. Epist. seq. Nep. 2, 4, 2. et 7, 6, 2 etc.* Es-  
 se parem oneri ferendo Ouid. Met. 15, 403. Par laboribus corpus  
 Quint. Decl. 15. Esse parem alicui, *pro Aequalia reddere.* Plaut.  
 Capt. 2, 2, 65 Bene merenti, bene profuerit: male merenti, par erit.  
 Cic. Att. 14, 5 Non committam posthac, vt me accusare de epistola- 60  
 rum negligentia possis; tu modo videto in tanto otio, vt par mihi sis.  
 Superiorem parem esse inferiori, maximum est in amicitia Cic. de  
 Amicit. 71. *Etiam cum Genituo,* Phaedr. 4, 15, 6 Pares dum non  
 sint vestrae fortitudinis, *vbi plura dabunt viri docti.* Ipse Cic. in Pi-  
 son. c. 4 Illum, cuius paucos pares haec ciuitas tulit. Mihi omnia 65  
 cum illo paria sunt Cic. pro Lig. c. 9. Paria facere cum rationibus  
*dicitur villicus* Colum. 1, 8, 13. et 11, 1, 24 *cum repraesentare pecuniam  
 potest, quam rationes indicant. Hoc deinde ad alia transfertur, vbi com-  
 pensantur beneficia, operae, etc.* Senec. de Benef. 3, 9 Quum aliter  
 beneficium detur, aliter reddatur, paria facere difficile est. Conf. 70  
 Plin. Paneg. c. 6 extr. Nazar. Paneg. Const. c. 13. Colum. 12 Praef.  
 8 Vt cum forensibus negotiis matronalis sedulitas industriae rationem  
 parem faceret. Cic. de Legib. 3, 19 c. 9 Infima summis paria fecit,  
 turbauit, miscuit. Referre parem gratiam Ter. Eun. 4, 4, 58. Par  
 referre Idem Adelph. 1, 1, 48. Plaut. Pseud. 2, 3, 26 Euge, Par pa- 75  
 ri, aliud autem quod cupiebam, contingit. Plaut. Afin. 1, 3, 20  
 Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. Ter. Eun.  
 3, 1, 55 Si laudabit haec illius formam, tu huius contra denique Par  
 pari referto quod eam mordeat. *Hunc locum adducit* Cic. Fam. 1, 9.  
*Paullus Manutius et Faernus utrobique legunt,* Par pro pari referto, *ne* 80  
*mancus sit versus: idque ex vetustissimis codicibus.* Bentl. Par tu pari,  
 etc. Referre paria paribus Cic. de Orat. 3, 204. Reddere paria  
 in vtramque partem, *vid. REDDO.* Plaut. Truc. 5, 47 Vnguenta,  
 noctes, sauium. P. par pari Respondet. Cic. Att. 16, 7 Vt sit vn-  
 de par pari Respondeatur. Ter. Phorm. 1, 4, 35 Verbum verbo, 85  
 par pari vt Respondeas. Paria paribus, omnia omnibus Responde-  
 ant Cic. de Nat. Deor. 1, 50. *Add. Idem Att. 6, 1.* Par impar,  
*Genus ludi.* Suet. in August. c. 71 Misi tibi denarios ducentos quin-  
 quaginta, quos singulis conuiuis dederam, si vellent inter se post coe-  
 nam vel talis, vel par impar ludere. Hor. Serm. 2, 3, 248 Ludere 90  
 par impar, equitare in arundine longa. *Observandum hic etiam illud  
 est veteres Poetas classicosque, Par, cum compositis Compar, Dispar, Im-  
 par, semper produxisse, vt ex Catullo, Lucretio, Horatio, et aliis  
 constat: cum contra qui Theodosii temporibus et postea vixerunt, vt Au-  
 fonius, Prudentius, Prosper, Mart. Capella alique fere corripuerunt.* 95  
*Quod hic monere volumus, ne illorum auctoritas iunioribus imponat.* Su-  
 perlat. [ισοβαρος] formauit Plaut. Curc. 4, 2, 20 Eodem herele vos po-  
 no et paro, parissimi estis iibus. Sic Parissima talio Gell. 20, 1.  
 PARILIS, e. Adi. [παρίσιος] Significat Aequale. Lucret. 2, 374  
 Concharumque genus parili ratione videmus Pingere telluris gremi- 100  
 um. Aetate parili Ouid. Met. 8, 631. Noctes pariles agitare di-  
 esque Lucret. 1, 1066. Ratione parili Idem 2, 374. Segetes  
 pariles Varr. de L. L. 4, 20. Accipere, et parili reddere voce Vale  
 Ouid. Trist. 1, 7, 26.  
 PARILITAS, atis. f. [τὸ παρίσιον] Aequalitas. Gell. 14, 3 Pa- 105



rilitas virtutum inter se confimilium. *Conf. Sidon. Epist. 4, 4. et Aggen. Goeſ. p. 53.*

PARILĪTER. Adu. Charif. 2 p. 191.

PARĪTAS, ātis. f. Arnob. 2 p. 78 Aut in impari paritas aut dulcedo in amaritudine contineri nequit.

PARIO, āre. *Soluere, Paria facere: hoc est, ita rationes reddere, ut paria expensa sint acceptis: contrarium Reliquari.* Vlpian. in l. Is qui. D. de manumiff. Quæri poterit, si quum hoc ab initio eſet actum, emtor feſtinavit, et pretium numeravit: an poſtea ei ſatisfacero, ſeruus conſtitutione vti poſſit? et puto poſſe. Proinde eſti ei numos prorogavit emtor, quum ei pariauerit, poterit ad libertatem peruenire. *Quaedam exemplaria habent, Paruerit; ſed male. Sed laxiore ſignificatu, parem eſſe.* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 53 Pariant inter ſe Chriſtus et Adam. Idem de Reſurr. Chriſti c. 6 Non rapinam exiſtimavit paritari Deo.

PARIATIO, ōnis. f. *Solutio, per quam paria facit debitor: cui opponitur Reliquatio.* Scaeuola in l. vlt. §. Item quaſitum. D. de Conditione indebiti, Item quaſitum eſt, an pactum, quod in pariationibus aſcribi ſolet in hunc modum, Ex hoc contractu nullam in ſe controuerſiam amplius eſſe: impediatur repetitionem? *Quaedam exemplaria legunt parationibus.*

PARIATOR, ōris. m. *Qui paria fecit: cui opponitur Reliquator.* Paullus in l. Iulius Paullus. D. de conditionibus et demonſtrationibus, Quaſiſti, ſi ita in teſtamento cautum eſſet: Stichus, ſi rationes reddiderit, cum contubernali ſua, liber eſto, eiſque heres decem dato: an Stichus mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente, libera ſit mulier. *Quaedam exemplaria legunt paria, vel reliqua habente.*

PARIFĪCO, āre. *Idem quod pariare, exaequare.* Orient. Common. 2 p. 91 Trina poteſtatum conſuſio parificatur. Sarisb. 3, 14 Parificare aliquem alicui.

PARA. [παρά] *Praepoſitio Graeca, in compositis, quorum multa etiam ad Latinos tranſiere vel viciniam, et ſimilitudinem, vel vitium et tranſgreſſionem notat.*

PARABASIS, is. f. [παράβασις] *Latine Tranſgreſſio dicitur, ſive Praeuariatio. Eſt etiam Excursio quaedam et quaſi Digreſſio, qua, ubi hiſtriones e ſcena diſceſſerant Chorus apoſtrophem habebat ad populum, vel de ſe, vel de Republica, vel de ſingulorum peccatis, etc. Vid. Buleng. de Theat. 1. 6. et 8, 11, 13. Scalig. Poët. 1, 7.*

PARABŌLA, ae. f. [παράβολη] *Similitudo, ἀπὸ τῆ παραβάλλειν: quod verbum comparare ſignificat, quaſi rerum diſſimilium comparatio. Vnde Quinctil. 5, 11 Parabola, quam Cicero vocat collationem, longius res, quae comparantur, repetere ſolet. ut Tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio, quam utique apud Vticam Cato. Idem 6, 3. et 8, 3 Donatus: Parabola, eſt rerum genere diſſimilium comparatio: ut Virg. Aen. 2, 223 Qualis mugitus fugit quum ſaucius aram Taurus, et incertam excuſſit ceruice ſecurim. Sen. Epist. 59 Parabolae neceſſariae, ut imbecillitatis noſtrae adminicula ſint, et ut diſcentem et audientem in rem praefentem inducant. Conf. Iſidor. 1, 36, et 6, 8. Tertull. de Orat. c. 6. et de Praeſcr. c. 31.*

PARABOLĪCVS, a, um. Adi. *Paſſim apud Eccleſiaſticos.*

PARABOLICE. Adu. Sidon. Epist. 5, 17 extr.

PARABOLI, [παράβολοι] *Audaciae proiectae homines Gladiatores praefertim. Socrates Hiſt. Eccleſ. 7, 22 de Theodoſio iun. Quum aliquando venationis ſpectaculum in amphitheatro praebet Conſtantinopoli, populus vociferari coepit, δεινὸν θηρίον ἔνα τῶν ἐνφυῶν παράβोलων μάχεſται. Hoc Caſſiodorus Hiſt. trip. 11, 17 ita vertit, Crudeli beſtiae artifex parabolus pugnet. Graphice tales deſcribit idem Caſſiod. Var. 5, 42. Et alia quoque παράβολα eſſe periculofa, παρακινδυνύμενα oſtendit Plin. Epist. 9, 27, 4 de virtutibus orationis diſputans, Sunt enim maxime mirabilia, quae maxime inſperata, maxime periculofa, utque Graeci magis expriment, παράβολα. Ad h. l. Parabolos et Parabolanos illuſtravit Cellarius, poſt Turneb. 13, 23. Nempe*

PARABOLANI, l. 42 et 43 C. Th. it. l. 18 C. de Episcopis, Ecclēſiis et Clericis ſunt Clerici, qui curam agrorum etiam cum periculo ſuo ſuſciperent, ſed quorum alia quoque audacia et licentia legibus laudatis reprimitur. *Omnia hic dedit de verbo et de re Iac. Gothofredus: quae ſi inſpicias facile gloſſatorum, et Alciati adeo, bariolationibus careas. Conf. PHILOPARABOLOS.*

PARACENTĒSIS, is. f. *Curatio, quae fit per acum, aut hamulum infixum, et fiſtulam, qua humor emittitur. Plin. 25, 13 Pupillas dilatat: et ideo hoc inunguntur ante, quibus paracentēſis fit. Paracentēſin facere in equo tympanite laborante docet Veg. 1, 43, 3 eodem modo, quo Celfus 7, 15 emittenda aqua curare hydropicum. De paracentēſi in cura oculi Idem 2, 17, 1.*

PARACENTĒTERIVM, i. n. [παρακεντητήριον] *Inſtrumentum chirurgicum perforationi idoneum, de quo Veget. Mulomed. 2, 17, 2.*

PARACHARACTES, ae. m. [παράχαρκτης] *Adulterator nuptiarum. L. 9 C. Th. Si quis ſolidi circulum exter. Falfae monetae rei, quos vulgo Paracharactas vocant, Maieſtatis crimine tenentur obnoxii. Ex Graecis illuſtrat Iac. Gothofr. Hinc*

PARACHARAXIMVS, a, um. Adi. *Adulterinus, V. g. nuptiarum, a Paracharacte factus vel arroſus, etc. Vtitur Io. Caſſianus Collat. 1, 20. Item 21 et 22. E. g. Tanquam adulterina nomiſmata et Paracharaxima reprobemur, utpote quae falſam imaginem regis, non legitime ſignatam, contineant, etc.*

PARACHLAMYS, ydos. f. [παράχλαμυς] *Veſtimenti genus eſſe dicitur non modo militare, ſed etiam puerile. Laudatur Vlpian. in l. Veſtis. de auro et argento legato, in P. Alciat. lib. 11. C. ad l. 1 de veſt. holof. Plaut. in Perſa. Sed. leg. utroque loco Chlamys.*

PARACLĒTVS, i. m. [παράκλητος] *a παρακαλέω, quod Conſolator, rogo et hortor ſignificat: item, Pro alio precatore interuenio, ut advocatus aut patronus. Hinc Paracletus, Aduocatus, conſolator, patronus, fautor. Et, Qui in foro ac iudiciis a noſtris Deprecatores vocantur, ii apud Graecos Paracleti dicuntur. Sacri ſcriptores et Eccleſiaſtici de Spiritu S. vtuntur. Tertull. de Virg. Veland. c. 1. Idem de Anima c. 55. et de Reſurr. Carn. c. 63. Penultimam naturam longam corripuit Prudent. Cathem. 5, 160 Spirat de patrio corde Paracletum. Idem Perriſtroph. 14, 430.*

PARACOLLETICVS, a, um. Adi. [παράκολλητικὸς] *ut, Emplaſtrum paracolleticum Celf. 5, 19, 6 quod ipſe ait a glutinando vocari.*

PARACYNANCHE, es. f. [παράκυνάγχη] *Tumor et rubor in faucibus. Celf. 4, 4 (al. 7) Sed παράκυνάγχη editur.*

PARADA, ae. f. *Nauigii tegumentum vel umbraculum. Sidon. Epist. 8, 12 Superflexa crate paradarum. Vid. ibi Symond. Aufon. Epist.*

Epist. 5, 27 Expositum subter paradas lectoque iacentem, *de quo loco agit Bursm. ad Rutil. 1, 347. Vid. Turneb. Aduers. 22, 10. Casaub. in Suet. Jul. c. 52. vel Cerda Adu. 10, 2.*

**PARADIASTÖLE**, es. f. [*παρδιαστολή*] Schema est, *ut ait Rutilius Lupus p. 2 Pith.* quod plures aut duas res, quae videntur vnam vim habere, disiungit: et quantum distent docet, suam cuique propriam sententiam subiungendo. *De hoc sic Iulius Rufinianus p. 33 Paradiastole, est quum similes res discernuntur, contrariis redditis; vt (Virg. Ecl. 3, 80)*

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres:  
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irac. Et,  
Dulce satis humor, depulsis arbutus hoedis,  
Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas.

Latine dicitur Discriminatio.

**PARADIAZEUXIS**, is. f. [*παρδιαζευξις*] Est Figura in oratione, quae fit, quoties quid per aut particulam ita disiungitur, vt tamen per et coniunctum intelligatur. Imp. in l. pen. C. De verb. sign.

**PARADIGMA**, atis. n. [*παράδειγμα*] Latine Exemplum dicitur. Iulius Rufinianus p. 28 Paradigmatos quidem triformis est ratio. Nam exemplum aut personas tantum exhibet sine sermone, aut sermonem sine personis, aut simul vtrumque. Personam sine sermone, vt Cic. pro Milon. 8. Neque enim potuisset aut Ahalia ille Seruilius, aut P. Nafica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me Consule Senatus non nefarius haberi, si sceleratos ciues interfici nefas esset. Sermone sine persona, Catonis est dictum, pedibus compensare pecunia. Sermone pariter et personam. Cic. pro Rosc. (Aner. 34) Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano simillimum? *Hactenus Rufinianus.* Donatus: Paradigma, est exempli hortantis vel deterrentis enarratio. Hortantis, vt Virg. Aen. 1, 246 Antenor potuit mediis elapsus Achiuis Illyricos penetrare sinus, etc. Deterrentis, vt Aen. 7, 363 At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor, Laedaeaque Helenam Troianas vexit ad vrbes. *Vid. Isidor. 1, 36. Auct. ad Herenn. 4 c. 49.*

**PARADISVS**, i. m. [*παράδεισος*] Tametsi quidam femininum esse contendunt: Hortum significat apud Xenophontem, et locum ferarum septum, siue viuarium aut viridarium. Vox deflexa est; ni fallor, ab Hebraeo Pardes, quod hortum domesticum significat, siue pomarium. Gell. 2, 20 Vitaria, quae nunc vulgus, quos Graeci appellant *παράδεισος*, quae leporaria Varro dicit. Paradisum nominamus locum diuinae amoenitatis, recipiendis sanctorum spiritibus destinatum Tertull. Apolog. c. 47. *Conf. Vulg. Luc. 23 v. 43.* ¶ 2 Amnis Paradisi meminit Plin. 5, 27. et Capella 6.

**PARADISIACVS**, a, um. Adi. Alcimus Auitus 1, 300 In paradisiaca ponuntur sede parentes. Venant. Fortun. Carm. 6, 8 Et paradisiacas spargit odore rosas.

**PARADISICOLA**, ae. m. Prudent. Hamartig. 928 Et paradiscolae post vlcera dira beato.

**PARADISIGENVS**, a, um. Adi. Theodulf. Hic Paradisigeno veniens de vertice.

**PARADOXVS**, a, um. Adi. [*παράδοξος*] Latine Admirabilis dicitur, praeter opinionem, et inauditus. Vnde Paradoxa, Neutro genere, dicuntur, Ea, quae sunt praeter opinionem. Paradoxum, Schema est, de quo sic Rufinianus p. 79 Pith. Paradoxon siue hypomone, sustentatio vel inopinatum. Hoc schema suspendit sensum. deinde subiicit aliquid contra expectationem auditoris, siue magnum, siue minus et id eo sustentatio, vel opinatum dicitur. Cic. pro Ligar. Hinc prohibitus non ad Caesarem, ne iratus: non ad domum, ne iners: non aliquam in regionem, ne condemnare causam illam quam sequutus esset, videretur, etc. *Hactenus Rufinianus.* Philosophi Stoici gaudent Paradoxis i. sententiis a communi si non sensu, certe loquendi ratione, abhorrentibus, de quibus Cic. de Fin. 4, 74 c. 27 Haec *παράδοξα* illi, nos admirabilia dicamus. Idem in Parad. 1 Ego tibi illa ipsa, quae vix in gymnasiis et in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos: quae, quia sunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipsis etiam Paradoxa appellantur. *Add. Idem Acad. 2 c. 44.* ¶ 2 Paradoxi etiam Mimi dicuntur. Vet. Schol. Iuuen. ad Sat. 8, 184 Siparium velum est, sub quo latent paradoxi, cum in scenam prodeunt. *παράδοξολογους eosdem dictos obseruat Salmaf. ad Nopisc. p. 384.* Cur. Fortunatian. Rhet. 2 p. 60 schema f. figuram controuersiae *παράδοξον* dixit. *Id explicans Augustin. Princ. rhet. p. 299 παράδοξον*, inquit, quod nos malae opinionis possumus dicere. Tametsi quidam parum diligenter Graece loquentes, paradoxa pro his quae sunt bonae opinionis accipiunt: vnde vulgo etiam Olympionicas et caeteros victores sacrorum certaminum *παράδοξος* vocant, magis consuetudine quam ratione ducti. Nam vt opinor *παράδοξον* est, quod est *παρὰ τὴν ἀρετὴν*, id est, contra opinionem bonam.

**PARADROMIS**, idis. f. [*παράδρομις*] Latine Ambulatio dicitur. Vitruu. 5, 11 extr. Proxime autem xystum et duplicem porticum designentur hypaethrae ambulationes, quas Graeci *παράδρομίδας*, nostri xysta appellant, in quas per hiemem ex xysto sereno caelo athletae prodeuntes exercentur. *Add. Lex. Vitruuian. in Xystus; et Salmaf. de Pallio p. 272.*

**PARAENESIS**, is. f. Praeceptio vel admonitio, *παραινεσις*. Gell. 6, 14. Per ordinem paraeneseon, hoc est praeeptionum, per triduum disputauit Vulcat. Gallic. in Auid. Cass. c. 3.

**PARAENETICVS**, a, um. Adi. [*παραινετικός*] Praeceptorius vel admonitorius, a verbo Graeco *παραινεω*, praecipio et admono. Sen. Epist. 94 de re ipsa multa, sed verbo abstinet. Epist. 95 pr. Haec pars Philosophiae, quam Graeci *παραινετικήν* vocant, nos praeeptivam dicimus.

**PARAETONIVS**, i. m. [*Παραίτωνος*] Cyrenaicae portus ingens, et ad quadraginta stadiorum amplitudinem expansus, Strabone auctore l. ultimo. *Ibidem oppidum eiusdem nominis est ab aliis Hammonia dictum, eidem Straboni l. vlt.* Ouid. Amor. 2, 13, 7 Ili, Paraetonium, genaliaque arua Canopi Quae colis. *Reperit Metam. 9, 772. Item Coloris species ab ipso loco, vnde foditur, nomen habens, apud Vitruu. 7, 7. et Plin. 35, 6. Nempe*

**PARAETONIVS**, a, um. A Paraetonio. Lucanus Syrtes Paraetonias vocat 3, 295. *Conf. Idem 10, 9. Sed latiori intellectu idem est quod Aegyptius.* Nilus paraetonius Stat. Theb. 5, 12. Rates paraetoniae Ouid. de Arte Am. 3, 390.

**PARAGAVDAE**, f. [*παργαυδαί*] Sunt accessio quaedam vestium, segmenta, fasciae, lora, Parthici operis, vel aurea, vel auro certe intexta, vestibus vel lineis vel subsericis addita, assuta, attexta: quae vestes inde ipsae quoque Pargaudae vel Paragaudiae dictae sunt. Haec est summa eorum, quae post Turnebum 9, 11 copiose disputarunt Casaubonus ad

Pollionis Claud. 17: *Salmafius ad eundem locum, itemque ad Vopifci Aurel. 46: et, qui disertissime tractavit, Jac. Gotbofr. ad l. 2 C. Th. de vestibus Oloueris et auratis. Iam ponamus ipsos locos veterum, ac legem cit. Gratiani, Valentin. et Theodosii, quae ostendit Paragaudam esse accessionem vestium: Nemo auratas habeat, aut in tunicis, aut in lincis Paragaudas. Non enim leui animaduersione plectetur, quisquis vetito se et indebito non abdicarit indutu. Lege i eod. Valentinianus et Valens, Auratas ac sericas Paragaudas auro intextas, tam viriles quam muliebres priuatis vsibus contexere conficereque prohibemus, sed Gynaeciis tantum nostris fieri praecipimus. Valerian. Imp. apud Vopisc. in Probo 4 ad Praefectum Praetorio scribit, Huic igitur (Probo tum tribuno) dari iubebis, quoniam mediocris fortunae est, vt eius dignitas incrementis iuuetur, tunicas rustulas duas, pallia Gallica duo fibulata, interulas Paragaudias duas. Gallienus Imp. apud Pollion. Claudio 17 misisse se scribit Claudio, Vestes diuersas XVI, Albam, subsericam, paragaudem triuncem, vnam. Vopiscus Aurelian. 15 Vidimus proxime consulatum Furii Placidi tanto ambitu in circo editum, cum darentur tunicae subsericae, lineae, paragaudae. Et 47 Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, cum ante non nisi rectas purpureas accepissent, et quidem aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, et vsque ad pentelores, quales hodie lineae sunt. He-lych. παραγώδας (ex emend. Salm. pro παραγωγάς) χιτῶν παρὰ πένδους. Nomen esse orientalis originis פרגודים iam obseruatum Casaubono l. c. Add. Steph. Lemoine ad Var. Sacra, p. 592 seq.*

PARAGŌGE, es. f. [παραγωγή] Diomed. 2 p. 436 Paragoge est, cum ad vltimam simplicis dictionis clausulam aut litera iungitur aut syllaba. Eodem modo finit ibidem προσπαράληψιν, cui exemplum ponit Admittier, Accingier, vt Paragogae, Potestur. Eadem Donatus p. 1772. ¶ 2 Argumentationis rhetoricae genus sic vocatur, Cic. Top. 42 c. 10 Sunt similitudines, quae ex pluribus collationibus perueniunt, quo volunt, hoc modo: Si tutor fidem praestare debet, si socius, si, cui mandaris, si, qui fiduciam acceperit: debet etiam procurator. Haec ex pluribus perueniens quo vult appellatur *inductio*, quae Graece παραγωγή nominatur, qua plurimum est vsus in sermonibus Socrates.

PARAGOGVS, a, um. Adi. [παραγωγός] Charis. 3 p. 226 Sunt quaedam verba, quae παράγωγα appellantur, quae a primitiuo verbi declinatione et mutationem et adiectionem literarum capiunt, et nihilo minus interdum variant, vt *Lacesso* et *Facecco* ex eo quod est *Lacero* et *Facio*. Diomedes 1 p. 309 Ex his nascuntur deriuatiua, quae apud Graecos παράγωγα dicuntur, vt *fontanus*, *montanus*, etc. *Oppositum* Principalia, πρωτότυπα, vt *fons*, *mons*. Martian. Capella 5 p. 166 Deriuatione fiunt verba, quae Grammatici paragoga nominarunt, vt dicimus *Florea rura*, etc.

PARAGOGIA, orum. n. *Aquarum pori et meatus, dicta à τῷ παραγωγι, quod est deducere. Nam ἀγωγός, aquaeductus est. Alciatus in l. Decernimus. de Aquaeductib. l. 11 C. De iisdem paragogiis vel fontibus aquam traducere Zeno Cod. l. 11 t. 42 l. 10.*

PARAGORICVS, a, um. Adi. *Mercabilis. Oët. Horat. 1, 8. Metuo vt recte: suspicor Paregoricus de quo f. l.*

PARAGRAMMA, atis. n. *Sphalma in scribendo. Hieron. Epist. 28 Opuscula mea ad describendum hominibus tuis dedi — Vnde si paragrammata repereris, vel minus aliqua descripta sunt, quae sensum legentis impediunt, non mihi debes imputare, sed tuis, et imperitiae notariorum, librariorumque incuriae, qui non scribunt, quod inueniunt, sed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos.*

PARAGRAPHVS, i. c. *Apud Isid. Orig. 1, 20 est nota critica figura literae Γ, quae ponitur ad separandas res a rebus, quae in connexu concurrunt, quemadmodum in Catalogo loca a locis, et regiones a regionibus, in agone praemia a praemiis, certamina a diuersis certaminibus separantur. Hinc videtur factum, vt sententiae et versus in corpore iuris Paragraphi dicerentur. Certe vetas Interpres Pandectarum, Martianus Cossias, illa versuum tricies centena millia interpretatur Paragraphos. Vfus Graecorum postulat, vt feminino genere efferatur Paragraphus, intellectu γραμμῆ, τρυμῆ. Sed magis placuit Masculinum. ¶ 2 Et tamen apud Graecos etiam est, recentiores certe δ παραγραφοῦς (intell. κωνῶν) Praeductale, vel vt est in Gl. Philox. Praeductal, stilus vel plumbum, quo praeducuntur scripturis lineae, vt dirigant versus. De his vid. Salmas. ad Solin. p. 644.*

PARALIPŌMĒNVN, i. n. [παραλιπέμενον] *Derelictum, praetermissio. Hinc Q. Calaber Poëta Graecus opus suum, quo ea exequitur, quae ab Homero sunt praetermissa. Ὁμήρου παραλιπέμενα inscripsit. In sacris quoque libris eadem ratione dicuntur, quibus ea supplentur, quae in libris Regum aut praetermissa erant, aut leuiter degustata. Vid. Isidor. 6, 1 et 2. Hieron. Epist. 1, 13.*

PARALIVS, i. m. [παραλίος] *Tithymali tertia species est, ita dicta, quod loca maritima amet. Eadem et Tithymalis dicitur. Plin. 26, 8 Tertium genus Tithymali paralius vocatur, siue Tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo. Conf. Apul. de Herb. c. 108. et Dioscor. 4, 164.*

PARALLELOGRAMMVS, a, um. Adi. *Parallelis constans lineis. vt, Parallelogramma mensura Frontin. de Colon. p. 336, 353 et 358.*

PARALLELONEVS, a, um. Adi. *Terminus paralleloneus Auctor de Limit. apud Goesium p. 310.*

PARALLĒLVS, a, um. Adi. [παραλληλας] *Quasi Alternus, mutuus, inuicem comparatus, aequaliter distans. A quo Lineae aequae distantes, Parallelae dicuntur. Ideoque, Segmenta mundi, quae nos circulos dicimus Parallelos Graeci vocant, vt ait Plin. 6, 33 extr. Paralleli dicuntur circuli sphaerae, qui ad eundem polum constituti finiuntur. Graeco more terminatio os etiam feminina est, vt Linea parallelos Vitruu. 5, 8. Tabulae paralleli Idem 10, 15. Substant. Quum ad extremum pervenerit parallelon Frontin. de Limit. p. 313. Interpres Plutarchi Neutro genere parallela dixit in Paralleli Plutarch. id est comparationibus. Aristot. quoque et Isocrates Neutro genere vtuntur.*

PARALOGIA, ae. f. [παραλογία] *Deceptio. Frontin. de Colon. p. 270. Nempe παράλογον Graecis est, quod a ratione abhorret, vt παράδοξον, quod ab opinione. Hinc Paralogismum vulgo captiosam aut falsam adeo argumentationem appellant.*

PARALOS, i. m. [πάραλος] *nomen proprium eius, cui Hegesias primam longae nauis inuentionem tribuit, referente Plin. 7, 56. Idem videtur, quem pictum Cic. Verr. 4, 135 c. 60 in summa admiratione apud Athenienses fuisse indicat.*

- PARALYSIS**, is. f. [παράλυσις] *Resolutio, morbi genus, de quo Celsus 5, 27 pr. At resolutio neruorum frequens vbique morbus est. Sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres auctores illud ἀποπληξίαν, hoc παράλυσιν nominauerunt: nunc vtrumque παράλυσιν appellari video, etc. Cic. Att. 16, 7 fin. Piliam περιεζέειν παράλυσι, te scripsisse aiebat. Valde sum commotus: etsi idem, te scribere, sperare melius. Περιεζέειν παράλυσι tentari neruorum resolutione. Plin. 20, 3 Intestinorum omnium vitiis medetur et renum, et lumborum, et paralyfi. Add. Petron. c. 129 et 130. it. Scrib. Comp. 79. 101.*
- PARALYTICVS**, i. m. [παραλυτικός] *Qui paralyfi laborat. 10 Paralytici Scribon. 154. 155. Plin. 20, 9 f. 34 Ideo paralyticis et tremulis dare iubet. Vid. Id. ib. f. 40. it. 31, 6. et 32, 3. Vtuntur etiam hac voce Petron. c. 131. Tertull. Apol. c. 21. et aduers. Marc. 4, 10. Arator 1, 759 antepenultimam metri causa produxit: Surgens paralytice dixit, etc. 15*
- PARAMÈSE**, es. f. [παράμεση] *Musicus sonus inter stantes Vitruu. 5, 4.*
- PARAMONARII**, l. 46 C. de Episcopis sunt Procuratores Monasteriorum. *Vid. Iac. Gothofr. ad l. vn. C. Th. de Bonis clericorum.*
- PARANÈTE**, es. f. [παράνητη] *Chorda proxima vltimae. 20 Vid. Vitruu. 5, 4. et 6, 1.*
- PARASANGARIA**, ae. f. *Angaria praeter viam publicam, i. exactio vehiculorum et boum in viis transuersis, ubi Angariae non erant. Vid. Ritter. ad l. 4 et 15 C. Th. de cursu publico. Vtuntur etiam adiectiuo, vt Parangaria praestatio, etc. 25*
- PARANITES**, ae. m. [παράνιτης] *Gemma est ex Amethystorum genere, quae in Arabiae contermino inuenitur, alio nomine Sapiuos dicta Plin. 37, 9.*
- PARANYMPHA**, ae. f. *Pronuba Isidor. 9, 8.*
- PARANYMPHVS**, i. m. [παράνυμφος] *Pronubus dicitur, ab antiquis Auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspiciu capere solebant. Qui praerat huic rei, pro parte viri, a Graecis Paranympus, a nostris Auspex dicebatur. Et vt Auspex pro parte viri, sic et Pronuba pro parte mulieris adhibebatur August. de Ciu. Dei 6, 9. Conf. Voff. Lex. Etymol. Angelus inde tuos repetens paranympus honores. 30 Fortunat. 8, 5, 305.*
- PARAPECHY**, [παράπηχυ] *tanquam dicas Cubitale, apud Pol. Luc. 7, 13. vestis alba, cubitum (vnde illi nomen est) purpureum contextum habens. A Varr. de L. L. 4, 30 inter Ornamenta muliebria ponitur, secundum coniecturam Scalig. in Coniectan. p. 57. 40*
- PARAPEGMA**, ätis. n. [παράπηγμα] *est Canon, aut organi species Astronomici. Cael. 8, 8 Parapegma (inquit) ad scenae rationem pertinet nihil: est enim eo nomine canon, aut organi species astronomici, quod significat Vitruu. 9, 7 Parapegmatum disciplinas nuncupans, quibus siderum occasus, et tempestatum comperiantur significatus. Suidas 45 παράπηγμα, inquit, κανών, και είδος τι όργανο άστρονομικό. Conf. Bald. Lex. Vitr.*
- PARAPETASIA**, örum. n. Pl. *Theod. Cod. 15, 1 Aedificia, quae vulgi more parapetasia appellantur: opera attenta et appensa, quae aliis operibus s. aedificiis adhaerent et applicata sunt, suggrundia, moenia. 50 na, έξώσαι. Vid. Iac. Gothofr. ad l. c.*
- PARAPHERNA**, örum. n. Pl. [παράφερνα] *dicuntur a Iurisconsultis, Quaecunq; praeter dotem viris dantur a feminis. a παρά praeter, et φερνή dos. Vlpian. de Iure dotium, l. Si ego, Caeterum si res dentur in ea, quae Graeci parapherna dicunt, quaeque Galli peculium appellant: videamus, an statim fiant mariti. Conf. Horman. de 55 Vet. Rit. Nupt. c. 8.*
- PARAPHERNÄLIS**, e. Adi. *Bona paraphernalia apud Ictos.*
- PARAPHORON**, i. n. *Aluminis species est, de qua Plin. 35, 15.*
- PARAPHRÄSIS**, is. f. [παράφρασις] *Eiusdem sententiae per alium sermonem expositio, et liberior interpretatio, quum quaedam mutantes, aut etiam addentes, copiosus ac dilucidius explicamus, quod ab aliis dictum est: cuiusmodi est Themistii in Aristotelem, etc. Quinctil. 10, 5 Neque ego paraphrasim esse interpretationem tantum volo, sed circa 65 eodem sensu certamen atque aemulationem.*
- PARAPHRASTES**, ae. m. [παράφραστής] *Interpres, latus explicans Hieron. Praef. in Lib. Reg.*
- PARAPIANI**, Populi sunt in India, regione Capissene, non procul ab Indo fluuio Plin. 6, 23.
- PARAPOTAMIA**, ae. f. [παράποταμία] *Regio Asiae Tigri fluuio 70 proxima, vnde et nomen accepit Plin. 6, 28.*
- PARAPSIS**, idis. f. [πάραψις] *Quadrangulum et quadrilaterum vas; id est paribus absidis Isidor. 20, 4. quae quidem non satis intelligo. Caeterum pro ea, quae Paropsis alias vocatur, vas mensarium argenteum, Parapsis constanter in optimis libris legitur. V. g. Petron. 75 c. 34 Vbi parapsis excidit. Et mox, Parapsiden proicere. Vbi vid. viri docti. Conf. PAROPSIS.*
- PARARENCHO**, önis. m. *Nomen viri proprium. Sext. Pomp. 12 Non omnibus dormio, prouerbium videtur a Cipro quodam, qui Pararencho dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitus 80 eius vxor moecharetur. Eius meminit Lucilius. Haec Festus in Non omnibus. Alciat. Parerg. 4, 26 Pararhinchus, inquit, από τῆ βύχης dictus est, quod rostro seu naso sterteret, et somnum in mensa simularet, vt riuali vxoris suae morem gereret, vt est apud Festum: quod et a quodam Galba factum fuisse Plutarchus est auctor, dum C. Maecenati in vxoris 85 suae amorem effuso obsequeretur: vnde orum prouerbium, Non omnibus dormio. Iuuen. Sat. 1, 56 Doctus spectare lacunar Doctus et ad calicem vigilantem stertere naso. Haec Alciatus, a quo dissentiens Vitus Amerpachius in Cic. Fam. 7, 25 Apud Sex. Pompeium, inquit, male Pararhinchus Alciatus corrigit, quum sit a βύχῃ (sterto) non a βύχῃ 90 (rostrum) facta vox.*
- PARARIVS**, i. m. [παράρητης] *Qui nominibus faciendis interuenit, conciliator intercessorq; inter emtorem et venditorem. Dubium an sit a Par, quia inter duos est medius, vel a Parare, quia vtrinq; praeparat et coniungit animos. Vid. Voff. Etymol. p. 370. Senec. de 95 Benefic. 2, 23 Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores aduocari, nec chirographum dare. Parariis interpositis nomina facere Senec. de Benef. 3, 15. Vid. Rhodig. Ant. Lect. 11, 10. ¶ 2 Pararium aes appellabatur Id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur Festus. Vid. in PAR, Paribus equis. 100*
- PARASANGA**, ae. f. [παράσαγγη] *Parasangae, inquit Fest. apud Persas, viarum mensurae sunt. Budaeus triginta stadia continere dicit. Plin. 6, 26 Inconstantiam mensurae diuersitas auctorum facit, quum Persae quoque schoenos et parasangas alii alia mensura determinent. Vid. Salmaf. Exerc. Plin. p. 141. Herodot. lib. 2 de Aegyptiis 105*

loquens, Quotquot enim inopes soli sunt: ii terram suam orgyis metiuntur. Qui vero minus inopes soli sunt: stadiis. Qui autem latifundia habent: parasangis metiuntur. Constat autem Parafanga triginta stadiis, Schoenus autem, quod ipsum verbum est Aegyptiacum, sexaginta. conf. Hen-

5 nin. in Berger. de Viis mil. 3 sect. 2 §. 2. Dodwell. diff. de Isid. Characeno in Geographis Hudson. §. 12 ad 15.

PARASCÈVE, es. f. [παράσκειν] Apparatus, unde et dies, quo Dominus noster Iesus Christus, pro humani generis salute cruci affixus fuit, parascœve dicitur: quoniam in eo Iudaei sibi necessaria ad victum sequentis diei praeparabant, ut Paschae dies absque operatione aliqua transigeretur. Vid. Casaub. contra Baron. Exerc. 16 f. 17. Exstat ap. Tertull. adu. Marc. 4, 12. et adu. Pſychic. c. 14.

PARASĒLENE, es. f. Lunae imago quaedam a nube reflexa, quasi in secundariam aut falsam adeo Lunam dicas.

15 PARASIOPĒSIS, is. f. [παρσιώνησις] Schema est apud Rhetores, quum aliquid nos reticere dicimus, et tamen tacitum intelligitur, quo vtendum est, cum aut notam rem esse auditoribus arbitramur, aut suspicionem excitare maiorem reticendo possumus. Haec fuit Rutilii Lupi de Fig. sent. p. 10 Pith. Nomen solum habet. Quintil.

20 9, 3, 99. PARASĪTVS, i. m. [παράσιτος, ἐπιτραπέζιος] Qui aliorum mensas et cibaria sequitur: quique ad voluntatem eius, in cuius contubernio sit, omnia loquitur, et facit, nihil repugnans, cibi et ventris gratia. Fuit illud nomen primo apud Graecos honestissimum sacerdotii, et magistratus atque procurationis frumenti sacri, itaque eorum, quibus honoris causa victus in Prytaneo praeberetur. Sed paulatim, ut sit, in illam, quam diximus significationem degeneravit. Historiam Parasitorum habes apud Athenaeum Deipnos. 6, 6 sqq. ubi vid. Casaub. Elogium, i. laudationem ludicram in peculiari Luciani libello, qui est inter scriptoris illius elegantissimos. Sed nos usum Latinorum persequimur. Cic. Fam. 1, 9

30 Parasitum vocat Gnathonem illum in Eunuchō Terentiana, cuius notationem petere licet ex 2, 2 et velut tria genera ibi Parasitorum et parasitandi obseruare. V. g. v. 13 ridiculum esse, plagas pati, etc. legenda est tota scena, et bona adeo pars fabulae. Phormio etiam in fabula eognomine Terentii parasitus est, et in Plauti Milite Artotrogus, quasi tu panuorum dicas. De hoc Cic. de Amic. 98 c. 26 Assentatio parasitorum in comoediis nobis faceta non videretur, nisi essent milites glorioſi. In Gnathonios illos Terentii Parasitos pulchre conuenit illud Sen. Epist. 27 Satellius Quadratus stultorum diuitum arroſor, et quod

40 sequitur arrisor, et quod duobus his adiunctum est derisor. Quod autem Turnebus ex Plauti Trucul. 2, 2, 12 et Capt. 1, 1, 1 conficere vult Parasitos etiam Scorta vocari, nihil esse puto: illud potius loco priore innuitur, Parasitos lenoniam etiam operam ad conditiones conciliandas praestitisse. Sed in uniuersum Comoediae argumentum sunt parasiti. Horat.

45 Epist. 2, 1, 173 Aspice, Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis. Parasitus primarius atque opsonator optimus Plaut. Mil. 3, 1, 73. Vid. locus. ¶ 2 Parasiti Phoebi sive Apollinis dicebantur Mimi seu histriones: forte quia seruebant Poëtiſ, eorum scripta recitantes. Poëtarum autem praesidem constat esse Apollinem. Martial. 9, 29 de

50 Latino Domitiani mimo, Vos me laurigeri parasitum dicite Phoebi, Roma sui famulum dum sciat esse Iouis. Nempe adulatorie Iouis nomen Domitiano tribuit Poëta ipse quoque parasitus. Caeterum Parasitos Apollinis apud Festum. voce Salua res est. Sic interpretatur Verrius, Parasitos Apollinis ait ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicen saltarit, secundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur. In Vett. Inscriptionibus passim occurrit horum mentio. Vid. v. g. Grut. p. 330, 3 quae posita Agilio Septentrioni, M. Aurelii Aug. liberto, Pantomimo sui temporis primo, Sacerdoti Synhodi, Apollinis parasito, etc.

55 PARASĪTA, ae. f. [παράσιτος] Hor. Serm. 1, 2, 98 Custodes, lectica, cinifiones, parasitae, Ad talos stola demissa. conf. Plin. 10, 23.

PARASĪTOR, ari. Dep. [παράσιτω] Parasitum agere. Plaut. Perf. 1, 2, 4 Quin parasitando pauerint ventres suos. Quasi mures

65 semper edere alienum cibum. Plaut. Stich. 4, 2, 54 Vides ridiculos nihili fieri, atque ipsos parasitarier.

PARASITASTER, tri. m. Diminut. ad consemsum pertinet. Ter. Adelph. 5, 2, 4 Est alius quidam parasitaster paruolus. noſtin'?

70 D. iam scibo. PARASITATIO, ōnis. f. Plaut. Amph. 1, 3, 23 Nequiter paene expetiuit prima parasitatio.

PARASĪTVS, a, um. Adi. Ars parasitica Plaut. Capt. 3, 1, 9 Periurationes parasiticae Idem Stich. 1, 3, 77. Veniet ab hac parasitica mensa ad hanc regiam Suet. Vit. Hor.

75 PARASĪVS, i. m. Piclor, ut in quibusdam libris antiquis scribitur. Vid. PARRHASĪVS.

PARASTAS, adis. [παράσταξ] vel potius PARASTATA, ae. f. [παράστατος] significat partem aedificii, vel operis cuiusque, ad latus constitutam et vel adstantem, s. adſistentem. In architectura in

80 primis domicilium habet, et significat pilas, portis, vtrinque aut columnis adstantes. Vitruu. 5, 1 Columnae — pedum L habentes post se parastatas altas pedes XX — quae sustinent trabes, in quibus inuehuntur porticum contignationes. Supraque eas aliae parastatae pedum XVIII — quae excipiunt item trabes sustinentes cantherium, etc.

85 Vitruu. 4, 2 pr. Trabes enim supra columnas et parastatas et antas ponuntur. Idem 10, 15 in balista memorantur Parastadae dextra et sinistra. Sic edit. Elzeuir. sed al. Parastatae, quod Elzeuiriana etiam agnoscit in eadem re c. 17. Sed mox c. 15 sic editur, A foramine ad medianam parastadam — Latitudo parastados mediae. Haec incond-

90 stantia vtrum librariorum tantum sit, an ipsius auctoris, discemus forte a Cl. Poleno. PARASTATICA, ae. f. Adiectiuum videtur, et elliptice poni, intellectu columna. Vitruu. 9, 9 in horologii descriptione, In his etiam, aut in columna, aut parastatica, horae describuntur, etc. Sic

95 Plin. 33, 3 f. 15 de Saluace, Sed et illius aureae camerae, argenteae trabes narrantur, et columnae atque parastaticae. Ita Harduin. ex MSS. qui firmat hoc nomen ex notis Tironis, ubi p. 163 inter partes et materias aedificiorum Camera, Concameratio, Columna, Parastratica (leg. Parastatica:) et ex Inscript. apud Donatum Romae 3, 13 p. 250 Imagines argent. parastaticas cum suis ornamentis et regulis et concameratione ferrea. ¶ 2 In ossibus iumenti a Veget. Mulom. 4, 1, 2 ponuntur In genibus parastaticae duae.

PARASTICHIS, idis. f. [παράστιχίς] Series literarum nomen aliquod conscientium. Gell. 14, 6 Id etiam istis scriptum fuit, qui sunt apud Homerum versus isopsephoe, et quorum ibi nominum parastichis

*sticbis reperitur.* *Vfus et Sucton. de Illustr. Gramm. c. 6, 3* Huius cognomen in plerisque indicibus et titulis per vnam literam scriptam animaduerto. Verum ipse id per duas effert in Parastichide libelli, qui inscribitur Pinax. *Apparet Parastichida eo sensu dici, quo Acrostichida, et indicari seriem vocum, e quarum primis literis efficiatur vox, 5 aut sententia. Vid. de loco Gellii Muretus V. L. 14, 13.*

PARASYNAXES, [παρυσυνάξεις] Conuentus, coitiones, conuenticula haereticorum. I. Quicunque 8. C. de Haeret. et Manich. *Παράσυσυναξις, et clancularium s. furtiuum, quid denotat.*

PARATELLA, ae. f. *Herba, quam vocant Lapatium Macer. 10 de Herb. 2, 6.*

PARATHESIS, is. f. *Nomen figurae rhetoricae: Vid. Isidor. 2, 21* Cum quasi deponimus aliquid imperfectum apud memoriam iudicum, repetituros nos dicentes, cum opportunum fuerit.

PARATITLA, ōrum. n. [παράτιτλα] Iustinianus imperator in 15 Concept. Digest. *Summas rerum appellat titulatim appostas: Iac. Cuiacii et Iac. Gothofredi Paratitla nota sunt et magni sunt, i. breuiaria quaedam et dispositiones s. coniectiones titulorum.*

PARATRAGOEDIO, āre. [πατραγοῦδιον] Exaggerare, et verborum magnitudine aliquid augere. *Plaut. Pseud. 2, 4, 17 Illictho- 20 mo est: vt paratragoediat carnufex. Gron. paratragoedat.*

PARATVS, PARATE, vid. PARO.

PARAVEREDVS, i. m. *Equi agminales ἀγροαῖοι, quorum greges publice alebantur, a Veredis distant, vt ab Angariis Parangariae: nempe equi hominibus dorso gestandis destinati extra cursum publicum in 25 viis transuersis. Vid. Gothofredus ad l. 3 C. Theod. de cursu publ. vbi nempe de illis constituitur: vt et l. 6. 7. 15 etc. eod. ne de Iustiniani Codicis pluribus locis dicamus. Add. Cassiod. Varr. 5, 39. II, 14.*

PARAVOLANI, vid. PARABOLANI.

PARAZONIUM, i. n. [παράζωνιον] Pugio, qui tribunis ab Imperatore dabatur: vt enim maioribus magistratibus gladius, eiusque potestus tribuebatur, sic tribunis parazonium. *De hoc epigramma est Mar- 30 tial. 14, 32 Militiae decus hoc, et grati nomen honoris Arma tribunium cingere digna latus. Dio quoque Traianum scribit dixisse, quum parazonium Surae cingeret, hoc pro me, si recte imperaro, vtaris: sin secus, 35 in me. Ita in his meritum honorem distinguebat magnitudo ferri, ac gladio accingebantur Imperatores, duces, praesides: pugione tribuni. Contra, vt in honoribus mandandis his armis accingebantur: ita quum ignominiose mittebantur, et honoribus priuabantur, discingebantur, cuius rei multa passim in iure aliisque scriptoribus exstant exempla. Ex Turneb. 40 Aduers. 12, 6. conf. Rhod. Ant. Lect. 22, 19.*

PARCA, ae. et quod sollempnius, Pl. PARCAE. f. [Μοῖραι, Ἀΐ- 45 σαι] Personae s. deae poëticae, sorores anus, vitae nostrae et fortunae praesides: dictae a Parco, per contrarium, quod nemini parcant, vt etiam putat Hieron. Ep. ad Onasum s. Bonaf. *contra Scalig. sic dictas putat, quod 45 maxime parcant, Poët. 3, 90. Varro a Partu, vnus literae mutatione, deduci putat: Vid. Gell. 3, 16; quoniam (vt scribit Hesiodus) hae nascentibus hominibus bonum malumque conferre censeantur. Alii a Partienda vita humana dictas volunt, sicut uoleas a μετῶ diuido. Tres autem fuisse Parcas, Clotho scilicet et Lachesis et Atropos, finxerunt 50 antiqui, quas Cic. de Nat. Deor. 3, 44 Erebi et Noctis filias fuisse scribit, et easdem Fata esse existimat. Vnde est illud Cleantis, Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Fingunt vitae hominum praesesse, et nendo eam ducere. Clotho, colum habet: Lachesis, net: Atropos 55 filium frangit. Conf. Lactant. 1, 11. Apuleius de Mundo sub fin. Tres Parcae tria fata sunt; numerus cum ratione temporis faciens, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas. Nam, quod in fuso perfectum est, praeteriti temporis habet speciem. Et quod torquetur in digitis, momenti praesentis indicat spatia. Et quod nondum ex colo tractum est, subactumque cura digitorum, futuri et con- 60 sequentis saeculi posteriora videtur ostendere. Haec illis conditio ex nominum eorundem proprietate contingit, vt sit Atropos praeteriti temporis fatum, quod ne deus quidem faciet infectum. Futuri temporis Lachesis a fine cognominata, quod etiam illis, quae futura sint, finem suum deus dederit. Clotho praesentis temporis habet curam, 65 vt ipsis actionibus suadeat, ne cura sollers omnibus rebus desit. Iuvenal. 9, 135 At mea Clotho et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter, i. in fortunae beneficiis hoc refero, si libidinis praemium cibum et potum in dies mereri licet. Martial. 4, 54 Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit: obseruant quem statuere diem. Tibull. 70 1, 8, 1 Hunc cecinere diem Parcae, fatalia nentes Stamina, non vlli dissoluenda deo. Vid. Brouckh. ad h. l. Sed Stat. Silu. 1, 4, 1 Estis io, superi, nec inexorabile Clotho Voluit opus. Sed Id. Theb. 7 774 Immites scis nulla reuoluere Parcas Stamina. Catull. Epithal. f. 63, 305 est locus classicus de Parcis, 75*

Quum interea infirmo quatientes corpora motu Veridicos Parcae coeperunt edere cantus.

His corpus tenerum complectens vndique quercus (Vid. 75

QUERCVS n. 2)

Candida purpurea quam Tyro incinxerat ora 80 At roseo niueae residebant vertice vittae, Aeternumque manus carpebant rite laborem. Laeua colum molli lana retinebat amictam: Dextera tum leuiter deducens fila supinis Formabat digitis: tum prono in pollice torquens 85 Libratum tereti versabat turbine fufum, etc.

*Sunt enim pluscula, inducitque deinde canentes fata carmine, perfidiae, quod post nulla arguet aetas: et subinde repetunt versum, Currite ducentes subtemina, currite, fusi. Parcae sunt amanuenses Iouis et fata illius, i. dicta ab illo scribunt. Claudian. B. Gildon. 203 90*

Iret adhuc in verba dolor, ni Iupiter alto Coepisset folio. Voces adamante notabat Atropos, et Lachesis iungebat stamina dictis.

*Vid. Barth. hic et ad Stat. Theb. 1, 213. Martian. Cap. 1 p. 17. Clo- 95 tho vero, Lachesis Atroposque, quoniam sententias Iouis orthographiae (leg. ortographae) studio veritatis excipiunt, vtpote librariae superum, archiuque custodes — stilos acuunt, cerasque componunt. Latin. Pacat. Paneg. Theod. edit. Cellar. 12, 18, 4 An vt illi maiestatis tuae participi deo feruntur adistere Fata (i. Parcas) cum tabulis; sic tibi aliquas vis diuina subseruit, quae quod dixeris scribat et suggerat? 100*

*Nihil ita primoribus labris polliceris, quin promisso fidem subdas, et verba re fancias. Nempe ad certum indicandum scripturam illam Parcarum commenti sunt. Caeterum hinc esse videtur, quod literarum in- 105 uentionem tribuerunt Parcis. Hygin. f. 277 Parcae Clotho, Lachesis, Atropos, inuenerunt literas Graecas septem A. B. H. T. I. Y. De 105*

VOL. III.

*litteris forte aliquid inaudiuit et posuit primus narrationis huius auctor, an hae septem non debeantur librariis, dubitare licet. Credo equidem hic latere septem Vocales. Sed non est hic disputandi locus. Hucne etiam pertinet ritus, de quo Tertull. de Anima 39 ubi de idololatria circa recens natos loquitur, Dum per totam hebdomadam Iunoni mensa proponitur, dum vltima (hebdomadis) die Fata scribunda aduocantur. Concordes stabili fatorum numine Parcae Virg. Ecl. 4, 47. Nocentum ira Parcarum Stat. Silu. 5, 2, 85. Idem ibid. 2, 1, 137 Subitas Inimica leuauit Parca manus. Et mox 148 Fragiles Parcis vrgentibus annos. Parca non mendax Hor. Carm. 2, 16, 39. Hinc illud Virg. Ecl. 4, 46 Talia fata suis dixerunt currite fufis. Nubila nascenti mihi Parca fuit Ouid. Trist. 5, 3, 14. Saeuae Valer. Argon. 5, 531. Tenax veri Pers. 5, 38. Veraces cecinisse, i. in eo quod cecinere Horm. in Carm. saecul. 25. Foedere Parcarum sic cautum est Ouid. Met. 5, 533. Hilares Parcae meliora pensa manu ducunt Iuuen. Sat. 12, 65. Nubere meliore Parca, i. Auspicio vel fortuna Ouid. Epist. 11, 105. Propinquat dies Parcarum Virg. Aen. 12, 150. Prohibent iniquae Parcae Hor. Carm. 2, 6, 9.*

PARCO, peperci et parsi, parsum, ère. [*Quisquam*] Abstinere, *parum tangere proprie significat, siue moderate utaris victo, aut vniuersum eo, qui nocuit, siue re sua, quam poterat etiam erogando perdere.* Par- cui, Praeteritum, quo vsi sunt veteres. Naeuius Quadrigeminis, Suo labori nullus parcuit: i. Peperci Non. 2, 653. Donat. ad Ter. Hec. 3, 1, 2 Parco conseruo, Parsi facit; Parco, veniam do Peperci. Seruius ad Aen. 1, 148 *rectius, ut videtur, Multa vsus contra antiquita- tem vindicauit: illi enim Parsi dicebant, nos dicimus Peperci.* Cic. Verr. 2, 177 Vt esset idem monumentum victoriae, mansuetudinis, conti- nentiae: quum homines viderent et quid expugnasset, et quibus pe- percisset, et quae reliquisset. Fortuna tibi peperciit Lucan. 3, 96. 30 Supplicibus parcere Hor. Carm. 3, 10, 16. Subiectis parcere Virg. Aen. 6, 853. Parce precor Hor. Carm. 4, 1, 2. Sic Parcere et Mortem afferre, *contraria.* Cic. Fam. 4, 12 Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est amicus (*P. Magius scilicet*) qui mortem afferret. Parcere, Conseruare, Parsi facit, *ut vult* L. C. Do- 35 nat. Sed Peperci etiam apud Plaut. in Aulul. 2, 8, 10 Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Sic etiam contra parserat ap. Nep. 8, 15 legitur in MSS. vid. Bang. Obs. Phil. 11 p. 564. Gell. Noct. Attic. 16, 19 Tum illum ibi perniciæ intellecta, pecuniam caeteraque sua vt haberent, dedisse: vitam modo sibi vt par- 40 cerent, orauisse. De Arione loquitur. Sic Plaut. Curc. 3, 10 Qui homo mature quaesiuit pecuniam, nisi eam mature parsit, mature esur- rit. Virg. Aen. 11, 531 Argenti atque auri memoras, quae multa talenta Gnatis parce tuis. Seruius hic adfert ex Plauti Milite Parce vocem. Eodem sensu Accus. regit in veteri forma sacrificiorum, qua 45 operantes Parcere linguam, id est continere, vel tacere iubebantur, apud Festum. Conf. Pascito linguam. Parcere et Perdere, *contraria.* Cic. pro Quint. 51 Iugulare ciuem, ne iure quidem quisquam bonus vult: mauult enim commemorare se, quum posset perdere, pepercisse, quam quum parcere potuerit, perdidisse. Iungit Ter. Hec. 3, 1, 2 50 Hancine ego vitam parsi perdere. Cic. pro Cael. 42 Parcat iuuen- tus pudicitiae suae, ne spoliè alienam, ne effundat patrimonium, ne fenore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam, etc. Nihil parcent, vid. NIHIL. Liu. 25, 25 Legati eo ab Thica et Neapoli cum insulis et velamentis venerunt, precantes, vt a caedibus 55 et ab incendiis parceretur. Cic. Verr. 4, 120 Itaque Aedificiis omnibus, publicis et priuatis, sacris et profanis sic peperciit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda venisset. Animo par- cendum est miserabile vulnus habenti, i. Ignoscendum Ouid. ex Pont. 1, 5, 23. Auribus alicuius Cic. pro Quint. 40. Idem pro Planc. 60 86 Ego vero fateor me hercule, quod viderim mihi Auxilium non de- esse, idcirco me illi Auxilio pepercisse, i. Abstinuisse, neque vsi vo- luisse Auxilio illo. Capillis Ouid. Amor. 1, 7, 65. Castris hostium Cic. de Arusp. Resp. 59. Caritati hominum maxime parcendum est, ne temere in eos dicas, qui diliguntur Idem de Orat. 2, 237. Et de 65 Orat. 3, 168 Ita fit, vt omnis singulorum verborum virtus atque laus tribus existat ex rebus: si aut vetustum verbum sit, quod tamen Con- suetudo ferre possit: aut factum vel coniunctione vel nouitate, in quo item est auribus Consuetudinique parcendum: aut translatum, etc. Dolori et iracundiae Cic. Att. 2. Famae suae Propert. 1, 70 16, 11. Plaut. Pers. 4, 4, 23 Ne si Ferro parseris, etc. Flatibus hibernis Euri parcebant, i. abstinabant Seru. Virg. Georg. 2, 339. Gladio parcere, pro Abstinere a caedibus Senec. Epist. 115. Sic Lu- can. 1, 147 — temerando parcere ferro. Impensae parcere. Liu. 35. Iniuriis non parcere Senec. de Benef. 1, 9. Ter. Hec. 2, 1, 29 Meo 75 Labori haud parcens, praeter aequum atque aetatem meam. Lamen- tis parcere, Continere se a fletu Liu. 6. Luminibus Ouid. Met. 5, 248. Metu parcere, Deponere metum. Virg. Aen. 1, 261 Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Seruius, Elocu- tio vsualis, i. Dimitte metum: quomodo dicimus Parce verbis, Parce ini- 80 iuriis. Minori maior parcas Hor. Serm. 2, 3, 326. Nominibus viuentium Quinètil. 3, 1. Cic. Fam. 13, 27 Sed tamen non parcam Operae, et vt vos soletis in formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. Pretio Plaut. Capt. prol. 32. Pudicitiae nec suae nec alienae Cic. pro Rabir. perd. reo 8. Rei ne cui parcat, i. Ne quid 85 omittat Nepos 4, 2, 5. Ter. Heaut. 1, 1, 112 Quaeso tandem aliquan- tum tibi parce. Dicitur ad *ταυρόν τιμωρέμανον, qui supplicium a se exigeret.* Stimulis Ouid. Met. 2, 127. Cic. Fam. 16, 4 Illud mi Tiro te rogo, Sumtui ne parcas vlla in re, qua ad valetudinem opus fit. Teneris parcendum Virg. Georg. 2, 363. Cic. Fam. 11, 27 90 Quem quum obiurgarem, quod parum Valetudini parceret, tum ille, etc. Verbis Ouid. ex Pont. 4, 3, 28. Cic. de Nat. Deor. 3, 15 Sed eorum imperatorum, qui patriae consulere, Vitae non parcerent. Conf. Nep. 21, 2, 2. Voci Plaut. Mil. 4, 6, 5. Parcere telo suo in hostes, i. Reseruare telum ad hostes suos perdendos. Lucret. 6, 398 95 — cur ipse finit, neque parciit in hostes? de fulmine Iouis. Plaut. Trin. 2, 2, 35 Neu tibi aegritudinem pater parerem, parsi sedulo. Par- co, cum Infinitiuo. Hor. Carm. 1, 28, 23 At tu nauta vagae, ne parca malignus arenae, etc. Particulam dare. Parcite pollutis contingere vincula palmis Sil. 17, 27. Parcite credere, Nolite credere 100 Ouid. de Arte Am. 3, 457. Parce priuatus nimium cauere, i. Noli nimium cauere Hor. Carm. 3, 8, 26. Virg. Ecl. 4, 94 Parcite oues nimium procedere. Vbi Seruius: Parcite, Prohibete, id est seruate, ne procedant. Parce tamen lacerare genas Ouid. Trist. 3, 3, 51 qui saepe ita loquitur. Nihil promittere parcent Catull. Argon. f. 62, 146. 105 Ter. Hec. 3, 1, 2 Heu me infelicem, hancine ego vitam parsi perdere? Parce



- Parce precor manes follicitare meos Ouid. Trist. 3, 11, 32. *Add.* Se-  
 ver. Aetna v. 585. Cato R. R. 1, 1 Vti ne cupide emas, neue opera  
 tua (*per te, non per alios*) parcas Visere, et ne satis habeas semel cir-  
 cumire. Parciturum est Plin. 33, 4. Parcitur, *Imperf.* [*φαιδεται*]  
 Cic. Att. 2. . . . Sed tamen satisfiet a nobis, neque parceretur labori. 5
- PARCENS, entis. Partic. [*φαιδόμενος*] Viribus parcens Hor.  
 Serm. 1, 10, 13. Laborans, quaerens, parcens Ter. Heaut. 1, 1, 87.  
 Dexteræ parentes Hor. Carm. 3, 19, 21. Verberibus parcens Stat.  
 Theb. 6, 305. Pars spicula dextra Nequidquam parcente trahunt  
 Idem ibid. 3, 130. *i. leui, suspensa.* *Add.* Idem Achill. 1, 573. Sam-  
 mon. v. 80.
- PARSVRVS, a, um. Partic. [*φαιδόμενος*] Suet. Tiber. c. 62  
 Ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur.
- PARCVS, a, um. Adi. [*φαιδωλός, φαιδουλός, φαιδόμενος*] *Frugi,*  
*et sumptibus parcens, raro aut modice aliquid agens.* Plaut. Mostel. 1, 15  
 1, 30 Quo nemo adaeque iuuentute ex omni Attica antehac est habitus  
 parcus, nec magis continens. Parcus composito vocabulo dictus est,  
 quasi Par arcae: quando sicut in arca omnia reconduntur, eiusque cu-  
 stodia seruantur et continentur, ita homo tenax paruoque contentus,  
 omnia custodita et recondita habet sicuti arca. *Haec Gabius Bassus 20*  
*apud Gell. 3, 19. Addit Fauorinus ibid. non minus absurdam etymolo-*  
*giam, quod pecuniam consumi atque impendi arceat. Verum conclu-*  
*dit, neque ab Arca, neque ab Arcendo, sed ab eo, quod est Parum et*  
*paruum, Parcum denominatum. Nempe eiusdem sunt Originis Parco*  
*et Parcus. Auctor ad Herenn. 4, 46 Ex contrario ducitur sic, vt si 25*  
 quis hominem prodigum et luxuriosum illudens, parcum et diligentem  
 appellet. Senes parci Hor. Carm. 2, 8, 22. Parcus et tenax pater  
 Cic. pro Cael. 39 c. 15. Colonus parcissimus, frugalissimus Idem de  
 Orat. 2, 287 c. 76. Parcus, *cum Gen.* Parcus opum Claud. in Sec.  
 Conf. Stilich. 218. Aceti veteris non parcus Hor. Serm. 2, 2, 62. 30  
 Cruoris Claud. in pr. Conf. Stilich. 28. Poenae Idem de Conf. Hon.  
 4, 113. Honorum parcissimus, *Qui honoribus parcit, neque honores sibi*  
*oblatus admittit,* Trai. ad Plin. Epist. 10, 25. Sanguinis ciuium par-  
 cum credidere Tacit. Hist. 3, 75. Parcus, *Abl. iunctum.* Parcus  
 opera Plaut. Rud. 4, 2, 14. Parcus comitatu, *Qui paucos in comitatu 35*  
*habet* Plin. in Paneg. c. 83. Parcus in aedificando Plin. Paneg. c. 51  
 pr. Cic. pro Corn. Balb. 50 M. Crassus non Aetrinensem foedera-  
 tum ciuitate donauit, homo tum grauitate et prudentia praestans, tum  
 vel nimium parcus in largienda ciuitate? Aestimato beneficiorum  
 parcissimus Plin. in Paneg. c. 21. Cultor deorum parcus et infre- 40  
 quens Hor. Carm. 1, 34, 1. Acies parca, *vid. ACIES.* Ira par-  
 cior meo merito, *i. Minor* Ouid. ex Pont. 1, 2, 98. Iuuentus parca  
 magnum donandi Hor. Serm. 2, 5, 79. Lucerna Propert. 4, 3, 60.  
 Multa petentibus (desunt multa: bene est, cui deus obtulit) parca  
 quod satis est Manu Hor. Od. 3, 16, 42. Sale parco contingere ali- 45  
 quid, *i. Modico* Virg. Georg. 3, 403. Somnus parcus, et breuis  
 Plin. in Paneg. c. 49 extr. Tellus parca Stat. Silu. 4, 5, 13. Par-  
 cus et Elegans, *contraria.* Cic. in Orat. 81 Nam sic, vt in epularum  
 apparatu a magnificentia recedens, non se parcum solum, sed etiam  
 elegantem videri volet. Idem de Clar. Orat. 148 Crassus erat ele- 50  
 gantium parcissimus, Scaeuola parcorum elegantissimus. *Aliud Su-*  
*perlatiui exemplum damus mox in PARSIMONIA.*
- Prop. 3, 3, 40 Optima mors parca, quae venit apta die. *Scaliger*  
 parcam diem interpretatur *πεπερωμένην, fato constitutam, cum Parca ipsa*  
*sit ἡ πεπερωμένη. Cogitabam etiam an parca esse possit tarda et cunctans, 55*  
*quales esse solent parci.*
- PARCE. Adu. [*φαιδωμένως*] *Frugaliter, moderate.* Plaut. Truc.  
 2, 3, 26 Ita ego illam edepol seruem, itaque parce victitem, vt, etc.  
 Parce ac duriter vitam agere Ter. Andr. 1, 1, 47. Et Adelph. 1, 1, 20.  
 Viuere parce aequo animo, diuitiae grandes homini sunt Lucret. 5, 60  
 117. Parce parcus Plaut. Aulul. 2, 4, 35. Cic. Off. 1, 106 c. 30  
 Intelligemus, quam sit turpe diffuere luxuria, et delicate ac molliter  
 viuere: quamque honestum, parce, continenter, seuerè, sobrie. Ni-  
 mium parce, *vid. NIMIS.* Cic. de Fin. 2, 42 Nec tamen cur id  
 tam parce, tanque restrictè faciant, intelligo. Parce et pauulatim 65  
 Caes. Bell. Gall. 7, 71. Exigere pretium parcius Ouid. Amor. 1, 8,  
 69. Profiteri amores parce Idem de Arte Am. 2, 630. Parce vt  
 verbis Cic. de Orat. 3. Idem Fam. 6, 17 Scripsi de te parce medius  
 fidius, et timide, non reuocans me ipse, sed paene refugiens. *Com-*  
*par.* Hor. Epist. 1, 7, 37 Saepe verecundum laudasti: rexque paterque 70  
 Audisti coram, nec verbo parcius absens, *i. nibilo minus.* Parcius  
 quam decuit principem Plin. Paneg. c. 38. Idem 14, 7 Postquam  
 parcius mari condiunt. Dicere parcius de laude alicuius Cicero  
 pro Muraen. 26. Obiicere aliquid alicui parcius Virg. Ecl. 8, 7.  
 Vexare aliquem parcius Ouid. Epist. 8, 13. Parcius iunctas quatiunt 75  
 fenestras Hor. Carm. 1, 25, 1. *Superl.* Honores parcissime delibare  
 Plin. Paneg. c. 54. Quinctil. 10, 4 extr. Panegyricum Isocratis, qui  
 parcissime, decem annis dicunt elaboratum. Parcissime facere pote-  
 statem aquae Columel. 6, 7.
- PARCITAS, atis. f. [*φαιδω*] *Raritas.* Sen. de Clement. 1, 21 80  
 Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum: *i. Non fre-*  
*quens, aut non austera nimium punitio.* Conf. Pallad. 1, 26.
- PARCITER. Adu. Claud. Mamert. praef. Parciter praelibare.  
 Conf. Non. 11, 47.
- PARCIBILIS, e. Adi. Vet. Interp. Iren. 4, 37. 85
- PARCULOQVIVM, i. n. Apul. Met. 5 p. 164 Fidei atque par-  
 ciloquii mei perpendisti documenta.
- PARCIPRŌMVVS, i. m. Plaut. Pseud. 5, 1, 22 Parcipromi  
 victu caetero. Idem Truc. 1, 2, 81 Qui cum genis suis belligerant,  
 parcipromi. 90
- PARSIMONIA, ae. f. [*φαιδωλή*] *Moderatio sumptuum et par-*  
*citas.* Ter. Heaut. 3, 1, 32 Vehemens in vtramque partem Mene-  
 deme es nimis, Aut largitate nimia, aut parsimonia. Cic. in Parad.  
 6, 3 O dii immortales, non intelligunt homines, quam magnum veci-  
 gal sit parsimonia! Parsimonia, est Scientia vitandi sumptus superua- 95  
 cuos, et re familiari moderate vtendi: parcissimum tamen hominem  
 vocamus pusilli animi et contracti: cum infinitum interfit inter mo-  
 dum (*qui designatur nomine parcus*) et angustias Senec. de Benefic. 2,  
 34. Res familiaris conseruatur diligentia et parsimonia, iisdem etiam  
 rebus augetur Cic. Off. 2 c. 24. Antiqua Tacit. Ann. 12, 53. Ru- 100  
 stica illa atque inculta parsimonia Cic. pro Quint. 92. Sera in fundo  
 parsimonia Seneca Epist. 1. Plin. 12, 14 Alexandro Magno in pueri-  
 tia sine parsimonia tura ingerenti aris. Adhibere parsimonia,  
*vid. ADHIBEO.* Custodire, *vid. CVSTODIO.* Minuendum  
 nostra parsimonia decus illud triumphæ non putauit Cic. Prouinc. 105

- Conf. 28. Cic. in Orat. 84 Sunt enim pleraeque aptae huius ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniae. Sanguinis parsimonia etiam vilissimi Senec. de Clement. 1. Temporis parsimonia Plin. Epist. 3, 5. Plur. Adesto castis, Christe, parsimoniis Prudent. Cath. 7, 3
- 5 *i. ieiunio.*  
**PARDALIANCHES**, is. n. [παρδαλιανχῆς] Veneni genus. Plin. 8, 27 Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) Barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor, quare pardalianches id venenum appellauere quidam. *Nempe*
- 10 **PARDALIS**, is. f. [παρδαλις] Animal est ferum, Syriae Africaeque peculiare, quod alio nomine Panthera appellatur. De femina dicitur. Vid. Bochart. Hieroz. P. 1, 3, 8 p. 800 ubi docet παρδαλιον Graecorum esse Pantheram Latinorum. V. g. παρδαλις vocat Plutarchus ea animalia, quae Caelius a Cicerone sibi e Cilicia mitti flagitat, quaeque hic ita saepe Fam. 8 Pantheras dicit. Conf. mox dicenda in PARDALIOS et PARDALIVM et modo dicta in PARDALIANCHES.
- PARDALIOS**, i. m. [παρδαλιος] Gemma est maculis quibusdam variegata, a Pantherinae pellis similitudine nomen habens Plin. 37, 11.
- 20 **PARDALIVM**, i. n. [παρδαλιον] Unguenti nomen, sic dictum, quod pardalis odorem reddat, quae sola ex animalibus odorem reddit, et Latine panthera dicitur. Plin. 13, 1 Fuerat et pardalium in Tharso, cuius etiam compositio et mistura oblitterata est.
- PARDVS**, i. m. [παρδῆς] Animal est, cuius femina, Pardalis dicitur, et Latine Panthera. Plin. 8, 17 Nunc varias, et pardos, qui mares sunt, appellant in eo genere, creberrimo in Asia, Syriaeque Idem 10, 37. Celer pardus Lucan. 6, 183. Fulminei Claud. de Conf. Mal. Theod. 503. Sublimis pardus magno hiatu Iuuen. Sat. 11, 123. Add. Idem 8, 36. Virides Claud. in Conf. Stilich. 2, 345.
- 30 **PARDUS** hiando felit Auctor Philomel. 50. Ad ignoscendum ferrei, ad inimicitias pardi, ad fallendum vulpes Sidon. Epist. 5, 7.
- PAREAS**, ae. m. [ὁ παρίας] Serpentis genus, a genarum conformatione dictum. Hesych. παρίας, ὄφις, etc. Lucan. 9, 721 Et contentus iter cauda fulcare pareas. Al. Parias vel Pharias.
- 35 **PARECBASIS**, is. f. [παρεκβάσις] Latine Transgressio, excursus et excursio dicitur. Quinctil. 4, 3 Parecbasis est, alienae rei, sed ad utilitatem causae pertinentis, extra ordinem procurrens tractatio. Conf. Aufon. Eidyll. 13 ubi habes Parecbasin, interpositam carmini admonitionem ad lectores.
- 40 **PARECHESIS**, is. f. [παρήχησις] Cum plures literae vel syllabae eundem sonum reddunt. Vid. Voss. P. 2 Rhet. p. 331.
- PARECTATVS**, i. m. [παρεκτατός] Non. 1, 341 Parectatoe hi, qui de pueritia veniunt ad pubertatem: a Graeco sumtum vocabulum. Lucil. 8 Vnde parectatoe chlamydes, ac barbula priua.
- 45 Idem 20 Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton. Varr. de Compos. Sat. Parectatae adsunt, mulierque mulier Venus caput. Παρεκτατός potest extensum significare, iustae staturae proximum.
- PAREDROS**, i. m. et f. [παρεδρος] Assidens, ut, Paredri spiritus Tertul. de Anima c. 28. Conf. Lex. Pirisc. de dis paredris exstat
- 50 liber Georg. d' Arnaud. i. qui una esse finguntur, una ara, iisdem templis coluntur.
- PAREGMENON**, i. n. [παρηγμένον] Cum voces eiusdem originis coniunguntur. Vid. Voss. P. 2 Rhet. p. 208. Vitur Iul. Rufinian. de Schematis lexeos p. 32.
- 55 **PAREGORIA**, ae. f. [παρηγορία] Solatium, mitigatio. Apul. de Herb. c. 24 Herba mirifice paregoriam praestat.
- PAREGORICVS**, a, um. Adj. [παρηγορικός] Mitigatorius. Th. Priscian. 1, 9 Paregorica adiutoria.
- PAELCON**, ontis. n. [παήκων] Est Productio dictionis ex adiectione syllabae, siue etiam dictionis integrae ad aliam dictionem. Ter. Andr. 1, 1, 63 Nihil ad Pamphilum quidquam. Vbi Donatus, παήκων. nam abundat Quidquam. nam Nemo quisquam, non dicitur. Virg. Aen. 1, 207 Et vosmet rebus seruate secundis. Vbi Seruius, MET paelcon est.
- 65 **PAELIUS**, i. m. [παήλιος] Imago solis in nube densa apparens, qua aliquando duo pluresue soles cernuntur. Vid. de re ipsa, nam nomen non adhibet, Plin. 2, 31. Sed
- PAELIA**, orum. n. Pl. Sen. Qu. Nat. 1, 11 vocat, describit, et ita vocari vult.
- 70 **PARENCHIRESIS**, is. f. [παρεγχίρησις] In veteri lemma f. inscriptione Quinctil. 2, 6 est genus diuisionis, cum Orator vel Rhetor, de ordine capitum, diuisione causae, collocatione et dispositione apud se exigit et peruestigat, aut discipulos instituendo quaestiones et capita docet, et ultra eos, qui idem argumentum tractarunt, excogitare aliquid conatur.
- 75 Rem ipsam copiose docet Quinct. 7, 1. De nomine vid. Capperon. ad lemma cit. in primis ex Turn. 12, 11. Add. Capp. ad Quinctil. 1, 2 no. 55.
- ¶ 2 Est et Parenchiresis, Quum argumentum et negotium ab alio tractatum alius sibi scribendum sumit, ut apud Cic. Att. 15, 4 de oratione Bruti, Prorsus contendis committere, tam multis verbis agis. Egone ut
- 80 eam causam, quam is scripsit? Ego scribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχίρησις fieri potest contumeliosior. Hic Parenchiresim vocat Scriptam a Bruto causam scribere. Eodem modo Themistius, elegans et nitidus scriptor, parenchiresis appellat, quum quid secus quam alii dicimus, aut praetermissum scribimus. Eius verba sunt, τὸ, τε σμικρῶν ἔνεκα παρεγχίρησιον, ἀσκληρῆς καταβάλλειν πραγματικῆς, ὁμοιον τῇ τὴν Ἀθηναίων βλασμένη μετὰ κινῶν τὴν Φεδία, ὅτι τὰ, δεσμὰ τῆς κρηπίδος ἕστο ἁμῶν ποιήσων. Hinc Timaeus ἀπαρεγχίρητον, perfectum appellat, et quod est suis omnibus numeris absolutum. Ex Turnebo 12, 11.
- PARENS**, entis. c. Misc. secundum Charif. p. 79 [παρὴς, γονεὺς]
- 90 a Pario fit. Festus, Parens vulgo pater aut mater appellatur: sed iuris prudentes auos et proauos, auas et proauas parentum nomine appellari dicunt. Paull. de Gradibus affinitatis, I. Iurisconsultus, Parentes apud Romanos vsque ad tritauum proprio vocabulo nominantur. Feminini etiam generis esse, satis docet illud Ouid. Met. 6, 191
- 95 de Latona, Illa duobus facta parens. Virg. Aen. 9, 84 Quod tua cara parens domito te poscit Olympo. Iterum Ouid. Amor. 3, 6, 34 Natarum Thebe quinq; futura parens. Add. ad Liu. 81 Fecunda parens, et 431 Longaeva parens. Conf. n. 2. Pater et parens Cic. de Inuent. 1, 105. Aetas parentum, peior auis, tulit nos ne-
- 100 quiores Hor. Od. 3, 6, 46. Cura sagax parentum Senec. Hippol. f. 2. Nomen mite parentis Ouid. ex Pont. 4, 9, 134. Proles parentum Virg. Georg. 3, 101. Sanguis pauperum parentum Hor. Carm. 2, 20, 5. Sanguis, Filius. Cari parentes, Ouid. Amor. 1, 7, 5. Tacit. Ann. 4, 16 Nam patricios confarreatis parentibus genitos tres si-
- 105 mul nominari, etc. Confectus aetate parens Virg. Aen. 4, 599. Dubitatus

Dubitatus Ouid. Met. 2, 20. Fessus aetate Virg. Aen. 2, 596. **Semini** Idem ibid. 3, 180. Ingenuos clarosque parentes habere Hor. Serm. 1, 6, 91. **Intestati** Quinctil. 3, 6. Longaenus Virg. Aen. 3, 169. **Parcus** vterque Ouid. Amor. 1, 3, 10. **Rigidus** Idem Met. 2, 813. **Superstites** Hor. Epod. 5, 101. **Tardus senio** Senec. 5 **Herc. fur. l. 3.** **Tremulus** Catul. 66, 142. **Veterum decora alta** parentum Virg. Aen. 2, 448. **Non Alere parentes nefarium est** Cic. Att. 9, 11. **Anteire titulis parentes** Stat. Theb. 3, 156. **Colere in loco parentis,** *vid. COLO.* **Curare parentes,** *vid. CVRO.* **Facere parentem pulchra prole** Virg. Aen. 1, 78. **Fieri parentem** Quinctil. 1, 1. **Facta parens duorum** Ouid. Met. 6, 191. **Habere Carissimos parentes debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est** Cic. post red. in Senat. 2 c. 1. **Obseruare et diligere aliquem, vt alterum parentum** Cic. Fam. 5, 8. **Praestare pietatem parentibus** Quinctil. 5, 10. **Parentes et propinqui** Cic. Verr. 5, 107. **Parentes abunde habemus: *Dictum apud Sallustium in persona Romanorum.*** ¶ 2 **Metaph.** **Parens Magna Tellus** Ouid. Met. 1, 383. **Maximus Mundi Parens** Sen. Hippol. f. 4. **Sanctissima parens patria** Cic. Att. 9, 11. **Artium bonarum procreatrix quaedam et quasi parens philosophia** Cic. de Orat. 1, 9 c. 3. **Cun- 20** **gorum parens terra:** *b. e. Altrix* Plin. 18, 1. **Eloquentiae parens Columel. 1 praef. 30** **Homerus.** **Frugum parens, Tellus** Virg. Georg. 2, 173. **Ceres, alma Frugum parens** Apul. Met. 11 p. 257. **Lyræ parens Mercurius,** *b. e. Inuentor* Hor. Carm. 1, 10, 6. **Mentium parentes, non corporum** Quinctil. 2, 9 (10) *pr.* **Summus parens** 25 **Mundi** Lucan. 4, 110 *i. Iupiter.* **Odi metus parens** Stat. Theb. 1, 127. **Operum omnium parens et effector Deus** Cic. de Vniuers. 35. **Patriæ parens primus appellatus** Cicero Plin. 7, 30. **Patriæ parentem occidere, quam suum, grauius est** Cic. Philipp. 2, 21. **Philosophiae parens Socrates iure dici potest** Idem de Finib. 2, 1. **Rerum 30** **parens Deus** Lucan. 2, 7. **Rerum parens et educatrix, quae in homine inesse perspiciuntur, sapientia** Cic. de Legib. 1, 62. **Urbis parens Romulus** Liu. 4, 3. **Parens, de arbore,** Plin. 12, 5 **Rami novam sibi propaginem faciunt circa parentem in orbem.** **Parentum, Genitiuus pro Parentum.** Hor. Carm. 3, 24, 21 **Dos est magna parenti- 35** **um Virtus.** **Neque hoc metri causa produxit** Hor. *sed communi usu adhibetur, vt obseruat Fabrest.* **Inscript. p. 99.** **Ipse Cicero sic saepe dixit teste Charisio 1.** ¶ 3 **Pro cognato, amico, patrono laxa significatione recentiores posuere.** **Capitolin. M. Philof. 5** **Adoptatus in aulicam domum omnibus parentibus suis tantam reuerentiam quan- 40** **tam priuatus exhibuit.** *Vid. Casaub. ad b. l.*

**PARENTĒLA, ac. f. [παρὴντα]** **Affinitas, vel generatim cognatio: parum Latina vox.** Iul. Capitol. in Gordian. c. 23 **Duxit uxorem filiam Mithrei doctissimi viri, quem causa eloquentiae dignum parentela sua putauit.** 45

**PARENTĪCĪDA, ac. m. [παρὴντοῦς]** **Qui patrem aut matrem occidit.** **Fuisse tale nomen in usu, ostendit iocus, et allusio** Plauti Epid. 3, 2, 13 **Quia ego tuum patrem faciam Perenticidam, a Pera et Caedo.**

**PARENTO, are. [παρῆτω]** **Parentibus iusta celebrare. Licet 50** **etiam ad alios transferatur.** **VOS FILII IN VIVENTEM PARENTEM PIENTISSIMI, IN MORTVVM PII MAGIS, PATERNOS CINERES EX HISPANIA EXPORTATE, COMMVNIQVE SEPVL- CRO CONDITE, QVO AVITIS CINERIBVS IMMIXTI, SACRO GAVDEANT ANNIVERSARIO PARENTARI** **Inscriptio veteris 55** **Lap. Plin. 18, 12** **Quoniam mortuorum animae sint in ea (scilicet faba) qua de causa parentando vtique assumitur.** Cic. pro Flac. 96 c. 38 **Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus eie-** **ctos.** Idem Philipp. 1, 13 **Vt cuius sepulcrum nusquam extet, vbi parentetur, ei publice supplicetur.** Ouid. Amor. 1, 13, 5 **Sic Memno- 60** **nis umbras** **Annua sollempni caede parentet auis.** *Conf. Berneg. ad Suet. Caes. c. 6.* **Et Petron. c. 69.** ¶ 2 **Metaphora a ludis funebribus ducta** **Parentare est Caedem suorum vlcisici.** Liu. 24, 21 **Parentandum regi sanguine coniuratorum esse.** **Sic manibus alicuius** **parentare** Flor. 2, 6, 8. **Iustin. 13, 3 extr.** **Ciuiibus qui interierunt 65** **parentare** Caes. Bell. Gall. 7, 17, 7. **Petron. c. 81** **Noxio sanguine parentabo iniuriae meae.** **Sed Locus in quo luxuriae parentatur i. triclinium apud Senec. de Vita beata c. 11 extr.** **Nempe Luxuria velut Dea est, cui honos habetur.** Idem Sen. Epist. 12 **Vino et funereis epulis sibi parentare.** 70

**PARENTOR, ari.** Dep. Senec. Epist. 123 (122) **Non conuiuuntur, sed iusta sibi faciunt.** **Mortuis certe viui parentantur.**

**PARENTALIS, e. Adi.** **Umbræ parentales, i. Animae parentum** Ouid. Trist. 4, 10, 87. **Ista parentales non rumpant vincula curae** Alcim. Auit. 1, 186. **i. pietas erga parentes cedat amori coniugali.** 75 **Verum** ¶ 2 **Dies parentales, Quibus parentabatur** Ouid. Fast. 2, 548. **Marte parentali rebellant, i. ludis funebribus parentant** Ouid. Met. 13, 619.

**PARENTALIA, orum, vel ium. n. [ἐπιτομια]** **Conuiuia, quae in parentum aut propinquorum funere fieri consueuerunt.** **Ad parentalia inuitare** Petron. c. 78. **Cic. Philipp. 1, 13 c. 6** **An me censetis P. C. quod vos inuiti secuti estis, decreturum fuisse, vt parentalia cum supplicationibus miscerentur?** *Vid. Alex. ab Alex. 3, 12.* **Parentalia, antiquae appellationis hic dies, et iam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus** Aufon. praef. Parent. *Add. ib. praef. metrica.* 85

**PARENTATIO, ōnis. f.** **Quod mortuis litabatur, id vtique parentationi deputabatur** Tertull. de Spect. c. 12.

**PARENTHESIS, is vel eos. f. [παρὴνθῆσις]** **Interpositio. Val- la: Parenthesis est Interiectio orationis in sermone: qua remota, sermo manet integer.** Quinctil. 9, 3, 23 **Illa quoque ex eodem genere possunt 90** **videri, quam nos Interpositionem vel Interclusionem dicimus, Graeci παρὴνθῆσις vocant, dum continuationem sermonis medius aliquis sensus interuenit.** **Exemplum ponit** Cic. pro Milon. c. 34 **Ego cum te (mecum enim saepissime loquitur) patriae reddidissim.**

**PARENTHETICVS, a, um. Adi.** **Parenthetica bellaria** Sarisb. 8, 7 95 **quae interponuntur cibis aliis.**

**PARENTO, are: vid. PARENS.**

**PAREO, ui, ere. [παρῶμαι]** **Manifestum esse.** Virg. Aen. 10, 176 **Cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent.** **Vbi Seruius: Pa-** **rent, Peritissime agnoscuntur: quod ad omnia referendum est, ad fi-** 100 **bras, sidera, voces auium, et fulmina: nam si videntur, tantum accipias, cuius possunt videri, nec tamen intelligi. Item voces auium non videntur, sed agnoscuntur auditae. Nec Parent, Obtemperant, procedit. nam quomodo sidera, vel fibrae, vel aues, vel ful-** **gura possunt obtemperare? Etiam Festus, Paret, Apparet interpre-** 105

tatur. Martial. 12, 29 Festinant trepidi substringere carbasa nautae, Ad portum quoties paruit Hermogenes. Siculus Flaccus p. 14 Goef. Aliquibus locis lapides, qui in limitibus positi erant, interciderunt: et limites ipsi, id est rigores, non parentibus lapidibus difficile inueniuntur. Et Frontinus, Ante Iouem limites non parebant; qui dividerent agros. Hyginus autem p. 160 Antiquae mensurae actus in diuersum nouis limitibus inciditur: nam Tetrantum veterum lapides adhuc parent, sicut in Campania finibus Minturnensium. Et apud Cic. in Orat. pro Rosc. Com. 5 Non habere se hoc nomen in codice accepti et expensi relatum confitetur, sed in aduersariis parere contendit. Pulchra lectio, undecunque sit. Paulo Manutio tribui video: sed certe nihil in commentariis: neque filius ipsius Aldus discessit a vulg. parere. Plura loca ubi Patet in locum r̄s Paret irrepisse videtur, annotauit Pareus Lex. Crit. p. 883 seq. Petron. c. 137 Iurisconsultus PARET, NON PARET, habeto Atque esto quidquid Seruius aut La-beo. Vbi Paret significat Apparet, liquidum est. Nempe formula est, SI PARET. Cic. pro Rosc. Com. 11 c. 4 Eius rei ipsa verba formulae testimonio sunt. Quid est in iudicio? Directum, asperum, simplex. SI PARET HS ΙΟΟΟ DARI OPORTERE. Hic, nisi planum facit, HS ΙΟΟΟ ad libellam sibi deberi, causam perdit — Et mox, quantum aequius et melius sit, dari repromittitue si pareret. Quatuor loca Institutionum Iustin. vid. apud Barn. Briffon. de Form. 5, 11 p. 350. Theophilus illud Si paret interpretatur si quaterat. Add. Festus voce Parret. Scribon. 222 Parent leuia. Maximam vim exemplorum ex inferioris praesertim aevi scriptoribus congeffit Daunius ad illud Catonis Dist. 2, 8 Temporibus peccata latent, sed tempore parent. Add. Arntzen. ad h. l. ¶ 2 Parere, est etiam Ostentare se, [πομπήσθαι, ἐλλαμπέσθαι] ut Scalig. explicat in Catonis Distich. 3, 2 Fortunae donis raro parere memento. Verum et lectio mutata a Scaligero, et totum distichon abest a melioribus libris, et alia desideratur auctoritas. ¶ 3 Parere, [ὑπακούω, πείθομαι] Obedire significat eadem, puto, ratione, ut apparere, i. praesto esse ad accipienda imperia: non subducere se iubenti, etc. Sen. de Benef. 2, 18 De imperfectis hominibus loquor, quorum affectus saepe Contumaciter parent, i. cum rebelli quadam reluctantione. Virg. Aen. 1, 693 Paret Amor dictis carae genitricis, etc. Modeste qui paret, videtur qui aliquando imperet dignus esse: itaque oportet et eum, qui paret, sperare se aliquo tempore imperaturum: et illum qui imperat, cogitare, breui tempore sibi esse parendum Cic. de Legib. 3, 5 c. 2 interpretans legem, quam posuerat paullo ante 6 c. 3 Iusta imperia sunt: iisque ciues modeste ac sine recusatione parento. Occultissime parere, vid. Occulte, in OCCVLO, ère. Cic. Philipp. 7, 2 Non vt pareret, et dicto audiens esset huic ordini, sed vt conditiones ferret, leges imponeret. Idem de Legg. 3, 11 c. 4 Qui agent, auspicia seruanto, auguri parento. Cic. de Nat. Deor. 2, 7 Classem amisit, quum auspiciis non paruisset. Idem ib. p. p. Eorum imperiis Rempubl. amplificatam, qui religionibus paruissent. Consiliis alicuius parere Cic. Att. 8, 16 (12) Idem de Fin. 1, 53 Quae Cupiditates a natura proficiuntur, facile expleantur sine iniuria: quae autem inanes sunt, his parendum non est. Deo parere libertas est Sen. de V. B. 15 extr. Dicto Liu. 28. Dominis parere superbis Virg. Aen. 12, 236. Gulae parere, pro Seruire, siue indulgere Hor. Serm. 2, 7, 111. Humillimis Vell. 2, 37. Imperio Caes. Bell. Gall. 5, 2. Nep. 14, 4, 2. Institutis patriae parere Nepos 17, 4, 3. Cic. de Legib. 3, 42 c. 18 Parere iubet Intercessori quo nihil praestantius. Impediri enim rem bonam melius, quam concedi malae. Legibus parere Cic. de Legib. 3, 26. Idem Off. 2, 40 c. 11 Leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. Lupatis duris Virg. Georg. 3, 208 de equis. Necessitati parere cogimur Cic. in Orat. 202. Add. Idem Fam. 4, 9. Patienter alicui parere, vid. Patienter, in PATIOR. Praecepto alicui parere et obedire Cic. Tusc. 5, 36. Praeceptis Virg. Aen. 2, 607. Promissis parere, Praestare promissa Ouid. Fast. 5, 504. Regi paret oppidum illud Plin. 6, 28. In tanto hominis periculo et Tempori eius et Voluntati parere Cic. in Vat. c. 1. i. seruire. Voluntati architecti obedire et parere Idem de Nat. Deor. 1, 19. Scaeuola, De dote praelegata. l. Quum dotem, Quaesitum est, quum res in dotem datae plures ipso vsu finitae essent, nec moriente marito, fuerant, an quasi sub impossibili conditione legum datum videatur, Respondi, videri conditioni paritum, si quod ex rebus in dotem datis superat, in potestatem haereditatis peruenit. Symmach. Epist. 10, 36 (43) Suggestum est, paritum esse sententiae. Paretur, [ὑπακούεται] Imperf. Liu. 9, 32 Quod postquam Consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari iubet, vt prandeat miles: firmatisque cibo viribus, arma capiat, dicto paretur. Caesar capere arma iubet, etc. Paretur Lucan. 4, 148. ¶ 4 Translate dicitur nauis vento parere, memoria oratori etc. vid. Brouckhus. ad Tibull. 1, 10, 9. Burm. ad Quinctil. 1, 12 p. 121. Colono arua parent Virg. Aen. 1, 3.

PARENS, entis. Partic. [παρὴνός] Cic. Off. 1 c. 21 Quin etiam ob has ipsas causas et parentiores habuerunt exercitus, et fortiores. Sallust. in Iugurth. 101, 7 Deinde quod parentes abunde habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam hominum satis fuit. Parentes vocat, Obedientes et subditos. Gulae parens Hor. Serm. 2, 7, 3. Dicto parens Virg. Aen. 1, 699. Nuntio parens Nepos 9, 5, 3.

PARIENTIA, ae. f. Obsequium, a verbo Pareo. Cassiodor. Variar. 3, . . . Atque ideo parientiam vestram, saepius approbatam, nunc quoque eodem praesente monstrate. Sic ex MSS. Cuiac. Vs et Var. 7, . . . Cui saluberrimam parientiam commodate l. i. C. qui pro sua iurisd. ubi non Patientiam, sed Parientiam legendum est. Hanc vocem Pareus Lex. Crit. p. 885 Tacito Agric. 16, 2 atque alias restitutam cupit, ubi vulgo Patientia. Vid. Cuiac. Obsf. 1, 6.

PARITOR, oris. m. Zeno Veronens. Alienae nequitiae et malitiae paritores.

PAREORON, i. n. Idem quod Heliotropium. Apul. de Herb. 49.

PAREPHIPPVS, Vox nihili, quae pro Parhippus irrepit l. 3 C. de cursu publ. v. v.

PARERGVM, i. n. [πάργυρον] Quod alicui rei praeter propositum additur. Plin. 35, 10 Quidam et naues pinxisse vsque ad annum L. argumentum esse, quod quum Athenis celeberrimo loco Mineruae delubro propylaeon pingeret, ubi fecit nobilem Paralum et Hemionida, quam quidam Nauificaam vocant, adiecerit paruulas naues longas in iis, quae pictores parerga appellant, vt appareret, a quibus initis ad arcem ostentationis opera sua peruenissent. Budaeus; Parerga sunt quasi Corollaria operis locati, quae sunt vltra id, quod in stipulatione comprehensum est. Quinctil. 11, 3 vocat, quae in ornamentum operis accedunt.

cedunt. Parerga horologiorum, Quae ornatus causa sunt in horologiis, vocat Vitruvius 9, 9.

PARHIPPIVS, i. m. Dupliciter accipitur in iure. Ordinarie est equus Auertarius, qui praeter veredum, sarcinae vel auertae ferendae causa licite assumebatur ab his, quibus publico cursu utendi ius erat. Vid. l. 22 C. Th. de cursu publ. et ibi Jac. Gothofred. Conf. l. 22. 27. 29. Sic et Cassiod. Var. 4, 47. et 5, 5. Semel tantum, quod obseruatum sit, nempe l. 14 C. Th. de cursu publ. Parhippus est equus perperam et contra legem usurpatus. Vid. Gothofr. Est igitur priori ratione equus, qui praeter veredum adhibetur, altera, qui praeter legem. Negari tamen non potest, verba l. 14 C. Th. et l. 4 C. de cursu publ. videri potius hominem abutentem equis publicis notare: Parhippum eum videri et habendum esse, qui usurpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio (i. diploma) continebit, alterum tertiumue extra ordinem commoueat.

PARHYPATE, es. f. [παρυπατε] i. Subprincipalis, phthongi, i. soni s. toni adeo species. Vitruv. 5, 4. Vid. Bald. Lex. Vitr. p. 80.

PARIA, ae. f. Insula in Phoenicio mari, ante Ioppen, alio nomine Arados Plin. 5, 31.

PARIANVS, i. m. Piscis alio nomine Colias, Saxitanus, Cybius, lacertorum minima, aquas incolens, inuenitur in Baetica Plin. 32, 11 l. 55.

PARIAS, vid. PAREAS.

PARIATIO, PARIATOR: vid. PAR.

PARICI, inquit Festus, Quaestores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum. Sed legendum videtur Paricidii s. Paricidi, quod apparet collatis Festi verbis in Quaestores, Quaestores dicebantur, quod quaererent de rebus capitalibus, unde qui talia quaerunt quaestores paricidi appellantur. Vidit Scaliger, et describendo probat Dacerius.

PARICIDA, PARRICIDA, PATRICIDA, ae. m. [πατρικιδος, πατραλλοια] pro eodem ponuntur, patris nempe interfectore. Et est sane, qui patricida est, idem sine dubio etiam parricida. Sed non contra. Ac videtur vel in ipso usu antiquorum, vel certe librorum opera Patricidam paene absorpsisse parricida. Audiamus Priscian. 1 p. 553 Parricida, quod vel a pari componitur, vel, ut alii dicunt, a patre. Ergo si est a pari, r euphoniae causa additur. Sin a patre, t in r convertitur.

Quibusdam tamen a parente videtur esse compositum, et pro parenticida per syncopen et commutationem t in r factum parricida. Illud primum apparet, Prisciano probari orthographiam per geminam rr, quam etiam firmant libri antiqui. Deinde, ipso iudice, eodem nomine appellatum, qui patrem et qui ciuem Rom. necasset. Tamen Cic. pro Domo 26 c. 10 omnes hodie legunt, Quid de me, quod tulisse te dicis, patricida, fraticida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? Sed antiqua editio Ven. 1495 fol. etiam hic parricida. Porro in Rosci-

ana ubi frequentissime adhibetur, nunquam, quod obseruarem, patricida; parricida vel paricida semper. A Patris caede Parricidam deriuat Quinctil. 8, 6, 35 Acetabula, quidquid habet; et Pyxides, cuiuscunque materiae sunt; et Parricida matris quoque aut fratris interfectore. Quod est de deriuatione a pari, quae placuit etiam Lambino ad Miloniam c. 7, non probante Cortio ad Sall. Catil. 14, 2: reuocauit eam vir doctus Miscell. Obs. Amstelodami editarum Vol. 10 p. 262 cum ciues Romani antiqui pares praeter caeteros dici potuerint. Hoc maneat; nomen ut nunc res est, unum esse, eius qui patrem, qui sanguine coniunctum, qui ciuem occiderit, qui patriae hostis sit. Antiquissimam esse illam generalem significationem docet Festus, Parici (leg. Paricidi) quaestores appellabantur, qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum.

Nam paricida non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcunque hominem. Id autem fuisse indicat lex Numae Pompilii regis, his composita verbis: SI QVIS HOMINEM LIBERVM DOLO SCIENS MORTI DVIT, PARICIDA ESTO. De hoc Quaestore dedita opera agit vir doctus in Miscell. Obseruat. quem modo laudauimus. Hinc Flor. 4, 1, 10 Catilinae parricidae vocantur. Et Tac. Hist. 1, 85, 6 Vitellius. Ipse Cic. de Catilina 1, 29 c. 12 Certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida ciuium interfecto, inuidiae mihi in posteritatem redundaret. Quin alias quoque res capitales hoc nomine venisse, docet Cic. de Legg. 2, 22 c. 9 Sacrum sacrae commendatum qui cleperit rapitque (ita e MSS. Dauis.) parricida esto. Ad patris interfectorem pertinet, quod refert Martiani. D. ad leg. Pomp. de paric. l. 1 Lege Pompeia De paricidiis cauetur, ut is paricidii teneatur, non solum qui patrem et matrem interfecerit, sed qui auum, auiam, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, materteram, consobrinum, consobrinam, virum, vxorem, filium, filiam, nepotem, nurum, aliosque propinquos occiderit. Add. Paullus Recept. Sentent. 5, 24, 1. Ad patrem occisum refert Hor. Carm. 3, 29, 8 Telegoni iuga parricidae. Liu. 3, 50. Virginius, occisa a se filia, rogat, ne se, ut parricidam liberum auersarentur. Sicarii, homicidae, parricidae Cic. Philipp. 2, 31. Insui in culeum parricidas viuos, atque ita in flumen deiici voluerunt Cic. pro Rosc. Amer. 71 c. 25. Caesar ap. Sueton. c. 43 Parricidas (exsules) bonis omnibus multauit. Custodiri ut paricidam Cic. ad Brut. 6. Sicarium non modo, sed etiam paricidam aliquem iudicare Idem Fam. 12, 3.

PARICIDIVM, PARRICIDIVM, vel PATRICIDIVM denique i. n. [πατρικιδιον] Parentis, Cognati, vel ciuis, occiso; vel, Contra patriam machinatio. Cic. Off. 3, 83 c. 21 Potest enim, dii immortales, cuiquam esse vtile foedissimum et teterrimum parricidium patriae, quamuis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens nominetur? Idem de Nat. Deor. 3, 67 Sibi salutem ut familiari parent paricidio. Ex Poeta de Medea fratrem interficiente. Sed ad patris aut matris, etc. Interfectorem pertinet Poena paricidii, de qua Modestinus, D. ad leg. Pompeiam de paricidiis, l. 9 more maiorum haec instituta est. Paricida virgis sanguineis verberatus, deinde in culleo insuitur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, et simia. deinde in mare profundum culleus iactatur. Hoc ita, si mare proximum sit, alioquin bestiis obicitur secundum D. Hadriani constitutionem. Vid. etiam Instit. l. vlt. tit. vlt. Cic. Philipp. 2, 17 c. 7 Quum homines nefarii de patriae paricidio confiterentur, confessorum indicibus, sua manu, voce paene literarum coacti, se urbem inflammaré, ciues trucidare, vastare Italiam, delere Remp. consensisse, etc. Necari ciuem Romanum, prope paricidium est: vinciri, facinus, verberari, scelus Cic. Verr. 5, 169. Idem pro Cluent. 31 c. 11 In ipso fraterno paricidio nullum scelus praetermissum videtur. Committere paricidium Scribon. Ep. m. Iustin. 1, 9 de Cambyse, Non dubitauit post sacrilegia, etiam paricidium facere. Inquinare se parricidio

100

100

100

100

100

100

100

100

100

Cier de Fin. 4, 63 c. 23. et Tusc. 5, 6 c. 2. Maculare parricidio  
partus suos Liu. 1, 13 pr. Obstringere se paricidio, vid. O B-  
S T R I N G O. Obstringere se nefario patriae paricidio Cic. Phi-  
lipp. 11, 29 c. 12.

5 PARRICIDĀLIS, vel PARRICIDIALIS, e. Adi. Parricidalis, quasi a Parricida est: Parricidalis a Parricidium. Vid. Burm. ad  
Quinctil. Decl. 4, 19 p. 100. Idem Decl. 16 Vidi truces loquen-  
tis oculos, vultus paricidali ardore suffusos. Arma parricidialia  
Cyprian. Ep. 1, 2. Bellum parricidiale Flor. 3, 21, 1. Firmic. 6,

10 Ita vt contra matres, filios faciat paricidalia inimicitiarum subire  
Certamina. Firmic. 1, 3 Ecce innumerabiles proscriptionum tabulas  
ponit Sulla, et cruentarum pecuniarum paricidali Collatione ditatur.  
Conatus parricidiales Sulp. Seuer. Hist. 1, 38. Discordiae parrici-  
diales Iustin. 39, 3 pr. Homo parricidialis animi Lamprid. Heliog.

15 c. 14. Parricidali Manu gladium stringere Petron. c. 80. Firmic.  
6, 25 Ipsos vero contra patres paricidalibus inimicitiarum Odiis ex-  
asperant. Et c. 31 non ita procul a fine, Paricidalia parentum circa  
filios Odia, funestamque caedem semper exagitat. Firmic. 1, 3 Ius-  
sione Sullana, Sulpicius tribunus plebis, paricidalis Praecepti nefanda

20 animaduersione percussus est. Scelus parricidiale Iustin. 27, 1, 10.  
Firmic. 6, 18 Et quum illos vna sanguinis necessitudo coniungat, pari-  
cidali odiorum contra se Simultate depugnant.

PARRICIDIALĪTER. Adu. Lamprid. Alex. Seuer. c. 1. Au-  
gustin. Epist. 168.

25 PARRICIDĀTVS, ūs. m. Caelius ap. Quinctil. 1, 11, 42 Neque  
enim tuburcinahundum iam in nobis quisquam ferat — nec parricida-  
tum, quod in Caelio vix tolerabile videtur.

PARRICIDIŌSE. Adu. Ab attributo Parricidiosus, confitelo, vt  
ab Ignominiosus, Ignominiose. Cic. Tusc. 5, 6 c. 2 Parricidiose vitu-  
perare parentem. Sed hodie editur, Vituperare quisquam vitae paren-  
tem, et hoc parricidio se inquinare audet?

30 PARRICVLVM, i. n. Nomen ex Marculphi formulis arreptum  
Periculo, in quantum illud n. 5 explicamus, substitutum eunt Sirmondum  
secuti, Heraldus obseruat. 50, H. Grotius Flor. spars. p. 396. Nempe

35 Paricla et Paricula charta apud Marculphum est exemplar, ἱσόν, ἰστρο-  
νον, ἀπὸ βγαφόν, ἀπὸ ἴσραφόν, ex authentico descriptum, cui proinde conue-  
nit ac par est, vnde nomen habet. Sed neque significatio haec satis con-  
uenit locis illis, vnde periculum excitauius l. c. et repugnant libri: nisi

40 Rittero teste habet de sententiis ex pariculo recitandis, et Ex pariculo  
promatur deliberationis plena sententia.

PARIENTIA, vid. PAREO.

PARIES, ōtis. m. [πῶχος, τειχίον] Sic vocantur structurae per-  
pendiculares, quibus aedificia includuntur. Plin. 35, 14 l. 48 Quid,

45 num et Africa Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos  
(quoniam in forma circumdatis vtrinque duabus tabulis inferciuntur  
verius quam instruuntur) aeuis durant, incorrupti imbribus, ventis,  
ignibus, omnique caemento firmiores? Cic. Verr. 4, 122 His autem  
tabulis interiores templi parietes vestiebantur. Nam tua res agitur,

50 paries cum proximus Ardet Hor. Epist. 1, 18, 84. Communis paries  
vtrique domui Ouid. Met. 4, 66. Crassus paries, vid. CRASSVS.  
Craticus paries, dicitur ab afferibus, qui arrecti transuersique in modum  
cratis texuntur: vnde Vitruuius, Arrectarios parietes, Transuersarios-  
que appellat. Vid. CRATES. Fissus paries tenui rima Ouid.

55 Met. 4, 65. Intergerinus paries, vid. INTERGERINVS, suo  
loco. Directum parietem ad parietem communem Adiungere, vel  
solidum vel fornicatum, omnibus ius est Cic. in Topic. 22 c. 4. Con-  
scribere parietes, vid. CONSCRIBO. Crustare parietes, vid.

60 CRVSTA. Vna fidelia duos Dealbare parietes, vid. FIDELIA.  
Disturbare parietes Cic. in Parad. 4. Ducere parietem per vestibu-  
lum alterius Idem pro Milon. 76 c. 27. Duos Linis parietes Petron.  
c. 39. Perfodere parietes, vid. PERFODIO. Arcis parietibus  
premere locum Virg. Georg. 4, 297. Urbis parietes stant et  
manent Cic. Offic. 2, 29. Caecis parietibus textum iter Virg. Aen.

65 5, 589. Intra parietes meos nihil mihi tutum Cic. Fam. 4, 14. Id.  
pro Quint. 38 c. 11 Si quid in controuersiam veniret, aut Intra parie-  
tes, aut summo iure experiretur. i. Aut inter amicos disceptandam rem  
permitteret citra iudicium, et extra cancellos forenses: aut apud iudicem  
concesso sibi legibus aut moribus iure vteretur, id est rigore iuris ad extre-  
mum non decederet. - Domi atque Intra priuatos parietes continere

70 studentem Quinctil. 1, 2 pr. Albo pariete aliena bona oppugnare  
Plaut. Perf. 1, 2, 22. Albo Praetoris, legibus, per calumniam. In  
caducum parietem inclinare: Prouerbiali figura, dicuntur, qui nitun-  
tur, confiduntque rei parum firmas: ducta metaphora ab aedificiis. Ha-

75 drianus Imperator ap. Spartian. 25 et in Aelio Vero 6 de Commodio ad-  
optato, et imperii successioni destinato dicere consuevit. In caducum pa-  
rietem inclinamus, etc. Caducum autem parietem vocabat, quod esset  
valetudinarium, et rebus gerendis inhabilis videretur.

PARIETĪNA, ae. f. [τὸ τειχίον] penult. producta. Plurali  
numero significat ruinas et reliquias aedium, parietes quosdam, non aedes.  
Plin. 22, 17 Austericum folio similis ocimo, nigrior tantum; nascens  
in tegulis parietinisque. Cic. Fam. 13, 1 Is igitur Patro, quum ad  
me Romam literas misisset, vti te sibi placarem, peteremque, vt nescio  
quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes, etc. Cic. Fam. 4, 3

80 In parietinis reipublicae. ¶ 2 Herbae etiam nomen, quae  
Parietalis vel Parietaria. Ammian. Marcell. 27, 3 p. 523 Gron. Vnde  
Traianum herbam parietinam iocando cognominarunt. Vid. PARIET-  
TARIA.

85 PARIETĀLIS, e. Adi. Parietalis herba Marc. Empir. c. 13.  
90 Eadem Parietaria.

PARIETARIVS, a, um. Adi. Structor parietarius Inscript.  
apud Fabrett. p. 157. Firmic. 8, 24 Decimanona pars, si in horo-  
scopo fuerit inuenta, architectos faciet, structores parietarios, vel mar-  
morarios. Faeoli parietarii, qui ad parietes se applicant et enituntur

95 clauiculis suis Apic. 8, 6 ex emendatione Listeri, pro Paratarii.

PARIETARIA, ae. f. [ἐλάτῃν] Herba a parietibus, in quibus  
nascitur, sic dicta: vnde etiam Muralium appellata est Apul. de Herb.  
c. 81. Aur. Vict. Epit. 41, 13 de Constantino, Hic Traianum herbam  
parietariam (al. parietinam) ob titulos multos aedibus inscriptos, ap-  
pellare solitus erat. Vid. PARIETINA.

100 PARIETĀLIS, e. Adi. Parietalis herba Marc. Empir. c. 13.  
90 Eadem Parietaria.

PARIETARIVS, a, um. Adi. Structor parietarius Inscript.  
apud Fabrett. p. 157. Firmic. 8, 24 Decimanona pars, si in horo-  
scopo fuerit inuenta, architectos faciet, structores parietarios, vel mar-  
morarios. Faeoli parietarii, qui ad parietes se applicant et enituntur

95 clauiculis suis Apic. 8, 6 ex emendatione Listeri, pro Paratarii.

PARIETARIA, ae. f. [ἐλάτῃν] Herba a parietibus, in quibus  
nascitur, sic dicta: vnde etiam Muralium appellata est Apul. de Herb.  
c. 81. Aur. Vict. Epit. 41, 13 de Constantino, Hic Traianum herbam  
parietariam (al. parietinam) ob titulos multos aedibus inscriptos, ap-  
pellare solitus erat. Vid. PARIETINA.

100 PARIETĀLIS, e. Adi. Parietalis herba Marc. Empir. c. 13.  
90 Eadem Parietaria.

PARIETARIVS, a, um. Adi. Structor parietarius Inscript.  
apud Fabrett. p. 157. Firmic. 8, 24 Decimanona pars, si in horo-  
scopo fuerit inuenta, architectos faciet, structores parietarios, vel mar-  
morarios. Faeoli parietarii, qui ad parietes se applicant et enituntur

95 clauiculis suis Apic. 8, 6 ex emendatione Listeri, pro Paratarii.

**PARIO**, pep̄eri, partum vel paritum, ēre. [πίπρω, τίπω, λή-  
 ζω, ἔκωκω] *Fetum emittere. Proprie ad feminas pertinet.* Plin.  
 10, 33 In Scythia avis magnitudine otidis binos parit. Liberos ex  
 sese parit mulier Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Femina quum pe-  
 perit, repletur lacte Lucret. 5, 812. Marem parere Ouid. Met. 9, 5  
 675. Decies, vid. DECEM. Parere, aliquando de viris legitur.  
 Caecil. Hic vicinus noster peperisse se filium memorat. Vid. Non.  
 6, 94. Conf. Druf. Quaest. Hebr. 3, 31. Parierint, pro Pepererint di-  
 xit Cato c. 89 Gallinas teneras, quae primum parierint, concludat.  
*Alia exemplaria habent* Parient. Paribo Pompon. ap. Non. 10, 26. 10  
 Parire Enn. ap. Varr. L. L. 4, 10. Terra parit fruges Cic. de Nat.  
 Deor. 1, 4 c. 2. Parere oua dicuntur aues, quod Varro de R. R. 3, 9  
 aliquoties, sed s. 17 etiam Facere dicit. Plin. 10, 52 Plurima oua pa-  
 riunt struthiocameli. Columel. 8, 14 de anseribus, Ineunt autem non  
 vt priores aues, de quibus diximus, insistentes humi: nam ferē in flu- 15  
 mine, aut piscinis id faciunt: singulaeque ter anno pariunt, si prohi-  
 beantur fetus suos excludere. Pariunt autem singulis fetibus oua,  
 primo quina, sequenti quaterna, nouissimo quina: quem partum non-  
 nulli permittunt ipsis matribus educare, quia reliquo tempore anni va-  
 caturae sunt a fetu. Minime autem concedendum est feminis extra 20  
 septimum parere: sed quum videbuntur sedem quaerere, comprimendae  
 sunt atque tentandae: nam si appropinquat partus, digito tanguntur  
 oua, quae sunt prima parte locorum genitalium. Ouum parit galli-  
 na Cic. Acad. 4, 57 c. 18. Vermiculos pariunt ligna putrefacta  
 Lucret. 2, 898. ¶ 2 Parere, per translationem, pro Acqui- 25  
 rere, siue comparare: Columel. 9, 1 Sequitur vt examina desideremus:  
 ea porro vel aere parta, vel gratuita contingunt, de apibus. Auctor  
 ad Herenn. 4, 7 Alio tempore vtentur ea facultate, non tum, quum pa-  
 rere ipsi et gignere, et proferre debent, i. excogitare et dicere vel scri-  
 bere aliquid. Cic. de Orat. 2, 356 Haec ars tota dicendi, siue artis 30  
 imago quaedam est et similitudo, habet hanc vim, non vt totum ali-  
 quid, cuius in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat et procreet: verum  
 vt ea, quae sunt orta iam in nobis et procreata, educet atque confir-  
 met. Cic. ad Brut. 15 Magna pestis erat depulsa per vos, magna  
 Pop. Rom. macula deleta, vobis vero parta diuina gloria. Aegritu- 35  
 dinem alicui Plaut. Trin. 2, 2, 35. Beneficium sibi Ter. Eun. 5,  
 2, 32. Curas nobis peperit iniuria Propert. 1, 18, 23. Causam  
 vitae Plin. 11, 37. Dignitatem et salutem aliquibus, suis laboribus  
 parere Cic. in Catil. 4, 1. Dissidium Lucret. 1, 221. Cic. de Fin.  
 1 c. 15 Sed illas reiici, quia dolorem pariant. Fastidium Plin. 12, 17, 40  
 Cic. pro Rosc. Amer. 35 An is, qui semper ita vixerit, vt quaestum  
 nossēt nullum, Fructum autem eum solum, quem labore peperisset?  
 Gloriam Cic. ad Brut. 15. Gratiam apud aliquem sibi Liu. 34, 44.  
 Honores aeternos laurus illi peperit Hor. Carm. 2, 1, 16. Lacrimas  
 peperere minoribus nostris Lucret. 5, 1196. Cic. Off. 2, 47 Nam L. 45  
 quidem Crassus, quum esset admodum adolescens, non aliunde mutua-  
 tus est, sed sibi ipse peperit maximam Laudem ex illa accusatione no-  
 bili et gloriosa. Letum sibi peperere manu Virg. Aen. 6, 435.  
 Malum hoc misero lingua peperit Tibull. 4, 13, 20. Moram Plaut.  
 Truc. 2, 3, 13. Paritur Pax bello Nep. 15, 5, 4. Cic. Fam. 10, 550  
 Victoria Pax, non pactione parienda est. Perfugium pedibus Plaut.  
 Cistel. 1, 3, 13. i. Aufugere. Reditum ad suos ferro sibi parere,  
 vid. Segnis prouidentia in PROVIDEO. Salutem Caes. Bell.  
 Gall. 1, 53. Somnum tibi peperit mero Tibull. 1, 6, 27. Spinifera 55  
 multa pepererunt dialectici Cic. in Orat. 114. Quum virtute Tyran-  
 nidem sibi peperisset Nep. 21, 2, 3. Verba parere, est Noua verba  
 fingere. Cic. de Fin. 3 c. 1 Idque cum Graecis, tum magis nobis,  
 quibus etiam verba parienda sunt, imponendaque noua nouis rebus  
 nomina. Victoriam sibi Liu. 30, 14. Voluptates iniuria pariunt-  
 tur Cic. de Fin. 1 c. 16. Vrbes peperit philosophia, et dissipatos 60  
 homines in societatem vitae conuocauit: eos inter se primo domiciliis,  
 deinde coniugiis, tum literarum et vocum communione iunxit Cic.  
 Tusc. 5, 5. Ad hanc te amantiam natura peperit, voluntas exercuit,  
 fortuna seruauit Idem in Catil. 1, 23. In partundo, vid. IN Praep.  
 Celerius elephantum pariunt, Cunctationem immodicam, et quorundam ni- 65  
 mis lenta molimina, his verbis licebit significare. Siquidem Plin. refert  
 8, 10 pr. Elephantum decem annis gestare in vtero. Hoc prouerbio  
 usus est Plin. in praefatione historiae mundi. Quintil. 8, 6, 34 Ab-  
 usionis s. catachreseos exemplum ponit, Et iam leo pariet: Subicitque,  
 At pater est. Sed Non. 6, 94 ait, Parere etiam viros dici posse, 70  
 Caecilius auctor est, Calchissat hic vicinus, se asperisse. Sic Merc.  
 ex MSS. verbum peperisse de mare dictum hic certe latere debet. Addit  
 Nonius auctoritatem Homeri, Ἄτταρ Γλαυκός ἐτικτεν ἐμβόμονα βελλεροφόντην.  
 Vid. PARTVS n. 2. ¶ 3 Notabilis est de hoc verbo et  
 eius compositis obseruatio Prisciani l. 10 p. 905 quam posuisse hic non abs 75  
 re fuerit: Aperio Aperui, quod videtur a Pario compositum, quod  
 vetustissimi non solum secundum tertiam, sed etiam secundum quartam  
 Coniugationem declinabant. Vnde Ennius, Oua parire solet genu'  
 pennis comdecoratum. Igitur ex eo composita, si principalem syllabam  
 puram, nec ex integra Praepositione habuerint, io in ui conuertunt in 80  
 Praeterito, vt aperio aperui, cooperio cooperui. Reperio vero duplica-  
 vit p in Praeterito, quippe diminuta vna syllaba reperi (quasi ex repe-  
 peri) Simile est Praeteritum a comperio comperi. Sunt et alia ex hoc  
 ipso composita Deponentia, Experior, opperior, quorum Participia ex-  
 pertus et oppertus ostendunt a pario esse composita, cuius Participium 85  
 partus est.

**PARIOR**, ēris. Passiuum. Cic. Off. 2, 51 Maxime autem et glo-  
 ria paritur et gratia defensionibus. Sil. 5, 169 Nam cur haec alia  
 pariat gloria dextra? Voluptates pecunia pariuntur Cic. de Fin.  
 2, 55. Pax bello paritur Nepos 15, 5, 4. Immortalitas mihi parta 90  
 est Ter. Andr. 5, 5, 4.

**PARIENS**, entis. Partic. [πίπρων] Nec Lucina potest parientis  
 voce vocari Ouid. Met. 10, 507. Timidae parientes Idem ibid.  
 9, 283. Idem ibid. 322. Gramen Calpurn. Ecl. 2, 32. i. florens.

**PARITVRVS**, a, um. Aliud Partic. [τεξόμενος] Ouid. Met. 95  
 5, 304 Illa potentem Lucinam nouies, nouies paritura vocauit. conf.  
 ibid. 6, 187. et 8, 593. De anseribus Pallad. 1, 30.

**PARIENDVS**, a, um. Partic. Augustin. Serm. 67 De tempore,  
 Virginalem vterum, sine dispendio virginitatis, pariendus introiui.  
 Christus sc. 100

**PARTVS**, a, um. Aliud item Partic. [γεννηθείς, τεχθείς] In lu-  
 cem editus. Genus partum veterino femine Lucret. 5, 863. ¶ 2  
 Partam accepit Columella, pro Ea, quae peperit 7, 4, 3 Singuli agni bi-  
 nis nutricibus summittendi, nec quidquam subtrahi summis expedit,  
 quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur, et parta nutrici conso- 105  
 VOL. III.



ciata minus laboret in educatione fetus sui. *Nempe ut Foeta Effoeta, sic Parta Exparta.*

¶ 3 Partus, [περιουσιαις] *Acquisitus, quocumque modo, studio, pretio, casu, etc.* Ter. Andr. 5, 5, 5 Nam

mihi immortalitas parta est, si nulla aegritudo huic gaudio intercesse- rit. Labore magno, magnisque periculis parta quaedam Cic. de Orat. 2, 209.

Partum per nos, et Delatum diuinitus, *contraria.* Idem ibid. 2, 202 Vt et ipsum, quod erat hominis proprium, non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum videretur. Virtute non

parta, sed peccatis et vitiis quaedam Cic. de Orat. 2, 209. Bonis

honeste partis aliquem priuare Idem pro Quint. 74. Census partus

per vulnera Ouid. Amor. 3, 8, 9. Coniunx parta tibi Virg. Aen. 2, 782.

Decora simul parta ac sperata vnius horae fortuna euertere potest Liu. 30, 30.

Decus partum eloquio Sil. 3, 619. Existimatio parta Cic. pro Sulla 77.

Fama Valer. Argon. 7, 291. Gloria

Ouid. Met. 12, 293. Honor Virg. Aen. 5, 229. Laus parta perennis Sil. 15, 392.

Libertas plurimo sudore et sanguine maiorum parta nobis et tradita Cic. de Lege Agrar. 2, 16 c. 6.

Munera parta sunt meae Veneri Virg. Ecl. 3, 68.

Opes partae Tibull. 2, 4, 40. Opes partae non casu, sed ingenio Cic. Tusc. 3.

Pabula parta sine labore Lucret. 5, 867.

Pax parta duci Lucan. 10, 107. Praeda parta improbe Cic. de Fin. 1, 51.

Quies parta vobis Virg. Aen. 3, 495.

Regna parta per gladios Ouid. de Arte Am. 1, 260. Res partae sanguine Idem Epist. 3, 91.

Triumphus Virg. Aen. 2, 578. Victoria Cic. Att. 10. . . Vltio parta est Senec. Med. 1, 5.

Mei patris bene parta indiligenter tutatur Ter. Phorm. 5, 3, 5. Male parta male dilabuntur Cic. Philipp. 2, 66 c. 27.

Sic Plaut. Poen. 4, 2, 22. Male partum male disperit. Reponere parta Claud. de Bell. Get. 502.

¶ PARTVS, ūs. m. [τοκετις, τόκος, κύημα, λοχεία] *Ipse pariendi actus et id, quod partu editur.* Afferitur ex Cic. de Fin. 3, 39 Idem

hoc esse dicturi, bonam mortem et bonum partum meliorem longum esse, quam breuem. Propert. 2, 2, 37 Non non humani sunt partus

talia dona, Tanta decem menses non peperere bona. Cic. de Nat. Deor. 2, 119 Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque luna

illuminata Grauiditates et partus afferat, maturitatesque gignendi.

¶ 35 Mulae partus prope necessarius, conceptio contra naturam Cic. de Diuin. 2, 49.

Aestius partus, *vid. AESTAS.* Densus vuarum Plin. 14, 2.

Faciliores partus facit senectus anguim adalligata lumbis Idem 30, 14.

Et 32, 1 E nostris quidam Latinis Remoram appellauere eum piscem.

Mirumque, e Graecis alii Lubricos partus atque procidentes contineri ad maturitatem alligato eo prodiderunt: alii sale adseruatum adalligatumque granidis partus soluere. Maturus Cels. 7, 29.

Nocturnus partus Lucret. 1, 478. Numerosus, *vid. NUMERVS.*

¶ 2 Formae Verborum: Accelerare partus Plin. 28, 4.

Nutrit axungia partus in abortum vergentes Idem 28, 9.

Remorans Ouid. Epist. 16, 43. Abigere sibi partum medicamentis Cic. pro Cluent. 32 c. 11.

Adest mulieri partus, *h. e. Pariendi tempus* Cels. 2, 1. Adhibetur Iuno Lucina ad partus, *vid. ADHIBEO.*

Adolescere in partum, *vid. ADOLESCO.* Aperire maturos partus Hor. Carm. saecul. 13. Cic. pro Cluent. 31 c. 11

¶ 50 Quum esset grauida Auria fratris vxor, et iam Appropinquare partus videretur, mulierem veneno interfecit. Etiam feras inter se partus atque educatio et natura ipsa Conciliat Cic. pro S. Rosc. c. 22. Plin. 30, 14 Inueniuntur et in gramine vermiculi, qui adalligati collo, Continent partum.

Ibidem: Partus Conceptos hystricum cinis potus Continet: maturat caninum lac potum: euocat membrana e canum secundis, si terram non attigerit. Sed haec possunt forte mundius referri ad n. 3.

Custodit partus contra omnes abortuum insidias aëti- tes lapis Plin. 30, 14. Ditescere dulci partu Lucret. 4, 1246. Dare partu, *i. Parere* Idem 2, 1150.

Dare partu geminam prolem Virg. Aen. 1, 278. Facere celeritatem partus Plin. 28, 4. Instat prope partus, *vid. INSTO.*

Leuabit te partu Lucina Ouid. Met. 9, 697. Peperit vno partu liberos viro, at sibi nepotes Sen. Theb. f. 1. Peperit Hecuba partu postremo Polydorum Cic. de Orat. 3, 219. Ex Poëta.

Praestare partus faciles Plin. 30, 14. Reddere partum Idem 10, 12.

¶ 65 Residua ex partu Purgat Scribon. 126. Soluere partus grauidis, *vid. paullo ante* Lubrici partus. Substituerunt ex partu Scribon. 89.

Sustinere partum Cels. 2, 10. Tuetur partus matronarum Natio dea Cic. de Nat. Deor. 3, 47.

¶ 3 Etiam viri partus est. Cic. Tusc. 2, 20 c. 8 ex Sophocle, Vna vecors Oenei partu edita, *Deianira.* Vid. PARIO n. 2. xtr.

Partus arboris etiam dicitur Plin. 12, 14 Autumnno legitur ex aestiuo partu. De sure.

¶ 4 Est etiam Partus, Proles ipsa. Cic. de Fin. 1, 12 Ancillae partus, an in fructu habendus. Martial. 1, 14 Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit.

Conceptos partus e Plinio dedimus n. 2 sub Conti- net. Monstruosi hominum partus Lucan. 1, 562. Multifformes, *vid. MULTVS.*

Nobilis Senec. Herc. fur. f. 6. Semiferi partus Claud. in Eutrop. 1, 1. Suppositus Sil. 15, 468. Abigere partum, *vid. ABIGO.*

Edere partum, perfectum vel inchoatum Plin. 10, 63. Elidere partum Cels. 2, 7. Enixa gemellos Ouid. Met. 6, 712.

Excluditur partus Plin. 10, 39. Ferre partum, *In utero gestare* Idem 8, 32. Ferre partum ex aliqua, *Tollere puerum ex aliqua* Senec. Herc. fur. f. 6. Maculare partus suos paricidio, *vid. MACVLA.*

Diligunt suos partus ferae Cic. de Orat. 2, 168 c. 40. Partus, *de ouis.* Columel. 8, 5 Fere autem, quum primum partum consummauerint gallinae, incubare cupiunt. Et c. 11 de pavonibus, Primus est partus quinque fere ouorum: secundus quatuor: tertius aut trium aut duorum.

¶ 85 PARITVRA, ae. f. [γεννητή] *Idem quod Genitura et foetura.* Varro de R. R. 2, 1 versus fin. Demes si vis duas res de mulis, admissuram et parituram, *Legitur et Parturam.*

¶ PARTITVDO, inis. f. [τέξις] *Antiquum.* Plaut. Aulul. 1, 1, 36 Neque iam quo pacto celem herilis filiae probrum, propinqua partitudo cui appetit. Conf. Idem 2, 3, 9.

¶ 95 PARTVDO, inis. f. *Idem.* Solin. c. 4 Si corpusculum in marem figuratur, melior et color grauidis, et pronior paritudo vteri.

¶ PARTIO, ōnis. f. [κνώρεξις] *Idem, antique.* Gell. 10, 2 Eum- que finem esse dixit multiugae hominum partitionis. Idem 3, 16. et 12, 1. Varro de R. R. 3, 9, 4 de gallinis, Hae enim ad partiones sunt

optiores. Sic Macrobi. Saturn. 5, 11. Plaut. Truc. 1, 2, 92.

¶ PARTOR, ōris. m. [περιουσιαις] *Qui peperit et acquisiuit.* Plaut. Truc. 1, 1, 42 Vnde ante parta demus post partoribus.

¶ PARTVĀLIS, e. Adi. *Ad partum pertinens.* Partualis sanguinis fluxus Tertull. adu. Marc. 4, 20.

¶ 05 PARTVRA, *vid. PARITVRA.*

T t t t

**PARTVRIO**, ūi, ĩre. [ἀδύω, λοχεύομαι] *In pariendo laborare, vel versari.* Ter. Adelph. 3, 4, 42 Iuno Lucina fer opem: serua me obsecro. H. hem, numnam illa quaeſo parturit? Ager almus parturit Virg. Georg. 2, 330. Parturient montes, nascetur ridiculus mus Hor. de Arte Poët. 139. Arbos omnis nunc parturit Virg. Ecl. 3, 36. De Gallinis Varro R. R. 3, 9, 8 In cubilibus, cum parturient, acus substernendum. Larus parturit; antiquitus dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, nihil dignum promissis exhiberent. Aiunt enim Larum auiculum esse stupido ingenio, plumis ac pennis copiosis, corpore pusillo: quum parturit, vociferari. Hinc natum prouerbum, Larus parturit, ubi quis magna prae se fert, pusilla praestiturus. Parturire, per translationem dixit Cic. Philipp. 2, 119 s. extr. Utinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat, quod iamdiu parturit. Periculum conceptum Respub. parturit Cic. pro Muraen. 84 c. 39.

**PARTVRIENS**, entis. Partic. [ἀδύωσα] *Ipsa mulier, quae parturit.* Plin. 20, 21 de malua, Vtique constat parturientes foliis substratis celerius solui. Ouid. Fast. 3, 256 Dicite, tu lucem nobis, Lucina, dedisti, Dicite, tu voto parturientis ades.

**PARTVRITIO**, ōnis. f. Augustin. Confess. 8, 6. Idem Epist. 34.

**PARTVLA**, ae. f. *Dea, quae partum gubernat.* Tertull. de Anima c. 37.

**PARTVMĒIVS**, a, um. Adi. Hor. Epod. 17, 49 Tibi hospitale pectus et purae manus Tuusque venter partumeius. Turneb. Aduers. 30, 2 a Partu et Meio conflatum putat: quasi tam facile pariat, ut sine magno nixu meiere potius, quam parturire videatur. Alii simplex verbum existimant, et τὸ meius, merum esse additamentum, seu terminationem: ut in propriis Partumeius apud Paul. Ict. Leg. vlt. D. de Hered. Instit. et Posthumeius in Nicanoris versibus apud Suet. de Illust. Gramm. c. 5 Sacuius Posthumeius idem sed Marci docebit. Ita etiam in Appellatiuis, Hordeius pro Hordeaceo, et Triticeius pro Triticeo legitur apud Plaut. Caf. 2, 8; 60. Item Impeteius in Gloss. Vet. pro eo, quem βλαῖον Graeci appellant. Fuerit itaque secundum hos Partumeius venter simpliciter, qui peperit, aut facile parit, ut Locutuleius et Leguleius facilitatem quandam indicare videntur. Sed cum MSS. Vet. Schol. et notum alias nomen Partumeius ita suadeant: Partumeii autem vestigium aliud nullum superſit: Seruemus Partumeium cum Cruquio, Bensleio, Cuningamo, et intelligamus nomen proprium: Tuus venter Partumeius, quem peperisse te dicis, et peperisti.

**PARION**, ōnis. n. [πάριον] Plinio et Straboni, Propontidis in Hellesponto oppidum, a Milesiis, Erythraeis, Parisiisque conditum: iuxta quod, teste Plin. 7, 2 Gentes sunt, quae Ophiogenes vocantur, serpentum ictus leuare solitae, et manu imposita, venena extrahere corpori. Varro etiam nunc esse paucos ibi dicit, quorum saluiae contra ictus serpentum medeantur. In eodem oppido, teste Plin. 36, 5 Cupido nudus fuit par Veneri Gaidiae nobilitate et iniuria. Infame Parium fragosis vadis Valer. Argon. 2, 622.

**PARIS**, idis. m. [πάρις] Priami filius, quem pater, quod patriae fatum futurum esse praesenserat, exponi iussit, pastoresque educauerunt. Tempore procedente in aulam paternam receptus, apud Idam pulchritudinis sententiam pro Venere contra Palladem et Iunonem tulit: ex quo illas perpetuo infestas sibi regnoque habuit. Venus autem ei nuptias Helenae per raptum conciliauit, unde Troiae bellum exortum secundum Homerum. Ex Oenone Nympha Ilaea ab eo, dum esset pastor, adamata, Idaeum et Daphnidem dicitur suscepisse. Interfecit in bello Troiano Achillem et Antilochum: etc. Vid. Hygin. f. 91. 92 etc. Alexander cognominatus est ab opitulatione, ut innuit Ouid. in epistola ipsius ad Helenam v. 357 Paene puer caesis abducta armenta recepi Hostibus, et causam nominis inde tuli. ab ἀπαξῶ auxilior, et ἀνὴρ vir. Varro de L. L. 6, 5 ex Ennio, Quapropter Parin nunc Alexandrum vocant. Hecuba Cissei filia, se faciem parere vidit, et Parin creauit: qui causa fuit incendii. Virg. Aen. 10, 705 Et face praegnans Cisseis regina Parin creat. Face praegnans, ait Seruius, quia, antequam pareret, faciem se peperisse vidit in somnis. Culpatus Paris Virg. Aen. 2, 602. Dardanius Idem Ecl. 2, 61. Parim, Accus. Ouid. Met. 13, 200 — accusoque Parim.

¶ 2. Fuit et Paris, histrio, libertus Domitiae Neronis anitae, cuius meminit Tacit. Annal. 13, 21 etc. Et Iuuen. Sat. 6, 87. Conf. Sueton.

**PARISII**, ōrum. m. Pl. [Παριῖοι] Populi inter Celtas; qui Senonensi prouinciae attribuantur, Lutetiam habent oppidum, positam in insula fluminis Sequanae. Meminit Caes. Bell. Gall. 6, 3. Ammian. 15, 11 Circumclausum ambitu insulari Parisiorum castellum Lutetia nomine.

**PARISIUS**, a, um. Adi. Ammian. 20, 4 Parisii homines.

**PARISIACVS**, a, um. Adi. Idem. Venant. Fortun. 4 de vita Martini, Inde Parisiacam placide properabis ad arcem.

**PARISON**, i. n. [πάριον] Prope aequatum: est Figura constans aequalibus prope membris. Vid. Mart. Capell. 5 p. 174.

**PARITER**. Adu. [παρὰ ταῦτά] significans simul; et eodem tempore, eodem modo aliquid fieri indicans. Cic. de Amicit. 83 Quod si haec apparent in bestiis, volucris, agrestibus, natantibus, suibus cicuribus, feris, primum, ut se diligant (id enim pariter cum omni animante nascitur) deinde, ut requirant atque appetant, ad quas se applicent, eiusdem generis animantes. Cic. de Orat. 3, 10 Ut ille, qui haec non vidit, et vixisse cum Rep. pariter, et cum illa simul extinctus esse videatur. Amittitur enim pariter cum vita sensus Cic. Tusc. 1, 24. Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis Fallitur ancillae decipiturque labor Ouid. Trist. 4, 1, 13. Cecidit tua laus pariter cum Repub. Cic. Off. 2, 45 c. 13. Crescunt pariter cum luna, pariterque decreſcunt ostreae et conchylia Idem de Diuin. 2, 33. Ferunt moleste mecum pariter Siculi Cic. Verr. 5, 72. Ista, quae tam dissimilia sunt, pariter Incedunt Sen. Ep. 5. Insidunt pariter sulcos Virg. Aen. 5, 142. Metuenda vtraque vis pariter Id. Georg. 4, 37. Auct. ad Herenn. 3, 1 Interea prima quaeque et nobiscum, quum voles, et interdum sine nobis legendo consequere ne quid impedire, quin ad hanc vtilitatem pariter nobiscum progredi possis. Percipit voluptatem pariter cum corpore animus Cic. Tusc. 5, 96. Secum pariter me reportauit Resp. Id. post redit. in Senat. 33. Quo modo ista tam diuersa pariter Sunt Sen. Epist. 5. Add. Lucan. 2, 92. et 3, 297. Virg. Aen. 10, 864 de Mezentio alloquente Rhoebum equum suum,

Lausque dolorum

Vltor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis, Occumbes pariter.

Pariter, [ἰσῶς] Ex aequo, aequaliter. Naenius, Ut pariter disperiantur bona patris, b. e. Ut tantum habeat vnus, quantum alter. Plaut. Aul. 2, 1, 12. Vid. Non. 4, 380. Cic. de Amicit. 56 Nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiae pariter, aequaliter.

100

105

que respondeat. Terminantur pariter extrema Cic. in Orat. 38. Pariter, [*ὁμοίως*] *Similiter*. Idem pro Font. 4 Pugnatur pariter pro salute M. Fonteii Narbonensis colonia. Cic. de Fin. 1, 67 Et laetamur amicorum laetitia aeque atque nostra, et pariter dolemus angoribus. Ter. Phorm. 5, 3, 3 Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es. Plaut. Amph. 4, 1, 11 Sed aedes occluserunt, euge hoc fit pariter atque ut alia facta sunt. Idem Aul. prol. 22 Is ex se hunc reliquit, qui hinc nunc habitat, filium pariter moratum ut pater, auosque huius fuit. Pariter fit Ter. Eun. 1, 2, 12 *i. Similiter*, ut ait Donat. *Add. Virg. Georg. 189. Charif. 2 p. 191.* Pariter pro meritis Plaut. Mil. 3, 1, 75. Pariter cum Ablatio, omiffa cum, ut Simul, ut Alius, Stat. Theb. 5, 122 Vlta manu thalamos, pariterque epulata marito. Claudian. de R. P. 1, 166 Pariterque fauillis Durescit glacies.

15 PARITVRA, vid. PARIO.

PARIVM, i. n. [*Πάριον*] Ciuitas Asiae in regione Mysiae, ex qua fuit Neoptolemus, cognomento Glossographus Strabo 10 et 11. Plin. 7, 2. et 36, 5.

PARIX, icis. f. Auis. Vid. Theod. Prisc. de Diaeta c. 7. Al.

20 Parus.

PARMA, ae. f. [*ἀσπίς*] Breue scutum, quo pedites utebantur, quod e medio in omnes partes esset par, ut inquit Varro de L. L. 4, 24 pr. Virg. Aen. 9, 548 Ense leuis nudo, parmaque inglorius alba. Pel-

25 tam pro parma fecit Iphicrates Nep. 11, 1, 4 minus scutum pro maiore. Sed Plin. 3, 5 f. 6 Amazonicam vocat parmam: Idemque 12, 5 f. 11 Pel-

tam Amazonicam. Liu. 8, 7 Quem cuspide parmaque innixum, at-

30 tollentem se a graui casu Manlius ab iugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terrae affixit. Caua parma Ouid. Met. 12, 89. Cru-

dae parma tegmina Sil. 5, 525. Obiectum parmae dat laena Lucret. 4, 845. Obiecta proturbat pectora parma Stat. Theb. 5, 662. Re-

35 PARMATVS, a, um. Adi. [*καπίδατος*] Parma testus. Liu. 4, 39 pr. Dat signum Volscis imperator, ut parmatis nouae cohorti ho-

40 PARMVLA, ae. f. Dimin. [*καπίδιον*] Hor. Carm. 2, 7, 10 Te-

cum Philippos, et celerem fugam Sensi, relicta non bene parmula. Parmulis pugnare milites soliti sunt, quarum vsum sustulit C. Marius,

45 non amplae sunt Frontin. Strateg. 4, 7, 29.

PARMVLARIVS, i. m. [*παλαστής* V. G.] Qui parmula vitur in pugna. Sic ergo primo dicti videntur gladiatores parmula vcentes, Thraces alias dicti. Festus: Thraces (Thracees, Threces, *Θρηάκες*)

50 gladiatores a similitudine palmularum (leg. parmularum) Thraciarum. ¶ 2 Fautorem Thracum vel parmulariorum sic vocavit Domitianus apud Suet. c. 10 Patrem-familias, quod Thracem mir-

milloni parem, munerario (editori muneris Domitiano, qui illum fauore mirmillonis premebat) imparem dixerat, detractum a spectaculis in

55 Hinc Nic. Loëns. Epiphyl. 7, 12 emendat. M. Antoninum 1, 6 praedican-

60 lodoreus esset. Ego, inquit, parmularius sum, h. e. in amphitheatro cui fauceam scio, quem aliis praeferam, rhetorum illas factiones, et sectarum nomina non curo.

PARMA, ae. f. [*Πάρμα*] Plin. 3, 1 Oppidum Galliae Togatae prope Rauennam. Eius lassa olim in pretio fuit. Vid. Martial. 5, 13.

65 Et 14, 155. Conf. Lex. Pitisc. Surripuit Parmam Antonius Cic. Philipp. 14, 9.

PARMENSIS, e. Adi. [*Παρμαῖος*] Incola et habitator urbis Parmae. Cic. Philipp. 14, 9 Refugit animus P. C. eaque reformidat dicere, quae L. Antonius in Parmensium liberis et coniugibus effecerit.

70 Optimos viros, honestissimosque homines maxime cum auctoritate huius ordinis Populique Rom. dignitate coniunctos Parmenses crudelissime interfecit L. Antonius Cic. Philipp. 14, 9. Parmensis Cassius Hor. Epist. 1, 4, 3.

PARMANI, *Idem*, apud Varr. de L. L. 7, 31.

75 PARNACIDES, Genus vestium puellarum. Varro de Liberis educandis, Ut puellae habeant potius in vestitu chlamydas, encombotata, ac parnacidas, quam togas. Haec Nonius 14, 38 Melius Arnacidas, ab *ἀρνάκι* agnina pellis, ubi vid.

80 PARNASVS, vel, ut alii scribunt, PARNASSVS, i. m. [*Παρνασσός*] Mons in Phociae, ut scribunt Plinius, et Strabo 9 et Herodotus, Melaque confirmant. Qui mons duos vertices habet: quorum unum

85 in Boeotia montes disuncti sunt, ita ut Helicon procul sit a Parnaso, circiter quindecim passuum millia, Cithaeron vero triginta. Est igitur Parnasus, mons Phocidis, sacer Bacco et Apollini. Plin. 4, 2 f. 4.

Delphi sub monte Parnasso. Ouid. Met. 1, 317

90 Separat Aonios Aetacis Phocis ab aruis, etc. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus Nomine Parnasus, superatque cacumine nubes.

Splendida etiam est descriptio Lucan. 5, 71 sqq. In hoc monte rupes vel maiestate numinis, vel situ ipso horrorem visentibus facit, undique fere

95 praecipit in formam theatri. Hic est Apollinis Delphici templum: hic fons Castalius, Musis sacer. Hic habitauere Pierides, natio Thracia: unde Pierius mons, et Pierides Musae. Sub Parnasso habitauerunt

100 Hiantes populi. Hic fontes Atticam versus Hippocrene et Aganippe. De orthographia huius nominis, vid. Drakenb. ad Sil. 15, 311 ubi magnae auctoritates pro uno S ponuntur: neque tamen altera scriptio improbat.

105 Arx umbrosa Parnasi Ouid. Met. 1, 467. Cornua sacri Parnasi Stat. Theb. 5, 532. Iuga Parnasi Virg. Ecl. 10, 11. Summus vertex Parnasi Catul. 62, 390. Biceps Parnasus Ouid. Met. 2, 221. et Perf. Sat. prol. 1 v. 2. Sacer Stat. Theb. 5, 532.

110 PARNASIVS, a, um. Adi. [*Παρνασῖος*] Virg. Ecl. 6, 29 Nec tantum

tantum Phoebus gaudet Parnasia rupes. Laurus Parnasia Virg. Georg. 2, 18. Templa Parnasia Ouid. Met. 5, 278.

PARNASSEVS, a, um. Adj. *Idem.* Auuen. Phaenon. Arat. v. 620 Vt Parnasseo munus memorabile Phoebus.

PARNES, etis. m. [Πάρνης] Mons est Atticae regionis, diciturque tam Masculino, quam Feminino genere, ut probat Stephanus. Stat. Theb. 12, 620 — Parnesque benignus Vitibus.

PARO, are. [ἐροῦμαι, ἐργεῖσθαι] Videtur significatione prima idem fuisse, ac par facere. V. g. Parare se ad dicendum est parom se facere dicendo: parare epulas est pares illas ac dignas facere conuiuiis: sic parare medicinam, etc. Ita parare aliquid aere i. emere respicit ad pretii aequalitatem cum re. Latius deinde, ut fit, extensa cum usu verbi significatio, quam exempla melius, quam Synonyma aliarum linguarum docebunt.

Terent. in Prol. Phorm. v. 3 Maledictis deterrere, ne scribat, parat. Cic. Fam. 2, 3 Est tibi grauis aduersaria constituta, et parata incredibilis quaedam expectatio. In animum instituire aut parare aliquid, quod sit carius, quam ipse est sibi Ter. Adel. 1, 13.

Creare et parare Lucret. 4, 786. Nemo posset, sat scio, qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti Ter. Eun. 3, 2, 34 sc. Seruum. Aere parare aliquid Hor. Serm. 2, 3, 129. Aliquando absolute ponitur eodem sensu. Catull. 10, 20 Non possum octo homines parare rectos. Vid. ibi Muret.

Agros alicubi sibi parare Cic. pro Flacco 71. Idem de Amicit. 55 Quid autem stultius, quam ut plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, caetera parare, quae parantur, pecuniam, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa: Amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitae (ut ita dicam) suppellectilem? Ter. Eun. 1, 2, 69 Cupio aliquos parare Amicos beneficio meo. Amicos res opimae parant, tristes probant Publ. Syr.

Amor paratur saepe ludendo Ouid. de Arte Am. 3, 358. Ancillas vestem, aurum, alicui parare Hor. Serm. 2, 3, 215. Animos parare, dextrisque Liu. 35, 35. Animos vina parant Ouid. de Arte Am. 1, 237.

Arma parare aduersus aliquem Idem Fast. 4, 700. Bellum parare, Instruere Caes. Bell. Gall. 5, 3. Bella parantur mihi Ouid. Rem. Amor. 2 i. contra me. Blanditias alicui Idem Amor. 2, 19, 17.

Campum ad certamen Virg. Aen. 12, 116. Casas, pelles, ignem Lucret. 5, 1009. Classis haec mihi paratur Stat. Achil. 1, 31 ut modo ex Ouidio habuimus Bella mihi parantur. al. Minatur.

Cic. Att. 4, 8 Multa me in epistola tua delectarunt: sed nihil magis quam patina Tyrotarichi Coenam parari Disculo. Sed plane alia lectio introducta a Victorio. Caeterum vid. Conuiuium, it. Prandium parare, infra.

Connubia natis Stat. Achil. 2, 134. Conuiuia Virg. Aen. 1, 642. Conuiuium instruere et parare Cic. Verr. 4, 62. Curfus Virg. Aen. 4, 299. Dapes Idem Ecl. 6, 79. Diuitias Ouid. Trist. 1, 2, 75.

Dominum sibi Lucan. 6, 262. Cic. Att. 12, 26 Itaque id ipsum dubito, an Excusationem aliquam ad illum parem. Exempla alicui Iuuen. Sat. 9, 135. Exsequias Ouid. Fast. 2, 816.

Cic. Tusc. 2, 39 Qui alteri Exitium parat, Eum scire oportet sibi paratam pestem, ut participet parem. Ex Poeta. Facinus triste Ouid. Met. 6, 623.

Formam Idem de Arte Am. 3, 234. Fortunas magnas, et copiam, b. e. Diuitias Liu. 24. Ter. Phorm. 1, 4, 14 Quam hic Fugam aut furtum parat? Cic. Att. 7, 25 Itaque Fuga quae parabatur, repressa est.

Fugam et socios Virg. Aen. 1, 364. Gratiam alicuius Tacit. Ann. 12, 4. Homines parare, Emerere Catull. Vid. supra. Hortos aliquos Cic. Att. 12, 19. Hospitium Propert. 3, 23, 16.

Imber maximus paratur agricolis Virg. Georg. 1, 429. Infidias Ouid. Fast. 2, 638. Interitum alicui Cic. de Diuin. 1. Inuidiam alicui ex sua re familiari Idem in Sallust. 9.

Iras Senec. Hippol. f. 10. Iter in Macedoniam Caes. Bell. Ciu. 3, 37. Letum alicui Lucret. 6, 1227. Locus paratur epulis Lucan. 7, 792. Locum ac sedem alicui Caes. Bell. Gall. 1, 31.

Manum militum parare, interficiendorum Consulum causa Cic. in Catil. Medicina sero paratur, quum, etc. Ouid. Rem. Amor. 91. Membra parauit pugnae Idem Met. 9, 34.

Motus magnos fata parant Lucan. 2, 68. Necessitudines Caes. Bell. Gall. 8, 53. Necem alicui Ouid. de Arte Am. 1, 73. Orationem sibi parare, vid. ORO. Orationes aduersus, vel in aliquem Plaut. Pseud. 1, 5, 39. Praelia dira Lucan. 3, 312.

Prandium parare Plaut. Amph. 4, 4, 17. Professionem Caes. Bell. Ciuil. 1, 27. Prouincias parare, vel simpliciter etiam parare dicuntur Consules et alii magistratus, cum non sorte, sed conuentione et mutuo consensu, prouincias, aliaue negotia indiscretim ipsis attributa inter se diuidunt.

Festus in Fragm. p. 22, 3 Parare inter se munus dicebantur, cum sortitio fiebat a magistratu, vtram rem agere deberet: aut inter se comparabant de rebus lege mandatis. Itaque in senatu, et in comitio quoque sortiri, aut inter se parare solebant, vtrum exire, vtrum domi manere oporteret. — Lege etiam cauebatur, ut certos intra dies designati magistratus prouincias inter se pararent.

Sallust. Iug. 43 Q. Metellus et M. Silanus COSS. designati prouincias (omittunt hoc nomen boni codd. quibus obtemperandum censet Curtius) inter se parauerunt. Cic. Fam. 1, 9 fin. Si curiata lex non esset, se paraturum cum collega: praecessit, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam. Nempe aut sortiebantur prouincias aut parabant s. comparabant, quo verbo fere utitur Liuius. Vid. COMPARO n. 5. Caeterum Parare hoc sensu etiam dixit Cassius Hemina apud Diomed. 1 p. 379 ex restitutione I. F. Gronouii Obsf. 1, 10 ubi monet ex MSS. legendum Pastorum vulgus sine contentione consentiendo praefecerunt aequaliter imperio Remum et Romulum, ita ut de regno parent inter se pro vulgato, pares inter se essent. Alterum illud PARO i. officio, emo, etc. vid. f. l.

Reditum parat sibi et sociis Hor. Epist. 1, 2, 21. Regna aeterna magno parantur Lucan. 1, 35. Sacra parantur Virg. Aen. 2, 132. Sapientiam Cic. de Fin. 1. Se ad aliquid parare Ter. Eun. 2, 2, 9. Cic. Fam. 1, 7 Huc te pares, haec cogites, ad haec te exerceas. Id. in Orat. 122 c. 35 Quid iam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor, aut erigatur, aut parret Se ad discendum? Ouid. Met. 6, 613 In omne nefas ego me, germana, parauit. Conf. Burm. ad Calpurn. Flacc. Decl. 35 p. 823.

Hisce ego non paro me, ut rideant, sed iis vltro arrideo Ter. Eun. 2, 2, 18. Solatia sibi Ouid. Rem. Amor. 449. Cic. Att. 1, 8 Ego omnes meas vindemiolas eo referuo, ut illud Subsidium senectuti parem. Tela Ouid. Met. 3, 46. Verba dulcia alicui Idem Amor. 2, 19, 17.

Liu. Alios Vim parantes occidit, i. Qui Vi tueri se nitentur. Ouid. Met. 2, 576 Vim parat et sequitur. Sine casu ponitur, vel omisso Pronomine reciproco. Ter. Phorm. 5, 7, 64. Animo virili, praesentique ut sis, para int. te. Parant (se) defendere telis Virg. Aen. 2, 447. Sic Ire parat ad urbem Idem ib. 1, 10

682. Ire parant in nemus Virg. Aen. 4, 118. Paratum est ita Plaut. Poen. 4, 2, 87 *int. negotium.* Virg. Aen. 2, 120 Cui fata parent, quem poscat Apollo. Parent, *subaud.* Mortem. ¶ 3. A librariis solent permutari Parare et Petere: *Burm. ad Calpurn. Flacc.*
- 5 Decl. 25 p. 823.
- PARANS, *antis.* Partic. [ἐτοιμάζων] Animi parantes infanda Stat. Silu. 5, 2, 87. Multa parans dicere Virg. Aen. 4, 390. Ille innare parans Idem ib. 11, 549.
- PARANDVS, *a, um.* Aliud Partic. [ἐτοιμαστέος] Dona paranda Ouid. ad Liu. 126. Scelus parandum est magno animo Senec. Med. f. 12.
- PARATVS, *a, um.* Partic. [ἑτοιμασμένος] Ter. Heaut. 4, 4, 15 Quin est paratum argentum. Itane huc paratus aduenis Idem Andr. 5, 4, 6. Vir in quouis loco paratus Idem ib. 4, 3, 4. Donat. Paratum dixit ad omnes affectus, quicumque de proximo esse possunt. Abi, praecurre, vt sint domi parata Ter. Eun. 3, 2, 46. Paratum id quidem et in medio positum Plin. Paneg. c. 88. Cic. Diu. Verr. 41 Omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis, laboribusque consumam, quo paratior ad vsum forensem promptiorque esse possim. Planc. ad Cic. Fam. 10, 8 Nunc quum deum benignitate Ab omni re sumus paratiores, non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate iudicare volumus. Cic. Fam. 8, 10 Ego quidem praecipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem, quam paratus Ab exercitu esses, ne quod hic tumultus dignitati tuae periculum afferret. Et Cic. Verr. 2, 17 Sed in Siciliam paratus Ad praedam, meditatique venire cupiebat. Conf. Idem pro Quint. c. 11. Ad audiendum paratus Cic. de Fin. 2 pr. Ad dicendum paratissimus Idem Diu. Verr. 44. Idem de Orat. 1, 38 Praefidiis naturae vel doctrinae ad dicendum paratus. Ad dolores paratus Cic. de Fin. 1, 49. Ad euentum omnem paratus Idem Fam. 6, 21. Ad omne facinus paratissimus homo Idem pro Milon. 25 c. 9. Ad iudicium paratus et instructus venit Idem Act. Verr. 1, 7. Ad mentiendum Cic. de Amic. 98. Idem Fam. 11, 13 Exercitus nostros singulari concordia coniunctos, Ad omnia pro vobis videatis paratos.
- 35 Ad permouendos animos instructus et paratus Idem in Orat. 20. Ad periculum paratus animus Cic. Off. 1, 63. Ad Pericula subeunda paratiores Caes. B. G. 1, 5. Ad promerendum consuetudine beneficentiae paratiores erunt et tanquam exercitiores bene de multis, quo pluribus profuerint Cic. Off. 2, 53. Ad haec propulsanda paratissimus Idem Att. 5, 7. Ad seditionem paratus, ad vim promptus, expeditus ad caedem Idem de Lege Agr. 2, 82. Ad vim Ouid. Met. 11, 240. Contra fortunam Cic. Fam. 5, 13. Paratum Animo esse Caes. B. C. 3, 85. Animis opibusque parati Virg. Aen. 2, 799. Literis Aufon. Prof. Burd. 3, 13. Se aduocato aut adstipulatore paratorem fore putabat Cic. in Pis. c. 9. Idem Att. 15, 23 Ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus. Scutis telisque Idem pro Caecin. 60. Conf. Fam. 8, 10. Paratior certamini Quinctil. 8, 3. Sceleribus Tac. Ann. 12, 47, 7. *i. ad scelera.* Sic Incesto Ann. 14, 2, 1. Cic. de Legib. 2, 66 Fuit hic vir, vt scitis, non solum eruditissimus, sed etiam ciuis e Republ. maxime, tuendaeque civitatis paratissimus. Quaedam exemplaria legunt Peritissimus. Paratus omnia perpeti Caes. Bell. Ciuil. 3, 9. Animo paratus tueri provinciam Cic. Fam. 10, 8. Certare parati Virg. Aen. 5, 108. ¶ 2 Substantiua: Acies paratae ferro Ouid. Fast. 3, 215. Acies parata neci Virg. Aen. 2, 334. Agmen paratum secum habet Idem ibid. 5, 548. Animus paratus bello et paci Liu. 1. Animo paratissimo sustinere Caes. Bell. Gall. 8, 42. Auxilium propositum ac paratum iis fac tuum esse videatur Q. Cic. de Petit. Consul. 16. Celeritas in respondendo prompta et parata Cic. de Clar. Orat. 154. Consensu omnium parato, tota denique Italia ad contentionem expedita, etc. Idem pro Sext. 36. Epulae paratae regifico luxu Virg. Aen. 6, 604. Fortitudo est satis instructa, armata, parata per sese Cic. Tusc. 4, 51. Fructus parati Plin. Epist. 2, 10. Honores parati Idem ibid. 7, 24. Hospitium nobis paratum Lucan. 9, 1028. Obuius et paratus Humor Plin. Epist. 2, 17. Loci parati et expediti multa commentatione ac meditatione Cic. de Orat. 2, 118. Leges paratae Sallust. Catil. 57. Medicamenta parata Scribon. 107 *i. praeparata.* Mors parata Lucan. 8, 32. Mortis paratae instrumenta Ouid. Met. 10, 285. Oblivio mortuorum parata Plin. Epist. 6, 10. Naues paratissimae Caes. Bell. Gall. 3, 14. Prouincia omnium ciuitatum consensu paratissima Cic. Fam. 10, 8. Somni erat sane paratissimi, non nunquam etiam inter studia instantis, Vulgo Parcissimi Plin. Epist. 3, 5. Thalami parati Virg. Aen. 7, 97. Nolo, quod cupio, statim tenere, nec Victoria mi placet parata Petron. c. 15. Vrbs parata Virg. Aen. 4, 75. Lucan. 6, 93 Caeloque paratior vnda. Ouid. Met. 5, 603 Et quia nuda fui, tum visa paratior illi. ¶ 3 Substantiue: Ter. Eun. 3, 4, 4 Praeterit tempus: quo in loco dictum est, parati nihil est. Philosophi Habent paratum, quid de quaque re dicant Cic. de Orat. 2 c. 36. Prata antiqui Parata dixere, vt ait Plin. 18, 5.
- 80 PARATVS, *us, m.* [κατασκευη] Ipse parandi actus, tum ea, quae parata sunt. Quinct. 10, 1 Copiosus verborum sit paratus, *i. Apparatus.* Tacit. Ann. 6, 37 Gazam, et paratus regio adiicit. Funebri Tacit. Ann. 13, 17, 1. Graues paratus rerum Stat. Theb. 2, 104. Et veniam dapibus Nullisque paratibus orant Ouid. Met. 8, 685. Neque enim Tantos ausim reuocare paratus Idem Achill. 2, 275. Principalis paratus, aemulantium inter se Regum Tacit. Hist. 2, 81, 6. et ib. c. 59, 3. Stant gemmis auroque tori mensaeque paratu Regifico Val. Flacc. 2, 652. Opus impar vestris paratibus Ouid. ex Pont. 3, 4, 5. Celebrare aliquid ingenti, et insolito paratu Tacit. Hist. 2, 59. Vti largis paratibus Ouid. Epist. 16, 191. Luxuries nunquam paruo contenta paratu Lucan. 4, 374. Neque enim tantos ausim reuocare paratus Stat. Achill. 1, 97. Induta Tyrios paratus Ouid. Fast. 3, 627. *i. Induta Tyrio vestitu.*
- PARATIO, *onis, f.* Idem. Sallust. Iugurth. c. 34 (31) Fuerit sane regni paratio plebi iura sua restituere. At. Reparatio. Afran. apud Non. 3, 173 Silentio opus est, nulla inest paratio: Add. Vlpian. Dig. 1. 30 t. 1. 19 §. 7.
- PARATVRA, *ae, f.* Idem. Tertull. de Pallio c. 3 et Spect. c. 4.
- PARATE. Adu. [κατασκευασμένος] Prompte et expedite. Plaut. Epid. 3, 2, 38 Vt parate! Sic Id parate curavi, vt cauerem Idem Rud. 1, 3, 9. Quidquid aget, in bonum exhibit facile et parate et sine tergiversatione Agentis Sen. de Vita beata c. 8. Cic. de Clar. Orat. 241 c. 68 Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter quam parate. Idem pro Rosc. Amer. 72 Tamen diligentius, paratiusque Veniffes. Sumto spatio ad cogitandum, paratius atque accuratius Dicere

cere Cic. de Orat. 1 c. 23. Inuectus est in istum paratius Dolabella, quam nunc ego Idem Phil. 2 c. 32. Idem Off. 1, 83 Dunicareque paratius de honore et gloria, quam de caeteris commodis. Paratissime respondit, i. *Promississime* Plin. Epist. 3, 9.

PARITO, Ære. Frequentat. [*ἰστροποιαι*] Plaut. Merc. 3, 4, 64 5 Quid tu ais, qui quum illuc, quo nunc ire paritas, veneris, etc. Id. Pseud. 1, 5, 71.

PARABILIS, e. Adi. [*ἰστροποιαι*] Quod in promptu est, et cito haberi vel parari potest. Cic. de Fin. 1, 45 c. 13 Propterea quod ipsa natura diuitias, quibus contenta sit, et parabiles, et terminatas habet. Parabile est, quod natura desiderat, et expositum Sen. Epist. 4. Cultus corporis parabilis Curt. 3, 5, 2. Res non magno parabiles Sen. Epist. 5. Venus parabilis et facilis Hor. Serm. 1, 2, 119. Vitus parabilis Curt. 6, 2, 3.

PARARIVS, i. m. Vid. supra in PAR.

PARATARIVS, a, um. Adi. Facilis paratu. ut, Phascoli paratararii Apic. 8, 6 pr. Sed Lister. parietarios, qui parietes et pergulas scandunt.

PARO, vel PARON, ðnis. m. [*παρων*] Nauium genus, inquit Festus, ad cuius similitudinem Myoparo vocatur, piraticum nauigium. Ciceronis apud Isidor. 19, 1 versus est, Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni. Vid. Barb. Aduers. 35, 7. et Turneb. Aduers. 3, 1.

PARVNCVLVS, i. m. Idem Dimin. Cic. apud Isidor. ib. Parunculis ad litus ludit celeribus.

PAROCHVS, i. m. [*παροχος*] Qui conduxit necessaria hospitibus, legatisue publico sumtu praebenda. Parochi, Qui peregrinis salem et ligna praebebant, inquit Acron, ad Hor. Serm. 1, 5, 46 Et parochi quae debent ligna salemque. Quos Porphyrio Copiarios a Latinis vocatos esse tradit, qui salem et ligna iis praebebant, qui Reipublicae causa peregre ibant. Sub nomine autem harum specierum omnia hospitibus necessaria intelligimus, ut idem Acron alibi sentire videtur, Serm. 2, 8, 36 ubi Horatius Parochum pro Conuiuatore posuit, Vertere pallor Tum parochi faciem nil sic metuentis, ut acres Potores. Cic. in priore significatione vsus est Att. 13, 2 Ariarathes, Ariobarzani filius, Romam venit: vult, opinor, regnum aliquod emere a Caesare. nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo, non habet: omnino eum Sextius noster (tanquam) parochus publicus occupauit: alioqui hospitium habiturus erat Cicero. Hor. Sat. 2, 8, 36 sordidum conuiuatoreum false Parochum vocauit, Vertere pallor tum parochi faciem, nil sic metuentis, ut acres Potores. Conf. mox PAROCHA.

Parochi quoque vocantur episcopi, s. quod *Φιλοξενια* ab illis requiritur, s. quod sunt velut *paronymphi* ecclesiae, sponsae Christi: nam hac altera significatione etiam ap. Graecos obtinet. Vid. Lamb. ad Hor. Sat. 1, 5, 46. Pfeiffer. Ant. Gr. 4, 15.

PAROCHA, ae. f. [*παροχη*] Praebitio. Quidam huc referunt Cic. Att. 13, 2 Omnino eum Sextius noster parochis publicis occupauit. Sed vidimus modo, Parochus publicus legi hodie. Quae esset illa *παροχη*, ex parte ostendit Gell. 15, 4 ubi de Ventidio Basso, Victum sibi aegre quaesisse, — comparandis mulis et vehiculis, quae magistratibus, qui fortiti prouincias forent, praebenda publice conduxisset. Certe illud praebenda respondet verbo *παρεχειν*, unde *παροχος* et *παροχη*.

PAROCHIA, ae. f. Pro Paroecia vitiose legitur. Per rusticas solitudo parochias Sidon. Ep. 7, 6. Conf. Sirmond. ad h. l. p. 102.

PAROCVLI, orum. Vox nihili, quam tribuunt Sueton. de cl. rhetor. 5. Sed ibi par oculorum est, et variae eruditorum coniectiones, quae nihil ad Paroculos.

PARODIA, ae. f. Canticum aut versus ad imitationem alterius. Afcon. Prooem. Act. Verr. 29 c. 10.

PARODONTIDES, um. f. [*παροδοντιδες*] Tubercula circa gingiua. Cels. 6, 13.

PAROECI, unde PAROECIA, [*παροικιον, παροικια*] Graecae Ecclesiae nomina, quibus significabant illam peregrinitatem Christianorum in hoc saeculo. Deinde Paroecia significare coepit territorium quasi et regionem, qua vnius episcopi cura extenditur. Augustin. Epist. 262 (al. 261) pr. Fussula dicitur Hipponensi territorio confine castrum: antea ibi nunquam Episcopus fuit: sed simul cum contigua sibi regione ad Paroeciam Hipponensis ecclesiae pertinebat. Idem de Ciu. Dei 14, 24 Presbyter fuit quidam nomine Restitutus, in paroecia Calamensis ecclesiae. Recentiores Parochiam et Parochos maluerunt dicere. Sed haec alterius loci sunt. Illud quod hodie quoque Paroeciam vel Parochiam vocare solemus, magis Latine Curiam dixeris.

PAROEMIA, ae. f. [*παροιμια*] Definitore Donato, est Prouerbum rebus temporibusque accommodatum. Diomedes autem finit hunc in modum, Paroemia est, Prouerbii vulgaris vsurpatio, rebus temporibusque accommodata. Quinctil. 5, 11, 21 cum de fabula dixit, addit, Cui confine est *παροιμιας* genus illud, quod est velut fabella breuior, et per allegoriam accipitur. Non nostrum, inquit, onus: Bos clitellas. Hoc apparet, Paroemiam esse Prouerbum.

PAROMOEON, i. n. [*παρομοιον*] Figura, quoties est verborum in oratione aliqua similitudo. Ter. Andr. 1, 5, 7 Id mutauit, quoniam me immutatum videt. Vbi Donatus, *παρομοιον*, nam quoties Verba sunt, *παρομοιον* dicitur: quoties Nomina, *παρονομασια*. Idem in sua editione secunda, Paromoeon est, quando ab eisdem literis diuersa nomina sumuntur: ut, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. Conf. Diomed. 2 p. 441.

PAROMOLOGIA, ae. f. [*παρομολογια*] Schema est, quod fit, quum aliquot res aduersario concedimus: deinde aliquid inferimus, quod aut maius sit quam superiora, aut etiam omnia, quae posuimus, infirmet. Hyperides, Sume hoc ab iudicibus nostra voluntate: neminem illi propiore cognatum quam te fuisse, concedimus. officia tua nonnulla in illum existisse: stipendia vos vna fecisse aliquamdiu, nemo negat. Sed quid contra testamentum dicis, in quo scriptus hic est? Rutil. Lup. p. 6 Pish.

PARONOMASIA, ae. f. [*παρονομασια*] Hoc Schema eodem Rutilio Lupo auctore, p. 2 aut addenda, aut demenda, aut mutanda, aut porrigenda, aut contrahenda litera, aut syllaba fieri consuevit: estque huiusmodi. Non enim decet hominem genere nobilem mobilem videri, etc. Ter. Andr. 1, 3, 13 Nam inceptio est amentium, non amantium. Vbi Donatus: Amabant veteres de proximo similia dicere: ut Cic. Verr. 4, 27 Minus clarum putauit fore quod de armario, quam quod de sacrario esset ablatum. Et quidem si in Verbis sunt, paromoeon dicitur: in Nominibus, paronomasia. Vid. Quinct. 9, 3. Cic. de Or. 2 c. 63. M. Capell. 5 p. 174.

PARONYCHIA, orum. n. [*παρωνυχια*] Abscessus circa radices 105

- unguim.* Latini Reduias appellant. *Ἐοὺξ unguis est, e quorum velut radicibus ea oriuntur.* Plin. 23, 3 Gingivarum inflammationibus, paronychiis, fordidisque vlcibus excrefcentibus. Idem 24 c. vltim. Altero, quod est aizoo simile, ad paronychia et pterygia unguim, et quum caro unguibus increuit, vtuntur cum axungia. *Add.* Plin. 28, 8. Petron. c. 31 Aliis insequentibus ad pedes, ac paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus.
- PARONYMON, i. n. *Plur.* Paronyma, Quae ab alio quodam confimili trahuntur; vt equus eques. *Vid.* Diomed. p. 310.
- 10 PAROPSIS, idis. f. [*πάροψις*] *Patinae genus aliquantum concavae, in qua opsonia ponuntur.* Iuuen. Sat. 3, 142 Quam multa magnaue paropside coenat. *Graecum est, πάροψις, παρόψιδος, a παρὰ et ὄψον, id est ad cibum.* Suet. in Galb. c. 12 Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropside leguminis pro
- 15 sedulitate ac diligentia porrexisset. *Martial.* 11, 28, 5 Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Alecem, sed quam protinus, illa voret. *Parapsis scribi vult Heinsius ad Petron. c. 34 p. 134. Conf. Turneb. Advers. 10, 27. vel Cuiac. Obseru. 10, 17. Vid. PARAPSIS suo loco.*
- PAROPTVS, a, um. *Adi.* [*παροπτός*] *Affatus.* Apicius 6, 9
- 20 Pullus paroptus.
- PAROS, i. f. [*πάρος*] *Insula est vna ex Cycladibus, ex qua Parus lapis, marmoreus candidissimus. In ea est oppidum etiam Paros vocitatum.* Virg. Aen. 3, 126 Niueamque Paron. *A candore marmoris.* Marmorea Paros Ouid. Met. 7, 466.
- 25 PARI, orum. m. *Habitatores huius insulae* Nepos 1, 7, 4.
- PARIVS, a, um. *Adi.* [*πάριος*] *Parus lapis* Plin. 36, 17 et 18 et 22. *Et Parium marmor, Candidum, quod omnium optimum erat* Virg. Aen. 1, 597. *Idem Georg. 3, 34 Stabunt et Parii lapides spirantia signa.* *Vbi Seru. In templo Caesaris maiorum statuas eius dicit se esse positurum, quas commendat et a pretioso marmore, et ab arte.*
- 30 Marmor Parium Hor. Carm. 1, 19, 6. *Conf. Petron. c. 126.* Iuga Paria Ouid. Amor. 1, 7, 52.
- PAROTIS, idis. f. [*παρωτίς*] *Apostema est circa aurem.* Parotides Scribon. 43, 206. *Ad Parotidas Idem 266. Discutit parotidas medicamentum Idem 263.* Cels. 6, 16 Sub ipsis auribus oriri *παρωτίδες* solent, modo in secunda valetudine ibi inflammatione orta; modo post longas febres illuc impetu morbi conuerso. *Plin.* 20, 1 Parotidas, et panos sanat. *Graeci παρὰ, ad; et ὠτα, aures dicunt.* Cels. 5, 18, 18 Malagma ad Parotidas. *Conf. l. 31. Et Macer. 1, 30.*
- 40 PAROXYSMVS, i. m. [*παροξυσμός*] *Stimulatio, concitatio, exacerbatio, παροξύνει enim est incitare.* *Hoc etiam nomine Graeci appellant Accessum febris; hoc est exasperationem, quae statis temporibus fieri consuevit, de quo multa Galen.*
- FARRA, ac. f. [*μύθος ὄρνειον, κορυδαλός ἢ ἀσπυγαλικός* Gloss. Lat. Gr.] *Genus avis inauspicatae.* Hor. Carm. 3, 27, 1 Impios parrae recinentis omen Ducat. *Sic Prudent. Symmach. 2, 570*
- 45 Cur Cremerae campis cornice vel oscine parra  
Nemo deum monuit perituros Marte sinistro  
Ter centum Fabios?
- 50 *In oscinibus augurii forte fuit ideo infausti, quod eius avis sit iniucundissimus cantus. Eius autem insuauitatem et prope diritatem satis indicavit versus iste Paullini ad Auson. Epist. 2, 36 Si confers fulicas cygnis, et aedona parrae.* *Turneb. Advers. 9, 29. Secunda auspicia non cantu sed loco facit.* *Plaut. Afin. 2, 1, 13 Picus et cornix est ab laeua, corvus, parra ab dextra, consuadent.* *Add. Plin. 4, 29.*
- 55 PARRHASIA, ae. f. [*Παρθασία*] *Regio in Peloponneso, dicta alias Arcadia, Lycaonis patria. Vnde Parrhasius. Virg. Aen. 8, 344 Parrhasio dictum Panos de more Lycaei. In ea mons est Lycaeus, in quo bicornis Fauni templum fuerat, a quo Lycaea ludicra illi sacra, nobis Lupercalia dicta.* *Vnde Ouid. Fast. 2, 423 Quis vetat Arcadico dictos a monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycaeus habet.*
- 60 PARRHASIVS, a, um. *Adi.* [*Παρθάσιος*] *Idem qui Arcadicus.* Antra Parrhasia Stat. Theb. 11, 178. *Axis Sen. Herc. Oet. 1281. Artificus polus, quia Callisto, quae in vrsam mutata est, Arcadica fuit.* *Coloni Claud. de Bell. Get. 191. Dea Ouid. Fast. 1, 618. Carmenta.* *More, i. Arcadico Virg. Aen. 8, 344. Niues Ouid. Fast. 2, 278.*
- 65 PARRHASIS, idis. f. *Patronym.* [*Παρθάσις*] *Sic dicitur Callisto.* *Ouid. Met. 2, 450 Parrhasis erubuit.* *Parrhasis Helice.* *Lucan. 2, 237. Stellae Parrhasides Ouid. Fast. 4, 577. Ἀρτζοαε.*
- 70 Vrsa Parrhasis *Idem Epist. 18, 152.*
- PARRHASIVS, i. m. [*Παρθάσιος*] *Ephesus pictor, venit in certamen cum Zeuxide. Et quum ille detulisset vvas pictas tanto successu, vt in scenam aues aduolarent: ipse detulisse linteum pictum traditur, ita veritate repraesentata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse aues fefellisset, Parrhasius autem se artificem.* *Haec Plin. 35, 10. Vid. Suet. Tiber. c. 44. Et Hor. Carm. 4, 8, 6.*
- 75 PARRHESIA, ae. f. *Dicendi libertas. Graece inuenitur ap. Quintil. 9, 3.*
- PARRHESIASTES, ae. m. *Sic Demochares ob nimiam et procacem linguam appellatus Sen. de Ira 3, 23. Locum plegius laudamus voce SVSPENDO.*
- PARRICIDA, et PARRICIDIVM. *Vid. PARICIDA, et*
- 85 PARICIDIVM.
- PARS, partis. f. [*μέρος, μοῖρα*] *Portio. Partes dicuntur, in quas diuiditur totum. Quidam Partem a Pari dictam existimant: quod partes simul iunctae, pares, hoc est aequales sint toti. Alii a Pario, siue Partu: quod pars a toto deducta, et quasi parta sit. Alii a Parum: quod*
- 90 *pars, parum quiddam sit respectu totius. Fauere videtur Fannius de Ponder. 52 Post haec semissis solidi (totius, assis) pars maxima fertur: Nam quae dimidium superat (v. g. Dodrans) pars esse negatur. Sed tamen Dodrans, Bes, Decunx, Deunx in partibus assis vulgo numerantur. Et aliquin Pars magnum, quid notat in illo Cic. pro Muraen. 42*
- 95 *Multi viri fortes, et prope pars ciuitatis offensa est. Nempe in re ita magna etiam pars non contemnendum quiddam videtur. Porro hoc statim obseruamus, Partem non modo respectu totius dici, sed etiam ratione generis.* *Cic. de Inu. 1, 32 c. 42 Genus est, quod plures amplectitur partes, vt animal: pars, quae subest generi, vt equus. Et de Orat. 1, 189*
- 100 *Partes sunt, quae generibus iis, e quibus emanant, subiiciuntur. Ibid. 109 Res verbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. Ad totum s. integrum refertur pars ordinarie, vt Cic. pro Q. Rosc. 55 Vt socius in societate habet partem, sic heres in hereditate habet partem. Idem de Orat. 2, 366 c. 90 Quis Antonio permisit, vt partes*
- 105 *faceret, et vtram vellet prior ipse sumeret? Et Verr. 5, 84 Quibus*



bus illi vrbis suae partem ademerunt, iis tu nostri imperii partem dedisti. Ter. in prol. Adelph. 23 Senes, qui primi venient, hi partem aperient: in agendo partem ostendent. Omnes omnium Gentium partes (*Europam, Asiam, Africam*) tribus triumphis deinxit Cic. in Pison. 29. *De Pompeio.* Martial. 8, 47 Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rafa est, Pars vulsa est: vnum quis putet esse caput? Mundi partes Lucret. 5, 478. Cic. Acad. 1, 45 Carneades nullius Philosophiae partis ignarus, *b. e. Omnem Philosophiae cognitionem habens.* Populi partes sunt tribus, centuriae, classes. Cic. de Legg. 3, 7 c. 3 Censores — populique partes in tribus distribuunt. Et 11 c. 4 De capite ciuis, nisi per maximum comitiatum ollosque, quos censores in partibus populi locassint, ne ferunt. *Hinc lux* Cic. de L. Agr. 2, 19 c. 7 Domitius, quod per caerimonias populi fieri non poterat, ratione affectus est, vt id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret, *i. minori numero tribuum s. XVII tribubus, cum omnes essent XXXV.* Sensus partem si vllam habes, haec te lacerat, haec cruentat oratio Cic. Philipp. 2, 86. Spectatorum pars, Hominum pars, *pro incerto quodam numero* Plaut. Trucul. 1, 2, 12. Idem Trin. 1, 1, 12. Terrarum pars Plin. 13, 4. Cic. pro Font. 30 In omnibus Vitae partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis, videtis positum in vestra fide ac potestate. Partes de coena Suet. Domit. c. 11. ¶ 2 *Adiectiua:* Si mihi Aequa pars amoris tecum esset, *i. si me mutuo amares* Ter. Eun. 1, 2, 12. Auerfa pars, *vid.* AVERTO. Bona pars, *i. plerique* Hor. A. P. 297. Bona pars hominum Idem Sat. 1, 1, 61. Bonam partem sermonis in hanc diem esse dilatam Cic. de Orat. 2, 14 c. 3. Celeberrimae et maximae partes vrbis Id. pro Dom. 146. Celeberrima pars Romae Stat. Silu. 1, 2, 232. Centesima, *vid.* CENTVM. Coaequa, *vid.* COAEQVVS. Confirmans Quinctil. 5, 10. Exigua pars montis Virg. Aen. 10, 128. Exigua pars temporis Lucret. 3, 400. Exiguissima pars restat de turba fratrum Ouid. Epist. 14, 115. Immensa Senec. Hippol. f. 10. Incultae partes mundi, *vid.* INCOLLO. Inferior Lucret. 5, 289. Intima parte vrbis, *vid.* INTRA. Plus iusta parte Virg. Georg. 1, 35. Laeua Ouid. Met. 8, 220. Pars Magna, *quod et Bona pars dicitur: b. e. Multi.* Plaut. Mostell. 1, 2, 34 Magna pars moram hanc sibi induxerunt, donec, *etc.* Magna pars vestrum Ter. in prol. Heaut. 9. Morbi Magnam deponere partem Hor. Epist. 1, 1, 35. Magnam partem habere in re aliqua Virg. Aen. 6, 31. *Et Plur.* Cic. pro Rab. Post. 4 Habuit Magnas partes publicorum *eadem ratione distum, vt hodie partes metallicas dicere licet, aut partes societatis negotiatorum, quas Actionum nomine vocant.* Sic mox Nec interea locupletare amicos suos vnquam destitit, mittere in negotium, dare partes, re augere, fide sustentare. Magnam partem, *pro Magna ex parte.* Caes. Bell. Gall. 4, 1 *de Sueuis,* Neque multum frumento, sed Maximam partem lacte atque pecore viuunt. Lucret. 3, 64 — haec vulnera vitae Non minimam partem mortis formidine aluntur. Cic. in Orat. 189 Senarios vero, et Hipponacteos effugere vix possumus: Magnam enim partem ex Iambis nostra constat oratio. Magna pars sui Virg. Aen. 2, 6. Cic. Off. 1, 118 Alii multitudinis iudicio feruntur, quaeque Maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. Maiorem partem aui conterere somno Lucret. 3, 1060. Diei maiorem partem alicubi sedere Cic. Verr. 4, 54. Vigilare maiorem partem noctis Idem de Diuin. 1, 59 c. 28. Maiorem partem populi suffragiis priuauit Cic. de Lege Agrar. 2, 17. Maxima pars hominum Hor. Serm. 2, 3, 6. Plus Media parte Ouid. Met. 3, 43. Multa pars mei Hor. Carm. 3, 30, 6. Pars Multa, *pro Plerique* Idem Serm. 2, 7, 7. Multis partibus maior, sol quam terra Cic. Ac. 4, 128. *i. terrae moles soli comparata exigua pars illius est.* Multis partibus plures, *i. Multo plures.* *Etiā hoc proprie multiplicationem indicat, vt minor numerus aliquoties, et saepe adeo, in maiore contineatur: quantum non semper ita rigide sumfisse scriptores videntur.* Accurate loquitur Plin. 2, 21 Solem abesse a Luna vndeuginti partes, quantum Lunam ipsam a Terra, *i. Spatium inter Lunam et Solem vndeucies continere illud, quod intercedit inter Lunam et Terram.* Cic. Verr. 3 c. 19 Quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quam Populo Rom. misisse? Idem Fam. 1, 2 Perspiciebant enim in Hortensii sententiam Multis partibus plures ituros. Cic. Fam. 8, 9 Turpe tibi erit Patiscum Curioni decem pantheras misisse, te non Multis partibus plures. Sic Caes. Quoniam numero Multis partibus esset inferior, *i. Multo inferior.* Et Cic. de Finib. 3, 36 Quis est enim, aut quis vnquam fuit aut avaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, vt eandem illam rem, quam adipisci scelere quouis velit, non Multis partibus malit ad sese, etiam omni impunitate proposita, sine facinore, quam illo modo peruenire? *i. Multo malit.* Quarta pars diei praeterita Hor. Serm. 1, 9, 35. Sinistra in parte murorum Virg. Aen. 9, 468. Vltima pars lucis mensae est data Ouid. Met. 7, 662. Vltima pars vitae Virg. Ecl. 4, 53. ¶ 3 *Verba:* Addere partes illaefas vitiatis, *vid.* ADDO. Adimere partem, et Dare partem, *contraria.* Cic. Verr. 5, 84 Quibus illi vrbis suae partem ademerunt, iis tu nostri imperii partem dedisti. Rerum pars altera Ademta est Virg. Aen. 9, 131. Amplectitur plures partes genus Cic. de Inuent. 1, 32. Conducere partes in vnum Lucret. 1, 398. Constituere partes Quinctil. 3, 9. Constituere partes causae singulas in suis digitis, *vid.* CONSTITVO. Contexere partes Quinctil. 4 85 prooem. Dare partes, *vid.* n. 2 Magnae partes. Deserere partem Quinctil. 1 prooem. Dilata pars laborum Ouid. Met. 3, 174. Dispergi ad minutas partes Lucret. 4, 893. Cic. de Orat. 1, 109 Haec ab hominibus callidis et peritis animaduersa ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus Distributa sunt. Cic. de Orat. 2, 366 Quis Antonio permisit, inquit, vt et partes Faceret, et vtram vellet, prior ipse sumeret? *b. e. In partes diuideret.* Conf. Phaed. 1, 6, 6. Findit in ambas partes se via Virg. Aen. 6, 540. Immissi ignes diuerfis partibus Idem ibid. 12, 521. Ingredi partem *institutionis rhetoricae* Quinctil. 4, 3, 1. Locare agros partibus Plin. Epist. 9, 37. *i. certa parte s. portione fructus colono assignata, qui inde vocatur partiaris.* Occupare partem Quinctil. 1 prooem. Auctor ad Herenn. 2, 33 Hoc quoque vitandum est in expositione, ne quando, quum omnia collegisse videamur, aliquam idoneam partem Reliquerimus. Requiescere nullam partem noctis Cic. pro Rosc. Amer. 97. Reuulsa pars e monte Ouid. Met. 13, 882. Sumere partem Falerni Hor. Carm. 1, 27, 10. Cic. Att. 3, 2 Sine te non esse nobis illas partes Tenendas propter Autronium, *i. in illa regione iter faciendum.* Vocari in partem curarum Tacit. Ann. 1, 11. ¶ 4 *Cum Praepositione:* A parte omni timetur Ouid. Met. 10, 374. Ab 105

aliqua parte argumentationes aduersariorum labefactare Auctor ad Herenn. 2. Ab ea parte Scribon. 53. Ab omni parte Idem 226. 227. *i. undique.* Et sine Praepos. Ea parte imponere Idem 229. Ab Orientis partibus virtutis tuae lumen, vt eluceat opto Cic. Fam. 12, 5. Plin. 7, 50 *ad finem*, Qua in re obseruatum, a meridianis partibus ad occasum solis pestilentiam semper ire. Nempe Partes pro regione hic ponuntur. Sic Vetant hoc alicubi venti: vt in Africa, et in Narbonensis prouinciae partibus Plin. 14, 1. De parte sinistra, vid. DE. Fulminat de parte Boreae Virg. Georg. 1, 370. Frequens in primis est Ex. Cic. pro Muraen. 42 c. 20 Quaestio peculatus Ex altera parte lacrimarum et squaloris, ex altera plena catenarum atque indicum. Ex magna parte, pro Plerumque Plin. 8, 54 *de simiis.* Scribon. 200. et Perorat. Magna ex parte 98. Quinctil. 10, 1 Ex magna parte Ciceronem, quantus est fecit. Assentiri alicui magna ex parte Cic. Att. 7, 3. Add. D. Brut. ad Cic. Fam. 11, 4. Omnino aut magna ex parte liberari Idem Tusc. 1, 1. Maiore ex parte Idem de Diuin. 2 c. 9. Multo maxima ex parte liberae religione domus Cic. de Arusp. Resp. 11 c. 6. Omittitur interdum Praepositio v. g. Omni parte sua Scribon. Ep. Et c. 230 Ea parte, qua tollenda. Dimidia parte Suet. Iul. c. 41, 2 et 5. Id. Domit. c. 7, 6. Plin. 37, 11 Melichloron est geminus: parte flauus, parte melleus. Virg. Aen. 8, 683 Hinc Augustus agens Italos in praelia Caesar. Et paullo post, Parte alia ventis, et diis Agrippa secundis Arduus, agmen agens. Sic Partibus, pro Ex partibus vel In partibus. Paterc. 2, 38, 1 Vt quae facilius, quam partibus, simul vniuersa conspici possint. Idem 2, 38, 4 Inde varie possessa et saepe amissa partibus, ductu Augusti facta stipendiaria. De Hispania. Columel. 2, 3 Non multum, nec vniuersum cibum, sed partibus et paulatim praebere conuenit. Partibus locare Plin. Ep. 9, 37. *i. per partes.* Sed frequentius exprimitur Ex. Quinctil. 6, 3, 90 Pisces Ex parte adusti et versati. Dimidia Ex parte sacerdotes non habebit Romanus populus Cic. pro Domo 38 c. 14. Idem Q. Frat. 3, 1 Quod tibi mea permissio mansionis tuae grata est, id ego summo meo dolore et desiderio, tamen ex parte gaudeo. Ex aliqua parte Scribon. 56. Aliqua ex parte Idem 53. 105. Cic. Att. 3, 14. Idem Verr. 1, 76 Grandis natu parens adductus ad supplicium, Ex altera parte filius. Ex altera parte grauiter, ex altera acute extrema sonant Cic. in Somn. Scip. 11. De motu caeli. Idem ibid. 15 E quibus duos maxime inter se diuersos, et caeli verticibus ipsis Ex vtraque parte subnixos, obriguisse pruina vides. De cingulis caeli. Ex omni parte diligentissime aliquid considerare Cic. de Diuin. 2, 32 c. 13. Ostendit se ex omnibus partibus amor tuus in his literis Idem Fam. 5, 15 *pr.* In parte aliqua apud aliquam haerere Ter. Eun. 5, 9, 25. In lauta et bene aucta parte esse Idem Heaut. 4, 5, 50. Sed Bentl. Omnes te in lauta esse et bene aucta se putant, eadem sententia, sed phrasi et versu commodiore. In parte, pro Partim. Quinctil. 5, 7 Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. In hac parte, In parte causae, vel laboris, In partem, et In partem dimidiam, vid. IN Praep. Ire aliam in partem Lucret. 4, 448. Abundare in omnem partem, vid. ABVNDO. In vtramque partem, vid. IN Praep. In vtramque partem magna est vis in fortuna vel ad secundas res, vel ad aduersas Cic. Off. 2, 19 c. 6. Neutram in partem sine hominum opibus et studiis haec effici possunt Idem ibid. 2, 19. Et Fam. 13, 1 Sed id, quod mea intelliges, tua Nullam in partem interesse; ita mihi des, etc. In eam partem accipio Ter. Eun. 5, 2, 37. Cic. in Catil. 4, 3 Moueor his rebus omnibus, sed in eam partem, vt salui sint vobiscum omnes. Peccare in eam partem quae cautior est Idem pro Rosc. Amer. 56. Et Att. 8 Quod plura in eam partem verba fecerim, potest fieri, quod sit in multis quaestionibus, vt res verbosior haec fuerit, illa verior. In partes diuisum medicamentum Scribon. 207 *de emplastris.* Distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates Cic. Tusc. 5, 60. In contrarias partes omnium rerum facultas ex iisdem locis suppeditatur Idem de Orat. 2, 215. In contrarias partes fluxerunt flumina Cic. de Diuin. 1, 78. Varias in partes rapere animum Virg. Aen. 4, 286. In omnes partes versabat animum Idem ibid. 4, 630. In omnes partes: pro Omnibus modis. Cic. Att. 11 Brundisii iacere, In omnes partes est molestum. In omnes partes huius vitae praecipis confirmari potest Cic. Off. 1, 7. In omnes partes aliquem defendere Idem Fam. 5, 10. In omnes partes multos fallere Idem pro Sext. 51. Et Fam. 4, 10 Sed, quum leuiora non multo essent, quae audirentur, quam quae viderentur: suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuae, te quamprimum venire, idque In omnes partes valeret: putavi ea de re te esse admonendum. In omnibus partibus argumentationes aduersariorum tentare Auctor ad Herenn. 2. In optimam partem accipere, *i. Boni consulere, et bene interpretari.* Cic. Att. 10, 3 Caesar mihi ignoscit per literas, quod non venerim: seseque In optimam partem id accipere dicit. Add. Idem ibid. 11, 7. Cognosci In partem optimam, vid. COGNOSCO. Peiorem In partem versa et mutata sunt omnia Cic. pro Rosc. Amer. . . Peiorem In partem liquitur aetas Lucret. 2, 1131. Mitioerem In partem interpretari, vid. MITIS. Cic. pro Muraen. c. 31. Rapere In peiorem partem Ter. Adelph. prol. v. 3. In deteriores partes retro cedere Lucret. 2, 507. Cic. pro Caecin. 12 M. Fulcinus adolescens mortuus est: haeredem P. Cessennium fecit: vxori grande pondus argenti, matricque partem bonorum maiorem legauit. Itaque In partem mulieres vocatae sunt. Per partes totum bibere Scribon. 135. Pro parte, quantum cuique assignatum, atque adeo praestandum est. Ouid. Fast. 4, 301 Quisquis adest operi plus quam Pro parte laborat, Adiuuat et fortes voce sonante manus. Sallust. de rep. ord. extr. A me quidem pro virili parte dictum et adiutum fuerit. Cic. Fam. 15, 15 Quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, Pro sua quisque parte ferre potuisset. Idem Verr. 4, 81 Praecipue, quod in his artibus Pro mea parte verbor, quarum ille princeps fuit. Et Fam. 3, 10 Pro sua parte, vt ita fieret, adiuuare. In his videtur ad illam Partis significationem respici, qua ad actores et histriones primum, deinde ad alia munera pertinet, de qua mox n. 6. 5 Observaciones aliquot hic ponemus: Ter. Heaut. 4, 1, 35 Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis. Plaut. Men. 3, 2, 14 Satur hic loquitur de me et de parti mea, in coena. Pars, in corpore. Cels. 2, 11 Vfus autem cucurbitulae praecipuus est, vbi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est, quam exhauriri ad confirmandum valetudinem satis est. Qualibet parte corporis totius Scribon. 243. In omni parte corporis Idem 63. Ex interioribus partibus eruptio sanguinis Idem 77. Omnis partis corporis dolor Scribon. 90. Euocatur inflammatio in partes, quae conuinctae sunt Cels. 7, 7 *de Aegil.* Mutilatis partibus

trunca membra Ouid. in Ibin 547. Genitales partes corporis Lucret. 4, 1038. Obscenae partes Ouid. de Arte Am. 2, 584. Tegendas partes velare Idem Met. 3, 479. Pars, pro Initio eleganter sumitur. Cels. 4, 14 Parsque sanitatis est, vomitum esse suppressum. Sic Virg. Aen. 7, 266 Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Et Cic. Philipp. 11, 3 Mors in beneficii partem numeretur. Pars cum Verbo plurali distributioni inseruit, et significat Aliqui vel alii. Tacit. Hist. 5, 11, 3 Poscebant pericula pars virtute, multi ferocia. Ibidem 4, 23, 5 Alii praeliabantur, pars intus occulti muros subruebant. Conf. Tacit. Ann. 1, 24, 2. Et 3, 1, 3. Virg. Aen. 1, 216 Pars in frustra secant. Sallustio hoc sollemne esse, docet Curt. ad Sall. Cat. 1, 2. Suet. Vesp. c. 8 Milites pars victoriae fiducia, pars ignominiae dolore, ad omnem laetitiam audaciamque processerant. Virgo comitum pars vna mearum Ouid. Met. 2, 426. ¶ 6 Partes in comediis et fabulis, pro ipsa persona, quam quisque agit, et sermonibus, quos ex ea persona habet. Hinc primae partes sunt eius personae, quae frequentissime in scenam venit, et plurima loquitur. Et generatim Pars ac Partes ponuntur pro officio, proque iis omnibus, quae quis ob personam, quam suscipit, agit, dicit, facit, etc. Terent. in Prol. Phorm. 28 Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. Et Heaut. Prol. 1 Partes seni dare, quae sunt adolescentium. Et v. 10 Quamobrem has partes didicerim. Cic. Att. 13, 19 de Oratore suo, Puero me hic sermo inducitur, vt nullae esse possent partes meae. Primarum partium actores saepius in scenam progrediebantur: secundarum, et tertiarum, qui minus, minusque, auctore Paediano. Actores enim secundarum partium omnia summissa agunt, inquit Porphyrio. Cic. Diu. in Caecil. 48 c. 15 Vt in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, quam possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, vt ille princeps quam maxime excellat. Hor. Epist. 1, 18, 14

Sic nutum diuitis horret,  
Sic iterat voces, et verba cadentia tollit  
Vt puerum saeuo credas dictata magistro,  
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.

Vet. Schol. Primae partes sunt dictatoris, secundae mimi, qui refert dicta prioris. Primarum partium esse Cic. pro Flacc. 65. Esti vtrique primas, priores tamen libenter deferunt Laelio Cic. de Clar. Orat. c. 21 subint. partes. Priores partes habere apud aliquam meretricem Ter. Eun. 1, 2, 71. Contrarium, In parte aliqua haerere apud aliquem Idem ibid. 5, 9, 25. Cic. Q. Frat. 3, 4 Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi, i. Pluris facio. Primas in dicendo partes alicui concedere Cic. Diu. Verr. 49. Meae, tuae, etc. partes sunt, pro Meum officium. Idem Fam. 11, 14 Si ita est, omnia faciliora: sin aliter, magnum negotium, cuius exitum non extimesco, tuae partes sunt. Cic. Att. 7, 25 Sin erit bellum, vt video fore, meae partes non desiderabuntur. Non sunt meae partes id facere Idem Verr. 3, 65. Hor. de Arte Poët. 314 Quod sit conscripti, quod iudicis officium, quae Partes in bellum missi ducis. Cic. de Diuin. 1, 105 Quid de auguribus loquar? tuae partes sunt; tuum, inquam, auspiciorum patrociniū debet esse. Ter. Phorm. 5, 5, 9 Vicissim partes tuas Acturus est. A. quas? P. vt fugitet patrem. Te suas rogauit rursus vt ageres, causam vt pro se diceres. Vbi Donatus, qui suam legit, Partem iterum subaudiamus: et est ἑσῶμα a superiore. Sed praestat ex optimis libris cum Faerno et Bentl. legere suas. Ouid. Fast. 6, 70 Blandior, et partes paene rogantis ago. Agere partes lenitatis et misericordiae Cic. pro Muraen. 6. Defende partes tuas Plaut. Milit. 3, 1, 213. Cic. Off. 1, 98 c. 28 Nobis cum a natura constantiae, moderationis, temperantiae, verecundiae partes Datae sint. Hinc ad negotia alia transfertur. Deposcere partes Cic. pro Rosc. Amer. 9. Mea pars est mihi nemini cedit, fac vt tua caeteros vincat, de prouincia, et magistratu urbano Cic. Q. Frat. 1, 1, 34 c. 15. Duras fratris partes praedicat, i. conditionem Ter. Eun. 2, 3, 62. Etiam Singul. Partem meam loquendi trado tibi Plaut. Afin. 3, 1, 14. Hinc formula Pro parte mea, etc. De qua egimus n. 4. Cic. Verr. 4, 81 Est aliqua mea pars virilis, quod eius ciuitatis sum, quam ille amplam, etc. Cic. in Vatin. 29 Erogarisne pecunias ex aerario tuis legibus: Eripuerisne partes illo tempore carissimas partim a Caesare, partim a publicanis. Excipit has partes Nepos 10, 8, 3. Imponere partes alicui, vid. IMPONO. Imponere duriores partes alicui Anton. ad Cic. sub Att. 10, 8. Hor. de Arte Poët. 177 Ne forte seniles Mandentur iuueni partes pueroque viriles. Obtinere accusatoris partes Cic. pro Quint. 8. Omittere suas partes Quinctil. 1, 1. Peragere partes suas, vid. PERAGO. Dignitatis et libertatis partem nullam in posterum sibi Relinquere Cic. Fam. 1, 9. Subire partes Quinctil. 6, 1. Cic. Verr. 4, 79 c. 36 Cur ego tuas partes Suscipio? cur tuum onus sustineo? Suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar Idem ibid. 4 c. 37. Suscipere officia et partes pro aliquo Cic. in Vatin. 35. Suscipere officia et partes imperatoris Idem Fam. 3, 12. Et . . . Quas enim partes mihi ipse Sumseram, eas occuparit oratio tua. Cic. de Arusp. Resp. 61 Atque ego hanc orationem P. C. tam tristem, tam grauem non suscepissem, non inquam, nisi hanc personam, et has partes honoribus Populi Romani vestris pluribus ornamentis mihi tributis ceberem et possem Sustinere. Sustinere petitoris partes Paull. in h. 2 D. Ne quis eum, qui in ius voc. vi eximat. Transactae partes Cic. de Orat. 2, 15. Tribuere aliquas partes alicui Idem de Nat. Deor. 1, 33. Conf. Torrent. ad Horat. Ep. 1, 18, 14. ¶ 7 Litigatores in iudicio Partes vocantur. Qui statuit aliquid parte inaudita altera Sen. Med. v. 199. Quo non alius potuit citius discere causas, vna tantum parte audita, saepe et neutra Id. de Morte Claud. Plin. in Panegy. . . Quo facilius, velut audita vtraque parte, dispiceres quid statuendum putares. Ter. Andr. 2, 5, 8 Nostrae partem timeo, quid hic respondeat. Quinctil. 4, 1 Partis aduersae patronus. Idem 5, 7 Turbantur enim, et a patronis diuersae partis inducuntur in laqueum. Hinc etiam in republica Pars, p. E. Hinc. Cic. Q. Frat. 2, 25 Damus operam, ne cuius animum offendamus, atque vt etiam ab iis ipsis, qui nos cum Caesare non coniunctos dolent, diligamur: ab aequis vero, aut etiam a propensis in hanc partem excolamur, et amemur. Cic. Fam. 13, 30 Quod fuerim moderatior temperatorque, quam in ea parte quisquam: id me maxime fecisse auctoritate Capitonis. Non quidquam illis partibus salubrius fuit Vell. 2, 52, 1. Plebs ad spem consulatus in partem reuocandam adspirare non audet Liu. 4, 35. Studium partium Tac. Hist. 1, 86, 3. Tanta lubido in partibus erat Sallust. Iugurth. 44. Languentibus partium animis Ammian. 14, 1. Descendere in partes Tacit. Ann. 15, 30, 105

Ducere aliquem in partes Idem ibid. 15, 51. Erat illarum partium  
 Cic. pro Quint. c. 21. Semper optimarum Esse partium Nep. 25,  
 6, 1. Fouere partes Tacit. Hist. 1, 8. Habere aliquem in parti-  
 bus, *significat Addictum aliquem habere fauentemque* Tacit. Ann. 13, 2.  
 5 Partibus alicuius se Miscere Vell. 2, 86, 3. Alterutram partem Of-  
 fendere, cum alii Sullanis, alii Cinmanis fauerent partibus Nep. 25  
 2, 2. Surgentes partes Tacit. Hist. 3, 4. Trahere aliquem in  
 partes Idem Ann. 4, 64. Transgredi in partes Idem Hist. 4, 39.  
 Transiere in partes Idem ib. 1, 70. Tutari partes alicuius Hor.  
 10 Epist. 2, 1, 171. 8 *Obseruatt.* Laus plebeia vernulae apud  
 Petron. 46 Iam quatuor partes dicit. Et 75 Decem partes dicit.  
*Ad Grammaticae elementa imperitus homo, an ad Assis partes? videtur  
 respicere: in quibus pueri exercebantur. Pertinet etiam ad mensas.  
 Nam quae de cibis apponebantur conuiuiis, vel ex coena ad amicos mitte-  
 bantur, vocabantur Partes.* Sueton. Calig. c. 18 Qua epulatione equiti  
 Romano contra se hilarius audiusque vestenti partes suas misit. Id.  
 Domit. c. 11 Securum hilaremque dimisit, partibus etiam de coena di-  
 gnatus est. *Huius vocabuli vis interdum in aliis latet. ut, Sum-  
 mas amphoras operit auro et argento Nepos 23, 9, 3 i. Summas am-  
 phorarum partes.* Reliquum oppidum relinquunt Idem 2, 2, 8 i.  
 Reliquam oppidi partem. Add. 18, 9, 3. Quis est, quem video in vl-  
 tima platea? Ter. Phorm. 1, 4, 38 i. In vltima parte plateae.

PARTIBILIS, *vid. post PARTIOR.*

PARTICVLA, ae. f. Dim. [*μερίς, μέρος, τμήμα*] Cic. Acad. 4, 118

25 Anaxagoras materiam infinitam, sed ex ea particulas similes inter se  
 minutas, eas primum confusas, postea in ordinem adductas mente di-  
 uina. Copia particularum Lucret. 4, 777. Arenae particulam  
 dare ossibus et capiti inhumato Hor. Carm. 1, 28, 25. Aurae diuinae  
 particula Hor. Serm. 2, 2, 79 *animus noster.* Particula minima  
 30 malorum Iuuen. Sat. 13, 14. Cic. Off. 2, 40 Cuius tanta vis est, vt  
 ne illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint sine vlla par-  
 ticula iustitiae viuere. Idem de Nat. Deor. 2, 37 Ipse autem homo  
 ortus est ad mundum contemplandum, et imitandum, nullo modo  
 perfectus, sed est quaedam particula perfecti. Venti particulam  
 35 sentire Lucret. 4, 262. In minimas particulas concisa radix Scribon.  
 53. Minutae rerum Quinctil. 3, 11. Tenuissimae Cic. de Orat.  
 2, 162 c. 39. Facere particulas Quinctil. 4, 5. Defecta Hor.  
 Carm. 1, 16, 14. *Apud Grammaticos Particulae sunt, Minores vo-  
 culae indeclinabiles quae compositioni aut constructioni inseruiunt.* Gell.  
 40 Saltem particula quam haberet principalem significationem — quae-  
 rebamus.

PARTICVLARIS, e. Adi. Propositio particularis, Signum particu-  
 lare, etc. *apud Dialecticos.* Quinctil. Trib. Marc. *Burm.* 3 p. 78

Particularis iniquitas graui est animaduersione ferienda. *Passim occur-  
 ris ap. Apul. de Syllog. Cat.*

45 PARTICVLARITER, Adu. *Cui opponitur Generaliter.* Firmic.  
 5, 1 *ad fin.* Quia igitur generaliter diximus, quid caeli cardines signi-  
 ficent, nunc magis particulariter quid horoscopus in stellarum finibus  
 constitutus faciat, explicemus. *Conf. Augustin. Retract. 1, 5 extr.*  
 50 Non nisi particulariter conuerti potest Apul. de Syll. Cat. Sermo  
 ad ipsum particulariter dirigatur Quinctil. Trib. Marc. c. 1. *sicut edi-  
 dit Obr. al. Peculiariter.*

PARTICVLĀTIM, Adu. [*κατὰ μέρος*] *Membratim, per par-  
 tes.* Plin. 6, 15 Particulatimque consecrae, in genera cybiorum dispart-  
 55 tiuntur. Particulatim, *pro Separatim, et quod vulgo dicimus Par-  
 ticulariter.* Senec. Epist. 67 Vota quaedam aperta et professa sunt,  
 quae particulatim fiunt. Idem Epist. 24 *med.* Particulatim excarni-  
 ficare. *Summatim et Particulatim, contraria.* Auctor ad Herent. 1,  
 14 c. 9 Rem breuiter narrare poterimus, si inde incipimus narrare,  
 60 vnde necesse erit, et si non initio repetere volumus, et si summatim  
 non particulatim narrabimus, etc. *Conf. Columel. 7, 5 Particulatim  
 facilius conualescit grex quam vniuersus.* Lucret. 3, 549. Varr. de L. L.  
 4, 3. *Et plures quos citat Borrich. Cogit. p. 188.*

65 PARTICVLATIO, ōnis. f. *Diuisio in particulas.* Quarta par-  
 ticulatio Mart. Capell. 9 p. 322.

PARTICVLO, ōnis. m. Cohæres, sic dictus, quod partem pa-  
 trimonii sumat. Pomp. ap. Non. 1, 71 Particulones producam tibi. *Es  
 proprium viri nomen ap. Phaedr. 5, 1, 10. et 5, 6, 43.*

70 PARTICEPS, ipis. c. [*μέτοχος, κοινωνός, ἑμμορος, μετέτης*] *Qui  
 partem capis.* Ter. Heaut. 1, 1, 98 Nisi vbi ille huc saluus redierit  
 meus particeps. i. *Filius, qui bonis meis mecum ex aequo debebat frui.*  
 Particeps et Expers, *contraria.* Cic. de Finib. 2, 38 Nec illa de sum-  
 mo bono ratio aut voluptatis, non dolendius particeps, aut honestatis  
 75 expers probabitur. Idem Att. 9, 12 Huius belli ego particeps, et  
 socius et adiutor esse cogor. Amoris vestri particeps Catul. 53, 22.  
 Artis participem esse, et Carere arte, *contraria.* Cic. de Diuin. 1, 34  
 Iis assentior, qui duo genera diuinationum esse dixerunt: vnum quod  
 particeps esset Artis: alterum quod Arte careret. Coniurationis

80 particeps, *Conscius* Cic. in Catil. 3. Connubii particeps, et socius  
 regni Iuno Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 24. Cic. Att. 1, 18 *pr.*  
 Qui mihi et in publica re socius, et in priuatis omnibus conscius, et  
 omnium meorum sermorum et Consiliorum particeps esse soles. For-  
 tunarum omnium socius et particeps Cic. pro Font. 37 c. 17. He-

85 reditatis diripiendae particeps Idem Verr. 4, . . . Irae particeps  
 dii Ouid. Trist. 3, 2, 28. Laudis eiusdem particeps Cic. pro  
 Arch. 24. Leti particeps animus Lucret. 3, 463. Mentis et ra-  
 tionis particeps pars animi Cic. de Diuin. 1, 60. Omnes omnium  
 participes virtutes sunt Idem de Finib. 5, 97. Operum particeps

90 Ouid. Met. 3, 147. Periculorum particeps Curtius 7 *pr.* Pu-  
 doris particeps ac verecundiae homo Cic. de Fin. 4. Rationis com-  
 pos et particeps animus Idem de Vniuers. c. 8. *Add. Idem de Legib.*  
 1 c. 7. Ratione, *inferius.* Sententiae atque opinionis meae quo-  
 niam voluistis esse particeps, nihil occultabo Cic. de Orat. 1, 172.  
 95 Studii participem habere Ouid. ex Pont. 2, 5, 42. Cic. de Legib.  
 3, 32 Quum omni Vitio carere lex iubeat, ne veniet quidem in eum  
 ordinem vnquam Vitii particeps. Curt. 6, 7, 6 Tum Dymnus ape-  
 rit in tertium diem insidias regi comparatas, seque eius consilii forti-  
 bus viris et illustribus esse participem. Particeps illi in, etc.

100 Quinctil. Declam. 3 c. 3 Mater praedura, et in plerisque ruris operi-  
 bus marito particeps. Ratione particeps Cic. Acad. 4 c. 7 *sicut  
 edidit Grut. et Gron. Al. rationis.* Particeps Regno veni Senec.  
 Herc. fur. v. 369. Facere participem aliquem Rei alicuius, *est Cum  
 eo communicare quidquid est.* Ter. Heaut. 3, 1, 19 Cuius maxime te sic-  
 105 ri participem cupis. Feci continuo omnes particeps meae volupta-  
 tis

tis Cic. Fam. 10, 12. Habere participem Caes. Bell. Ciu. 3, 60. Brut. et Cass. ad Cic. Fam. 11, 2.

**PARTICIPŌ**, āre. [μετέχω, κοινωνῶ, μεταλαμβάνω, συμμεταλαμβάνω] *Participem facere et fieri.* Plaut. Perf. 5, 1, 5 Nunc ob eam rem inter meos participes praedam diuidam, et participabo. Seruum consilii participare, *Communicare cum seruo consilium.* Plaut. Cist. 1, 3, 17. *Hellenismum hic esse Vossius notat in Aristarcho 5, 33.* Participare aliquem sermone de Plaut. Milit. 2, 2, 108. Aliquem prandio participare Apul. Met. 9 p. 232. et 1 p. 104 *Elmenb.* Cic. de Legib. 1, 33

Sequitur ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes, iustos natura esse factos. Liu. 3, 12 L. Lucretius COS. anni prioris recenti gloria nitens, suas laudes participare cum Caesone, memorare pugnas, referre egregia facinora, etc. Mensam nobiscum participat Apul. Met. 9 p. 228.

Venationem semper cum amicis participauit Spartian. Adrian. c. 26. Imperium cum aliquo participare Idem Seuer. c. 5. et Treb. Poll. Gallien. c. 7.

Pestem participare, *In peste fieri participem.* Cic. Tusc. 2, 39 c. 17 — qui alteri exitium parat, Eum scire oportet, sibi paratam pestem, vt participet parem. *Ex Poëta.* Item, Participare voluptatem Gell. 15, 2. Laudes participare Liu. 3, 12.

Pomponius in l. Si igitur. D. Pro socio, Aequum est enim, vt cuius participauerit lucrum, participet et damnum. Participentur, *voce passiva dixit* Lucret. 3, 692 Namque ita connexa st per venas, viscera, nervos, Ossaque, vti dentes quoque sensu participentur. *i. Sensus participes sint.* Lambinus.

**PARTICIPATVS**, a, um. Part. Treb. Poll. Gallien. c. 12 Imperio participato. Participato inuicem consilio Cyprian. Epist. 1, 2.

Iustin. 34, 2, 8 Regno cum fratre participato. Papinianus in l. Mater. §. In eum. D. Si quis omis. cau. testa. etc. Si fraudis consilio cum heredibus scriptis participato, legitimam hereditatem solus possideat.

**PARTICIPATIO**, ōnis. f. Spartian. in Iulian. c. 6 Participatio imperii. August. Octing. Quaest. 24 Boni immutabilis participatio. Varr. de Philos. in fragm. p. 172 Assumere socium ad participationem boni.

**PARTICIPATVS**, ūs. m. Idem. Spartian. Seuer. c. 8 Cum Seuerum ad participatum vocaret. Capitol. in Vero c. 3 Participatum imperatoriae potestatis indulto. Idem in Opil. Macr. c. 5 In participatum adsciscere.

**PARTICIPATOR**, unde **PARTICIPATRIX**, icis. f. Vet. interpr. Iren. 5.

**PARTICIPALIS**, e. Adf. Leg. vn. pr. Dig. de Off. praef. Praetor. Adsociati participales curae. Varro de L. L. 9, 2 extr. ait, Verba, quae declinantur cum temporibus et casibus, vocari a multis participalia.

**PARTICIPIVM**, i. n. [μετοχή] *Vox ficta a Grammaticis, quae partem orationis significant, quae partem capit a Nomine, partem a Verbo.* De hac vide Priscianum, Varr. de L. L. 7, 32. Et 8, 63. Quinctil. 1, 4 et 5. Arnob. 1 p. 35. Apul. de Syllog. Cat. et alios abunde tractantes. Quinctil. 9, 3 Vtimur et Verbo pro Participio: vt, — magnum dat ferre talentum. tanquam Ferendum. Et Participio pro Verbo: vt, Volo datum.

**PARTICIPIALIS**, e. Adf. Quinct. 1, 4, 29 *De Verbis et Verborum appellationibus:* Nam vt noctu et diu, ita et dictu et factu. Sunt enim haec quoque Verba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoque.

**PARTICIPIALITER**. Adu. *occurrit apud Fest. in voce Ostentum et in Torrens.*

**PARTILIS**, e. Adf. *Dictio frequens Iulio Firmico, et caeteris mathematicis.* Partilis aspectus, quum a stella ad stellam immorantur tot caeli partes, quot configuratione ipsam constituunt. Verbi gratia, quum ascendente ab ortu prima arietis parte, ab occasu praecipitat se in hemisphaerium inferius pars Librae prima. Ammian. 14, 11 Generali potentia partilibus praesidens fatis. Conf. Claud. Mamert. 1, 18. et Augustin. de Trin. 12, 9.

**PARTILITER**. Adu. *Cui opponitur Generaliter.* Firmicus 4, 9 Nunc genera explicanda sunt omnia, quae veloci cursu suo perficit Luna, vt et partiliter, et generaliter cuncta videamur explicasse. Et c. 10 Sed haec tum facit, si partiliter in cardinibus fuerit collocatus. Si enim generaliter fuerit inuentus, etc. Partiliter, *cui opponitur Platicae.* Firmicus 4, 10 Si vero in signis cardinum, non partiliter, sed platicae fuerint inuenti, mediae felicitatis incrementa decernunt. Vid. PLATICVS.

Partiliter, *i. Per partes.* Arnob. Adu. Gent. 6 p. 192 Hoc est enim proprium deorum, complere omnia vi sua, non partiliter vsquam, sed vbique esse totos. Add. ib. p. 204. it. l. 1 p. 8. Partiliter possidet August. de Trin. 12, 9.

**PARTIM**. Adu. [κατὰ μέρος, τὸ μέρος, τὸ μέρος δὲ] *Ex parte, vel Pro parte: et fere in oratione geminatur.* Cic. Fam. 2, 8 Vt eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum poeniteret. Idem Acad. 4, 12 Itaque quum totum iter et nauigationem consumsisset, partim in percontando a peritis, partim in rebus gestis legendis, etc. Ib. 134 Homuncio hic, qui multa putat praeter virtutem homini partim clara esse, partim necessaria. Partim ficta aperte, partim effutita temere Apollinis operta Cic. de Diuin. 2, 113. Partim deseruerunt me amici, partim prodiderunt Idem Q. Frat. 1, 3. Idem pro Cluent. 88 c. 32 Partim ruinae similia aut tempestati, quam iudicio et disceptationi fuisse, partim nihil contra Auitum valere, partim etiam pro hoc esse, partim, etc. Partim — partim — non nunquam Scrib. 53. Cic. Verr. 2, 142 c. 65 De quo homine auditum est vnquam, quod tibi accidit, vt eius in prouincia statuac in locis publicis positae, partim etiam in aedibus sacris, per vim, per vniuersam multitudinem deiicerentur. Orba pedum partim Lucret. 5, 838. Nec minimum partim ex agris aegrotis in urbem confluxit, etc. Idem 6, 1258. Hic Partim, *semel est positum, quod vsitatum est bonis scriptoribus.* Partim fugiendas nimias amicitias Cic. de Amic. 45. Plaut. Perf. 3, 3, 29 Quod partim faciunt argentarii. Partim hominum, *inquit Gellius 10, 13 venerunt, plerumque dicitur, quod significat Pars hominum venit, id est quidam homines.* Nam Partim hoc in loco Adverbium est, neque in casus inclinatur: sicuti, *Cum partim hominum dici potest, i. e. Cum quibusdam hominibus, et quasi cum quadam parte hominum.* Cato in oratione de re Floria, ita scripsit, *Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subrepsitavit e conuiuio: cum partim illorum iam saepe ad eundem modum erat.* Imperitiores autem, *Cum partim legunt tanquam declinatum sit quasi vocabulum, non dictum quasi Adverbium.* Sed Q. Claudius, XXI annal. insolentius paullo hac figura est ita vsus, *Eum enim cum partim copiis hominum adolescentium placentem sibi.* Item Q. Claudii in vicesimo tertio annali verba haec

sunt, Sed idcirco me fecisse, quod utrum negligentia partim magistratum — euenisse dicam, nescio. *Hactenus Gellius. Forte accuratius illi, qui Partim antiquum Accusatum agnoscunt. Certe Parti Ablatio* visitur aliquoties Lucretius v. g. 1, 1104 Nam quaecunque prius de parti corpora cessa (cessisse) constitues, etc. Sic Plaut. Men. 3, 2, 14. Partim igitur ponitur Graeco more pro secundum partem. Gr. μέρος, κατά μέρος. Cuique Latini Articulo careant, ea res duriores aliquantum locutiones parit. Sic, Quorum partim inuitissimi Nep. 25, 7, 2. Conf. Idem 14, 10, 2 cum Nor. Ter. prol. Hec. 14 In his, quas primum Caecilii didici nouas, partim sum earum exactus, partim vix steti. Vbi Donatus, Partim sum earum exactus: pro In aliis. Et simul splendida locutio est. Partim Aduerbum est. Partim et in commune opp. quae in medio constituta, et non, partim, sed in commune conducunt Lat. Pac. Paneg. Theodof. c. 21. Causarum partim in iudiciis versari, partim in deliberationibus Cic. de Orat. 1 c. 31. Idem Off. 2, 72 Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, vt ad vniuersos ciues pertineant, partim vt singulos attingant. Alterius factionis principes partim interfecerant, alios in exilium eiecerant Nep. 16, 1, 4. Bestiarum autem terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi ancipites, etc. Cic. de N. D. 1 c. 37. Sallust. Iugurth. c. 44 Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium inuidia pericula metuentes. Idem Iugurth. 13 et 22. et 42. 44. 85. 94. Idem Catil. c. 51. Conf. Alciat. Parerg. 7, 20.

PARTIO, iui, itum, ire. [μερῖον] *Att. Diuido.* Lucret. 5, 683

Aut quia Sol idem sub terras, atque superne,  
Imparibus currens anfractibus aetheris oras  
Partit: et in partes non aequas diuidit orbem.

Plaut. Afin. 2, 2, 5 Praedam pariter cum illis partiam. Idem Mil. 3, 1, 112 Mea bona mea morte cognatis dicam, inter eos partiam. Id. Amph. 4, 3, 1 Vos inter vos partite. Ennius, Eandem me in suspitionem sceleris partiuit pater. *Hunc locum et alia Lucilii, Afranii atque Accii retulit Nonius 7, 33 et 64. Passiu. Cic. Orat. 188 Pes, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria. Vistatius tamen*

PARTIOR, itus sum, iri. Depon. Vt Cic. pro Rosc. Com. 53 c. 17 Si quod vniuersae societatis fuisset, petisset, quod tum redactum esset, aequaliter omnes partirentur: nunc, quum petierit, quod suae partis esset, non, quod abstulit, soli sibi exegit? Discrimen ac periculum ex aequo partiemur Tacit. Hist. 2, 77. Caes. Bell. Ciu. 3, 82 Cum Scipione honorem partitur. Aerarium cum aliquo partiri Cic. pro Domo 23. Causas cum Hortensio partiebatur Cicero: vt ipse dicit de Clar. Orat. 190 c. 51. Curas partiri cum aliquo Virg. Aen. 11, 822. Cic. de Vniuers. 19 c. 7. Sunt enim omnia in quaedam genera partita. Socios partitur in omnes Virg. Aen. 1, 194. In

45 membra aliquid partiri Cic. de Vniuers. 19 c. 7. Partiri inter, Caes. Bell. Ciuil. 1, 38 Officia inter se partiuntur. Quum partirentur inter se, qui capitolium, qui rostra, qui vrbs portas occuparent Cic. Phil. 14, 15 c. 6. Antiqui Partio eandem constructionem obseruauimus ex Plauti Mil. 3, 1, 112. Amorem aeternum partiri Stat. Silu. 2, 1, 208. Partiri hominem per vices, pro Vicissim possidere Plin. Epist. 3, 1. Bona sua partiri Cic. Verr. 1, 113. Campum partiri limite Virg. Georg. 1, 126. Partiri est etiam vox auguralis: e locis enim eminentioribus, unde liber esset caeli conspectus, partiebatur augur et designabat lituo caeli regiones. Vid. Stat. Theb. 3, 496. Et 8, 279.

PARTIENS, entis. Part. Iustin. 1, 3, 2 Pensa inter virgines partiens. Phaedr. 3, 9, 13 Dulcemque in ambos caritatem partiens. PARTIENDVS, a, um. Part. Cic. in Vatin. c. 5 Partienda mercies. Et pro Sulla 10 c. 3 Partienda inuidiae causa. Et de Fin. 1, 22 Tollit definitiones: nihil de diuidendo et partiendo docet.

PARTITVS, a, um. Part. [μεριστικός] Vires socias partitus, Actiue Sil. 7, 520. Hor. Serm. 2, 5, 82 — Tecum partita lucellum, sc. Penelope. ¶ 2 Passiu. Cic. de Orat. 3 c. 30 Paulo secus a me atque ab illo partita sunt. Animi natura partita per artus, i. Distributa, Lucret. 3, 710. Foedera partita lecti Ouid. de Arte Am. 3, 593. Soni partiti per tria ora Propert. 4, 10, 10.

PARTITE. Adu. [μεριστικῶς] Diuise. Cic. in Orat. 99 c. 33 Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, etc.

PARTITIM. Adu. Idem. Claud. de Laud. Stilic. 1, 30 — Partitum singula quemque Nobilitant. Vid. Barb. p. 189.

PARTITO. Aliud Adu. Vlp. tit. 24 Maenius haeres meus cum Titio hereditatem meam partito diuidito.

PARTITIO, ōnis. f. [δοσιδος, μερισμός] Cic. Verr. 4, 121 In hac partitione ornatus. Aequabilis praedae partitio Idem Off. 2, 40 c. 11. Vrbs Italiaeque partitio Cic. Philipp. 13, 13. Ex partitione pecunia debetur Idem pro Caecin. 13. Facta non fortuito, nec temere partitio Idem pro Sull. 13. Vlpian. l. 164 ff. de V. S. Partitionis nomen non semper dimidium significat, sed prout est adiectum. Potest enim iuberi aliquis et maximam (quid si millesimam) partiri: posse (f. potest) et vicesimam, et tertiam, et prout libuerit. Sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Partitiones Rhetorum (quas Graeci μεριστικῶς vocant) sunt Diuisiones thematum in manus et digitos. Vi. Turneb. ad Quinct. 1, 2. et ad 2, 5 pr. nos vulgo Diuisiones vocamus. f. dispositiones. Articulosa partitio, Vid. ARTICVLVS.

PARTITOR, ōris. m. [μεριστής] Cic. in Vatin. 12 c. 5 Quum te non custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares. Gloss. Cyril. μεριστής, partitor.

PARTIARIVS, a, um. Adi. Sic dici viderur Colonus, siue alius quis, cum quo aliquid commune habemus, et partimur. Gaius l. 25 §. 6 ff. Locati, Partiarius colonus quasi societatis iure et damnum et lucrum cum domino fundi partitur. De hoc Plin. Epist. 9, 37 cum de fraudibus colonorum dixisset, Medendi vna ratio, si non numo, sed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos exactores operis custodes fructibus ponam. Cato de R. R. 16 Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit et coquit. Et 137 Redemptorem partiarium dici, volunt ex lemmate antiquo. Verum utroque in loco rectius pro Aduerbio sumi videtur, vt ad c. 137 adnotauimus. Iustin. §. 5 de fidei commissi. hered. Legatarius partiarius est is, cui pars bonorum legabatur, quae species legati partitio vocabatur. Metaph. Partiarii erroris Iudaei, i. Participes Tertull. adu. Marc. 3, 16. Apul. Met. 4 p. 156 Cum mortali puella partiario maiestatis honore tractor. Id. 8 p. 213 Domi promiscui operis partiarios agebant concubitus. Ita, Pecora partiaria, Quorum fetus inter dominum et pastorem diuiduntur L. si pascend. 8 Cod. de Pactis. Sed vid. mox PARTIARIO.

PARTIARIO, ōnis. m. f. [μεριστικός] Cic. Verr. 4, 121 In hac partitione ornatus. Aequabilis praedae partitio Idem Off. 2, 40 c. 11. Vrbs Italiaeque partitio Cic. Philipp. 13, 13. Ex partitione pecunia debetur Idem pro Caecin. 13. Facta non fortuito, nec temere partitio Idem pro Sull. 13. Vlpian. l. 164 ff. de V. S. Partitionis nomen non semper dimidium significat, sed prout est adiectum. Potest enim iuberi aliquis et maximam (quid si millesimam) partiri: posse (f. potest) et vicesimam, et tertiam, et prout libuerit. Sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Partitiones Rhetorum (quas Graeci μεριστικῶς vocant) sunt Diuisiones thematum in manus et digitos. Vi. Turneb. ad Quinct. 1, 2. et ad 2, 5 pr. nos vulgo Diuisiones vocamus. f. dispositiones. Articulosa partitio, Vid. ARTICVLVS.

PARTITOR, ōris. m. [μεριστής] Cic. in Vatin. 12 c. 5 Quum te non custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putares. Gloss. Cyril. μεριστής, partitor.

PARTIARIVS, a, um. Adi. Sic dici viderur Colonus, siue alius quis, cum quo aliquid commune habemus, et partimur. Gaius l. 25 §. 6 ff. Locati, Partiarius colonus quasi societatis iure et damnum et lucrum cum domino fundi partitur. De hoc Plin. Epist. 9, 37 cum de fraudibus colonorum dixisset, Medendi vna ratio, si non numo, sed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos exactores operis custodes fructibus ponam. Cato de R. R. 16 Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit et coquit. Et 137 Redemptorem partiarium dici, volunt ex lemmate antiquo. Verum utroque in loco rectius pro Aduerbio sumi videtur, vt ad c. 137 adnotauimus. Iustin. §. 5 de fidei commissi. hered. Legatarius partiarius est is, cui pars bonorum legabatur, quae species legati partitio vocabatur. Metaph. Partiarii erroris Iudaei, i. Participes Tertull. adu. Marc. 3, 16. Apul. Met. 4 p. 156 Cum mortali puella partiario maiestatis honore tractor. Id. 8 p. 213 Domi promiscui operis partiarios agebant concubitus. Ita, Pecora partiaria, Quorum fetus inter dominum et pastorem diuiduntur L. si pascend. 8 Cod. de Pactis. Sed vid. mox PARTIARIO.

PARTIARIO, ōnis. m. f. [μεριστικός] Cic. Verr. 4, 121 In hac partitione ornatus. Aequabilis praedae partitio Idem Off. 2, 40 c. 11. Vrbs Italiaeque partitio Cic. Philipp. 13, 13. Ex partitione pecunia debetur Idem pro Caecin. 13. Facta non fortuito, nec temere partitio Idem pro Sull. 13. Vlpian. l. 164 ff. de V. S. Partitionis nomen non semper dimidium significat, sed prout est adiectum. Potest enim iuberi aliquis et maximam (quid si millesimam) partiri: posse (f. potest) et vicesimam, et tertiam, et prout libuerit. Sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Partitiones Rhetorum (quas Graeci μεριστικῶς vocant) sunt Diuisiones thematum in manus et digitos. Vi. Turneb. ad Quinct. 1, 2. et ad 2, 5 pr. nos vulgo Diuisiones vocamus. f. dispositiones. Articulosa partitio, Vid. ARTICVLVS.

- PARTIARIO.** Adu. Apul. Met. 9 p. 229 Cum vxore mea partiario tractabo. Cato R. R. 16 Calcem partiario locare, Et 137 ut modo vidimus. Etiam I. Si pascenda 8 C. de Pactis, partiario legit Hosomannus, nempe sic: Si pascenda pecora partiario (id est, ut fetus eorum portionibus, quibus placuit inter dominum et pastorem diuidantur) Apollinarem suscepisse probabitur, etc. Lex est Antonini.
- PARTIATIM.** Adu. Cael. Aurel. Acut. 1, 11.
- PARTIBILIS,** e. Adi. Quod in partes potest diuidi. Claud. Mamert. 1, 18 Animam partibilem putant.
- PARSIMONIA,** vid. PARCO.
- PARTHAON,** ōnis. m. [Παρθαίων] Pater fuit Oenei, regis Aetoliae, auus Deianirae. Ouid. Met. 9, 12 Accipe me generum dixi, Parthaone nate, Dixit et Alcides. Verba sunt Achelot, pugnam inter se et Herculem propter nuptias Deianirae commemorantis.
- PARTHAONIVS,** a, um. Adi. Parthaonia domus, i. Meleagri familia Ouid. Met. 8, 541. Parthaonia Stat. Theb. 1, 670 est ipsa Aetolia Parthaoni regnata.
- PARTHENIA,** ae. f. Infula Samos quondam dicta Plin. 5, 31.
- PARTHENIATAE,** vid. TARENTVM.
- PARTHĒNIAE,** arum. m. Pl. Ita dicti Tarentini, ob nosam materni pudoris. Vid. historiam vel fabulam Iustin. 3, 4, 7. et 20, 1, 15. Conf. Lactant. 1, 20.
- PARTHĒNICE,** es. f. Herba, cui sponsam formosam comparat Catull. 60, 194 Alba parthenice velut Luteumque papauer.
- PARTHENICON,** i. n. [παρθενικόν] Herba Pulegium. Apul. de Herb. c. 92.
- PARTHENIS,** idis. f. Herba, al. Artemisia. Plin. 25, 7 f. 36 Mulieres quoque hanc gloriam affectauere (ut herbis darent nomina) in quibus Artemisia vxor Mausoli, adoptata herba, quae antea parthenis vocabatur.
- PARTHENIVM,** i. n. [παρθένιον] Aliqui Amaracum appellant, herba est foliis Coriandri, tenuibus, flore per ambitum albo, intus melino, odore subuiroso, sapore amaro. Eius figuram, naturam, atque vires explicat Dioscorides 3, 138. et ad eum Matthioli. Conf. Plin. 21, 30. et 22, 35 17. et Celf. 2, 33. Apul. de Herb. c. 81.
- PARTHENIVS,** i. m. [Παρθέτιος] Fluuius est in Ponto et Bithynia: item in Taurica regione. Auctor est Strabo. Rapax Parthenius Ouid. ex Pont. 4, 10, 49. Conf. Plin. 6, 2. ¶ 2 Sed est etiam mons Arcadiae, vnde
- PARTHENIVS,** a, um. Adi. [Παρθέτιος] Saltus Parthenii Virg. Ecl. 10, 57. Antra Propert. 1, 1, 11. Lustra Claud. de Rapt. Proserp. 2, 241. Nemus Stat. Theb. 4, 285. Vallis Ouid. Epist. 9, 49.
- PARTHENIANVS,** a, um. Possessiu. Martial. 9, 50 Haec toga iam non est Partheniana, mea est.
- PARTHĒNOPE,** es. f. [Παρθένοπη] Vna Sirenum, quae nomen vrbi dedit antiquum Neapoli. Sil. 12, 33 Sirenum dedit vna suum ac memorabile nomen Parthenope muris Acheloias. Hinc Poetae illo nomine vtuntur pro vrbe. Dulcis Parthenope Virg. Georg. 4, 564. Nata Parthenope in otia Ouid. Met. 15, 712. Non rara colonis Stat. Silu. 3, 5, 79.
- PARTHENOPEIVS,** a, um. Adi. [Παρθένοπιος] Ouid. Met. 14, 106 Parthenopeia moenia, i. Neapolitana.
- PARTHENOPEVS,** i. m. [Παρθένοπιός] Teste Seruio, Melanippae et Martis, siue Melanionis (Minalionis) filius, rex Arcadiae, qui Thebana bella puer admodum petiit. Hic in bello Troiano perit, eumque apud inferos vidit Aeneas. Virg. Aen. 6, 480 Hic illi occurrit Tydeus, hic inclutus armis Parthenopaeus, et Adraasti pallentis imago. Martial. 9, 57 Non iaculo, non ense fuit, laesus sagitta, Casside dum liber Parthenopaeus erat. Nempe ob pulchritudinem omnes illi parcebant. Ab hac videtur ipsum nomen, quasi virginis vultus iuuenis. Parthenopaeum multis verbis commemorauit Stat. Theb. 4, 248 etc. sed matrem fuisse Atalantam inquit, patris mentionem nullam faciens. Nec mirum est de patre disputari, cum Atalantae plures, inexplicabili confusione misceantur, ut suo loco indicauimus.
- PARTHI,** orum. m. [Πάρθια] Populus Orientis a quo Parthia. Hi lingua Scythica Exules dicuntur, sicut refert Iustin. 41 pr. docens ab exulibus Scytharum, Parthorum imperium fuisse deductum. Inuasit haec gens post mortem Alexandri M. imperium orientis, quod ille destruxerat, duce Arsace, a quo tempore rerum illarum dominos, Parthos non Persas appellant, cum accurate loqui volunt, historici: donec circa A. C. 230 Artaxerxes Persis vetus imperii decus vindicauit. Sed illud discrimen saepe negligi, certum est. Vid. Dodw. Diff. de Isidoro Charac. c. 4 p. 62. Spanb. ad Iuliani Or. 1 p. 123. 149. Mendacior Parthis, vid. MENDAX. Populi Parthorum Virg. Georg. 4, 211. Animosus Parthus versis equis Hor. Carm. 1, 19, 11. Feroces Idem ib. 3, 2, 3. Fidens fuga Virg. Georg. 3, 31. Fugax Ouid. Rem. Amor. 155. Leues Virg. Georg. 4, 211. Sagittiferi Catul. 11, 6.
- PARTHICVS,** a, um. Adi. [Παρθηικός] Luxuries Claud. in Eutrop. 1, 342. Damna Lucan. 1, 106. Parthicus cognominatus est primum Traianus, vid. Dio 68 p. 781 D. Dein Antonius Philosophus vna cum Lucio Vero fratre, vid. Capitolin. c. 9. Postea Imperatores multi, vid. Spanbem. de Praest. Num. diff. 6 p. 526.
- PARTHIARI,** orum. m. Sunt Parthicarum pellium Ibericarum, f. Sibericarum, negotiatores, Parthici mercatores. Alciat. in l. negotiantes Parthiarii. de excusat. muner. lib. X. C. Al. Particarii. Vid. Is. Voss. ad Catull. p. 190.
- PARTICEPS, PARTICIPIVM, PARTICVLATIM, PARTICVLATIO, PARTICVLO, PARTIM, PARTIOR,** etc. Vid. PARS.
- PARTVLA,** ae. f. Septimio Florenti dea erat, quae puerperis praesse credebatur, quae quidem non alia est, quam illa siue Gellii, siue Varronis Parca, quam quasi partam, mutato T in C, vocatam dicunt. Tertullian. de Anima c. 37 Haec aestimando etiam superstitione Romanam deam finxit Alemonam, alendi in vtero fetus, et Nonam et Decimam a sollicitioribus mensibus, et Partulam, quae partum gubernet, et Lucinam, quae producat in lucem: nos officia diuina, angelos credimus.
- PARTVNDATA,** vid. PERTVNDATA.
- PARTVRI,** vid. PARTVS, vid. PARIO.
- PARVIFACIO,** et **PARVIPENDO,** vid. PARVVS.
- PARVILIS,** idis. f. Auctore Paulo Aegineta, est Inflammatio circa partem aliquam gingiuarum, quae non soluta suppuratur. Celf. 6, 13 Solent etiam interdum iuxta dentes in gingiuis tubercula quaedam oriri dolentia, παρυλιδας Graeci appellant. Quo in loco nonnulli παρυλιδας legunt, alii παροδοντιδας; sed utrumque falso, quum de Parotidibus



*bic non fit locus, et apud Graecos medicos nulla affectio Parodontis apellatur: at vero παραλδαι omnes agnoscunt. Parulides igitur sunt inflammationes in aliqua gingiuarum parte factae: quae nisi discussae fuerint, suppurant, et quum suppurauerint, secantur, insertisque linamentis aperiantur. Vid. Marcell. in lib. 5. Diosc. et Cornarium in vlt. cap. lib. 5. Galeni, De compositione Pharmacorum secundum locos. Recepta iam lectio est παραλδαι.*

**PARVM.** Adu. [*μικρὸν, ὀλίγον, βραδύν*] Cum Adu. Paruum magnam habet similitudinem et affinitatem. Vlpian. in l. Sed etsi §. vlt. D. Ad leg. Aquil. Sutor, inquit, puero discenti ingentio filiofamilias parum bene facienti, quod demonstratum erat, forma calcei ceruicem ita percussit, vt oculus puero perfoderetur. Parum splendoris Hor. Epist. 2, 2, 11. Non parum, vid. NON. Parum malae rei Plaut. Merc. 4, 2, 2. Parum castus Hor. Carm. 1, 12, 59. Parum claris dare lucem Idem de Arte Poët. 448. Parum comis Idem Carm. 1, 30, 7. Parum commode Plin. Epist. 2, 15, 2. Parum decorum silentium Hor. Carm. 4, 1, 36. Parum diligenter aliquid facere Cael. ad Cic. Att. 10, 9. Cic. Tusc. 1, 109 Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae perfecto functus est munere. Firmus parum Hor. Epod. 1, 16. Parum firma sunt equidem, quae de fratre meo scribis Cic. Att. 10, 11. Parum felix matrimonium, sterile Plin. Epist. 10, 95, 2. Parum laeta frons Virg. Aen. 6, 863. Parum locuples Hor. Carm. 2, 18, 22. Cic. Att. 10, 11 Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas. Parum prudens Ouid. ex Pont. 2, 10, 15. Parum pudicus Catull. 17, 4. Parum vtiliter Plin. Epist. 10, 39. Accipere parum, vid. ACCIPIO. Ter. Adolph. 5, 9, 36 Quae vos propter adolescentiam Minus videtis, magis impense cupitis, Consulitis parum. Plaut. Trin. 5, 2, 61 Nam si pro peccatis centum ducat vxores, parum est. Facite, vt caeteris posthac idem liceat, licebit. at hoc parum est: permittite, vt liceat quanti quisque velit Cic. Verr. 3, 221 c. 95. Non nocuisse parum est: prodest quoque Ouid. Fast. 2, 415. Add. Id. Her. 3, 25 Nec repetisse parum est: pugnas ne reddat. Gronou. ad Plin. 21, 13 plures id genus incrementi formulas refert. Parum est, vt in curiam venias, nisi et conuoces, et intersis Senatui. Plin. in Paneg. c. 60 pr. Parum etiam praetut futurum est praedicas Plaut. Amph. 1, 1, 218. Parumne est, Piso, quod tantum homines fefellisti, vt negligeres auctoritatem Senatus, optimi cuiusque consilia contenneres, Rempub. proderes, Consulare nomen affigeres? Cic. pro Sext. 32. Intelligere parum Plaut. Rud. 4, 4, 59. Parum meminisse quod concesserit Cic. de Inuent. 1, 88. Parum cauisse videri pronuntiat Magistratus, quum de consilii sententia capitis quem condemnaturus est. Fest. Sunt qui legant, Parauisse videri. Male, Scaligero iudice. Itane parum mihi fidem esse apud te Ter. Phorm. 5, 3, 27. Sed Bents. paruum fidem. Laudatur etiam Ter. Eun. 1, 2, 117 Forfan parum hic habeat mihi fidem. Verum hic quoque paruum Bents. qui etiam Plaut. Bacch. 3, 6, 41 Si pergis paruum mihi fidem arbitrarier laudat, vbi Gron. parum: vt et Pseud. 1, 5, 62 Cum apud te parum fiet fides. Et sane tantis MSS. praesidiis (quae laudat Paruus ad Terentium) nititur illud parum, vt eliminare durum sit. Neque laborat constructio: parum enim in talibus cum verbo iungendum, tanquam Aduerbium. Eadem ratio eius loci, qui laudatur e Sen. Controu. pr. Parum in illis habueris fiduciam. Parum id facio Sallust. Iugurth. 89. Ter. Andr. 4, 1, 47 Nisi id putas, quia primo Processit parum, non posse iam ad salutem conuerti hoc malum. Idem Phorm. 5, 1, 8 Certo edepol, nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt, meae nutricem gnatae video. Parum successit quod ago Ter. Andr. 4, 1, 55.

**PARVMPER.** Adu. [*διὰ μικρῶ, ἡρόσπαστον*] Paruo tempore, per aliquantulum tempus. Ter. Andr. 4, 2 extr. Tu Myfis dum exeo, parumper opperire me hic. Cic. de Amicit. 5 Tu velim a me animum parumper auertas. Parumper (inquit Festus) significat Paulisper; quasi Perparum, hoc est valde parum. Refertur autem ad tempus. Parumper Nonio 4, 385 et alibi, significat Cito et velociter. Virg. Aen. 6, 382 Pulsusque parumper Corde dolor tristi, gaudet cognomine terra. Cic. de Diuin. 1, 47 Discedo parumper a somniis, atque mox reuertar. Abducere parumper animum a molestiis Id. Att. 9, 3 (4) extr. Conticuit et ipse parumper, et caeteris silentium fuit Cic. de Orat. 3, 143 c. 35. Digredi parumper a causa Idem de Clar. Orat. 322. Lufit fortuna parumper Stat. Theb. 12, 35.

**PAVLVM, f. PAVLLVM.** Adu. dimin. [*πυρρὸν, ἡβραδύν*] a Parum, elisa litera canina. Ter. Andr. 5, 3, 32 Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri. Id. Eun. 4, 4, 18 Tace obsecro, quasi vero paulum intersit. Abesse paulum ab aliquo loco Cic. Acad. 1, 1. Addere paulum aliquid rei alicui Idem ibid. 1, 24. Decedere spatio paulum Lucret. 2, 219. Haesit paulum conterritus aspectu Virg. Aen. 3, 597. Leuari paulum grauitate valetudinis Cic. Fam. 6, 2. Immutare paulum aliquid Id. de Orat. 3, 177. Recreant paulum me tuae epistulae Idem Att. 9, 4. Non paulum, vid. NON Adu. Cic. de Nat. Deor. 2, 128 Nihil vt fere intreat, aut Admodum paulum, quod astrorum ignis et aetheris flamma consumat. De stellis. Paulum aliquid sedere in scholis, pro Exiguo tempore Quinctil. 12, 3 extr. Plin. 10, 49 Venere in Italiam Bebraiacensibus bellis Ciuilibus trans Padum, et nouae aues turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine. Cic. Fam. 1, 5 Quod sine vlla dubitatione (si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere) faciet. Paulum oppido inter se differunt Idem de Fin. 5, 33. Etsi a te paulum allatum est noui, i. Aliquid innouatum Cic. de Legib. Post paulum clarius ostendemus, in, etc. pro Paulo post, Quinctil. 2, 18. Paulum, in interrogatione, vim habet augendi, quasi dicas Multum. Ter. Andr. 4, 4, 55 Paulum interesse censes ex animo omnia, vt fert natura facias, an de industria?

**PAVLVS, f. PAVLLVS, a, um.** Adu. [*ἡβραδύς*] a Parum, quo rarissime vsi sunt auctores, praeterquam in Ablatiuo. Plaut. Bacch. 4, 8, 24 Pacifici cum illa paula pecunia potes. Titin. apud Non. 4, 47 Cocus magnum ahenum, quando feruit, paula confutat trua. Ter. Andr. 1, 5, 31 Dum in dubio est animus, paulo momento huc, illuc impellitur. Idem Adolph. 5, 4, 22 Paulo sumtu.

**PAVLO, f. PAVLLO.** Adu. [*ὀλίγον*] Idem significans quod Parum, vel paulum, vt vides in sequentibus exemplis. Cic. Verr. Act. 1, 20 Ego autem Aedilis, hoc est paulo amplius quam priuatus. [*πρὸ μικρῶ, μικρὸν πρὸ*] Cic. Att. 14, 22 Quum paulo ante ad te Cassii tabellario literas, V. Idus venit noster tabellarius, etc. Paulo ante, pro Dudum vel nuperrime. Cic. Verr. 4, 6 Nuper homines nobiles eiusmodi Iudices, et quid dico nuper? immo vero modo, ac plane paulo ante vidimus, etc. Benignius paulo Hor. Epist. 1, 17, 11. Si qua est paulo habitior Ter. Eun. 2, 3, 24. Liberius paulo vti aliqua re Cic.

Cic. in Orat. 82. Idem Verr. 4, 42 Nihil esse quod quisquam putaret se, quod isti paulo magis placeret, conseruare, aut domi retinere posse. Paulo magis, *pro Nimium*. Cic. de Clar. Orat. 83 Et lubenter verbis etiam uti paulo magis priscis. Paulo maiora canamus Virg. Ecl. 4, 1. Cic. pro Quint. 11 Sane caeterarum rerum paterfamilias et prudens et attentus, vna in re paulo minus consideratus. Sed paulo minus, *pro Propemodum, vel paene*. Suet. Tiber. c. 39 Quasi neque rediturus vnquam, et cito mortem etiam obiturus, quod paulo minus vtrumque euenit, *i. parum absuit, quin eueniret*. Suet. Tiber. Caes. c. 26 Verum liberatus metu, ciuilem se admodum inter initia, ac paulo minus quam priuatum egit, *i. parum absuit, quin priuatum, tantum non priuatum*. Gr. *μικρὸν δὲ*. Paulo mox, *Statim, cum paruo interuallo*. Plin. Et paulo mox calefactum vulnere imponatur. Est autem magnopere pertinens, sicut paulo mox docebimus Idem 18, 28. Paulo nimium redundantia verba Cic. de Orat. 2, 88. Nimium paulo, *15 vid.* NIMIS. Omissiores paulo ab re Ter. Ad. 5, 3, 45. Paulo plus audire de aliqua arte Auctor ad Herenn. 4. Paulo plures in Senatu maleuolos esse, quam gratos cognoui Cic. Fam. 15, 11. Paulo pluribus e partibus Lucret. 2, 485. Haud paulo plus, *vid.* H A V D. Plus paulo ubi addibit Ter. Heaut. 2, 1, 8. Cic. de Nat. Deor. 1, 30 De quo dicam equidem paulo post. Paulo post, *pro Paulo infra, vel Paulo minus*. Hirt. de Bell. Alex. c. 21 Hoc praelio desiderati sunt ex numero legionariorum militum circiter quadringenti: et paulo post eum numerum classarii et remiges, *i. Aliquantulo pauciores*. Paulo post magis Plaut. Pseud. 1, 3, 146. Post paulo, *pro Paulo post* Hor. Epist. 1, 6, 3. Post paulo *elegantius esse, docet Gronou. ad Liu. 22, 60. Et Burm. ad Quinctil. 2, 5 pr.* Plaut. Men. 4, 3, 7 Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem vt ferres, paulo prius. Cic. Att. 8, 12 Vt non solum gloriosis consiliis vtamur, sed etiam paulo salubribus. Sic MSS. Salubrioribus vsus alius postulare videtur, et ea res mouit forte Manutium, vt sic ederet. Sed etiam Ter. Heaut. 1, 2, 31 Paulo, qui est homo tolerabilis. Non paulo sapientior seruus, *i. Multo sapientior* Hor. Serin. 2, 3, 265. Cic. de Orat. 3, 117 Eadem enim sunt membra in vtrisque disputationibus, sed paulo secus a me, atque ab illo partita ac distributa. Tardior paulo Hor. de Arte Poet. 257. P A V L V L V M. Adu. [*ἐπιμικρὸν, παρὰ μικρὸν, μίωυδα*] Dimin. a Paulum. Ter. Adelph. 5, 8, 27 Agelli hic sub vrbe est paululum, quod locitas foras. Paululum abscede istinc Plaut. Afin. 5, 2, 75. Cic. Acad. 4, 128 Paululum ante dicendum est, Non mihi videntur considerare, quum physici ista valde affirmant, etc. Paululum quis pudor Ter. Andr. 4, 1, 6. Habeo paululum quod requiram Cic. Tusc. 5, 21. Ter. Eun. 5, 2, 17 Quid feceras? C. paululum quiddam. T. cho paululum imptidens? an paululum hoc esse tibi videtur, virginem vitare ciuem? Hoc paululum mane exarui Cic. ad Brutum. Paululum huic deest ad beatam vitam Idem Tusc. 5, 23. Paululum opperiri aliquem Ter. Eun. 5, 2, 51. Idem Heaut. 2, 3, 75 Vbi si paululum modo quid te fugerit, ego perierim. Sed paululum sine ad me vt redeam Idem Andr. 3, 5, 16. Respirare paululum Cic. pro Quint. 53.

P A V L V L V S, a, um. Adi. [*τρυφὴς*] Liu. 8, 11 Praetorem eorum nomine Milonium dixisse ferunt, pro paulula via magnam mercedem Romanis esse soluendam. Idem 35, 11 Nihil primo adspectu contentius, equi, hominesque paululi et graciles: discinctus et inerinis eques. Paululus et Polulus, *antiqui pronuntiabant*. Hinc apud Varronem de L. L. 4, 17 Polula res, etc. Et Cato de R. R. c. 10 Labellum polulum habet. Item c. 21 Laminae polulae. Sed 14, 2 Paulula pila, ubi triticum pinfant. 2 Paululo, *Substantiue*. Ter. Eun. 1, 1, 39 Si nequeas paululo, scil. Redimere. Idem Heaut. 3, 1, 35 Muliercula paululo tun erat contenta.

P A V L A T I M. Adu. [*κατὰ μικρὸν, κατὰ βραχὺ*] Dimin. a Paululum; *i. Sensim et leniter*. Ter. Adelph. 5, 6, 10 Paulatim plebem primulum facio meam. Cic. Fam. 8, 17 Cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit. Paulatim adnabam terrae Virg. Aen. 6, 358. Abolere paulatim Idem ibid. 1, 724. Carpit vires paulatim Idem Georg. 3, 215. Conf. Ecl. 4, 28. Crescunt omnia paulatim Lucret. 1, 190. Euanescere paulatim Idem 2, 827. Paulatim, *cum Genitiuo*. Cato c. 47 Aquae paulatim addito subigitoque pulchre, *b. e. Paululum, per interualla*.

P A V L V L A T I M. Adu. Apul. Met. 2 p. 121 *Elmenh.* Paululatim labellis minuens. Index *Elmenhorstianus docet, saepius eo usum Apuleium*.

P A V L I S P E R. Adu. [*διόλκως, πρὸςκαιρὸν*] *i. Paulum temporis, paulum admodum, vel paululum*. Ter. Adelph. 2, 2, 46 Paulisper mane. Ibidem 3, 3, 24 Congrum istum maximum in aqua finito ludere paulisper. Ouid. Trist. 2, 557 Atque vtinam renoces animum paulisper ab ira. Virg. Aen. 5, 847 Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo. Commoratus est paulisper, dum se vxor comparat, Milo Cic. pro Milon. 28. Deponere paulisper aliquid Idem Verr. 4, 53. Cacao paulisper Deposito Scribon. 213. Stetimus paulisper in illo ganeorum tuarum nidore atque fumo Cic. in Pison. 13. Suscipe paulisper meas partes Idem Fam. 3, 12. Pro Aliquamdiu. Plaut. Bacch. 3, 3, 12 Paulisper est libido homini, suo animo obsequi. Idem Pseud. 1, 1, 36 Quasi solstitialis herba paulisper fui.

P A R V N D A, ae. f. *Dea parientium, quam Terentius Lucinam vocat. Lilius in Miscellaneis Syntag. 1. Modo non pepererit illam Parundam falsa lectio Pertundae, ubi vid.*

P A R V S, i. f. *Auicula*. Parus enim quamuis per noctem tinniat omnem Auctor Philomelae v. 9.

P A R V V S, a, um. Adi. ex Graeco *παῦρος* [*μικρὸς*] *magni contrarium*. Paruus: vel puer, vel humilis, vel pauper Seru. ad Virg. Ecl. 7, 29. Nempe puer aetate, humilis honore, pauper opibus paruus est. Plin. 11, 37 Ab iisdem, qui altero lumine orbi nascerentur, Colclites vocabantur: qui paruis vtrisque, Ocellae. Cic. Verr. 1, . . . Quae maxime digna sunt eo reo, cui paruum ac mediocre obici nihil oporteat. Magnus aut paruus Hor. Serin. 2, 6, 95. Cic. de Orat. 2, 84 Sic etiam in paruis aut mediocribus rebus doctores assequi possunt, non idem sentio tanta in hac re tamque immensa posse fieri. Cic. pro Cluent. 94 c. 34 Haec autem apud Iunium parua, et infirma, et ipsius labore quaesita atque collecta. Ad opes, cognatos, affines, necessarios, clientes refertur. Componere parua magnis Virg. Georg. 4, 176. Paruum parua decent Hor. Epist. 1, 7, 44. A paruis, *vid.* A Praep. Aetate parui Suet. Aug. c. 48. Hi etiam simpliciter Parui dicuntur. V. g. Parui primo ortu sic iacent, tanquam ovinino sine animo sint Cic. de Fin. 5 c. 15. Romulus, quem inauratum in Capitolio, paruum atque lactentem, vberibus lupinis inhan-

- tem fuisse meministis Idem Catil. 3 c. 8. Te paruus fituos et bella loquentem Miretur Val. Flacc. 1, 269. Parui, femina, plebs, eques, senatus Stat. Silu. 1, 6, 44. Liquistis paruosque senesque Idem Theb. 7, 520. Vid. *Barth. ad Stat. Silu. p. 152 seq.* Alumni parui Hor. Carm. 3, 18, 3. Animi parui Id. Epist. 1, 17, 40. Beneficium non paruum suum commemorare Cic. pro Caecin. 26 c. 10. Carmen, *i. Humile* Hor. Epist. 2, 1, 257. Consuetudo Ter. Andr. 1, 1, 83. Corpus Hor. Epist. 1, 17, 40. Di, *pro Diis penatibus* Id. Carm. 3, 23, 15. Discrimen Virg. Aen. 3, 685. Dissensio inter nos est Cic. de Legib. 1, 8. Exercitatio non parua, *vid. NON Aduerb.* Ter. Eun. 1, 2, 117 Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat Fidem, *b. e. Nolet mihi credere.* Al. Parum. Filius male paruus, *Nimum, et cum deformitate paruus* Hor. Serm. 1, 3, 45. Infantes Lucret. 1, 187. Ingenium Plin. Epist. 6, 29. Cic. de Legib. 1, 17 Hoc ciuile quod dicimus, in paruum quendam et angustum Locum concludatur. Mercedes Hor. Serm. 1, 6, 86. Munera Idem Carm. 1, 28, 3. Nati Idem ibid. 3, 5, 42. Nauicula Cic. post Redit. ad Quir. 20. Nepotes Virg. Georg. 2, 514. Odoris parui amomum, *b. e. Imbecilli et pauci* Plin. 12, 13. Opusculum Cic. in Parad. 1. Pisciculi Id. de Nat. Deor. 2, 123. Pretio paruo rem aliquam vendere et alienare Idem Verr. 4, 134 c. 60. Pueri Hor. Epist. 1, 7, 17. Res est non parua Virg. Ecl. 3, 54. Rura Hor. Carm. 2, 16, 37. Aquinius, homo nouus, paruus Senator Hirt. de B. Afr. c. 57. Sodales parui, *non praepotentes, aut superbi titulis et imaginibus* Hor. Epist. 1, 7, 58. Teeta Senec. Hippol. 2. Tempore paruo Lucret. 5, 107. Vrbs Virg. Aen. 3, 276. Vsuram paruam exigui temporis bonae de me opinionis postulo, vt eam, si quae dixero, vobis probabo, perpetuo retineatis Cic. de Lege Agrar. 3, 2. ¶ 2 *Observationes:* Paruus, *pro Breui.* Ter. Andr. 1, 1, 83 Sic cogitabam, hem, hic paruae consuetudinis causa mortem huius fert tam familiariter. *Sic, Paruam noctem dixit* Lucan. 4, 476 et 528. *Est et ubi pro Paruum ab eodem ponitur, vt* 4, 239 Si torrida paruus Venit in ora cruor, redeunt rabiesque furorque. Paruus cruor, *i. Parum cruoris.* Parvoque lacte passus est, per quem nec ales esurit Sedul. de Christo. Parui et Ampli, *oppositi.* Hor. Epist. 1, 3, 28. *De re nullius momenti* Plin. in Paneg. c. 45 Nihil ante tam vulgare, tam paruum in Senatu agebatur, vt non laudibus principum immoraretur. Paruo opponitur Eximium et Praeclarum. Cic. Off. 1, 67 Et ea, quae eximia plerisque et praecleara videntur parua ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum est. Parua sunt foris arma, nisi est consilium domi Cic. Offic. 1 c. 22. *i. contemptibilia, nullius usus.* ¶ 3 *Substantiae:* Cic. de Finib. 2 Verum isto modo consequatur summas voluptates, non modo paruo, sed ferme nihilo, si potest. Assueta paruo iuuentus Virg. Georg. 2, 472. Beatus paruo Hor. Epist. 2, 1, 139. Contentus paruo, *vid. CONTENTIO.* Euntum paruo Hor. Serm. 2, 3, 156. Vivere paruo Idem ibid. 2, 2 *pr.* Idem 10, 41. Lucan. 4, 377. Parui aestimare, [*περι ὀλίγον ποιεῖσαι*] Plaut. Capt. 3, 5, 24. Cic. pro Arch. 14 c. 6 Pericula mortis atque exilii, parui esse ducenda. Nepos 18, 10, 4 Omnes prae illo parui futuros. *Sic* Ter. Hec. 5, 3, 1 Herus meus operam meam parui deputat Esse pretii. Parui ego illos facio Plaut. Milit. 4, 8, 41. Lacrimas parui pendere latrones confueuerunt Apul. Met. 4 p. 154. Ter. Hec. 3, 5, 63 Quae dico, parui pendunt. Cic. Att. 15, 3 Sed si ipsa parui pendimus, quin et maiora contemnimus. *Alii codices habent,* Sed sint ista parui: quin et maiora contemnimus. Parui putare et spernere Catull. ad Furium f. 20 (23) 25. Cic. pro Lege Manil. 55 Etenim illud primum parui refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare. Plin. 8, 33 Eminent rostrum, vt in paruo haud absimile suillo. Paruo vt Paullo, *cum Comparatio,* Plin. 2, 67 Circa Caspium quoque multa Oceani litora explorata, paruoque breuius quam totus hinc aut illinc Septentrio eremigatus, *b. e. Fere, vel parum abest, quin totus, etc.* ¶ 4 *Gradibus assollitur* Minor, et Minimus. *Sed tamen et Paruior, Comparatio* apud Cael. Aurel. Chron. 2, 1, 26 Volantum paruiores. *Sic* Paruissimus, *Superl.* [*ἄλαξιστος*] Lucret. 3, 200 Igitur paruissima corpora quanto Et leuissima sunt, ita mobilitate fruuntur. Idem 1, 609 Paruissima quaeque Corpora constabunt ex partibus infinitis. Ibid. 614. *Sic,* Rictus paruissimus Varr. apud Non. 6, 43. *Adde Festum in Spira, et Isidor. 4, 8 de Ordeolo. Ita et Cael. Aurel. Chron. 1, 1, 5 et 1, 1, 29.*
- PARVE. Adu. Vitruu. 9, 6 Parue per eos flectitur delphinus. *Superl.* Cael. Aurel. Acut. 2, 38 Paruissime aliquid memorare.
- PARVVLVS, a, um. Dimin. [*πυρρὸς*] Virg. Aen. 4, 328 — Si quis mihi paruulus aula Luderet Aeneas. Paruulus, *pro Puerule.* Quinctil. 5, 7 Excepta paruulorum iudicia. O manus olim mea, quae me paruulum saepe gestasti Idem Decl. 24. Ter. Eun. 5, 2, 53 Nutricem arcessitum iit, quae illam aluit paruulam. Sors paruulorum Iustin. 1, 4, 13. A paruulo, et paruulis, *vid. A Praep.* A paruulo studere duritiae et labori, *vid. A Praep. Conf. Barth. ad* Cirin v. 139. Causa paruula Lucret. 4, 194. Hor. Serm. 1, 1, 33 Paruula, nam exemplo est, magni Formica laboris. Cic. de Inuent. 2, 25 Defensor autem ex contrario primum Impulsionem aut nullam fuisse dicet, aut si fuisse concedet, extenuabit, et paruulam quandam fuisse demonstrabit. Brut. ad Cic. Fam. 11, 10 Reuertor nunc ad Antonium, qui ex fuga quum paruulam Manum peditum haberet incrimium, etc. Nauiculam paruulam conscendit Cael. Bell. Ciuil. 3, 104. Pecunia paruula, et Immanis, *contraria.* Cic. pro Rosc. Com. 23 Illa fuit pecunia immanis, haec paruula. Res paruula, *pro Re nullius momenti* Ter. Adelph. 2, 4, 10. Cic. pro Quint. 53 Si in paruula re captionis aliquid vererere, non statim ad Q. Aquilium. Successus Plin. 2, 23. Cic. de Inuent. 2, 19 Quare nos quidem sine vlla affirmatione, simul quaerentes dubitanter vnumquodque dicemus, nedum paruulum hoc consequimur, vt satis commode haec perscripsisse videamur. Cic. Acad. 4, 83 Sed vt miniam controuersiam, videte quaeso, quam in paruulis sitis.
- PARVVLVM. Adu. [*πυρρὸν*] Plin. Epist. 8, 14 Quia paruulum refert an idem displiceret, quibus non idem placuisset. Acquirere paruulum de nocte Idem ibid. 9 vlt. Ligni inest paruulum Idem 15, 24. Recolligere paruulum Iustin. 23, 4, 8.
- PARVITAS, atis. f. [*μικρότης, σμικρότης, λεπτότης*] Columella praef. 10 Tamen eadem tam exigua sunt, vt (quod aiunt Graeci) ex incomprehensibili paruitate arenae funis effici non possit. Cic. de Vniuers. c. 13 Haud iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus, quae cerni non possent propter paruitatem, crebris quasi cuneolis inliquefactis, vnum efficiebant ex omnibus corpus. Gell. 1, 3

Has tamen et paruitates rerum et magnitudines. ¶ 2 *In modestiae* ἡδαι pro Tenuitate ingenii viriumque Val. Max. in Profl. Mea paruitas eo iustius ad fauorem tuum decurrerit. Ita Hieron. Epist. ad Tranquill. Quia meae paruitatis quaeris sententiam. Conf. Sidon. Epist. 7, 9.

PARVVLITAS, ātis. f. *Vox inclinatae Latinisatis apud Com-* modian. Instruct. 6 p. 6.

MINOR et MINVS. [ἐλάττων] Compar. a Paruus. Censor ca-

stigatorque minorum Hor. de Arte Poët. 174. Cic. de Amicit. 32 Tu vero perge Laeli: pro hoc enim qui minor est natus, iure meo respondeo. Idem Verr. 2, 61. Ne quis minor triginta annis natus.

Conf. Idem Ac. Qu. 4 c. 19. Nep. 23, 3, 2. Minor quam quinque et viginti annorum Cels. in l. Cum minor. D. de minorib. Minor annis viginti quinque Vlp. l. Denique. D. de minor. Minor annis Vlp. in l. Verum §. vlt. D. de minor. Minor, absolute Vlp. in l. Denique. D. de minor. Nunc fama minores Italiam dixisse Virg. Aen. 1, 532. i. *Pisteros*. Virtute et honore minores Hor. Epist. 2, 1, 183.

Minor certare i. *in certando, vel certamine* Hor. Sat. 2, 3, 313 An quodcumque facit Maecenas, te quoque verum est (i. *conuenit facere*) Tantum dissimilem, et tanto certare minorem. Animus minor 20

Idem Carm. 2, 11, 11. Cura non minor Virg. Aen. 5, 803. Dominus minor Plin. Epist. 7, 23. Ter. Eunuch. 2, 2, 58 Sed video herilem Filium minorem huc aduenire Plaut. Amphit. 1, 2, 22. Cic. Fam. 9, 21 Sed tamen mi Paete, quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quemquam vnquam nisi plebeium fuisse? fuerunt enim Pa-

triciii minorum Gentium. i. *Quorum patres allesti erant e plebe in Senatuum*. Infamia minor vero Ouid. Met. 1, 215. Credens minore se Inuidia fore Nep. 18, 7, 2. Ira minor Ouid. ex Pont. 2, 8, 76. Mensura minor parua lacerta Idem Met. 5, 458. Metus Hor. Epod. 1, 17. Pontifices Liu. 22, 57. Suutus Hor. Serm. 2, 4, 85. Ver-

bis minoribus vti Ouid. Met. 6, 151. Virtus Idem de Arte Am. 2, 13. Ter. Heaut. 2, 3, 113 Quasi istic minor mea res agatur quam tua, i. *Quasi non tam mea inserst, quam tua*. Minoris vendere aliquid, pro *Minori pretio*. Cic. Verr. . . . Multo minoris vendidit non modo quam tu, sed etiam quam qui ante te vendiderunt. Add. 35

ib. 5 (3) 151. c. 64. Minoris dimidio Plin. 17, 7. Minoris aestimare Cic. Fam. 4, 5. Minore, int. vsura Idem Att. 1, 12 Nam a Caecilio propinqui minore centesimis nummum mouere non possunt, i. *accipere mutuum*. Minora dictu Plin. 11, 21. Minores Subst. vt

Maiores, *posteri*. Lactant. 2, 13, 7 Itaque ignorantiam diuinitatis minoribus suis reliquit. Virg. Aen. 8, 268 Ex illo celebratus honos, laetique minores Seruauere diem. Seruius ad h. l. *Minores* non dicimus, nisi vbi graduum deficit nomen, vt puta *filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos*: sicut etiam *Maiores* dicimus, post *patris, auis, pronui, abauis, atuique* vocabulum. Sed ab ipso Virgilio et aliis *sub-*

*tilitas illa refellitur*. ¶ 2 *Miner fuisse videtur antiquum nomen, vnde Minerimus, quod pro mimo dixerunt teste Festo: nempe vt veterimus ex veter: vt vidueras arguit, fuisse nomen viduer, etc.*

MINVS. Adu. *paullo post videbimus*.

MINORO, āre. *Minorem facere*. Tertull. de Anima c. 43. Vulg. 50 Interpr. 2Cor. 8, 15. Gloss. Lat. Gr. Minoro, ἐλάττω.

MINORATVS, a, um. Adi. Scaeuola in l. Cum venderet. D. de seruis exportand. Quos minorato pretio vendidit. Conf. Tertull. de Corona c. 14. et aduers. Iud. c. 14. et Chryzolog. Serm. 76.

MINORATIO, ōnis. f. *Status minor*. Fulgent. ad Donat. 55

MINIMVS, a, um. Adi. [ἐλάχιστος, μικρότατος] Superl. pro parvissimus. *Nugatorie* Plaut. Stich. 1, 2, 63 E malis multis, malum quod minimum est, id minimum est malum. Liu. 2, 38 extr. Minimus quisque natus Patrum. Add. Cic. de Orat. 2 c. 14. Sic Filius minimus Iustin. 42, 5, 6. Decus non minimum Hor. de Arte Poët. 286. Minimus digitus Plin. 11, 43. Prouocare aliquem minimo Hor. Serm. 1, 4, 14. Minimo digito, ait Acron, solent prouocare, qui volunt ostendere plus esse virium in suo minimo digito, quam in alterius toto corpore. Al. Schol. Minimo prouocare dicuntur hi, qui plus ipsis permittant (leg. promittunt) quam in responsione exigunt ab aduersario. Bentl. pro minimo legit numo probabili coniectura, quam pro more ornat egregie. Honor Ouid. Trist. 2, 76. Labor minimus Idem Met. 9, 674. Momenta minima Senec. Epist. 1. Munus Ouid. de Arte Am. 3, 652. Onus Idem Met. 14, 149. Parte ex minima Cic. Off. 1, 131. Pretii minimi homo Plaut. Afin. 5, 2, 8. Vna fit minima Scribon. 71. Plaut. Epid. 2, 2, 110 Quanti emi potest minimo? Ter. Eun. 1, 1, 30 Quid agas, nisi vt te redimas captum, quam queas minimo? ¶ 2 *Obseruatt. Superlatiuum ex Superlatiuo Graecorum more format* Arnob. 5 p. 160 et 166 Digitorum minimissimus. Minimum, Subst. Cic. de Amic. 46 c. 13 75

Itaque vt quisque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maxime. Idem de Senect. 45 c. 13. Et Acad. 1, 27 c. 7. Petron. c. 113. Sic Colum. 11, 3, 12 Minimum herbarum creat steruus asini. Minimum, ab Epicureis vocatur, Quo nihil minus esse potest, et ad quod quum peruentum sit, tum fiat cuiuslibet corporis secandi finis. Volebat enim Epicurus aliquid esse in rebus minimum, nempe corpora prima: quae scilicet iam secari, aut diuidi non possunt. Lucret. 1, 748 Nec prorsum in rebus minimum consistere quidquam. Vide quae a Cicerone disputantur sub Varronis persona de Finib. 1 vbi agit aduersus Epicurum. Lambinus. ¶ 3 *Substant.* Lucret. 6 85

¶ 17 Patibulum, Instrumentum vindemiarum. Cato 26. Vindemia facta, vasa torcula, corbulas, fiscinas, funes, patibula, fibulas iubeto suo quidque loco condi. Patibula, ex Turnebo Aduers. 6, 23 sunt Instrumenta et machinamenta duo scalata e diuerso in axiculum vnum capitibus suis coniuncta, diuaticatis ad imum cruribus. His in vindemia arborum potissimum opus est et altioribus iugis, hodieque in pergulana vite, vti homines nostri solent. Non desunt tamen, qui Seram et hic interpretentur. Add. Cat. c. 68. Mibi videtur, Patibulum etiam hic esse lignum iugi instar, in usu transuersum, humeris impositum, e cuius utroque extremo suspensus corbulas vuarum, subleuantibus se inuicem manibus humerisque, portabant facilius, ut hodie passim videmus aquam hamis ita gestari.

¶ 18 Patibulus, i. m. lectum apud antiquos. Non. 3, 189. Patibulum genere neutro: masculino Licinius — Deligat (f. deligate) ad patibulos; deligantur et circumferuntur, cruci desiguntur. Plautus Carbonaria, Patibulum ferat per urbem, deinde affigat cruci. Quid si me-

*si melius sit, quod cecidit in Thesaurio Stephanus, Patibulus ferar* — affigat. Sic etiam Lips. *Elect. 1, 18. Ut patibulus sit idem, qui patibulatus.* Sic certe Apul. Met. 4 p. 147, 4 de latrone Lamacho, cuius manum sensim immissam per foramen ianuae claustrum reuellendi gratia — dominus aedium grandi clauo — ad ostii tabulam affixerat, exitiabili nexu patibulum relinquens, *i. tanquam affixum patibulo, ut commouere se non posset.* Nam quod patibulatum edidit Floridus, e Scaligeri coniectura assumptum est. Caeterum ut a Lateo Latibulum est, in quo latet aliquis, ita a Pateo patibulum, in quo quis patet et expositus est ictibus.

**PATIBVLĀTVS**, a, um. Adj. Patibulo constrictus. Plaut. Mostel. 1, 1, 53 Ita te forabunt patibulatum per vias stimulis. Patibulati descriptionem dedimus ex Dionysio et Macrobio modo in **PATIBVLVM**.

**PATIENS, PATIENTER, PATIENTIA**, vid. **PATIOR**.

**PATĪNA**, ac. f. [*πατίνα*] Vasis genus, quo dapes elixae et iurulentae in mensam feruntur. Plaut. Capt. 4, 2, 66 Iuben' an non iubes affitui aulas? patinas elui? Baysius, Patina ab eo, quod pateat dicta est, quam Paullus Iureconsult. in l. Cum de Ianionis, De fundo instructo, inter culinaria videtur adscribere, Item cacabos et patinas instrumento fundi esse dicimus: quia sine his pulmentarium coqui non potest. Patinis utique, nisi si in auctorum obseruatione falsus sum, utebantur non solum ad coquendum pisces, et caetera id genus, quod auctore Plinio probatur 23, 2 ubi de faece sapae, Decoquitur, inquit, in patinis cum sale et adipe ad tumorem quoque maxillarum et ceruicium; sed etiam ferculi vice. Quum ferculum dico, vas ad ferendum opsonium vel pulmentarium intelligo. Et nisi me et lectorem decipio, eadem patina utebantur, et ad coquendum et ad ferendum opsonium, elixum praesertim.

Hor. Serm. 2, 8, 42 Affertur squillas inter muraena natantes, In patina porrecta. Patinam pro Ferculo posuit Horatius. Iuuenalis autem Sat. 4, 133 patinam rrombo coquendo non minus, quam inferendo parari iubet ingentem: Debetur magnus patinae, subitusque Prometheus, etc. Notatur et a Plin. 10, 51 Aesopi patina, in qua posuit aues cantu aliquo aut sermone vocales, HS sex singulas coemtas. Haecenus Baysius. Patinas, a Patulo dixerunt: ut pusillas, quod his libarent coenas patellas Varr. de L. L. 4, 25 extr. Grandes patinae Perf. 2, 42. Tortae in orbe Cumano Stat. Silu. 4, 9, 43 intelligit Fictiles. Tolerare patinam Hor. Serm. 1, 3, 80. Coenabat patinas omasi Idem Epist. 1, 15, 34. Tyrotarichi patina, vid. **TYROTARICVS**.

Animus in patinis, prouerbialiter dictum Ter. Eun. 4, 7, 46.

**PATINARIVS**, a, um. Adj. [*πατιναριος*] Quod in patina conditum vel repositum est. Plaut. Men. 1, 1, 26 Tantas struices concinat patinarias. Idem Afin. 1, 3, 28 Is habet succum, is suauitatem: eum quouis pacto condias, vel patinarium vel assum, vorses quo pacto lubet. Patinarius piscis, videtur esse Turnebo, qui non assatur, sed in patina e iure coquitur. Id ex Horatio (Serm. 1, 3, 80) intelligi potest. Si quis eum feruum, patinam qui tollere iussus, Semefos pisces tepidumque ligurierit ius.

¶ 2 Est etiam conuicium Patinarius, qui patinas curat et exercet, heluo. Suet. in Vitel. c. 17 Aliis incondiarium et patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante, etc. Quamquam hoc videtur dictum ad ingentem patinam Vitellii, de qua c. 13.

**PATIOR**, patēris, passus sum, pati. [*πάχω, κέμνω, ὑπομένω*] Sustinere, tolerare, sinere, eo animo ferre, quem adiuncta declarant. Ter. Andr. 1, 5, 27 Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo vsque adhuc. Plaut. Truc. 2, 1, 12 Si eget, necesse est nos patiatur ali.

Ex merito pati aliquid Ouid. Epist. 5, 7. Non Feram, non patiar, non finam Cic. Cat. 1 c. 5. Idem Verr. 5, 125 Patimur iam multos annos et filemus, quum videamus apud paucos homines omnes omnium nationum pecunias peruenisse. Aegre pati Plaut. Poen. 5, 2, 111. Cic. pro Rosc. Amer. Quare Facile omnes patimur esse quamplurimos accusatores. Non modo Facile paterer, sed etiam laetarer Idem Att. 16, 11. Et Planco Att. 16, 17 Non modo facile patiare, sed etiam gaudeas. Cic. Fam. 5, 7 Nulla re tam laetari soleo, quam meorum officiorum conscientia: quibus, si quando non mutue respondetur, apud me plus officii residere facillime patior.

¶ Add. Idem Fam. 6, 12. it. 7, 15 et 31. De hac formula, vid. Manut. ad Cic. Fam. 7, 15. It. Casaub. ad Cic. Att. 14, 8. Audire me facile passus sum, fieri autem moleste fero Cic. Att. 13, 33 extr. i. audiui sine molestia, quod fieri aegre ferrem. Vel verba mihi dari Facile patior in hoc, meque libenter praeebeo credulum Cic. ad Att. 15, 16 pr. Alias Pati dicuntur, qui cum possint, non impediunt. Quid? vis patiar? Ter. Andr. 2, 3, 6. Al. quiduis. Neque tamen non patiebantur Nep. 18, 1, 3. Elpinice negauit se passuram Idem 5, 1, 4. Humane pati Ter. Adelph. 1, 2, 65. Indigne pati aliquid Cic. Verr. 5, 31. Cic. Philipp. 12, 9 c. 4 Aeque animo belli patitur iniuriam. De Gallia. Pati iniquo animo Ter. Eun. 2, 1, 6. Sic Cic. Fam. 12, 18 Etsi periniquo animo patiebar te a me digredi. Ter. Andr. 1, 2, 32 Vbi vis facilius passus sim, quam in hac re, me deludier. Patior non moleste eam vitam, etc. Cic. Verr. 3, 5. Non possum pati, quin tibi caput demulceam: pro Non possum abstinere quin, etc. Ter. Heaut. 4, 5, 13. Cic. de Amic. 87 Quin etiam, si quis ea asperitate est — congressus ut hominum fugiat — tamen is pati non possit, ut non anquirat aliquem, apud quem euomat virus acerbitalis suae. Cic. de Orat. 1 c. 58 Tibi remittunt omnem istam voluptatem, et ea se carere patiuntur, i. aeque animo ferunt. Nullum patiebatur esse diem, quin in foro diceret Cic. de Clar. Orat. 320. Pateretur, cum quadam obiurgatione et reprehensione eleganter dictum Ter. Heaut. 1, 2, 28 Fortasse aliquanto iniquior erat praeter eius lubricitatem. Pateretur; nam quem ferret, si parentem non ferret suum? ¶ 2

**Nomina**: Abortum pati, vid. **ABORIOR**. Actionem ab alio intentatam pati Paullus in l. Litis. D. de negot. gestis. Et Vlpian. in l. Si non solus. §. vlt. D. Si quis omiff. caus. testam. Aeuum pati Columel. 2, 10. i. Durare. Bona, i. aeque animo et sapienter ferre. Rutil. It. 1, 446 Quenam peruersi rabies tam stulta cerebri? Dum mala formides, nec Bona posse pati? Plaut. Afin. 2, 2, 58 Fortiter malum qui patitur, idem post patitur Bonum. Sic Poen. 3, 3, 82 Si quidem potes esse pati te in lepido loco. Concubitus pati Ouid. de Arte Am. 3, 666. Cic. Att. 12, 24 Hoc quidem utique perficies, si me leuari vis, quem iam etiam grauius accusas, quam patitur tua Consuetudo, i. quam decet te hominem alias ita mitem, expectarique adeo a te poterat. Dicta pati superbiorum iocorum Lucan. ad Pison. 103. Cic. Fam. 13, 54 Primum, ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua, Dignitasque patietur; patietur autem in omnibus. Dilationem Plin. 18, 10. Dolores pati toleranter Cic. Tusc. 2, 43 c. 18. Exilium Virg. Aen. 2, 638. Extrema Idem ibid. 1, 223. 109

Falcem pati dicuntur femina Plin. 17, 10. Famam pati inultae Virg. Aem. 11, 847. Famem pati Ouid. in Ibin 617. Febrim Gell. 17, 12. Apul. Apol. p. 279, 4 Hasce duas Flammas dum potiar (*sic legendum puto, non potior*) patiar. Formicas arbor Pallad. Oct. 12, 8. Fugam Ouid. Trist. 3, 1, 74. Hymenaeos iustos Virg. Georg. 3, 60. Iacturam Columell. 1 praef. 11. Impedimentum Plin. Epist. 2, 12. Imperium Liu. praef. Iussa aliena Virg. Aen. 10, 866. Lituos Idem Georg. 3, 183 *equi labor est*. Malum pati fortiter, *vel toleranter* Plaut. Afin. 2, 2, 58. Manes quisque suos patimur Virg. Aen. 6, 743. *i. secundum manes, vel manibus*. Marem femina Colum. 6, 24, 2. *i. admittit taurum vacca*. Militiam ne non paterentur Falisci Liu. 4, 18 pr. Moram Ouid. Met. 4, 350. Moram pati in re aliqua Papin. in l. Qui solidum. in princip. D. de legat. 2 Qui solidum fideicommissum frustra petebat, herede Falcidiam obiciente, si partem interim solui sibi desiderauerit, neque acceperit: in ea moram passus intelligitur. Asperius, quam furi patiuntur Mores, aliquid facere Cic. Att. 9, 18. Necem indignam Ouid. Met. 10, 627. Negotium patitur is, cui alius negotium facit Vlpian. in l. 3. D. de calumniator. Add. Scribon. 27. *i. sustinens*. Cic. Att. 10 Pati poterunt Oculi, me cum Gabinio sententiam dicere? Pauperiem angustam pati Hor. Carm. 3, 2, 1. Poenas Ouid. Met. 1, 243. Praelia dura Virg. Aen. 7, 807. Repulsam pati Ouid. Met. 3, 289. Seruitutem pati possunt aliae nationes: propria est Populi Romani libertas Cic. Philipp. 6, 19 c. 7. Silentia longa Lucan. 7, 66. Sollicitudinem pati pro aliquo Plin. Epist. 9, 2. Soporem Ouid. Met. 15, 321. Stratum aut velamina Idem ibid. 7, 558. Supplicium Caes. Bell. Ciuil. 2, 30. Supplicium patitur non noua culpa nouum Ouid. Trist. 2, 540. Verbera Virg. Georg. 3, 208. Vermes Perficus Pall. Nou. 7, 5. Vires patiuntur Scribon. 138. 139. Vulnera Ouid. Epist. 2, 48. ¶ 3 *Cum infinitis*: Pati aliquem esse desertum, *i. Derelinquere ac destituere*. Cic. Off. 1, 28 Vt eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Patiar quemuis durare laborem Virg. Aen. 8, 577. Cic. Fam. 1, 9 Quem bonum ciuem semper habuisset, bonum virum esse pateretur. Idem ibid. 9, 25 Noli pati litigare fratres, et iudiciis turpibus conflictari. Idem de Diuin. 2, 4 Nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. Patitur tangi Ouid. Met. 1, 644. *Elliptice*: Colum. 12, 47, 10 Patimur horis tribus (*esse in eo statu*) *sic saepe Scribon*. ¶ 4 *Obseruatt*. Pati, *absolute, pro durare, ea viuere*: Virg. Ecl. 10, 53 Certum est in filiis, inter spelaea ferarum Malle pati. Lucan. 5, 313 Disce sine armis Possesse pati. *Ad quem locum alia exempla adducit Grotius et ἰδιωτισμὸν esse ostendit*. Senec. Thyest. 468 Immane regnum est posse sine regno pati. *Vid. ad h. l. Gronou. It. Burm. ad Ouid. Am. 1, 14, 3. Se pati, eleganter dicuntur, qui minime inquieto et ambizioso animo, sibi que viuere et sua fortuna contenti esse possunt*. Ita Sen. Nat. Quaest. 4 pr. Scio, quam sit ambitioni alienus, familiaris otio ac literis. Turbam rerum hominumque desiderant, qui se pati non possunt. ¶ 5 *Patio, Obsoletum pro Patior videre est, ex Naeuio apud Dionem. p. 395. Et Cic. de Legib. 3 c. 4 Doceri a magistratibus priuatisque patiunto. Hinc Passus*: Lentul. ad Cic. Fam. 12, 14 Quorum improbitatem aliquando retundi, et non pati impunitate augeri, e re publica est. *Gerund*. Vsum patiendi colligere Ouid. Amor. 1, 8, 75. Ad patiendum tolerandumque difficiles res Cic. Tusc. 2, 18. *Partic*. Ferre non patienda Ouid. Fast. 2, 586. Pateris nulli patienda Id. Amor. 2, 19, 51. Mors bis patienda Idem Trist. 1, 2, 42.

PATIENS, entis. *Partic. et Nomen*. Patiens admirandum in modum Nep. 15, 3, 2. Cic. de Orat. 2, 305 In quo ego non quo libenter male audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo, nimium patiens et lentus existimor. Animus patiens Ouid. ex Pont. 4, 10, 9. Dens patientis aratri Idem Am. 1, 15, 31. *i. duri, firmi, etc.* Aurem patientem praebere Hor. Epist. 1, 1, 40. Patiens, [*ὑπομονικός, τλήμων, ταλασίφρων*] *Nomen cum Genitiuo*. Cic. pro Sext. 138 Patiantur viros laborum patientes frui. *Correctiura exemplaria* legunt, Patiantur viros fortes labore, se otio suo perfrui. Aratri patiens taurus Ouid. Trist. 4, 6, 1. Caeli patiens, *i. Aëris et tempestatum* Valer. Argon. 1, 765. Incommodi omnis patiens Columel. 3, 29. Laboris patiens latus Quintil. 1 prooem. Laboris natura patientior Idem 1, 12. Nauigationis patiens aqua Iustin. 36, 3, 7. Nauium patiens Tyberis, *Qui fert naues*. Plin. Epist. 5, 6 Medios ille agros secat, Nauium patiens, omnesque fruges deuehit in vrbem. Operum patiens iuuentus Virg. Georg. 2, 472. Phocbi nondum patiens Sibylla Bacchatur, magnum si pectore possit Excussisse Deum Virg. Aen. 6, 77. Pulueris atque solis Hor. Carm. 1, 8, 4. Veneris iam patiens est equa Columel. 6, 37. Vetusstatis Plin. 11, 37. Vomeris patiens tellus Virg. Georg. 2, 227. Vocari patiens Caesaris vltor Hor. Carm. 2, 2, 43. *Graeca plane est haec loquendi figura, ὑπομένων ἰκαλαῖσαι Καίσαρος ἰνδικητής. Latine enim diceremus, Patiens te vocari Caesaris vltorem*. Sic Epist. 6, 30, 1 Quum pateris sapiens emendatusque videri, etc. *Lambin*. Patiens, *pro aegrotato*: Sammon. 584 Quarum decoctos patiens haurito liquores. Sic Cael. Acut. 2, 16, 98 Partes patientes. Patientior, [*ὑπομονικώτερος*] et Patientissimus. Caes. Bell. Ciuil. 3, 96 Atque ii miserrimo ac patientissimo exercitui Caesaris luxuriam obiciebant. Cic. Q. Frat. 1, 1 c. 14 Meae quoque literae te patientiorem, lenioremque fecerunt. Idem Off. 1, 109 Quo in genere versutissimum et patientissimum Lacedaemonum Lyfandrum accepimus. Saxo patientior Propert. 1, 15, 29. Cic. pro Ligat. 24 c. 8 Sed iam totum omitto, non tam, vt ne offendam tuas patientissimas Aures, quam ne, etc. Ciuitas imperii iusti patientissima Liu. 6, 16.

PATIENTER, ius,issime. Adu. [*ὑπομονικῶς*] *Moderate, fortiter, constanter*. Cic. de Amicit. 93 c. 25 Vt igitur et monere et moneri proprium est verae amicitiae: et alterum libere facere, non aspere: alterum patienter accipere, non repugnanter. Amare patienter Martial. 5, 7. Cic. Fam. 1, 8 Otium nobis exoptandum est, quod ii, qui potiuntur rerum, praesaturi videntur, si quidam homines patientius eorum potentiam Ferre potuerint. Cic. Philipp. 11 Quae tulisse illum fortiter et patienter Ferunt. Parere alicui patienter Iustinus 1, 2 pr. *vbi de Semiramide loquitur*. Prandere olus patienter Hor. Epist. 1, 17, 13. Ferre omnia patientius Ouid. Epist. 19, 101. Vxor retenta patientius Plin. in Paneg. c. 83. Nos quoque quae ferimus, tulimus patientius ante Ouid. Trist. 4, 6, 37. Ita patientissime Cato tolerauit Val. Max. 4, 3, 11. *Conf. Sen. Epist. 66*.

PATIENTIA, ae. f. *est, Animi constantia, qua aduersa perinde ac prospera ferimus*. Cic. de Inuent. 2, 163 c. 54 Patientia est honestatis

statis aut vtilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. Cic. Off. 1, 122 c. 34 Maxime autem haec aetas e libidinibus arcenda est, exercendaque in Labore, patientiaque et animi et corporis. Idem pro Milon. 77 Sed nescio quomodo vsu obdurerat, et Percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. Patientia 5 contra labores Plin. 23, 1. Cic. in Catil. 1, 26 c. 10 Habes vbi ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium. Bonorum in carendo patientiam, in vtendo rationem expetendam putauit Cic. pro Domo 146. Ad locorum patientiam animalia quoque generasse naturam Iustin. 2, 1, 11. Parua patientia Phaedr. 4, 6, 3. Proiecta patientia Tacit. Ann. 3, 65 *b. c. Contenta et vilis.* Vetus patientia Idem in Vita Agric. 16. Liu. 5, 6 Et animis, et corporibus suis Virilem patientiam inesse. Patientiam, Libidini et luxuriae, *opposuit* Nepos 17, 7, 4 *cum ait*, Quam (scil. Domum Agesilai) qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriae videre poterat, contra plurima patientiae atque abstinentiae. Hominum ipsorum ea patientia virtus frugalitasque est, vt proxime ad nostram disciplinam videantur accedere Cic. Verr. 2 c. 3. *Interdum idem fere est ac Duritia et Graeco verbo κατρεπτας respondet. Vt apud eundem* Nep. 7, 11, 4 Eundem apud Lacedaemonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, sic duritiae se dedisse, etc. Patientiam etiam nonnunquam pro ipso Labore atque aerumnis poni docet Brouckb. ad Tibull. 3, 11, 5. et Drakenb. ad Sil. 6, 545. Conf. Burm. ad Quinct. 6 prooem. p. 498. *Interdum in visio est.* Cic. pro Lig. c. 9 Quae fuit igitur in vilo homine tanta constantia? Constantiam dico? 25 Nescio an melius patientiam possim? *Laudat quidem Tiberonem, sed aduersarium tamen, et sui clientis inimicissimum.* Speciatim patientia vsurpatur de maritis, qui vxorum adulteriis non vt par erat, commouentur. Galitta, adulterii rea: nupta haec — et suam et mariti dignitatem centurionis amore maculauerat. — Caesar centurionem exauctoravit, atque etiam relegauit. Supererat crimini — reliqua pars vltionis: sed maritum non sine aliqua reprehensione patientiae amor vxoris retardabat; quam quidem etiam post delatum adulterium, domi habuerat, quasi contentus aemulum remouisse Plin. Epist. 6, 31, 5. Ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium stuporem arguat, 35 quod seram querelam (de adulterio vxoris) detuli Porc. Latro ap. Sen. Controu. 2, 15. Conf. Herald. ad Tertull. Apol. c. 47. 2 Verba: Abrumpere patientiam Tac. Ann. 12, 50. Cic. Catil. 1, 1 Quo vsque tandem abutere Catilina patientia nostra? quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet? Consolari patientiam verberum Curt. 8, 40 25 extr. Contudit ingenium longa malorum patientia Ouid. Trist. 5, 12, 31. Fit furor laesa saepius patientia. *Sententia est Mimi Publiani, quae vice prouerbii in eos conueniet, qui, dum extrema experiuntur, alienant a se eos, cum quibus agunt: et vniuersae rei iacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum.* Fit lenius patientia 45 quidquid corrigere est nefas Hor. Carm. 1, 24, 19. Imitatur patientiam duritia immanis Cic. in Partit. 81. Mitigare aliquem patientia et obsequio Idem in Pison. 5. Idem Verr. 5, 34 Iam vero quum in eiusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua satietate Obduruisset, etc. Praestare patientiam, *Iurisconsulti frequenter dicunt, vt* 50 Marcell. in l. Cui nouum. D. de Operis noui nuntiatione: *Et Vlpian. in l. Si alius. D. Quod vi aut clam.* Restituere aliquem veteri patientiae Tac. in vita Agric. 16. Sueton. Tiber. c. 24 Principatum, quamuis, etc. diu tamen recusauit; impudentissimo animo nunc adhortantes amicos increpans, vt ignaros quanta belua esset imperium: 55 nunc precantem Senatum, et procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis et callida cunctatione suspendens: vt quidam patientiam Rumperent, atque vnus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut desistat. *Hic Patientiam sumit pro μακροθυμια, quam longanimitatem interpretantur, i. tarditate ad irascendum.* Tentare patientiam alio 60 cuius Cic. de Lege Agrar. 2, 19 c. 7. Victa vitiis Ouid. Amor. 3, 11, 1. Vti incredibili patientia Cic. Philipp. 10, 9. *Quasi Deam, personam certe inducit* Patientiam Hor. Epist. 1, 17, 25 Quem duplici panno Patientia velat.

PASSVS, a, um. Partic. [παθών.] Virg. Aen. 1, 203 O passi 65 grauiora! dabit deus his quoque finem. Bello multa passus Idem ib. 1, 9. Coagula passum lac, i. Casus Ouid. Met. 4, 274. Dolores similes passa est Senec. Octau. 4. Funera tot passi Virg. Aen. 1, 236. Iniuriam passi Ouid. Epist. 17, 187. Iugum bos nullum passa Idem Met. 3, 11. Ligones passa rura Lucan. 1, 169. Nefas 70 passa est corpore Ouid. Met. 10, 351. Nihil passa Ouid. Epist. 17, 26. Hor. Carm. 1, 7, 30 O fortes Peioraque passi Mecum saepe viri, nunc vino pellite curas. Pericula plurima passus Ouid. Trist. 3, 2, 7. Praelia clipeus raro passus Idem Met. 13, 117. Saecula nouem passa cornix. Idem ib. 7, 274. Stuprum tyranni passa Lucretia Senec. 75 Octau. f. 6.

PASSVRVS, a, um. Partic. [παθόμενος] Poenam passurus Ouid. ex Pont. 4, 6, 26. Situm indignum passurus Stat. Theb. 3, 100.

PASSIVVS, a, um. Part. [παθόμενος Vet. Gloss.] Aptus ad patientiam, pati solitus. Animalia animo passiuua, i. vt ipse explicat, perturbationibus mentis obnoxia Apul. de Deo Socr. p. 49, 10. Conf. ad b. l. Augustin. de C. D. 8, 160. Firmic. 4, 8 A Venere defluens Luna, passiuos in coitu faciet. Idem 5, 1 In amorum tamen illecebras, oculorum passiuus cupiditatibus incurrens. Et 7, 18 Mercurius passiuus 85 vos amatores faciet. *Sed vereor ne haec potius sint ad verbum PANDO referenda et vagam errabundamque libidinem nosent.* Huc potius pertinere censeo Arnob. 2 p. 61 extr. Quidquid enim causa ingruente nonnulla ita mutatur et vertitur, vt integritatem suam retinere non possit, id necesse est iudicari natura esse passiuum. Et p. 65 med. Et 90 illis argumenta sunt praesto, quibus animas passiuas atque interibiles inuenitur; et his contra non desunt, quibus esse diuinas immortalesque monstratur.

PASSIO, ōnis. f. Firmic. 2, 12 Virgo significat omnes ventris aegritudines, et passiones. Paulo post, Capricornus significat omnes 95 geniculorum aegritudines et passiones. Rursus ibid. Aquarius significat omnes tibiarum molestas aegritudines, et passiones. Pseudo-Corn. Gall. Eleg. 5, 42 Quae nihil imminuit passio, nulla fuit. Conf. Voss. Inst. Orat. 1 p. 192. Exstant mandatae literis praeclare martyrum passiones Sulp. Seuer. Hist. 5, 2, 32. Mortis exitu omnis peracta 100 est passio Prudent. Perist. 2, 292. Apul. Trismeg. p. 93 Incredibiles post delicta cogentur credere, non verbis, sed exemplis, nec minis, sed ipsa passione poenarum. De passionibus et perturbationibus animorum Augustin. de C. D. 9, 4: *Vsitur etiam 8, 16 etc. vterque locus velut classicus.*

PASSIONALIS, e. Adi. Tertull. contra Gent. c. 2 et 4. Cael. Aurel. Tard. 1, 4.

PASSIBILIS, e. Adi. Arnob. 7 p. 214. et Tertull. adnerf. Prax. c. 29. Christus passibilis carne, impassibilis deitate l. 7 §. 2 C. de summa Trinit.

PASSIBILITER. Adu. Tertull. de Anima c. 45.

PASSIBILITAS, ātis. f. Arnob. 2 p. 62.

PATIBILIS, e. Adi. [παθῦρος] Quod perferri potest. Cic. Tusc. 4, 50 c. 23 Negligenda mors est, patibiles et dolores et labores putandi. Sed actiue, qui pati et perferre potest, Idem de Nat. Deor. 3, 29 c. 12 Quumque omne animal patibilem naturam habeat, etc. Lactant. 7, 20 Anima patibilis et poenae sentiens.

PATMOS, i. f. [Πάτος] Insula in mari Aegaeo, quae, ut Plin. scribit 4, 12 patet circuitu triginta millibus passuum. In qua Iohannes Apostolus exul Apocalypsin scripsit.

PATOR, vid. PATEO.

PATRAE, arum. f. Pl. [Πάτρας] Ciuitas in Achaia, quam Pausanias Aroën dici prius solitam affirmat, mox a Patreo, moenibus ampliat, nomen accepisse, quod nunc habet. Huius meminit Plin. 4, 4. Ouid. Mét. 6, 417 Messeneque ferox, Patraeque, humilesque Cleonae. Sil. 15, 310 Tum lustrata Ephyre, Patraeque et regia Pleuron.

PATRENSIS, e. Adi. Ciuis Patrensis, et Patrensiū leges Cic. Fam. 13, 19.

PATRIĀNVS, a, um. Adi. [Πατριανός] Cic. Fam. 13, 54 Ut obtineat id iuris in agris, quod ei Patriana ciuitas decreuit et dedit. Vetus exemplar habet Pariana, et sic a Victorio inde legitur.

PATRAIVS, vid. PATRO, as.

PATRIA, ae. f. [πάτρα, πατρίς] Vrbs, siue regio, unde orti sumus: quod patria communis omnium parens sit. Est autem proprie Adiectiuum, quod supra tractauimus sub PATER, intellecto nomine Vrbs, Regio, Respublica, Ciuitas, etc. Cic. Off. 1, 58 Sed si contentio quaedam et comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint, patria, et parentes: quorum beneficiis maximis obligati sumus. Virg. Ecl. 1, 3 Nos patriae fines, et dulcia linquimus

35 arua: Nos patriam fugimus. Cic. de Fin. 3, 32 Peccatum est, patriam prodere. Nescio quam bene Seru. ad Aen. 1, 384 Patria, aliquando Prouincia ipsa ex qua orti sumus, improprie tamen dicitur. Vnde Sallust. Hispaniam sibi antiquam patriam dixit. Certe nihil hic improprium videtur. Nimborum patria Aecolia Virg. Aen. 1, 55. Pa-

40 rens communis omnium nostrūm Cic. Catil. 1, 17. Antiquissima et sanctissima parens Idem Att. 9, 11. Patria est, ubicunque est bene Idem Tusc. 5, 108 c. 37. Omne solum forti patria est. Con-

fors patriae Ouid. Epist. 15, 29. Extorres patria Lucret. 3, 48. Exul patriae Hor. Carm. 2, 16, 19. Interitus, vid. INTEREO.

45 Parens Patriae Cic. in Pison. 6. Sancte pater Ouid. Fast. 2, 127. Solum patriae cum omnibus est carum, tum vero dulce atque iucundum Cic. in Catil. 4, 16 c. 7 extr. Antiqua patria Virg. Aen. 2, 137. Barbara, vid. BARBARVS. Cara Horat. Sermon. 2, 2, 105. Ca-

riorem decet esse patriam nobis, quam nosmetipsos Cic. de Finib. 3, 94. Munifica, vid. MVNVS. ¶ 2 Verborum formulae: Care-

50 re patria, Cedere patriae, vid. hb. vv. Omnibus qui patriam Conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in caelo ac definitum locum, ubi beati aeuo sempiterno fruuntur Cic. in Somn. Scip. 4. Excedere patria Virg. Aen. 1, 361. Exuere patriam Tacit. Hist.

55 5, 5. Lacerarunt omni scelere patriam, vid. LAGER, Adi. Mori pro patria, et in patria praclarum est Cic. Att. 8, 2. Hor. Carm. 3, 2, 13 Dulce et decorum est pro patria Mori. Mutare vi-

60 stricem patriam victa, vid. MVTO. Remeare in patriam Ouid. Mét. 15, 480. Retineri amore blando patriae Idem Trist. 1, 3, 49. Reuifere patriam Virg. Georg. 4, 390. Patria, pro quacunque Re-

gione simpliciter. Virg. Aen. 1, 540 Quaeue hunc tam barbara morem Permittit patria? hospitio prohibemur arenae. Patriam, cum proprie sit ciuitas vel vrbs parentum, pro Regione vel terra aliena po-

65 suit Virg. Aen. 11, 25. Ite, ait, egregias animas, Quae sanguine nobis Hanc patriam peperere suo, decorate supremis Muneribus Non. 6, 107. Nempe patria non modo est, in qua patres nostri vixere, sed etiam, quam nonni ciues colimus, et liberis nostris relinquere speramus. Non terra, sed maxime homines Patriae appellatione continentur, vid.

70 Liu. 5, 54 pr. Speciatim patricii, vel senatus Romae hoc nomen sibi vindicabant. Vid. Liu. 4, 60 pr. et 5, 4. Patriae, Plur. Plin. 7, 26 Neque enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant. de victoribus sacrorum certaminum apud Graecos.

PATRIVS, a, um. Adi. [πατριός] Quod est patriae. Nam in quantum proxime ad Patrem respicit, supra sub PATER illud tractauimus.

75 Arma patria Virg. Georg. 3, 346. Aruum Ouid. in Ibin 503. Carmina Virg. Georg. 2, 394. Dī patrii Idem Aen. 2, 702. Vid. Voss. ad Catull. p. 5. Gronou. ad Stat. Silu. 4, 8. Cic. de Fin. 5 Attamen is quidem in patriis institutis manet. Potest hic a Patre deriuari. Mos patrius et disciplina Cic. . . . Mos patrius occiderat Cic. Parad. 4.

80 Mos patrius Academiae erat aduersari semper omnibus in disputando Idem de Orat. 1, 84. Muri Virg. Aen. 2, 279. Penates patrios adspicere, domum redire Hor. Sermon. 2, 5, 4. Contrarium Linquere Od. 3, 27, 49. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Ex patriis ritibus optima colunto, praeter Ideae matris famulos. Sedes Ouid. ex Pont. 3, 2, 84.

85 Sermo Lucret. 1, 832. Cic. de Fin. 1 c. 2 pr. Terra patria decedere Virg. Aen. 6, 508.

PATRIAMPHEs, vid. PATIRAMPHEs.

PATRIARCHA, vel PATRIARCHES, ae. m. [πατριάρχης] Ab Adam vsque ad Patriarchas et Prophetas Tertull. adu. Prax. c. 16

90 i. viri in ecclesia primaeua praecipui, familiarum suarum rectores. Patriarchae et caeteri maiores Tertull. de Idolol. c. 17. Add. Sidon. Ep. 6, 12. et 9, 4. Tertull. de Cor. Mil. c. 9. ¶ 2 In Ecclesia Patriarchae supra reliquos Episcopos elati saeculo IV, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. Deinde labente saeculo additus Constantino-

95 politanus, isque Antiocheno et Alexandrino praelatus, etc. Salmas. ad Vopisc. 8 conuendit, Patriarcharum non nisi inter Iudaeos et Christianos nomen fuisse, secus quam videbatur Casaubono. Et sane Gamaliel Patriarcha, quem ille ex Marcello Empir. c. 23 protulerat, Iudaicum nomen habet. ¶ 3 Metaphorice enim Patriarchas haereticorum

100 Philofophos vocat Tertull. adu. Hermog. 3. et de Anima 3.

PATRICIDA, PATRICIVS, PATRIMONIVM, PATRIMVS, PATRISso, PATRIVS, etc. vid. PATER.

PATRICVS Casus, i. Genitiuus. Varr. de L. L. 7, 39 Item quod in patrico casu hoc genus dispariliter dicatur, ciuitatum, paren-

05 tum; ciuitatum, parentium, etc. Idem Patrius dicitur a Gell. 4, 16.

PATRO,



**PATRO**, Ære. [*παιδοποιῶν, διαπραττωμαι*] Est *Perficere*, quod etiam Verba composita Impetrare et Perpetrare satis ostendunt. Hoc deinde verbo cum vulgo homines vererentur in rebus Venereis, cautius illo utendum censuit Quintil. 8, 3, 44 Vel hoc vitium sit, quod *καυφρον* vocatur, siue mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus est, ut Ductare exercitus, et Patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte et antique, ridentur a nobis, si diis placet: quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium, tamen vitandam. Vid. *Burm. ad b. l. qui putat in Sallustio offensos esse homines non verbo patrare simpliciter, sed quod iunctum esset cum bellum, quod nomen puerum delicatum etiam notare possit.* Quidquid eius sit, Grammatici coeperunt totum verbum infamare, et dicere, esse a Pater, et significare rem Veneream consummare. Sic Gl. Philox. Sic Schol. Persii cuius verba statim damus in PATRANS. Sic Isid. 9, 5. Interim non refugit vti hoc verbo, ut statim videbimus Tacitus, nec superest forte exemplum vetus sensus obsceni, præter unicum Persii ocellum patrantem, de quo statim. Sallustius in Catil. 56 Sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romae socii incepta patrauerent. Idem Iugurth. 13 Tum Iugurtha patratu consiliis, postquam omni Numidia potiebatur in otio, facinus suum cum animo reputans. Cic. Diu. in Caecil. 38 Putasne posse, quae C. Verres in Quaestura, quae in legatione, quae in Praetura, quae Romae, quae in Italia, quae in Achaia, Asia, Pamphiliacum patrarit, (quid. peccauit) ea quemadmodum locis, temporibusque diuisa sint, sic criminibus et oratione distinguere? Patrare Bellum Sallust. Iug. 21, 2. Vell. 2, 123, 1. et alias. Tac. Ann. 2, 26, 2. Caedem patrare Tacit. Ann. 14, 44, 2. Decreta patrare, vid. D E C E R N O. Expugnationem Tacit. Ann. 12, 16. Facinus Liu. 23, 8 extr. Tac. Ann. 14, 8, 5. Grat. 72 Hinc Decus et famae primum patrauit Honorem de Hercule. Vid. Barthius ad b. l. Iussa patrare Tac. Hist. 4, 83, 6. Necem Idem Ann. 2, 88. Cic. de Legib. 2, 19 Feriis iurgia amouento, easque in famulis (Operibus patratu) habento. Idem Att. 1, 14 extr. Τεῦνεῖς Promissa patrauit, tu mandata effice quae recepisti. Reliqua belli Patere. 2, 123 extr. Sementini vbi patraueris Cato R. R. 54, 1. Victoriæ Tac. Ann. 13, 41. Patror, aris. Depon. Lucret. 5, 386 Quod facere intendunt, neque ad huc conata patrantur. i. Perficiunt. Sed Pass. Patrari, pro Confici. Tac. Ann. 2, 16 Etsi proxima aetas adiiceretur, posse bellum patrari. b. e. Possē debellari. Partic. Pacis patrandae cum Romanis pacifcebatur mercedem Tac. Hist. 4.

**PATRANS**, antis. Partic. Quo ad rem Veneream abusus est Perf. 40 1, 18 Patranti fractus oculo. Vbi Vet. Scholiast. Patratio, inquit, est Rei Venereae perfectio vel consummatio, vnde et Patres dicti, quod patratiōne filios procreant. Quid de hac etymologia videatur, iam diximus. Quod Patrans voluptas i. συνουσιασμός ex Hieronymi Quaest. in Genes. laudatur a Vossio in Etymolog. b. v. hoc ex ipso videtur Persii loco sumtum.

**PATRĀTVS**, a, um. Part. [*διαπραχθῆς*] Tacit. Ann. 2, 66, 4 Maluit patrati quam incepti facinoris reus esse. Add. Sall. Iug. c. 21. et Auc̄t. Paneg. Constantini c. 6. Bella patrata Claud. de Conf. Hon. 6, 126. Patere. 2, 114, 4. Caede eius patrata Tacit. Ann. 4, 57. Mortes patratae Idem ib. 11, 28, 3. Remedium patratum irritō opōnitur Idem Hist. 4, 81, 6. Patres patrati dicebantur, quod ad patrandum, id est peragendum ius iurandum, vbi de foederibus conuenerat, mitterentur. Liu. 1, 24. Conf. Gronou. ad Liu. l. c. Seru. ad Virg. Aen. 9, 53, 10, 14, 12, 206. item 7, 623. Praelium patratum Patere. 2, 21, 3.

**PATRATIO**, ōnis. f. Patere. 2, 98, 2 L. Piso legatus Caesaris triennio cum Thracibus bellauit, gentesque ferocissimas plurimo cum earum excidio nunc acie, nunc expugnationibus in pristinum pacis redēgit modum: eiusque patratiōne Asiae securitatem, Macedoniae pacem reddidit. ¶ 2 Patratiō, rei Venereae consummatio redditur in Glossar. vet. Lat. Arab. Add. Theod. Priscian. 2, 11.

**PATRATOR**, ōris. m. Auc̄tor rei. Tac. Ann. 14, 62, 2 Mater-nae necis patrator Anicetus. Auuen. Arat. Phaenom. 20 Auc̄tor agendorum, propriique patrator.

**PATROBIVS**, i. m. Neronis principis libertus, qui arenam Nili ad debellanda corpora palaestrae studiis sibi ex Aegypto aduehi faciebat Plin. 35, 13.

**PATROCLES**, is. m. Praefectus classis Seleuci et Antiochi, quem multas terras patefecisse Plin. 6, 17 refert.

**PATROCLIANAE** sellae apud Martial. 12, 78 sunt latrina publica. Nomen dedisse videtur Patrocles ille Aristophanis Plus. 84 quem tota vita nunquam lauasse dicit, Hoc itaque digna sedes videntur sales sellae.

**PATROCLVS**, i. m. [*Πάτροκλος*] Menoetii fuit Achillis amicus, in armis illius interfectus a Troianis, quem crudeliter vltus est Achilles, etc.

**PATRON**, ōnis. m. Acarnan, in Italiam cum Aenea profectus in Aluntinis confedit. Vid. de la Cerda ad Virg. Aen. 5, 298. et Turneb. Aduers. 26, 17.

**PATRŌNVS**, i. m. [*προστάτης, συνήγορος, παράκλητος*] Qui aliquem in periculo defendit, ac deinde qui alterius dignitatem, bona, tuetur quocumque modo. Valla, Patronus proprie est, qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Ascon. Pedian. in Cic. Diu. Qui defendit alterum in iudicio: aut patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico; aut procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si praesentis causam nouit, et sic tuetur vt suam. Origo Patronorum defluxit primum in urbem a Romulo (vid. Dion. Halic. l. 2 p. 84. qui classicus locus est) mutuata ex vicinis Populis Sabinis. Hinc Lex adscripta in veteri Iurisprudētia; Plebei, quem sibi ex Patriciis patronum volent, deligant. Haec Asconius. Sic memorantur Antii coloniae patroni Liu. 9, 20 extr. Siciliae patroni, Marcelli Cic. in Verr. passim, ibidemque Ascon. Add. Liu. 6, 18 Quot enim clientes circa singulos iustis Patronos, tot nunc aduersus vnum hostem eritis. Ego me patronum profiteor plebis. Neque singuli homines tantum potentiores sibi adoptant patronos, sed integrae etiam ciuitates. Suet. Aug. c. 17. et Tib. c. 6. Conf. Gruter. Inscr. p. 46. Urbium ac Prouinciarum Patronos plures produxit Noris. Cenotaph. Pisan. Diff. 2, 7 fin. cui quasi supplementa adiecit pluscula Phil. a Turra Monum. Vet. Antii c. 11 p. 149 sqq. Ter. Eun. 4, 6, 32 Perii, huic ipsi est opus patrono, quem defensore paro. Cic. Fam. 16, 26 De patrono Marcus est adhibendus: isque diu et multis lucubrationibus commentata oratione. Noui vos magnos patronos, hominem occidat oportet, qui vestra opera vti velit Cic. Fam. 2, 14. Patronus, custos, et defensor coloniae Idem pro Sull. 61. Viculus hic post multos vel dominos vel patronos, dum ego adolescentulus morarer in patria, ad Papae Euagrii, necessa-

105

- rii mei, possessionem deuolutus est Hieron. in Vita Malchi. Cic. de Amicit. 25 c. 7 Qualis tum patronus iustitiae fuit contra accuratam orationem Phili. Patronus, laudator, aduocatus Idem pro Cluent. 110. Patronus luculentus, vid. Luculentus, in LVX. Patronus et Cliens, contraria Ouid. de Arte Am. 1, 88. Cic. pro Milon. 16 Domi suae nobilissimus vir, Senatus propugnator, atque illis quidem temporibus paene patronus, etc. M. Drusus occisus est. Conf. Suet. Tib. c. 3. Equester ordo bis patronum eum perferendae pro se legationis elegit Suet. Claud. c. 6. i. orator. Minucius a Fabio Dictatore 10 conseruatus in praelio illum Patronum a suis Legionibus vocari voluit Val. Max. 5, 2, 4. Cic. pro Sext. 9 Qua de causa et tum conuentus ille Capuae, qui propter salutem illius urbis Consulatu conseruatam meo, me vnum patronum Adoptauit. Constituere alicui causae patronum Id. pro Muraen. 4 c. 2. Delata ad patronos dissensio Cic. pro Sull. 60. 15 Dare patronum alicui causae Idem de Orat. 2, 280. Est patroni, nonnunquam verisimile, etiam si minus verum sit, defendere Idem Off. 2, 51. Existere alicui causae patronum Idem pro Rose. Amer. 5. 2 Patronus, [πατρων] aliquando est relatiuum Liberti, nimirum Is, qui seruum donauit libertate. Hor. Epist. 1, 7, 54 Quaere et refer, vnde domo, quis, Cuius fortunae, quo sit patre, quoue patrono: si forte libertus sit, aut libertinae originis, ut de patre quaerere frustra sit. Tacit. Hist. 1, 2, 6 Odio et terrore corrupti in dominos serui, in patronos liberti. Hi erant inter se certis iuribus inuicem obstricti. Namque et operas liberti debebant patronis, et si egerent, alimenta, et 25 denique testamento semissem. Vide ICtos, et Lips. ad Tac. Hist. 2 p. 494. PATRONA, ae. f. [συνήγορος] Cic. de Orat. 2, 199. Neque pro- uocationem patronam illam ciuitatis ac vindicem libertatis Populi Ro- mani dari sine nobilium dissensione potuisse. Ter. Eun. 5, 2, 48 Te mihi patronam cupio. Martial. 7, 71 Vt vocem mihi commodos pa- 30 tronam. Exemplum patronae et dominae secuta est clientum turba atque famularum Hieron. Epist. 8 ad Demetriad. Nisi consuetudo patrona sit August. Conf. 5, 8. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 353 n. 2 PATRONAE PERPETVAE, etc. Multa ibidem occurrunt exempla, et p. 931. Conf. Aurel. Vict. Caes. c. 4. 35 PATRONALIS, e. Adi. Marcell. in l. Si patronus. D. de donat. Non erit cogendus soluere, ne pars ex legibus verecundiae patronali debita minuatur. PATRONATUS, us. m. Ius Patroni in Libertum. Pauli. in l. Idque Iulian. D. de action. emt. et vend. Sed hoc ita, si non Aescusa elegerit emtoris patronatum: tunc enim illius remanet liberta. Vex frequens apud ICtos. e. c. D. lib. 37 tit. 14 l. 3 et 21. et lib. 48 tit. 20 l. 3 item tit. 23. l. 1 §. 1. et Cod. lib. 1 t. 3 l. 20. 2 Iure Ecclesia- stico ius est ecclesiarum pastores episcopis offerendi. Vid. tit. Iuris Canon. de iure Patronat. 45 PATROCINOR, ari. [συνηγόρειν, ὑπεραπολογεῖν, συνηπῆν] Tam verbo, quam facto imbecilliores protegere. Hirt. Bell. Hispan. 6, 29 Quum appropinquassent aduersarii, patrocinari loco iniquo non deserunt. Plin. 14, 4 Contra id pigra vicinitate sibi patrocinate. Quinctil. 2, 4 Non homini, sed crimini patrocinari. 50 PATROCINANS, antis. Part. Tertull. adu. Prax. c. 5. PATROCINATUS, a, um. Part. Tertull. adu. Gnosticos c. 4. PATROCINIUM, i. n. [συνήγορία, πατρωνία] Condicio vel actio Patroni clientem defendentis. Festus, Patrocina appellari coepta sunt, quum plebs distributa est inter Patres, vt eorum opibus tuta es- 55 set. Inde factum est, vt Patrocinium pro Tutela et defensione dici coeperit. Plin. 15, 3 Ista patrocina quaerimus vitibus. Voluptas plurimorum patrociniis defenditur Cic. in Parad. 1 c. 4. Idem Off. 2, 27 Nostri autem magistratus, imperatoresque ex hac vna re maxi- mam laudem capere studebant, si prouincias, si socios aequitate et fi- 60 de defendissent; itaque illud patrocinium orbis terrae verius, quam imperium poterat nominari. Fides patrocini Quinct. 5, 13. Mi- te patrocinium causae difficilis Ouid. ex Pont. 1, 2, 79. Causa pa- trocinio non bona peior erit Idem Trist. 1, 1, 26. Arripere patro- cinium aequitatis Cic. de Orat. 1, 242. Niti patrociniis Nepos 19, 65 3, 1. Difficultatis patrocina Praetexinus segnitiae Quinct. 1, 12, 16. Cic. de Fin. 2, 67 c. 21 Aut haec tibi Torquate sunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis Repudiandum. Suscipere patrocinium dif- ficilis causae Ouid. ex Pont. 1, 2, 70. Suscipere patrocinium alicui- us desertae disciplinae Cic. de Nat. Deor. 1, 6 c. 3. Et in Orat. 120 70 Legitimarum et ciuiliu controuersiarum patrocina Suscipere. Cic. Fam. 5, 9 Si tuam consuetudinem in patrociniis Tuendis seruas, P. Vatinius cliens aduenit, qui pro se causam dicier vult. PATRONYMICVM, i. n. [πατρωνυμικόν] i. A parentibus vel patria adeo denominatum. Grammaticis dicitur, Quod sub patris nomine 75 significat filium: vt, Priamides, i. Hector Priami filius. Vid. Gram- maticos, maxime Priscian. p. 581. Diomed. p. 310. PATROVS, Apollo apud Athenienses dictus est, et PATROA Minerua, quod illorum cultum quasi hereditate a maioribus accepissent. Sic Patroa Virgo Vesta Catull. 1, 9 ex emend. Voss. 80 PATRVELIS, PATRVVS, vid. PATER. PATTAGIAS, ae. m. [Πατταγία] Fluvius Siciliae, vide PANTAGIAS. PATVLCIA, ae. f. Vt, Patulcia Iuno, apud Reines. Inscript. 1 n. 33 p. 60. Sic dicta Iuno quod patere faceret clausuram vteri. Ea- 85 dem igitur quae Lucina. PATVLCIVS, dictus est Ianus, quod tempore belli portae tem- pli eius pateant. Vid. Ouid. Fast. 1, 129. Conf. Macrobian. Saturn. 1, 9. Item nomen proprium alicuius debitoris Ciceronis vnde PATVLCIANVM nomen Cic. ad Att. 14, 18. 90 PATVLIICO, PATVLVVS, vid. PATEO.

## P A V

- PAVA, vid. PAVO. 95 PAVCVS, a, um. Adi. [παῦρος, ὀλίγος, ἀκαρής, ἀκαρπῆος] A Parum quidam deducunt; singulariter raro legitur, occurrit tamen apud Hygin. Fab. 194 Post paucum tempus muntiatur Pyrantho, etc. Pau- ci, quos aequus amauit Iupiter, aut ardens euexit ad aethera virtus Virg. Aen. 6, 129. Contrarium est Multo. Cic. de Amic. 3 Quum 100 et ego essem vna, et pauci admodum familiares, in eum sermonem il- lum incidere. Plures et Pauci, contraria. Auēt. ad Herenn. 4, 25 Qui quum plures erant, paucis nobis exaequari non poterant. Cic. pro Cluent. 129 Si erunt plures, qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, vt non animaduertas in omnes, sed carpes, vt 105 velis, et paucos ex multis ad ignominiam fortiter. Ad paucos poena, 2 2 2 2

poena, ad omnes metus peruenit Cic. pro Cluent. 128. Res In paucis digna, quae cognoscatur Plin. 30, 1 pr. Inter paucos disertus, et dignus illa propinquitate Quinctil. 10, 3. Crimen paucarum in omnes diffundere Ouid. de Arte Am. 3, 9. Intrauit paucis comitantibus urbem Idem Met. 11, 275. Cic. Tusc. 5, 102 Aperta res est, et quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam paruis rebus egeat, quam vilibus. Pauca et modica Tacit. Hist. 4, 40. Non pauca, vid. NON Adu. Contentus paucis Hor. Serm. 1, 3, 16. Conferre in pauca, vid. CONFERO. Dicere pauca Hor. Serm. 2, 7, 1. E multis pauca tibi expediam dictis Virg. Aen. 3, 377. 10  
Loquar pauca pro re Idem ibid. 4, 337. Respondere pauca Hor. Serm. 1, 6, 60. Paucis, subaudi Verbis. Ter. Andr. 5, 3, 22 Pater, licetne pauca? s. quid dices mihi? Cels. 7, 18 pr. Prius ipsius loci natura paucis proponenda est. Add. Id. 7, 7, 13. Auscultare paucis, vid. AVSCVLTO. Cognoscere paucis Lucret. 2, 142. Com- 15  
plecti paucis, Constringere paucis, vid. ff. ll. Docere paucis Virg. Aen. 3, 116. Responsum paucis reddere Idem ibid. 6, 672. Cic. Verr. Act. 1, 7 Ecce autem repente his diebus paucis, comitiis Consularibus factis. Paucis diebus eram missurus domesticos tabel- 20  
larios, i. Intra paucos dies Cic. Fam. 2, 6. In paucis diebus quam Capreas attingit, etc. Suet. Tiber. c. 60. i. Paucis post diebus quam. Paucorum mensium sunt relictae reliquiae Plaut. Most. 1, 1, 78. Pau- 25  
cis interpositis diebus iterum, etc. Cic. de Clar. Orat. 86 c. 22. Id. Q. Frat. 3, 1 Spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. Pauci, apud antiquos pro Bonis ponebantur, vt Multi pro Malis au- 25  
stere Nonio 12, 4. Cic. in Orat. 13 Iactationem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehensionemque pertimuit. Compar. 30  
Lit. 24, 42 Hostium pauciores superauerant. Pauciores die Paul. in l. 2 D. de iur. deliberandi. Superl. Plin. 10, 59 Anseres alias plurima oua fedecim, paucissima septem. Cels. 7, 2 Quam paucissi- 30  
mae plagae.

PAUCVLVS, a, um. Dimin. [πένυ δάλυος] Ter. Heaut. 4, 6, 24 Quod imperabit facito: loquitor paucula. Cic. Att. 9, 15 Quintum Volusium tui Tiberii generum, certum hominem, sed mirifice abstinentem, misi in Cyprum, vt tibi pauculos dies esset. Caetera 35  
de genere horum paucula Lucret. 2, 104.

PAUXILLVS, a, um. Adi. [δάλυος ὄσος] Dimin. a Paullum Plaut. Aul. 1, 2, 34. Idem Poen. 3, 1, 62 Res pauxilla est. Offa 40  
pauxilla et minuta Lucret. 1, 835. Seminibus perquam pauxillis creata Idem 3, 230. Viscera pauxilla Idem 1, 837.

PAUXILLO, Ablatiuus per se Aduerbiū vices sustinet non secus ac Paullo. Cels. 5, 28, 18 Medium habet pauxillo leuius. Afran. 40  
apud Charif. p. 192 Pauxillo prius me conuenit.

PAUXILLVM. Adu. [ἐν δάλυον] Parum admodum. Plaut. Capt. 1, 2, 73 Sed si pauxillum potes contentus esse. E. nae perpauxil- 45  
lum modo.

PAUXILLVLVS, a, um, Adi. dimin. a Pauxillus. Plaut. Rud. 4, 3, 58 Hoc colore capiuntur pauxilluli. Idem Stich. 1, 3, 9 Non pauxillulam in vtero gesto famem. Conf. ibid. 2, 1, 115. Et 50  
Truc. 5, 1, 48. Ter. Phorm. 1, 1, 3 Iampridem apud me reli- quum pauxillulum numorum, id vt conficerem. Gell. 20 c. vlt. f. Praefat. Considerent an minutae illae admonitiones pauxillulae, etc.

PAUXILLVLVM. Adu. Sidon. 2, 9 Cum vel pauxillulum bi- bere defuisset. Idem 8, 9 (3) Sepone pauxillulum declamationes. 55  
PAUSILLVLVM. Adu. etiam legitur apud Plaut. Rud. 3, 4, 24 Occipito illis auferre vim ioculo pausillulum.

PAUXILLĀTIM. Adu. pro Paullulum, sensim, pedetentim. Plaut. Rud. 4, 2, 24 Docte atque astute ego illi pauxillatim pollicitabor pro capite argentum. Idem Epid. 2, 2, 63 Coepi ad illas pauxillatim 60  
accedere.

PAUXILLISPER. Aliud Adu. a Pauxillo. Plaut. Truc. 5, 21 Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidit, i. Per particulas 65  
Non. 2, 670.

PAUCIES, [παυρκίαι] pro Raro dici (inquit Non. 2, 681) vete- rum auctoritas docet. Titinn. Gemina, Tuam etiam vxorem pau- 65  
cies videbo. Cael. Anna. 6 Consulto non paucies arcessitum. Festus Paucies scribit, et eadem auctoritate vitur.

PAUCILOQVVS, a, um. Adi. Sidon. PAUCILOQVIVM, i. n. [παυρολογία] Multiloquio, contra- 70  
rium. Plaut. Merc. 1, 1, 31 Inhaeret etiam auiditas, desidia, iniuria, inopia, contumelia, et dispendium, multiloquium, pauciloquium.

PAUCITAS, ātis. f. [δαιρότης] Cic. de Inuent. 1, 32 Paucitas in partitione seruatur. Idem Fam. 2, 10 De pantheris per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est, et eas, quae sunt, valde aiunt queri, quod, etc. Amicorum pau- 75  
citas Cic. antequam iret in exil. 12. Definita numero et paucitate genera Idem de Orat. 2, 145. Magna Oratorum est semperque fuit paucitas Id. ibid. 1 c. 2 extr. Ad paucitatem redigi Curt. 3, 3 extr. Paucitate suorum erubescere Idem 4, 5, 4. Conf. Nep. 14, 7, 5. et 80  
16, 2, 3.

PAVENTIA, Dea, ab antiquis constituta, vt auerteret pauores ab infantibus: atque inde etiam appellata, auctore D. August. Ciu. Dei 4, 11. Conf. Gyrald. Synt. Deor. 1, 156.

PAVEO, ui, ēre. [πυροφοβῆμαι] Timere, et quidem ad vehemen- tem fere et celerem metum pertinet, qui mentem loco moueat, et trepidatio- 85  
nem adferat corpori. Vid. PAVOR, PAVITATIO. Plaut. Curc. 2, 1, 10 Paue parasitus, quia non rediit Caria. Ter. Andr. 2, 2, 12 Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. Pectora pauent metu Ouid. Met. 9, 581. Animus pauet apud consilium illud pro 90  
reo dicere Cic. Philipp. 5, 12. Idem Tusc. 2, 23 Nauem, vt horri- sono freto Noctem pauentes timidi adnectunt nauitae. Ex Poeta. Pugnā pauere Lucan. 7, 102. Pauco, cum Accusatiuo. Plin. in Paneg. c. 69 extr. Illos posteros libertatis nec terret Caesar, nec pauet. Tac. 4, 70 Quo intendisset oculos, quo verba acciderent, fuga, vasti- 95  
tas: deserui itinera, fora: et quidam regrediebantur, ostendebantque se rursus, id ipsum pauentes, quod timuissent, i. metuebant, ne sibi fraudi esset, et conscientiae imputaretur, quod metus quaedam signa osten- 100  
dissent. Pauet acres agna lupos Hor. Epod. 12, 25. Pauendo, [πῶ  
πυροφοβῆσαι] Lucan. 1, 479 Sic quisque pauendo Dat vires famae.

¶ 2 Paueri frumenta dicebant antiqui, Quae de vagina non bene 100  
exibant Festus. Scaliger ait Pauera, vid. PAVERVS sub PA- VIO. Suspiciabar, apud Festum legendum esse Pauere, et sermonem esse de incrementis, cum velut meticulosae frumentorum spicae cunctarentur egredi de vaginis. Vagina est herba, qua sublatent spicae Varr. R. R. 1, 48, 3. Sic Reformidare plantas Columella dixit aliquoties. 105

**PAVENS**, entis. Partic. [περιφοβούμενος] Rerum nouitate pavens iuuenis Ouid. Met. 2, 31. Hoc sermone pavens Iuuenal. 6, 188. Agna Ouid. Met. 6, 547. Equi terrore paventes Idem ibid. 2, 498. Feminae Tacit. Ann. 15, 38, 4. Non paventis funera Galliae Hor. Carm. 4, 14, 49. Clamor paventium Liu. 37, 42.

**PAVENDVS**, a, um. Partic. [περιφοβητέος] Plin. 8, 23 Nec pedibus pavendas tantum serpentes, sed et missili volare tormento.

**PAVESCO**, ère. [περιφοβῶμαι] Idem quod Pavere, nisi frequentia significationem augeat. Gell. 19, 1 Rebus forte id genus, quibus dixi, obortis, pauescere sensim, et quasi albescere, non insipientis esse hominis, neque ignari putemus. Bellum Tacit. Ann. 1, 4, 2. Nomina inania legionum Idem Hist. 4, 14, 7. Prodigia deum Sil. 16, 128.

**PAVEFACIO**, ère. Gloss. Vet. δουλοποιῶ, pauefacio.

**PAVEFIO**, èri. [πτοῦμαι] Pavidum fieri. Gell. 19, 1 In tanta violentia tempestatum videor pavidum pauefactus. Sil. 6, 178 Pauefacti corde. Ast ego vicino pauefacta sub aequare mergor Ouid. Met. 13, 878. Corpora pauefacta Idem ibid. 15, 636. Al. Pectora.

**PAVERVS**, vid. post PAVIO.

**PAVITO**, àre. Frequent. [πτύρομαι] Valde pavere. Ter. Hec. 3, 1, 40 Vxorem Philumenam pavitare nescio quid dixerunt. Vbi Donat. Pavere et Timere, et ad corporis, et ad animi perturbationem veteres referebant. Virg. Aen. 6, 498 Vix adeo agnouit pavitantem, et dira tegentem Supplicia. Pueri in tenebris pavitant Lucret. 2, 57.

**PAVITANS**, antis. Partic. [πτυρόμενος] Valer. Argon. 7, 410. Pavitans fraternos palluit Ictus Petron. c. 122. Prosequitur pavitans, et ficto pectore fatur Virg. Aen. 2, 107. Iuravit pavitans Tyrio sua praelia Marti Sil. 11, 24. Esse deam, quae Corda hominum pavitantia figat Prudent. adv. Symm. 1, 374 de Diana.

**PAVITATIO**, ònis. f. Apul. de Mundo p. 65 Palmatae appellatur, quorum pavitatione illa, quae trepidant sine inclinationis periculo nutant.

**PAVIBVNDVS**, a, um. Adi. Arnob. 7 p. 221.

PECTINARIS, e. Adj. Vet. Inscr. apud Fabret. p. 701 AC-CEPTO CHIAE SERVO PECTINARI LANARI SODALES POSVERE.

PECTO, pexui vel pexi, pexum, ere. [*κτενίζω*] *Explicare, et formare capillum pectine.* Virg. Aen. 7, 489 *Pectebatque ferum, pu- roque in fonte lauabat.* Caesariem pectere Hor. Carm. 1, 15, 14. Capillos Ouid. Met. 13, 765. Capillos pectens ancilla Idem de Arte Am. 1, 367. Capillos pectendos praebere Idem Epist. 13, 31. Co- mas bene pectere Tibull. 2, 5, 8. Colum. 10, 149 *Olitor ferroque* 105

bicorni (*sarculo*) Pectat, et argentem fulcis exterminet herbam. *Pass.* Plin. 19, 1 Et ipsa stupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. *Metaphorice:* Plaut. Rud. 3, 2, 47 Pectere quem pugnis. Idem Capt. 4, 2, 16 Pectere fusti.

5 PECTITVS, a, um. Partic. Colum. 10, 94 Verum vbi iam puro discrimine pectita tellus, i. aratro et rasiri dentibus subacta et polita. *Conf.* v. 149. Pectitae lanae Colum. 12, 3, 6.

PECTVS, a, um. *Aliud* Partic. Pers. 1, 15 Pexusque, togaque recenti. Cic. in Catil. 2, 22 Quod proprium est Catilinae, de eius delectu, immo vero de amplexu eius, ac sinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis. Doctor pexus et pinguis, pro delicato et molli Quinctil. 1, 5, 14. *Vid.* Burm. Sammon.

35 Cum caput immensa pexum, i. dum pectitur, porrigine ringuit.

¶ 2 Pexum earum etiam rerum epitheton, quae pecti possunt, quia villos, et quoddam quasi capillitium habent, quod ipsum in quodam genere pannorum laneorum a fullonibus pectendo excitatur. Grat. 273 canem non nimis villosum ita describit, Caesaries non pexa nimis, non frigoris illa Impatiens. Colum. 11, 3, 26 Pexum folium lactucae non, ut olim interpretabamur, leue est, sed lanitio quodam, aut lanugine certe,

20 obustum. Verum proprie ad vestes pertinet, quarum fila non apparent (haec enim rasae sunt, et rallae) sed vel propter subtemen mollius et minime tortum, vel pectine fullonis excitata floccorum lanugine, delitescunt. Plin. 8, 48 s. 73 Istriae Liburniaeque (lana) pilo propior quam lanae, pexis aliena vestibus. Horat. Epist. 1, 1, 95 Si forte subucula pexae

25 Trita subest tunicae, vel si toga diffidet impar, Rides. Nempe pexae vestis lanugo illa gerendo paullatim deteritur. *Vid.* PEXATVS. Hinc

Mart. 2, 45 Emi seu puerum, togamue pexam, i. nouam. Et 7, 45 Pauperibus munera pexa dato, i. vestes, praesertim ad hiemem. Hier.

adu. Iouin. 2, . . . Tunc pexa tunica et nigra subucula vestiebaris,

30 sordidatus et pallidus, et callosam opere gestitans manum: nunc lineis et sericis vestibus, et Atrebatum ac Laodiceae indumentis ornatus incedis. Pexam tunicam videtur villosam et crassam dicere, certe laneam, et ob id ipsum villorem sericis et linteis.

PECTITAS, atis. f. [*μαλλωτόν*] Plin. 11, 24 Quam non ad hoc pertinere videtur cribrata (*Hard.* crebrata) pexitas telae. Pexitas telae araneorum, inquit Turnebus, lanuginosa filorum natura, quae in rara eorum textura non perinde apparet, verum in densa.

PECTATVS, a, um. Adi. [*μαλλωτωμένος*] Qui veste pexa indutus est. Martial. 2, 58 Pexatus pulchre, rides mea Zoile trita: Sunt

40 haec trita quidem Zoile, sed mea sunt.

PECTIS, idis. f. *Herbae species, quae Consolida et Symphyton dicitur.* *Vid.* Apul. de Herb. c. 56.

PECTORALE, *vid.* PECTVS.

PECTVNCVLVS, i. m. [*κτεῖς*] Piscis, qui et Pecten dicitur.

45 Plin. 9, 29 Loligo etiam volitat, extra aquam se efferens, quod et pectunculi faciunt sagittae modo, *vid.* PECTEN. Pectunculi concharum Columell. 8, 16.

PECTVS, oris. n. [*στέρον, ἤθος, ὄσθαξ*] Anterior pars animalis a gula usque ad ventrem. Plin. 11, 37 Pectus, hoc est ossa (costas)

50 praecordiis et vitalibus natura circumdedit: at ventri, quem necesse erat increfcere, ademit. Nulli animalium circa ventrem ossa. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucris magis, et inter eas aquaticis maxime. Saucius pectus leo Virg. Aen. 12, 5.

i. pectore. *Metaph.* Pectus montis ut pedem, dorsum, verticem,

55 dixit Gratius 444. Aduersum pectus Virg. Aen. 9, 347. Adusto pectore merulae Hor. Serm. 2, 8, 90. Anhelum Virg. Aen. 6, 48. Apertum Idem ibid. 11, 667. (Cic. de Amic. c. 26.) Arrectum

Virg. Aen. 11, 639. Candidum Idem ibid. 9, 432. Castigato planus sub pectore venter Ouid. Amor. 1, 5, 21. Dolor pectoris

60 Scribon. 165. 173. Pectoris et lateris dolores Idem 101. 257. Fossum Ouid. Epist. 3, 146. Frigidus glacie pectus amantis erat Idem Her. 1, 22. de terrore. Gelidum subito frigore Idem Fast. 1, 98.

Luctans Ouid. Met. 12, 331. Lymphatum Idem ibid. 11, 3. Ecce nurus Ciconum tectae lymphata ferinis Pectora velleribus. Magnum

65 bouis Columell. 6, 1. Niueum Senec. Herc. fur. f. 7. Numerosum muscutorum toris equi pectus Columell. 6, 29. Plumeum Stat. Theb. 3, 515. Plumosum Ouid. ad Liu. 109. Pronum Stat. Theb. 11, 639. Pulchro pectore virgo Virg. Aen. 3, 426. Raucum pectus laudatur ex Senec. Agam. 689. Sed velle ibi Gronou. Pectora rauco concita buxo Furit. Semiferum Virg. Aen. 10, 212 de Tritone, cui Frons hominem praefert in pristim definit alius. Spatiofum Stat. Theb. 4, 173. Sublatum Virg. Georg. 3, 426. ¶ 2

70 Verba: Abit hasta trans pectus, Accreuit caespes pectori, Aduolare ad pectus, *vid.* hh. vv. Affligere pectora solo Lucan. 2, 30.

75 Ambire aliquem pectore, Complecti aliquem Lucan. 8, 66. Aperire ferro pectus Senec. Agamemn. f. 4. Cadere in pectus Ouid. Met. 4, 578. Caedere pectus Quinctil. 2, 12. Concutere pectora platu Stat. Silu. 5, 1, 180. Condere telum pectore Ouid. Met. 13, 458. Condidit enssem in aduerso pectore Virg. Aen. 9, 347. Constringere

80 pectora Stat. Silu. 2, 1, 129. Contundere pectora Lucan. 2, 335. Dare pectus ensibus Senec. Hippol. 5, 6. Denudari a pectore, *vid.* A Praep. Distrinxit arundine pectus Ouid. Met. 10, 526. Ferire pectora plangore Ouid. Met. 4, 554. Foedans pugnis pectora Virg. Aen. 11, 86. Fouere pectore Ouid. Met. 2, 339. Haurire pectora

85 ferro Idem ibid. 8, 440. Impellere pectus presso pectore Sil. 5, 219. Infuscare pectus illuue, *vid.* INFUSCO. Laxare pectus amictu Stat. Achill. 2, 200. Lucentia pectora ferro Valer. Argon. 6, 574. Patens laeui in pectore vulnus Virg. Aen. 11, 40. Percussit honestum pectus manu Idem ibid. 12, 155. Perfossum Lucan. 3, 655. Plan-

90 gere pectora Ouid. Epist. 11, 91. Plangere terram moribundo pectore Idem Met. 12, 118. Al. vertice. Proflabat somnum toto pectore Virg. Aen. 9, 326. Rescindere pectora ferro Stat. Theb. 11, 506. Retegere pectus Ouid. Met. 13, 459. Rumpere pectora fremitu Lucret. 3, 298. Rupit ensis pectora Virg. Aen. 9, 432. Signatum pectus sanguine Ouid. de Arte Am. 2, 384. Suscipere cicatrices aduerso pectore Quinctil. 2, 15. Sustinere amplexu pectora alicuius Lucan. 5, 793. Traiecta ferro Virg. Aen. 1, 359. Trans-

fixum Idem ibid. 1, 48. Transmittere cuspide Sil. 7, 658. Trans-

verberat abiete pectus Virg. Aen. 11, 667. Tundere pectora Lucan.

100 3, 733. Tundere luentia Ouid. Met. 8, 535. Tunsae pectora palmis Iliades Virg. Aen. 1, 485. Vulnerare pectora alicuius Ouid. Met. 8, 65. ¶ 3 Pectus, Cor sub pectore significat, atque ipsum adeo Animum, quem in corde residere nonnulli antiquorum putauerunt. Stupentibus miraculo rei, vnde nouum in Bruti pectore ingenium Liu. 1, 59. Oratio habita nequaquam eius pectoris ingenique, quod

quod simulatum ad eam diem fuerat Lit. 1, 59. Plaut. Epid. 2, 2, 101  
 Sapit hic pleno pectore. Iuuen. Sat. 13, 198 Nocte, dieque suum  
 gestare in pectore testem. Cic. de Legib. 1, 49 c. 18 Amicus per se  
 amatut Toto pectore, ut dicitur. Idem Att. 12, 25 Te vehementer  
 etiam atque etiam rogo, magis quam a me vis aut pateris te rogari, ut  
 hanc cogitationem Toto pectore amplectare. Mollities pectoris  
 Ouid. Am. 3, 8, 18 *Misericordia*. Hor. Epist. 1, 4, 6 Non tu corpus  
 eras Sine pectore, *i. mente, non stupidus*. Animus in pectore prae-  
 fens Virg. Aen. 5, 363. Oculi pectoris, *Solertia* Ouid. Met. 15, 64.  
 Aegra curis pectora Valer. Argon. 6, 623. Amicum pectus Ouid. 10  
 de Arte Am. 3, 737. Sic, Amicitiae pectus, *pro Amico dixit* Manil.  
 2, 598. Ita etiam Stat. Silu. 4, 4, 103. Et Martial. 9, 15. Altum  
 Virg. Aen. 6, 600. Angustum Ouid. de Arte Am. 3, 274. Animo-  
 sum Claud. in Conf. Stil. 1, 2, 242. Anxia Stat. Theb. 5, 294.  
 Cic. de Amicit. 97 c. 26 In amicitia nisi (ut dicitur) Apertum pectus 15  
 videas, tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.  
 Senec. in Herc. fur. f. 13 Nondum tumultu pectus Attonitum caret.  
 Auidum Ouid. Epist. 9, 161. Caeca Lucret. 2, 14. Castum Senec.  
 Hippol. v. 130. Certa pectora, *Constantia* Virg. Aen. 9, 250. Con-  
 citum ira Senec. Med. 7. Conscium omnium scelerum Id. Theb. 1. 20  
 Cupidum Ouid. Epist. 18, 90. Deuota morti Hor. Carm. 4, 14, 18.  
 Discordia pectora, et accipites animi Lucan. 10, 13. Doctum Ouid.  
 Trist. 3, 1, 64. Fessum curis Senec. Hippol. f. 2. Fidei pectus  
 Zeno Veron. *i. fidele*. Fidum mutuis amoribus Hor. Carm. 2, 12, 16.  
 Firmo pectore nunc opus Virg. Aen. 6, 261. Flammatum amore 25  
 Senec. Troad. f. 4. Stat. Achill. 1, 543 Tu tantum prouidus astu  
 Tende animum vigilem, Fecundumque erige pectus. Fecundum,  
*i. In quo multa sunt consilia*. Lactant. concute: *voluit forte excute*.  
 Fortissima pectora, iuuenes Virg. Aen. 2, 3, 49. Generosa Ouid.  
 Met. 12, 234. Graue aerumnis Senec. Agameinn. f. 4. Hospitale 30  
 Hor. Epod. 17, 49. Inimite Sil. 1, 168. Imo pectore, *vid. IMVS*.  
 Impium Hor. Epod. 5, 14. Inaccessum Veneri Claud. de Raptu  
 Proserp. 1, 224. Inane pectus sanguinis atque animi Ouid. Epist.  
 3, 60. Incautum, *vid. INCAVTVS*. Inexaturabile Virg. Aen.  
 5, 791. Infanum Senec. Hippol. f. 12. Intacta pectora lucro, *Non* 35  
*auara* Claud. Conf. Mall. Theod. 214. Laeta Virg. Aen. 5, 816.  
 Leue Idem ibid. 11, 40. Lugubre Ouid. Epist. 10, 145. Magnani-  
 mum Claud. in Conf. Stil. 2, 9. Magnum Lucret. 3, 998. Ma-  
 vors Stat. Theb. 5, 282. Mortale Virg. Aen. 4, 412. Nescia  
 vinci Idem ibid. 12, 527. Onustum laetitia, *vid. ONVS*. Periura 40  
 Ouid. Met. 2, 705. Placidum Virg. Aen. 1, 525. Plenissima magni  
 animi Ouid. Met. 5, 184. Praeparatum bene Hor. Carm. 2, 1, 14.  
 Purum Idem Serm. 1, 6, 64. Remisso pectore ac placido aliquid  
 ferre, *i. Aequo animo* Senec. Theb. 187. Rude Ouid. Epist. 4, 23.  
 Saeuum Virg. Aen. 12, 888. Sedatum Stat. Theb. 5, 671. Perf. 45  
 5, 27 Quantum mihi te Sinuoso in pectore fixi, *i. multos recessus et la-  
 tebras habente; penitissimum amorem describit*. Succincta curis Stat.  
 Silu. 5, 1, 77. Tepidum Ouid. Met. 3, 125. Timidum Idem ibid.  
 11, 478. Tranquilla pectora pace Lucret. 2, 1092. Tremefacta  
 pectora Virg. Aen. 2, 228. Turbidiora pectora ipso mari Ouid. 50  
 Trist. 1, 11, 34. Violenta Virg. Aen. 10, 151. **4** *Ver-  
 borum formulae*: Accendere donis pectus, *vid. ACCENDO*. Agere  
 aliquid constanti pectore Sil. 11, 243. Ardescit dira cuppedine pectus  
 Lucret. 4, 1084. Armatum fide Sil. 11, 206. Aspergi pectus  
 amore nocet Ouid. de Arte Am. 1, 236. Captus toto pectore, *Infu-* 55  
*nus* Idem Fast. 6, 509. Cessit amor pectore, *h. e. Recessit* Idem Epist.  
 Sabin. 2, 48. Cesserunt attonito pectore sensus Lucan. 5, 769.  
 Ciet exossato omni pectore fluctus Lucret. 4, 1265. Collocare multa  
 in pectore, *vid. COLLOCO*. Consistere pectore, *vid. CON-*  
*SISTO*. Dat gemitum ab imo pectore Virg. Aen. 1, 489. Do- 60  
 mare pectus ira concitum Senec. Med. f. 7. Effundit pectore que-  
 stus Virg. Aen. 5, 780. Excussa pectore Iuno Idem ibid. 5, 679.  
 Exturbare nefanda casto pectore Senec. Hippol. f. 2. Exuere pectus  
 curis Stat. Silu. 4, 4, 28. Fatigatum Ouid. Amor. 3, 11, 2. Fertur  
 furioso pectore Claud. de Rapt. Proserp. 3, 262. Figere sibi aliquem 65  
 in pectore Perf. 5, 27. Firmat confusa pectora religio Valer. Ar-  
 gon. 1, 79. Flagrauit abstruso incendio pectus, *vid. ABSTRV-*  
*SVS, in ABSTRVDO*. Flectuntur pectora duri Magni Lucan. 8,  
 107. Fodere pectus in iras, *incitare velut calcari aut stimulo admoto*  
 Sil. 5, 159. Fatur inimico vel ficto pectore Virg. Aen. 11, 685. 70  
 Formare pectus amicis-praeceptis Hor. Epist. 2, 1, 128. Gestamus  
 non adeo obtusa pectora Virg. Aen. 1, 571. Iactare curas pectore  
 Idem ibid. 1, 231. Imbuere pectora pietate aliqua, *vid. IMBVO*.  
 Incensum pectus amore Virg. Aen. 3, 298. Intumuit bilis calido  
 sub pectore Perf. 5, 444. *Sed hoc etiam proprie potest intelligi*. Labi 75  
 pectore nostro, dicitur cuius obliuiscimur Virg. Ecl. 1, 64. Luxu-  
 riat toris animosum pectus Idem Georg. 3, 81. *de equis*. Mittere cu-  
 ram de pectore Idem Aen. 6, 85. Moerent praefaga pectora Ouid.  
 Met. 10, 444. Mollire pectora alicuius Hor. Epod. 5, 14. Mollire  
 ferum pectus precibus Senec. Theb. 1. Mulcere pectora Virg. Aen. 80  
 1, 157. Nutrit Ruffinus commoti pectoris ignem Claud. in Ruff.  
 1, 181. Obsessa malis pectora Senec. Herc. fur. 13. Obtundere  
 pectora pugnis, *vid. OBTVNDO*. Onerare pectora alicuius variis  
 causis Ouid. Fast. 3, 249. Cic. de Orat. 3, 119 Onerandum, com-  
 plendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suauitate, copia, 85  
 varietate. Permulcere pectora dictis Virg. Aen. 5, 816. Pertent-  
 tant tacitum gaudia pectus Idem ibid. 1, 506. Prosequimur studioso  
 pectore tua nomina Ouid. Fast. 2, 15. Purgare pectora dictis Lu-  
 cret. 6, 23. Recipere pectus, *Recipere animum* Senec. Med. 6.  
 Reddit arcano sacras Cato pectore voces Lucan. 2, 285. Referre ali- 90  
 quid memori pectore Hor. Serm. 2, 4, 90. Referre voces pectore  
 Virg. Aen. 5, 409. Regnat amor vacuo pectore Ouid. Amor. 1, 1, 26.  
 Repetens suspiria sollicito pectore Idem Met. 2, 125. Reuomere flu-  
 ctus pectore Virg. Aen. 5, 182. Roborant pectora cultus recti Hor.  
 Carm. 4, 4, 34. Rumpuntur pectora Virg. Aen. 12, 527. Rupit 95  
 vocem pectore Idem ibid. 3, 246. Satiare sua pectora luctu alicuius  
 Ouid. Met. 6, 281. Signatum nomen memori pectore Idem ibid.  
 13, 66. Sum. Esse seueri pectoris Idem Epist. 18, 63. Superbit  
 despecto pectore Stat. Theb. 3, 334. Suspirare ab imis pectoribus  
 Ouid. Met. 2, 655. Trepidat formidine pectus Idem ibid. 2, 66. 100  
 Turbare improuida pectora Virg. Aen. 2, 200. Turbatum malis  
 Senec. Med. 6. Turbatus pectora Aeneas Virg. Aen. 8, 29. Va-  
 riare pectora dubiis curis Valer. Argon. 3, 11. Versare consilia pe-  
 ctore Virg. Aen. 1, 661. Vri pectore intimo Catull. 59, 177. Vista  
 pectora inclusis ignibus Ouid. Epist. 8, 58.

**PECTVSCVLVM**, i. n. Dimin. [*πηδύμιον*] Hieron. Epist. 22 c. 13 ad Eustoch.

**PECTORŌSVS**, a, um. Adi. [*πλατύστερος*] Magni et validi pectoris. Columel. 8, 2 de gallinis, Sint ergo matricis probi coloris, robusti corporis, quadratae, pectorosae, magnis capitibus. Plin. 14, 22 Ad haec pertinet pectorosa cervicis repandae ostentatio. Compar. Carin. Priap. 36 Nemo est feroci pectorosior Marte.

**PECTORĀLIS**, e. Adi. Quod ad pectus pertinet. Cels. 8, 1 In exiguo sinu pectoralis ossis. Aimmian. 14, 9 Pectoralis tunica.

**PECTORALE**, is. n. [*σηδοέσιμιον*] Genus armaturae, quod ante pectus ponitur. Plin. 34, 7 Fecit et Sp. Caruilius Iouem, qui est in Capitolio victis Samnitibus, sacra lege pugnantis, e pectoralibus eorum, ocreisque et galeis. Varro de L. L. 4, 24 De corio crudo pectoralia faciebant.

**PECTVSCVM**, Palati dicta est ea regio vrbs, quam Romulus obuersam posuit ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus, et qua mollissime adibatur vrbs: cum Etruscorum agrum a Romano Tiberis discluderet, caeterae vicinae ciuitates colles aliquos haberent oppositos. Haec Festus edit. Dacer. Petuscum al. Pecuscum conicit Dacerius, a pecore, quod ea parte pecora pascerentur.

**PECV, PECVARIA, PECVARIVS**, etc. vid. PECVS. **PECVLATOR, PECVLATVS, PECVLIARIS**, et **PECVLIOSVS**, vid. mox sub PECVLIVM.

**PECVLIVM**, i. n. [*περιουσία, περικτησις, ἴδιον, σφέτερον, εἰς αὐτὸν* Gloss. Lat. Gr. κτήσις τῷ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τὸ ἴδιον, οὐ τοῦ ἡ δούλου ibid.] Possessio eius, qui in alterius potestate est, h. e. filii familias aut serui. Et videtur deminutiuū rationem habere, cum, ut statim dicemus, etiam pecuniam denotet. Festus, Peculium seruorum a pecore dictum est, ut pecunia patrum familiae. Seruius ad Virg. Ecl. 1, 33

Nec spes libertatis erat, nec cura peculī, Omne patrimonium apud maiores peculium dicebatur, — modo tantum serui peculium dicimus. Celsus l. 79 §. 1 ff. de Leg. III. Proculus ait, audiuisse se rusticas senes ita dicentes, Pecuniam sine peculio fragilem esse, Peculium appellantes, quod praesidii causa seponeretur. Huc refero Hor. A. P. 330

**Aerugo et cura peculī.** Cic. in Parad. 5 An eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculī nullam conditionem recusant durissimae seruitutis? Idem Verr. 1, 93 c. 38 Hic Diognetus, qui ex publicis vestigalibus tanta lucra facit, vicarium nullum habet, nihil omnino peculī. Ulpian. l. 5 ff. §. 3 de Peculio, Peculium dictum est quasi

pusilla pecunia, siue pusillum patrimonium. Peculium autem Tubero quidem sic definiuit, ut Celsus libro sexto Digestorum refert, quod seruus domini permissu separatim a rationibus dominicis habet, deducto inde si quid domino debetur. Florentin. in l. Peculium D. de peculio, Peculium, inquit, et ex eo consistit, quod parsimonia sua

quis parauit, vel officio meruit a quolibet sibi donari, idque velut proprium patrimonium seruū suū habere quis voluit. Peculium re, non verbis augetur Pompon. ICT. De filio familias Liu. 2, 41 ubi pater Sp. Cassii dicitur peculium filii Cereri consecrasse. Sed vid. ad h. l. Drakenb. Plin. 34, 4 Simulacrum ex aere factum Cereri ex

peculio Sp. Cassii. Plaut. Merc. Prol. 95 Luctum ingenis factō, praeter quam mihi meus pater dedit aestimatas merces: ita peculium conficio grande. Rursus de seruis. Varro de R. R. 1, 2, 17 Tu, tibicen, non solum adimis domino pecus, sed etiam seruis peculium, quibus domini dant ut pascant. Et 1, 17, 5 Praefectos alacriores

faciendum praemiis, dandaque opera, ut habeant peculium, et coniunctas conseruas, e quibus habeant filios. Iuuenal. 3, 189 Et cultis augere peculia seruis. Peculium mulierum, Galli appellarunt bona, quae Graecis *περὶ ἑσπέρην* Ulpian. l. 9 §. 2 de Iur. Dot. Castrense peculium, vid. sub CASTRVM. Ouid. Am. 2, 2, 39 Sic tibi semper honos, sic Curta peculia crescent. Lepide Apul. Met. 3 p. 133, 25

Iam in peculio Proserpinae et orci familia numeratus, i. morti addi- Aus. Sen. Epist. 12 fin. Sed iam debeo epistolam includere. Sic, inquis, sine vllō ad me peculio veniet? i. sine sententia pretiosa instar gemmae. Metaph. Peculium, vox est obscena, Membrum virile denotans apud Petronium c. 8 aliosque.

**PECVLIOVLVM**, i. n. Dimin. Quinctil. 1, 5 Magnum peculium, erunt, qui soloecismum putent.

**PECVLIĀRIS**, e. Adi. Quod ad peculium pertinet, et pars est peculī. Plaut. Afin. 3, 1, 37 Etiam opilio, qui pascit mater, alienas oues, aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam. Idem Prol. Capt. 19 Hic postquam hunc emit, dedit eum gnato suo peculiarem. Plaut. Merc. 3, 1, 26 Quin etiam tibi ancillam dabo natam annos sexaginta peculiarem. Conf. Aul. 3, 4, 7. Et Capt. 5, 4, 16. Et Perf. 2, 2, 19. Add. tit. 16 §. 1 ff. de lib. caus. Numi pecu-

liares Paull. in l. 31 Cum fundus §. 1 D. Si certum petatur. Ulpian. in l. Si quis vinum. ad finem. D. de tritico, vino, oleo legato, Si peculiare vinum legatum sit, id continebitur, quod serui habuerunt. §. 2 Peculiaris, [*ἴδιος*] Proprius, specialis, praecipuus, nec cum aliis communis. ἰδικός, peculiaris, specialis Gloss. Vet. Suet. Caes. c. 76

Praeterea monetae, publicisque vestigalibus peculiares seruos praeposuit. Testis peculiaris alicuius Cic. pro Flacc. 51. Hoc mihi peculiare fuerit Idem Q. Frat. 1, 1. Peculiari inuidia naturae Plin. 6, 1. Cic. Verr. 3, 36 Exoritur peculiare edictum repentinum, Ne quis frumentum de area tolleret, antequam cum Decumano pactus esset, i. Ad aliquod tempus proprium. Est etiam amoris et blanditiarum Apollin. Sidon. 8, 9 Apollinis ad Thalian epistola sic inscripta est, Dilectae nimis et Peculiari Phoebus Commonitorium Thaliae.

**PECVLIARĪTER**, Adu. [*ἰδίως*] Specialiter, praecipue. Plin. 27, 4 Epiphoris peculiariter imponitur. Quasi singulariter, et eius propria virtus. Quinctil. 8, 2 Quod commune est et aliis nomen, intellectū alicui rei peculiariter tribuitur. Medicina peculiariter Efficax Plin. 22, 7. Compar. Plin. 36, 20 Haematites peculiariter splendet. Sed al. Clarius. Peculiariter, Ex peculio, vel in peculio. Paull. in l. iij. §. Saltus. D. de acquirend. vel

amitt. poss. Nec mouere nos debet, quod quaedam etiam ignorantes possideamus, id est, quae serui peculiariter parauerunt.

**PECVLIARIVS**, a, um. Adi. Idem quo: Peculiaris apud ICTOS, ut Marcian. l. 18 Dig. de peculio legato, In eum creditoribus peculiaribus actiones non competunt. Vid. Bynkershoek. Obseru. Iur. Rom.

**PECVLIOSVS**, a, um. Adi. Qui peculī multum habet. Plaut. Rud. 1, 2, 24 Peculiosum esse decet seruū et improbum, etc.

**PECVLĪĀTVS**, a, um. Aliud Adi. [*πηγισίος, πολυπόσιος* Gloss. Lat. Gr.] Afin. Pollio ad Cic. Fam. 10, 32 Plane bene peculiaris, i. Pecunia abundans, numatus. Nam supra dixerat, Magno pondere auri,



auri, maiore argenti coactio. *Conf. Apul. Met. 10 p. 247. Alium eumque obscenum sensum, vid. in Carm. Priap. 52 Pulchre pensilibus peculiatus.*

**PECVLIO**, āre. [*ἀφαιρέω*] *Peculio augere.* Plaut. *Perf. 2, 2, 10* Atque istanc ob rem ego aliqui te peculiabo. *Sic ad puerum veriam 5* *seruus nequam: cui ille ita respondet, ut ad impudicum quid alludi appareat.*

**PECVLOR**, āri. Dep. [*κλέπτω τὸ κοινὸν*] *Furari ea, quae ad Rempub. seu principem pertinent.* Peculari Rempub. Flor. 3, 17, 3.

**PECVLATOR**, ōris. m. [*κλέπτης τῷ κοινῷ*] *Qui furtum facit 10* pecuniae publicae, auct. *Ascon. ad Cic. Act. 1 in Verr. 2 ubi etiam apud Ciceronem legisse videtur Peculatorem aerarii, quod hodie legitur Depeculatorem.* Cic. *Off. 3, 73 c. 18* Neque enim de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco differendum est.

**PECVLATORIVS**, a, um. Adj. *Oves peculatoriae, quae scil. 15* *seruis aut filiis familias sunt in peculio* Varro de *L. L. 4, 19. Conf. Taubm. in Plaut. Afin. p. 135.*

**PECVLĀTVS**, ūs. m. [*κλέμματα τῷ κοινῷ*] *Pecuniae publicae furtum.* Cic. *Verr. 1, 11* Erunt etiam fortasse Iudices, qui illum eius peculatum vel acerrime vindicandum putent: quod iste M. Marcelli, et 20 *P. Africani monumenta, quae nomine illorum, re vera Pop. Romani et erant, et habebantur, ex fanis religiosissimis, ex vrbibus socio-*

*rum, atque amicorum, non dubitauerit auferre. Ibid. Impudentissimum tuum furtum, certissimumque peculatum. Gell. 11, 18* *M. Cato — vehementibus et illustribus verbis de impunitate pecu-* 25 *latus atque licentia conqueritur — Fures, inquit, priuatorum fur-* *torum in nervo atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in* *auro atque in purpura. Aerarii peculatus factus Sallust. Iugurth. 36.* *Peculatus, Furtum publicum dici coeptus est a pecore, quia ab eo,* *initium eius fraudis esse coepit. Siquidem ante aes, aut argentum 30* *signatum, ob delicta, poena grauiissima erat duarum ouium, et triginta boum. Eam legem sanxerunt T. Menenius Lanatus et Sestius Ca-* *pitolinus consules. Quae pecudes postquam aere signato vti coepit* *Populus Romanus Tarpeia lege cautum est, ut bos centussibus, cuius* *decussibus aestimaretur. Festus. Item, Peculatus est nunc quidem 35* *qualecunque publicum furtum: sed inductum est a pecore, ut pecu-* *nia quoque ipsa. Iam etiam noxii pecore multabantur, quod neque* *aeris adhuc, neque argenti erat copia: itaque suprema multa etiam* *nunc appellatur. Paullus. Fundus est Varro de L. L. 4, 19 p. 25,* *18 Hinc peculatum publicum (appellatur) primo ut cum pecore dice-* *retur multa, et id esset coactum in publicum, si erat auersum. Hi-* *storiam Peculatus petet, qui vult, a Manutio de Legibus, et Ictis ad Tit.* *Pand. (48, 13) ad L. Iuliam Peculatus: inde ponemus modo l. 1 Lege Iu-* *lia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicae* *auferat, neue intercipiat, neue in rem suam vertat; neue faciat, quo 45* *quis auferat, intercipiat, vel in rem suam vertat, nisi cui vtique lege* *licebit: neue quis in aurum, argentum, aes publicum quid indat,* *neue immisceat, neue quo quid indatur, immisceatur, faciat sciens,* *dolo malo, quod id peius fiat. Reliqua, ut diximus dabunt Icti ve-* *teres et noui. Nos formulas aliquot videbimus. Plaut. Cist. 1, 1, 74 50* *Perfidiosus est amor. si. Ergo in me peculatum facit, i. perfide* *me tractat. Reus peculatus. Aur. Victor de Viris illust. c. 59.* *Accusari peculatus Auctor ad Herenn. 1 c. 12. Damnari peculatus* *Cic. pro Flacc. 43 c. 18.*

**PECVNIA**, ae. f. [*ἀργύριον, χρήματα*] *Proprie Numi aenei, 55* *argentei, aurei: deinde diuitiae omnes, quae pretio aestimantur. Pecunia, dicta est a pecore, siue a pecu: quia omnis pecuniae, pecus fuit* *fundamentum, ut ait Varr. de R. R. 2, 1. Conf. Cic. de Rep. apud* *Non. 1, 204 quem damus in PECVNIOSVS. Colum. 6 Praefat. In rusti-* *catione vel antiquissima est ratio pascendi, eademque quaestuosissima, 60* *propter quod nomina quoque et pecuniae, et peculii, tracta videntur* *a pecore, quoniam id solum veteres possederunt, et adhuc apud quas-* *dam gentes vnum hoc vsurpatur diuitiarum genus. Plin. 33, 3 l. 13* *Seruius rex primus signauit aes. Antea rudi vsos Romae Timeus tra-* *dit. Signatum est nota pecudum, vnde et pecunia appellata. Fest. 65* *Pecunia sacrificium fieri dicebant, cum frugum fructuumque causa mo-* *la pura offerebatur in sacrificio, quia omnis res familiaris, quam* *nunc Pecuniam dicimus, ex his rebus constaret. Pecuniae verbum,* *non solum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omni-* *no pecuniam, hoc est omnia corpora. Nam corpora quoque pecu-* *niae appellatione contineri, nemo est, quin approbet. Haec Vlpian.* *in l. Pecuniae. D. de verb. et rer. signific. Idem sentit Hermogenia-* *nus, ibidem, l. Pecuniae. Cic. de Legib. 2, 48 Ad quos eiusdem* *morte pecunia venerit. Ibid. 49 Si maior pars pecuniae legata est.* *Cic. Top. 29 c. 6 Hereditas est pecunia, quae morte alicuius ad quem-* *75* *piam peruenit iure, nec ea aut legata testamento, aut possessione re-* *tenta. Pecunia absque peculio res fragilis, vid. PECVLIVM.* *Pulchra edepol Dos pecunia est Plaut. Epid. 2, 1, 10. Effectrix* *multarum et magnarum voluptatum pecunia Cic. de Fin. 2, 55 c. 17.* *Regina pecunia Hor. Epist. 1, 6, 37. Abstinentes pecuniae Idem 80* *Carm. 4, 9, 38. Accipiter pecuniarum, vid. ACCIPITER. Ner-* *vi belli, pecunia, vid. NERVVS. Optimus pecuniae Modus est,* *qui nec in paupertatem cedit, nec a paupertate discedit Senec. de* *Tranqu. an. c. 3. Vias pecuniae norunt Graeci, et omnia pecuniae* *causa faciunt Cic. Q. Frat. 1, 12 c. 5. Superbus pecunia Horat. 85* *Epod. 4, 5. 2 Epitheta: Adefa, vid. ADEDO. Ad-* *venticia, vid. ADVENIO. Adulteratae Firmic. 4, 12. Amplis-* *sima pecuniae dominus Cic. pro Rosc. Amer. 23. Certa, i. definita* *numero Quinct. 4, 2, 6 et 61. Condueta, mutuo sumta Iuuen. Sat.* *11, 46. Papin. in l. Ideo D. de compensat. Ideo condemnatus, 90* *quod arctiorem annonam aedilitatis tempore praebuit, Frumentariae* *pecuniae debitor non videbitur. Funesta Iuuen. Sat. 1, 113. i. Mul-* *tis existiosa, et quae multos perdidit. Et apud Cic. Philipp. 2. Gran-* *dem pecuniam debebat Sallust. Catil. 50. Immanes pecuniae, In-* *gens, Insperatae repentinaeque, vid. ff. ll. Magnam pecuniam 95* *amiserat Sallust. Iugurth. 102. Maioris pecuniae res, i. Maioris* *pretii et aestimationis Hermogenianus in l. Rei maioris. D. de except.* *praescrip. et praecudiciis. Marita, vid. MARITVS. Modica,* *vid. MODVS. Numeratam accipere Nep. 13, 1, 3. Obscena* *Iuuen. Sat. 6, 297. i. Quae multis causa est obscenae vitae. Occu-* *100* *pata, v. v. Parua, vid. PARVVS. Plena et praeclara Cic.* *pro Rosc. Amer. 6. Priuata Quinct. 3, 6. Repetundarum pecu-* *niarum reus Sallust. Catil. 18. Signata Quinct. 5, 11. Vacua* *v. v. Vlpian. in l. Quum alter. D. de compensat. Quum alter al-* *teri pecuniam sine vsuris, alter Vsurariam debet. Et lege sequente, 105*

Si inuicem sit Vfuraria pecunia.

¶ 3 *Formulae Verborum:*

Abire dicitur et Proficisci, i. dilapidari: vid. ad Plaut. Trin. 2, 4, 17. Abstinere pecunia, et pecuniis, Abundans pecunia, Accipere pecuniam, Acstimare pecunia, vid. hb. vv. Annumerare pecuniam

alicui Cic. Diuinat. in Verr. 66. Anquirere pecunia, Attributa, Auertere pecuniam, vid. ff. ll. Auersa pecunia publica Tac. Hist. 1,

53, 2. Auferre pecuniam de aerario, Auctus pecunia, Capere pecuniam, vid. hb. vv. Circumdare gratiam et pecuniam Tacit. Ann. 14, 53.

Circumuentus innocens pecunia, vid. CIRCUMVENIO. Coaceruare, vel congerere pecuniam Cic. Philipp. 5, 12.

Cogere pecuniam, Coacta, vid. COGO. Collecta Hor. Epist. 1, 10, 47.

Collocare pecuniam Cic. pro L. Manil. c. 7. Conciliare pecuniam item.

Conciliare aliquem alteri pecunia, Condonare aliquem pecunia, Conferre pecuniam, vid. ff. ll. Conferre pecuniam ad statum, vid. AD Praepositionem.

Conficere, vid. CONFICIO. Conficere pecuniam de vectigalibus Cic. de Lege Agr. 2, 33.

Quinct. 5, 7 Siue odio Conflatos testes, siue inuidia, siue gratia, siue pecunia videri volumus.

Conquirere acerbe pecunias Tac. H. 3, 76, 4.

Coniicere pecuniam in aedificium, Construere, Conuertere pecuniam ad commodum suum, Corrogata pecunia ad necessarios vsus, Corrumperre pecunia, vid. hb. vv.

Cortumpi pecunia Quinct. 4, 2. Credere pecuniam, vid. CREDO. Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia Crescit Iuuen. 14, 138.

Curare alicui pecuniam, vid. CVRO. Curare nomine alterius nobis pecuniam Cic. Fam. 5, 20.

Debere alicui pecuniam, Decernere pecuniam, vid. hb. vv. Dilapidare Pseudo-Cic. ad Octau. Cic. ad Q. Fr. 1, 3

Ego acceptam ex aerario pecuniam tuo nomine frustra Dissiparim. Dare pecuniam Cic. Verr. 5, 118.

Ducens ad se cuncta pecunia Hor. Carm. 4, 9, 38. Effundere pecuniam Cic. contra Rull. 1, 15.

Erogare pecuniam Id. Q. Frat. 1, 1, 21. Exaequat omnium dignitatem pecunia Idem Att. 4, 14.

Exigere, capere, et imperare pecuniam Idem in Pison. 38. Facere pecuniam, vid. FACIO.

Fundata pecunia villis Hor. Epist. 1, 16, 46. Illudere pecuniae Tacit. Hist. 2, 94.

Impendere pecuniam in res vanas, Imperare pecuniam, Incubare pecuniae, Inducere pecuniam et rationem, Inductum pecunia aliquid facere, vid. ff. ll.

Inuadere in alienam pecuniam nullo iure Cic. pro Rosc. Amer. 6. Inuadere in pecunias alterius, Inuenire pecuniam bono modo, Iudicatus pecuniae, Mercari praesenti pecunia, Multare pecunia, vid. hb. vv.

Pecuniam in loco Negligere, maximum interdum est lucrum Ter. Adelph. 2, 2, 8.

Numerare pecuniam, Obsignare, Occupare alicui pecuniam foenore, Oppugnare aliquem pecunia, vid. hb. vv.

Parta legibus et contra leges pecunia Cic. de Finib. 2, 55. Perit pecunia, vid. PEREO.

Perscribere pecuniam, vid. PERSCRIBO. Peto certam creditam pecuniam ex stipulatione Quinctil. 4, 2, 6 et 61.

Polliceri pecuniam aliquam militibus in singulos Cic. Philipp. 5, 54.

Properare pecuniam alicui Hor. Carm. 3, 24, 61. Quaerenda vel cum periculo pecunia Cic. de Fin. 2, 55.

Redigere pecuniam ex bonis alterius Idem Diu. Verr. 56. Idem Att. 12, 25

Reliquae pecuniae vel vsuram filio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, Repraesentabimus.

Sequitur crescentem cura pecuniam Horat. Carm. 3, 16, 17. Strangulat plures congesta pecunia Iuuen. Sat. 10, 12.

Sumere mutuas pecunias, vid. MVTVVM Cic. Verr. 1 c. 10. Male se res habet, cum id, quod

virtute effici debet, Tentatur pecunia Cic. Off. 2 c. 6. Venire ad maximas pecunias paucis annis Idem de Orat. 2, 269.

¶ 4 *Elegans est de Viribus pecuniae Poematum* - Petronii c. 137. Pecunia Dea, Augustin. de Ciu. Dei 4, 21 cui se commendabant, vt pecuniosi essent.

Hoc ne ignorabat Iuuenalis, qui 1, 113 Et si sumesta Pecunia, templo Nondum habitas — Vt colitur Pax atque Fides, etc. Sed Augustinus repetit 4, 24. et 7, 4.

Arnob. 4 p. 132 Quis Deam Pecuniam esse credat, quam velut maximum numen vestrae indicant literae, donare annulos aureos, Ioda in ludis atque in spectaculis priora, honorum suggestus summos, amplitudinem magistratus, et quod

maxime pigri ament, securum per opulentias otium. Menander,

Ego vtilis vero deos esse arbitror

Nostros, et Argentum et Aurum maxime.

Istos quidem, si dedices tua in domo,

Quidquid voles, roges, tibi omnia aderunt,

Ager, domus, seruique et argyromata,

Testes, amici, iudices, tantum dato.

PECVNIOVS, a, um. Adi. [πολυπληθής] Quasi Pecuniae plenus et diues. Pecuniosus; a pecunia magna, inquit Varr. de Ling. Lat. 4, 17

Pecuniosorum et locupietum proprietatem, inquit Non. 1, 204 aperuit M. Tull. de Rep. 2 a pecore pecuniosos, et a possessionibus locorum locupletes, appellatos, asserens, multaeque dictione ouium et boum, quod tunc erat res in pecore, et locorum possessionibus, ex quo pecuniosi, et locupletes vocabantur.

Cic. Verr. 5, 16 Mirari, quod Apollonius homo pecuniosus tam diu ab isto manet integer.

Ibid. 24 Pecuniosissimus Syracusanorum. Et in Parad. 6 Pecuniosos reos. Et pro Cluent. Pecuniosa mulier.

Cum esset pecuniosus, nemo illo fuit minus emax Nep. 25, 13, 1. Non tam generosus, quam pecuniosus Idem 5, 1, 3.

Pecuniosus, a pecorum copia Quinct. 5, 10, 55. Cic. de Inuent. 1, 35 In fortuna quaeritur, seruus sit an liber, pecuniosus an tenuis, etc.

Copiis rei familiaris locuples et pecuniosus Idem pro Rosc. Com. 44 c. 15. Martial. 5, 57

Artes discere vult pecuniosas. Cic. in Verr. Act. 1, 21 ait, Hoc omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantum, verum etiam apud exteris nationes, in iudiciis illorum temporum, pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem posse damnari.

Huic affine est, quod reperitur apud Sallust. Iug. 8 Romae esse venalia omnia. Comparat. Mamert. Paneg. Iul. c. 20 Tanto vir quisque melior, quo pecuniosior habetur.

Suet. Aug. c. 25 Viris feminisque pecuniosioribus indictum. Superlat. Pecuniosissimus Cicer. in Verr. Act. 1 c. 14. et 5 c. 9.

PECVNARIVS, a, um. Aliud Adi. [χηματικός] Quod ad pecuniam pertinet. Cic. pro Cluent. 120 Neminem voluerunt maiores nostri non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset.

Idem ad Brut. 18 Nodus est inopia rei pecuniariae. Causae pecuniariae Vlp. in l. 1 §. 1 D. de calumniat. Add. l. 9 pr. D. de offic. procons.

Condemnatio pecuniaria Paull. in l. Miles. D. de re iudicata. Iure pecuniario possidere Augustin. Epist. 89. Lis pecuniaria Quinct. 6, 1.

Nomen pecuniarium, i. Debitum pecuniarium Paull. in l. Si conuenerit. D. de pignorat. Act. Poena pecuniaria

pecuniaria mulctari Vlpian. in l. 1 §. His igitur. D. de postulando. Quantitas pecuniaria Caius in l. Liberum. D. de relig. et sumt. funer.

PECUNIARIUS, i. m. *χρηματιστής* Gloss. Gr. Lat.

PECUNIARIE. Adu. Vlpian. in l. 10 §. 2 D. de compensatio- nibus, Quoties ex maleficio oritur actio (vt puta ex causa furtiua, caeterorumque maleficiorum) si de ea re pecuniarie agatur, compen- satio locum habet.

PECUNIALIS, e. Adi. Cael. Aurel. Tard. 1, 5 Quaestus pecunialis.

PECUNIARIS, e. Adi. Damnatio pecuniaris Macer lege 10 10 extr. Dig. de Poenis.

PECUNIARITER. Adu. l. vlt. Dig. de priu. delict. Pecunia- riter agere.

PECUS, ūdis. f. [*πῦνος, ζέβημα, βόσκημα*] Omne animal quod sub imperio, pabulo terrae pascitur, vt sunt boues, asini, equi, cameli, aues, caprae, auctore Valla. Colum. 2, 2 de bobus, Plus enim queunt pecudes collo et pectore conari, quam cornibus. Idem 9, 1 Fe- rae pecudes, vt capreoli damaeque. Pecudes, Antiqui a Pede appellarunt, vt ab eodem Pedicam, Pedissequum, etc. Varr. de Ling. Lat. 4, 19. Add. Isidor. 12, 1. Fecundius hac pecude nihil natu- ra genuit Cic. de Nat. Deor. 2, 160. de sue. Sequuntur sui gene- ris greges pecudes, vt bos armenta Idem Att. 7, 7. Pecudes ele- phantos vocat Plin. . . . Qui cum elephanto, inquit, congressus, gemino ictu pecudem exanimauit. Sed locum non inuenio. Varr. de R. R. 2, 5 Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet pri- mum, vt sint hae pecudes aetate potius ad fructus faciendos integrae, quam iam expartae. Pecus, pro Oue. Plin. 8, 7 Ipsius animalis (de elephanto loquitur) tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudum occurrentia, manu dimoueat, ne quid oberat imprudens. Idem 24, 11 f. 53 Pecus et caprae. Saepo ita Plinius. Sed Pecus, pro Omni animali praeter hominem. Cic. de Fin. 2, 39 Contra- que vt tardam aliquam et languidam pecudem ad pastum, et pro- creandi voluptatem, hi hoc diuinum animal ortum esse voluerunt. Virg. Georg. 4, 327 de apibus, Et pecudum custodia solers. Pecus fera, ad differentiam Domesticae pecudis, Lucret. 1, 14 Inde ferae pe- cudes persultant pabula laeta. Idem 2, 343 de piscibus, Praeterea genus humanum, mutaeque natantes, Squammigeras pecudes. Ex- pertes rationis Cic. Off. 2 c. 3. Tacit. Ann. 13, 1 Adeo vt C. Caes- ar pecudem Auream eum appellare solitus sit. De Iulio Silano, cum allusione ad vellus aureum arictis, qui Phryxum vocit. Barbigeras pecudes, Caprae Lucret. 5, 898. Densae Stat. Theb. 5, 349. Fe- rae Colum. 9, 11. Grauidae Virg. Georg. 2, 150. Laetae Idem ib. 1, 423. Lanigeras Idem Aen. 3, 642. Nigrae Tibull. 3, 5, 33. Pronae Claud. de Mulab. Gallic. 10, 20. Sagittiferam pecudem, Histricem vocat Claudian. de Histrice 48. Cic. de Fin. 2, 40 c. 13 Vt Tardam aliquam et languidam pecudem, ad pastum et ad procrean- di voluptatem hoc diuinum animal ortum esse voluerunt. Antece- dit pecudibus caeterisque bestiis, hominis natura Idem Off. 1, 105. Pe- cudes dicere videtur domesticae, gregales, etc. Cogere pecudes, vid. COGO. Siccare distentas pecudes Lucan. 4, 314. Spondere balantem facello pecudem Iuuen. Sat. 13, 232. Hominem per translationem Pecudem vocat Cic. in Pison. 19 c. 9 Consilio istius pecudis vti volebam. Impurissimae et intemperatissimae pecudis fordes Idem ib. 72. Idem Phil. 8, 9 c. 3 Atque etiam homi- nes agrestes, si homines illi, ac non pecudes potius. Pecus gene- re Masculino ex Ennio adfert Priscian. 5 p. 659 pr. Pecuda, etiam Neutro genere. Sifen. Historiar. 4 Iumenta et pecuda locis trepidare compluribus. Cic. de Republ. 4 Quum adhibent in pecuda pasto- res, et alii apud Non. 2, 691.

PECU, n. Indecl. in Sing. In Plur. Pecua, uum, ūbus; antique. Plaut. Rud. 4, 3, 5 Non vides me referre vuidum rete, sine squammo- so pecu? Idem Bach. 5, 2, 20 Pastor harum dormit, quum hae eunt sic a pecu balitantes. Item Merc. 3, 1, 11 Nec pecua ruri pas- cere, neque pueros nutrire, etc. Pecua salua Cato R. R. 14, 3. Venit Pecubus balantibus aegror Lucret. 6, 1130. Boues et id genus pecua Apul. Met. 2 p. 115. Plin. 8, 43 de asino, Ipsum animal frigoris maxime impatiens, ideo non generatur in Ponto: nec aequi- noctio verno, vt caetera pecua, admittitur, sed solstitio. Varr. de R. R. 2, 1, 3 Et homines et pecua quum semper fuisse sit necesse, etc. Gregalia pecua Apul. Met. 6 p. 182. Seru. in illud Virg. Georg. 3, 64 Mitte in venerem pecuaria primus. Pecuaris, inquit, ab eo quod est pecuare venit. Nam Pecua, vt ait in Pompeiana Cicero, ab eo quod est Pecus venit; vt a Genu, Genua. Viuetur respicere ad pro L. Manil. 15 c. 6 ubi hodie legitur, tamen pecora relinquuntur, agri- cultura deseritur. Fest. l. 14 Pecuum Cato dixit Genitiuum Plura- lem, ab eo, quod est Pecus. Non. Marcell. 2, 691 Pecua, inquit, et Pecuda, ita vt Pecora veteres dixerunt. Et citat testimonia. Liu. 26, 34 Pecua captiua, praeter equos et mancipia, restituenda censue- runt dominis. Idem 35, 21 In agris passim inundatis pecua ablata. Charif. 1 Sunt quaedam nomina tantum monoptota, quae pluralibus casibus naturalem declinationem admittunt, et appellantur heteroclitia, vt genu, tonitru, cornu, pecu. Add. Priscian. 6.

PECUS, ōris. n. Idem quod Pecus, ūdis. Pecus dictum ab eo, quod perpascat, a quo pecora vniuersa Varr. de Ling. Lat. 4, 19. Me- lius qui a Graeco, vt statim videbimus. Pecus, pro Multitudine pecorum siue pecudum. Virg. Ecl. 3, 1 Dic mihi Damoeta, cuium pecus? an Meliboei? Idem Aen. 3, 221 Caprigenumque pecus nullo custo- de per herbas. Pecus, pro Oue aliquando ponitur. Plin. 8, 48 Est et in Hispania, sed maxime Corsica, non maxime absmile pecori ge- nus musimonum, caprino villo, quam pecoris velleri propius. Add. Idem ib. c. 49. Quinct. in Apibus pauperis f. Declam. 13 Cur in vsu vestium saepe pecori lanae detrahuntur? Esti pecorum vel ouium vsus legatus sit, neque lacte, neque agnis, neque lana utetur vsuarius Instit. l. 2. Hinc eryson. Vid. Scalig. in Coniect. ad Varr. p. 39. Nempe πῦνος vel πῶκος a πῶκος vellus est, f. lana. πῶκος ἄδος cum pecus, pecudis conuenit. Pecus interdum de omni animali, quod humana lingua et effigie caret, dicitur. Virg. Georg. 4, 168. De equo Auien. Arat. v. 447. Ignauum fucos pecus a praesepibus arcent. Burm. ad Grat. Cyneg. v. 265. Pecus, de bobus. Columel. 2, 2 Sulcum autem ducere longiorem quam pedum centum viginti, contrarium pe- cori est: quoniam plus aequo fatigatur. Sed etiam de equis Stat. Theb. 1, 275 Geticoque pecus stabulare sub Aemo dignus. Vbi Lactant. Equos — Poeta pecus vocat, quod est generale nomen omnium animalium effigie humana carentium. Hinc Horat. Sat. 1, 3, 100 homines nondum humanitate cultos vocat Mutum ac turpe pecus, 10

- Vid. n. 3.* Diues pecore Hor. Epod. 15, 19. Balatus pecorum  
Virg. Georg. 3, 554. Custos pecoris Stat. Theb. 9, 508. Deus  
pecoris, *Pan* Ouid. Fast. 2, 271. Diues niuei pecoris Virg. Ecl.  
2, 20. Domus pecorum Stat. Theb. 1, 367. Greges pecorum  
5 Ouid. Met. 11, 276. Magister pecoris Virg. Ecl. 3, 101. Possessor  
pecoris Stat. Silu. 4, 6, 102. ¶ 2 Aquatile pecus, *vid. A Q V A.*  
Aurinum, *Simia. v. f. l.* Cornutum Colum. l. 1 praef. Corpulentum,  
*vid. CORPVS.* Caprigenum Virg. Aen. 3, 221. Senec. Hippol. 116  
*de Pasiphaë,* Pecoris efferi sacuum ducem audax amasti, *i. taurum.*  
10 Colum. 6, 27 Summam sedulitatem et largam satietatem desiderat equi-  
num pecus. Virg. Georg. 3, 72 Nec non et pecori est idem delectus  
equino. Felix capellae Idem Ecl. 1, 75. Formosum Idem ib.  
5, 44. Foetum Virg. ib. 3, 83. Generosum Idem Georg. 3, 75.  
Immensum Claud. in Eutrop. 2, 427. Quinct. 1, 5, 67 *ex Pacuio*  
15 *affert Delphini descriptionem* Nerei Repandirostrum Incuruicernicum  
pecus. Iners Virg. Aen. 4, 158. Infirmum Ouid. in Ibin 42.  
Laetum Hor. Epod. 2, 45. Lanigerum Ouid. Fast. 1, 384. Molle  
Virg. Georg. 3, 299. Montiuagum Senec. Herc. Oet. 2, 7. Mu-  
tilum et Cornutum *opp.* Colum. praef. l. 1. Mutum et turpe Hor.  
20 Serm. 1, 3, 100. Operarium, *vid. O P V S.* Ouiaricum,  
*vid. Ouiaricus, in OVIS.* Pavidum Ouid. de Arte Am. 2, 148.  
Placidum Idem Met. 15, 116. Pingue Hor. Serm. 2, 6, 14. Ra-  
ripilum et Setosum *opp.* Colum. l. 1 praef. Segne Stat. Theb. 8, 576.  
Semianimum Idem ib. 2, 83. Stolidum Valer. Argon. 6, 537.  
25 Truncum Stat. Theb. 5, 333. Vagum Hor. Carm. 3, 13, 12. Vo-  
latile pecus Colum. 8, 3. Abigere pecus, *vid. ABIGO.* Cae-  
dere armentorum reliquique pecoris greges Cic. Philipp. 3, 31. Co-  
gere pecus Virg. Ecl. 3, 20. Depascuntur a pecore agri publici  
Cic. de Orat. 2, 284. Imprimere signum pecori Virg. Georg. 1,  
30 263. Infuscere pecus amurca, *vid. INSVESCO.* Legere  
ducem pecori Virg. Georg. 3, 125. Numerare pecus pauperis est  
Ouid. Met. 13, 824. *Metaph. de stupido homine, ut* Pecus, udis: Ho-  
rat. Epist. 1, 1, 19 O imitatores, stultum pecus. ¶ 3 Pe-  
35 *cus, embryo.* Tertull. adu. Marcion. 4, 21 *de gradibus, quibus nascitur*  
*homo,* Non caro habitus ante formam, non pecus dictus post figuram,  
non decem mensium cruciatu deliberatus. Firmicus 7, 1 Pecus in-  
tra viscera matris artuatim concisum a medicis proferetur. *Esuam*  
*ferre habet* 6, 31 *vid. ARTVATIM.* Tertull. de Anima 25 Cum he-  
40 bete unco, quo totum pecus attrahitur, violento puerperio. *Non*  
*debebat Rigaltius mutare Pecus in Facinus.* *Videtur cum hac appella-*  
*tione cognationem habere, Ἀμύων, quo nomine venit pellicula fetum inuol-*  
*uens. Ἀμύων autem agnus est, h. e. pecus κατ' ἕξοχην.*  
PECVSCVLVM, i. n. Foueam si forte pecuscula vestra incide-  
runt Iuenc. 2, 593.  
45 PECORINVS, a, um. Adi. [κτηνίδες] Quod est pecoris: ut,  
Pecorina caro.  
PECOROSVS, a, um. Aliud Adi. [πολυθρέμων] Palatia peco-  
rosa Propert. 4, 9, 3 *ubi pascebant pecora.* Sed nemorosa al. Phyl-  
los Stat. Theb. 4, 45. Ver Idem ib. 10, 229.  
50 PECORARIVS, i. m. Qui pecua siue pecora publica redimit,  
*ut ait Ascon.* Romani enim vetustiores nihil in bonis praeter pecudes ha-  
bebant. Onomast. Vet. Pecorarius, *προβατωδης.*  
PECVALIS, e. Adi. Sedul. 1, 136 Edidit humanas animal pecua-  
le loquelas. Fortunat. de Vita Martini 2, 146 Et mihi praeda iacet  
55 pecuali capta ministro.  
PECVARIVS, i. m. [κτηνοτρόφος] Qui pecorum curam habet, vel  
Qui pecuarias habet alitque. Cic. pro Deiot. 27 c. 9 Ut non solum Te-  
trarcha nobilis, sed optimus paterfamilias et diligentissimus agricola  
et pecuarius haberetur. Idem Verr. 2, 17 c. 6 Quapropter de istius  
60 Praetura Siciliensi non recuso, quin ita me audiat: ut si cuiquam  
generi hominum, siue Siculorum, siue nostrorum ciuium, siue cui-  
quam ordini, siue aratorum, siue pecuariorum, siue mercatorum pro-  
batus sit, etc. *Ibid.* 2, 188 c. 77 Postulo mihi respondeat, qui sit  
iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius. Liu. 19, 23  
65 *extr.* Et ab Aedilibus plebeis, L. Aelio Paeto, et C. Fulvio Curuo ex  
multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi fa-  
cti. *Add. ib. c. 47.* Ascon. in Diuin. Verr. p. 29. *Conf.* Isidor. 15, 17.  
*et Burm. Diss. de Vestig. c. 9.* Est autem proprie  
PECVARIVS, a, um. Adi. [βοσκηματικός] Quod ad pecus perti-  
70 net. Plaut. Truc. 1, 2, 45 Male vertit res pecuaria mihi apud vos.  
Varr. 3 praefat. Qua de re pecuaria breuiter ac summatim percurram.  
Cic. pro Quint. 12 c. 3 Erat ei pecuaria res ampla, et rustica, sane be-  
ne culta, et fructuosa. *i. Multa armenta multosque greges habebat.*  
Canis pecuarius, *Qui pecora vel pecudes custodit a luporum voracitate et*  
75 *iniuria.* Colum. 7, 12, 18 Pecuarius canis neque tam strigosus aut  
pernix esse debet, quam qui damas, ceruosque, et velocissima sectan-  
tur animalia. Magisterium Apul. Met. 10 p. 253. Negotiatio  
Colum. 8, 1, 1. Passio Idem 8, 1, 2. Et Varro 3, 1, 8. *Item* 3, 2, 13.  
Quaestio Varr. de R. R. 2, 2 *in ipso statim initio.*  
80 PECVARIA. orum. n. Pl. [βοσκηματα] Dicuntur ab eo, quod  
est Pecuar, et per apocopen, Pecuar: nam Pecua, ut ait in Pompe-  
iana Cicero, ab eo, quod est Pecus, venit, ut a Genu Genua: et signi-  
ficat Pecorum multitudinem. Haec Seru. in illud Georg. 3, 64 Mit-  
te in Venerem pecuaria primus. Perf. 3, 9 Fnditur, Arcadiae  
85 pecuaria rudere dicas, *i. snorum greges.* Auctor ad Herenn. 4  
c. 34 Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuiam praesidio  
pecuaria credemus? al. Pecua. Plin. 8, 9 Quapropter arcent eos  
coitu, feminarumque pecuaria separant, quae haud alio modo, quam  
armentorum habent. Stat. Silu. 3, 3, 93 Et Lacedaemonii pecua-  
90 ria Culta Galesi. *h. e. Oues Tarentinae, quorum lana erat pretiosissima.*  
Defecta mala pecuaria tate Grat. v. 435. Primigenia Varr. de R.  
R. 2, 2, 2. *i. Principia pecuariae rei:* E feris pecudibus primum oues  
comprehensas ab hominibus et mansuefactas. Rudunt pecuaria  
Arcadiae Perf. 3, 9. *h. e. Asini, qui nascuntur in Arcadia maximi.* Pe-  
95 cuaria, *Loca in quibus pecora nutriuntur, id est pasua.* Cic. de Clar.  
Orat. 85 Nam quum in silua Scantia ita facta caedes esset, notique ho-  
mines interfecti, insimulareturque familia, partim etiam liberi socie-  
tatis eius, quae pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio CENS. redemi-  
100 *missit, etc.* A Censoribus enim publicani vectigalia redimebant, seu  
conducebant.  
PECVARIA, ae. f. [βοσκηματικη] Quae et Res pecuaria dicitur.  
Varr. R. R. 3, 1 Tres libros institui, e quibus duo scripsi. Primum  
ad Fundaniam uxorem de Agricultura: secundum de Pecuaria ad Tu-  
ranium Nigrum. Pecuariam facere Suet. Caes. 42. Pecuaria  
105 *Locus, in quo pecorum greges consistunt et pascuntur.* Varr. de R. R. 2, 1  
Cuius

Cuius nobiles pecuariae in Brutiis habentur. *Ibid.* in praef. Quod eo facilius faciam, quod, et ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouiaras, et in Reatino equarias.

PECVASCO, ěre. *Legitur in decreto finium regundorum apud Gruter. p. 204* PECVASCERE GENVATES VETVRIOS. QVE LICEAT.

PECVATVS, a, um. Adi. Vet. Onomast. *Ἰνδρῶν* Fulgent. in Moral. n. 53.

PECVDALIS, e. Adi. Mart. Capell. 7 Non minus sensus, quam nominis pedudalis, de Capellae nomine.

PECVINVS, a, um. Adi. Apul. Met. 8 p. 215 Pecuinis ossibus catenatum flagrum. Cato R. R. 132 Daps Ioui assaria pecuina. *Sed locus est obscurus et dubiae lectionis.*

PECVSCVM, vid. PECTVSCVM.

## P E D

PEDA, vid. PES.

PEDALIS, PEDAMEN, vid. PES.

PEDANA, ae. f. [*Πεδάνα*] Regio est non procul a Roma, dicta ab oppido Pedito, quod olim fuit, nunc non est, *ut ait* Porphyr. in *illud* Hor. Epist. 1, 4, 2 Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?

PEDANEVS, PEDARIVS, vid. PES.

PEDATIM, PEDATIO, PEDATVM, PEDECOSVM, vid. PES.

PEDĒMA, atis. n. [*πῆμα*] Saltus est et saltatio. *Quidam le-* gunt Iuven. Sat. 11, 173 Qui Lacedaemonium pedemate lubricat orbem. *Sed vehemens ibi diffensio.*

PEDEPRESSIM, PEDES, PEDESTER, PEDETENTIM, PEDICA, PEDICINVS, PEDICVLVS, PEDIOLVS, PEDISEQVVS, PEDITATVS, etc. vid. PES.

PEDIANVS, i. m. Cognomen Roman. quo usus est v. g. Ille Asconius, cuius supersunt quaedam reliquiae commentariorum in Ciceronem. *Idem forte, quem laudat* Plin. 7, 48.

PEDICVLI, orum. m. Populi in Italia, Apulis et Salentinis contermini Plin. 3, 5. Pediculorum agrum, et oppida *vide apud eundem* 3, 11.

PEDICVLVS, i. m. Pilorum ille incola, vid. sub PES.

PEDIDOSVS, vid. PAEDIDOSVS sub PAEDOR.

PEDIS, pediculus, vid. PES n. 12.

PĒDIVS, i. m. Gentis Rom. nomen. V. g. Peditus Blaesus, senatu motus sub Nerone ob violatum ab eo thesaurum Aesculapii. *Vid. Tacit. Ann. 13, 18* Senatui restitutus ab Othone *Idem Hist. 1, 77.* *Item* Qu. Peditus, coheres Augusti bonorum Caesaris. *In consulatu auctor Legis Pediae latae contra Caesaris interfectores.* *Et* Qu. Peditus huius nepos, pictor, mutus, Qu. Pediti Consularis triumphalisque filius fuit Plin. 35, 4.

PEDO, ōnis. m. [*Πέδω*] Cognomen Populiorum. C. Pedito Albino-vanus Poeta amicus fuit Ovidio, qui scribit ad illum ex Ponto 4, 10; et de illo 16, 6 Iliacusque Macer, fidereusque Pedito. Pedito alius, Causidicus, de quo Iuven. Sat. 7, 129 Sic Pedito conturbat, etc. *Vnde ortum sit nomen, indicat* Gl. Gr. L. *πλάτους, i. latos pedes habens.*

PĒDO, pepēdi, ěre. [*πέπω, βέτω*] Crepitum ventris emitte. Hor. Serm. 1, 8, 46 Nam, displota sonat quantum vesica, pepedi. Martial. 12, 78 Aethon in Capitolio pepedit. *Lepidissimum est epigramma.* *Idem* 10, 14 Nil aliud video, quo te credamus amicum: Quam quod me coram pedere Crispe soles. *Add. Idem* 7, 17. et 12, 79.

PEDITVM, i. n. et PEDITVS, ūs. m. [*πρωδή* Gloss. Cyr.] Subtile et leue peditum Liboni est Catull. 55, 3.

PEDO, ěre. PEDVM, PEDVSCVLVS, vid. PES.

PEDVLES, Fasciae, quibus pedes vincuntur Vlpian. in l. 25 §. 160 De auro et argen. legat.

PEDVLLA, ae. f. Quae dicimus, *πέδιλα* appellari manifestum est. *πέδιλον*, Talare, aut calcamentum varium significat. Festus.

PEDVNCVLVS, i. m. Vermis marinus est, de quo sic Plin. 32, 7 Vocant et in mari pedunculos, eosque tritos infillari ex aceto auribus iubent.

## P E G

PEGANVM, i. n. [*πήγανον*] Herba est Diosc. 3 quam Latini Ruttam appellant. *Conf. Apul. de Herb. c. 89 et 115.*

PEGĀSA, ae. f. [*Παγασαί*] Thessaliae oppidum, unde PEGASAEVS, vid. PAGASA. Sic enim scribitur.

PEGASVS et Puffio, Coss. apud Rom. a quibus Pegasianum S. C. nomen habuit, habitum Vespasiani temporibus in exemplum legis Falcidae. Nam quod efficit lex Falc. in legatis, eadem in fideicommissis fere S. C. Pegasianum faciebat Iustinian. l. 2 Instit. Ciuilium tit. de Fideicommissis.

PEGĀSVS, i. m. [*Πήγασος*] Equus alatus, *ἔκθ' τῆς πηγῆς, id est a fonte, quod iuxta Pegas, id est fontes Oceani natus sit, ubi Gorgones habitant, de quo* Hygin. Poët. Astron. 2, 18 Hunc (equum caelestem) Aratus et alii complures Pegasum, Neptuni et Medusae Gorgonis filium, dixerunt: quē in Helicone, Boeotiae monte, vngula feriens saxum, fontem aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene est appellatus. *Deinde narrat fabulam Bellexophontis, qui ope Pegasi Chimaerae victor profugiens, post fontis inuentionem cum ad caelum contenderet euolare, neque longe iam abesset — decidit — equus autem subuolasse, et inter sidera ab Ioue constitutus existimatur. De imagine eius in numis. vid. Spanh. de Usu, et Praesl. Num. diff. 5 p. 273 sq.* Cic. pro Quint. 80 O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios, seu potius pegasos habeat! Apul. 11 p. 261, 6 in pompa ridicula matris Delm inducit Asinum pinnis adglutinatis ambulantiem cuidam seni debili, vt — diceres Pegasum. ¶ 2 Est etiam viri nomen Virg. Aen. 11, 670. Sic Pegasus ICius et praefectus urbis, de quo Iuvenal. 4, 77.

PĒGĀSĒVS, a, um. Adi. [*Πηγασῆος*] Gradus Pegaseus, i. Celeerrimus Senec. Troade 385. Volatu Pegaseo ferri Catull. 53, 25.

PĒGĀSĒVS, a, um. Aliud Adi. [*Πηγασῆος*] Perf. in prol. 14 Cantare credas Pegaseium melos, Musis et fonte Heliconis dignum.

PĒGĀSIS, idos. f. [*Πηγασίς*] Patronym. femin. loco Gentilis. Pegasides, Musae dictae sunt, a fonte, quem Pegasus ielu vngulae fingitur aperuisse, vt dictum est. Ouid. Epist. 15, 27 At milia Pegasides blandissima carmina dicant. *Item* Pegasides, Nymphae, quae et Naiades. Ouid. Epist. 5, 3 Pegasis Oenone Phrygiis celeberrima filius.

PEGE, es. f. Fons erat prope montem Arganthonum, in quem Hy-las cecidit. Apollonius 1 *Ἀΐψα δ' ὄρε κρήνην μετακλάδον, ἣν καλέουσι*

Πηγὰς ἀγγέλιον περιελάττει. *Hinc apud Propert. emendandus est locus*  
 1, 20, 33 *vbi legitur, Hic erat Arganthei Phlegrae sub vertice montis.*  
*Phlegra enim illis in locis nusquam audita est, ac proinde Pegae legendum*  
*cenfer Turnebus 11, 15. Pege dedit Bronckb.*

- 5 PEGMA, ātis. n. [πῆγμα] *Machina e pluribus signis, ascribis,*  
*tabulis coagmentata, cuius varii usus, variaequae ob id ipsum formae esse*  
*possunt. Nomen est a πῆγμα, quod Latino pango, figo, compingo,*  
*respondet. Incipiamus a simplicioribus rebus, quibus hoc nomen tribui-*  
 10 *tur. Igitur Cic. Att. 4, 8 Pegmata, quibus nihil ait venustius, sunt*  
*plutei quidam et loculamenta Bibliothecae, quorum rationem ab Attico ac-*  
*ceperat. Quae hic Pegmata dicit, eam constructionem appellat epist. 5*  
*extr. quam nempe illa pegmata, illa constabulario loculorum efficit. Sic*  
 15 *Ausonius epigr. 26, 10 Atriorum pegmata memorat, i. tablinum; cuius*  
*magna cum Bibliotheca cognatio. Huc etiam refero l. 12 ff. de Instrum.*  
 leg. *Specularia quoque affixa magis domus esse puto, quam partem.*  
*Nam in emtione domus et specularia et Pegmata cedere, siue in aedi-*  
*ficio sint posita, siue ad tempus detracta. ¶ 2 Huic*  
*generi repositiorum affinia sunt Pegmata mobilia pomparum. Plin. 33, 3*  
 20 *f. 16 Caius princeps in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo*  
 CXXIV. *Si numerus hic sincerus est, hic modus argenti ad exornan-*  
*dam modo machinam s. ferculum adhibitus fuit; forte hoc fuit pondus bra-*  
*ctearum argenti, quibus obductum erat pegma. Certe suadet Martialis*  
 8, 33, *vbi phialam tenuissimam dono sibi datam extenuans, siue in nubi-*  
 25 *lum potius redigens, Hac, inquit, fuerat nebula tibi pegma perunctum.*  
*Pegmati includebantur bestiae in venatu exhibendae. Tale describit*  
 Apul. Met. 4 p. 148, 28 *Confixilis (alludit ad etymon pegmatis πῆγμα*  
 Vet. Gl. *Pegma, confixum) machinae publicae turres, tabularum nexi-*  
*bus, ad instar circumforaneae (ergo mobilis, quae duci possit) domus,*  
*floridae picturae, decora futurae venationis receptacula. Talia Peg-*  
 30 *mata in triumpho Vespasiani Iudaico ductum describit Iosephus 7, 17 Θαύ-*  
*μα δὲ ἐν τοῖς μάκιστα παρῆχεν ἢ τῶν φερομένων πηγμάτων κατασκευῆ, etc.*  
*Admirationi praecipue ait fuisse pegmatum, quae ferrentur, constructio-*  
*nem: quorum magnitudo fidem adimeret, ea firmo et aequabili motu pro-*  
 35 *moueri posse, trium enim et quatuor contignationum (τετράποδα καὶ τετρα-*  
*ποδα) quaedam erant. Narrat deinde totam belli obsessionis praeciorum,*  
*machinarum, caedium, incendiorum, euersionum rationem et formam ibi*  
*propositam fuisse; et unicuique pegmati, ducem captae urbis, quae ibi re-*  
 40 *praesentaretur, assignatum, etc. ¶ 3 Nobilissimum pegma-*  
*tum et artificiosissimum genus videtur illud, quod spectaculi et admirationis*  
*causa in ludis publicis exhibebant. De hoc Sen. Epist. 88 His annu-*  
*meres licet machinatores, qui pegmata per se surgentia excogitant, et ta-*  
*bulata tacite in sublime crescentia, et alias ex inopinato voluptates,*  
*aut dehiscensibus, quae cohaerebant, aut iis, quae distabant sua sponte*  
 45 *coeuntibus, aut his, quae eminebant, paulatim in se residentibus.*  
 Seru. *ad Virg. Georg. 3, 24 Scena de lignis tantum ad tempus fiebat:*  
*vnde hodieque permansit consuetudo, vt componantur pegmata a ludo-*  
*rum theatralium editoribus. De hac Phaedr. 5, 8, 7 Dum Pegma*  
*rapitur, concidit casu graui tibicen ille, Princeps cognomine. Martial.*  
 Amphith. 2 *Hic vbi sidereus propius videt astra Colossus, Et crescut*  
 50 *media pegmata celsa via. Tale pegma ad supplicium Seluri latronis*  
*adhibitum vidit Strabo 6 p. 188. Cum ille se Aetnae filium iactasset, in*  
*alto Pegmate quasi in Aetna positus, solutis subito compagibus delapsus est*  
*in caueas, in quibus bestiae seruatae emitti facile poterant. Alioquin*  
 55 *Pegmata theatrum erant Petauristarum: qui, vt saltum suorum et iacta-*  
*tionum, vibrationumque, probabilem viderentur habere causam, incendia*  
*simulabantur; et ruinae, quibus illi se saltibus prodigiosis eriperent. Vid.*  
*Manil. 5, 436 sqq. quem locum damus in PETAURVS. Quod Scali-*  
 60 *ger ad h. l. etiam pugnasse in Pegmatis gladiatores putat, illud non confe-*  
*rum est: unicum praesidium, Pegmares Suetonii, suo mox loco excutie-*  
 mus. *Sed quod diximus de ignibus, ostendit etiam Claudian. de Mall.*  
 Theod. Conf. 319

Vel, qui more auium sese iaculentur in auras  
 Corporaque aedificent celeri crescentia nexu, etc. *Vid. PE-*  
 TAVRISTA.

- 65 Mobile ponderibus descendat pegma reductis,  
 Inque chori speciem spargentes (se) ardua flammam  
 Scena rotet. Varios effingat Mulciber orbem  
 Per tabulas impune vagus, pictaeque citato  
 Ludant igne trabes, et non permissa morari  
 70 Fida per innocuas errent incendia turres.

*Hinc intelligimus, quid sibi velit Vopiscus Carin. 19 cum memorat Pegma,*  
*cuius flammis scena conflagrauit. Nempe contigit simile quiddam ei;*  
*quod ait Sueton. Claud. c. 34 cum saeuisse in fabros, Si ἀνθρώπων vel peg-*  
*ma, vel quid tale aliud parum cessisset.*

- 75 PEGMARIS, e. Adi. *Pegmares gladiatores inuenisse sibi viden-*  
*tur viri docti Sueton. Calig. c. 26, qui in pegmasti pugnent, quos tamen*  
*alias frustra quaeras, vel, quod facilius probes, quos de ruina arena di-*  
*misit, vt est Petron. 9. Sed forte optimum fuerit, certe facillimum, cum*  
 80 *Torrentio, qui libros laudat, legere Tabidas feras, vilissimos, senioque*  
*confectos gladiatores, pegmatis quoque patres familias notos, sed insi-*  
*gnes debilitate aliqua corporis, subiiciebat. Pegmares retinet, et fa-*  
*bros atque operas intelligit Lips. Saturn. 2, 14. Sed nostrum non est, con-*  
*tus omnes circa illum locum referre. Laudemus potius locum Iuuenal. 4,*  
 85 *122 Et pegma, et pueros inde ad velaria raptos. Repraesentatum in-*  
*nuere videtur pegmate raptum Ganymedis. Quid si ridiculum debilitate*  
*senem pro Ganymede rapiendum subiicit pegmatis Caligula? Adde*  
*liceat Pegma vocari Prudentio Perist. 10, 1017 simplex tabulatum instra-*  
*tum foucae celebrandi Taurobolii causa. Praeter eos, quos iam lauda-*  
 90 *uimus, de Pegmate bene meritis est Lips. de Amphith. c. 22.*

## P E I et P E L

PEIERO, *vid. PERIVRO.*

PEIOR, PEIORO, *vid. sub MALVS.*

- 95 PELAGVS, i. m. et n. [πέλαγος] *Profundum maris significat.*  
*Vnde etiam pro ipso Mari frequentius sumitur. Venti caelo pelagoque*  
*fauentes Ouid. Her. 2, 19 sereni et secundi. Valer. Flacc. 1, 168 Pe-*  
*lagus quantos aperimus in usus. Plin. 10, 32 In reliquis partibus est*  
 100 *quidem mitius pelagus. Furor pelagi Lucan. 2, 199. Gemitus*  
*ingens pelagi Virg. Aen. 3, 555. Minae pelagi Idem ibid. 6, 113.*  
*Quies pelagi Stat. Silu. 2, 2, 26. Rector pelagi, Neptunus. Ouid.*  
 Met. 4, 797. *Sonora pelagi Lucret. 5, 36. Al. Seuera. Cadens*  
 pelagus Stat. Theb. 5, 708. *Immite pelagus, vid. IMMITIS.*  
 Languidum pelagus nigro gurgite Seneca Herc. fur. 7. *Sonans pe-*  
 105 *lagus Virg. Aen. 1, 250. Tempestatibus pelagi actus Idem ibid.*  
 3, 708.

3, 708. **Committere ratem truci pelago** Hor. Carm. 1, 3, 11. **Decurrere aperto pelago** Virg. Aen. 5, 212. **Defaevit hiems pelago** Idem ibid. 4, 52. **Dat vela patenti pelago volans** Idem Georg. 2, 41. **Errare pelago** Idem Aen. 3, 204. **Euersum pelagus infiniſo ſolo** Sen. Agam. 6. **Feruet dubium pelagus** Idem Med. 10. **Feruet aestu pelagus** Cic. de Orat. 3, 155 c. 39. **Ex Poëta.** **Premitt mare arua pelago** Virg. Aen. 1, 250. **Retundit pelagus Boreas** Lucan. 5, 601. **Vt pelagus Tenuere rates** Virg. Aen. 5, 8. ¶ 2 **A pelagus Neutro est Pl.** Pelage Lucret. 5, 36

Quid denique obſeſt

Propter Atlantaeum litus, pelageque ſeuera,

Quo neque noſter adit quiſquam, nec Barbarus audet?

Sic 6, 619 At pelage multa, et late ſubſtrata videmus.

**PELAGICVS**, a, um. Adi. [πελαγικός] **Quod in mari viuit, ſue Quod eſt ex mari.** Columel. 8, 17, 14 Caeteri autem ſaxatiles, aut pelagici, ſatis ex his, ſed ex recentibus melius paſcuntur.

**PELAGIVS**, a, um. Aliud Adi. [πελάγιος] Idem. Varro de R. R. 3, 3, 10 Sic noſtra aetas, inquam, luxuria propagauit leporaria, ac piſcinas protulit ad mare, et in eas pelagios greges piſcium reuocauit. Conf. Columel. 8, 16, 8. Et 8, 17, 8. Sic Plin. 3, 6 Ideo pelagia parua et rara ſunt. Phalerae Laber. ap. Petron. c. 55 Matrona ornata phaleris pelagiis, i. margaritis. Volucres pelagiae Petron. c. 109. ¶ 2 **De conchis interdum ſubſtantiae Pelagiarum nomen uſurpatur.** Plin. 9, 37 f. 61 Purpurae nomine alio Pelagiae vocantur. Harum genera plura, etc. Pelagium (intell. conchylium) vocat p. p. c. 38 Buccinum per ſe damnatur. Pelagio admodum alligatur. Et c. 40 Pretia medicamento (ſic vocat purpurae colorem) ſunt quidem pro fertilitate litorum viliora: non tamen uſquam pelagii centenas libras quinquagenos numos excedere.

**PELAMIS**, idis. vel **PELAMYS**, ydis. f. (vtrumque enim reperitur, eadem et apud Graecos varietate πηλαμίδες et πηλαμύς) nomen thynni piſcis a ſeſtre uſque ad anniculum. Iuuen. Sat. 7, 120 Siccus petafunculus et vas Pelamidum. Plin. 9, 15 f. 18 Thynni mares ſub ventre non habent pinnam. Intranſ e magno mari Pontum uerno tempore gregatim: nec alibi fetificant: cordyla appellatur partus, qui fetus redcunt in mare Autumnio comitatur. Limofae uero a luto pelamides incipiunt uocari: et quum annuum exceſſere tempus, thynni. Et f. 19 Cum thynnibus haec (Amia) et Pelamydes in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim.

**PELASGIA**, vel **PELASGIS**, it. **PELASGICVM ARGOS**. [Πελασγία] **Regio Graeciae, circa extremam partem Macedoniae, verſus Achaiam, olim Theſſalia diſta, it. Aemonia, etc.** Plin. 4, 7. **Etiam Peloponneſum diſtam aliquando Pelasgicum, monet idem 4, 4: et Leſbon 5, 31: et Arcadiam 4, 6. Eadem varietate diſti.**

**PELASGI**, orum. m. [Πελασγοί] **Populi, quaſi Pelargi, id eſt ciconiae: quoniam errabundi ritu ciconiarum per multas nationes iuerunt. Vel Pelasgi, a Pelasgo Iouis filio.** ¶ 2 **Pelasgi, ſerui diſti ab antiquis Italis, teſte Stephano Byz. de Urb. in Chios. Hinc Victor. V. L. 1, 10 explicat Cic. de Fin. 2, 12 c. 4 Vt maiores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator eſſet: Sic vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, ſed certe non pereruditos. Malim tamen putare ex Comoedia ductum, diſtumque de multitudine promiſcua.**

**PELASGVS**, a, um. Adi. **Pubes Pelasga** Virg. Aen. 9, 154. **Clasſis** Ouid. Met. 13, 268. **Gens** Idem ibid. 12, 7.

**PELASGIAS**, adis. f. [Πελασγιάς] **Patronym. pro Genſili, vel Adiectiuo; Vrbes Pelasgiades** Ouid. Epift. 9, 3.

**PELE**, es. f. **Infula ad Petram Herculis.** Plin. 32, 2 **Nec illa in nouiſſimis mira, amarus eſſe diſces ad Pelen infulam, et ad Clazomenas.**

**PELECINVM**, i. n. [πελεκίνος] **Herba. Plin. 25, 12 Pelecinum in ſegetibus diximus naſci, fruticoſam cauliculis, foliis ciceris. Vid. Plin. 18, 17. is. 27.** ¶ 2 **Pelecimum ſ. Pelecynon, Horologii ſpecies** Vitruu. 9, 9. **A forma ſecuris, quae Graecis πέλκινος. Vid. Baldi Lex. Vitruu. p. 80. Nihil dici poſeſt praeter conieſſuras admodum incertas, cum ſolum nomen habeat Vitruuius. Ego deſcriptionem eius vel formam compararem cum Simmiae carmine Πέλκινος, quod cum Theocrito edi ſolet.**

**PELETHRONIA**, ae. f. **Herba, Centauria maior.** Apul. de Herb. c. 34.

**PELETHRONIVM**, i. n. [Πελεθρόνιον] **Oppidum eſt Theſſaliae, ubi primum domandorum equorum repertus eſt uſus. Auctor Seruius explicans illum Virgilii locum Georg. 3, 115 Frena Pelethronii Lapithae, etc.**

**PELEVS**, ei. m. **Diſyllabum. [Πηλεύς] Aenci regis filius, maritus Thetidis, et pater Achillis. De quo plura Ouid. Met. 11, 267 75 et 350 etc. Aemonius Tibull. 1, 5, 45. Optimus haſta Valer. Argon. 1, 143.**

**PELIDES**, ae. m. **Patronym. [Πηλείδης] a Peleo patre diſtus eſt Achilles. Ouid. Epift. 8, 83 Pelides utinam vitasſet Apollinis arcus. Fortis Virg. Aen. 5, 808. Idem Aen. 12, 350.**

**PĒLIAS**, adis. f. [Πηλιάς] **Pelias haſta, Qua Achilles utebatur** Ouid. Epift. 3, 126.

**PĒLĒIVS**, a, um. Adi. **Sil. 13, 803 Aequantem Peleia facta, i. Achillis.**

**PĒLIAS**, ae. m. [Πηλιάς] **Filius Neptuni ex Tyro nympba, filia Salmonis regis, frater Nelei, quem e Theſſalia expulit. Valer. Argon. 1, 22 Aemoniam primis Pelias frenabat ab annis, etc. Atrous Idem ibid. 1, 700. Superbus Idem ibid. 1, 161. Laues Pelias: Prouerbialiter diſtum apparet, ubi quis ſalutem pollicitus, adfert exitium: aut, ubi quis prodeſſe conatus, ingens addit malum. Ductum a notiſſima Peliae fabula, quem dum filiae a Medea perſuaſae ſtudent ad iuuentam reuocare, lebetes feruenti impoſitum occiderunt. Non inſempriuiter etiam dicitur, ubi quis falſa ſpe ductus inanem ſumit operam. Vid. Ouid. Met. 7, 298. Et de Rem. Amor. 48. Et Senec. Medea 133 et 666.**

**PELICANVS**, i. m. **roſtius PELECANVS**, [πικελάνος] **Auis eadem, quae Platea vel Platatea Ciceroni et Plinio. Hieronymus in illud Pfalmi centeſimi, Similis factus ſum Pelicano ſolitudinis: Pelicanorum, inquit, duo genera dicuntur eſſe. Vnum in aquis eſt, et eſca eius venenata animalia, hoc eſt ſerpentes, et crocodili, et lacertae. Dicuntur autem iſta volatilia Latine Onocrotali. Idem ad Praeſidium de cereo paſchali: Pelicani, quum a ſerpente filios occiſos, mortuos inueniunt, lugent: et ſe, et ſua latera percutiunt: et ſanguine excuſſo ad corpora mortuorum ſic reuiuſcunt. Iſtam Graecorum Latinorumque hominum, qui patres uocantur, fabulam recenſet et refellit Bochartus in Hieroz. 2, 2, 25 p. 301.**



PELIDES, *vid.* PELEVS.

PELIGNI, ōrum. m. *Populi Marfis finitimi, quorum metropolis est Sulmo, vrbs, ex qua Ouidius duxit originem, Amor. 3, 15, 8 Pelignae gentis gloria dicar ego. Martial. 13, 121 Maslica Peligni mittunt turbata coloni, etc. Festus: Peligni ex Illyrico profecti sunt ductu Volfinii regis, cui cognomen Lucullo fuit, et partem Italiae occuparunt. Ei duo nepotes fuerunt, Pacinus, a quo Pacinates: et Pelicus, a quo Peligni. Acer Pelignus Sil. 8, 512. Aquosi Ouid. Amor. 2, 1, 1. Salubres Idem ibid. 2, 16, 37.*

PELIGNVS, a, um. Adi. Praela Martial. 1, 110. Arua pererrantur Peligna liquentibus vndis Ouid. Amor. 2, 16, 5. Frigora Hor. Carm. 3, 19, 7. Rus Ouid. Amor. 2, 16, 1.

PELION, i. n. [Πήλιον] Mons Thessaliae. Lucan. 6, 336 *situm illius sic describit Thessaliae respectu, Cum per summa poli Phœbum trahit altior aestas, Pelion opponit radiis nascentibus umbras. Sed Ouid. Fast. 5, 381 Pelion Aemoniae mons est obuersus in Austros, Summa virent pinu: caetera quercus habet. Ouid. Met. 1, 155 Iupiter Excussit subiecto Pelio Ossam. Nempe Gigantes apud Virg. Georg. 1, 281 Ter sunt conati imponere Pelio Ossam, etc. Altus Idem ibid. 3, 94. Ingens Stat. Achill. 1, 151. Pelion Neutro intell. ὄρος.*

PELIVS, a, um. Adi. [Πηλιωτικός] Cic. pro Cael. 18 Utinam ne in nemore Pelio.

PĒLĪACVS, a, um. Aliud Adi. [Πηλιακός] Apex Ouid. Fast. 1, 308. Cuspis, *Hasta Achillis, quae ex monte Pelio excisa fuit Idem Met. 12, 74. Iuga Stat. Achill. 1, 321. Vertex Ouid. Amor. 2, 11, 2. Umbræ Valer. Argon. 1, 95. Umbræ, proprie siluam, al. Vndae.*

PELIAS, ādis. f. Ouid. Epist. 12, 8 Phryxeam petiit Pelias arbor ouem. Pelias arbor, i. Argo nauis, cuius lignum in Pelio monte natum, et in Magnetide regione proxima Thessaliae fabricatum.

PELLA, ae. f. [Πέλλα] Ciuitas Macedoniae, ut scribit Liu. 44 extr. et in litore maris Aegei, ut ostendit Herodotus 7. Eam Pomponius Mela 2, 3 scribit illustratam maxime alumnis Philippo et Alexandro eius filio. Hinc Iuuen. Sat. 10, 168 Vnus Pellaeo iuueni non sufficit orbis, i. Alexandro. Lucan. 10, 20 Illic Pellaei proles vesana Philippi. Fuit et Pella, ciuitas exigua, ut idem Poëta docet 10, 52 Exigua secura fuit prouincia Pellae.

PELLAEVS, a, um. Adi. [Πελλαῖος] Diadema Pellaeum Lucan. 5, 60. Pellaei gens fortunata Canopi Virg. Georg. 4, 287. Gula Pellaei, apud Martialem, pro Deliciis Macedonicis, 13, 85. Pellaeum iuuenem modo vidimus.

PELLAEVS, i. m. Pagus est intimi sinus Persici, cui hoc nomen a sua patria dedisse Alexandrum magnum Plinius 6, 27 commemorat.

PELLAON, ōnis. m. Adriatici seu Veneti sinus oppidum. Plin. 45 3, 19 Istriae annumerat Palscium et Pellaonem.

PELLAX, ācis. com. [ἐπαγωγός] Qui per blanditias decipit, ut Seruius exponit illud Virg. Aen. 2, 90 Inuidia postquam pellacis Vlyssi (Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.

PELLACIA, ae. f. [ἐπαγωγή] Fallacia. Lucret. 2, 559 Subdola quum ridet placidi pellacia Ponti. Virg. Georg. 4, 443 Verum vbi nulla fugam reperit pellacia. De Præte ita rectius legitur, quam, ut vulgo, fallacia: sicut etiam apud Prudent. Hamart. v. 637. Item Incontinentia, concubinitus. Arnob. 4 p. 147 Per omnes libidinum formas incestarum cupiditatum circumegisse pellaciam. Idem 5 p. 171 Iouialis monumenta pellaciae.

PĒLLECEBRA, *vid.* PERLECEBRA.

PELLECTIO, *vid.* PERLECTIO.

PELLEX, icis. f. [ζήλη, παλλακή] Gloss. Lat. Gr. παλλακή Gloss. Gr. Lat.] Mulier concubina extra iustum coniugium, et proprie quidem eius, qui aliam habet iustam uxorem. Paullus de Verborum et rerum signific. I. Masurius, scribit libro Memorialium, Pellicem apud antiquos eam habitam, quae quum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat: eamque nunc vero nomine amicam, paullo honestiore concubinam appellari. Caius Flaccus in lib. de Iure Papiriano scribit, pellicem

nunc vulgo vocari, quae cum eo, cui vxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quae vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Graeci παλλακίην vocant. Horum utrumque (inquit Valla) vere sensisse, et dixisse arbitror. Sed tamen pro suscepti operis officio, admonere debeo, pellicem apud oratores et Poëtas, eam demum haberi, quae cum eo, cui vxor est, corpus miscet. Ideoque Immo semper prosequitur pellices, quae sibi vxori Iouem praeriperent. Vnde Plin. 35, 10 verbo Graeco maluit uti, (quum de Alexandro loqueretur, quem constat eo tempore caelibem fuisse, quum Apellem scorto donauit) quam veteri (si verbum est) Latino: pallace potius, quam pellice. Quo fit, ut Curtium, vbi de eodem Alexandro, et

aliis loqueretur, caeterosque scriptores opiner pallacem potius, quam pellicem pro concubina caelibis hominis dixisse. Suet. de Vespasiano loquens c. 21 Pallacarum dixit, non pellicum. Sin aliter inuenitur, librorum vitio dandum est. Cuius rei hoc argumentum est, quod non recte quis dicitur habere pellicem, sed vxor. Et est nomen relatiuum ad alterius uxorem, cuius cum viro rem habet, non autem ad masculinum: nec recte dicturos fuisse reor oratores illos, qui pallacem dixerunt, si pellicem dixissent, ut patet. Hactenus Valla ὁ cuius de proprio Pellicis intellectu sententiam plane firmat Gell. 4, 3 ex Seruii Sulpicii libro de Dotibus, Pellicem appellatam probrosamque habitam eam, quae iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonii causa foret, hac antiquissima lege ostenditur, quam Numae regis fuisse accepimus: PELLEX ASAM IVNONIS NE TAGITO. Si TAGET, IVNONI CRINIBOVS DEMISSIS ARNVM FEMINAM CAIDITO. Pellex autem quasi πάλλαξ,

id est quasi παλλακίς, ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Graeco flexum est. Sic Festus, cuius verba ponimus n. 2. Cic. in Orat. 108 Ab hac indole iam illa matura, Vxor generi, nouerca filii, filiae pellex. Verba haec leguntur pro Cluentio 199. Matris pellex filia Sallust. in Cic. 2. Nomine depositio pellicis, vxor erit Ouid. Epist. 9, 132. Natus de pellice Idem Met. 2, 465. Iuuenal. Sat. 2, 57 Horrida, quale facit residens in codice pellex, i. inculta ancilla, dominaeque inuisa ob amores mariti. De simili re Hor. Carm. 3, 27, 65 Dominaeque tradi Barbarae pellex. ¶ 2 Coniucium est in molles mares virorum libidini succumbentes. Pellices, (inquit Festus)

nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solum feminae, sed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quae uxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam poena constituta est a Numa Pompilio hac lege, Pellex aram Iunonis ne tangito. Si tanget, Iunoni crinibus dimissis agnum feminam caidito. Suet. Caes. 49 Dolabella Caesarem pellicem reginae, vxoris Nicomedis appellat. Pseudo-

Pseudo-Cic. in Sallust. 21 c. 8. Sed tu omnium mensurarum affecta, omnium cubiculorum in aetate pellex, et idem postea adulter, omnis ordinis turpitude, etc.

PELLICO, Ære. Ζηλεύω, pellico, aemulor Gloss. Gr. Lat.

PELLICATIO, ònis. f. vid. PELLICATVS.

PELLICATVS, ùs. m. *Conditio pellicis.* Cic. Off. 2, 25 c. 7 Ab ea enim est ipse, propter pellicatus suspicionem interfectus. Id. pro Cluent. 13 Sed nefarium matris, pellicatum ferre non posset. Ni filia pellicatum matris prodidisset Iustin. 7, 48. Ζήλος, pellicatus, pellicatio, aemulatio, Zelus Vet. Gloss.

PELLICIO, exi, ectum, cære. [ὑπάγω, προσάγω, ἐπισύρομαι, ἀφέλωμαι] *Blandiendo decipere, inducere, adducere.* Festus: Pellexit, in fraudem induxit. Ter. Phorm. 1, 2, 18 Is senem per epistolam pellexit. Animum adolescentis nondum consilio ac ratione firmatum, pellexit iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deliniri potest Cic. pro Cluent. 13 c. 5. In fraudem pellicere Lucret. 5, 1003. Mulierem imbecilli consilii ad sese pellicere Cic. pro Flacco 72. Maiorem partem sententiarum sale tuo, et lepore, et politissimis facetiis pellexisti Idem de Orat. 1, 243 c. 57. Pellicere, per translationem de rebus inanimis. Lucret. 6, 999 Et omnis causa patet, quae ferri pelliciat vim. De magnete lapide. Pellicio, ex Per et Lacio componitur, mutatis R in L, et A in I. vid. LACIO.

¶ 2 Pellicere dicuntur veneficae, cum aliquid exantationibus suis aliunde ad se trahunt. Lex XII Tab. apud Seru. ad Virg. Ecl. 8, 99 Nene alienam segetem pellexeris. Plin. 18, 6 Furius Cresinus cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis, etc. Huc pertinent Illecebrae frugum, de quibus f. l. Huc respexit, si vera est lectio, Colum. 12 pr. 9 Domi confectas vestes fastidio habeant, — pretiosiores alias a viris pelliciant, (quid. pelliceant) Sed libri antiqui: peruersaque cupidine maxime placeant, quae grandi pecunia, etc.

PELLECTVS, a, um. Part. Vitiis animus Colum. 11, 1, 14.

PELLICATOR, òris. m. [ὑπαγωγέως] Inquit Paullus, Qui ad fraudem pellicit.

PELLICULATIONE, ònis. f. Pelliculationem Cato a pelliciendo dixit. Paullus.

PELLION, i. n. Lauri genus. alias Victoriola vel Daphnitis. Apul. de Herb. c. 58.

PELLIS, is. f. [δέσμα, δέσμις, δόρα, ῥινός] Dicitur proprie, quum est a carne separata, quae Cutis antea dicebatur: sed non perpetuum id esse, ostendimus n. 3. Iuven. Sat. 10, 192 Habes deformem pro cute pellem. Cic. de Nat. Deor. 1, 83 Quam tu nunquam ne in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo. Canina pellis Scribon. 161. Caprina, v. v. Frigida pellis Lucret. 45, 6, 1192. Fulua leonis Virg. Aen. 8, 552. Lanatae, vid. LANA. Scribon. 80. Lutea Pers. 3, 95. Ouina f. Ouilla, vid. in OVIS. Pastoria Ouid. Met. 2, 680. Parthicae, i. zibellinae: vid. Voss. ad Catull. p. 190. Rigidae Claud. de Rapt. Prof. 3, 343. Villosae Ouid. Met. 12, 319. Amicta lurida pelle ossa Hor. Epod. 17, 22. Aret pellis Virg. Georg. 3, 501. Comans pellis sidereis villis Valer. Argon. 8, 123. Detrahere pellem alicui, metaphoricè dictum est, pro Detegere animum alicuius Hor. Serm. 2, 1, 64. Erepta iuueno pellis operit humeros Virg. Aen. 11, 679. Habere paratam pellem Scribon. 172. Incinctae pictis pellibus Virg. Georg. 4, 342. Incubuit stratis pellibus Idem Aen. 7, 88. Internor pelle leonis Idem ib. 2, 722. Ponunt pellem senectae dracones Ouid. Met. 7, 237. Producere pellis dentibus, vid. h. v. Vti pellibus, et spoliis ferarum vestire corpus Lucret. 5, 952. ¶ 2

Ponitur pro suppellectile ex pellibus, v. g. Pellis pro Mantica et inuolucro vestis suppellectilis aliorumque vensilium et sarcinarum. Pers. 5, 140 Iam pueris pellem succinctus et oenophorum aptas. Petronius c. 120 Ego vos in duas iam pelles coniciam, vincetosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebō. Pelles pro velis Caes. B. G. 3, 13. Sic

Pellibus manicatis prohibentur frigora Columel. 1, 8, 9. et 11, 1, 21. Pellis pro Calceo. Ouid. de Arte Am. 1, 516 Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. Sub pellibus, i. In castris statuis. Cic. Acad. 2, 4 c. 2 pr. Vt non multum imperatori sub pellibus otii relinquatur. Pelles hic Tabernacula vocat militaria. Liu. 37, 39 pr. Instare hiemem, aut sub pellibus habendos milites, aut si concedere in hiberna vellent, differendum esse in aestatem bellum. Militum enim tabernacula apud antiquos pellibus consiciebantur. Liu. 5, 2 Sub pellibus agere. Tac. Ann. 13, 35, 4 Retentus omnis exercitus sub pellibus, quamuis hieme saeva. Sic, Sub pellibus scribere, est In castris studere Ammian. 25, 5 de Iuliano. Conf. Flor. 1, 12, 8. ¶ 3 Tamen etiam

pellis in viuo corpore dicitur. Hor. Carm. 2, 20, 9 Asperae pelles in pedibus Cygni. Ouid. Met. 3, 64 Atrac pellis duritia de serpente. Decora pelle speciosus Hor. Epist. 1, 16, 45. et Summa nec quidquam pelle decorus Pers. 4, 13 forte etiam ad alienam pellem referas. Sed Quiescere in propria pelle, est Contentum esse sua sorte, nec aliorum fortunis aut opibus inhiare Hor. Serm. 1, 6, 22. Resistit dura pellis ad tactum Virg. Georg. 3, 502. Rodere pellem caninam, Prouerbiali metaphora dixisse videtur Martialis, pro eo quod est, Hominem maledicum et improbum somuiciis insectari. Sic enim scribit in Obrectatore quendam 5, 61

Non deerunt tamen, hac in vrbe forsan,  
Vnus, vel duo, tresue quatuorue  
Pellem rodere, qui velint caninam.

Sic Colum. 6, 13, 2 Pellis corpori adhaeret in coriagine. Tunica per integram soluuntur viscera pellem Virg. Georg. 4, 302.

PELLICVLA, ae. f. Dimin. [δερμάτιον] Cic. pro Muraen. 75 c. 36 Atque ille homo cruditissimus ac Stoicus strauit pelliculis haedinis lectulos Punicanos. Et Plin. 29, 6 Pellicula canina. Continere se in sua pellicula Martial. 3, 16. h. e. Intra suam sortem se continere. Veterem pelliculam retines Pers. 5, 116. h. e. Pristinios mores. Curare pelliculam Hor. Serm. 2, 5, 38. h. e. Corpus molliter tractare.

PELLICEVS, a, um. Adi. [δερματινός] Quod est ex pelle. Stragulum pelliceum Paullus in l. Quum et tunicam. D. De auro, argento, etc. Pandectae Florentinae et Haloander legunt Pellicium per tertiam Vocalem. In Neutro Plural. dicebant Pellicea absolute: Vid. Hieron. Mag. Miscellan. 3, 7. Voss. de Hist. Gr. p. 394. et Bernegg. ad Iustin. 2, 2.

PELLITVS, a, um. Aliud Adi. [δερματινός] Pellibus tectus. Oues pellitae Hor. Carm. 2, 6, 10. h. e. Pellibus tectae ad lanam con-

100

60

70

80

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145

- fernandam.* Vid. Varr. R. R. 2, 2, 18. Et Colum. 7, 4. Plin. 8, 47. Pedes pellitos anseribus tribuit Nemesian. Cynege. v. 316.
- Pelliti rustici, barbari: certe antiqui. Varro de R. R. 2, 11, 11 ubi de capra: Quaedam nationes harum pellibus sunt vestitae — cuius usum apud antiquos quoque Graecos fuisse apparet, quod in tragoediis senes ab hac pelle vocantur διφδελτοι, et in comoediis; qui in rustico opere morantur, ut apud Caecilium in Hypobolimaeco habet adolescens, apud Terentium in Heautontimorumenio senex. Propert. 4, 1, 12 Curia praetexto, quae nunc nitet alta senatu, Pellitos habuit, rustica corda, patres. De antiquis Romanis loquitur. Pellitus arator Id. Propert. 4, 1, 25. Festus, Pellem habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur. Lugentes quoque diebus luctus in pellibus sunt. Getae pelliti Ouid. ex Pont. 4, 10, 2. h. e. Pellibus tecti ad arcendum frigus. Sic Claudian. B. Get. 48 Pellita Getae tarum curia. Iuuentus pellita Claud. Conf. Hon. 4, 466 i. barbari. Bessorum feritas et pellitorum turba populorum Hieron. Epitaph. Nepotiani. Claud. in Ruffin. 2, 85 Moerent pellito captivae iudice leges, i. barbaro more vestito. Hinc Sardos Pellitos apud Liu. 23, 40 Pellitos malit Gron. ad Plin. 33, 11 ubi memorat Pompeium Paullinum Arelatensis equitis Rom. filium, paternaque gente pellitum, i. Sardum. Sed Hard. f. 50 e procerum gente, quorum insignis vestis pellita. Ridicule! Conferamus mastrucalcos latrunculos in Sardinia apud Cic. de Prou. Consul. 15 c. 7. Sic Varro R. R. 2, 11, 11 Quaedam nationes caprarum pellibus sunt vestitae, ut in Gaetulia et in Sardinia. Rem plane conficit Cic. pro Scauro Fr. 12 M. Aemilius cum sua dignitate omni — sordidissimae, leuissimae, vanissimae genti, ac, prope dicam, pellitis testibus condonetur. De Sardis sermonem esse constat.
- PELLEATVS, a, um. Adj. Idem. Paullin. ad Nicet. 280 Diuitis multo boue, pelleatus Accola, ripae.
- PELLICVLO, are. [πελαζω] Alligatis pelliculis obturare. Columel. 12, 39, 2 In alia vasa deliquare, et confestim opercula gypsare, et pelliculare. Add. 12, 46, 1 et 5. item 12, 56, 2. διεμαρτωσαι Gloss. Lat. Gr.
- PELLICVLATIO, onis. f. Cato apud Festum et Paullum, a Pelliciendo, forte rectius a Pelliculando.
- PELLIO, onis. m. Qui vestes pelliceas, et ex pellibus alia opera facit. Plaut. Men. 2, 3, 63 Quasi supellex pellicionis, palus palo proximus est. In l. ult. D. de iur. immunitat. pelliciones legunt quicquam, et dictos volunt a pellibus conficiendis, sub quibus milites hibernarent. Firmic. 4, 13 sub finem, Pelliones, coriorum confectores.
- PELLARIA, ae. f. vel PELLESVINA. Varr. L. L. 7, 30 p. 95, 3 αναλογικως si essent vocabula, ubi caro venit, carnaria, ubi pelles pellaria, non pellefuina, diceretur. Pellefuina a pellibus suendis.
- PELLARIVS, i. m. Idem qui Pellio. Firmicus 4, 7 Faciet pellicos, coriarios, caligarios.
- PELLIONARIVS, i. m. Mercator pellium. Spem. Miscell. p. 65
- PROCVRATOR COLL. PELLIONARIOR. Conf. Reines. Inscript. class. 10 n. 8.
- PELLO, pepuli, pulsum, ere. [ώδω, έλατω, κντω] Percutere, ferire, trudere, dum cedat, qui pellitur. Liu. 2, 6 extr. Tarquiniensis nouus hostis non stetit solum, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit. Cic. pro Caccin. 31 Quid ais? is qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse eiectus? Pellere aliquem Ter. Eun. 5, 9, 50. Inimicos pellere tectis Ouid. Epist. 1, 109. Tunc has pepulisti fores? Ter. Adelph. 4, 5, 3. Idem Eun. 2, 1, 9 Istum acmulum quoad poteris, ab ea pellito. Cic. Acad. 4, 22 Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis: deque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potest. Cic. in Pison. 30 Quum Equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur. Pellere ex regione Plin. 10, 43. Cic. de Orat. 2, 56 c. 13 Hos libros tum scripsisse dicitur, quum a Rep. remotus, atque id, quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exilium pulsus esset. Domo pellere aliquem Idem pro Domo 312. Foras pelli Ter. Eun. 5, 9, 11. Ostiatim pellere, vid. Ostiatim, in OSTIUM. Pelli, pro Exagitari et affligi. Cic. Fam. 4, 13 Quamquam enim nulla me ipsum priuatim pepulit insignis iniuria. Pelli patria, Pelli ciuitate, agro, etc. Idem Att. 16, 1. Item 8, 11. et in Parad. 4. Pelli regno, aut sedibus Cic. Off. 2, 78. Regnoque domoque pellimur Ouid. Epist. 14, 112. Conf. Nep. 3, 1, 3. 19, 3, 1 etc. Cic. de Fin. 2, 32 Neque haec mouere potest appetitum animi, nec vllum habet ictum, quo pellat animi statum hic non dolendi. Aciem pellere, atque in fugam conuertere Caes. Bell. Gall. 1, 52. Amores lasciuos canities pellens Hor. Carm. 2, 11, 7. Liu. 30, 14 Non mediocri cura Scipionis Animum pepulit. Sic, Pellere Animum et mentem Cic. Acad. 4, 66. Idem in Orat. 177 c. 53 Quod quum Animos hominum auresque pepulisset, ut intelligi posset, id quod casus effudisset, etc. Animum pellic species utilitatis. Cic. Off. 3, 41. Idem Acad. 4, 30 Sed id disputari poterat subtiliter, etc. quemadmodum prima visa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulsa sequeretur, tum ut sensus ad res percipiendas intenderemus. Crimina pellere ab aliquo Ouid. de Arte Am. 3, 379. Curas pellere vino Hor. Carm. 1, 7, 31. Famem glande pellere Ouid. Met. 14, 216. Frigus pellere Plin. 20, 3. Humum pellere pedibus Catul. 59, 14. Initium sermonis pellere, Commouere linguam sermonem. Cic. de Clar. Orat. 3 Longi sermonis Initium pepulisti inquam Attice, remque commouisti noua disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. Videtur sumta metaphora a fidibus. Sic Lyram nec pudeat pepulisse Lucan. ad Pison. 157. Cic. de Fin. 4, 11 c. 5 Vt pellatur mortis et religionis Metus. Sic, Pellere timorem animo, apud Plautum, quod Virgilius quoque Pellere et Mittere dixit. Moestitiam ex animis pellere Cic. de Fin. 1, 43. Moram Ouid. Met. 2, 838. Morbos arte Phoebea Idem Fast. 3, 827. Pericula Hor. Epist. 2, 1, 136. Sitim Idem Carm. 2, 2, 14. Somnos segnes Columel. 10, 69. Vestigia intrantis pepulere somnum Sil. 7, 300. Timores Virg. Aen. 5, 812. Umbras noctis pepulit Sol Catul. 61, 41. Pulserat pro pepulera sibi indulgit Ammian. 30, 5 extr.
- PELLENS, entis. Partic. Hor. Od. 2, 11, 7. Ouid. Met. 14, 216.
- PVLSVS, a, um. Partic. [εχλασμένος, εκκηρυχθης] Patria pulsus Aristides Ouid. ex Pont. 1, 3, 71. Sic Nepos 16, 1, 4 Pulsus patria caret. Regnis pulsi Virg. Aen. 7, 217. Solio pulsus ob inuidiam Idem ib. 10, 852. Pulsus a Sulla Acie Vell. 2, 26, 1. Vi pulsus iniqua Valer. Argon. 3, 439. Vulneribus pulsus Virg. Aen. 11, 56. Reficere pulsos in praelia Idem ib. 11, 731. Amor pulsus Idem Georg. 4, 395. Arbor pulsa ventis Lucret. 5, 1095. Dolor

- Dolor pulsus corde Virg. Aen. 6, 382. Fides pulsa auro Propert. 3, 13, 51. Lyra pulsa manu Ouid. Met. 10, 205. Macies pulsa fugit Idem ib. 7, 290. Natura sensu pulsa sentit Cic. de Nat. Deor. 1, 26. Nerui in fidibus pulsi Idem de Orat. 3, 214. Pudor pulsus Ouid. Met. 6, 375. Pueri pulsi, *i. verberibus affecti* Cic. de Fin. 5 c. 18. Taurus pulsus armentis Lucan. 2, 601. Tympana pulsa manu Ouid. de Arte Am. 1, 538.
- PULSVS**, ūs. m. [*πύστος, κτύπος*] *Actus pellendi.* Martial. 7, 6 Et vngularum pulsibus calens Ister. Pedum pulsu tremuit tellus Virg. Aen. 12, 334. *Add. ib. v. 445 et 533. item 7, 772.* Remorum impetus pulsusque Cic. de Orat. 1, 153 c. 33. Creber pulsus Virg. Aen. 12, 535. Sacer aeris Valer. Argon. 6, 141. Senis ibat pulsibus Sil. 14, 488. *sc. remorum.* Strepit machina pulsu Stat. Silu. 1, 1, 63. Ex se sua sponte moueri, et Pulsu alieno agitari, *contraria* Cic. de Nat. Deor. 2, 115. Pulsam frequentiore habent iambi Quint. 9, 4, 136. Inanimum est omne, quod pulsu agitatur externo Cic. Tusc. 1, 54 c. 23. Externus et aduenticius pulsus animos dormientium commouet Idem de Diu. 2, 126 c. 61. Idem ib. 2, 197 c. 67. Nulla species cogitari potest, nisi pulsu Imaginum. Remorum pulsu praestat classis Caes. B. G. 3, 13. Palmarum pulsum vocat Laber. ap. Non. 2, 637. *Add. Liu. 22, 19. et 27, 37.* Vrbs Terrae pulsu vibrata Ammian. 23, 1. Pulsus Venarum Plin. 2, 97. *Apud eundem,* Pulsus venarum tardus aut languidus, aut citatus. Pulsus autem est, vbi coniungitur manus lacerto. Plin. 11, 37 Arteriarum pulsus, in cacumine maxime membrorum euident, index fere morborum. *Alibi idem Plinius Percussium appellat.* Venarum pulsum attingere Tac. Ann. 6, 50. Vndarum immanis Ammian. 31, 8. *Est et Astronomorum vocabulum: nam quod ῥεσση Graecis, id Pulsus Latinis appellatur. Vid. Grotium ad Arat. Auieni 691.*
- PULSIO**, ōnis. f. Idem Arnob. 4 p. 129 Partis vnus in pulsione formatum est.
- PULSO**, āre. Frequent. [*πάλω, κρήω, κόπτω*] *Graui et vehementi vel etiam crebro et repetito ictu caedere et protrudere.* Cic. Verr. 5, 141 Sex lictores circumstant valentissimi, et ad pulsandos, verberandosque homines exercitissimi. Ictu crebro pulsariet Lucret. 4, 932. Saxis pulsatur et hastis Valer. Argon. 6, 685. Murus pulsatur ab hoste Ouid. ex Pont. 3, 1, 25. Ligones pulsarunt arua Idem Amor. 3, 10, 31. Caput vento pulsatur et imbri Virg. Aen. 4, 249. Pulsare ostium, fores, villam Plaut. Amph. 1, 1, 295. Limpina pulsantur virga Stat. Silu. 1, 2, 48. Pulsare lyram, vel citharam pectine: *quod ait Virgilius* Cithara personare Virg. Aen. 1, 745. et 6, 647. Consultor pulsat ostia Hor. Sat. 1, 1, 10. Ostiatum pulsare Quint. 5, 10. Postes pulsare Ouid. Met. 2, 767. Terram pedibus Hor. Od. 1, 37, 1. Vlulatus pulsat aures Claud. de Bell. Get. 625. *2 Obseruatt.* Pulsare, Laedere, violare: Virg. Aen. 12, 286 Pulsatos referens infecto foedere diuos. h. e. Violatos, laesos, fractis foederibus. Seruius. Pulsare, *ad animam refertur.* Plaut. Epid. 4, 1, 3 Meumque pectus pulsant. Cic. de Nat. Deor. 1, 115 Nec tamen video, quomodo non vereatur, iste deus beatus ne intereat, quum sine vlla intermissione pulsatur, agiturque atomorum incurusione sempiterna. Crinine falso pulsari Claud. de Bell. Gildon. 170. Symmach. Epist. 3, 69 Cum tua quoque fama pulsata sit. *Conf. Stat. Silu. 5, 5, 79. Tacit. Hist. 4, 45, 1.* Manlius Patricius ordinis Senatorii pulsatum se in Colonia Seniensis querebatur. *Vid. Christ. Coler. Parerg. c. 36.* Visione externa et aduenticia pulsari animos Cic. de Diuin. 2, 120. Vecordia te pulsat Ouid. Met. 12, 228. Pulsari, *etiam ad ius siue iudicium refertur.* Vlpian. in l. De aetate, §. Qui interrogatus, D. de interrog. act. Qui interrogatus responderit: sic tenetur, quasi ex contractu eius obligatus, pro quo pulsabatur: dum ab aduersariis interrogetur. *Sic saepe ICri Actione pulsare.*
- PULSANS**, antis. Part. [*πάλων*] Cymbala pulsans Iuuen. Sat. 9, 62. Soluite pulsanti loca Stat. Theb. 4, 477. Pauor pulsans corda Virg. Georg. 3, 106. Idem ib. 4, 313. et Aen. 5, 138.
- PULSATVS**, a, um. *Aliud Part.* [*κρησμένος*] Pulsatos se querentes Liu. 3, 11 *extr.* Parens Virg. Aen. 6, 609. Plin. 12, 9 Pulsatae fluctibus arbores. Cic. pro Cael. 19 Aiebant enim fore testem Senatorem, qui se Pontificiis comitiis pulsatum a Caelio diceret. Aequor pulsatum remige Ouid. ex Pont. 3, 1, 1. Campus pulsatus assiduis equis Idem Met. 6, 219. Ianua pulsata sepulcri Idem Trist. 3, 2, 23. Saxa pulsata Virg. Aen. 3, 555. *Vid. plura in PULSO.*
- PULSATIO**, ōnis. f. [*κρησις*] Liu. 31, 39 Ea maiore cum sonitu quam vulnere vlllo pulsatio scutorum parumper succedentes Romanos tenuit. Cic. pro Cael. c. 10 Pulsatio Alexandrinorum Puteolana.
- PULSATOR**, ōris. m. [*κρηστής*] Citharae pulsator Apollo Valer. Argon. 5, 693. August. Confess. 10, 31.
- PULSANDVS**, a, um. Part. [*κρηστός*] Nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda Tellus Hor. Carm. 1, 37, 2. Area pulsanda equis Ouid. Amor. 3, 15, 18.
- PULSABVLVM**, i. n. *Pecten, quo fides pulsantur.* Apul. Florid. 2 p. 351 Dextera psallentis gestu suo pulsabulum citharae admouet, ceu parata percutere.
- PULSIM**. Adu. *Vt Caesim, Punctim.* Nigid. apud Non. 2, 281.
- PULSVLA**, ae. f. Dimin. [*φλύσκιον*] Pro pustula legebatur. Martial. 14, 167. *Sed Pustula aut Pustula hodie obtinet, vid. PVLSTVLA.*
- PULSVSVS**, a, um. Adi. Pulsibus plenus. Cael. Aurel. Tard. 5, 10 Pulsuosus dolor. Idem Acut. 2, 14.
- PVLTO**, āre. [*κρηστώ*] A Supino Pultum, quo antiqui utebantur. Pultare ostium Ter. Heaut. 3, 1, 1. Idem Adelph. 4, 4, 24 Perii, horresco semper, vbi pultare hasce occipio fores. Pultare et Mertare antiqui dicebant, pro Pulsare et Mersare, *vt ait Quintil.* 1, 4, 14 *vnde est tam crebro apud Plautum, Pultare fores. e. c. Bacch.* 4, 1, 68. Pultare pectus digitis Plaut. Mil. 2, 2, 47.
- PVLTIATIO**, ōnis. f. Plaut. Truc. 2, 2, 3 Quid tibi ad hasce accessio est aedis prope, aut pultatio est.
- PELLOS**, siue PELLVS, i. m. *Earum auium genus, quae a Latinis Ardeae, siue Ardeolae dicuntur.* Plin. 10, 60. Πέλλος, fuscus, cinereus.
- PELLONIA**, ae. f. *Dea, quae pellendis hostibus praecerat.* Vid. Arnob. 4 p. 128. August. Ciu. Dei 4, 21.
- PELLVCEO**, xi, ēre. [*διεφαιώω*] Per medium lucere. Quintil. 7, 10 *extr.* Sed vt inter se vinciti, atque ita coeuntes, ne commissura

- pelluceat. Libertatisque magister, Cretice, pelluces Iuuenal. 2, 77 *i. translucente veste indutus es.* Celsus 2, 10 Si sanguis, qui initio fluxerat, et rubere et pellucere coeperit. Cic. de Clar. Orat. 273 c. 79 Ita reconditas exquisitasque sententias mollis et pellucens vestiebat oratio. Honestum quasi pellucet, ex iis quas commemoravi virtutibus Cic. Off. 2, 32 c. 9. *Vetustiora tamen exemplaria legunt* Pellucet: et Prolocet MSS. De Orthographia vid. Brouck. ad Titul. 3, 4, 71. vid. PERLUCEO.
- PELLUCIDVS et PELLUCIDVLVS, a, um. Adi. [διαφανής] vid. PERLUCIDVS.
- PELLUCIDITAS, ātis. f. Vitruu. 2, 8 Parietes tectoriis operibus expoliti, ut vitri pelluciditatem videantur habere.
- PELLVO, iii, ūtum, ěre. [κατακλίνω] Perfecite lauare. Vid. PERLVO.
- PELLVVIVM, i. n. [ποδνιπτρον] Vas, in quo lauantur pedes a pelluendo, an a pedum lotione dictum. Festus.
- PELLVVIAE, quibus pedes lauantur, ut malkuiac, quibus manus.
- PELOPĒA, ae. f. [Πελοπία] Thyestis filia, quae a patre grauida facta, insigni forma infantulum peperit, quem recenter natum, in turpitudine sua palam fieret, feris deuorandum in siluis reliquit. Euenit tamen, diis ita volentibus, ut pastor quidam illac iter faciens in puerum incidere, qui misericordia motus, domum suam illum detulit, lacteque caprino educavit. Vnde et Aegisthus appellatus est: de quo vide suo loco. Vid. Senecam in Thyeste. ¶ 2 Sed Iuuenal. Sat. 7, 92
- 25 Praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos, sunt scenicae mulieres, forte a personis, quas feliciter egissent, appellatae: nisi tamen ipsa haec sunt argumenta a Paride acta.
- PELOPIA, ae. f. Quam nominatam Thyatiram et Euhippam ait Plinius, Vrbs est in Epheso, quae Lyco flumine alluitur Plin. 5, 29.
- 30 PELOPIDAS, ae. m. [Πελοπίδας] Thebanus, rei militaris gloria clarissimus, artissimoque amicitiae foedere cum Epaminonda coniunctus. Vitam eius videt apud Plutarchum. Notus est ex Nepote.
- PELOPONNĒSVS, i. f. [Πελοπόννησος] Regio Aethiopiae continens, a Pelope Hippodamiae viro dicta, quasi Pelopis insula, quoniam paene insula est. Peloponnesus Apia ante appellata et Pelasgia, peninsula haud vlli terrae nobilitate postferenda, inter duo maria, Aegeum et Ionium, platani folio similis. — Angustiae vnde procedit, Isthmos appellatur. — Angusta ceruice Peloponnesum continet Hellas. Haec et plura Plin. 4, 4. In Peloponneso vixit Dicaearchus Cic. Att. 6, 2.
- 40 Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum vnam, alteram Glutidarum, aruspinae nobilitate praestantes Cic. de Diuin. 1, 91.
- PELOPONNENSIS, e. Adi. Curt. 7, 4, 32 Peloponnesium defectio.
- 45 PELOPONNESIVS, a, um. Adi. [Πελοποννήσιος] Cic. Att. 6, 2 Peloponnesias ciuitates omnes maritimas esse hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi tabulis credidi. Paullus 1, 3 ff. Si pars hered. pet. Peloponnesia mulier quinquies quaternas enixa.
- PELOPONNESIACVS, a, um. Aliud Adi. [Πελοποννησιακός] Cic. de Off. 1, 84 Vt Callicratidas, qui quum Lacedaemoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multaque fecisset egregie, vertit ad extremum omnia, etc. Conf. Nep. 7, 3, 1.
- PELOPS, ōpis. m. [Πέλοψ] Tantali potentissimi Phrygum regis filius fuit. Hic quum Hippodamiam, Oenomai Pisae regis filiam, coniugem desiderasset, iniquissimis conditionibus propositis ab Oenomao reiectus est: quae res bellum suscitauit, in quo Myrtilo praefecto suo proditore, regno Oenomai Pelops positus est. Hinc illae Poetarum fabulae. Lege Diodori Siculi 5 Pelops equorum pernicitate vicit Oenomaum, abduxitque ex pacto uxorem Hippodamiam. Hac de re vide Cic. Tuscul. 3, 26. Et
- 60 Ouid. Met. 6, 404. Cic. Tusc. 2, 67 Vel equi Pelopis illi Neptunii, qui per vnda currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te, et quo velis, perferent. Pater Pelopis, Tantalus Hor. Epod. 17, 65. Periuri Pelopis heres Catul. Argon. 62, 346. Insignis Pelops eburno humero Virg. Georg. 3, 7. Seruius ad h. l. Tantalus pater Pelopis, volens deorum tentare diuinitatem, inuitatis eis filium suum epulandum apposuit, a quo omnes dii abstinerunt, excepta Cerere, quae brachium eius consumsit. Postea punito Tantalos, cum dii voluissent eius filium reuocare ab inferis, Ceres ei eburneum brachium restituit.
- 70 PELOPIDAE, arum. m. [Πελοπίδαι] Dicti sunt, Qui a Pelope originem duxerunt. Ob Atrai et Thyestis scelera, Pelopidae pro quibusuis Tyrannis dicuntur; ut cum Cic. Att. 15, 11 e veteri Poeta ait, se aliquo euolare cupere, Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam: quem versum respexit idem Fam. 7, 28 et 30.
- 75 PELOPEIVS, a, um. Adi. [Πελοπίης] Quinque syllabis. Arva Pelopeia Ouid. Met. 8, 625.
- PELOPĒVS, a, um. Adi. [Πελοπίους] Domus Propert. 5, 19, 20 i. familia. Moenia Virg. Aen. 2, 193. i. Graeca, nominatim Argos.
- PELOPĒIS, idis. f. Patronym. [Πελοπίης] Vndae Pelopeides
- 80 Ouid. Fast. 4, 285.
- PELOPEIAS, ādis. f. Aliud Patronym. [Πελοπίης] Mycenae Pelopeiades Ouid. Met. 6, 414.
- PELŌRIS, idis. f. [πελωρίς] Conchae genus, chama maius; inquit Eustathius, idcircoque peloris propter magnitudinem appellatur.
- 85 Quid si locus, ubi primum captus et appellata est, nomen dedit? Horat. Serm. 2, 4, 32 Murice Baiano melior Lucrina peloris. Plin. 32, 11 et c. 9 Et pelorides emolliunt aluum. Martial. 6, 11 Tu Lucrina voras, me pacit aquosa peloris. Idem 10, 37 Et fatuam summa coenare pelorida mensa, etc. Varr. L. L. 4, 12 Peloris, Ostrea, Echinus. ¶ 2 Idem quod Pelorus, promontorium Siciliae. Cic. Verr. 5, 6. Illis, quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit, ad Oceanum peruenire, quam ad Peloridem accedere. Auicn. Descript. Orbis 636 Celsa Peloris. Dionysius Afer 472 ἠνεμύβοσα Πελορία.
- 95 PELORIAS, ādis. f. Idem. Ouid. Fast. 4, 479 Iamque Peloriadem, Lilybeaque iamque Pachynon Lustrabat.
- PELŌRVS, i. m. [Πελωρός] Promontorium Siciliae Italiam versus, a Peloro gubernatore nauis Annibalis, ibi sepulto Pomponius 2, 7. De hoc promontorio Lucan. 2, 438 Extremi colles Siculo cessere Peloro.
- 100 Plin. 3, 5 et 8. Strabo 6. Sil. 14, 79 Celsus arenosa tollit se mole Pelorus. Angusti claustra Pelori Virg. Aen. 3, 411. Angusta sedes Pelori Idem ib. 3, 687. Siculi Pelori angusta Ouid. Met. 15, 706. Aufonius Pelorus Idem ib. 5, 350. Vocatur, ut vidimus, etiam Peloris et Pelorias.
- 105 PELORITANVS, a, um. Adi. Peloritana regio Solin. de Sicilia c. 5.

90 penetrales deos. Ignis penetralis Lucret. 1, 536. i. Qui in res omnes, quibuscunque adhaeserit, sese cito insinuat. Vt Frigus. Sacrificium penetrale, inquit Festus, Quod in vtriusque parte sacrarii conficitur. Vnde et Penetralia cuiusque dicuntur. Et Penes nos, Quod in potestate nostra est Festus. Sedes penetralis Virg. Aen. 100 4, 504. Signum penetrale Mineruae Ouid. Met. 13, 337. Te

Sta penetralia Virg. Georg. 1, 379. Tempa penetralia caeli Lucret. 1, 1098. al. Tonitralia. Tenebrae penetrales Solin. c. 58 (46) Abditum et penetrale, vid. Abditum, in ABDŌ. Comparat. Lucret. 2, 382 Quare fulmineus multo penetralior ignis, etc. Sic

105 restituit Lambinus.

**PENETRALITER.** Adu. Fortun. Mart. 4 Penetraliter vice-  
ra mordent.

**PENEVS**, *sive* **PENEOS**, i. m. [*Πηνειός*] *Fluvius Thessaliae, de quo* Plin. 4, 8. Et ante cunctos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphos: interque Oslam et Olympum nemorosa conualle defluens, D. 5 stadiis, dimidio eius spatio navigabilis. In eo cursu Tempe vocatur, v. m. passuum longitudine, et ferme sesquiuiginti latitudine, vltra visum hominis attollentibus se dextra laevaue leniter conuexis iugis. Intus sua luce viridante allabatur Peneus, viridis calculo, amoenus circa ripas gramine, canorus autem concentu. *In huius ripa* 10 Daphne in laurum conuersa dicitur. Vid. Ouid. Met. 1, 569. Senex Peneus Idem ib. 2, 243. Stagnans Claud. de Rapt. Proserp. 2, 180.

**PENEIVS**, a, um. Adi. [*Πηνειός*] Stagna Peneia Stat. Theb. 4, 143. Arua Ouid. Met. 12, 209. Daphne Idem ib. 1, 452. Laurus Valer. Argon. 1, 386.

**PENEVS**, a, um. Aliud Adi. Nympha Penea Ouid. Met. 1, 504.

**PENEIS**, idis. f. Patronym. Nympha Peneis Idem ib. 1, 472.

**PENICILLVS**, et **PENICVLVS**, i. m. *sive* **PENICILLVM** et **PENICVLVM**, i. n. [*πενικίλλος*] *Diminutiva sunt a Penis, significantque, ut ait Festus, Ea, quibus calcamenta tergentur, quod e codis* 20 *(caudis s. penibus) extremis faciebant antiqui.* Cic. Fam. 9, 22 Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. Ter. Eun. 4, 7, 7 Quid ignaue, peniculone pugnare, qui istum huc portes, cogitas? Plaut. Men. 2, 3, 40 Quis iste peniculus? qui extergentur baxae? *Hinc nomen seruis, quod penicillo men-* 25 *fas mundarent, ut Plautinus in Men. 1, 1, 1 parasitus, Iuuentus nomen fecit peniculo mihi ideo, quia mensam, quando edo, detergeo.* Vid. Turneb. Aduers. 18, 15.

¶ 2 Penicillus, et Peniculus, quod etiam Neutrum fecit Quinctilianus: illud Instrumentum appellamus, quo pictores pingunt, quod caudarum extremitatibus fiat. Plin. 35, 6 s. 13 Sinopidis vsus ad penicillum, aut si lignum colorare lubeat. Idem 35, 10 Arreptoque peniculo, lineam ex colore duxit summae tenuitatis, per tabulam. Quinct. 2, 21 extr. Neque enim scientia desiderat instrumentum, quae potest esse consummata, etiamsi nihil faciat, sed ille opifex, ut caelator caelum, et pictor penicilla. Cic. Q. 35 Frat. 2, 15 Quam pingam coloribus tuis penicillo meo. *Hic per translationem.* Vid. Buleng. de Pictur. 1, 13. Setae suillae a penicillis tectoriis Plin. 28, 17 s. 71 quibus vtuntur ad dealbandum.

¶ 3 Peniculum, *sive* Penicillum, Quo vulnera stipantur: vel ideo, ne claudantur, vel ut aperiantur magis, ut sunt penicilli ex linteolis conceptis, 40 ex medulla sambuci, et ex spongia. Penicillus ano expositus pro appositus Scribon. 142. — Lycio intinctus ib. Abstergere penicillo 228. Habere penicillum intinctum 142. Plin. . . Tum peniculo vulnus apertum. Celsus 7, 7, 6 Deinde exigua penicilla interponenda. Peniculi spongiae longae ac propter similitudinem caudarum appellatae. Penes enim caudae appellabantur, Festus. Plin. 20, 15 s. 57 de cumino, Propter colum penicillis feruens apprimitur fasciis. Penicillus etiam dicitur Spongiae genus mollissimum, quo fiunt penicilli Plin. 31 extr.

**PENICVLO**, are. Bacchum peniculantem, decurtantem cantherios apud Arnob. 5 p. 163 omnes editores legunt, Scaliger vero, Peniculamenta decurtantem cantheriorum, coniecit ad Catal. p. 162. Si peniculare vel peniculari est verbum Arnobii, penem i. caudam vellere significat. Peniculamenta sunt setae equinae.

**PENICVLAMENTVM**, i. n. [*πένημα*] Pars vestis, auctore 55 Nonio 2, 624. Ennius Annal. II Pendent peniculamenta vnum ad quemque pedum. Lucil. 19 Peniculamentum vere reprehendere noli. Vid. quae modo diximus in **PENICVLO**.

**PENINSVLA**, ae. f. [*περὶήσος*] Dicta est quasi Pene insula, undique fere aquis clausa, et breui tantum angustia, quae dicitur isthmus, 60 continenti adhaeretur. Nam Insula dicitur, Terra, quae undique aquis clauditur, proprie autem mari. Liu. 31, 40 Et oppidum Celetrum est aggressus in peninsula situm. Peninsularum Sirmio, insularumque Ocelle Catul. 29 (32) 1.

**PENIS**, is. f. [*πένης*] Cauda dicitur, a pendendo Fest. vid. 65 Naeu. apud Fest. Penis, Virile membrum. Cic. Fam. 9, 22 Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. At hodie penis est in obscenis. At vero Piso ille frugi in annalibus suis queritur, adolescentes peni deditos esse. Quod tu in epistola appellas sro nomine, ille rectius penem. Et est Mascul. 70 sicut Panis, Funis, et similia. Cato Dist. 4, 10 Scaligero emendante ex coniectura, Indulgere gulae noli, quae penis amica est. al. ventris. Augustus apud Sueton. vita Horatii hunc Poëtam inter alios iocos putissimum penem, et homuncionem lepidissimum appellat.

**PENITVS**, a, um. Adi. [*πενίτις*] Quod est ex pene, hoc est 75 cauda. Vnde Penita ossa, i. Offa porcina cum cauda in coenis puris, inquit Festus voce **PENIS**. et voce Penita Obscrgmen carnis cum cauda. Plaut. Mil. 3, 1, 162.

**PENITVS**, a, um. Adi. [*πένητις*] Proprie illum, qui intra est, significat. Vnde Penitior dicitur Interior, et Penitissimus, Intimus, ha- 80 berque, ut diximus, cognationem cum penes, penetro, etc. Plaut. Afin. 1, 1, 28 Age quaeſo hercle vsque ex penitis faucibus. Idem Perf. 4, 3, 73 Abductam ex Arabia penitissuma. Catull. 59, 176

At non minus, atque tu,  
Pectore vritur intimo, 85  
Flamma, sed penita magis.

Quidam legunt Penite, i. Magis penitus, *sive* penitius. Sammon. 459 Quum facuit penitis haerens iniuria lumbis. In penitiorem partem domus se trahere Apul. apud Priscian. p. 599. Plaut. Cist. 1, 1, 65 Pectus penitissimum. Idem Perf. 4, 3, 7 Barbaria penitissima. Scythas penitissimos Gell. 11, 4. Macrob. Saturn. 5, 19 De Graecorum penitissimis literis hanc Historiam eruit Maro.

**PENITE**. Adu. antiqu. Catul. Nupt. Mall. 178 ut locum restituit Scaliger. Compar. Cels. 5, 8, 11 Penitius condita suppuratione. Superlat. Sidon. Epist. 4, 9 Aetiones eius quotidianas peni- 95 tissime inspexi.

**PENITVS**. [*ἐνδοῦ, ἐνδοτικῶς*] Adu. Locale, quasi Pene intus, id est valde interne, seu intrinsecus, vel intima parte et secreta. Virg. Aen. 3, 32 Et causas penitus tentare latentes. Cic. de Legib. 1, 17 Sed penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas? 100 Abditum penitus aurum et argentum effodere Cic. Off. 2, 13 c. 3 extr. Idem Verr. 2, 169 Qui et sui quaestus causa, et fortasse quod sciorum interesse arbitrabatur, Bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. Cic. de Orat. 1, 17 Omnes animorum motus, quos hominum generi natura tribuit, penitus pernoſcendi. Comprehendere penitus animo 105

- omnes virtutes Cic. pro Corn. Balb. 3. Conuellere penitus iudicio aliquo Rempubl. Idem de Clar. Orat. 115. Demittere se penitus in aliquam causam Idem Att. 8, 12. Exterrita penitus tellus Virg. Aen. 3, 673. Figere praecepta penitus animo Tacit. Agric. c. 45 n. 6.
- 5 Inclusum penitus in venis atque visceribus Reipubl. periculum Cic. in Catil. 1, 31 c. 15. Infedit penitus haec opinio Idem Fam. 5, 15. Id. pro Cluent. 4. Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus Insitam, tam vetustam? Insitum penitus odium Cic. de Lege Agrar. 2, 14. Explicari mihi consilium tuum plane volo, vt
- 10 penitus Intelligam Idem ad Q. Frat. 1, 1, 5. Intrare penitus in familiaritatem alicuius Cic. ib. 1, 1. Mandare penitus animo et menti aliquid Idem in Catil. 1, 27. Noscere penitus aliquem Idem Fam. 2, 15. Notus penitus Hor. Epist. 1, 18, 80. Perspectae penitus planeque cognitae res Cic. de Orat. 1, 108. ¶ 2 Penitus [πάντα, πάντως, πανταλῶς] aliquando pro Adu. qualitatis ponitur, Prorsus, vel Valde, aut Omnino, ita tamen, vt plerumque ad primam illam notionem possit reuocari. Virg. Ecl. 1, 67 Et penitus toto diuisos orbe Britannos. i. Omnino, inquit Seruius: Sectio, quae intima et ipsum medium trausit, omnino et plane diuidit. Cic. de Fin.
- 20 3, 10 Et honestum ipsum quasi virtutis lumen extinxeris, et virtutem penitus euerteris, i. funditus. Abrasa penitus supercilia Cic. pro Rosc. Com. 20. Victoriā penitus Amittere Idem Off. 2 c. 8. Diffidere penitus Reipublicae rationes a te collectae vetabant Idem Fam. 5, 13. Haurire philosophiam Auct. Dial. de Orat. c. 30, i. ex
- 25 intimis fontibus et recessibus. Perdere penitus seipsum Cic. de Fin. 1, 49. Tollere penitus aliquid Idem de Nat. Deor. 1, 120. Penitus prorsum latet haec natura Lucret. 3, 274. Virg. Aen. 1, 516 Ater quos aequore turbo Dispulerat, penitusque alias aduexerat oras. Seruius: Penitus, Longe a regina remotos. Non puto. Sed quo penitus in alias oras quis intrat, eo remouet se magis ab his, vnde discessit.
- 30 PENNA, ae. f. [πτερόν, πηλον, ταρσός] Auium est vestimentum pariter ac remigium, frequentius tamen hoc; cum dicitur in primis de maioribus, quibus vtuntur ad volandum; nam minores plumae sunt. Isid. 19, 19 Pennam antiqui acutum dicebant, vnde et auium pennae, quia
- 35 quia acutae. Et ecce nomen, quod reseruauit antiquitatem, quia veteres dicebant pennas non pinnas. Nempe origine non differunt Penna et Pinna; nec forte vsu antiquo, vt suspicio sit, discrimen a Pinna, quod ibi notamus, esse a Grammaticis recentioribus. Et tamen perpetuo ea in MSS. Ouidii et Virgilii confundi, notat Burm. ad Quinctil.
- 40 1, 4 p. 43. Caeterum quod diximus de pennarum et plumarum differentia, exempla firmabunt: quorum pleraque ad alas pertinent. Cic. de Nat. Deor. 2, 129 E quibus pullos quum excluderint, ita tuentur, vt et pennis foueant, ne frigore laedantur. Pennae et plumae Colum. 8, 2. Senec. Epist. 42 Dixi te pennam tenere: mentitus sum, plumam tantum tenebas. Pallad. Nou. 8, 1 Pennis maxime auium maiorum, quae habent rigorem, omnia interiora mundentur. Celer penna anser Ouid. Met. 8, 686. Caules pennarum, vid.
- CAVLIS. Iactatus pennarum Ouid. Met. 6, 703 de Borea. Lucret. 2, 822 Conueniebat enim coruos quoque saepe volantes Ex albis album pennis iactare colorem. Croceae Iridis, de alis Virg. Aen. 4, 700. Sic Ouid. ex Pont. 1, 5, 72 Quo Boreas penna deficiente venit, mitigata iam ex longo itinere impetu. Fugiens Hor. Carm. 3, 2, 24. Infirmae Ouid. Met. 12, 570. Leues Idem ib. 2, 581. Longior penna Scribon. 60. 8. Mobilis Ouid. de Arte
- 55 Am. 2, 644. Niueae Idem Met. 2, 536. Olorinae Virg. Aen. 10, 187. Praecipiti venisset epistola penna Iuuen. Sat. 4, 149 i. quasi alata volasset. Praepetes, vid. PRAEPES. Punicea Virg. Georg. 3, 372. ¶ 2 Formulae Verborum, ubi vix aliud, quam alas significat. Ablata pennis Harpyia Virg. Aen. 3, 258.
- 60 Appellere corpus pennis aliquo Lucret. 6, 751. Claudicat nifus inanis pennarum Idem 6, 834. Coruscant pennis apes Virg. Georg. 4, 73. Credere se caelo praepetibus pennis ausus Idem Aen. 6, 15. Defertur pennis ales Lucret. 6, 821. Dat plausum ingentem pennis columba Virg. Aen. 5, 215. Excutere pennas Ouid. Met. 6, 708. Iactare pennas Idem ib. 2, 835. Incidere pennas, vid. paullo post, Pennae renascuntur. Labi pennis Virg. Aen. 4, 223. Pandunt pennas Halcyones Idem Georg. 1, 399. Percutere pennas in aere Ouid. Met. 1, 466. Plaudere pennis Idem ib. 8, 238. Quater pennas in aere Idem ib. 4, 676. Secat pennis geminis aera
- 70 auis Cic. in Arato 48. Secat alta caeli leuis penna Seneca Oedip. 4. Siccatur madidas pennas Iuuen. Sat. 5, 100. Tendere iter pennis Virg. Aen. 6, 240. Pennae Renascuntur, metaphoricis, quum quis auctoritatem recuperat pristinam. Cic. Att. 4, 2 Idem inquam illi, quos tu ne quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem Renasci: sed, vt spero, iam Renascuntur. al. pinnas. Auulsae Reuiuiscunt pennae Plin. 11, 28. Decisis pennis humilem demittere aliquem Hor. Epist. 2, 2, 49. Extendere nido maiores pennas Idem ib. 1, 21 (20) 21. Se amplius efferre, quam fortunae nostrae ferant. At Erasmi. sic: Rem, fortunamque, quam mediocre aut tenuem a maioribus acceperis, auctiorem reddere. Fertur victoria sparsis pennis Ouid. Amor. 3, 2, 45. Quatit celeres pennas Fortuna Hor. Carm. 3, 29, 54. Vertit pennas amor, auolauit Propert. 2, 25, 22. Volat dubiis pennis victoria Ouid. Met. 8, 13. Sine pennis Volare haud facile est Plaut. Poen. 4, 2, 49. ¶ 3 Obseruati. Pennas antiqui fecerunt ex Graeco, quod illi πτενὰ ea, quae sunt volucra dicant. Item easdem Pesnas, et Coenas, Festus. Penna non solum est auium: Apud Plin. 11, 28 titulus est, De pennis insectorum. In quo cap. Pennas etiam scarabaeorum vocat. Vid. PENNATVS et PENNIGER. ¶ 4 Penna scribingum instrumentum. Isid. 6, 14 Instrumenta scribae calamus et penna, Ex his enim verba paginis insuntur. Sed calamus arboris (fruticis) est, Penna auis, cuius acumen diuiditur in duo, in toto corpore vnitatem seruata. Cum antiquior auctoritas nonnulli prolata sit, videtur sero satis pennae vsus in scribendo introductus esse. Praecipitem pennam s. pinnam Iuuenalis ante explicauimus, picturae, quae Aristoteli aut Euangelistis pennas dant, recentiores sunt, etc. Vid. Trotz. ad Hugon. de prima scribendi Orig. p. 72.
- 90 PENNICVLUM, i. n. Pinna illa, quae in fastigio aedificiorum fita, facili motu, ventorum indicat flatum. Plin. Petasum vocat. PENNULA, ae. f. Dimin. [περὶδιον] Cic. de Nat. Deor. 2, 129 c. 52 Quum autem pulli pennulis vti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur.
- 100 PENNALIS, e. Adj. Sedul. Pennali libramento corpus sustentare. Pennalis olim dictus primo anno Academicus nouellus. Vnde Pennalismus. Gesner.
- 105 PENNARIUS, a, um. Adj. Theca pennaria Ibid. PENNESCO,

- PENNESCO**, Ære. *Adulta aetate perfinescere* Cassiod. Epist. 1, 38.
- PENNOR**, Æri. *Dracont. Hexaëm. 146 Pennantur tunc membra.*
- PENNĀTVS**, a, um. *Adi. [πεννητός] Quod pennas habet.* Plin. 10, 52 *Pennatorum autem infecunda sunt, quae aduncos habent vngues.* Amores Claud. in pr. Conf. Stilich. (2) 356. Plin. 11 5 *pr. de Insectis, Multa haec et multigena terrestrium volucrumque vita.* Alia pennata vt apes: alia vtroque modo, vt formicae: aliqua et pennis et pedibus carentia. Et 11, 30 *Non sunt in Sicilia pennatae formicae.* Cohors Claud. de Nupt. Honor. 204. Plin. 8, 21 *Lyncas et sphingas Aethiopia generat, multaue alia monstro familia: pennatos Equos, et cornibus armatos, quos pegafos vocant.* Iouis pennata Satelles Cic. de Diuin. 1 c. 47. *i. aquila.* Serpentes Ouid. Met. 7, 350. *Telum pennatum, Pennis munitum, vt leuius fiat, et aërem facilius penetret, quemadmodum in telis et sagittis videmus* Plin. 34, 14. *Zephyrus* Lucret. 5, 737. *Al. Pinnatus.* Pennatas, Im- 15 *pennatasque agnas in Saliari carmine, Spicas significat cum aristis, et alias sine aristis Agnas nouas volunt intelligi* Paull. ex Fest.
- PENNATVĻVS**, a, um. *Dimin. Tertull. ad Nation. 1, 10.*
- PENNĪFER**, Æra, Ærum. *Adi. Ferens pennas.* Catull. 53, 29. Sidon. 2, 309.
- PENNĪGER**, Æra, Ærum. *Aliud Adi. [πεννηφόρος] Gerens pennas.* Neque vermiculus, sed statim penniger Plin. 11, 16 *de rege apum.* Cic. de Vniuers. 31 c. 10 *Erant autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atque caeleste, alterum pennigerum et aërium, tertium terrestre, quartum diuinæ animationis, etc.* Id. Fam. 7, 33 25 *lamentatur Philoſtetes in insula destitutus, Quod haec pennigero (al. pinnigero) non armigero in corpore tela exerceantur, quod Cicero ad suas in vmbra Declamationes refert, qui mallet causas et sententias dicere in foro et senatu.* Sagittae Sil. 8, 375.
- PENNIPŌTENS**, entis. *Adi. [πεννηπότης] Lucret. 2, 867 30* Et nostro de corpore saepe ferarum Aufeſcunt vires, et corpora pennipotentium. *Pennipotentes egregio vocabulo Aues appellat, ex eo, quod pennis potiantur: nam potens est etiam potiens. vt Potenti vestimenta maris deo, id est Neptuno maris potienti. Quamquam non me latet etiam Neptuno dici posse permissam maris potestatem, eoque potentem maris ap- 35* *pellari, et Pennipotentes, quae pennis valent et nituntur vocari.* Turneb. Conf. Lucret. 5, 787.
- PENNĪPES**, Ædis. c. *Aliud Adi. [πεννηπύς] Perſeus pennipes* Catull. in Camer. 53 (55) 25.
- PENNĪNVS**, i. m. *Deus Alpinorum, quem in summo vertice 40* *colebant* Liu. 21, 38.
- PENSABILIS**, **PENSATIO**, **PENSATOR**, *vid. PENDO*, Ære.
- PENNVS**, i. m. *Cognomen Iuniorum.* Anton. Augustin. de Fam. Rom.
- PENSICVLATOR**, **PENSICVLO**, *vid. PENDO.* 45
- PENSILIS**, *vid. PENDEO.*
- PENSIO**, **PENSITATOR**, **PENSITO**, **PENSO**, *vid. PENDO.*
- PENSVM**, et **PENSVS**, *vid. PENDEO et PENDO.*
- PENTACHORDON**, i. n. *Instrumentum quinque habens chor- 50* *das.* *Vid. Mart. Capell. 9 p. 325.*
- PENTADACTYLES**, *sue PENTADACTYLVS*, i. m. *Cochleae pentadactyles* Plin. 32, 11, *quasi tu quinque digitales dicas.*
- PENTADACTYLON**, i. n. *Idem quod Pentaphyllon.* Apul. de Herb. c. 2. 55
- PENTADŌRON**, i. n. [πεντάδωρον] *Laterum e terra macerata fistorum genus.* Plin. 35, 14 l. 49 *Tertium genus laterum pentadoron: Graeci enim antiqui doron palmum vocabant, et ideo dora munera, quia manu darentur: Ergo a quatuor et quinque palmis, prout sunt, nominantur. Eadem est latitudo. Minore in priuatis operibus, ma- 60* *iore in publicis vtuntur in Graecia.* *Haec Plinius. Eadem paene ad verbum* Vitruu. 2, 3.
- PENTAGŌNVNVM**, i. n. *Figura est aequilatera et aequiangula composita ex quinque lateribus et angulis.* ¶ 2 *It. Herba.* Apul. de Herb. c. 2. 65
- PENTAMĒTER**, tri. m. *Versus quinque constans metris.* Quinctil. 9, 4.
- PENTAMIRON**, *sue PENTAMOERON*, i. n. [πεντάμοιρον] *Vitruu. 3, 1 Numerus quinarius respectu senarii ita dictus.*
- PENTANVMVS**, i. m. *Dimidius denarius* Auct. de Limit. 70 *p. 265 Goeſ.*
- PENTAPETES**, *Herba eadem, quae Pentaphyllon. Vid. infra in PENTAPHYLLON.*
- PENTAPHARMACVM**, i. n. *Medicamentum ex quinque speciebus compositum.* At Aelius Verus ap. Spartian. c. 5 *sic vocabat 75* *ferculum, in quo erant fumen, fasiauus, pauo, perna crustulata et aprugna.*
- PENTAPHYLLON**, i. n. [πεντάφυλλον] *Herba quinque folia habens, a Latinis Quinquifolium appellata, multiplex quidem, nam et fragi folia quina sunt, et alterius cuiusdam herbae passim crescentis, 80* *de qua copiose* Plin. 25, 9. *Apul. de Herb. c. 2.*
- PENTAPŌLIS**, is. f. [Πεντάπολις] *Regio inter Palaestinam et Arabiam, a quinque ciuitatibus sic appellata, vbi Sodomā et Gomorra oppida. Aut cum in pentapolin descenderit igneus imber* Prosp. Aquit. de Prouid. v. 254. ¶ 2 *Alia pentapolis, qua 5 Philistaeorum vrbes comprehendebantur, Gath, Accaron, Azotus, Ascalon, Gaza. 85* *Vid. 1 Sam. 6, 17.* ¶ 3 *Denique celeberrima illa pentapolis, Cyrenaica dicta, quam efficiebant Cyrene, Apollonia, Ptolemais, Arsinoë, Berenice. Vnde etiam dicitur*
- PENTAPOLITANA** regio Plin. 5, 5 pr. 90
- PENTAPRŌTĪA**, ae. f. [πενταπρωτία] *Quinque primorum munus: quos alibi sacrae Constitutiones, Quinque Summates vocant.* Spiegel. *putat vocari Quintum-viros in l. de cubiculis nostris. De priuileg. eor. qui in sacr. palat. militant. lib. 12 C.*
- PENTAPTŌTON**, i. n. [πενταπύτων] *Quod per quinque 95* *casus variatur.* *Vid. Isidor. 1, 6. Priscian. 5, 672.*
- PENTAPYLON**, i. n. *Iouis arbitratoris templum, in quo erat porticus, habens quinque ordines columnarum quadratarum: apud Vi- 100* *ctor. Reg. 10. Vid. Nardin. Rom. vet. 6, 14.*
- PENTAS**, Ædis. f. [πεντας] *Numerus quinarius.* Mart. Capell. 100 *7 p. 239.*
- PENTASEMVS**, i. m. *Genus pedis rhythmici, quinque punctorum sue temporum* Ibidem 9 p. 330.
- PENTASPASTOS**, i. m. *Machina tractoria quinque orbicularum* Vitruu. 10, 3. 105



PENTASPHERVM, i. n. l. 16 ff. de Publ. et vectigal. *malabathri genus, de quo vide coniecturas Is. Voss. ad Melam 3, 7, 10. Et Bynkersb. Obseru. 4, 5.*

PENTASTICHAE, arum. f. [πεντάστιχοι] *Porticus dicuntur, a quinque columnarum ordinibus* Trebell. Poll. in Gallien. c. 18.

PENTATEUCHON, i. n. [πεντάτευχον] *Volumen quinque librorum. Sunt qui declinent Pentateuchus, Pentateuchus Moysis. Vid. Tertull. ad Marc. 1, 10. Et Hieron. adu. Rufin. 2, 7.*

PENTATHLVM, i. n. Antiqui Quinquartium dixerunt. id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constat, iactu disci, cursu, saltu, iaculatione, luctatione Paull. *Vid. Quinquertium in Lex. Pitisci.*

PENTATHLVS, i. m. [πεντάθλος] *Pentathli dicuntur, qui in ludo quinque artes gymnasticas exercent, videlicet discum, cursum, saltum, palaestram, et iaculationem. A Latinis Quinquertiones appellantur a quinque artibus. Plin. de Myrone 34, 8 Hic fecit Delphicos pentathlos.*

PENTECOSTE, es. f. *Dies quinquagesimus post Pascha. Tertull. de Idol. c. 14. Hinc*

PENTECOSTALIS, e. Adi. *Festum pentecostale Ibid.*

PENTECTENA, Apud Antiphan. Pollux 7, 13 dicit Tunicellas esse iuxta oram purpura ornatas, radiis quinque intexta.

PENTEDACTYLOS, i. m. *Mons in Troglodytico sinu Plin. 6, 29.*

PENTELICVS, i. m. *Mons Atticae, unde Pentelicum marmor. Hinc Hermae Pentelici, statuae apud Cic. Att. 1, 8.*

PENTELORIS, e. Adi. *Vestis militaris genus ap. Vopisc. in Aurel. c. 46 quinque lororum siue clauorum scilicet.*

PENTĒRES, is. f. [πεντήρης] *Nauis quinque remis. Hirt. Bell. Alex. c. 47 Capit ex eo praelio penterem 1, triremes 2, dicrotas 8.*

PENTETHRONICVS, a, um. Adi. *Vox felicia et forte corrupta. Nimirum Pugna pentethronica est Plaut. Poen. 2, 1, 25. Gronou. legit Ptenornithica, a πτηνόν et ὄρνις. Quidam suspicantur Pelethronia. Vid. Turneb. ad illud Virg. Georg. 3, 115 Frena Pelethronii.*

PENTHEMĪMĒRES, is. f. [πενθημιμῆρης] *Latine Semiquinaria Caesura, a Diomede 3 p. 496 sic describitur, vbi post duos pedes et vnam syllabam pars orationis expletur. Et ideo πενθημιμῆρης vocatur, quia quinque pedes (aequaliter) diuidit sic, Defecisse videt. Se signari oculis. Vitur etiam Quintil. 9, 4, 78. Et Aufon. Epist. 4, 87. Est itaque Penthemimeres dimidia pars ex quinque, siue duo pedes cum dimidio in hexametro carmine. Vt Hephthemimeres dimidia pars ex septem, i. pedes tres cum dimidio.*

PENTHESILĒA, ae. f. [Πενθεσίλεια] *Amazonum regina, quae teste Iustino 2, 4 Orithyiae successit in regno: eiusque Troiano bello inter fortissimos viros, quum auxilium aduersus Graecos ferret, magna virtutis documenta exstitere. Haec, ut ait Seru. dicta est furens, quia sororem suam in venatione confixit, simulans se ceruam ferire. Virg. Aen. 1, 491 Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens, etc. Moeotis Propert. 3, 11, 14. Vid. Plin. 7, 56.*

PENTHEVS, i. m. Disyll. [Πενθεύς] *Filius Echionis, ex Agave coniuge filia Cadmi: qui quum Liberi patris sacra aspernaretur, ira numinis, a matre et sorore in furorem versis, laceratus est. Pentheos fabulam vide apud Ouid. Met. 3 extr. Tecta Penthei disiecta Hor. Carm. 2, 19, 14. Demens Pentheus Virg. Aen. 4, 469.*

PENTHĒVS, a, um. Adi. [Πενθεϊός] *Ritu Pentheo laniant corpora Claud. in pr. Conf. Stilich. 2, 213. Stat. Theb. 2, 575 Pentheumque trahens nondum te, Phaedimus, aequo. Bacche genus: Phaedimus, cui Bacchus nondum aequus est, quia genus trahit a consentore ipsius Pentheo.*

PENTIRĒMIS, is. f. *Vox hybrida, in quam mutarunt quidam Penterem, v. v.*

PENTOROBON, i. n. [πεντόροβον] *Herba insignis, quae notiore nomine Paeonia appellatur. Dicitur Pentorobon eo, quod inter caetera, quinque aut sex grana habeat, erui semen, non magnitudine tantum, verum etiam colore referentia. Vid. Plin. 25, 4. Et 27, 10. Et Apul. de Herb. c. 64.*

PENTRI, ōrum. m. Pl. *Samnitium populus, cuius caput Bouianum Liu. 9, 31.*

PENVARIVS, vid. sub PENVS.

PENŪLA, vel PAENŪLA, ae. f. [φανόλη, μανδύη] *Vestis, quae nebuloso seu pluuioso tempore, supra tunicam assumitur loco pallii, ad arcendas a corpore pluiuas. Ideo etiam caput habet, i. cuculum, s. ut vulgo vocant caputium. Plin. 24, 15 f. 88 Centunculum (herbam) vocant nostri, foliis ad similitudinem capitis penularum. Quintil. 6, 3, 66 Galba penulam roganti respondit, Si non pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse vtar. Ibid. f. 63 idem Galba penulam roganti, Non possum, inquit, commodare, domi maneo: cum coenaculum eius perplueret. Vlpian. in l. Vestis. D. de Auro et argento legatis, inter communia vestimenta, quibus vir et mulier promiscue vtuntur, penulas annumerat. Lampridius c. 27 scribit, Alexandrum constituisse, vt senes penulis intra urbem frigoris causa vterentur: quum id vestimentum, itinerarium, aut pluuiae fuisset. Viatoriam fuisse penulam, Tullius Att. 13, 33 probat: Venit ad me, et quidem id temporis, vt retinendus esset: sed ego ita egi, vt non scinderem penulam. memini enim tuum: et multi erant, nosque imparati. Quid refert? Paulo post, C. Capito cum T. Carrinate. horum ego vix attigi penulam: et tamen remanserunt. Memini, inquit, tuum, intell. dictum, factum, monitum. Al. tui; hoc est, feci, quod memini te solere: qui ita inuitare soles, vt penulam tamen cutusquam non scindas. Reiecta penula desilire de rheda Cic. pro Milon. 29. Idem pro Sext. 82*

Sensit rusticulum non incautus, etc. suum sanguinem quaeri ad restinguendam inuidiam facinoris Clodiani: mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat: messoria se corbe contextit. Erat et Penula scortea: Scorta enim veteres Pelles nominabant. Varro ap. Non. 6, 3 Reliquium pedem penula scortea pertegere. Martial. 14, 130 lemma habet Penula scortea: Ingrediare viam caelo licet vsque sereno, Ad subitas nusquam scortea desit aquas. Vid. Turneb. Aduers. 28, 12. Torrent. ad Hor. Epist. 1, 9, 18. Et ad Suet. Calig. c. 52. vel Salmas. Hist. Aug. p. 6. Burm. ad Quintil. 6, 3 p. 548. Lips. Elef. 1, 25. Penula gausapina erat Crebra, et villosa, qua hiberno tempore et frigido vterentur. Sub hoc lemme Martial. 14, 145 Is mihi candor inest, villorum gratia tanta, Vt me vel media sumere messe velis. Quidam his versiculis putauerunt penulam gausapinam inter Theriistra, id est, aestiua vestimenta annumerari. Verum, ni fallor, falluntur. Sensus enim Martialis est, Penulae dicit talem inesse candorem, tantam inesse villorum gratiam, vt etiam, si hiberno vsui sit adscripta, tamen quis penulae

100 et frigido vterentur. Sub hoc lemme Martial. 14, 145 Is mihi candor inest, villorum gratia tanta, Vt me vel media sumere messe velis. Quidam his versiculis putauerunt penulam gausapinam inter Theriistra, id est, aestiua vestimenta annumerari. Verum, ni fallor, falluntur. Sensus enim Martialis est, Penulae dicit talem inesse candorem, tantam inesse villorum gratiam, vt etiam, si hiberno vsui sit adscripta, tamen quis penulae

105 villorum gratiam, vt etiam, si hiberno vsui sit adscripta, tamen quis penulae

*lae specie captus, eam vel media sumere messe velit, Bayfus.* ¶ 2  
*Quoduis operimentum.* Penulam abusive omne, quidquid tegit, nobilissimos veteres transtulisse, *notat Non. 6, 3. Conf. Vitruv. 10, 12. Et Bald. Lex. p. 81.* Penula utebantur sequiori aetate et oratores. *Augustor dialog. Orator. 39, 2* Quantum humilitatis putamus eloquentiae attulisse penulas istas, quibus adstricti, et velut inclusi, cum iudicibus fabulamur? *Quinctiliano prudente sola toga cum tunica usus apparet ex 11, 3, 131 sqq.*

**PENVLĀTVS**, a, um. *Adi. [τὸ Φανόλη] Penula tectus.* Cic. pro Milon. 29 c. 10 Cum vxore veheretur in rheda penulatus. *Martial. 2, 57 Non ipse Codrus alpha penulatorum. Idem 5, 27. Sidon. Epist. 8, 6* Censuales penulati. *Martian. Capella 3 p. 49 de Grammatica, Quae femina, licet in Attica, vbi maiore aevi parte floruerat, se assereret incedere palliatam, tamen ritu Romuleo — senatum deum ingressa est penulata. Nempe Grammaticorum gestamen penula etiam Augustini acuo, qui Confess. 1, . . .* Quis autem penulatorum magistrorum audiatur aure sobria ex eodem puluere hominem clamantem, *Fingebat haec Homerus, etc.*

**PENVLARIVM**, i. n. [*Φανολοθήκη*] Quasi Theca et vagina penulae, *ut interpretatur Non. 2, 618. Laudatque Non. Fullon. Non multo post sonoram accepit, abscidet, consequitur penularium, psilotrum petit. Quidam legunt, Non multo post zonulam accepit, abscedit, etc.*

**PENVLEVS** et **PENVLARIVS**, a, um. *Adi. Parauerat sane, penulas populo dare in honorem filii sui — asserens, melius filium suum Penuleum vel Penularium dicendum, quam Caracallus (a vestimenti genere) esset dictus Bassianus. Lamprid. in Ant. Diadum. c. 2.*

**PENVLTIMVS**, a, um. *Adi. Quasi dicas paene vltimus, vltimus praeter unum. Vtitur Gell. 4, 7. Aufon. Ecl. de Kalendis 13* Post quos penultima meta Nouember.

**PENVRIA**, *vid. PENVS.*

**PENVS**, i. *vel PENVS, ūs. m. vel f. [ταμειών, στρος] Est omne, quo vescuntur homines Cic. de Nat. D. 2 c. 27. Lucil. Magna penus paruo spatio consumta peribit, apud Non. 3, 174. Grammaticus apud Gell. 4, 1* Penus variis generibus dictum et varie declinatum est. *Nam et hoc penus, et haec penus, et huius peni et peneris, et peniteris et penoris, veteres dictauerunt. Deinde interrogatus a Favorino, Quid sit penus, et quo sensu id vocabulum dicatur? Ille Quaeris, inquit, rem minime obscuram. Quis adeo ignorat Penum esse vinum, et triticum, et oleum, et lentem, et fabam, atque huiusmodi caetera. Etiamne, inquit Favorinus, milium, et panicum, et glans, et ordeum, penus est? Cumque ille reticens haereret: Nolo, inquit, hoc iam labores, an ista, quae dixi, penus appellentur. Sed potesne mihi, non speciem aliquam de penu dicere, sed definire genere proposito, et differentiis appositis quid sit penus? — Q. Scaeuolam, ad demonstrandum penum his verbis usum audio, Penus est, quod esculentum aut poculentum est. Quod enim ipsius patrisfamilias, eiusque familiae, quae circum eos aut liberos eius est, et opus non (Gron. pro non, legit eorum) facit, causa paratum est, ut Mucius ait, Penus videri debet. Nam, quae ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut coenae causa parantur, penus non sunt: sed ea potius, quae huiusce generis longae vsionis gratia contrahuntur et reconduntur, ex eo, quod non in promptu sunt, sed intus et penitus habeantur, penus dicta sunt. Haec ibi Favorinus, et plura. Add. Vlpian. in Tit. Dig. de Penu legata. Penus locuples Perf. 3, 74. Struere penum Virg. Aen. 1, 708. Ornare penum, *vid. ORNO.* ¶ 2 Penus vocabatur Locus in aede Vestae intimus. Festus: Tegetibus septus, qui certis diebus circa Vestalia aperitur. Hi dies religiosi habentur. *Hinc firmatur, quod de etymologia modo disputauit apud Gellium Favorinus.**

**PENVS**, ōris. n. *Idem.* Hor. Epist. 1, 16, 72 Annonae prosit, portet frumenta penusque. *Gell. 4, 1* Ea sola esse penoris putat. *Multiplex Suet. Ner. c. 11. Penora, inquit Festus Paulli Res necessariae ad victum quotidianum. Col. 12, 4, 3* Rebus Venereis si fuerit operatus vel vir vel femina, debere eos flumine aut perenni aqua, priusquam penora contingant, ablui. — ne situ penora mucorem contrahant. — cum ea res innoxia penora conferuet, vbi non innatent, sed semper sint iure submersa. *Hic itaque Penora speciatim sunt Salgama, fructus muria conditi, etc.*

**PENVM**, i. n. *Idem.* Ter. Eua. 2, 3, 18 Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. *Conf. b. l. Donat. Afranius, Penum herile. Plaut. Capt. 4, 4, 12* Dicam, ut sibi penum aliud ornet. *Vid. Pompon. l. 2 D. de tritico, vin.*

**PENVARIVS**, a, um. *Adi. Suet. Aug. c. 6* Locus permodicus, et cellae penuariae instar. *Vlpian. in l. 3 §. siue D. de penu legata. Cella Cic. de Senect. c. 16. Vasa Vlpian. in l. 3 D. de pen. legat. extr.*

**PENVARIVS**, i. m. *καλλήριος* Gloss. Gr. Lat.

**PENARIVS**, i. m. [*ταμειών*] *ut legit Festus; vel ut Varro de L. L. 4, 33* **PENARIA**, ae. f. *ut vero alii, PENARIVM, i. n. *Locus vbi penus, id est res necessariae ad victum quotidianum pertinentes, reponuntur. Vid. Festus Paull.**

**PENARIVS**, a, um. *Adi. [ταμειωματικός] Quod ad penum pertinet. ut. Penaria cella; idem quod Penarium Cic. Verr. 2, 5 c. 2.*

**PENATORES**, um. m. *Qui penus gestant. Cato adu. M. Acil. Postquam nautas ex nauibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores, penatores, feci, sed aurum dedi. Festus ex emendat. Dacer.*

**PENVRIA**, ae. f. [*ὑπερησῖς*] *Omnis inopia rerum, et praesertim earum, quae in penu recondi solent. Sed repugnat modus Syllabae primae. Penuria (inquit Festus) quod paene minus sit, quam necesse est. Alii putant a Graeco πείνη fames, potius deduci. Ter. Adelph. 3, 3, 88* Nae illiusmodi iam nobis magna civium penuria est, homo antiqua virtute ac fide. *Cic. Verr. 5, 25* Ne diutius in tanta penuria virorum fortium, talem imperatorem ignorare possitis. *Sic Verr. 3, 126* Penuria aratorum. *Cibi penuria Lucret. 5, 1005. Virg. Aen. 7, 113* Vertere morsus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. *Copia et Penuria, contraria Cic. de Inuent. 2, 115. Amicorum firmorum, stabilium, et constantium magna est penuria Idem de Amicit. 63 c. 17. Consilii penuria Plin. 8, 6. Mulierum penuria Liu. 1, 9. Victus Hor. Sat. 1, 1, 98.*

## P E P

**PEPARETHOS**, i. f. *Insula vna ex Sporadibus Plin. 4, 12. Ouid. Met. 7, 470* Et Gyaros, nitidaeque ferax Peparethos alicuae. *Add. Senec. Troad. 840.*

**PEPLION**, i. n. [*πέπλιον*] *Herba, quae alias Portulaca dicitur* Plin. 20, 20.

**PEPLOS**, [*πέπλος*] *inquit Plin. 27, 12 quam aliqui Sycen, alii Meconion aphrodes vocant, ex vna radice tenui fruticat, etc.*

**PEPLVS**, i. m. *vel PEPLVM*, i. n. [*πέπλος*] *Vestis sollemnis, quae iniicitur vel viro vel feminae, vel deo deaeue Seruius. Peplum proprie est Palla picta feminea, Minervae consecrata: ut Plaut. Fragm. 2, 58 Nunquam ad civitatem venio, nisi quum infertur peplum, nempe quinquenniis singulis in sollemni Panathenaeorum. De hoc etiam Mercat. Prol. 66 Neque nisi quinto anno quoque posse tum visere Urbem atque extemplo inde, ut spectauisset peplum, Rus rursum, etc. Vid. Meurs. Panathen. c. 17 sq. Tertull. de Pall. c. 4. Gonsal. ad Petron. c. 114. Spanhem. ad Jul. Caes. p. 461 seq. Fluens peplus Claud. de Nupt. Hon. 123. Virg. Aen. 1, 479 Crinibus Iliades passis peplumque ferebant.*

*Hoc e veteri ritu: magnis enim in periculis deos precantes et obsecrantes, eorumque fidem et opem implorantes, etiam vestibus ornabant, illo cultu fauorem numinis emere se credentes. Peplum igitur Troiana mulieres ferunt, ut ea veste Minervae simulacrum induant, et deam propitiam habeant. Vid. Homeri interpretem. Virg. Cir. v. 21 seqq. cum not. Scalig. Iunoni peplum fertur ap. Stat. Theb. 10, 56. Conf. ibi Scholiast. qui ait, Peplum est vestis candida aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat, etc. Metaph. Sammonic. 222 Si vero horrendum ducunt glaucomata peplum, i. velum obducunt visui. Al. plumbum.*

**PEPO**, *onis*. m. [*πέπων*] Plin. 20, 2 Pepones, qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, et emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculorum, aut doloribus imponitur. *Hactenus Plin. Conf. Idem 19, 5. Peponum multa sunt genera, ab ipsorum sapore et figuris petita. Per consucium usurpatur, ut apud Tertull. de Anima c. 32 Pepo tam infulsus. Idem adu. Marc. 4, 40 Peponem cordis loco habere, i. Stupidum esse.*

**PEPSIS**, *is*. f. [*πέψις*] *Latine Concoctio dicitur Gell. 13, 29. Vnde PEPTICVS*, a, um. *Adi. Medicinae pepticae, Medicamenta ad concoctionem, quae foris adhibentur: ἀπὸ τῆς πέψευς, teste Hermol. Plin. 20, 18 Podagris illinitur cum lacte mulierum: sic et foliis ipsis utuntur. Item ad sacros ignes, et vulnera ex aceto. Ego tamen damnauerim collyriis addi: multoque magis, quas vocant lexypyretas, quasque pepticas, et coeliacas.*

## P E R

**PER**. *Praep. [διὰ, ἐν] Accusatio iungitur, et latissimi usus, significat omne genus causarum, et medii, modique: vixque potest aliter, quam exemplorum multitudinem declarari. Ter. Prol. Eun. 39 Falli per*

*seruum senem, i. opera serui, suae a seruo, quem adhibet filius. Per Amphoram vini Pallad. Febr. 31, e distributivae, in singulis amphoras. Sic Id. Mart. 8, 1 Binos per Amphoram qualos. Per Cornu aliquid infundere Columel. 6, 2 instrumentum et via indicatur. Firmic. 5, 4 Erunt etiam duorum patrum, aut duarum matrum filii, vnus scilicet*

*per naturam, alterius vero per Accidens. Modi indicantur. Per Adoptionem pater, Qui me adoptauit Plin. Epist. 5, 8, 5. Tacit. Ann. 1, 3 Adscirique per Adoptionem a Tiberio iussit. Ter. Eun. 1, 2, 33 Patriam et signa caetera neque sciebat, neque per Aetatem etiam potuerat, h. e. impediante, et intercedente velut aetate. Cic. Fam. 12, 23*

*Nullam partem per Aetatem sanae et saluae Reipub. gustare potuisti. Add. Ter. Adelp. 1, 2, 28. Aetates per multas fuerunt antistites sacri eius ab Euandro edocti Liu. 1, 7 extr. Per Alium ostendere suam sententiam, Alterius adminiculo Ter. Heaut. 2, 1, 7. Per Alium dare Idem ibid 3, 1, 61. Per Alium transigam, recede de medio Cic. pro Rosc. Amer. 112 c. 38. Per Ambages Liu. 5, . . . Per Ambages fatigare aliquem Quintil. 3, 11. Si mihi per eiusdem Amicitiam licebit Cic. Fam. 1, 8. i. Si non intercedet et vetabit iure amicitiae.*

*Per Amicitiam et gratiam impetraui a patre Plaut. Mil. 4, 5, 1. Per Annonam iam caram natus Idem Stich. 1, 3, 25. Tempus notat. Sic Cic. Verr. 5, 31 Ac per eos dies, quum iste cum pallio purpureo, talarique tunica versaretur in conuiuiis muliebribus, non offendebantur homines in eo, etc. Vulgus diceres; Durantibus his diebus. Quintil. 1 prooem. Post impetratam studiis meis quietem, quae per viginti Annos erudiendis iuuenibus impenderam, etc. Per Annos quinque*

*et viginti Tacit. Hist. 4. Per Aquam Scribon. 114. i. cum aqua. Per Auaritiam aliquid appetere Cic. pro Rosc. Com. 21 c. 8. i. propter. Per Beneficium et gratiam aliquid aliquibus concedere Id. Verr. 3, 191 tanquam beneficium. Per Caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus Cic. Philipp. 12, 3. Per Castimoniam summam virorum ac mulierum, quae sacra sunt, ea per stuprum et flagitium violata sunt Idem Verr. 4, 102. Per Cauillationem ad aliquid perduci Liu. 38, 14 extr. Per Causam, h. e. Per simulationem, dissimulando. Liu. 2 Per Causam renouati ab Aequis belli, h. e. Praetextu. Per Causam aliquam gratiam alicuius sibi conciliare Cic. de Lege Manil. 70. Per Cinerem*

*alicuius mortui, per nomen propinquitatis, per coniugem ipsius et liberos aliquem obsecrare, vt aliquando misericordiam capiat Cic. pro Quint. 97. i. his rebus commemoratis impetrare, studere. Per Comitatem omnia disperdidit Plaut. Trin. 2, 2, 54. Per Compita manat rumor Hor. Serm. 2, 6, 50. Per Compita supplicatum Liu. 27, 23*

*extr. Cic. pro Rosc. Amer. 33 Quos, quia seruare per Compositionem volebat, ipse ab his interemptus est, pace inter eos conciliata. Per Consequentias contingit Vlpian. in l. 1 D. de auctor. et conf. tutor. non consilio agentis, sed necessitate quadam consequutionis, qua vno dato vel amisso se dant reliqua. Sic Per Consequentias negotium alicui*

*geri l. Quod dicimus. D. de auct. et conf. tut. Per Consequentiam Vlpian. l. Moris D. de poenis. Vlpian. in l. Iulian. §. Si venditor. D. de act. emt. et vend. Per Contrarium quoque idem Iulianus scribit. Per Contumelias alicui insultare Liu. 3, 62. Per Culpam venire in necessitatem Auctor ad Herenn. 2, 23. Per summum Dedecus vitam*

*amittere Cic. pro Rosc. Amer. 30. Idem pro Rabir. Post. 36 c. 13 Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiam si per plures Deos iuret, non oportet. Add. Curt. 4, 10, 32. Per Deos, per dextram, per fortunas, per fidem, per homines; Modus deprecandi elegantissimus. Ter. Andr. 1, 5, 54 Quod ego per hanc te Dextram oro, et genium*

*tuum, per tuam fidem, perque huius solitudinem te obtestor, ne, etc. Cic. Att. 3, 20 Ad quae recuperanda per Fortunas incumbere, vt facis. Conf. b. l. Manut. It. Elmenh. Ind. Apul. Burm. ad Petron. c. 127. Pseudo-Cic. ad Octau. Nam per Deum immortalium fidem (nisi forte frustra eos appello, quorum auris atque animus a nobis abhorret) per-*

*que Fortunam Pop. Rom. (quae quamquam nobis infesta est, fuit aliquando*

quando propitia, et vt spero, futura est) quis tam expers humanita-  
tis? Per ego te, Deos, etc. oro: *interpositio elegans, et nescio, quid ornatus habens in oratione.* Liu. 23, 9 pr. Per ego te, inquit, fi-  
li, quaecunque iura liberos iungunt parentibus, precor quaeſoque, ne  
ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis. Plaut. Men. 5  
5, 7, 1 Per ego te haec genua obteſtor, ne, etc. Ter. Andr. 5, 1, 15  
Per ego te Deos oro, vt ne illis animum inducas credere. Vid. Cort.  
ad Sall. Iugurth. c. 14 extr. Drakenb. ad Sil. 5, 82. *Saepe, omiſſo illo*  
*oro, rogo, etc. vid. infra per Matrimonium.* Per Dextram, Per  
fidem: *modi deprecandi* Ter. Andr. 1, 5, 54 et 55. Per Deridicu- 10  
lum verba dare alicui Plaut. Pseud. 4, 5, 7. Per Dies Scribon. 13, 14.  
Per continuos Dies 16. Per Dilationes Liu. 5, . . . Per Dire-  
ctum Plin. 5, 22. Per Discordiam optimatum, diſſenſionemque,  
patribus principibusque caedes periculaque non creentur Cic. de Aruſp.  
Reſponſ. 40. Per Dolum dimicare Hirt. Bell. Afr. 5, 73. Horat. 15  
Carm. 1, 10, 9. Per Dolos doctos auferre aliquid Plaut. Pseud. 1,  
5, 70. Per Domos Liu. 1, 9, et 25, 31. Per Eum honores cepit  
Nep. 25, 7, 2. Per Fas, et Fidem deceptus Liu. 1, . . . Per Fi-  
dem, qui nos ſaepe numero ſefellerunt, eorum orationi fidem habe-  
re non debemus Cic. de Inuent. 1, 71. Per Figuram offerre iuſiu- 20  
randum Suet. de Clar. Rhet. c. 5. Per Flagitium famam perdere  
Ter. Heaut. 5, 1, 56. Per Fortunas Cic. Att. 3, 20. Vid. ibi Ma-  
nut. Per Forum ferre Idem Att. 14, 18. Per Fraudem ſum-  
mam et malitiam fingere aliquid Idem pro Quint. 56. Per Gra-  
tiam abire Plaut. Mil. 4, 1, 32. *bona gratia, ſponte.* Cic. in Verr. 25  
Act. 1, 48. Vt nemo a vobis, vt iſtum abſoluatis per Gratiam, conetur  
contendere. *i. gratiae et amicitiae cauſa.* Per Ignauiam in praelio  
ſonum tubae ferre non potes Auctor ad Herenn. 4, 22. Per Ignem  
fugere pauperiem Hor. Epist. 1, 1, 46. Per Ignem autem, ſeu per  
Ignes ire dicuntur, qui quippiam magno cum ſui capitis periculo moluntur. 30  
Per Ignorantiam Scribon. 199. Plaut. Poen. prol. 52 Si  
quidem licebit per illos, quibus eſt in manu. Ter. Hec. 5, 2, 7 An-  
cillas dedo, quolibet cruciati per Me exquire, licet. Vbi Donatus:  
Per me, Me auctore et permittente. Vid. ſupra per Amicitiam licet:  
et infra per Valetudinem poſſum. Per Illa tempora perrarae lite- 35  
rae fuerunt, pro illis temporibus. Liu. 6, 1. Per Imprudentiam  
decipi Cic. pro Roſc. Com. 21. Per Incommodum alterius et cala-  
mitatem qui non aſcendit, et ſua virtute in altiore locum peruenit,  
is mihi videtur ampliffimus Idem pro Roſc. Amer. 83. Idem Verr.  
Diuinat. . . Ab hac praefectus Antonii quidam ſymphoniacos ſeruos abdu- 40  
cebat per Iniuriam, quibus ſe in claſſe vti velle dicebat. Cic. Verr.  
1, 135 Ne per ſumman Iniuriam pupillum Iunium fortunis patris co-  
necetur euertere. Idem pro Domo 59 c. 23 Quod cum toties per  
Inſidias interficere voluiſtis? Per Interdicta crudelitatis alicuius  
aliquid alteri non licere Idem in Piſon. 18. *i. propter.* Per In- 45  
terualla Plin. 8, 42. Per Inuidiam depelli Tribunatu Cic. de Orat.  
3, 11. Per Iram aliquid facere, quod nos poeniteat Idem Tuſc. 4,  
79. Per Iram et leuitatem crimen commentum Liu. 26. Per  
Ius et magistratum aliquem defendere Cic. pro Quint. 63. Per  
Laborem Scribon. 84. *i. Labore.* Per Latrocinium impoſita lex 50  
Cic. in Piſon. 30. Idem Fam. 2, 16 Sed id vix mihi videris per  
Legem Iuliam facere poſſe. Per Legem illam hoc mihi licet Idem  
Att. 1, 20. Idem ib. 10, 3 Caesar mihi ignoſcit per Literas, pro eo  
quod eſt, Scribit, ſe mihi ignoſcere. Per Literas colloqui cum aliquo  
Cic. Fam. 1, 7. Et ad Att. 6, 1. Per Literam vniam ſcriptum Suet. 55  
de Clar. Grammat. Per Longum: *vid. Inſt. Sil. 15, 145.* Per  
Ludibrium conſulere aliquem Tacit. Ann. 1, 10. Per Ludicrum au-  
dire, per iocum quaerere Liu. 24. Cic. Verr. 1, 21 Tantum di-  
cam, paucos homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per Lu- 60  
dum et iocum fortunis omnibus euertiſſe. Idem Verr. 5, 108 Modo  
L. Fimbriam, C. Marium, C. Caelium videmus non mediocribus ini-  
micitiis ac laboribus contendere, vt ad iſtos honores peruenirent, ad  
quos vos per Ludum et per negligentiam perueniſtis. Per Luxu-  
riam effundere atque conſumere, quod per ſcelus, quis eſt adeptus Cic.  
pro Roſc. Amer. 6. Per Malitiam aliquid facere Idem pro Roſc. Com. 21. 65  
Per Manus prouinciam alteri tradere Idem de Prou. Conf. 39. Per  
Mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes Hor. Epist. 1, 1, 46.  
Per Matrimonium vetus, miſerere Quinctil. Decl. 6, 8. Vid. Burm. in  
loc. vel Heinſ. et Drakenb. ad Sil. 1, 658. Conf. per Cinerem, per De-  
os. Per Maturitatem dehiſcentes Plin. 12, 7. *Correſtiora exempla- 70*  
*ria legunt, dehiſcentes Maturitate.* Per Me exquire Ter. Hec. 5,  
2, 7. Per Me nulla eſt mora Ter. Andr. 3, 4, 14. Per Me per-  
contatus ſum, ſineque indice aliquo, *b. e. Ex me ipſo, nullo alio ſua-  
dente* Plaut. Merc. prol. 17. *Sed varia eſt lectio. Vid. Gronou. in loc.*  
Per Medios ruit Virg. Aen. 4, 674. Per Membranas oculorum vt 75  
cerni poſſet, fecit eas perlucidas natura Cic. de Nat. Deor. 2, 142.  
Plaut. Aul. 2, 1, 12 Neque occultum id haberi, neque per Metum muſ-  
ſari. Plin. Epist. 4, 30 Ita eſt aliquid, quod huius fontis excuſſum  
per Momenta repercutiat. Per Naturam fas eſt, aut per leges li-  
cet Cic. pro Milon. 43. Per Nebulam aliquid ſcire aut audire 80  
Plaut. Pseud. 1, 5, 48. Liu. 1, . . . Sed rem immaturam niſi aut  
per Occaſionem, aut per Neceſſitatem aperiri noluerat. Per Ne-  
ceſſitatem vltimam Liu. 2, . . . Per Noctem cernuntur ſidera  
Plin. 2, 10. Per Nomina citare Colum. 11, 1, 22. Plin. Epist.  
10, 98 Impetrandumque a bonitate tua per Nos habet, quod illi for- 85  
tunae malignitas denegauit. *i. Noſtra opera.* Per Nos quidem  
hercle egebit, qui ſuum prodegerit Plaut. Merc. 5, 4, 60. *b. e. Nihil*  
*ei ſuppeditabimus.* Per Notas nos certiores quam ſcite facit Iuppi-  
ter Cic. de Diuin. 2, 7. Liu. 1, 11 Dum ea ibi Romani gerunt,  
Antennaſium exercitus per Occaſionem ac ſolitudinem hoſtiliter in fi- 90  
nes Romanos incurſionem facit. Per Occultum ſubuertere aliquem  
Tacit. Ann. 4, 71. Idem ib. 1, 24 pr. Druſo propinquant, quaſi  
per Officium obuiaſe fuere legiones. Per Omnia, *In omnibus,*  
*Omnino.* Colum. 4, 2 Quare per Omnia praetulerim duobus potius  
feminibus depoſitis, quam vnico periclitari. Plin. 6, 19 Regi eo- 95  
rum peditum ſexcenta M. equitum xxx. M. elephantorum ix. M. per  
Omnes dies ſtipendiantur. Quinctil. 4, 2 Sortiti noctem ſinguli  
per Ordinem, cum ferro cubiculum intrauerunt patre dormiente. Per  
Ordinem fungi honoribus S. Aur. de Viris illuſt. c. 67 pr. Per  
Ortum caniculae Colum. 2, 21, 1. Cic. de Inuent. 1, 4 c. 3 Quare 100  
mihi videntur poſtea caetera ſtudia recta atque honeſta per Otium con-  
celebrata ab optimis enitiuiſſe. Plaut. Amphit. 1, 1, 232 Obſecro,  
vt per Pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem, *b. e. Te pacato, et*  
*non irato amplius.* Vlpian. in l. Nam etſi D. Si cert. petat.  
Si alienos nunos mutuos tibi dedi, non ante mihi teneris, quam 105

- fi eos consumseris. Quod si per Partes eos consumseris, an per Partes tibi condicam, quaeritur. *Add. Columel. 1, 4. et 4, 24.*  
 Per Partes emendare Plin. Epist. 1, 29. Per Partes facere Idem ib. 9, 18. Per Partes reficere aedes demolitas Vlpian. in l. Quid tamen. §. 1 D. Quib. mod. vsufr. amittatur. Cic. Verr. 4, 32 Quum iste ab sese hydriam Boëthi manu factam praeclaro opere, et grandi pondere per Potestatem abstulisset, se sane tristem et conturbatum domum reuertisse. Per Procuratores, aut per seipsum agere Idem Att. 4, 15. Per Quod effectum est, vt te consulere Plin. Epist. 10, 83.  
 Per Rationem hanc aliquid alicui dare, *pro Ad hunc modum, hoc modo.* Cic. Verr. 2, 127 Ita Iouis illud sacerdotium amplissimum per hanc Rationem Theomnasto datur. Per Ridiculum Plaut. Truc. 2, 2, 8.  
 Per Risum et iocum aliquid contemnere Cicer. de Lege Agrar. 2, 95.  
 Per Scelus et latrocinium ex fanis religiosis auferre aliquid Idem Verr. 3, 1, 57. Per Se, *pro sua opera.* Cic. de Amic. Tanquam superiorem colebat, suosque omnes per Se esse ampliores volebat. Per Se, et Propter Se, *hoc est Propter excellentiam sui, vt excludatur omnis respectus et relatio ad finem ulteriorem.* Cic. de Amic. 82 Ita pulcherrima illa et maxime naturali carent amicitia, Per Se et Propter Se expetita. Per se aliquid posse, *quasi Nullo adiutore.* Idem ib. 26 c. 8. Vt dandis, recipiendisque meritis, quod quisque minus per Se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet. Per Se sibi quisque carus est, *Ex sese, sua natura, et quod dicitur Naturaliter.* Cic. de Amic. 82 c. 21 Ipse se quisque diligit, non vt aliquam a seipso mercedem exigat caritatis suae, sed quod per Se sibi quisque carus est. Idem de Finib. 1, 25 Si concederetur, etiam si ad corpus nihil referatur, ista sua sponte et per Se esse iucunda, per Se esset et virtus et cognitio rerum, quod minime ille vult, expetenda. Per Se ipse ac sua sponte ardor mouetur Cic. de Nat. Deor. 2, 31. Liu. 1, 49 Cognitiones capitalium rerum sine consiliis per Se solus exercebat. Per Se ipsa probitas parum tuta Sallust. in Iugurtha c. 14. Per Se splendet virtus semper, neque alienis vnquam fordibus obsolescit Cic. pro Sext. 60. Per Se Scribon. 2. 10. 19 etc. *i. sine admixtione.* Per Se, *i. Sponte* Idem 108. Per Se, vt est, datum 119. 185. Per Se facit 135. Per Se efferuescere 250. *i. sponte, non admixto fermento alio.* Cato c. 17 Tum primum per Semen incipiunt maturae esse. *Sed recte hodie legitur per sementim.* Neque per Senatium efficere potuit Nep. 24, 2, 1. Per Sententias aliquorum, iusque iurandum aliquid assequi Cic. pro Rosc. Amer. 8. Per Silentium adesse aequo animo, *Tacite audire* Ter. in prol. Phorm. 31. Per Silentium eo deducti Liu. 25. Cic. Verr. 6, 4, 6 Non ablata ex vrbibus sociorum quatridui causa per Simulationem Aedilitatis, domum deinde atque ad suas villas auferbant. *Conf. Caes. B. C. 2, 35.*  
 Per Simulationem amicitiae aliquem prodere Cic. post redit. ad Quirit. 21 c. 9. An Aesculapius, an Serapis potest nobis praescribere per Somnium curationem valetudinis Idem de Diuin. 2, 123 c. 59. Per Spatium longissimum hoc receptaculo vtetur Plin. Epist. 6, 31. Per Speciem, *Simulata occasione, per simulationem, fingendo.* Liu. 1, 41, 6 Itaque per aliquot dies, quum iam exspirasset Tarquinius, celata morte, per Speciem alienae fungendae vicis, suas opes firmavit. *Add. Idem 1, 3 extr. 24, 47, 12. 39, 35, 4.* Plin. 5, 29 Alexander idem per duo Stadia continenti adnexuit. Per Stuprum, et flagitium violare, *vid. Per Castimoniam, supra.* Per Subitum, *idem quod Subito, repente.* Sil. 15, 145  
**Carthaginis omnes**  
 Per Subitum raptae pernix victoria late Terruerat gentes.  
 Per Subitum, *quia vno die Scipio rapuerat seu expugnauerat Carthaginem.* *Vid. Drakenb. et N. Heinsf.* Idem 14, 330  
 Qui simul affixo vicina in robora ferro Sustulerant sublime ratem (miserabile visu)  
 Per Subitum rursus laxatis arte catenis  
 Tanta praecipitem reddebant mole profundo,  
 Vt totam haurirent vndae cum milite puppem.  
 Per Successiones plures traditae Plin. Epist. 10, 8. Per Successiones sibi ius vendicare Idem 12, 14. Per Suos inimicos aliquid ad te delatum esse, non sine magno quidem dolore, is mihi visus suspicari Cic. ad Brut. 1. Per Tabem consumi Scribon. 186. Per Tacitum, *idem quod Tacite.* Sil. 17, 216  
 Ductor defixos Itala tellure tenebat  
 Intentus vultus, manantesque ora rigabant  
 Per Tacitum lacrimae, et suspiria crebra ciebat.  
 Per Te stetit, quo minus hae fierent nuptiae Ter. Andr. 4, 2, 16. Per Te tibi consulis Hor. Epist. 1, 18, 1. Per Tempora illa Liu. 6, 1.  
 Per Tempus, In tempore, siue tempore, *inquis Donatus:* aut Opportune. Plaut. Poen. 1, 1, 6 M. Scitum est, per Tempus: hoc est iam verbum vetus. Per Tempus aduenis Ter. Andr. 4, 4, 44.  
 Per Tempus egredi Idem Hec. 4, 3, 15. Per Tempus subuenire alicui Plaut. Truc. 1, 2, 85. Per Tempus salices legere Cato c. 31.  
 Per Tempus omne quo fuimus vna Plin. Epist. 10, 89. Liu. 2, 9  
 Multa igitur blandimenta plebi per id Tempus ab Senatu data. Cic. pro Rosc. Amer. 80 Per ista Tempora. Per illa Tempora, *pro Illis Temporibus.* Liu. 6 Perrarae literae per illa Tempora fuere. Cic. in Verr. Act. 1, 67 Nulla res per Triennium, nisi ad nutum istius iudicata est. Idem Verr. 1, 57 Ea Populo Romano apportauit, per Triumphum vexit. Per Valetudinem quum posses venire, tamen noluisse Cic. Fam. 7, 1. *Conf. Idem Fam. 16, 7.* Per Venas fusus sanguis Tacit. Hist. 4, 11. Cato de R. R. c. 151 Semen cupressi Tarentinae per Ver legi oportet. Per Viam fabulari in itinere Plaut. Cist. 5, 1. Per Vices, *Vicissim.* Plin. Epist. 1, 3 Quid popinae? quid cubicula diurna, nocturnaue? possidentne te, et per Vices partiantur? *Add. Suet. Claud. c. 42.* Per Vices annorum Plin. 12, 14. *b. e. Per Vicissitudines.* Per Vim quod actum est, ratum esse non debet Cic. Off. 3, 110. Per Vim et scelus plurimum posse Idem pro Quint. 69. Per Vim medicamentorum Scribon. Epist. *i. Vi.* Per Vim Consules creantur Plin. in Paneg. Per Vim vitium oblatum virgini Ter. Adelph. 3, 2, 10. Per Vim lata lex Aur. Vict. de Viris illustr. c. 62 pr. Per Vindemiam Scrib. 269, *i. Vindemiae tempore.* Per Vinum exortum dissidium: *b. e. per ebrietatem*  
 Plaut. Mil. 3, 1, 59. Cic. Acad. 4 Siue in quiete, siue per Vinum, siue per insaniam. Per Vinum, aut per lasciuiam lapsis, capitalis poena remittenda est Arrius Menander in l. Omne D. de re militari. Cic. de Amicit. Quae se in quiete per Visum ex Africano audisse dicebat. Per Vos, *siue Per aliquem: i. Beneficio alicuius.* Idem pro Rosc. Amer. Feret tamen aequo animo Iudices, si per Vos vitam et famam

famam potest obtinere.

Virg. Georg. 1, 238

¶ 2 *Obferuatt.* Per, pro Inter.

Has inter, medianque, duae mortalibus aegris  
Munere concessae diuim, et Via facta per ambas,  
Obliquus qua se signorum verteret ordo.

*Vbi Seruius:* Quum vitet vtramque temperatam, ipsa Praepositio Per pro Inter accipienda est. Per, pro In. Virg. Aen. 5, 837 Sub remis fusi, per dura sedilia nautae, i. *Iacentes in duris sedilibus.* Per, pro Trans. Plin. 12, 5 Fructus per folia solibus coctus praedulci sapore.

Per, pro Sub praetextu. Cic. pro Caecin. 7 Qui per tutelam aut societatem, aut rem mandatam, aut fiduciae rationem fraudauit quempiam: in eo, quo delictum maius est, eo poena est tardior. Per, saepe eleganter transponitur, ut antea obseruatum est in voce Deos. Sic, Per enim magni aestimo tibi firmitudinem animi nostri, et factum nostrum probari Cic. Att. 10, 10. Per mihi mirum visum est Scaeuola te hoc illi concedere, etc. Idem de Orat. 1, 214 c. 49. Per mihi, per inquam gratum feceris Idem Att. 1, 20 extr. Per, in compositione significationem saepe intendit: ut Perbenignus, Perabsurdus, Perspicio, Peruerto, Percello. Interdum corruptionem et perditionem notat, ut in ipso Perdo, ut in Perimo, Pereo, Peruerto. Perfidus, Periuurus, etc. In aliis continuationem quandam notat, ut Persedere, est totum diem sedere: et Perspectare, Ad finem usque spectare. Sic Perstare, Pernoctare, Peruigil.

PERA, ae. f. [πῆρα] Pellis a collo ad lumbos pendens. A quo Pera, Sacculi genus. Hinc Peram viatoriam vocamus, qua panem et aliquid opsoni gestare viatores solent. Martial. 14, 81 Ne mendica ferat barbati prandia nudi, Dormiat et tetrico cum cane, pera rogat. Cum baculo peraque senex Martial. 4, 53 de philosopho. Conf. Apul. Apol. p. 287 et 288. Vid. Phaedr. 4, 9, 1 Peras imposuit Iupiter nobis duas.

PERVLA, ae. f. Dimin. [πῆλιδιον] Sen. Epist. 91 (90) Exemptum protinus e perula calicem fregit. Apul. Met. 5 p. 165 Quantum, putas, boni nobis geris in ista perula, ad Psychem grauidam, qui locus valde accommodatus est ad suspicionem virorum doctorum firmandam, cum Quinct. 8, 3, 54 sic legi volunt, Cum in Pansam declamans Hirtius, filium a matre decem mensibus in vtero latum esse dixisset; Quid aliae, inquit Cicero, in perula solent ferre? Editum est penula.

PERATIM, Adu. Peratim ductitare dicebantur heros serui; qui argento illos, quantum capit pera, circumduxerunt: Plaut. Epid. 3, 2, 15. Maior modus est Follitim v. v. sub FOLLIS.

PERENTICIDA, ae. m. Qui peram seu marsupium suum incidit, Comico ioco solum a Plauto Epid. 3, 2, 13 Ego patrem tuum perenticiam faciam.

PERABSVRDVS, a, um. Adi. [αὐτὸς ἄτοπος] Valde absurdum significat. Cic. Acad. 4 Illud vero perabsurdum quod dicitis, probabilia vos sequi, si re nulla impediremini. Conf. Idem de Fin. 5 c. 11. Perabsurda verba Cic. in Partit. 54. Per enim absurdum est l. 25 D. de probat.

PERACCOMMODATVS, a, um. Adi. Per fore accommodatum tibi Cic. Fam. 3, 5.

PERACER, cris, cre. Adi. [πολυακρις] Valde acre et vehemens. Cic. Fam. 9, 16 Sed tamen ipse Caesar habet peracre iudicium. Aetum peracre Plaut. Bacch. 3, 3, 1.

PERACERBVS, a, um. Adi. [πολύακρως] Valde acerbus. Cic. de Senect. 53 c. 15 Primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. de vna. Tralate. Plin. Epist. 6, 5 Mihi peracerbum fuit, quod, etc.

PERACESCO, ui, ere. [μέγα ἀξύνωμαι] Valde acre et acidum fieri. Plaut. Bacch. 5, 1, 13 Hoc, hoc est, quod peracescit, hoc demum est, quod percrucior me hoc actatis ludificari.

PERACTIO, vid. PERAGO.

PERACTICVM, i. n. Gummi genus. Vid. PERATICVM.

PERACVO, ui, utum, ere. [μέγα ἀξύνω] Valde acutum facere. Cato c. 40 Sumito tibi furculum durum, eum peracuito, falicem Graecam discindito. Sed nunc editur, praecacuito.

PERACVTVS, a, um. Adi. [ἐξιδιχτός, ἀξύντος] Valde acutum significat. Cic. Verr. 2, 108 c. 44 Videtis illum subcrispo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur, ut sibi ipse peracutus esse videatur. Martial. 3, 24 Ut cito testiculos peracuta falce secaret. Peracutus et callidus homo Cic. in Brut. Ingeniosus et peracutus homo Idem Verr. 2, 108 c. 44. Idem pro Planc. 73 Fingenda fuit mihi iudices, causa peracuta, ut ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. Peracuta vox Cic. in Bruto 241. Peracutum, Ingeniosum. Idem pro Caecin. 84 Non deiecti, sed eiecti: peracutum hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tuae.

PERACVTE, Adu. [περιστέως] Cic. Acad. 1, 35, c. 10 Sed Zenone quum Arcesilam anteiret aetate, valdeque subtiliter differeret, et peracute moneretur, corrigere conatus est disciplinam. Idem Fam. 3, 7, 2.

PERADOLESCENS, entis. c. Admodum adolescens. Cic. pro Lege Manil. 61 c. 21 Quid tam praeter consuetudinem, quam homini peradolescenti imperium atque exercitum dari?

PERADOLESCENTVLVS, i. m. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi Nep. 18, 1, 4.

PERAEA, ae. f. [Περαία] Α πέραν trans, ultra, vltior Iudaeae pars, Arabiae et Aegypto proxima, asperis diuisa montibus, et a reliqua Iudaea Iordane amne discreta Plin. 5, 14.

PERAEDIFICO, are. [τελεώς οικοδομῶ] Aedificationem absoluere. Columel. 4, 3 p. Ab inchoato domos exstruunt, nec peraedificatis cultum adhibent.

PERAEQVVS, a, um. Adi. [πανειπικῆς] Valde aequum significat. Cic. Verr. 4, 46 c. 21 Ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peraequa proportione caetera.

PERAEQVE, Adu. [ἰσότης, ἕξ ἰσῶ] Admodum iuste, aequae, aequaliter. Cic. in Pison. 96 Quod cum peraeque omnes, tum acerbissime Boeotii et Byzantii Cherronenses, Thessalonica sensit. Caesae peraeque legiones Antonii Cic. Fam. 10, 33. Peraeque narrabat incensam esse iuuentutem Idem Att. 2, 8. Add. ib. Epist. 19. Atque haec peraeque in omni agro decumano reperietis Cic. Verr. 3, 21. Idem in Orat. 20 Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt, peraeque autem (id quod volumus) perpauca in omnibus. Conf. Nep. 25, 13, 6.

PERAEQVO, are. [ἕξισῶ] Aequum facere. Colum. 3, 3 Et apud me octogenae stirpes insitae intra biennium septenos culcos peraequarent. Idem 3, 9.

PERAEQVATVS, a, um. Partic. Vitruu. 5, 1 et 4, 9, 4 et 7, 10, 14 et 17.

PERAEQVATIO, ōnis. f. Temporum Solin. c. 1 (al. 3) al. Adaequatio. Similitudinum Tertull. adu. Marc. 4, 29. Add. Idem adu. Valent. c. 12. et de Monog. c. 12. et de Resurr. c. 52.

PERAEQVATOR, ōris. m. [ἰσχωρῆς] Peraequatores, fuisse videntur retractatores quidam censuum, qui viderent, ut aequabili proportione seruata tributa et census imponerentur exigerenturque. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 561 n. 1 PERAEQVATORI CENSVS PROVINCIAE GALLECIAE. Vid. Cassiod. Varr. 10. Goshofr. ad l. 13 tit. 11 Cod. Theod. Gesner. ad Lucian. Philopat. c. 19.

PERAGO, ēgi, actum, ēre. [περάνω, τελέω, διακράτουμεναι, διανώω, ἐπιτελέω] Perficere. Liu. 1, 28 Rex caetera ut orsus erat, peragit, de oratione et actione publica sermo est. Peragit tranquilla potestas, Quod violenta nequit Claud. Consul. Mallii Theod. v. 239. Aestates salubres peragere Hor. Serm. 2, 4, 22. Aeuum peregit Ouid. Met. 15, 485. Bella peraguntur milite vitreo Lucan. ad Pison. 181. De ludo scacchorum loquitur. Iusta peragere Ouid. Met. 2, 627. Carmina Boeth. de Cons. Phil. 1 Met. 1. Cibum peragere, pro

Conficere Plin. 9, 56. Comitia Cic. de Nat. Deor. 2, 10. Concilium peragit Caesar, equitesque imperat ciuitatibus Caes. Bell. Gall. 6, 4. Cursum peregi, quem dederat fortuna Virg. Aen. 4, 653. Dicta alicuius peragere Ouid. Met. 8, 815. Domum Suet. Othon. c. 7. Donum Virg. Aen. 5, 362. Fabulam aetatis Cic. de Senect. 69.

Imperium Hor. Carm. 4, 14, 39. Inceptum Virg. Aen. 4, 452. Inceptum iter peragunt Idem ib. 6, 384. Indicium verum peragere, pro Indicium suum comprobare et verum esse ostendere Liu. 6, 16 pr. Iusta peragere Ouid. Met. 2, 119. Latus ense peregit Idem Epist. 4, 119. h. e. Penetrauit latus ense, enses per latus egit, seu adegit. Vlpian.

in l. Qui procuratorem. D. de procur. Qui procuratorem dat, ut confestim agat: is intelligendus est permittere procuratori, et postea Litem peragere. Mandata peragere Ouid. Met. 7, 502. Mortem peragere Plin. Epist. 3, 14. Nauem peregit in portum Plaut. i. Perduxit. Noctes multas peregi insomnes Apul. Noctem peregi

vacuus somno, h. e. Transegi Ouid. Amor. 1, 2, 3. Otia mollia peragebant gentes Idem Met. 1, 100. Reputare apud se: Virg. Aen. 6, 105 Omnia praeecepi, atque animo mecum ante peregi. Opus peregit Ouid. Amor. 1, 4, 48. Paginam Martial. 11, 25. Partes suas peragere, Facere officium suum Plin. Epist. 7 vlt. Partes alicuius Ouid. Amor. 2, 15, 26. Pensum laboris Colum. 3, 10. Postulata Liu. 1, 32. Regnumque aeuumque peregit Ouid. Met. 15, 485. Res gestas peragere, Describere res gestas, scriptis declarare et perscribere Liu. 2 praef. Reum lege, vid. LEX n. 5. Sententiam peragere

Achever de dire son opinion: Liu. 3, 40 Quum aliud praeterquam de quo retulissent Decemviri, edicere prohiberent: Claudium interpellandi verecundia fuit. Sententiam igitur peregit, nullum placere Senatus consultum fieri. Idem 7, 35 pr. Vbi Sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dexteram partem taciti transibimus. Seria nulla peraguntur fronte coronata Ouid. Fast.

5, 341. Sol duodena peragit signa Idem Met. 13, 618. Vbi finis arenae proxima marmoreo peragit Spectacula muro Calpurn. Ecl. 7, 49 i. finit, terminat. Tenorem inceptum fortuna grauis peragit Ouid. Epist. 15, 59. Vita peragenda sub axe Idem Trist. 4, 8, 41. Volumina peragere Plin. Epist. 3, 5. Vota Ouid. in Ibin 97.

2 Formulae aliae: Peragere, pro Fortiter agere. Senec. Epist. 59 Hunc quem Graeci oestrum vocant pecora peragentem, et totis saltibus dissipantem, i. Vrgentem ad continuum cursum. Peragere aliquem reum, i. Condemnare. Vlpian. D. Ad leg. Iuliam de adulteriis. l. Ex lege, Peregisse reum non alias, quis videtur, nisi et condemnauerit. Peragi reus in criminibus, non res peragi dicitur. Est autem

Reum peragere, Ita rei accusationem persequi, ut reus tandem damnatur. Paull. Destitisse autem is videtur, qui intra praefinitum accusationis a praeside tempus reum suum non peregerit. Haestenus Budaeus. Reus peragor ore populi Ouid. Trist. 1, 1, 24. Add. Plin. Epist. 3, 9.

Peragere censuram Idem 7, 29. Pro Interficere ponitur. Sil. 11, 363 Nec tantum fata dederunt Externa peragi dextra. Martial. 5, 38 Quam pessimorum lex auara fatorum Sexta peregit hieme nec tamen tota. Et 7, 46 Iamque peractus eras. i. Finitus, siue mortuus. Conf. Burm. ad Quinct. Decl. 8, 16 p. 182.

PERACTVS, a, um. Part. [τετελεσμένος] Caedes ingens peracta Virg. Aen. 9, 242. Causa Ouid. Met. 15, 36. Consulatus Cic. in Pison. 7 c. 3. Comuentibus Galliae peractis Caes. B. G. 5, 1: Imitamentis tristitiae peractis, curiam ingreditur Tacit. Ann. 13, 4. Imperia Hor. Carm. 4, 14, 40. Lux Ouid. Epist. 21, 85. Opus

Stat. Silu. 1, 1, 2. Res tenues tenui sermone peractae Hor. Serm. 2, 4, 9. Sacra peracta deo Ouid. Fast. 5, 630. Tempus melius peractum est Idem de Arte Am. 2, 665. Vellera Iuuen. Sat. 2, 54. Vita sine labe Ouid. ex Pont. 2, 8 (7) 48. Votum Iuuen. Sat. 10, 6.

PERACTIO, ōnis. f. [τελέωσις] Cic. de Senect. 86 c. 23 Senectus autem, peractio aetatis est. PERACTOR, ōris. m. Qui perficit: apud Senecam esse dicitur.

PERAGITO, āre. Frequenter commouere. Colum. 12, 19, 4 Et nihilominus subinde foeniculo peragit mustum, ne quid subsederit, quod possit plumbeum perforare. Sic Peragitare vasa spatha Idem

12, 20, 4. Rutabulo 12, 24, 4. Lignea rudicula 12, 46, 3. Est etiam Sen. de Ira 1, 7.

PERAGITĀTVS, a, um. Partic. Caes. Bell. Ciuil. 1, 80 Vehementius peragitati ab equitatu.

PERAGRO, āre. [περινοσέω, περιχρηστέω] Ex Per et Ager, agrī compositum; significat Inquirendo circuire, ut ait Seruius: siue Huc et illuc proficisci. Cic. de Diuin. 1, 94 c. 42 Arabes autem et Phryges, et Cilices, quod pastu pecudum maxime vtuntur, campos et montes hyeme et aestate peragrantes, propterea facilius cantus auium et volatus notauerunt. Virg. Aen. 1, 388 Ipse ignotus, egens, Libyae desertata peragro. Agros et nemora Cic. de Arusp. Resp. 24 c. 11. Asiam in labore militari Idem pro Muraen. 11. A me tota Asia peragrata est Idem de Cl. Orat. c. 91. Belli diuersa peragrat Valer. Argon. 6, 302. Loca auia peragro Lucret. 1, 925. Maria peragrare pedibus, classibus montes Cic. de Fin. 2, 112. Prouincias omnes peragraste gloriatur Asellus Idem de Orat. 2, 258 c. 64. Regiones has arma Popul. Rom. peragrarunt Idem de Prouinc. Conf. 15. Idem Off. 3, 2 c. 1 Et ob eam causam vrbe relicta, Rura peragrantes, saepe solifumus. Saltus peragrat Dictaeos Virg. Aen. 4, 72. Peragrare etiam dicitur de nauigatione. Iustin. 12, 10, 1 Ipse cum lectissima manu nauibus conscensis oceani litora peragrat. Cic. pro Milon. 99 c. 35

5 E 2 Centesima



Centesima lux est haec ab interitu P. Clodii: et opinor ultra, quam fines imperii Pop. Rom. sunt, non solum Fama iam de illo, sed etiam laetitia peragravit. *Mente innumerabiles mundos, infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, peragrarare Cic. de Fin. 2, 102 c. 31. Mente, animoque peragravit omne immensum* 5  
*Lucret. 1, 75. Cic. de Orat. 1, 222 Sed ita peragrat per animos hominum, ita sensus mentesque pertractat, ut non desideret philosophorum descriptiones. Cic. pro Cael. 53 c. 22 Possim omnes Latebras Suspicionum peragrarare dicendo: non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, non occultandi maleficii spes, non ratio* 10  
*villa, non vestigium maximi facinoris reperietur.*

**PERAGRANS**, *antis. Partic. [περιχωρῶν]* Mater saltus orbata peragrans *Lucret. 2, 355. Idem ibid. 675.*

**PERAGRANTER**, *Adu. Ammian. 14, 1 (3)* Peragranter et dissimulanter adfistere. 15

**PERAGROR**, *ari. Dep. Patere. 2, 97, 4* Peragratusque victor omnes partes Germaniae domuit eam.

**PERAGRĀTVS**, *a, um. Aliud Partic. [περικεχωρημένος]* Cic. de Fin. 5, 87 A quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. *Vicinis regionibus peragratis Aur. Vict. c. 6. 20*  
*Montis peragrati saxa Sen. Theb. Magi peragrati dicuntur a Pythagora et Democrito Plin. 25, 2. i. perlustrati. Sic Pythagoras*

*Memphiticos vates, sic Plato Aegyptum et Archytam Tarentinum, eamque oram Italiae, quae quondam Magna Graecia dicebatur, laboriosissime peragravit Hieron. Ep. 103 ad Paullin. c. 1.* 25

**PERAGRATIO**, *ōnis. f. [περιχώρησις]* Cic. Philipp. 2, 57 c. 23 Quae fuit eius peragratio itinerum, lustratio municipiorum.

**PERAGRATOR**, *ōris. m. Unde*

**PERAGRATRIX**, *icis. f. Mart. Capell. 6 p. 192* Squalentior peragratrix. 30

**PERALBUS**, *a, um. Adi. Apul. Met. 1 p. 103* Equus peralbus. *Idem 5 p. 171* Auis peralba.

**PERAMOENVS**, *a, um. Adi. Tacit. Ann. 4, 67, 3* Aestas peramoena.

**PERAMBULO**, *āre. [περιπατώ, διαδύω]* Varro de R. R. 1, 2 35  
*Vos, qui multas perambulastis terras. Plaut. Most. 3, 2, 122 Aedes perambula. Frigusque perambulat Artus Ouid. Her. 9, 135. Cubilia omnium perambulare Catull. in Iulium Caes. f. 27, 7. Bos tutus rura perambulat Hor. Carm. 4, 5, 17. Perambulabis astra fidus aureum Idem Epod. 17, 41.* 40

**PERAMBVLATVS**, *a, um. Partic. Perambulatus Romanis Legionibus Niphates Sidon. Carm. 23, 93.*

**PERAMPLVS**, *a, um. Adi. [πολυπλάτῳ]* Cic. Verr. 4, 109 Sunt ea simulacra perampla atque praeclara, sed non ita antiqua. *Id. Simulacra duo perampla et pulcherrima Cic. Verr. 4 c. 49.* 45

**PERĀMO**, *āre. [ὑπερφιλῶ]* Valde, vel Vsque ad finem amare. *Laudatur Cic. de Legib. 1, 49 c. 18 Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus peramatur toto pectore? Sed bodie legitur, et recte, puto, Per se amatur.*

**PERĀMANS**, *antis. Partic. [ὑπερφιλῶν]* Cic. Att. 4, 18 Homo 50 peramans, semper nostri fuit, nec mihi vnquam odio.

**PERAMANTER**, *Adu. [πολυφίλως]* Cic. Fam. 9, 20 Qui me quidem perofficiose et peramanter observant.

**PERAMPVTO**, *āre. Vulnus ita insanabile facit, ut totum peramputandum sit Colum. 7, 5.* 55

**PERANCEPS**, *cipitis. Adi. Labor peranceps Ammian. 29, 5* *Vales. (c. 30 Grut.)*

**PERANGVSTVS**, *a, um. Adi. [πολύστενος]* Admodum angustum significat. *Cic. Verr. 5, 169 Ut ille in dolore, cruciatuque moriens, perangusto freto diuisa feruitutis ac libertatis iura cognosceret. 60 Perangusto aditu relicto Sallust. Iug. c. 92. Via Liu. 22, 4.*

**PERANGVSTE**, *Adu. [πολυστενῶς]* Cic. de Orat. 1, 163 c. 35 Sed tu hoc nobis da Scaeuola et perfice, ut Crassius haec, quae coarctavit, et peranguste referat in oratione sua, dilatet nobis, atque explicet.

**PERANNA**, *ae. f. Dea, temporis praeses a veteribus credita, cui 65 sacrificabant mense Martio. PERENNA fere scribitur. Vid. ANNA. Martial. 4, 64, 17* Annae pomiferum nemus Perannae.

**PERANNO**, *vid. PERENNO, quod frequentius.*

**PERANTĪQVVS**, *a, um. Adi. [ἀρχαιότερος]* Cic. de Clar. Orat. 41 c. 10 Atque hunc proximo saeculo Themistocles insequutus 70 est, ut apud nos perantiquus, apud Athenienses, non ita sane vetus. *Sic Verr. 4, 4 c. 2.*

**PERAPPOSITVS**, *a, um. Adi. [σφόδρα ἐπιτηδεύει]* Valde appositus. *Cic. de Orat. 2, 274 c. 57 extr. Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, 75 sed etiam quodammodo nobis.*

**PERARDEO**, *ēre. In tuguri vicina strage perarsit Paullin. Nat. Felic. VII, 404.*

**PERARDVVS**, *a, um. Adi. [πολυχαλέπος]* Cic. Verr. 3, 166 c. 71 Mihi autem hoc perarduum est demonstrare. 80

**PERARESCO**, *ui, ēre. [παγεθαίνομαι]* Prorsus aridum fieri. *Columel. 11, 3 Sed nec patiendum est, ut perarescat, aut totum decidat. Herba, quoad perarescat, furcillis agitari debet: cum peraruit, etc. Varro R. R. 1, 49. Add. Colum. 12, 15.*

**PERAREFACIO**, *ēre. Theod. Priscian. de Diaeta 1 c. 21.* 85

**PERARĪDVS**, *a, um. Adi. [πἀργήρος, πολυκαγήρος]* Valde, vel prorsus aridum significat. *Columel. 2, 19 Est autem modus in siccando, ut neque peraridum, neque rursus viride colligatur. Idem 3, 11.*

**PERARGVTVS**, *a, um. Adi. [παλυσωμύλος]* Cic. de Clar. Orat. 167 c. 45 Quem studebat imitari L. Afranius Poeta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, ut scitis, disertus. *Tintinnabula Apul. Met. 10 p. 243.*

**PERARMO**, *āre. Prudent. Cath. 6, 85* Huius manum potentem Gladius perarmat anceps.

**PERARMATVS**, *a, um. Partic. Curt. 4, 9, 66* Hoc modo 95 instructo exercitu et perarmato. *Conf. §. 23.*

**PERĀRO**, *āre. [καταροτριῶν]* ex Per et Aro compositum. *Metaph. Ouid. Met. 14, 96* Naresque a fronte remissas Contudit, et rugis peraravit anilibus ora: *Nempe rugi sunt velut sulci quidam. Pontum perarare, i. Mare nauibus sulcare Senec. Med. 8. v. 650. Perarare carmina auro Stat. Silu. 4, 5, 24. Litera peraratur blandis verbis Ouid. de Arte Am. 1, 455.*

**PERĀRANS**, *antis. Partic. [καταροτριῶν]* Ouid. Met. 9, 563 Talia nequidquam perarantem plena reliquit *Cera manum, h. e. Scribentem.* 100

- PERARĀTVS**, a, um. Partic. [καταροτριωθεῖς] Tabellae peraratae Ouid. Amor. 1, 11, 7. Litera Idem Trist. 3, 7, 1. Cerebrum crebra vibice Sidon. Epist. 3, 13. *i. calua.*
- PERASPER**, ěra, ěrum. Adi. [πολυτραχὺς] Valde asperum significat. Cels. 5, 28, 14 de thymio, At thymion nominatur, quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, supra, latius: subdurum: in summo, perasperum.
- PERASTŪTVS**, a, um. Adi. [πολυμήχανος] Valde astutus. *A quo*
- PERASTVTE**. Adu. Plaut. Truc. 2, 2, 43 Vt perastute eum iniciatis in malam fraudem, et praemium. *Al. aliter.*
- PERASTŪTVLVS**, a, um. Adi. Apul. Met. 9 p. 219 Mulier callida et ad huiusmodi flagitia perastutula.
- PERATICVM**, i. n. teste Plin. 12, 9 Bdelii genus est, quod in Media defluit ex arbore, quam nonnulli Brochon, alii Malacram, aliqui etiam Maldacon appellant: περατικόν forte, quod ἐκ περάτων τῆς γῆς aduehitur.
- PERATTENTVS**, a, um. Adi. [λίαν προσέχων] Valde attentus. Cic. Verr. 3, 10 c. 5 pr. Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus.
- PERATTENTE**. Adu. [λίαν προσεχόντως] Cic. pro Cael. 25 c. 11 pr. Animaduerti enim Iudices audiri a vobis meum familiarem L. Herennium perattente.
- PERAVDIENDVS**, a, um. Partic. Plaut. Mil. 1, 1, 34 Auribus peraudienda sunt. *Vid. Gronou.*
- PERBACCHOR**, āri. [κωμῆζω] Perpotare et Iustare conuiuia frequentandis. Cic. Philipp. 2, 104 c. 41 At quam multos dies in ea villa turpissime es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, Iudebatur vomebatur.
- PERBACCHĀTVS**, a, um. Partic. [κεκμασμένος] Claud. de Bell. Get. 242 Passimque crematas Perbacchata domos nullis incendia causis.
- PERBASIO**, āre. Puerum perbasiam Petron. c. 41. *Vid. h. l. Heins. p. 184.*
- PERBEĀTVS**, a, um. Adi. [πανόλιος] Valde beatus. Cic. de Orat. 1, 1 Cogitanti mihi saepenumero, et memoria vetera repenti, perbeati fuisse Quinte frater illi videri solent, etc.
- PERBELLVS**, a, um. Adi. *A quo*
- PERBELLE**. Adu. [μάλα κόμψως] Cic. Fam. 16, 18 Sed si me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle simulas. *Conf. ad Att. 4, 4. Vid. BELLVS.*
- PERBĒNE**. Adu. [μάλα καλῶς] Valde bene. Cic. de Clar. Orat. 108 c. 28 Perbene loqui Latine putabatur. Fortunam perbene fecisse Liu. 45, 3.
- PERBENEVŌLVS**, a, um. Adi. Cic. Fam. 14, 4 Cennius est perbeneuolus nobis: *i. Valde beneuolus.*
- PERBENIGNE**. Adu. [πολυφιλοφρόνης] Valde benigne. Ter. Adelph. 4, 5, 69 Dī me pater omnes oderint; nī magis te, quam oculos nunc amo meos. M. quid? quam illam? A E. aequē. M. perbenigne. Cic. Q. Frat. 2, 1 Perbenigne mihi respondit.
- PERBĪBO**, bibi, bībitum, ěre. [ἀποπίνω] Auet significatiōnem simplicis. Plaut. Stich. 2, 2, 16 At ego perii, cui medullam lassitudo perbibit. Cato c. 130 Perbibant bene amurcam ligna. Colum. 7, 4, 8 Vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit ouis. Ouid. Met. 6, 397 Terra lacrimas venis perbibit imis. Totas perbibit flammās Senec. Herc. Oct. f. 4. *Tralate.* Sen. Epist. 36 Perbibere liberalla studia. Idem de Ira 1, 6 Perbibisti nequitiam. Idem Epist. 71. Ouid. Ibide 233 Perbibit inde suae rabiem nutricis alumnus. Horat. Epist. 1, 2, 37 Nunc pectore puro Perbibe verba, puer, nunc te melioribus offer.
- PERBIBESIA**, ae. f. *Vox ficta de Prouincia, vbi strenue potetur.* Plaut. Curc. 3, 1, 74 Perediam et Perbibesiam subegit solus. *Hinc forte emendandus Festus, Perediam et Bibesiam Plautus finxit sua consuetudine, cum intelligi voluit cupiditatem edendi et bibendi. Forte leg. Perbibesiam.*
- PERBITO**, ěre. *Perire.* Pacuu. Periboea, Nam me perbitera, illis opitularier quouis exitio cupio, dum prosum modo. Liu. Andron. Tereo, Ego puerum interea ancillae subdam lactantem meae, ne fame perbitet. Nonius 2, 654. Plaut. Pseud. 3, 1, 12 Si quis non hodie munus misisset sibi, Eum cras cruciatu maximo perbitere.
- PERBLANDVS**, a, um. Adi. [πολυῤεσκος] Valde blandus. Cic. Q. Frat. 1, 2 Successorem habes perblandum, caetera valde illius aduentu tua requiruntur. Perblanda ac benigna oratio Liu. 23, 10.
- PERBLANDE**. Adu. Cum perblande salutauisset Macrob. Sat. 1, 2.
- PERBŌNVS**, a, um. Adi. [πολύεθλος] Valde bonum significat. Cic. pro Flacco 71 Agros habent et natura perbonos, et diligentia, culturaque meliores. Perbona toreumata Idem Verr. 4 c. 18. Et Att. 6, 1 Quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat: postea Pompeii procuratoribus sexcentis premi coeptus est.
- PERBRĒVIS**, e. Adi. [πολυβραχὺς] Valde breuis. Cic. de Clar. Orat. 158 Quodque difficile est, idem et perornatus, et perbreuis. Perbreuis acui Carthago Liu. 28, 25. Istos inter se perbreui Tempore studiorum turpitudine similitudoque coniunxit Cic. Verr. 3 c. 9. Tempus perbreue Ouid. Trist. 4, 10, 70. *Aliquando interponitur dictio inter Per et Breuis.* Cic. pro Cluent. 2 c. 1 Altera pars ea, quae propria est iudicii vestri, et legitimae veneficii quaestionis, per mihi breuis, et non magnae in dicendo contentionis fore videtur.
- PERBREVI**. Adu. *intell. tempore interiecto.* Cic. Fam. 6, 12, 9 Sed id erit perbreui.
- PERBREVIĒTER**. Adu. [πολυβραχὺς] Valde breuiter. Quae ego nunc perbreuiter attingo Cic. pro Domo c. 15. Idem de Orat. 2, 235 Ac ne diutius vos demorer, de omni isto genere quid sentiam, perbreuiter exponam.
- PERCA**, ae. f. [πέσκη] Piscis. Plin. 32, 10 Carcinonata percarum capita salfarum. Idem 9, 16. Apic. 10, 1. Ouid. Halieut. 112.
- PERCALEFĀCIO**, ěre. et **PERCALEFĪO**, ěri. [ὑπερθεμαίνω] *Vnde*
- PERCALEFACTVS**, a, um. Partic. Lucret. 6, 177 Mobilitate sua feruescit, vt omnia motu Percalēfacta vides ardescere. *Conf. Vitruu. 8, 2 et 3. Val. Max. 9, 12, 4.*
- PERCALEO**, ui, ěre: et **PERCALESCO**, ěre. [ὑπερθεμαίνω, ὑπερθεμαίνωμαι] Valde caleo. Ouid. Met. 1, 417 Caetera diuersis tellus animalia formis Sponte sua peperit, postquam vetus humor ab igne Percaluit solis. Lucret. 6, 280 Inde, vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis, etc.

**PERCALLEO**, ui, ěre. [*παντως παρῶμαι*] *Induratum vel obduratum esse in re aliqua, ut iam callis contractis quasi, sensum amiserimus.* Cic. pro Milon. 77 c. 28 Sed nescio, quo modo iam vsu obduruerat, et percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. Cic. de Orat. 2, 147 c. 34 Si modo Vsum rerum percallueris, nihil te effugiet, b. e. *Perfesse callueris, intellexeris.*

**PERCANDIDVS**, a, um. Adi. [*πολυαργός*] *Valde candidus.* Cels. 5, 19, 24 *de elephantino emplastro.* Est autem ea percandida compositio. Gemma Solin. c. 50 (37)

**PERCANTĀTRIX**, icis. f. [*γονιτεύτρια*] Plaut. Mil. 3, 1, 98 Da, quod dem Quinquatribus, percantatrici, collectrici, ariolae, atque haruspicae. Praecantatrici probat *Salmas.*

**PERCAPABILIS**, e. Adi. Percapabilis vitae Interpr. Iraen.

**PERCARVS**, a, um. Adi. Iustin. 12, 12, 11 Obssequiis regi percarus.

**PERCAVTVS**, a, um. Adi. [*πολυουλαβής*] Cic. Q. Frat. 1, 1 Delectus in familiaritatibus et prouincialium hominum et Graecorum percautus et diligens.

**PERCEDO**, ěre. Non. 2, 704 *dici ait vt Decedere, laudatque* Cic. in Orat. 159 c. 48 Concisum non concessum, et quod quidam concessum etiam volunt. *Sed variatur apud Nonium, et in Cicerone hodie sic legitur: Concisum non concessum: ex quo quidam pertisum etiam volunt, quod eadem consuetudo non probauit. Pertisum pro Percaesum.*

**PERCELĒBRIS**, e. Adi. Mela 2, 3 Templum Iunonis vetustate et religione percelebre. Gloria percelebris Plin. 10, 5.

**PERCELEBRO**, āre. [*ὑπερφημιζω*] *Maxime diuulgare.* Cic. Verr. 7 (5) 80 c. 31 De qua muliere plurimi versus, qui in istius cupiditatem facti sunt, tota Sicilia percelebrantur. Audita et peruulgata et percelebrata sermonibus res est Cic. pro Cael. 69 c. 29.

**PERCĒLER**, ěris, ěre. Adi. [*πυλνοκός*] *Admodum celer.* Cic. pro Cael. 58 c. 24 Habuisse aiunt domi, vimque eius esse expertam in seruo quodam ad rem ipsam parato: cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum.

**PERCELERITER**. Adu. Recepit, perceleriter se ablaturum diploma Cic. Fam. 6, 12.

**PERCELLO**, cūli, cūsum, ěre. [*κατακαλω, περιτρέπω, πλήττω*] *Ita impellere, vt loco moueatur, quod impulsus est.* Euertere, percutere, inquit Nonius. Varro Parmenone, Alius teneram abietem solus percullit. Ter. Eun. 2, 3, 87 Perii, quid ego egi miser? quo tridis? perculeris iam tu me. Vbi Donat. Perculeris, Peruerteris. Nempe percellere etiam, cum ad animum refertur, est illum quasi loco mouere et gradu deicere, certe efficere vs consilium mutet. Quod laudatur Horat. Od. 1, 7, 10 Me nec tam patiens Lacedaemon, Nec tam Larissae percussit campus opimae, nihil est: percussit legendum. Sic et Ter. Andr. 1, 1, 98 Percussit illico animum; Percussit legunt rectius. Percussit enim Praeteritum Latinum non est. Vid. Priscian. 10 p. 896 Tamen Cunctos tanquam fulminis turbo percussit Ammian. 17, 8. Grauius Affligere est, quam Percellere: Cic. Tusc. 3, 72 Existimant enim, diis immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum plaga percussit, afflictos se et stratos esse fateantur. Vid. de vsu huius verbi Drakenb. ad Sil. 2, 213. et 17, 303. Burm. ad Ouid. Met. 4, 138. Cuspide percussit Ouid. Amor. 2, 9, 7. Ferro perculerat leaenam Stat. Achill. 1, 169. Flectentem cornua stipite percussit Ouid. Met. 5, 58. Cic. pro Milon. 57 Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem: qui saepe spoliante iam et exultante euerit et percussit ab abiecto. Cic. pro Domo 27 c. 11 Desinant, desinant homines iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerunt. Idem ad Brut. 3 Timore quodam percussa ciuitas tota ad te se cum coniugibus et liberis effundebat: recreata ad XII Cal. te huc venire, quam se ad te ire malebat. Cic. de Legib. 3, 24 Quid enim illum aliud percussit, nisi quod potestatem intercedendi Collegae abrogauit? Virg. Aen. 5, 374 Buten Percussit, et fulua moribundum extendit arena. Cic. Tusc. 2, 56 Si te forte Dolor aliquis perculerit, exclamabis, vt mulier. Quidam legunt Peruellerit. Is Metus percussit, vt scribi militem tribuni sinerent Liu. 3, 30 pr. *errauit in hoc loco Gronou.* Pectus alicuius percellere pavore Liu. 1, 56. Tali consilio vno tempore Proditores percussit et hostes profligauit Nepos 14, 6, 8. Peste percelli Columel. 7, 7. Erant ante oculos naufragia multorum, quos insidiosa tranquillitate profectos, improuisus Turbo perculerat Plin. Paneg. c. 66. Vi repentina, ac tempestate populari percelli Cic. pro Sext. 140. Vis Martis, non ira victoriae, ciues, quos amissimus, percussit Idem pro Marcell. 17 c. 6. Vox haec te non percussit? non perturbauit? Cic. Verr. 3, 132. Vox percussit urbem Valer. Argon. 2, 91. Percellere, Differre. Lucilius, Ad nouum hoc percellit annum.

**PERCVLSVS**, a, um. Partic. [*πεπληγμένος*] Cic. Fam. 9, 25 Repente percussus est atrocissimis literis, in quibus scriptum erat, fundum, etc. Alias legitur Percussus. Amore ingenti percussus Virg. Georg. 2, 476. Melius percussus, quod probat Heins. hic, et Aen. 6, 475 ubi Amore magno laudum percussus, non recte quidam legunt. Casu percussus iniquo Virg. Aen. 6, 475 ipsum quoque in percussus mutatum e bonis libris, et vsu verbi alio. Caeterum Percussus et Percussus frequenter confundi in MSS. notant Burm. ad Quinctil. Decl. 7, 3 p. 154. Et ad Ouid. Met. 4, 138. It. Drakenb. ad Sil. 2, 213. Bentl. ad Hor. Epod. 11, 2. Cic. pro Cluent. 106 Neque dubito, quin ii tales viri Suspicionem aliqua percussu repentina, de statu suo declinant. Timore percussu membra Lucret. 5, 1222. Cic. in Catil. 2, 2 c. 1 Iacet ille nunc prostratus, Quirites, et se percussum atque abiectum esse sentit. Percussus animus, et abiectus Cic. Att. 3, 2. i. Perturbatus et timore concussus. Achates obstupuit simul ipse, simul percussus Virg. Aen. 1, 517. Ciuitas percussa timore Cic. ad Brut. 3. Graecia percussa et afflicta iamdiu suis consiliis Idem pro Flacc. 16. Plaga percussus Nepos 18, 5, 1. Virgo percussa Catull. Argon. f. 62, 364. Volucres percussae corda, Hellenismus est Lucret. 1, 13. Vulgus percussum terrore Lucan. 1, 481. Cic. pro Marcell. 24 Omnia sunt Excitanda tibi C. Caesar vni, qui iacere sentis, belli ipsius impetu (quod necesse fuit) percussa atque prostrata.

**PERCVLSVS**, ūs. m. Tertull. de Anima c. 52.

**PERCENSEO**, ui, ěre. [*καταξιζωμαι*] *Idem quod Recensere: nisi quod notionem perfectionis addit Praepositio.* Cic. in Partit. 127 Quo in genere recensere poterit plerisque inueniendi locos. Idem pro Lege Agrar. 2, 47 c. 18 Italiam recensuisti, perge in Siciliam. Cic. post red. in Senat. 1 Quod tam diuinum, atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti ornando, sed recensere numerando. Percensuit-

**PERCVLSVS**, ūs. m. Tertull. de Anima c. 52.

**PERCVLSVS**, ūs. m. Tertull. de Anima c. 52.

**PERCVLSVS**, ūs. m. Tertull. de Anima c. 52.

**PERCVLSVS**, ūs. m. Tertull. de Anima c. 52.

**PERCVLSVS**, ūs. m. Tertull. de Anima c. 52.

**PERCVLSVS**, ūs. m. Tertull. de Anima c. 52.

- que cursim numerum legionum Tacit. Ann. 4, 4. Totum percensuit orbem Ouid. Met. 2, 335. *i. Peragrauit totum orbem.* Senium aevi percensere Stat. Theb. 1, 268. Percense Volumen Prudent. Hamart. v. 624 *vbi ultimum E male corripitur.* Interdum idem significat ac Perstringere et censoria virgula castigare. Orationem subtili ingenio et iudicio percensere Gell. 7, 3. Apul. Apol. p. 310 Percensentibus iis, qui istum nouere.
- PERCEPTIO, *vid.* PERCIPIO.
- PERCERPO, *ëre.* Aristotelis libros percerpsimus Gell. 2 *extr.* sed Gronou. praeceperemus.
- PERCIDO, *ëre.* Auet significacionem verbi caedo. Flor. 3, 20, 10 Exercitum percecudit. Sic etiam 4, 12, 7. Plaut. Casin. 2, 6, 52. STAL. Percide (*sic legendum iam monuit Turn. et Grut. non praecide*) 'os tu' illi hodie. Age, ecquid fit? CL. Ne obiexis manum.
- 15 Intercedit vxor Stalinonis mariti imperiis. Sed interrogat herum Olympio: Compressan' palma au porrecta ferio? etc. Apparet ex tota scena, Os percidere ibi esse ferire malam, colaphum infringere. Sic et Persa 2, 4, 12 Non, hercle, si os perciderim tibi, metuam, etc. Quamquam hic forte turpitudine etiam subest, de qua mox. Os percidere videtur significare obturare, ad silentium redigere Sen. de Tranquill. 7 Qui me vsque ad haec mendacia leuiores, in quibus os percidi (*sic ex MSS. Grut. al. praecidi*) non oculi erui solent, credulum praesto. Muretus ad h. l. Praecidere, aut fortassis praeccludere (*nempe ignorabat veram lectionem percidere*) os audientibus videntur, qui ita mentiuntur, ut contradici non facile possit: at oculos eruere, qui non verentur ea pro veris affirmare, quae ad aspectu ipso mendacii coargui possunt. Excaecare enim eos, qui audiunt, quantum in ipsis est videntur. Haec Muretus, cuius interpretatio in percidere pulchre conuenit. Turpis, et obscenissima ambiguitas est in Martial. 2, 72 Os tibi percisum (*sic Ald. al. praecisum*)
- 20 cum primo loquatur quasi de alapis, deinde ad flagitiosam oris turpitudinem manifeste alludat. Vet. Gloss. Percidit, *περσίνει ως ἐν τῷ ἀνορέῳ*, et Percisus, Paedicatus *περυσισμῖνος*. Sed forte hic rectius Prae, in prima Syllaba legeretur. *Vid.* PRAECIDO.
- PERCIEO, *iui, itum, ëre.* [*ἰκνίω, διακνίω*] Valde cieo, siue moueo. Lucret. 3, 185 Ocius ergo animus, quam res se perciet vlla. Idem 3, 304 Percit, pro Perciet, ut etiam in simplici Cit pro Ciet, a
- PERCIO, At natura boum placido magis aëre viuit: Nec nimis irai fax vnquam subdita percit. Idem 4, 567. et 3, 28. Plaut. Afin. 2, 4, 69 Ni istum impudicum percies, *i. nisi* appellas.
- 40 PERCITVS, a, um. Partic. [*ἰκφορος*] Vehementer vel plane motus. Percussus, inquit Nonius 2, 690 Nimis incitatus, qui ira ac furore accensus est. Ter. Hec. 3, 3, 17 Et corripui illico me inde lacrimans incredibili re, atque atroci percitus. Cic. pro Milon. 64 c. 23 Siue enim illud animo irato, ac percito fecisset, ut incensus odio, trucidaret inimicum, etc. Dolore percitam instigat furor Senec. Hippol. 12. Magnò furore percitus Idem Herc. Fur. 1. Motu aeterno percita semina Lucret. 2, 1054. Primordia percita plagis Idem 1, 1024. Liu. 21, 53 Ingenium percitum ac ferox.
- PERCITO, *äre.* Frequent. Pacuu. apud Fest. in Reciproco;
- 50 Rapide reciproco, percito.
- PERCITATVS, a, um. Partic. Accius apud Non. 7, 2 Matronae percitatae tumultu.
- PERCINGO, *inxi, inctum, ëre.* [*περιζωνύω*] Omnino cingere. Columel. 10, 347 Saepè suas sedes percinxit vitibus albis. Manil. 3, 55 325 Quod medius recto percingitur ordine mundus. Sed utroque loco praecingitur recte restitutum est. v. v.
- PERCIPIO, *cëpi, cëptum, ëre.* [*καταλαμβάνω*] ex Per et Capiro *compositum*; Totum aut plane capere, Est etiam quoque vti non magno solis ab igni Aëra percipiat calidis feruoribus ardor Lucret. 5, 603. *i. occupet, impleat.* Non minus vero, quam simplex Capiro late patet, ut non ad corpora modo, sed ad ea etiam, et frequentissime referatur, quae animo quasi vase quodam capiuntur. Cic. Off. 1, 60 Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis praecepta perciperint, quidquam magna laude dignum sine vsu et exercitatione consequi possunt. Diligenter percipere disciplinam Quintil. 1, 10. Diligenter, quae dicuntur percipere, et ea penitus animis nostris mandare Cic. in Catil. 1, 27. Facile aliquid percipere Quintil. 1, 3. Animo percipere aliquid et memoria custodire Cic. de Orat. 1, 127. Idem Fam. 7, 20 Sin tibi quaedam videbuntur obscuriora, cogitare
- 70 debebis, nullam artem literis sine interprete, et sine aliqua exercitatione percipi posse. Disciplinas singulas percipere si magnum est, quanto maius omnes? Cic. de Nat. Deor. 1, 11. Idem Acad. 4, 1 Tum omnis liberalis et digna homine nobili ab eo percepta Doctrina. Et Fam. 14, 1 Acerbissimos Dolores, miserasque percepit. Excusationem percipere, *i. Agnoscere* Paullus in l. Si quis tutor ibi, excusatione percepta, D. de ritu nuptiarum. Fames percipit ventris medullam Plaut. Stich. 2, 2, 17 totam occupat. Fructus serere, percipere, et condere Cic. de Senect. 24 c. 8. Fructum ex arbore percipere Plin. 15, 1. Fructum percepimus anni Propert. 4, 2, 11.
- 80 Cic. Verr. 5, 76 At etiam, qui triumphant, eoque diutius viuos hostium duces seruant, ut his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum, Fructumque victoriae Pop. Romanus percipere possit. Gaudia secura percepit Ouid. Met. 7, 455. Hereditatem aut Legata Sueton. Tib. c. 15. Sic Id. Aug. c. 101 Quamuis viginti proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset. Iucunditatem vel laetitiam percipere Cic. de Fin. 1, 37. Luctus percipere Idem Fam. 14, 1. Oculos percipere; pro Occupare, seu Afficere, seu Perfundere. Lucret. 4, 733 Quippe etenim inulto magis haec sunt tenuia textu, Quam quae percipiunt oculos, visumque laceffunt.
- 90 Sic 5, 603 Aëra percipiat calidis feruoribus ardor. Lambinus. Mihi horror Membra misero percipit dictis suis Plaut. Amph. 5, 1, 66. Memoria percipere, *b. e. Memoria complecti.* Cic. Acad. 4, 22 Vnde memoria, si nihil percipimus (*sic enim quaerebas*) quod meminisse visa, nisi comprehensa non possumus? Miseras Cic. Fam. 14, 1.
- 95 Nomina omnium ciuium percipere, pro Mente complecti. Idem de Senect. 22 Themistocles omnium ciuium Nomina perceperat. Oculis aliquid percipere Cic. Verr. 6, 4, 56. Odium vitae percipit humanos Lucret. 3, 80. Ter. Eun. 5, 6 pr. Neque agri neque vrbis Odium me vnquam percipit. Praemium percipere Caes. Bell. Ciuil. 2, 32. Profectus percipere Scribon. Ep. Cic. de Fin. 1, 37 Non hanc solam sequimur, quae suauitate aliqua naturam ipsam mouet, et cum iucunditate quadam percipitur Sensibus. Caes. Bell. Ciuil. 3, 87 Ac iam animo Victoriam percipiebant, quod de re tanta, et a tam perito imperatore nihil frustra confirmari videbatur. Fortasse legendum
- 105 Praecipiebant, pro Ante capiebant. Cic. de Finib. 1 c. 11 Nec maiorem

iorem voluptatem ex infinito tempore aetatis percipi posse. Vsum alicuius rei Caes. Bell. Civil. 3, 84. Percipere, *Intelligere, cognoscere.* Cic. de Amicit. 23 Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiae, concordiaeque sit, ex dissensionibus, atque ex discordiis percipi potest. Idem Acad. 4, 34 Conantur ostendere esse aliquid perspicui, verum illud quidem impressum in animo atque mente, neque tamen id percipi ac comprehendere posse. Percipere quid dubitem Virg. Aen. 9, 190. Omnia percipi, atque animo mecum ante peregi Idem ibid. 6, 105. Causam percipere Ouid. Fast. 4, 938. Animi percipiunt cito dicta Hor. de Arte Poët. 336. Paucis percipere rerum exordia Lucret. 4, 114. Verba mea percipere Ouid. Fast. 5, 716. Caes. Bell. Gall. 7, 9 At Caesar biduum in his locis moratus, quod haec de Vercingetorige visu ventura opinione perceperat, per causam supplementi, equitatusque cogendi, ab exercitu discedit. *Castigationes libri habent Praeceptat.* Celeritas percipiendi Quintil. 1, 10. Fructus percipiendus auribus Ouid. Trist. 4, 2, 68. Philosophia oratori necessario percipienda Cic. de Orat. 1, 219 c. 51. Voluptas percipienda oculis Ouid. ex Pont. 4, 9, 38.

PERCEPTVS, a, um. Partic. [*καταλημένος*] Voluptas percepta brevis Ouid. ex Pont. 1, 2, 55. Philosophorum percepta habere praecipua Nep. 25, 17, 3.

PERCEPTIO, ōnis. f. [*κατάληψις*] Cic. Off. 2, 12 c. 3 Neque agricultura, neque frugum, fructuumque reliquorum perceptio et conservatio sine hominum opera vlla esse potuisset. Idem Acad. 1, 44 c. 12 Neque hoc quidquam esset turpius, quam cognitioni et perceptioni assertionem approbationemque praecurrere. Cic. Acad. 4, 22

Ars vero quae potest esse, nisi quae non ex vna, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? Totius artis perceptio Scribon. Epist. Quintil. 2, 17, 18 Nullam artem falsis assentiri opinionibus, quia constitui sine perceptione non possit, quae semper vera sit: rhetoricam assentiri falsis: non esse igitur artem. Perceptione restitui apud Quintilianum pro praeeptione: et causam reddidi. Breuiter perceptio est *κατάληψις*, quae falsa esse non potest secundum illos; praeeptio patet esse falsissima. Conf. PERCEPTVM. Perceptio fructuum, non tantum dicitur, si omnino fructus sunt collecti: sed etiam coepta ita percipi, vt terra continere se fructus desierint l. 78 de rei vendic. in P.

PERCEPTOR, ōris. m. Augustin. Solil. 1, 1.

PERCEPTIBILIS, e. Adi. Sarisb. 2, 18.

PERCIPIBILIS, e. Idem. Mar. Victor. de arte Gram. p. 2451 Vox 40 est aer ictus auditu percipibilis.

PERCEPTVM, i. n. Cic. de Fato 11 c. 6 A perceptis artis proficiscitur. Percepta appello, quae dicuntur Graece *θεωρήματα*. Non enim credo nullo percepto aut caeteros artifices versari in suo munere, aut eos, qui diuinatione vtuntur futura praedicere. Sint igitur Astrologorum percepta huiusmodi. Add. c. 8. Gell. 14, 1 Pro percepto liquere.

PERCIS, ōdis. f. *Cochleae marinae species.* Plin. 32, 11.

PERCIVILIS, e. Adi. Suet. Tiber. c. 28 Exstat sermo eius in senatu percivilis.

PERCLAMO, āre. [*καταβοάω*] Vehementer clamare. Plaut. Truc. 50 1, 1, 8 Quot illic blanditiae, quot illic iracundiae sunt, quot sunt perclamanda? Al. Pericla amanda.

PERCLAREO, ēre: vel PERCLARESCO, ēre. Relatione perclaruit Symmach. Epist. 10, 72. Sancto cunctis perclaruit ore Alcim. lib. 6 ad Sororem v. 508.

PERCLVDO, ēre. Funes, qui non percluduntur, nec praeligantur Vitruu. 1, 1. Credo, significat, traiectioni firmantur, ne retro ire et elabi possint.

PERCNOS, i. m. [*περκνός*] Aquilae genus, teste Plin. 10, 3 ab Homero sic vocatum. Alii vocant Morphnon. aliqui etiam Plancum et Anatariam: inter Aquilarum genera secundam magnitudinem et vim obtinet: viuitque vt plurimum circa lacus.

PERCNOPTEROS, i. m. Aquila apud Plin. ibid. a nigro colore alarum sic dicta.

PERCOARCTO, āre. [*κατασπνοχωρέω*] Vehementer constringo. Colum. 2, 19 de foeno loquens: Tunc demum (inquit) conuertemur, et vtrinque siccatum percoarctabimus in striam, atque ita manipulos vinciemus. Sed mihi non constat de alia lectione, quam coartabimus.

PERCOENO, āre. [*εποδειπνήσαι*] Percoenare Gloss.

PERCOGNOSCO, ōni, itum, ēre. [*πάνυ γινώσκω*] Totum cognoscere. Plin. 4, 14 Nam Germania multis postea annis nec tota percognita est. Idem 37, 3 Percognitum nuper. Plaut. Truc. 1, 2, 50.

PERCOLAPHO, āre. Petron. c. 44.

PERCŌIO, ui, ultum, ēre. [*θεραπειώω*] Perfecite colere, id est amare et venerari. Plaut. Trin. 2, 2, 4 Feceris par caeteris tuis factis, patrem tuum si percoles. Deos percolunt Britanni Solin. c. 35. Honore aliquem percolere Tac. Hist. 2, 82. Percolere, *Culturam absoluere, perficere, polire, supremam manum addere, complere.* Plin. Epist. 5, 6 sub fin. Praeterea indulsi amori meo: amo enim, quae maxima ex parte inchoavi, aut inchoata percolui.

PERCŌLENS, entis. Partic. Apul. Met. 8 p. 204 Imaginem diuinis percolens honoribus.

PERCVLTOR, ōris. m. Aur. Vict. in Aug. 3 Doctorum, qui abunde erant, necessariorumque percultor.

PERCVLTVS, a, um. Part. [*κακαλωπισμένος*] Ornatus, politus. Plaut. Poen. 1, 2, 23 Nam quae laeta est, nisi perculta est, meo animo quasi inuenusta est.

PERCŌLO, āui, ātum, āre. [*δικτέω*] Totum colare. Colum. 7, 8 Nam maxime refert primo quoque tempore serum percolari, et a concreta materia separari. De caseo loquitur. Plin. 27, 7. Et 31, 6 Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit Columel. 12, 17. Humor percolatur per terras Lucret. 2, 474. Virus percolatur ib. 5, 270. Senec. Nat. Quaest. 1 praef. Eleganter dicit eos, qui se ventri putant viuere, Cibos et potiones percolare, quia ingerunt in ventrem, quod mox velut colatum defluit. Percolanda erunt Scribon. 271.

PERCOLATVS, a, um. Part. Plin. 31, 6 In terra marina aqua argilla percolata dulcescit. Add. Scribon. 75.

PERCOLATIO, ōnis. f. Vitruu. 8, 7 Vti percolationibus aquae mutari possint.

PERCŌMIS, e. Adi. [*πάνυ ευτρέπελος*] Cic. de Clar. Orat. 212 c. 58 Qui peritissimus iuris, idemque percomis est habitus.

PERCOMMŌDVS, a, um. Adi. [*πάνυ επιτηδής*] Valde commodus. Liu. 22, 43 extr. Idem castris percommodium fuit.

PERCOMMŌDE. Adu. [*λίαν επιτηδής*] Admodum commode. Liu. 105

- 30, 29 Percontatusque, fatin' percommode omnia explorassent, datis qui persequerentur, retro ad Annibalem dimisit. *Gron. per commo-*  
*dum.* Cic. pro Caecin. 77 c. 27 Hoc loco percommode accidit, quod  
 non adest is, qui paullo ante affuit. Hoc adhuc percommode Ca-  
 5 dit. Idem Act. in Verr. 1, 5 c. 2. Idem de Orat. 2, 350 c. 86 Et quod  
 mihi nihil, aut quod non multum relinquis, percommode facis,  
 estque mihi gratum. Cic. Tusc. 4, 64 Itaque siue casu accidit,  
 siue consilio, percommode factum est, quod eis de rebus, quae ma-  
 xime metuuntur, de morte et de dolore, primo et proximo die dispu-  
 10 tatum est.
- PERCONDITVS, a, um. Adj. [*ἀποκρυπτός*] Ex Per et Condo,  
 ère, compositum; significat Reconditum et abstrusum. Cic. de Orat. 1,  
 135 c. 30 Exponam vobis non quandam aut perconditam, aut valde dif-  
 ficilem, aut magnificam, aut grauem rationem consuetudinis incae.  
 15 Sed legunt hodie omnes, puto, Perreconditam: et recte.
- PERCONTERREO, ère. Hoc caput perconterruit omnem ter-  
 ram Vulg. 4 Esdr. 11, 32.
- PERCONTOR, àri. Dep. [*πεύδομαι, ἐκπυθάνομαι*] Explorare, inqui-  
 vere, interrogare. Olim disputatum est, Percunctorio et Percunctori  
 20 scribendum esset, an Percontatio, etc. Festus: Percunctorio pro in-  
 terrogatione dicta videtur ex nautico vsu, qui conto percentant cognos-  
 cuntque nauigantes aquae altitudinem. Ob quam causam ait Verri-  
 us etiam secundam syllabam per o solere scribi. Mihi id falsum vi-  
 detur. Nam est illa percunctorio, quod is, qui curiose quid inter-  
 25 rogat, per cuncta visit; vt recte per V literam scribatur. Do-  
 natus ad Ter. Hec. 1, 2, 2 Et percunclatum et percentatum scribitur.  
 Sed percentatum a conto dicitur, quo nauatae vtuntur ad exploranda loca  
 nauibus opportuna; si vero percunclatum, ab eo, quod a cunctis per-  
 quiratur, dicitur. Vid. quae in CVNCTOR diximus. Percontari  
 30 semper est in optimis Terentii editionibus, Parèi, Faèrni, Bentleii. Et  
 sane duo verba esse arbitror contari et cunctori; vnum modo percentari-  
 i; percentari autem indultum ab his, quibus cunctori notius esset, etc.  
 Sic Percentari solum agnoscit in Plauto Pareus Lex. Crit. Apud Hora-  
 tium Percentari semper Bentleius. In Cicerone variatur, etc. Ter.  
 35 Hec. 5, 3, 12 Tua quod nihil refert, percentari desinas. Idem  
 Eun. 2, 3, 3 Vbi inuestigem? quem percenter? Cic. de Fin. 2, 2  
 c. 1 Is percentando atque interrogando elicere solebat eorum opinio-  
 nes, quibuscum diserebat, vt ad ea, quae hi respondissent, si quid  
 videretur, diceret. De Socrate. Inter Percentari et Interrogare  
 40 interesse quiddam ait Quinctil. 9, 2, 6 Quid tam commune, quam inter-  
 rogare vel percentari? nam vtroque vtimur indifferenter, quum al-  
 terum (percentari) noscendi, alterum (interrogare) arguendi gratia  
 videatur adhiberi. Gell. 13, 19 Tum is, qui quaesierat, quonam  
 modo vis, inquit, aurem meam interrogem? Et Probum ait respon-  
 45 disse, Quo suam Virgilius percentatus est. Cic. de Orat. 1, 97 Quo  
 in genere tu Antoni (vere loquar) nunquam mihi percentanti, aut  
 quaerenti aliquid desuisti. Plant. Epid. 1, 1, 38 Desiste percenta-  
 rier. Otiose percentari, vid. sub OTIVM. Vltro aliquem per-  
 centari Quinctil. 2, 2. Doctos percentari Hor. Epist. 1, 18, 96.  
 50 Cic. Fam. 8, 7 Imperatorem singulos percentari, cum qua sit aliquis  
 deprehensus. Ab aduersariis percentabitur accusator A. ad Her. 2  
 c. 15. Cic. Acad. 4, 2 Itaque cum totum iter et nauigationem con-  
 sumississet, partim in percentando a peritis, partim in rebus gestis le-  
 gendis, etc. Idem in Somn. Scip. 1 Deinde ego illum de suo re-  
 55 gno, ille me de nostra Repub. percentatus est. De nominibus ali-  
 cuius Cic. Att. 6, 7. Plaut. Aul. 2, 2, 33 Quaeso, quod te percenta-  
 bor, ne id te pigeat proloqui. Liu. 39, 12 Esse, quae eum quoque  
 percentari vellet. Plaut. Bacch. 2, 2, 12 Istuc volebam, ego ex te  
 percentarier. Si esses percentatus me Ex aliis Idem Asin. 2, 4, 95.  
 60 Disciplina aliquam Ex alio Cic. de Diuin. 2, 76. Ex aliquo per-  
 centari, quanti aliquid vendat Idem de Clar. Orat. 172 c. 46. Ali-  
 quid insidiis hostilibus percentari Plaut. Pseud. 4, 4, 10. Percontor  
 quanti olus ac far Hor. Serm. 1, 6, 112. Percentari, Expectare in-  
 65 terpretantur, et a cunctorio i. morando deriuant. Ter. Phorm. 2, 4,  
 22 Percentatum ibo ad portum, quoad se recipiat: Sed nihil opus vide-  
 tur ab explorandi notione recedere.
- PERCONTO, àre. Apul. Met. 11 p. 266 Quod sedulo percenta-  
 veram. Conf. Priscian. 8 p. 799. et Non. 7, 52 Nouius, Si percentas-  
 sem et Nauius, Blande et docte percentat.
- 70 PERCONTANS, antis. Part. Apul. Flor. p. 362.
- PERCONTATIO, ònis. f. [*πεύσις*] Interrogatio, inuestigatio,  
 inquisitio. Cic. de Vniuers. 2 At primum quidem tempus salutationi-  
 bus, reliquum percentatione consumimus. Rogatio atque huic finiti-  
 ma quasi percentatio expositioque sententiae suae Idem de Orat. 3, 201.  
 75 Cic. de Clar. Orat. 218 Omnisque ille sermo ductus e percentatione fi-  
 llii, quid in Senatu esset actum. Liu. 27, 43 Ex captiuis percenta-  
 tio facta. Altius reperita percentatio Quinct. 5, 7. Cic. pro  
 Cluent. 184 Post aliquid adiungere dictum de veneno, quod non per-  
 centatione quaesitum, sed dolore expressum videretur. Nihil de  
 80 eo percentationibus reperiebamus Caes. Bell. Gall. 5, 13. Dial. de  
 Orat. 1, 3 Cui percentationi tuae respondere — vix hercle auderem.
- PERCONTATOR, òris. m. [*πεύτης*] Hor. Epist. 1, 18, 69 Per-  
 centatorem fugito: nam garrulus idem est.
- PERCONTVMAX, àcis. Adj. [*ὑπερσβάδης*] Valde contumax.  
 85 Ter. Hec. 3, 5, 54 Percentumax redisti huc nobis Pamphile.
- PERCOOPERIO, ìre. Oct. Horat. 4.
- PERCOPE, vid. PERCOTE.
- PERCOPIOSVS, a, um. Adj. [*πένυ εἰσροός*] Plin. Epist. 9,  
 31 Quae de me scripsisti: in quibus quidem percopiosus fuisti. Add.  
 90 Sidon. Epist. 1, 1.
- PERCOPIOSE. Adu. Sidon. Epist. 4, 7.
- PERCOQVO, xi, èrum, ère. [*πανεψάω*] Perfekte coquere. Plin.  
 23, 7 Bubulas carnes, additi caules magno ligni compendio perco-  
 quant. Ardor terram percoxerat igni Lucret. 5, 1253. Mora  
 95 percoquit vvas Ouid. Rem. Amor. 83. Humorem percoquere Lu-  
 cret. 6, 858. Terra dicitur percoquere messem, dum ad maturita-  
 tem fouet. Plin. Epist. 5, 6 Colles optimam messem, serius tantum,  
 sed non minus percoquant. Sol percoquit fructus Seneca de  
 Benefic. 7, 31.
- 100 PERCOCTVS, a, um. Partic. [*πανεψθός*] Color percoctus  
 Lucret. 6, 722. Add. ibid. v. 1107. Perfekte maturus. Plin. 15, 16  
 Succus maturefcentibus lactis, percoctis mellis. De foetis. Idem 22, 25.  
 PERCOTE, es. f. Quae et Percope dicta olim fuit, [*Περκωτή*]  
 Vrbs est Troadis, vt ait Stephanus. Val. Flacc. 2, 622 Iam iuga Perco-  
 105 tes Pariumque infame, etc. Hinc,

**PERCOSIVS**, a, um. Adi. [περκώσιος] *Qui urbem illam inhabitat.* Valer. Argon. 3, 10 Muneribus primas coniunx Percosia vestes Imposuit.

**PERCRASSVS**, a, um. Adi. Meliceria percrassa Cels. 5, 26.

**PERCREBESCO**, vel **PERCREBESCO**, crebui vel crebrui, 5 ēre. [θραλλῶμαι] *Crebrum fieri, divulgari.* Plin. in Paneg. c. 31 Percrebuerat antiquitus, urbem nostram, nisi opibus Aegypti ali sustentari que non posse. Cic. Att. 11, 9 Ipsi enim illi putavi perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisse. Cic. in Verr. Act. 1, 21 Inuetrauit enim iam opinio perniciosa Reipub. vobisque periculosa, quae non modo Romae, sed et apud exteras nationes omnium sermone percrebuit. Idem Fam. 10, 10 pr. Tamen ipsa fama, quae de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consequutus. Al. Percrebuit. Vox illius nefarii percrebuit Cic. pro Muraen. 50. Circa R literam vel retinendam vel eiiciendam variant cum libris eruditorum 15 sententiae. Manutius ad Cic. Fam. 7, 20 reuici R iubet: et sic in Virgilio fieri iussit N. Heins. Sed passim tamen videas bonos libros, in quibus illud seruetur. Analogia etiam anceps. Nam ut a macer est macesco, ita nigefco est a niger. Vid. Drakenb. ad Sil. 10, 1.

**PERCREPO**, ui, itum, āre. [ὑπερηχέω] *Valde crepare.* Cic. 20 Verr. 5, 31 c. 13 Lucum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque symphoniae.

**PERCRESCO**, ēui, ētum, ēre. *Primae editiones.* Quint. 7, 1, 17 Nam vis quaestionum percrefcere debet, et ad potentissima ab infirmissimis peruenire. Sed receptum postea Semper crescere. 25

**PERCRIBRARE** Scribon. 87. 269.

**PERCRIBRATAE** res Scribon. 269.

**PERCRUCIO**, āre. [ζυγιάω] *Valde cruciare.* Plaut. Bacch. 5, 1, 13 Hoc, hoc est, quod peracescit, hoc demum est, quod percrucior, me hoc aetatis ludificari. 30

**PERCRVDVS**, a, um. Adi. [ὑπερωμδς] *Valde crudum significat et immaturum.* Colum. 12, 10 Pruna purpurea quum immatura, non tamen percruda legeris, diligenter inspicio, vt sint integra sine vitio aut vermiculo.

**PERCVBO**, āre: aut **PERCVMBO**, ēre. *Quod aiunt, vt perfedit, et perstitit, sic percubuit Varro L. L. 8, 34.*

**PERCVDO**, ūdi, ūsum, ēre. [κατακολλάπτω] *Cudendo frangere et perforare.* Colum. 8, 5 Die vndecimo animaduertat, an palli rostellis oua percuderint, et auscultetur si pipiant.

**PERCVLSVS**, vid. PERCELLO. 40

**PERCVNCTOR**, vid. PERCONTOR.

**PERCVNCTATVS**, a, um. [καθολικδς] *Quod ad cunctos pertinet.* Cael. Aurel. Acut. 1, 5, 46 Igitur non febricitare furiosos percunctatum non est siue vniuersale, quod Graeci καθολικόν vocant, sed est discrepatione partile. Siquidem quidam febribus afficiuntur, etc. 45 *Ficla, puto, vox, vt verbotenus exprimat Graecum καθολικόν; δλα, cuncta.*

**PERCVNCTATĪVS**, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 4, 8, 114 Apollonius Memphites percunctatio siue vniuersali modo, quem Graeci καθολικόν vocant, omnia, inquit, in intestinis animalia nata, etc. 50

**PERCVPIDE**. Adu. Festus in Blaterare; Percupide loqui.

**PERCVPIO**, ūui, itum, ēre. [ἐπιθυμέω] *Valde cupere.* Ter. Eun. 5, 2, 57 Visne interea, dum is venit, domi opperiamur, potius quam hic ante ostium? C. immo percupio.

**PERCVPIDVS**, a, um. Adi. [ὑπερσπιδάζων] Cic. Fam. 1, 7 Cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum. 55

**PERCVRIOSVS**, a, um. Adi. [πολυπερήγμων] Cic. pro Cluent. 175 c. 62 Nicostratus quidam fidelis Oppianici seruulus percوريوسus et minime mendax, multa dicitur renuntiare domino solitus esse.

**PERCVRO**, āre. [περικηδομαι] *Perfekte sanare.* Plin. 24, 15 Strumas imposita ad suppurationem perducunt, deinde axungia adiecta percurant. Sen. Quaest. Nat. 3, 1. 60

**PERCVRATVS**, a, um. Part. Liu. 21, 57 Vix dum satis percurato vulnere. Conf. Curt. 4, 6, 21. et 7, 6, 23.

**PERCVRRO**, curri et cucurri, cursum, ēre. [διατρέχω, ἐπιτρέχωμαι, διέξηναι] *Valde currere, vel currendo peruenire, aut transire adeo.* 65

Ter. Andr. 2, 2, 18 Continuo ad te properans percurro ad forum. Vbi Donatus: Vide quantum dixerit, properans et percurro, vt continuationem cursus ostenderet. Citato equo Cales percurrit Liu. 26, 15. Agrum Picenum percurrit omnem Cael. Bell. Ciuil. 1, 15. Curfu 70 percurrere aliquid Lucret. 1, 1002. Telas percurrere pectine Virg. Georg. 1, 294. Idem Aen. 7, 14. Caelius ad Cic. Att. 10, 9. f. Fam. 8, 16 Nisi ita faceret, ego prius quam ad urbem accederem, vbiunque tu esses, ad te percurrissem. Plin. Epist. 1, 14 Quaesturam, Tribunatum, Praeturam honestissime percurrit: h. e. Cum honore et brevibus intervallis administravit. Sic Quam breuissime percurrere Scribon. 98. Cic. de Orat. 1, 205 c. 47 Sed pauca etiam requirimus in primisque ea, quae valde breuiter a te Crasse de ipsa arte percurfa sunt. Idem ib. 3, 49 Faciles enim inquit, Antoni partes eae fuerunt duae, quas modo percucurri, vel potius paene praeterii, Latine loquendi, planeque dicendi. Apud doctos et semidoctos properans haec percurro Cic. de Orat. 2, 177. Omnia percurrere nomina celeriter recensere Virg. Aen. 6, 627. Locos omnes oratoris Cic. in Orat. 47. Idem pro Cluent. 129 c. 60 Haec pluribus verbis dicerem, quae nunc paucis percurrit oratio mea. Et de Diuin. 2, 56 85 Quas quidem percurrere oratione facile est. Animo celeriter aliquid percurrere Auctor ad Herenn. 3 c. 22 extr. Animo rotundum percurrisse polum Hor. Carm. 1, 28, 6. Murmura percurrunt caelum Lucret. 5, 1220. Plin. 19, 8 Grato menta mentas odore percurrit in rusticis dapibus: h. e. Circumfertur, per mensas currit, frequens apponitur. Luna percurrrens fenestras Propert. 1, 3, 31. Atque hinc in calido percurres Membra lauacro Saunon. v. 86. Omnium pectora occulto Metu percurrente Curt. 4, 12, 14. Ventus percurrrens campos rapido turbine Lucret. 1, 274. Passiv. Cic. de Orat. 1 c. 47 Quae valde breuiter a te percurfa sunt. Percurritur, imperf. 95 Idem ib. 2, 328 Et multo apertius ad intelligendum est, si sic consistitur aliquando, ac non ista breuitate percurritur.

**PERCVRSVS**, a, um. Partic. Cic. de Orat. 2, 140 c. 32 Vt omnes eas diligentes et memores et sobrii oratores, percurfas animo, et prope decantatas habere debeant: i. Sic habere notas, vt animus et pertu- 100 strare omnes et decantare possit. Suis in eum beneficiis modice percurfis Tac. Ann. 4, 40 pr.

**PERCVRSIO**, ōnis, f. Cic. Tusc. 4, 31 c. 13 extr. Velocitas autem corporis, celeritas appellatur; quae eadem ingenii etiam laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore percursionem. 105



**PERCVRSO**, ãre. Frequent. *Liu. 23, 42* Iam ne manipulatim quidem, sed latronum modo percursant totis finibus nostris negligentius, quam si in Romano vagarentur agro.

**PERCVRSATIO**, ònis. f. [*διειρημένη*] *Cic. Philipp. 2, 62 c. 39* O praeclaram illam percursionem tuam mense Aprili atque Maio! Italiae *Ibid. c. 25.*

**PERCVRSOR**, òris. m. *Lactant. 6, 7, 3. Al. Praecursor.*

**PERCVTIO**, òis, sium, ãre. [*πλήττω, κόπτω, πατάσσω*] *Ex Per et Quatio componitur, significat Ferio.* Apri percutiunt, siues mordent *Plin. 11, 37 f. 31.* *Cic. Verr. 5, 1* Quaesivisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset: illum respondisse Venabulo. Gladio percutere *Caes. Bell. Gall. 8, 23.* Lapide percutere aliquem *Cic. de Orat. 2, 197.* Idem pro Domo *13* Qui sunt homines a *Qu. Metello* fratre tuo Consule in Senatu palam nominati, a quibus ille se Lapidibus appetitum et percussum esse dicit? *Manu* aliquem *Idem pro Rosc. Amer. 97.* *Macrob. Saturn. 1, 6.* Securi filium *Cic. de Fin. 1, 23 c. 7.* Fores *Plin. 7, 30.* Fossam percutere, *i. fodere, deprimere* *Plin. Epist. 10, 50, 4.* *Frontin. Strat. 3, 17, 5.* *Add. Stewech. ad 1, 5, 8.* *Vid. infra. Conf. Burm. ad Quinct. Decl. 3, 16.* Fulmine percuti *Cic. de Nat. Deor. 3, 84.* Pectus percussit manu *Virg. Aen. 12, 155.* Puppis percuitur rapido Noto *Quid. Fast. 3, 488.* *Martial. 11, 86* Sidere percussa est subito tibi Zoile lingua. *h. e. Vsum linguae amissisti, siderata tibi est lingua.* *Idem 7, 91* Subito fias, ut sidere mutus. *Alii legunt, Percussus.* Animum percutere, *dicitur*

*res aliqua.* *Cic. Att. 4, 8* Audiui ex Gauio hoc Firmano, Romae esse hominem, et fuisse assiduum: percussit animum. Dices, Tantulane de causa? *Conf. Ter. Andr. 1, 1, 98.* Cor meum spes laudis percussit acri thyrso *Lucret. 1, 921.* *Cic. pro Milon. 80* Quotam modo ille vos vivus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percussit?

*Sic Hor. Od. 1, 7, 11* Me nec tam patiens Lacedaemon — percussit, *intell. admiratione et cupiditate fruendi.* Calamitate aliqua percuti *Cic. pro Muraen. 49.* Idem *Fam. 9, 25* Is quum ad me Laodiceam venisset, mecumque ego eum esse vellem, repente percussus est atrocissimis Literis: in quibus scriptum erat, etc. *Idem Tusc. 5, 33*

*c. 11* Quodcumque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus. *Vulnere fortunae gravissimo percuti* *Cic. Acad. 1, 11.* *Observat.* Hic cornici oculum, ut dicitur: nam Hermippum, hominem eruditum, cuiem suum percussit *Cic. pro Flacco c. 20, i. deceptit, emunxit.* Percutere aliquem palpo, *Verbis adulari et sic decipere*

*Plaut. Amph. 1, 3, 28.* *Absolute pro interficere.* Hostem cominus saepe percussit *Suet. Calig. c. 3.* Se percutere *Epit. Liu. 114. Conf. Ruben. Elest. 2, 19.* Animum percutere suspicione religionis *Senec. Epist. 41.* Foedus percutere, *pro Ferire foedus, vel facere* *Aur. Vict. de Viris illustr. c. 2.* *Hirt. Bell. Alex. 44.* Cum Barbaris foedera percussisse. Percussi, *Præteritum pro Percussisti.* *Hor. Sermon. 1, 3, 273* Gaudes, si cameram percussi forte, etc. *Differunt Percutere et Percellere. v. v.*

**PERCVTIENS**, entis. Part. *Aëra pennis* *Quid. Met. 11, 732.* *Pectora* *ibid. v. 620.*

**PERCVTIENDVS**, a, um. Part. [*πληκτικός*] Terga percutienda dare *Quid. Fast. 2, 445.*

**PERCVSSVS**, a, um. *Aliud Part. [πικραγγμένος]* Percussus vehementer. *Cic. Att. 6, 19 p. 634.* Dolore extremo percussa *Valer. Argon. 7, 475.* Forma aliqua percussus, *Signatus, formatus: proprie de numis dicitur.* *Seneca Epist. 34* Omnia facta dictaque inter se congruant: respondeant sibi, ac vna forma percussa sint. *Ictu fulminis percussa es* *Quid. ad Liu. 11.* Ignis excitatur ex Lapide percusso *Sen. Q. N. 2, 22.* Virga percussus *Virg. Aen. 7, 190.* *Vulnere percussus* *Propert. 1, 1, 13.* Genu percusso claudicat *Quid. Fast. 3, 758.* Litora percussa fluctu *Virg. Ecl. 5, 83.* Lyra percussa *Quid. Amor. 3, 12, 40.* Turres percussae de caelo, *i. Fulminatae*

*Cic. in Catil. 3, 19 c. 8.* *Victima collum percussa securi* *Quid. Trist. 4, 2, 5.* *Vox haec non varo ab affini aliqua moveri loco solet; vid. Burm. ad Petron. c. III p. 316. it. Permiscetur cum Percussus. v. v.*

**PERCVSSA**, ae. f. *Caes. Aurel. Acut. praef. 18* Cum sunt plagae siue percussae. *Vid. Barb. Adv. 41, 18.*

**PERCVSSVS**, ùs. m. [*πληξις*] *Pro Percussione.* Vox linguae formata percussu *Sen. Q. N. 2, 6.* *Plin. 7, 51* Venarum inaequalibus aut formicante percussu. *Add. Idem 28, 11 et 17. it. 31, 3.* *Apul. de Herb. 70 c. 31 n. 5.* *Vitruv. 9, 9.*

**PERCVSSIO**, ònis. f. [*βολή, πάταγος*] *Cic. Tusc. 3, 62 c. 26* Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, paedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. *Digitum percussio* *Cic. Off. 3, 67 c. 19.* Si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concreperit, possit in locupletium testamenta nomen eius irrepere, hac vi non utatur — At dares hanc vim *M. Crasso*, ut digitorum percussione heres posset scriptus esse, etc. *2* Percussio, *pro Ictu, de dimensione temporum in pedibus aut musica.* *Quinctil. 9, 4* Deinceps longiores sunt percussiones. *Cic. de Orat. 3, 182 c. 47* Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, et minuti pedes. *Add. ib. c. 48.* *Sic Modi percussionum non sunt in oratione soluta tanquam tibicini* *Cic. in Orat. 198 c. 58. i. Rhythmi, et pedes ita praescripti, ut ab illis discedere non liceat.*

**PERCVSSOR**, òris. m. [*πληκτης*] *Qui percutit et occidit, et ad id faciendum conducitur.* *Cic. pro Rosc. Amer. 93* Ea multitudo quae erat? opinor, aut eorum, qui in bonis erant occupati, aut eorum, qui ab his conducebantur, ut aliquem occiderent. si eos putas, qui alienum appetebant: tu es in eo numero, qui nostra pecunia dives es. sin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percussores vocant: quare in cuius fide sint et clientela. *Deprehensus cum sic percussor* *Caesaris* *Cic. Philipp. 2, 74 c. 29.* *Suet. Ner. c. 48.*

**PERCVSSIBILIS**, e. *Adi. Caes. Aurel. Tard. 4, 8. et 1, 4. Conf. Reines. Var. Lect. p. 650.*

**PERCVSSIONALIS**, e. *Adi. Cassiodor. de Musica.*

**PERCVSSURA**, ae. f. *Apul. de Herb. c. 31 n. 6. Add. Veget. 2, 20. Vulgat. Leuit. 12, 54.*

**PERDAGO**, ãre. *Cl. Mamert. 2, 3 pr.* Philosophorum voluminibus perdagatis.

**PERDEO**, ãre. *Antiq. Idem ac Perire.* *Plaut. Poen. 4, 2, 62. Sed malit Gronov. Pendeam.*

**PERDECORVS**, a, um. *Adi. [πένυ εὐνοσμος]* Valde decorus. *Plin. Epist. 3, 9, 28* Est alioqui perdecorum.

**PERDELEO**, ãre. Ab aduersariis perdeleri *Veget. 3, 10.* Interficite omnes, ut perdeantur *Tertull. adu. Iud. c. 11. Significat interuersionem et caedem omnium.*

5 F 2

PERDE-

**PERDELIRVS**, a, um. Adi. *Valde ridiculus et delirus.* Lucret. 1, 693 *Dicere porro ignem res omnes esse, etc. Quod facit hic idem, perdelirum esse videtur.*

**PERDENSVS**, a, um. Adi. [πολυδαις] *Valde densum significat.* Columel. 3, 12 *Perdensam humum caelestes aquas non sorbere.*

**PERDEPSO**, ěre. *Vox obscena apud Catull.* Carm. 75. *Aliis est*

**PERDESPVO**, ui, utum, ěre. [καταπτύω] *Verba sunt, Patruī perdespuit ipsam Vxorem. Perdespuit placuit Voffio.*

**PERDICIVM**, i. n. [ἐλίβη] *Herba.* Plin. 21, 17 *Perdicium et aliae gentes quam Aegyptii edunt: nomen dedit auis, id maxime eruens. Ea est, quae et muralium etiam dicitur, vulgo parietaria. Distā Perdicium, quod ea perdices delectentur.*

**PERDICO**, ěre. *Vix haec perdixerat, illi profiliunt Alcim. Auit.* 5, 596. *b. e. plane dixerat, dicere desierat. Add. Quinċtil. Declam. 19 ubi tamen nihil inuenio.*

**PERDIFFICILIS**, e. Adi. [πάνυ χαλεπός] *Valde difficilis.* Cic. Att. 3, 8 *Sed et nauigatio perdifficilis fuit. Idem de Nat. Deor. 1, 1 Tum perdifficilis Brute (quod tu minime ignoras) et perobscura quaestio est de natura deorum.*

**PERDIFFICILĪTER**, [πάνυ χαλεπός] *vel vt alii volunt, PER-20 DIFFICVLTER.* Adu. Cic. Acad. 4, 47 c. 15 *Aut si ea quoque possit, cur illa non possit, quae perdifficiliter internoscantur tamen?*

**PERDIGNVS**, a, um. Adi. [πολλὸ ἄξιός] *Valde dignus.* Cic. Fam. 13, 6 *Sed tamen suspicor ipsum hominem, quem tibi commendo, perdignum esse tua amicitia.*

**PERDILIGENS**, entis. Adi. [πάνυ ἀκριβής] *Valde diligens.* Cic. Q. Frat. 3, 5 *extr. Sed res operosa est, et hominis perdiligentis.*

**PERDILIGENTER**. Adu. [πάνυ ἀκριβώς] Cic. de Clar. Orat. 14 c. 3 *extr. Nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breuiter, et vt mihi quidem visum est, perdiligenter completus est?*

**PERDISCO**, didici, ěre. [καταμανθάνω] *Ediscere.* Cic. Q. Frat. 3, 1 *Si ego nihil rescripsero, mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant. Qui non cito quid didicit, nunquam omnino potest perdiscere.* Cic. de Orat. 3 c. 36. *Plaut. Truc. 1, 1 pr. Non*

*omnis aetas ad perdiscendum fat est. Idem Afin. 1, 3, 35 Perdidici istaec esse vera damno cum magno meo. Perdiscere et nosse potuisse omnia iura belli.* Cic. pro Corn. Balb. 47 c. 20. *Disciplinam ruris perdiscere.* Columel. 11, 1. *Cic. Fam. 7, 14 Quod certe ita fieret, si tu maluisses beneuolentiae, quam litium iura perdiscere.* Libros 40

*alicuius Idem de Orat. 1, 249. Literas Plin. 29, 1. Mores naturae Propert. 3, 5, 25. Ortus obitusque signorum Cic. de Fato 16.*

**PERDISERTE**. Adu. Cic. de Orat. 1 c. 14.

**PERDITIO**, **PERDITOR**, **PERDITVS**, *vid. PERDO.*

**PERDIU**. Adu. [πάνυ διά μακρό] *Admodum diu.* Cic. Att. 3, 22 *45 Ego, quod per Thessaliam si irem in Epirum, perdiu nihil eram auditurus. Idem de Orat. 1, 8 Quum boni perdiu nulli, vix autem singulis aetatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur.*

**PERDIUTVRNVS**, a, um. Adi. [πολυχρόνιος] *Quod valde diu durat.* Cum Tigraue graue bellum perdiuturnumque gessimus 50 *Cic. pro Sext. c. 27. Idem de Nat. Deor. 2, 85 c. 33 Quae aut sempiterna sit necesse est, hoc eodem ornatu, quem videmus, aut certe perdiuturna permanens ad longinquum et immensum paene tempus.*

**PERDĪVES**, itis. Adi. [πολυχρήματος] *Valde diues.* Cic. Att. 6, 1 *Amici regis duo tresue perdiuites, sed il suum tam diligenter tenent, quam ego aut tu.*

**PERDIVS**, i. m. [πανήμεριος] *ex Per et Dius, quod est dies: Is dicitur, qui per diem aliquid agit: sicut Pernox, qui per noctem.* Apul. Met. 5 p. 161, 11 *Et perdia et pernox, nec inter amplexus coniugales desinis cruciatum. Gell. 2, 1 Stare solitus Socrates dicitur pertinaci*

*statu perdius atque pernox, a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens, immobilis, etc. Add. Ammian. 31, 3.*

**PERDIX**, icis. f. [πέριξ] *Auis nota.* Plin. 10, 33 f. 51 *Perdices spina et frutice sic muniunt receptaculum, vt contra feras abunde vallentur: ouis stragulum molli puluere contumulant: nec in quo loco peperere, incubant: neue cui frequentior conuersatio sit suspecta, transferunt alio. Illae quidem et maritos suos fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt earum oua, ne incubando detineantur.*

*Perdix, masculinum esse probat Nonius ex Varrone, Perdices Boeotios dicente. Seren. Sammon. 214 Seu fel perdicis, parili cum pondere mellis. Et 387 Vulturis atque iecur, vel ius perdicis apricae. Martial. 13, 65 de perdice, Ponitur Ausoniis auis haec rarissima mensis, Hanc in lautorum mandere saepe soles.*

**PERDICALIS**, e. Adi. *Herba perdicalis Apul. de Herb. c. 81.*

**PERDICIVM**, *vid. paullo ante f. 1.*

**PERDO**, idi, itum, ěre. [ἀποβάλλω, ἀπολλύω] *ex Per et Do compositum, Praepositione corruptionem significante, vt in Pereo. Est enim Perdere, vel corrumpere aliquid, vel certe amittere, vt non amplius habeas. Plaut. Amph. 4, 4, 5 Hunc non repperi, et illos perdidit.*

*Cic. Fam. 5, 16. Quum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt: minus autem miseri, qui his temporibus Amiserunt, quam si eisdem, bona, aut denique aliqua Rep. perdidissent. Amittere et Perdere, in aliquo videntur differre, ex his verbis auctoris ad Herenn. 4, 58*

*Vnde amisit vitam, et non perdidit: re enim vilissima et parua maximam redemit: dedit vitam, accepit patriam, etc. De Decio. Neque enim Perdere dicimur pecuniam, quam in bonam emtionem impendimus. Habere et Perdere aliquid, contraria. Cic. post red. ad Quir. 20*

*Recuperata vero sua dignitate, se non commissurum, vt quum ea, quae amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset. Perdere et Lucrari, contraria. Cic. Off. 2*

*84 Quamobrem, ne sit aes alienum, quod Reip. noceat prouidendum est, quod multis rationibus caueri potest: hoc si non fuerit, vt locupletes suum perdant, debitores lucentur alienum. Perdere absolute, pro dilapidare pecuniam Plaut. Bacch. 4, 4, 86. De ludemibus, Ouid. de Arte Am. 1, 451 Sic ne perdidit non cessat perdere lusor. Cic. 95*

*Fam. 5, 5 Quae ego, si non profundere, ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo. Idem pro Rosc. Amer. 131 Saepe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit, etc. De Ioue. Perdere aliquem, Corrumperē, malis moribus inficere. 100*

*Ter. Adelph. 1, 1, 36 Cur perdis adolescentem nobis? Male perdere aliquem Catull. ad Calpurn f. 4, 5. Amando perdere aliquem Hor. Carm. 1, 8, 3. Perdere aliquem, Mortis periculo exponere. Terent. Andr. 3, 5, 1 Vbi illic scelus est, qui me perdidit? Morte perdere aliquem Ouid. Met. 1, 224. Bello perdere cunctos Claud. Conf. 100*

Hon. 6, 310. Nutu minimo perdere aliquem Ouid. ex Pont. 1, 2, 93. Scaeuolae mors omnes ciues perdidit et afflixit Cic. pro Rosc. Am. c. 12. Nos quidem pol miseris perdidit Ter. Andr. 5, 1, 8. Cic. Verr. 3, 37 Eos quidem iam superioribus edictis fatis perdidit atque afflixerat.

5 Perdere aliquem capitis Plaut. Bacch. 3, 3, 86. *i. Vita priuare, seu occidere.* Animum pudicum male perdere Ouid. Epist. 7, 5. Annos bello perdidit Idem Amor. 2, 1, 31. Annos errando perdidit Idem ibid. 2, 1, 31. Quinctil. 11, 3 Huic contrarium est vitium nimiae tardidatis: nam et difficultatem inueniendi fatetur, et segnitia soluit

10 animos, et temporibus praefinitis Aquam perdit, *i. Tempus datum frustra conerit, quum ad clepsydram dicitur.* Blanditias perdere Ouid. Amor. 11, 31. Senec. Hippol. 4 v. 441 Perdere est dignus Bona, qui nescit vti. Bona aequo animo Cic. Fam. 9, 16. Bona perdere in cicere atque faba Hor. Serm. 2, 3, 182. Cic. pro Rosc.

15 Com. 10 Hic tu si amplius H. S. numo petisti, quam tibi debitum est, Causam perdidisti. Amici, Diem perdidisti Titus Vespas. ap. Suet. in Vita c. 8. Equos perdere, *i. Corruptere* Nep. 18, 5, 4. Plaut. Trin. 3, 2, 16 Itane tandem maiores Famam tradiderunt tibi tui, vt, virtute eorum ante parta, per flagitium perderes? Famam male per-

20 dere Ouid. Epist. 7, 6. Fidem et rem Plaut. Epid. 2, 2, 36. Quinctil. 9, 4 Perdit, amittitque et fidem, et affectus, motusque omnes. Idem Amphit. 1, 1, 300 Vbi ego perii? vbi immutatus sum? vbi ego Formam perdidisti? Formam hominis Ouid. Met. 13, 405. Fructus omnes industriae suae et fortunae Cic. Fam. 4, 6. Fugam Martial.

25 1, 11. Quinctil. 9, 4 Perdidisset Gratiam simplicis atque inaffectedati coloris, perdidisset fidem quoque. Laborem, ac tempora Idem 1, 1. Libertatem Cic. pro Rabir. Post. 24. Litem Idem de Orat. 1, 167. Locum Quinctil. 6, 4. Mala Sen. Conf. ad Helu. c. 3. *i. ita ferre, vt nihil inde fructus ad animum redeat.* Manum Plin. 7, 28. Plaut.

30 Curc. 1, 3, 41 Noli amabo verberare lapidem, ne perdas manum, *i. Corruptas.* Memoriam Cic. de Senect. 21. Mores Plaut. Trucul. 3, 2, 9. Nomen perdidisti, *pro Nomen excidit, non succurrit, et non memini* Ter. Phorm. 2, 3, 39. Oculos Cic. de Arusp. Resp. 37. Oculos ambos perdidit Iuuen. Sat. 10, 228. Operam perdere Hor.

35 Serm. 1, 1, 90. Add. Cic. pro Mur. 23 c. 10. Plaut. Bacch. 1, 2, 24. et 4, 3, 11. Cic. de Orat. 1, 126 Qui, quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non oratores euadere, Operam apud se perdere. Operam et oleum perdere, *proverbialiter dictum, pro In vanum laborare: tractum ab iis, qui pernoctando multum olei consumunt.* Cic. Fam. 7, 1 In quibus ipse Pompeius confitetur, se et operam et oleum perdidisse. Idem pro Muraen. 23 c. 10 Quod quidem ius Ciuile, didicisti, non dicam operam perdidisti. Conf. Plaut. Poen.

40 1, 2, 119. Opes suas perdere in aliquo Ouid. Amor. 1, 2, 50. Oppidum perdere, et Recipere, *contraria* Cic. de Orat. 2. Paenissime perdere, *vi. P A E N E.* Parentes multi, multi amicos, nonnulli patriam, plerique se ipsos penitus perdididerunt Cic. de Finib. 1, 49. Ante Parta Plaut. Trin. 3, 2, 17. Cic. Fam. 14, 1 Per fortunas miseris nostras vide, ne puerum Perditum perdamus. Prandium perdere Plaut. Men. 3, 1, 13. Rem paternam Idem Trin. Prol. 13.

50 Se perdere Idem Milit. 2, 5, 19. Plin. in Paneg. c. 93 *pr.* Manet manebitque honori veneratio sua, nec Securitatem auctoritate perdemus. Spem Plaut. Rud. 1, 4, 3. Cic. Fam. 1, 9 Non illi quidem, vt mihi Stomachum facerent, quem ego funditus perdidisti, sed certe, vt facere se arbitrarentur. Talentum perdere, *Exponere et consumere*

55 Ter. Heaut. 3, 1, 65. Tempus Cic. de Orat. 3, 144. Tempora perdere precando Ouid. Met. 11, 286. Cic. Fam. 5, 15 Dicerem iucundius, nisi id Verbum in omne tempus perdidissem. Verba perdere, *pro Priuari loquela.* Propert. 2, 33, 10. Vires cinis perdit Ouid. Rem. Amor. 244. Ter. Hec. 3, 1, 2 Heu me infelicem, hanc-cine ego Vitam parsi perdere? Martial. 1, 13 Sus pariter Vitam perdidit atque dedit.

PERDVO, Ære. [ἄλλυμι] Dixerunt antiqui, pro Perdo: vt Plaut. Amph. 2, 2, 214 Amphitruo es profecto, caue sis ne tute vsu perdis. Sic apud eundem maxime, et apud Ter. vt Hec. 1, 2, 59 Te Dii Deaque

65 perdunt, cum isto odio. Conf. Cic. Att. 15, 4 *pr.*

PERDENDVS, a, um. Partic. [ἀλλοθρευτός] Genus mortale perdendum est Ouid. Met. 1, 188. Feras perdendas praebeat silua Idem Epist. 4, 170.

PERDITVS, a, um. Partic. [ἀλέθριος, ἀίσιος, ἔξωλης, πανόλεθρος] dicitur, Qui ita alicui perturbationi aut vitio subiacet, vt inde se eximere non possit, et qui omni vitio contaminatus est, ita, vt de eo nulla amplius spes habenda sit. Perditum enim id dicere solemus, Quod interiit, ac recuperari non potest. Festus. Cic. Verr.

70 3, 65 Tu Apronium hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum, qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset. Miseri et perditum Cic. Verr. 5, 31. Aere alieno perditus, et egens Id. Philipp. 2, 78. Egestate perditus et fame Idem Verr. 5, 86. Moerore ac miseriis perditus Idem ibid. 5, 27. Confectus morbo, perditus moerore ac lacrimis Cic. pro

80 Muraen. 86. Adolescens perditus, *vid. ADOLEO.* Adolescens perditus et dissolutus Cic. Tusc. 4, 55. Animi perditum homo Plaut. Men. 2, 1, 44. Auctoritate tam perditam, tam facinorosa nemo inuentus est vita, qui quum de scelere fateretur, non tamen, etc. Cic. anteq. iret in exil. 17. Consilia dissoluta et perditum Idem de Lege Agrar.

85 2, 54. Homo Ter. Eun. 3, 1, 28 et 41. Iura perditum Claud. de Bell. Gildon. 402. Al. Proditum. Mens Tibull. 2, 6, 51. Cic. pro Cluent. 36 Quidam Larinas perditum Nequitia, et summa egestate. Omnia ad perniciem profligata atque perditum Idem pro S. Rosc. c. 13. Ter. Andr. 3, 5, 13 Tu Rem impeditam et perditam restituas? Cic.

90 pro Caecin. 90 Exoritur hic iam obrutis Rebus omnibus et perditis illa defensio, eum deiici posse, etc. Idem Philipp. 8, 31 Quum esset summa senectute et perditum Valetudine. Quod periisse vides, perditum ducas Catull. 8, 2. Compar. [ἔξωλέστος] Luxuriosior. Hor. Serm. 1, 2, 15 Quanto perditior quisque est, tanto acrius vrget Catull.

95 40, 14. Perditius nihil, *b. e. Nequius et corruptius.* Cic. Q. Frat. 3, 5 Nihil est enim perditius his hominibus, his temporibus. Catull. 42, 14 Aut si perditius potest quid esse. Miserius, perditius, foedius, nihil fieri potest Cic. Att. 8, 11. Superl. [ἔξωλέστος] Perditissimus homo Idem pro Rosc. Amer. 2. Profligatissimus et perditissimus omnium Idem Verr. 3, 65 c. 26.

PERDITE. Adu. [ἀλεθρίως] Corrupte. Cic. Att. 9, 2 Qui hic potest se gerere non perditum? Perditum, *pro Vehementer aliquando dicitur.* Terent. Heaut. 1, 1, 45 Eius filiam ille amare coepit perditum, vt perire sibi videatur nisi possiatur. Perditum conari Quinctil. 2, 12.

**PERDITIM.** Adu. Afran. ap. Charif. l. 2 *ubi tamen al. leg. perdit.*

**PERDITIO**, ōnis. f. [*ἀπόλησις*, Gloss. Lat. Gr. *ἀλόθρευσις*] Plin. 9, 35 Subeunt luxuriae eius nomina et taedia, exquisita perditione portatu. *Harduin.* Perdito ne potatu. Perditionis iter Alcim. 5 Auit. 4, 138.

**PERDITOR**, ōris. m. [*ἀλοθρευτής*] Cic. in Pison. 55 c. 34 Ita perpetuos defensores Macedoniae, vexatores, ac perditores effecisti. Perditor, et Seruator Reip. *contraria.* Cic. pro Planc. 89 c. 36 Committerem, ut idem perditor Reip. nominarer, qui seruator fuisset? 10

**PERDITRIX**, icis. f. Tertull. de Cast. c. vlt. Luxuria castitatis perditrix. Vet. Gloss. Perditrix, *ἀλέτρις.*

**PERDŌCEO**, ui, ōtum, ēre. [*ἐκδιδάσκω*] *Perfekte et plane docere.* Ter. Heaut. 2, 3, 120 Verum illa ne quid titubet. s. perdocta est probe. Cic. pro Sext. 96 c. 44 Rem quaeris praeclearam iuuentuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. Plaut. Stich. 1, 3, 24 Paupertas artes omnes perdocet. Perdocere homines Lucret. 5, 1437. Deae Pierides perdocuere te Ouid. ex Pont. 4, 12, 28. Perdocere suam stultitiam Quinctil. 1, 1.

**PERDOCTVS**, a, um. Partic. [*πολυδιδάκτος*] Cic. pro Corn. Balb. 60 c. 27 Ac si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, quum me praesertim rerum varietate atque usu ipso iam perdoctum viderent, etiam ab illis maioribus discordiis auocarent. Ter. Heaut. 2, 3, 120 Perdocta est probe. Exitio multorum perdocti Lucret. 3, 474. 25

**PERDOCTE.** Adu. [*πολυδιδάκτως*] Plaut. Mostell. 1, 3, 122 Ut perdocte cuncta callet: nihil hac docta doctius.

**PERDŌLBO**, ui, ōtum, ēre. [*καταλύνομαι*] *Vehementer ex intimo sensu dolere.* Ter. Eun. 1, 2, 74 Heu nos, laudo, tandem perdoluit, vir es. Nimis doluit, perdensit dolorem. Donatus. Hygin. Astron. 2, 40 Cuidam ciuium perdoluit inceptum Demiphontis. 30

**PERDOLESCO**, ēre. Accius apud Non. 2, 328 Nec perdolescit figi socios. Perdolitum est, *imperf.* Q. Claudius apud Gellium 9, 13 *ubi singulare Manlii certamen cum Gallo describit, Deinde, inquit, Gallus irridere coepit, atque linguam exertare. Id subito perdolitum est* 35 euidam T. Manlio, etc.

**PERDOLO**, āre. Cum in materiam perdolantur Vitr. 2, 10.

**PERDOLATVS**, a, um. Partic. Arbor praecisa alte et perdolata Vitr. 2, 9. *Conf.* Arnob. l. 6 p. 209.

**PERDOMINOR**, āri. Dep. Solus zephyrus perdominetur annum, 40 *i. scio anno dominetur, potiorque sit ventis aliis* Claudian. Fescenn. in Nupt. Honor. v. 85.

**PERDŌMO**, ui, ōtum, āre. [*καταδαμάζω*] *Plane domare.* Martial. Spectac. 27 Herculeae laudis numeretur gloria, plus est Bis denas pariter perdomuisse feras. Canes perdomare Tibull. 1, 2, 54. 45 Prouinciam aliquam perdomare Liu. 8, 13. Terram perdomare vel solum, *b. e. Subigere* Plin. Epist. 6, 15. Paterc. 2, 95, 2 Gentes perdomuerunt.

**PERDOMĪTVS**, a, um. Partic. [*καταδαμάσεις*] Hispania — postrema omnium — perdomita est Liu. 28, 12. Idem 9, 20 50 Apulia perdomita. Boues perdomiti mox ad aratrum instituantur Columel. 6, 2. Hostis perdomitus Claud. Conf. Hon. 3, 34. Ora Illyris perdomita armis Sil. 8, 290. Serpens perdomitus Ouid. Met. 1, 447. Vrbes perdomitae Lucan. 2, 644.

**PERDOMĪTOR**, ōris. m. Prudent. Cathem. 4, 12 Mortis perdomitor, salutis auctor. 55

**PERDORMISCO**, ēre. [*κατακοιμίζομαι*] *Dormire totam noctem.* Plaut. Men. 5, 5, 29 Perdormiscin' vsque ad lucem? M. facilen' tu dormis cubans?

**PERDŪCO**, xi, ōtum, ēre. *Vsque ad certum finem ducere.* Cic. 60 de Senect. 60 c. 17 M. quidem Val. Coruinum accepimus ad centesimum annum vitam perduxisse. Tuba praemonitos perducatur ad aequora nautas Lucan. 2, 362. Cic. Verr. 1, 11 Reperiemus, si istum viuum ad aliud iudicium perducere potuerimus, quibus probemus, etc. Pompon. in l. Quintus. in fine. D. de annuis legat. Sed interuentu iudicis haec omnia debent ad effectum perducere. Perducere ad exitum, 65 *pro Completo, absolueret.* Cic. de Inuent. 2, 169 c. 59 Tamen his susceptis difficultatibus compleri, atque ad exitum perducere potest. Ad culmen Liu. 1, . . . Ad dimidias perducere Scribon. *i. de collatione.* Cic. de Legib. 1, 22 Est autem virtus nihil aliud, quam in se perfecta, 70 et ad summum perducta natura. Ad summam operis libros perducere Quinctil. 1 Prooem. Ad liquidum confessumque aliquid perducere Idem 5, 14. Cic. Fam. 9, 20 Integram famem ad ouum affero: itaque vsque ad assum vitulinum opera perducitur. Ad longam senectutem perducere vsque Plin. 29, 1. Ad senectutis principia perducit (vix, medicina) Cels. 1 praef. Lucan. 3, 384 A summis perduxit ad aequora castris Longum Caesar Opus. Perducere aliquem, *Inducere cum difficultate.* Plaut. Mostell. 1, 3, 41 Postremo, si dictis nequis perducere, ut vera haec credas, etc. Ter. Andr. 1, 1, 35 Filium perduxere illuc secum, ut vna esset mecum. *Vid.* Donat. Nep. 80 18, 2, 5. Cum eum perducere non posset, interficere conatus est Nep. 18, 2 *extr.* Perducere aliquem ad suam causam donis Liu. 35, 13 *pr.* Perducere aliquem Ad, vel in suam sententiam Cic. Att. 16, 8. Idem pro Rosc. Com. 46 Qui semel a veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quam ad mendacium perducere consuevit. 85 Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem Ouid. Amor. 2, 18, 1. Cic. Att. 5, 21 Seducit me Scaptius: ait se nihil contradicere, sed illos putare talenta CC se debere: ea se velle accipere, debere autem illo paullo minus: rogat, ut eos ad CC perducam. In rem praesentem audientes perducere Quinctil. 4, 2. Cic. de Legib. 3, 14 Phalereus 90 ille Demetrius, de quo supra feci mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque in puluerem, sed in ipsum discrimen, aciemque perduxit. *Quaedam exemplaria legunt,* Produxit. Ad furorem mortemque perduxit ira Aiacem Cic. Tusc. 4, 51. Ad amplissimos honores aliquem perducere Idem 95 de Amicit. 10. In odium Senec. de Benef. 2, 17. En quo discordia ciues Perduxit miseros Virg. Ecl. 1, 72. Eo perduxit, ut Liu. 2. Planc. ad Cic. Fam. 10, 7 Sed vsque mihi temperavi, dum perducerem eo rem, ut dignum aliquid et Consulatu meo, et vestra expectatione efficerem. Ad libertatem perducere seruum Vlpian. in l. Is qui 100 alienum. D. de verb. obligat. Perducere ad, vel in mediam noctem Liu. 36, . . . In seruum perducere Idem 38, . . . Celsus in l. Si petitor. D. de iudiciis, Nec enim quisquam alienam Actionem, inuito cohaerere, perducere potest. Noctes perducere Propert. 1, 3, 39. Perducere artem in magnitudinem Plin. 9, 56. Perducere fossas, 105

- vel mutum in altitudinem Caes. Bell. Gall. 7, 36. Perducere aquam ex aliquo loco Plin. Epist. 10, 37. Perducere, *pro Delere usurpatur.* Hinc Perductum, *pro inductum.* Vlpian. l. 1. De his, quae in testam. delen. Sed nolentibus inducta accipiendum est, etsi perducta sint.
- 5 Perducere, *Perungere, oblinere.* Crusta perducta Scribon. 237. *i. peruncta.* Virg. Georg. 4, 425 Haec ait et liquidum ambrosiae diffundit odorem, Quo totum nati corpus perduxit. *Proprium medicorum verbum est.* Seren. Sammon. de Med. c. 5 Aut lacrimis hederæ, aut succo perducere cedri. Idem c. 39 et 40.
- 10 PERDVCTVS, a, um. Partic. Aqua perducta Scribon. 135. *i. epota vno haustu.* Vid. Rhod. p. 208. Perducit totum cyceonis laeta Liquorem Arnob. l. 5. Repertum vini Poculum continuo perduxit haustu Apul. Met. 10 p. 240. *Nempe etiam Ducere et Educere de potu adhibentur.* Lucret. 1, 1107 Haec si pernosces parua perductus opella. *Al. Perfunctus opella.* Sermo perductus Idem 4, 540. *De his, quae ad libidinem deducuntur,* Suet. Tiber. c. 45 Quam perductam, nequidquam amplius pati constantissime recusantem delatoribus obicit. Id. Calig. c. 25 Perductam a marito coniunxit sibi. *Huc referendum videtur illud Agroetii p. 2271, 41 Abducitur, quis ad rem inhonestam: perducitur ad stuprum, vel stupra.* Sic enim legendum videtur pro studia, vid. PERDVCTOR.
- 20 PERDVCTO, are. *Videtur vulgo obscenum et meretricium verbum fuisse, ut modo de Perduco obseruauimus.* Certe sic ludit Plaut. Most. 3, 2, 160 Quidquid est, errabo potius, quam perducet quispiam.
- 25 PERDVCTOR, oris. m. [*περδακτωρ*] Qui mulieres nobiles vel promissis inductas, vel minis coactas, vel vi ad potentiores viros praecit. Plaut. huc alludit Most. 3, 2, 160 Apage istum a me perductorem. Nempe Perductores, ap. Ciceronem in Verrem (ut Aconius ait) in hoc differunt a Lenonibus; quod Lenones sunt scortorum, Perductores etiam inuitarum personarum, et in quibus supra exercita legibus vindicantur. Cic. Verr. 1, 33 c. 12 Sileatur de nocturnis eius bacchationibus, aut vigiliis lenonum, aleatorum: perductorum nulla mentio fiat: damna, dedecora, quae res patris eius, aetas ipsius pertulit, praetereantur. *Quidam docti illo loco Producores legendum censent, ut Latinum Graeco respondeat, περδακτωρ.* Add. Lactant. 6, 17. Conf. Def. Herald. ad Tertull. Apol. c. 43 ubi Perductores et Aquarioli coniunguntur.
- 30 PERDVDM. Adu. Plaut. Stich. 4, 1, 69 Vidi hominem haud perdidum.
- 40 PERDVELLVM, i. n. *Ab antiquis dicebatur, quod postea Duellum et Bellum: sicut et Perduellis, qui postea Hostis.* Accius apud Turn. 17, 24 De summa tibi perduellum est. Conf. Varr. L. L. 6, 3 p. 74, 20.
- 45 PERDVELLIS, is. m. [*πρὸς ἐμῶν*] Qui, ut ait Festus, pertinaciter retinet bellum. Hostis, inquit Varro de L. L. 6, 3. Ennius, Quin inde inuictis sumserunt perduellis. Liu. 35, 16 Vt quoniam perduelles superati essent, *verba Scii.* Plaut. Amphit. 1, 1, 93 Perduelles penetrant se in fugam. Caius in l. Quos nos. D. de Verb. et rer. significatione, Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Cic. Offic. 1, 37 c. 12 Equidem illud etiam animaduerto, quod qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Pirata non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium Cic. Off. 3 c. 29.
- 55 PERDVELLIO, onis. m. [*πρὸς ἐμῶν*] Crimen laesae maiestatis, aut Reipub. Exstat oratio Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo ideo, quod Saturninum Tribunum pl. interfecisset: e qua plusscula declarando huic crimini et iudicio peti possunt. Cic. in Pison. 4 Ego in C. Rabir. perduellionis reo XL annis ante me Consulem, etc. Vlpian. in l. Ultima. D. Ad legem Iuliam maiestatis, Qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus Remp. vel principem animatus est. Liu. 1, 26 Perduellionem iudicent secundum legem. *Sermo est de Horatio sororis suae interfessore.* *Viaetur autem in prisca illa simplicitate perduellis fuisse, i. bello iusto persequendus, qui ciuem quemcunque interfecisset.* Quas enim maior tutela vitae singulorum, quam si vno interfesto ciue tota Resp. bellum sibi indictum iudicet, et interfectorem pro hoste tractet. De se et Clodio Cic. pro Milon. 36 c. 14 ironice, Diem mihi, credo, dixerat: multam irrogat, actionem perduellionis intenderat? *Ciceronis crimen fuit, ciues indemnatos necasse.* Cic. pro C. Rab.
- 70 Perd. reo 10 c. 3 Nam de perduellionis iudicio, quod a me sublatum esse criminari soles, meum crimen est, non Rabirii. Quod utinam, Quirites, id ego aut primus aut solus ex hac Rep. sustulissim. — Quid enim — mallet, quam me in consulatu meo carnificem de foro, crucem de campo sustulisse. Sed ista laus primum est maiorum nostrorum Quirites, qui expulsis regibus nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiae retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt. *Et mox: Vter nostrum popularis est? tunc, qui ciuibus Romanis in concione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere, qui in campo Martio, comitiis centuriatis, auspicato in loco crucem ad supplicium defigi et constitui iubes?*
- 75 ¶ 2 Turgentis et inflatae orationis exemplum ponit A. ad Herenn. 4, 15 c. 10 Nam qui perduellionibus venditat patriam, non satis supplicii dederit, etc. *Videtur surgere etiam in eo, quod perduelliones ponit pro hostibus siue perduellis.*
- 80 PERDVRO, are. [*περδύρω*] Usque ad finem durare. Terent. Hec. 2, 2, 27 Sancte adiurat, non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. Plin. 17, 20 Perdurandi pernicacia. Honos augurii perdurat Stat. Theb. 8, 88. Probitas longum perdurat in aeuum
- 90 Ouid. de Medicam. faciei 49. ¶ 2 Actiue Indurare. Prudent. Psych. 447 Formido pericli Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas. *Hinc*
- PERDVRA TVS, a, um. Adi. Sen. de Tranquill. vitae . . . Et quidquid imbecillum in animo nec perduratum exulcerat, *i. Non dum confirmatum.*
- 95 PERDVRA TVRS, a, um. Partic. [*περδύρῳ*] Stat. Theb. 1, 143 Haec mora pugnae Sola, nec in regem perduratura secundum.
- PEREDO, es vel edis, edi, esum, esse vel edere. [*παιδῶν*] Edendo paullatim consumere. Cic. Tusc. 3, 26 c. 12 Lacrimae peredere humore exsangues genas. Ex Poeta. Virg. Aen. 6, 442 Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.
- PERESVS, a, um. Partic. [*παραδεδουμένος*] Languoribus multis peresus Catull. in Camer. f. 53, 31. Quinque Panibus peresis Prudent. Cath. 9, 59. Oculi media pars peresa est Lucret. 3, 414. Saxa peresa sale, Scopuli fluctibus marinis attrisi et corrofi Lucret. 1, 327. Vellera

Vellera perefa illuue Virg. Georg. 3, 561. *Add.* Apul. Met. 1. 6: Sren. Sammon. p. 3.

PEREDIA, ae. f. Perediam et Ribesiam Plautus (Curc. 3, 1, 74) finxit sua consuetudine, quum intelligi voluit Cupiditatem edendi et bibendi. Festus. *Vid.* PERBIBESIA.

PEREFFLO, are. Postremo balbutiens incerto sermone perefflavit animam virilem Apul. Met. 8, p. 207.

PEREFFLUO, ere. Oportet observare nos ea, quae audiimus, ne forte pereffluamus Vulg. Hebr. 2, 1.

PEREGERE, dicebant Expergefacerere. Paullus. *Forte* Perrege-  
re, a quo sunt, experrexi, experrectus, etc.

PEREGER et PEREGRIS, *Dicitur quasi Per agrum, unde postea Peregrinus.* Auson. Epist. 17 In comitatu tibi vetus fui, nedum peregrum me existimes composita fabulari. Vlpian. tit. 17 Si ante tabulas apertas decesserit, vel pereger factus sit. Tertull. ad 15 Vxor. 2, 4 extr. Si pereger frater adueniat. *Ita Rigaltius.* Al. Peregre.

PEREGRINVS, a, um. Adi. [*ξένος, προσήλυτος, ἀλλοδαπός*] *Aduena, et aliena loca peragrans, a Peragro.* Varro *ludens suo more* L. L. 4, 4 Peregrinum agrum a pergendo, id est progrediendo dictum scribit: *Vossius autem id improbat, Erym. p. 383.* Plaut. Afin. 2, 4, 58 Peregrinus ego sum, Sauriam non noui. Peregrinus ex alio oppido Plaut. Poen. 3, 2, 23. Peregrinus et Hospes hoc differunt: quod Peregrinus vocatur, qui in ciuitate sua non est: Hospes, qui in aliena est. Vel, Peregrinus, qui ex nostra ciuitate oriundus non est: Hospes, qui in nostra est. *Hactenus Vall. 4, 2.* Cic. pro Sulla 24 At si tibi nos peregrini videmur, quorum iam et nomen et honos inueterauit, et huic vrbi et hominum famae ac sermonibus: quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum de honore et de omni dignitate contendunt? Peregrinus et aduena, quibus opponitur Hospes. Cic. de Lege Agrar. 2, 93 Nos autem hinc Roma qui veneramus, iam non hospites sed peregrini atque aduenaenae nominabamur. Cuius et Peregrinus, contraria. Cic. de Amic. 19 Itaque ciues potiores sunt quam peregrini, et propinqui quam alieni. Peregrini atque incolae officium est, nihil praeter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque esse in aliena Republica curiosum Cic. Off. 1, 125 c. 34. Hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus Idem ibid. 1, 3. Eicere Roma peregrinos Idem de Lege Agrar. 1, 13. Peregrinae dicebantur olim Meretrices, *teste Donato, nempe quod quaeslum illum mallent apud exteros facere.* Ter. Andr. 3, 1, 11 Adeone est demens ex peregrina? *Add. 1, 1, 119.* Ne in nostra patria peregrini esse videamur Cic. de Orat. 1 c. 58. Idem ib. 1, 218 c. 50 Fateor callidum quendam hunc, et nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. Iuuen. Sat. 14, 187 45 Peregrina ignotaque nobis Ad scelus atque nefas quaecumque est, purpura ducit. Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus Plaut. Stich. 5, 2, 21. ¶ 2 *Substantiua:* Ager peregrinus est, qui neque Romanus, neque hostilis habetur. Fest. Amnes peregrini Ouid. Met. 8, 836. Amore peregrino captus Idem Epist. 1, 76. Arborea peregrinae Plin. 12, 3. Ab Armis peregrinis defendi Ouid. Trist. 2, 4, 1. Aues Plin. 10, 26 Caelum Ouid. Trist. 4, 8, 25. Diuitiae Hor. Epist. 2, 1, 204. Facies peregrina atque ignobilis Plaut. Pseud. 4, 2, 9. Graeci exultant, quod peregrinis ludicibus vtuntur Cic. Att. 6, 1. *i. ipsis Graecis.* Lapilli Ouid. 55 de Nuce 141. Exornari in peregrinum Modum Plaut. Trin. 3, 3, 38. Orbem peregrinum visere Ouid. Met. 1, 94. Sacra peregrina appellantur, quae aut euocatis diis in oppugnandis vrbus Romanam sunt delata: aut quae ob quasdam religiones per pacem sunt petita, vt ex Phrygia, Matris magnae: ex Graecia, Cereris: Epidauro, Aesculapii: quae coluntur eorum more, a quibus sunt accepta. Fest. *Vid. de his Liu. 25, 1.* Sedes peregrina ac sordida Lucan. 5, 9. Sonus peregrinus Quinctil. 1, 1. Terra peregrina Ouid. Met. 3, 24. Peregrinus, *pro Ignorante* Hor. Epist. 1, 17, 63. Quare peregrinum, *nempe, qui te, et fraudes tuas non nouerit.* etc. *Vid. solum locum* 65 Hor. Porphyr. Peregrinum pro Ignorante posuit. ¶ 3 *Cognomen fuisse, ille Peregrinus Philosophus ostendit, Proteus idem dictus, de quo Gell. 12, 1.* Tertull. ad Mart. 3. Ammian. 29, 1.

PEREGRINOR, ari. Dep. [*ἀποδημῶν, ξενιμῶν*] *Per aliena loca peragrando proficisci.* Cic. pro Rabir. 28 c. 10 Adeone ignarus es disciplinae, consuetudinisque nostrae, vt haec nescias: vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videre? Longe lateque peregrinari Cic. de Nat. Deor. 1, 54 c. 20. Idem Tusc. 5, 114 c. 39 Et quum alii saepe, quod ante pedes esset non viderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, etc. *Aut noue dictum, aut corruptum.* 75 *Itaque alii Praepositionem addunt per; alii legunt peragrabat.* Cic. de Finib. 3, 40 Mihi videris Latine docere philosophiam, et ei quasi ciuitatem dare, quae quidem adhuc peregrinari Romae videbatur, nec efferre sese nostris sermonibus. Peregrinari dicuntur aures Cic. pro Mil. c. 12 *eorum, qui non attendunt ad ea, quae cum maxime aguntur.* 80

PEREGRINAT, *ξενιμῶν* Gloss. Gr. Lat.

PEREGRINANS, antis. Part. Non solum delicate, sed etiam inepte peregrinans Cic. Att. 2, 10. Nos in nostra vrbe peregrinantes errantesque tanquam hospites Idem Acad. 1 c. 3.

PEREGRINATVS, a, um. Part. [*ἀποδημῶν*] Cic. Acad. 4, 3 c. 1 Tamen diutius quam velle, tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata absuit ab oculis et fori et curiae.

- PERFOSSVS, a, um. Partic. [*διορυγμένος*] Pectora perfoffa patefcunt Stat. Theb. 9, 522. Hellesponto iuncto, Athoque perfoffo Cic. Fin. 2, 112 c. 34. Montes Curt. 5, 7, 8. Naues perfoffae Plin. 32, 1. Thorax perfoffus bis sex locis Virg. Aen. 11, 10.
- PERFOSSOR, öris. m. [*διορύκτης* Gloss. Gr. Lat.] Parietum perfoffor Plaut. Pseud. 4, 2, 23. *Vid.* Apul. Apol. p. 460.
- PERFOSSIO, önis. f. *διορυγή, διορυγμός* Gloss. Gr. Lat.
- PERFOSSVRA, ae. f. *διορυγή*, ibid.
- PERFOSSO, *διορύσσω*, ibid.
- PERFOECVNDVS, a, um. Adi. Mela 1, 9 pr. Aegyptus hominum aliorumque animalium perfoecunda generatrix.
- PERFÖRE, [*πᾶν ἔσσεται*] *Valde futurum esse volunt.* Cic. Fam. 3, 5 Tunc mihi ille dixit, quod classe tu velles decedere, perfore accommodatum tibi, si ad illam maritimam partem prouinciae nauibus accessiffem. *Sed melius est Praepositionem Per, ad Accommodatum referre, Per accommodatum: vt Fore interponatur: vt Per mihi gratum, etc. Vid.* PERFVI.
- PERFORMIDĀTVS, a, um. Partic. [*ὑποπτηγμένος*] *Multum formidatus.* Silius 3, 608 Iam puer auricomus performidate Batauo.
- PERFORMIDOLÖSVS, a, um. Adi. Aurel. Vict. in Claud. Caef. Natura performidolofus.
- PERFORMO, ěre. [*διαμορφῶ*] *Formam absoluere.* Tertull. Apol. c. 1 Ad malum performantur.

**PERFORMATVS**, a, um. Partic. *Laudatur Quinctil. Declam. 62, 7* Performata materia. *Sed legendum est Praeformata, et ita habent boni codices.*

**PERFORO**, āre. [*διατρῆν, τρήπτω, περιμῆδω*] *Foramine facto traicere.* Colum. 5. *Sed aliud est ferramentum, quo priores vitem perforabant.* Cic. Fam. 7, 1. *Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, et patefecisti Scianum, per eos dies, etc. i. silua excisa vel monte perfosso prospectum aperuisti.* Culmina radiis sol perforat Stat. Silu. 1, 5, 46. *Fundum cacabi perforare* Scribon. 27. *Latus ense perforat* Ouid. Trist. 10, 3, 9, 26. *Margaritas perforare* Vlp. in l. Si feruus seruum §. Si quum maritus D. Ad leg. Aquiliam. *Nauem Quinctil. 8, 6, 47.* *Pectora duo ictu vno perforat* Ouid. Met. 12, 377. *Perforare, permesin a* Lucret. dictum 5, 1267. *Et terebrare etiam, ac pertundere, perque forare.*

**PERFORĀTVS**, a, um. Part. [*τετραμῆτος*] *Lumina duo ab animo ad oculos perforata* Cic. de Nat. Deor. 3, 9 c. 4. *Viae ad oculos a sede Animae perforatae* Idem Tusc. 1 c. 20. *Animus perforatus* Sen. Epist. 99. *Cribrum perforatum* Scribon. 61.

**PERFORATIO**, ōnis. f. *Vitruuii esse dicitur.*

**PERFORACVLVM**, i. n. Arnob. 6 p. 200 *Serris, perforaculis, ascis, dolata, effosa.* *τῆρετρον, τρύπανον* Gloss. Lat. Gr.

**PERFORTITER**. Adu. [*πολυμῆτος*] *Valde fortiter.* Ter. Adolph. 4, 2, 29. *Miseram mulierem, et me feruulum, qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter.*

**PERFOVEO**, ēre. *Solatur nexos in carcere, perfovet aegros* Sedul. 4, 25.

**PERFRĒMO**, uī, ūtum, ēre. [*περιβρύχουμαι*] *Idem quod Veementer fremere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 87 c. 35. *Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt delphini.* *Ex Accio Poeta.*

**PERFRĒQVENS**, entis. Adi. *Valde frequens.* Liu. 41, 1. *In portu emporium breui perfrequens factum.*

**PERFRĒTO**, āre. Solin. c. 40 (27) *Inter haec vadosa classem Romanam impune accepimus perfretasse.*

**PERFRĪCO**, uī, ūtum, āre. [*περιτριβω*] *Fortiter fricare.* Cic. Verr. 3, 62 c. 25. *Quum interea Apronius caput atque os suum unguento perfricaret.* Colum. 6, 2. *Deinde nares perfricato, ut hominem discant odorari.* Cic. in Pison. 61 c. 25. *Caput sinistra manu perfricans dubitantis et perplexi gestus.* *Dentes perfricuisse* Ouid. de Arte Am. 3, 216. *Al. defricuisse: vid. Heinsf.* *Perfricare faciem,*

*et quasi improbam facere* Quinctil. 11, 3, 160. *Et 9, 2, 25* *Perfrica frontem, et dic te digniorem, etc.* Plin. in Praef. *Perfricui faciem, nec tamen profeci.* Martial. 11, 28. *Aut quum perfricuit frontem, posuitque pudorem.* *Nempe fricando rubor excitatur, ne rubor a pudore animaduerti possit.* *Vid. P. Victor. V. L. 8, 6.* *Os perfri-*

*care, Idem.* Cic. Tusc. 3, 43 c. 13. *Quid tergiuersamur Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem quum os perfricuisti, soles dicere?* *Add. Petron. c. 22.* *Vulnera ab iis facta perfricantur* Plin. 20, 16.

**PERFRICĀTVS**, a, um. Partic. Plin. 28, 12. *Faucibus felis extrinsecus fimo perfricatis.* *Perfricata diutius fronte* Petron. c. 132.

**PERFRICTVS**, a, um. *Legitur a quibusdam apud Petron. c. 132 ubi al. perfricata.* *Sic, Homo perfricatae frontis.* *Conf. infra PERRECTVS.*

**PERFRICTIO**, ōnis. f. *Pro attritu accipienda haec vox videtur apud Plin. 21, 18 f. 69 extr.* *¶ 2 In aliis Plinii aliorumque locis significat refrigerationem, ut statim videbimus.*

**PERFRĪGEO**, xi, ēre. [*καταψύχω*] *Valde frigere.* Martial. 3, 18. *Perfrixisse tuas quæsta est praefatio fauces.* Iuuen. Sat. 7, 194. *Et si perfrixit, cantat bene.*

**PERFRICTIO**, ōnis. f. *Refrigeratio nimia, et corporibus noxia* Plin. 28, 8. *Sanat et vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones.* *Add. 20, 18 f. 74* *Lumborum et coxendicium perfrictiones.* *Et 26, 12 f. 76* *In loco calido et a perfrictionibus tuto.* *Sic 23, 4, 20, 14 f. 44. it. 27, 12 f. 105.* *Scribon. 57, 257 etc.* *65*

*Caelius Acut. 2, 13 et pluribus locis.* *Aliquoties etiam vitur* Vegetius Mulom. v. g. 1, 10, 42: *cui etiam restituenda haec vox pro perfricatione* 1, 22, 13. *et praerfrictione* 1, 35 etc. *Vid. Morgagni Epistola quarta earum, quae rei rusticae scriptoribus subiectae sunt, §. 8. it. Rhod. ad Scribon. 257.* *Alia est Perfrictio a PERFRICO.*

**PERFRIGĒRO**, āre. [*καταψύχω*] *Idem quod Refrigerare.* Plin. 25, 13. *Omnium harum vis eadem perfrigerare et adstringere.* *Harduin. legit Refrigerare.* *Perfrigerata* Scribon. 271 *sc. medicamenta.*

**PERFRIGESCO**, ēre. [*καταψύχομαι*] *Valde frigidum fieri.* *Artus perfrigescere* Scribon. 268. 271. *Plin. 31, 6* *Difficilius perfrigescunt marina calefacti.* *Sic Varr. de R. R. 2, 9, 13* *Canum cubilia substernenda, ne perfrigescant.*

**PERFRIGĪDVS**, a, um. Adi. [*πολύψυχρος*] Cic. Verr. 4, 86 c. 40. *Erat hiems summa, tempestas, ut ipsum Sopatrum dicere audistis, perfrigida.*

**PERFRIGEFĀCIO**, ēre. Plaut. Pseud. 4, 7, 117. *Mihi iam dudum ille Syrus cor perfrigefacit.*

**PERFRINGO**, ēgi, actum, ēre. [*κατάγνυμι, κατακλάζω, καταλάω*] *Valde, siue totum frangere.* Plin. Epist. 5, 6. *Campi, quos monuisti, ingentes boues, et fortissima aratra perfringunt.* Terent. Adolph. 1, 1, 12. *Ne aut ille alserit, aut vsquam ceciderit, ac perfrigerit aliquid.* *Penitus perfringere aliquid* Liu. 21. *Proras Id. 22, 20 pr.* *Aciem perfringere tenuem, vid. ACIES.* *Angustias omnes, omnes altitudines, omnium obiecta tela vi et virtute perfringere* Cic. de Arusp. Respons. 49 c. 23. *Colla perfringere bipenni* 90

*Valer. Argon. 1, 192.* *Domos* Tacit. Hist. 4, 1, 4. *Olympum fulmine perfrigit Iuppiter* Ouid. Met. 1, 154. *i. perrupit.* *Phalangem perfringere hostium* Caes. Bell. Gall. 1, 25. *Portas vi* Lucan. 3, 343. *Tempora perfrigit fuluo protecta capillo* Ouid. Met. 12, 274.

*¶ 2 Metaphor.* Cic. Att. 3, 23. *Des operam, ut vno impetu perfringatur, i. res, quae difficultatem habet, conficiatur, superatis difficultatibus et obstante velut aggere perfracto.* *Idem de Clar. Orat. 38* *Et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam grauis: sed suauitate ea, qua perfunderet Animos, non qua perfringeret.* *Con-*

*spirationem perfringere et labefactare bonorum* Cic. in Catil. 4, 22. *Idem pro Milon. 87* *Polluerat stupro sanctissimas religiones, Senatus grauisima Decreta perfrugerat.* *Idem in Catil. 1, 18 c. 7* *Tu non solum ad negligendas leges et quaestiones, verum etiam ad euertendas, perfringendasque valuisti.* *Sic Verr. 5, 38* *Vt earum rerum vi et auctoritate omnia repagula iuris, pudoris, et officii perfringe-* 105



res. Omnia perfregit ac prostravit cupiditate et furore Cic. pro Cluent. 15.

PERFRINGENS, entis. Part. [κατακλάζων] Lucret. 5, 137 Vt interdum validi vis incita venti Percindat nubem, perfringens impete recto. Dolabra glaciem Curt. 5, 6, 14.

PERFRACTVS, a, um. Part. [κατακλαθείς] Axe perfractio voluitur Sil. 16, 412. Capite Liu. 4, 28 extr. Fores perfractae Tibull. 1, 10, 56. Ossa perfracta trinodi elaua Ouid. Epist. 4, 115.

PERFRACTE. Adu. [αὐθαδῶς] Obstinate. Laudant Cic. Off. 3, 88 Nimis mihi perfracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere. Sed Praefracte legitur hodie, v. v.

PERFRIO, āre. Contereve. Colum. 12, 38 Baccas albi generis myrti quam maturissimas legito et perfriato.

PERFRIVÖLVVS, a, um. Adi. Vopisc. Aurel. c. 6 Haec video esse perfriuola.

PERFRVOR, ūtus sum, ui. Dep. [καταπολαύω] In totum frui, seu Omnem fructum percipere. Cic. de Fin. 1, 57 Quum enim certe nihil homini possit melius esse, quam vacare omni dolore et molestia, perfruique maximis et animi et corporis voluptatibus. Pasce, de-

lectari, perfrui aliquibus rebus Cic. in Pison. 45. Amplexu alicuius Ouid. Epist. 16, 214. Auctoritate rerum gestarum, gloria, et sapientiae laude perfrui Cic. de Clar. Orat. 9. Auctoritate testimonii alicuius, vel iudicio benevolentiae, vel suauitate ingenii Idem Fam. 5, 12. Gaudiis Idem Tusc. 5, 72 c. 25 extr. Otio Idem

Fam. 7, 1. Vita modica et apta virtute Cic. de Legib. 1, 56. Ad perfruendas voluptates, et ad vsus vitae necessarios expetuntur diuitiae Idem Off. 1, 25. Perfrui, in malam significationem. Ouid. Epist. 11, 128 Mandatis perfruar ipsa patris. i. Faciam, quod iussit pater. Iusserat autem pater, ut se interficeret. Sunt, qui legant, Mandatum

prosequar ipsa patris. Sed totum illud dislicebon dubiae fidei est. Perfructus sum, vel fui; Praeteritum antiquum a Perfrvor. Lucret. 3, 969 Omnia perfructus vitae praemia. i. Quum omnia perceperis praemia vitae, etc. Amoenitate summa perfructus est Cic. in Hortens. apud Prisc. l. 10 p. 883.

PERFRVITIO, ōnis. f. August. de Quant. animae c. 33 Perfruitio veri et summi, boni. Add. Idem de Trinit. 6, 10.

PERFVGIO, fūgi, fugitum, ēre. [καταφεύγω] Auxilii gratia ad aliquem confugere. Asylum aperit: eo ex finitimis populis turba omnis perfugit Liu. 1, 8. Idem 2, 9 pr. Iam Tarquinii ad Lartem

Porſenam Clusinum regem perfugerant. Cic. Verr. 5, 124 c. 48 Hic locus est igitur vnus, quo perfugiant, hic portus, haec arx, haec ara sociorum: quo quidem nunc non ita confugiunt, vt antea in suis repetendis rebus solebant. Ad imperatores perfugere Cic. pro Corn. Balb. 24. In Capitolium, aliaue vrbis templa Tac. Ann. 3,

36. In oppidum aliquod deuium Cic. in Pison. 89.

PERFVGIVM, i. n. [καταφυγή] Locus tutus, quem nos in vexatione, aut calamitate recipere contendimus: Plaut. Caf. 3, 5, 3 Nescio vnde auxilii, praesidii, perfugii mihi, aut opum nunc copiam comparem. Cic. Fam. 12, 8 In meo Bruto non solum ad praesens perfugium, si (quod olim) aduersi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuae libertatis. Idem Verr. 5, 132 Num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunae, num casus bellicos exprobrare, aut obiicere videor? Commune perfugium, Domus Cic. in Catil. 4, 2 c. 1. Paratum nobis perfugium et portum

putemus, quo vtinam passis velis prouehi liceat Idem Tusc. 1, 118. de morte. Legitur et Profugium. Cic. pro Rosc. Amer. 150 Vnum perfugium, Iudices, vna spes reliqua est Sexto Roscio, eademque Reipublicae, vestra pristina bonitas, et misericordia. Fortunae miserae portus et perfugium alicuius, multumque iactatae Idem pro Cluent. 7. Laborum omnium et solitudinum perfugium somnus est Cic. de Diuin. 2, 150 c. 73. Salutis perfugium et praesidium Idem pro Rabir. 4. Excludere aliquem a portu et perfugio Idem Fam. 5, 15. Habere sibi perfugium Lucret. 5, 1185. Intercludere perfugium fortunae Cic. Verr. 5, 131. Praebent perfugium ac solatiuum aduersis haec studia Idem pro Arch. 16 c. 7. Vti perfugio, per translationem. Idem ad Fam. . . Itaque vtor eodem perfugio, quo tibi vtendum censeo, literulis nostris. Et Verr. 2, 101 c. 41 extr. Postremo illo desperatissimo perfugio vti posset, se imprudentem fecisse, existimasse id licere. Cic. Verr. 1, 82.

PERFVGA, ae. m. [αὐτομόλος] Festus, Perfugam Gallus Aelius ait, qui liber, aut seruus, aut hostis sui (f. sua) voluntate ad hostes transierit, qui idem dicitur Transfuga. Quamquam sint, qui credant Perfugam esse non tam, qui alios fugiat, quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat. Vid. Gronou. ad Liu. 27, 15, 11.

Cic. Off. 3, 86 Quumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente, perfuga ab eo venit in castra Fabricii. Cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? Idem in Orat. 223 c. 66.

PERFVI, perſuisti, perſuit: volunt Praeteritum a Verbo Perſum, quod non exstat. Gell. 2, 18 Phaedon Elidensis ex cohorte illa Socratica fuit, Socraticque et Platoni perſuit familiaris, etc. Verum tmesis est et per illud coniungendum cum familiaris. Vid. PERFORE: plane enim eadem est ratio.

PERFVLICIO, ire. [κατασφρίζω] Bene fulcire et roborare. Lucan. ad Pison. 86 (Aut quicumque sit ille tandem non indignus hoc nomine)

Eloquio sanctum modo perfulcire Senatam. Al. Permulcere.

PERFVLGIDVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 1.

PERFVNCTIO, PERFVNCTORIVS, PERFVNCTVS: vid. PERFVNGOR.

PERFVNDO, ūdi, ūsum, ēre. [δίψω, δίεμαι, καταβρέχω] Per omnes partes fundere, conspergere. Cic. Verr. 1, 67 c. 26 Aqua denique feruenti a Rubrio ipso Philodamus perfunditur. Repulsim foribus perfundit gelida Hor. Serm. 2, 7, 91. Fluuuiis perfundunt pecus magistri Virg. Georg. 3, 446. Artus perfundere rore Ouid. Met. 3, 164. Ensis perfunditur sanguine Idem ib. 7, 396. Penates sanguine perfundit Idem ib. 5, 155. Sen. Epist. 115 Cum auro tecta perfundimus, quid aliud quam mendacio gaudemus? scimus enim sub illo auro foeda ligna latitare. 2 Metaph. Sen. Epist. 36 Liberalia studia non illa, quibus perfundi satis est: sed haec, quibus tingendus est animus. Perfundere animum religione Liu. 10, 38.

Cic. de Clar. Orat. 38 Et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam grauis: sed suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. Animum voluptate Idem Tusc. 4, 20 c. 9. Vip. in l. Sed et si quencumque §. vlt. D. Ad leg. Aquil. Sutor puero discenti ingenuo filiofamil. parum bene facienti quod demonstratum erat, forma calcei cer-

vicem ita percussit, vt oculis puero perfunderetur. Ita enim habent Pandectae

*Pandectae Florentinae, et Haloander: quamvis nonnulli legant Perfode-*  
*retur. Quempiam aceto, vid. ACETVM. Cic. Att. 8, 6 Dii*  
 immortales, qui me horror perfudit, quam sum sollicitus, quidnam  
 futurum sit. Idem pro Rosc. Amer. 80 c. 29 Interim mihi videris  
 Eruci vna mercede duas res assequi velle, nos iudicio perfundere, ac-  
 cusare autem eos ipsos, a quibus mercedem accepisti. Iudicio per-  
 fundere *i. iudicio obscuro, in quo nihil clare liquideque probetur obrue-*  
*re. Sic Graevius. Vid. PERFVSORIVS. Iucunditate perfundi, lae-*  
 titia, voluptatibus, *pro Repleri. Cic. de Fin. 2, 6. et 5, . . Item de*  
 Nat. Deor. 1, 112 Quos odores adhibebis ad deos, vt eos perfundas vo-  
 luptatibus? Oratione duci, et quasi voluptate quadam perfundi  
 Idem de Claris Orat. 188.

PERFVNDENS, entis. Part. Sol omnia perfundens conuestit  
 sua luce Lucret. 2, 147. *Alii legunt Profundens.*

PERFVSVS, a, um. *Aliud Part. [καταβροχθῆς] Baccho perfu-*  
 sus tempora multo Tibull. 1, 2, 3. Coloribus omnigenis perfusa  
 Lucret. 2, 820. Cruore perfusus Liu. 30, 28. *h. c. Cruentus.*  
 Dulcedine omni perfusi sensus mouentur Cic. de Finib. 3, 114 c. 34.  
 Flumine perfusi greges Virg. Georg. 2, 147. Frigore aeterno le-  
 ti corpus perfusum, *i. Mortuum* Lucret. 4, 922. Fuco gloria per-  
 fusa Ouid. Fast. 1, 303. Lacrimis perfusus Achilles Idem ibid. 5,  
 407. Lepore perfusa Lucret. 4, 80. Metu et timore perfu-  
 sus Liu. 9. *Add. Idem 2, 63. Ostro vestes perfusae* Virg. Aen.  
 5, 112. Puluere immundo canities perfusa Idem ib. 12, 611. Ru-  
 bore perfusus Petron. c. 128. Sanguine fratrum perfusi Virg. Ge-  
 org. 2, 510. Sanguine currus perfusi Idem Aen. 11, 88. Sangu-  
 ine terra perfusa Ouid. Met. 1, 157. Tempestate belli perfusus pe-  
 ciora Mars Stat. Theb. 3, 229.

PERFVSE. Adu. Sisenna apud Non. 4, 11 Perfuse atque abunde  
 semper vsi.

PERFVSIO, ōnis. f. [καταβροχθῆ] Plin. 18, 7 Italia sine perfusio-  
 ne tostum in subtilem formam molit. Vt gentes baptismo, id est,  
 purifici roris perfusione saluaret Lactant. 4, 15 pr.

PERFVSOR, ōris. m. προσχύτης Gloss. Gr. Lat.

PERFVSORIVS, a, um. Adi. Seneca Epist. 23 Voluptas perfu-  
 soria, *i. Exterius adspersens, non penetrans. Assertiones perfuso-*  
 ria, *i. Obscurae, non clarae et liquidae* Suet. Dom. c. 8. *Sed magna*  
*lis est de lectione et interpretatione h. l. vid. Burm. Hanc lectionem a*  
*Cuiacio prolata e MSS. tuetur Graevius et explicat, vt modo dictum in*  
 PERFVNDO ad Cic. pro Rosc. Am. c. 29.

PERFVSORIE. Adu. *Confuse, obscure, et non plene exprimendo.*  
 Seacuola in l. Qui libertatis §. Sed et. D. de Euiet. Sed et si quis in  
 venditione statu liberum perfusorie dixerit, conditionem autem liber-  
 tatis celauerit, emti iudicio tenebitur, si id nescierit emtor. *Vid.*  
 omnino ad Cic. l. c. *Add. l. 5 §. 1 D. quod vi aut clam. Debit et*  
 diem et horam de nuntiatione complecti, et vbi, et quot opus futu-  
 rum sit, neque perfusorie aut obscure dicere aut denuntiare.

PERFVNGOR, functus sum, gi. Dep. [ἐπιτελέω] *Ad extremum*  
*obire munus. Cic. pro Cluent. 116 Aut quod se perfunctos, iam esse ar-*  
 bitrantur, quum de reo iudicarunt, negligentius attendunt caetera.  
 Ter. Hec. 4, 2, 18 Dum aetatis tempus tulit, perfuncta satis sum: fa-  
 tias me iam tenet studiorum istorum. Perpeti et perfungi Cic.  
 Fam. 1, 9. Bello misero fatalique perfungi Idem pro Marcell. 31  
 c. 10. *Filia tua omnibus Bonis perfuncta est* Seru. Sulpic. ad Cic.  
 Fam. 4, 5. Cura perfungi Liu. 26, 17 pr. Molestia propria

perfungi Cic. Fam. 5, 12. Munere quodam necessitatis et graui ope-  
 re perfungimur, dum sumus inclusi in his compagibus corporis Idem  
 de Senect. 77. Periculis aliquibus perfungi Idem pro Muraen. 4.  
*Absolute. Equidem iam perfunctus sum* Idem pro Domo c. 17.

PERFVNCTVS, a, um. Partic. [ἐπιτελέως] Cic. Fam. 1, 860  
 Quum et honoribus amplissimis, et laboribus maximis perfuncti esse-  
 mus. *Vid. h. l. Manut. Fato perfunctus* Liu. 9, 1. *i. Mortuus.*  
 Breui et inglorio Imperio perfunctus Tac. Ann. 12, 14, 7. Cic. pro  
 Domo 134 Quos memoriae proditum est ab ipso Hercule perfuncto iam  
 Laboribus, sacra didicisse. Parua perfunctus opella Lucret. 1, 65  
 1107. Quae tamen omnia te Vita perfuncta sequentur Idem 3, 982.  
 Perfunctus a febris Varr. de R. R. 2, 4. *i. Liberatus. Perfunctus,*  
*cum Accusatio. Lucret. 3, 969 Omnia perfunctus vitai praemia mer-*  
*ces. Alii Perfructus. ¶ 2 Passiu. Cic. pro Sext. c. 4*  
 Sed repeto memoriam perfuncti periculi *i. superati.*

PERFVNCTIO, ōnis. f. [ἐπιτέλεισις] Cic. de Orat. 3, 7 c. 2  
 Qui autem ei annus primus ab honorum perfunção, etc. Idem  
 de Fin. 1, 49 c. 15 pr. Nam neque laborum perfunção, neque perpe-  
 sio dolorum per se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitates, etc.

PERFVNCTORIE. Adu. *Perfungendi causa, vt dicere possis te*  
*fecisse, atque adeo sine studio, quia non tam tua quam aliena voluntate.*  
 Vlpian. in l. 5 Aut qui §. 1 D. Quod vi aut clam, Neque perfunctorie  
 aut obscure dicere, aut denuntiare debet. *i. Non bona fide, nec*  
*ex animo, nec iusta denuntiatione, vt quum dicimus Rogatus rogo. Bud.*  
*Hoc tamen in loco Haloander legit Perfusorie, non Perfunctorie. Pan-*  
*dectae etiam Florentinae habent Perfusorie. Vid. DICIS causa. Lau-*  
*datur etiam* Papin. in l. Propter. D. de Senatusc. Syllan. Heredibus,  
 qui non perfunctorie debitum officium impleuerant, etc. *Pandectae*  
*Florent. habent Defunctorie. Vid. Duker. de Latinit. ICtor. p. 408. Cer-*  
*sus est Verberare aliquem non perfunctorie* Petron. c. 11. *Et Si per-*  
 functorie atque adulatorie res agatur August. Epist. 148 pr. Non  
 perfunctorie motus videris Ambros. Epist. 14 pr.

PERFVRO, ĩre. [καταμάτω] Lucret. 1, 276 Ita perfurit acri  
 Cum fremitu. *i. Vehementer furit. De vi et impetu ventorum. Virg.*  
 Aen. 9, 343 Incensus et ipse Perfurit. Perfurit Herodes Pru-  
 dent. Tetrast. 29. Sil. 8, 606 Nec non cum Venetis Aquileia per-  
 furit armis. *Sic edit. antiquae. Nunc editur Aquileia superfluit*  
 armis.

PERFVSORIE, PERFVSIO, PERFVSVS: *vid. PERFVNDO.*

PERGA, ae. f. [Πέργη] Oppidum in Pamphylia, a quo Diana 95

PERGAEA, propter templum illi dicatum Pomponius Mela 1, 14.

PERGAMIS, ĩdis. f. Epiri oppidum videtur Varr. 2, 2, 1 Quid

pastores a Pergamide, Maledoue potis sint.

PERGAMVM, i. n. *Minoris Asiae insignis ciuitas, quae sub At-*  
*talicis regibus diu fuit fortunata, et thesauros seruabat Lyfsmachi Aga-*  
*thoclis filii, qui vnus fuit ex successoribus Alexandri. Haec Strab. l. 13.*  
 Plin. 10, 21 f. 24 Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice  
 editur, ceu gladiatorum. *Sed ¶ 2 Pergama, orum. Ar-*  
 cis *Troianaenomen: Virg. Aen. 1, 655 Pergama dum peteret. Vn-*  
 de κατ' ἄρχην Arces omnes Pergama dicuntur: vt Poëtam dicimus, et 105

- intelligimus Virgilium, Seru. in illud Aen. 2, 555 Troiam incensam et prolapsa videntem Pergama. *Hinc signate, et distinguendi causa* Lucret. 1, 477 Nec clam durateus Troia Pergama partu Inflammasset equus, etc. *Sic reposuit, et recte, Lambinus, quum caeteri codices*
- 5 Troianis legerent. Euerfa Pergama Virg. Aen. 2, 571. Sil. 13, 64 Iani Phryx condebat Lauinia Pergama victor, Armaque Laurenti figebat Troica luco. *Sic vocat Lauinium oppidum ab Aenea conditum.* Neptunia Ouid. Epist. 3, 151. Teucra Sil. 13, 37.
- 10 PERGAMĒVS, a, um. Adi. [Περγάμω] A Pergamis Troianis, pro Troiano dicitur. Gens Pergamea Virg. Aen. 6, 63. Arces Idem ib. 3, 110. Ruinae Idem ib. 3, 476. Vates Pergamea, Cassandra Propert. 4, 1, 51.
- 15 PERGAMĒVS, a, um. Adi. [Περγάμω] A Pergamo Attalica urbe, Cic. pro Flacco 64 Num honestior est ciuitas Pergamena, quam Smyrnae? Et annos iam triginta in foro versaris, sed tamen Pergameno. Iurisdictio Plin. 5, 30. Naues Nepos 11, 5.
- 20 PERGAMENA, ae. f. Absolute pro Charta sive Membrana Pergamena dicitur. Isidor. 6, 11 Pergameni reges cum charta indigerent, membranas primo excogitauerunt. Vnde et Pergamenarum nomen hucusque tradente posteritate sibi seruatum est, etc. Plin. 13, 11 f. 21 Mox aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis, supprime chartas Ptolemaeo, Varro membranas Pergami tradidit repertas:
- 25 PERGAUDEO, gaudis sum, ēre. [καταχαλω] Vehementer gaudere. Cic. Q. Frat. 3, 1, 3 Trebonium meum a te amari, teque ab illo, pergaudeo.
- PERGIGNO, ēre. [καταγινώω] Idem quod simplex Gignere. Catul. 65, 89 Quales Eurotae pergignunt flumina myrtos. Sed Prognunt meliores.
- 30 PERGO, perrexi, perrectum, ēre. [περιβομαι, διατελω] Iter facere, ire, quasi perregerere viam. Ter. Adelph. 4, 2, 48 Sed cesso ad eum pergere? Pergit huc Ter. Eun. 2, 1, 22. Idem Hec. 3, 4, 36 Horsum pergunt. Cic. ad Brut. 10 Quamquam dolebam in eam me urbem ire, a qua tu fugeres, qui eam liberauisses: quod mihi quoque quondam acciderat, periculo simili, casu tristiore: perrexi tamen, Romamque perueni. Perge ire ad Phaurinum Gell. 14, 2. Liu. 22, 53 Pergit deinde ire, sequentibus paucis, in hospitium Metelli. i. Incipit ire. Domum Ire pergam Ter. Phorm. 1, 4, 17. Cic. de Diuin. 1, 26 Qui quum ex itinere quodam proposito et constituto reuertisset, aquilae admonitus volatu, conclaue illud, ubi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Conf. Cic. Acad. 1 c. 1. Pergo tendere aliquo Virg. Aen. 6, 198. Obuium pergere alicui Auct. ad Herenn. 4, 65. Hac pergito Ter. Adelph. 4, 2, 38. Domos pergunt eorum, apud quem quisque seruiert
- 45 Liu. 2. Iter pergere Ter. Hec. 1, 2, 119. Iter pergere ambitione ac periculis vacuum Tacit. Ann. 4, 20. Viam aliquorum (Lambin. aliquot) dierum in Macedoniam, ad Planciumque perrexi Cic. pro Planc. 98 c. 41. Ad litora pergens Sil. 7, 71. Cic. de Nat. Deor. 3, 64 Neptunum esse dicis animum cum intelligentia per mare pergentem. Alias Pertinentem. Pergere, pro Praeterire: Idem Att. 3, 20 Sed pergo praeterita. Pergere, Prosequi, perseverare, procedere. Ter. Adelph. 2, 1, 27 Nam si molestus pergis esse, iam intro arripere. Cic. de Amicit. 32 Tu vero perge Laeli: pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure respondeo. Pergam
- 55 atque insequar longius Cic. Verr. 3, 51. Ut facitis pergit adolefcentes Idem de Orat. 1, 34. Eadem via pergere qua caeteri Idem de Diuin. 1, 123. Ordine perge quatuor mihi istas partes explicare Idem in Partit. 28. Ordine suo cuncta pergunt Valer. Argon. 1, 531. Conficere iter reliquum pergas Cic. de Orat. 2, 290 c. 71
- 60 extr. Disponere carmina pergam Lucret. 3, 421. Extinguere iuvenemque pergunt Valer. Argon. 1, 31. Proficisci ad instituta pergemus Auctor ad Herenn. 3, 1. Scribere quaeso perge Cic. Att. 10, 18. Tenere viam, quam instituisti perge Q. Cic. de Petit. Conf. 42. Si pergis, per parenthesim: Liu. 2, 40 De his videris: quos (si pergis) aut immatura mors, aut longa seruitus manet. Cic. de Legib. 2, 68 Nos vero frater, et copiose quidem: sed perge ad caetera. Idem Philipp. 13, 40 Pergit in mea maledicta: quasi vero ei pulcherrime propria processerint. Idem in Catil. 1, 10 Quae quum ita sint Catilina, perge, quo coepisti. Perge porro hoc
- 70 idem interdictum sequi Idem pro Caecin. 59. Et de Finib. 4, 75 Perge porro: sequentur enim, quae tu scientissime complexus es. Perge reliqua: gestio scire ista omnia Cic. Att. 4, 10. Pergite animo forti Lacedaemonii, hodie apud inferos fortasse coenabimus Idem Tusc. 1, 100. Virg. Ecl. 6, 13 Pergite Pierides. Festus. Ter. Phorm. 1, 4, 17 Domum ire pergam, ibi plurimum est. Confestim ad eum ire perreximus Cic. Acad. 1 c. 1. Cursim ad aliquos pergere Idem Tusc. 5, 13. Gradu non dubio perge Sen. Thyest. 5. Protinus pergere et properare Romam Idem Q. Frat. 1, 6. Ter. Phorm. 5, 6, 27 Hoc ubi ego audiui, ad fores suspenso gradu placide ire perrexi. Perge in virum Plaut. Men. 4, 2, 47. *intell. dicere, inuehi.* Pergor, *Pessuum.* Tacit. German. 42 Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danubio pergitur. Quo tamen in loco putauerim potius verbum esse impersonale. Conf. Non. 11, 27. Macrob. Sat. 7, 16. Pergin? comicum, pro Pergisne? Plaut. Amphit. 1, 1, 193 Pergin' argutari? Quasi dicat, Non cessabis?
- 75 PERGENS, entis. Partic. Neptunus per mare pergens Cic. de Nat. Deor. 3, 64 c. 25. Vno animo pergentes Sallust. Fragm. c. 22. Add. ibid. c. 28.
- 80 PERRECTVS, a, um. Aliud Partic. Apul. Met. 2 p. 125, 28 Oculis perrectis et obarmatis ad vigilias. Alii legunt Perfrictis, alii Perfrictis.
- PERGLISCO, ēre. Plene gliscere, i. crescere, saginari, pinguescere. Colum. 8, 7 Gallina, quae prima luna saginari coepta, vigesima pergliscit.
- 95 PERGNARVS, a, um. Adi. Apul. Apol. p. 290 Magia ars est diis immortalibus accepta, colendi eos et venerandi pergnara.
- PERGRACILIS, e. Adi. [κατάλαπτος] Valde gracilis. Plin. 25, 13 Longiore caule, sed pergracili.
- PERGRAECOR, ari. [καμαζω, ὑπεμαζω] Epulis et potationibus inservire, inquit Festus. Formula sumta a Graecorum moribus. Plaut. Bacch. 4, 7, 14 Propterea hoc facio, ut siudeas gnato meo, ut pergraecetur tecum, ter venefice. Quid sit Pergraecari, ipsa Plauti verba satis indicant in Mostell. 1, 1, 21 Dies noctesque bibite, pergraecamini, amicas emite, liberate, pascite parasitos, opfonate pollucibiliter.
- 105

**PERGRANDIS**, e. Adi. Plaut. Persa 4, 3, 23. Cic. Verr. 4, 62 c. 27. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi trulla excavata cum manubrio aureo. Natu pergrandis Liu. 29, 29. Pecunia Cic. Verr. 2 c. 7. *Al. praegrans.* Idem pro Lege Agrar. 1, 10. Iubet eosdem Decemuiros omnibus agris publicis pergrande Veſtigal imponere.

**PERGRANDESCO**, ěre. Accius apud Non. 2, 358. Fruges prohibet pergrandescere.

**PERGRAPHICVS**, a, um. Adi. [*παν γραφικος*] *Ad vnguem factum, absolutum, et quasi pictoris manu expolitum.* Plaut. Trin. 10, 5, 2, 15. Modo mihi aduenienti iugator quidam accessit obuiam, nimis pergraphicus sycophanta, *h. e. plane sycophanta, ut si pingere velles sycophantam, ad huius exemplum pingere posses.*

**PERGRATVS**, a, um. Adi. [*ειχαρις*] *Admodum gratus.* Cic. de Amicit. 16 c. 4. Pergratum mihi feceris, spero item Scaeuolae, si (quemadmodum soles de caeteris rebus, quum ex te quaeruntur) sic de amicitia disputaris, quid sentias. Id. Q. Frat. 3, 1. Id mihi pergratum, perque iucundum erit. Cic. de Fin. 5. Sed mehercule pergrata mihi oratio tua. *Tmesis elegans, et sollemnis in hac Praepositione.* Cic. Att. 1, 20. Per mihi, per inquam gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, etc. Eidem 5, 20. Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum.

**PERGRAVIS**, e. Adi. [*πολυβαρης*] *Valde grauem significat.* Cic. pro Sext. 107 c. 50. Huius oratio et pergravis et grata concioni fuit. Testes pergraves. Idem pro Cacl. 63 c. 26.

**PERGRAVITER**. Adu. [*πολυβαρειως*] *Admodum grauiter.* Cic. Att. 1, 10. Hoc te intelligere volo, pergrauiter illum esse offensum. Id. de Orat. 1, 227. Idem Qu. Seruium Galbam, quem hominem probe nosse et commeminisse se aiebat, pergrauiter reprehendere solebat.

**PERGULA**, ae. f. [*σοδα*] *Locus apertus a multis lateribus aërem excipiens, aliquando extra parietem porrectus, et modo tectus, modo sub dio expositus.* *Distia a pergendo, i. perigendo vel porrigendo, quia Pergula, pars est domus exporrecta et propendens.* Plin. 35, 10 de Apelle, Perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia, quae notarentur, auscultabat, vulgum diligentiore iudicem, quam se praeferebat. Pergula pictorum, veri nihil, omnia falsa Lucil. ap. Laetant. 1, 22. Pergula, *υπερων και ιεστα* Gloss. Vet. *μεσοδμη, υπερων, οροφη, τονδ οικημα* ibid. Propert. 4, 5, 67 in paupertatis descriptione, Horruit argenti pergula Curta foco.

*Beroaldus legit Pertica: sed ex veteri scriptura sic restituit Turnebus, nec sine ratione. Nam pauperes, quibus cella non erat, nec domus, interdum in pergulis habitabant, in quibus etiam vilissima scorta, et omnium libidini prostituta merebant. Sed Brouckhus. Tegula, quae pro foco pauperrimis seruebant.* Plaut. Pseud. 1, 2, 79. Te ego ipsam culleo cras faciam deportere in pergula. *Sic et Crassitius libertinus pauper grammaticus, cui per inopiam habendae in aedibus scholae potestas non erat, docuit in pergula.* Sueton. de Gramm. c. 18. Hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adiuvat: deinde in pergula docuit, etc. Magistrales pergulae, *i. Scholae;* Vopisc. in Saturn. c. 10. In Africa Rhetoricae operam dederat, Romae frequentauerat pergulas magistrales. *Sed et alii in pergulis magistris.* Iuuen. Sat. 11, 137 de coenis diuitem loquens, Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis Pergula, *i. omnes artifices illam struendi et carpenti cibos artem in pergulis docentes.* Pergula, *omnino Locus est accommodatus exponendis venalibus rebus.* Vlp. in l. Haeres, De iudiciis, At si quo constitit non dico iure domicilii, sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, seu officinam conducens, ibique distraxit vel egit: defendere se ex loco debet.

¶ 2 Pergula, *in vineis Topiarium opus significat.* Columel. 11, 2, 32. Si quae pergulae vitium generosarum, a putatoribus relictae sunt, ante Calendas Apriles vtique deputari debent. Idem 4, 21, 2. Illa enim pergulae magis quam vineae figuram obtinet, quae supra hunc modum materis distenditur. Conf. Plin. 21, 3. ¶ 3 Preculam pro Pergulam dixit Tinca Placentinus apud Quintil. 1, 5, 12.

**PERGULANVS**, a, um. Adi. Pergulana vitis, *Quae pergulis adiungitur, et sustinetur.* Columel. 3, 2, 28.

**PERGVS**, i. m. Lacus Siciliae apud Ennam urbem, ubi Proserpina a Plutone raptu dicitur. Vid. Ouid. Met. 5, 386.

**PERHAURIO**, ěre. Apul. Met. 10 p. 246. Calicem vno haustu perhausi. Vid. etiam Tertull. ad Nation. 1, 15 extr.

**PERHAUSTVS**, a, um. Mille perhaustis ignibus instaurat vires Corn. Seuer. in Aetna v. 420.

**PERHERCLE**. Adu. Perhercle res miranda Gell. 3, 6. Sed *Tmesis, res permiranda, i. valde miranda.*

**PERHIBEO**, ui, ěre. [*φημι, λεγω*] *Dicere et affirmare, quasi dicas per ora habere: fere enim de sermone et sententia multitudinis adhibetur.* Columel. 3, 8, 3. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Ter. Adelph. 3, 4, 58. Tam maxime vos aequo animo aequa noscere oportet, si vos vultis perhiberi probos. Caelum nostri, Graii perhibent aethera Cic. de Nat. Deor. 2, 91. Ex Pacuio. Vt perhibetis Csc. pro Lig. c. 8. Idem in Arato 451. Cum quibus (Vt perhibent) ausa est contendere forma. *de Cassiopeia.* Sic et Virg. Aen. 4, 179. Cic. de Nat. Deor. 2, 109 c. 42. Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graii. Idem de Diuin. 2, 12 c. 5. Bene, qui coniciet, vatem hunc perhibebo Optimum. Honorem perhibere, *est idem quod habere, cum incremento quodam, vt videtur: quod ipsum quoque ad sermonem et sententiam pertinet.* Plin. 15, 4. Oleae honorem Romana maiestas magnum perhibuit. *Al. praebuit.* Sed ita etiam idem Plin. 19, 4. Virgilio quoque confesso, quam sit difficile verborum Honorem tam paruis perhibere. Varro de R. R. 2, 5. Tu vero Muti veni mihi aduocatus, dum assēs soluo Palilibus, si postea a me repetant, vt Testimonium perhibere possis. *Etiam hic perhibere dicere est.* Plaut. Afin. 1, 3, 36. Si ecastor nunc habeas, quod des, alia Verba perhibeas, *h. e. Longe aliud diceres.* Sic etiam Cic. Att. 1, 1. In causa vniuersorum creditorum, hominum praesertim amplissimorum, qui sine eo (Subaudi Patrono) quem Caecilius suo nomine perhiberet, *i. diceret, legeret.* Passuum: Cic. Tusc. 1, 28 c. 12. Eademque famae celebritate Tyndaridae fratres, qui non modo adiutores in praeliis victoriae Pop. Rom. sed etiam nuntii fuisse perhibentur. Tellus falsa, quae perhibetur amara Virg. Georg. 2, 238.

¶ 2 Quod Perhibere dare esse volunt, nihil, puto, est. Laudant Plaut. Pseud. 1, 2, 49. Cur ego vestem, aurum, atque ea, quibus est vobis vsui, perhibeo. Sed praebeo recte legitur, vt Menaech. 5, 2, 51. Ancillas, penum recte perhibet, *i. praebet, ex quo contractum est.* Eadem ratio Pseud. 1, 4, 134. Et Merc. 2, 1, 45. Sic Quintil. 1, 1, 12

10

*quidam legunt Latinus (sermo) vel nobis nolentibus se perhibet: Verum recte Burm. praebet: nisi melior altera lectio, Latinum — nolentibus perhibet.*

5 **PERHIBENDVS**, a, um. Partic. [πατέας] Cic. Fam. 5, 12 Nec minus est Spartiatus Agefilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt.

**PERHIËMO**, ãre. *Tota bieme esse.* Columel. 11, 3 pr. Sulcos vacuos perhiemare patiemur.

10 **PERHILVM**. Adu. [πάνο ὀλίγον] Ex Per et Hilum, *Perpaulum.* Lucret. 6, 575 Hac igitur ratione vacillant omnia tecta, Summa magis mediis, media inis, ima perhilum. *De terrae motu.*

**PERHONESTVS**, a, um. Adi. Arnob. 2 p. 76 Sint licet perhonesti, fuerint laudabiles.

15 **PERHONORIFICVS**, a, um. Adi. [πολυτίμιος] *Valde honorificum significat.* Cic. Att. 2, 18 Consalutatio forensis perhonorifica: signa praeterea benevolentiae permulta a nobis impertuntur.

**PERHONORIFICE**. Adu. [πολυτίμιως] Cic. Att. 14, 12 Hic perhonorifice et amice Octavius, quem quidem sui Caesarem salutabant.

20 **PERHORREO**, ãre. *sive PERHORRESCO*, ãre. [μεγάλα Φέτρω] Cic. Att. 9, 10 Sed genus belli crudelissimi et inaximi, quod nondum vident homines quale futurum sit, perhorruui. Eidem 13, 25 Sed quid est tandem, quod perhorrescas? *Inter Pertimescere et*

25 **Perhorrescere.** Cic. Verr. 4, 78 Hanc tu tantam religionem, si tum in imperio propter cupiditatem atque audaciam non pertimescebas, ne nunc in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorrescis? Clamore perhorruit Aetna Ouid. Met. 13, 877. Corpore toto perhorrescere et commoueri animo Cic. Verr. (Diuinat.) 1, 41 c. 13.

30 **Idem in Pison.** 45 Qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, Recordatione denique ipsa Consulatus vestri perhorrescat. Aequor latum perhorruit Ouid. Met. 6, 204. Bosphorum nauita perhorrescit Hor. Carm. 2, 13, 15. Castus perhorre Ouid. Trist. 5, 9, 15.

35 **5, 31.** Dissolutionem naturae valde perhorrescere Cic. de Finib. Lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum ac puerorum perhorrescere Idem in Catil. 4, 12. Memoriam alicuius diei Id. Philipp. 13, 31 c. 15.

**PERHORRIDVS**, a, um. Adi. [πολυφρικτώδης] Liu. 22, 16 Poenus contra intra Formiana faxa, ac Linterni arenas, itagnaue perhorrida situ hibernaturus esset.

**PERHOSPITALIS**, e. Adi. [πολυξένιος] Cic. Verr. 4, 3 c. 2 Huius domus est vel optima Messanae, notissima quidem certe, et nostris hominibus apertissima, maximeque perhospitalis. *Al. hospitalis.*

45 **PERHOSPITVS**, a, um. Adi. *Adfertur ex* Tibull. 4, 1, 142 *Ardet Aereis aut vnda perhospita campis. Sed versum varie tortum et vexatum ita constituit Nic. Heinsius, et recepit Brouckhusius, Rapidus, Cyri dementia, Gindes Radit Aereos haud vna per hostia campos.*

**PERHVMANVS**, a, um. Adi. [πάνο Φιλάνθρωπος] Cic. Q. Frat. 2, 5 Multumque is mecum sermonem habuit, et perhumanum de discordiis mulierum nostrarum. *Ad. Id. Att. 16, 12.*

**PERHVMANITER**. Adu. *Idem.* Cic. Fam. 7, 8 Scripsit ad me Caesar perhumaniter.

**PERHVNILIS**, e. Adi. Corpus perhumile Atmian. 16, 16.

55 **PERI**, [περί] *Praepositio Graeca, quae modo De, modo Ultra, modo Circum significat: a qua quoniam multa per compositionem fiunt, eam non omittendam censuimus.*

**PERIACTI**, òrum. m. Pl. [περίαικτοι] *Quasi tu circumagiles dicas, Machinae versatiles ad scenarum mutationes, apud Vitruu. 5, 7. Vid. Bald. Lex. Vitruu. p. 81.*

60 **PERIAMBVS**, i. m. *Pes constans duabus syllabis breuibus, qui Pyrrhichius alias dicitur* Quintil. 9, 4, 80.

**PERIANDER**, dri. m. [Περωνδρος] *Corinthiorum rex, vnus e septem sapientibus, apud quem reliquos in conuiuio fuisse fingit Plutarchus. Sententiam illi tribuit μελέτη τὸ πᾶν Aufonius p. 286. Sed alias p. 290.*

65 **PERIBOËTON**, i. n. [περιβόητον] *Graeci Celebrem, famigeratumque dicunt. Plin. 34, 8 de operibus ex aere, Item Catagufam, et Ebrietatem, et Liberum patrem, nobilemque vna Satyron, quem Graeci periboëton cognominant.*

**PERIBOLVS**, i. m. *s. PERIBVLVM*, i. n. [περιβολος] *Latine Ambitus, Lorica murorum, a verbo περιβάλλω, ambio, circumdo, Septum, corona domus, quae fit, ne quis delabatur: Vtitur Vulg. Ezech. 42, 7. Vet. Gl. apud Salm. ad Spartian. Nigr. 12 p. 677 Peribulum, deambulatorium. Et Deambulatorium peribulum. Conf. CHALCIDICVM n. 3. et DOMA.*

75 **PERIBOMIVS**, i. m. *Archigallus cinaedus apud Iuuen. Sat. 2, 16 ex re impositum videri nomen potest, qui versatur περί τὰς βωμὰς circum altaria.*

**PERICARPVM**, i. n. [περικαρπον] *Bulbi genus est. Eius duae sunt species, cortice rubro alterum: alterum nigro, papaveri simile. Vtrumque habet vim exalfaciendi: vnde et contra cicutam datur* Plin. 25, 10.

**PERICHRISTARIVM**, i. n. *Medicamenti nomen ap. Marcell. Empir. c. 8. Περιχρίστιον est circum ungere.*

85 **PERICLES**, is. m. [Περικλῆς] *Atheniensis clarus auctoritate et eloquentia, quem Olympium Poetae comici vocant, quod tonare in concionibus ac fulmen cedere videretur. Habuit in administratione Reipub. aduersarium Thucydidem Milesium, virum nobilem ac potentem. Suggestum ascensus, diis vota faciebat, ne verbum se imprudente, aut inuito efflueret, quod ad Rempub. minus pertineret. Periclis etiam meminit Cic. in*

90 **Brut. 15. Et de Off. 1, 14. Meminit et Quintil. 11, 2. et 1, 18. Item 12, 8 et 10. Et 3, 1 ubi multa de eo reperias.**

**PERICLITOR**, *vid. PERICVLVM.*

**PERICLYMËNOS**, i. m. *sive PERICLYMËNON*, i. n. [περικλύμενος] *Herba, quae Latinis Volucrum maius appellatur: vulgo Caprifolium sive Matrisfilua, aut materfiluarum. Plin. 27, 12 Periclymenos fruticat et ipsa, ex intervallo duo folia habens, subcandida, mollia. ¶ 2 Periclymenus, i. m. [περικλύμενος] Filius Nelei, et frater Nestoris et Chromii, teste Homero lib. 11 Odyssae, qui ab Hercule in bello interemptus fuit. Huic a Neptuno auo concessum omnia fieri: sive in vrsu, sive formicam, sive apem se vertere, ut Apollonius, et item Hesiodus Poetae testantur. Huius historiam vide apud Ouid. Met. 12, 556 Mira Periclymeni mors est, etc. Nelides Periclymenus Val.*

100 **Argon. 1, 388.**

**PERICOPE**, es. f. [περικοπή] *Amputatio, vel concisio, sive potius pars libri, inde velut abscisa et excerpta. Hier. adu. Iouin. 2 p. 42.*

*D Froben.* *Exposita περικουή Apostoli, de huiusmodi quaestionibus disputantis. Laudatur idem Hieronymus ad Pammach.* Aut si tu quoque narem conlaxeris, illam Apostoli περικουήν, id est amputationem, in qua de virginitate et de nuptiis disputat, aliter differere compelleris. *Sic vulgo,* pericopae Euangelicae.

**PERICVLVM, i. n.** [*κίνδυνος, κινδύνημα*] a Pereo deducitur; et Salutis discrimen significat. *Vid. Beermann. Orig. p. 910. Et Voss. Etym. p. 34. Sed vid. mox n. 4.* Virg. Aen. 3, 367 Obscenamque famem, quae prima pericula, vito. Periculum, in utramque partem dicebatur: Apuleius Apol. p. 292, 3 Possem equidem bono periculo vel his dictis contentus perorare. *Et Cui bono periculo totam domus fortunam concrederet Apul. Apul. p. 320, 15. i. bona spe lacti exitus.* Ter. Hec. 4, 1, 46 Nam si periculum vllum in te est, periisse me vna haud dubium est. Da meo periculo rem saluam ego exhibebo Plaut. Afin. 2, 4, 51. Idem Capt. 2, 2, 99 Ne vereare, meo periculo huius ego experiar fidem. Cic. Verr. 1, 15 Nihil est iam, quod in hac causa peccare Iudices quisquam, nisi vestro periculo possit. Sine tuo periculo Idem Diu. Verr. 27. *Et Att. 6, 1 Impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse.* Suo periculo versari in aliqua re Cic. Verr. 5, 59. Casus periculorum Catull. 21, 11. Comites discriminum periculorumque dii Cic. de Nat. Deor. 2, 166. Consors periculi Senec. Agam. f. 13. Expers periculi Cic. Fam. 4, 15. Metuens periculi Virg. Aen. 5, 716. Cels. 2, 1 Qualia corpora maxime tuta, vel periculis Opportuna sint. ¶ 2 *Speciali intellectu periculum dicitur de capitalium causarum iudiciis.* Persona in iudiciis periculisque tractata Cic. pro Arch. c. 2. Conf. ib. c. 6. *It. pro S. Rosc. Am. c. 30. Et Fam. 6, 11 pr.* Hunc in periculis non defendit Nep. 19, 2, 3. Non eandem esse conditionem litium ac disputationum, fori et auditorii, praeceptorum et periculorum Quintil. 10, 1, 36. *Sic Ammian. Marc. 31, 4 Sui periculi iudices vocat, qui de sua ipsi causa apud conscientiam suam iudicant.* Vid. *Iac. Gothofr. ad l. 2 C. Th. de sentent. ex peric. recit.* ¶ 3 *Iam videamus Epitheta:* Animosa pericula, vid. ANIMVS. Aperta, vid. APERIO. Capitale, vid. CAPITALIS in CAPVT. Dubia Lucret. 3, 55. *Apertissimo epitheto Pericula dubia appellauit, quia incertum est, vtrum quis ex iis saluus euadere possit, necne.* Sic dicimus, In dubiis rebus: sic, Dubia tempora, et Dubii casus. Hor. Carm. 3, 25, 18 Dulce periculum est sequi deum Cingentem viridi tempora pampino. Dura Idem Serm. 1, 2, 40. Iuuen. Sat. 12, 82 de sonstrina, Gaudent vbi vertice raso, Garrula securi narrare pericula nautae. Garrula, ab effectu: h. e. Quae non sine magna garrulitate referuntur, et nautas garrulos faciunt. Matura Claud. in Ruff. 2, 15. Metuenda Hor. Epist. 2, 1, 136. ¶ 4 *Verborum formae:* Abesse a periculo, vid. ABSVM. Accedere periculum, et ad periculum, vid. ACCEDO. Accedere cum periculo ad flammam, vid. CVM. Cic. Philipp. 7, 1 Adducta est, P. C. res in maximum periculum, et extremum paene discrimen. Vitae periculum Adire Scribon. 100. Adire, vid. ADEO, ire. Cic. Off. 1, 154 Si ei tractanti contemplantique res cognitione dignissimas, subito sit Allatum periculum, discrimenque patriae. Affici animo in prouisis periculis Id. pro Muraen. Amoliri, vid. AMOLIOR. Arcere aliquem periculis Virg. Aen. 8, 73. Arcescere in periculum, vid. ARCESSO in ARCEO. Cedere periculo, vid. CEDO. Circumstant te pericula Virg. Aen. 4, 561. Committere se periculo mortis, Communicare amici pericula, Comparare periculum, Conflare, vid. bb. vv. Contremere Hor. Carm. 2, 12, 7. Creare alicui periculum, pro In discrimen vocare. Cic. pro Flacc. 2 Quibus auctoribus et defensoribus omnium tum salus esset non ciuium solum, verum etiam gentium defensa ac retenta, neminem vnquam putavi per eos ipsos periculum huius fortunis, atque insidias creaturum. Decedit de causa eius periculum, Deduci periculo, Deducere rem in periculum, Defendere a periculo, vid. bb. vv. Desuneste magnis pelagi periculis Virg. Aen. 6, 83. Denuntiare periculum Cic. Att. 2, 20. Discere pericula Stat. Theb. 6, 22. Effugit nocturna pericula Lucan. 1, 511. Ereptus periculis Virg. Aen. 3, 711. Depellere periculum, vid. DEPELLO. Exhausta pericula maris et terrae Virg. Aen. 10, 57. Extrahere ex periculis Cic. pro Sext. 11. Facere periculum alicui, pro Adducere in periculum. Tacit. Ann. 13, 33 Tanquam infanti periculum fecissent. Facere periculum, pro Adire discrimen Tacit. Ann. 14, 28. Facere rem periculi sui, Tryphon. in l. Si fundum. D. de fund. dotal. Si mulier praedium vt suum in dotem marito dedit, eumque petere neglexerit vir, quum id facere possit, rem periculi sui fecit. Tacit. Ann. 1, 74 Mox clarissimo cuique periculum Faceffit. Facescere periculum innocenti Cic. Diu. Verr. 45. Fouere periculum alicuius, Adiuuare, vrgere. Plin. Epist. 1, 5 Rustici Aruleni periculum fouerat Regulus, h. e. Accusationem Rustici sub Domitiano, de vita periclitantis. Gliscunt pericula Tacit. Ann. 15, 10. Iactatus periculis Virg. Aen. 6, 693. Imminere periculum sibi putat, vid. IMMINEO. Importare periculum, vid. IMPORTO. Importare cladem periculi Lucret. 3, 825. Impendere periculum Cic. pro Rosc. Amer. 7. Impetrare periculum, Includi in periculum legis, Inire pericula praeliorum, Inferre se in periculum alicui, vid. ff. ll. Inferre se in periculum capitis atque vitae discrimen pro aliquo Cic. pro Corn. Balbo 25. Idem pro Caecin. 83 Non ea sola vis est, quae ad corpus nostrum, vitamque peruenit, sed et iam multo maior ea, quae periculo mortis Iniecto, formidine animum, etc. Inflat periculum ab aliquo, vid. INSTO. Tacit. Ann. 3, 48 Ob intenta Lepidae pericula, h. e. Intentata. Intendere periculum iudicii, vid. INTENDO. Intentare periculum Quintil. 4, 3, 7. Lassata periculis Lucan. 9, 893. Cn. Magnus Marcello Att. 8, 12 Tot et tales viros periculo obsidionis Liberare cupio. Liberatus periculo Quintil. 2, 15. Manet ingens periculum, vid. MANEO. Mittere se in pericula Virg. Aen. 9, 200. Moliri periculum alicui Cic. pro Sext. 1. Idem Fam. 14, 4 Nos Brundusii apud M. Leuium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum et capitis sui prae mea salute Neglexit. Obire periculum, vid. OREO. Liu. 1, 54. Obiectare caput periculis Virg. Aen. 2, 751. Offerre se periculis pro patria Cic. in Catil. 3, 28. Opponere pericula Quintil. 3, 8. Ostentare periculum capitis, vid. OSTENDO. Passus plurima pericula pelago terraque Ouid. Trist. 3, 2, 7. Petuntur sententiae a periculo Quintil. 2, 11, 3. *Et Ex periculo petita verba 10, 1, 121. de figuris audacibus. Add. 8, 6, 11 et quae nos ibi.* Cic. Periculum in vtriusque iracundia Positum est. Priuata periculis natura diuum Lucret. 1, 60. Procreare periculum, vid. PROCREO. Cic. pro Lege Manil. 19 A quo periculo Prohibete Remp. 105

- Cic. pro Rosc. Amer. 7 Periculum, quod in omnes intenditur, Pro-  
pulsatis. Refugere periculum Idem Fam. 10, 30. Respondentur  
minimo periculo, quae consuluntur Idem pro Muraen. 28. Plaut.  
in Mercat. 4, 7, 40 Feliciter is Sapit, qui periculo alieno Sapit.  
5 Spreto noctisque hostisque periculo Ouid. Met. 13, 243. Struere pe-  
riculum Cic. Fam. 6, 7. Subire Hor. Epod. 1, 3. Subire pericu-  
lum pro amico Cic. in Partit. 66. Subicere aliquid periculo Quin-  
til. 7, 2. Periculum Subterfugere Cic. Fam. 15, 1. Cels. 2, 8  
Quos lienis male habet, si tormina prehenderunt, deinde inuersa sunt  
10 vel in aquam intercutem, vel intestinorum laeuitatem, vix vlla medi-  
cina periculo Subtrahit. Sum. Esse in periculo Liu. 28. Quae-  
sivit a medicis Dion, quemadmodum se haberet *Dionysius*, simulque ab  
his petiit, si forte maiori periculo esset, vt sibi faterentur Nep. 10, 2, 4.  
Add. Id. 14, 5, 3. Et 23, 9, 2. *Graeu. ad Cic. Att. 9, 10 p. 55.* Esse  
15 periculo publico ab hostium vi Liu. 23. Ter. Phorm. 2, 2, 19 Aliis  
aliunde Est periculum, vnde aliquid abradi potest. Cic. Tusc. 5, 18  
Haud sane periculum Est, ne non mortem aut optandam, aut certe  
non timendam putet. Periculum Erat, ne ancipiti premerentur pe-  
riculo Nep. 2, 3, 3. Add. Id. 7, 8, 5. Et 18, 8, 2. Ter. Hec. 5, 1, 9  
20 Si vera dicis, nihil tibi periculi Est a me mulier. Idem Heaut. 3, 1, 6  
Quum illi nihil periculi ex iudicio fiet? Suscipere pericula Tacit.  
Ann. 1, 17. Cels. 7, 6 Quae quamuis et in ceruice, et in alis, et in  
lateribus oriri solent: per se tamen non posui, quum ista omnia medio-  
res differentias habeant, ac neque periculo Terreant, neque diuerso  
25 genere curentur. Cels. 8, 10 Humerus vero quoque in periculum  
Venit, si facilius conseruatur. Venire periculo, *vid. Graeu. ad Cic.*  
Att. 9, 10 p. 55. Venit in periculum ne et ea, quae relicta, et haec,  
quae ab ipso parta sunt, amittat Cic. pro Muraen. 55 c. 27. Vocari  
in periculum ac discrimen Idem pro Lege Manil. 12. ¶ 5  
30 Periculum, *Experimentum, quia raro aliquid tentamus sine periculo: nisi  
tamen haec prima nominis significatio est, tractu ab antiquo Perior, de quo  
f. 1.* Nonnulli faciunt imperite, qui in isto periculo non vt a Poëta,  
sed vt a teste veritatem exigant Cic. de Legg. 1 c. 1 *vbi carmen suum de  
Mario intelligit, quod ingenii experiendi causa composuerat.* Pompe-  
35 iani Mylasena pericula belli Aufon. Mosella v. 215 *de naumachia ludi-  
cra.* Conf. Scalig. Lect. Auf. 1, 4. Gell. 13, 8 Sapere et consulere  
ex his, quae pericula ipsa rerum docuerint. Audere periculum in  
aperto Tacit. Hist. 3, 76, 1. Periculo atque negotiis compertum est,  
in bello plurimum ingenium posse Sall. Cat. 2, 2. *Vid. Gron.* Fa-  
40 cere periculum, *Experiri.* Ter. Andr. 3, 3, 35 Illud periculum in  
filia fieri graue est. Idem Heaut. 1, 2, 36 Scitum est, periculum ex  
aliis facere, tibi, quod ex vsu fiet. Add. Id. Hec. 5, 1, 41. Facere  
periculum innocentiae alicuius Cic. in Verr. Act. 1, 34. Sumere  
Tac. Hist. 3, 69, 2. ¶ 6 Periculum etiam scripturae genus  
45 est, iudiciale, publicum certe, et videtur hoc nomine dictum, si quid ipse  
magistratus conceptis verbis scriberet vel diceret, quo magis certum obti-  
neri posset. Periculo enim omnis generis certum dicitur: et qui ante  
in literas refert sententiam, quam pronuntiet, ille ipso illo periculo, illa  
neque et tentamine sit eo certior, et leuem festinationem excludit. Huc re-  
50 ferimus Cic. in Verr. 3, 183 c. 79 *vbi de scribis, Eorum, inquit, homi-  
num fidei tabulae publicae, periculaque magistratuum committuntur.*  
*Apud Nepotem 15, 8, 2 Epaminondas apud iudices suos non recusauit,  
quo minus legis poenam subiret; sed vnum ab iis petiuit, vt in peri-  
culo suo inscriberent, EPAMINONDAS A THEBANIS*  
55 MORTE MULTATVS EST, etc. *i. in illa tabella, quae  
historiam damnationis illius contineret, ad memoriam reponenda in tabula-  
rio, vel etiam exempli causa proponenda in publico.* Ad b. l. egregiam  
*de hoc periculi intellectu disputationem dedit in Commentario suo S. A.  
Bosius. Est in utroque Codice Iustiniano pariter ac Theodosiano*  
60 titulus de sententiis ex periculo recitandis, *vbi l. 2 C. Th. iubent Impy.*  
Gratianus Valent. et Theod. Vt in omnibus negotiis ex periculo pro-  
natiur deliberationis plena sententia: quod hic dicitur ex periculo, illud  
alias vocatur de scripti recitatione, ex libello, scriptas sententias,  
(Not. Iur. Magnon. D. P. de periculo. D. L. de libello) vt ostendit  
65 *Gosbofr. paratitlo, qui etiam iusta commentatione periculi significationem,  
quam diximus, defendit et illustrat. Conf. tamen PARICVLVM.*  
PERICVLVSVS, a, um. Adi. [*ἐπιπεδύνας, κινδυνώδης*] Cic.  
Off. 1, 83 Grauioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites  
habere coguntur. Periculosae plenum opus Aleae. Horat. Od. 2, 1, 7.  
70 Bellum graue et periculosum Cic. pro L. Man. c. 2. Caius in l. Ex  
maleficio. §. Si index. D. de act. et obligat. Si quid suspensum habue-  
rit, cuius casus periculosus sit. Consilium periculosum magis quam  
tutum sequi, bonis omnibus accidere solet Planc. ad Cic. Fam. 10, 18.  
Consuetudo periculosa Cic. de Nat. Deor. 3, 62. Consuetudo peri-  
75 culosa et lubrica assentiendi Idem Acad. 4, 68. Dimicatio Liu. 1.  
Dissimulatio aliquibus periculosa Cic. Att. 14, 16. Locus Id. Acad.  
4, 98. Offensio Id. Fam. 1, 7. Ratio rei gerendae periculosa mihi  
videtur Id. ibid. 1, 7. Vitam periculosam reddere Id. Verr. 1, . .  
Vulnera Cic. Philipp. 14, 26. Turbulenta, temeraria et periculosa  
80 ea sunt Idem pro Caecin. 34. Et Att. 13, 27 pr. Aliter fuisset et  
in hos inofficiosi, et in nosmetipsos, si illum offensuri fuimus, paene  
periculosi. Compar. Plin. Epist. 3, 11 Equidem quum essent philoso-  
phi ab vrbe summoti, sui apud illum in suburbano: et quo notabilius,  
hoc est periculosius esset, sui praetor. Eo periculosior Ira est com-  
85 positis ac remissis moribus, quo plus in iis mutat Sen. de Ira 3, 5 pr.  
Quod omnibus procellis periculosus erat Petron. c. 114. Superlat.  
Liu. 27, 35 Annus periculosissimus. Dimicationes periculosissimae  
Hirt. Bell. Alex. c. 22.  
PERICVLÖSE, Adu. [*ἐπιπεδύνας*] *Cam periculo.* Cic. Att. 10, 1  
90 Aut vel periculose cum bonis, etc. Aegrotans periculose quotannis  
homo Idem ibid. 8, 2. Et pro Milon. 9 c. 4 Facere probus adole-  
scens periculose, quin perpeti turpiter maluit. Navigatur pericu-  
lose hieme Cic. Fam. 16, 11. Ponere periculose aliquid Vlp. in l. Si  
vero. §. Praetor ait. D. de iis, qui deiecer. vel effud. Comparat.  
95 Hirt. Bell. Alex. c. 64 Periculosius navigare. Superl. Senec. de Ira  
3, 32 Quod homines et periculosissime et libentissime faciunt.  
PERICVLÖR, ari. Cato apud Fest. Periculatus sum, *i. Peri-  
clitatus.*  
PERICLĪTOR, ari. [*κινδυνεύω, διακινδυνεύω, παρακινδυνεύω*] *In*  
100 *periculo versari.* Periclitor fama, *b. e. Periculum est, ne perdam fa-  
mam:* Periclitor siti, *Periculum est, ne moriar siti.* Plin. 17, 24 Ar-  
bores gelu periclitantur. Veneno periclitari Iustin. 57, 3, 7. Can-  
cro periclitari Cels. 5, 26. Me Capitis periclitatum memini Apul.  
Met. 8 p. 216. Martial. 6, 26 Periclitatur capite Sotades noster:  
105 Rem putatis esse Sotadem? non est, etc. Illud itaque apparer, Capite  
5 I



- periclitari dicitur ordinariæ, qui sunt rei capitalis accusati, vid. PERICLV-  
LVM n. 2. Periclitari exitu iudicii, opinione, statu Quinctil. 6, 1,  
36. Causa Idem 7, 2, 12. Cic. de Inu. 1, 152 c. 50 Periclitari  
omnia iura, si similitudines accipiantur. Verba non periclitentur  
Quinctil. 7, 3, 17. Conf. Burm. ad Quinctil. Decl. 280 p. 546. Peri- 5  
clitari, cum Infinitiu. Quinctil. 11, 3, 42 Vox una vim non habet:  
summa rumpi periclitatur. Sic Tryphon. l. Ne ex liberalitate ff.  
de re iudic. Periclitatur quis fieri inops. ¶ 2 Periclitari,  
Experiri, periculum facere. Cic. de Orat. 1, 157 c. 34 Subeundus vsus  
omnium, et periclitandæ vires ingenii. Caes. Bell. Gall. 7, 36 10  
Neque vllum fere diem intermittebat, quin equestri praelio interiectis  
sagittariis, quid in quoque esset animi ac virtutis suorum periclitaretur.  
Add. Idem B. G. 2, 8. Difficile non est periclitari Cic. de  
Orat. 3, 144 c. 36. Idem Off. 3, 72 Periclitemur, si placet in iis qui-  
dem exemplis, in quibus peccari vulgus hominum fortasse non putat. 15  
Auctorem quanti plurimi periclitari oportet Vlp. in l. ex emto §. Idem  
ait D. de act. emt. Cic. Verr. 5, 131 c. 50 Homines in praeliis  
non in conuiuiis belli fortunam tentare ac periclitari solent. Idem  
pro Quint. 96 Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est C.  
Aquili. Idem de Divin. 2, 97 Quod aiunt, quadringenta septua- 20  
ginta millia annorum in periclitandis, experiundisque pueris quicun-  
que essent nati, Babylonios posuisse fallunt.
- PERICLITANDVS, a, um. Part. [κινδυνεύτος] Cic. in Ca-  
til. 1, 11 c. 5 Non est sapius in vno homine summa salus periclitanda  
Reipublicæ. 25
- PERICLITANS, antis. Aliud Part. Tacit. Ann. 1, 39, 5 Ne-  
que aliud periclitanti subsidium. Succurrere periclitantibus Scri-  
bon. Epist. in. Aduocatus periclitantium Petron. c. 110. Add.  
ib. c. 114. Multitudo periclitantium Tacit. Ann. 3, 25, 2. Conf.  
ibid. 5, 8, 2. 30
- PERICLITĀTVS, a, um. Part. [διακινδυνεύσις] Cic. de Amic.  
64 c. 17 Est igitur prudentis, sustinere vt cursum, sic impetum bene-  
volentiæ, quo vtamur, quasi aquis tentatis, sic amicitiiis aliqua parte  
periclitatis moribus amicorum, i. tentatis. Sic In portu periclita-  
ti remigio, quid quæque nauium efficere posset Hirt. B. Alex. c. 13. 35  
Add. ibid. c. 43.
- PERICLITATIO, ōnis. f. [διακινδυνεύσις] Experimentum, vsus.  
Cic. de Nat. Deor. 2, 161 c. 64 Quarum vtilitates longinqui temporis vsu  
et periclitatione temporis percepimus.
- PERICLITABVNDVS, a, um. Adi. Puncto pollicis extremam 40  
sagittæ aciem periclitabunda Apul. Met. 5 p. 168. Sui periclita-  
bunda Idem ib. 3 p. 138. Voluntatem meam verbis inuersis peri-  
clitabundus Idem Apol. p. 308.
- PERIDONEVS, a, um. Adi. [πάρου επιτήδειος] Valde idoneum  
significat. Delegerat Iulium, consiliis suis peridoneum Tac. Ann. 45  
4, 12, 6. Suet. de Clar. Gramm. c. 11 Peridoneus praeceptor. Caes.  
Bell. Ciu. 2, 24 Quod is locus peridoneus castris habebatur.
- PERIDROMIS, idis. f. [περιδρομῆς] Hypacthra, i. sublialis  
ambulatio ambiens palæstras, apud Vitruu. 5, 11. et 6, 10 quasi circum-  
cursu nem dicas. 50
- PERIERGIA, ae. f. [περιεργία] Curiositas, superuacua opero-  
sitas. Fabius 8, 3, 55 vbi de ornatu loquitur, Est etiam, quæ Perier-  
gia vocatur, superuacua, vt sic dixerim, operositas. Est Periergia,  
Quod ab opere nostro, studiosus in alienis rebus, quæque ad nos nihil at-  
tinent, impendimus: quale est, quod apud Comicum Menæmus Chreme- 55  
ti nimium curioso obiectat. Tantumne a tua re tibi otii est, Aliena  
vt cures, eaque nihil quæ ad te attinent Heaut. 1, 1, 24. ¶ 2  
Periergia pedissequa Philologiae virginis et collactea apud Martian. Ca-  
pellam l. 2 p. 27. Indicat studium inane et superuacuum vix superari a  
Pbilologia posse. Caeterum personam facit, vt caeteras virtutes ac vitia. 60
- PERIERGON, f. περιεργος odiosum reddit Quinctil. 1, 6, 19 i.  
putidae cuiusdam et peruersæ diligentiae in rebus friuolis.
- PERIERO, vid. PERIVRO,
- PERIGNARVS, a, um. Adi. Sallust. Fragm. c. 29 Locorum  
perignari. Add. Non. 18, 14 vbi tamen Merc. pergnari. 65
- PERILEVCOS, i. m. [περλευκος] Gemma filum habens candi-  
dum ab ipso ore ac radicem vsque descendens Plin. l. vlt. c. 10.
- PERILLA, ae. f. Folia Ouidii. Vid. Ouid. Trist. 3, 7, 1.
- PERILLVS, i. m. [Περικλος] Atheniensis fuit ingeniosus, qui,  
vt placeret Phalaridi, venit Agrigentum, et ex aere taurum artificiosissi- 70  
mum fabricauit, cui ianuam in latere posuit: vt quum inclusus reus sub-  
iectis ignibus torqueretur, mugitum, et non hominis vocem videretur emit-  
tere: pro quo inuento, quum munus a crudelissimo tyranno Phalaride, qui  
nouis hominum tormentis delectabatur, postulasset, in eo ipse includi a ty-  
ranno iussus, ac suppositis ignibus exustus. Ouid. de Arte Am. 1, 653 75  
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit: infelix inuit  
auctor opus. ¶ 2 Perillus, nomen feneratoris apud Hor.  
Serm. 2, 3, 75 Putidius multo cerebrum est (mihi crede) Perilli Di-  
stantis quod tu nunquam rescribere possis.
- PERILLEVS, a, um. Adi. [Περικλεος] Ouid. in Ibin 439 Aere 80  
Perilleo veros imitere iuuenos.
- PERILLVSTRIS, e. Adi. [πολύλαμπρος] Admodum illustris.  
Cic. Att. 5, 20 Ibi morati biduum perillustres fuimus, honorificisque  
verbis omnes iniurias reuellimus superiores.
- PERIMBECILLVS, a, um. vel PERIMBECILLIS, e. Adi. 85  
[πολυκενός] Varro de R. R. 3, 10 Perimbecillum enim id, vt caput  
molle. Cic. Att. 10, 20 (18) Quod quidem est natum, perimbe-  
cillum est.
- PERIMĒDE, es. f. Insignis venefica apud Theocrit. Etydyl. 2. Hinc
- PERIMĒDEVS, a, um. Adi. Propert. 2, 1, 74 Non Perimedeæ 90  
gramina cocta manu.
- PERIMĒLE, es. f. Nympha Hippodamantis filia in insulam sui  
nominis mutata. Vid. Ouid. Met. 8, 591.
- PERIMELIDES, ouium Nymphae Scru. ad Virg. Ecl. 10, 63.
- PERIMĒTER, vel PERIMĒTRVS, i. m. [περιμετρεός] Am- 95  
bitus, circuitus. Vitruu. 5, 6. et Frontin. de Aquaeduct. l. 1 passim.  
Conf. Bald. Lex. Vit. p. 82.
- PERIMO, emi, emtum, ěre. [ἀναίγω] Adimere et tollere signi-  
ficat, suæ etiam interficere. ex Per et Emio compositum, vt Interimo.  
Nempe in his, vt et in Adimo, Demo et Eximo simplex non iam parare 100  
pecunia significat, sed notionem habet multo latius patentem, quam Prae-  
positio finit, et cohibet. Peremere alii posuere pro prohibere, alii  
pro vitare: sic Paullus contraxit, quæ latius Festus, Peremere Cin-  
cius in libro de verbis priscais ait significare, idem quod prohibere.  
At Cato in libro, qui est de re militari, pro vitare vsus est, cum 105

- ait, Cum magistratus nihil aliud audet imperare, ne quid consul auspicii peremat. Plaut. Men. 5, 2, 100 Virum hunc ego perimam impurissimum. Perimere aliquem dolo Sen. Herc. Oet. v. 438. Penitus perimere aliquid Lucret. 1, 226. Cic. Tusc. 1, 117 Si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius? sin autem perimit ac delet omnino; quid melius, quam in mediis vitae laboribus obdormiscere, et ita coniuventem somno consopiri sempiterno? *de die mortis.* Causam publicam si mea mors peremisset, neminem unquam fore, qui auderet suscipere contra improbos ciues Reipubl. salutem Cic. pro Sext. 49. Idem Off. 3, 33 c. 7 Eiusmodi credo res Panaetium persecutorum fuisse, nisi aliquis casus aut occupatio Consilium eius peremisset. Plin. 11, 37 Tunc enim perimit Curas. Disceptationem Vlpian. in l. Et tertium D. de iudiciis. Iabolenus in l. Si is seruus D. de donat. inter vir. et vxor. Quidquid eorum inciderit, quod donationem aut perimat, aut confirmet. Iulian. l. 11 de adim. leg. Qui hominem legat, et Stichum adimit, non perimit Legatum, sed extenuat. Ludos perimere atque tollere Cic. de Arusp. Resp. 23. Idem pro Planc. 101 c. 42 Sin autem vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua maior Reditu peremisset. Dolo perimere aliquem Sen. Herc. Oet. 4.
- PEREMTVS**, a, um. Partic. [*ἀνεμημένος*] Liu. 2, 23 *de nexis loquens*, Obsita erat squallore vestis, foedior corporis habitus pallore ac macie peremti. *i. Eneidi.* Peremta et Interemta, *pro Interfectis poni solet a Plëtis:* Lucret. (4, 44) Quum corpus simul atque animi natura peremta. Festus. Caede peremti Virg. Aen. 9, 453. Flamma. Tertull. in Sodoma c. 4. Fraude peremtus Valer. Argon. 6, 743. Al. Parentum. Morte indigna Virg. Aen. 6, 164. Plagis Idem Georg. 4, 301. Animae bello Lucan. 1, 442. Sensu peremto non potest esse miser Cic. Tusc. 1, 89. Abdidit claram speciem luna, et stellanti nocte peremta est Idem de Diuin. 1, 18 *Ex Poëta.*
- PEREMTĀLIS**, **PEREMTĀLIA**, fulgura dicuntur, quae superiora fulgura aut portenta perimunt, id est, tollunt. Festus. *Add.* Sen. Qu. Nat. 2, 49.
- PEREMTOR**, ōris. m. *Interfector.* Apul. Met. 8 p. 207 Cruentus mariti peremtor. Equis peremtor inelyti regis fuit Sen. Oed. v. 221. *Add.* Prudent. praefat. Hamartig. v. 19.
- PEREMTRIX**, icis. f. Tertull. de Anima c. 42 Mors dissolutrix corporis et peremtrix sensus.
- PEREMTORIVS**, a, um. Adi. [*ἀνοικετινός*] *Mortiferum: a perimendo.* Venenum peremtorium Apuleio 10 p. 243. Spiculum viuientis infantis peremtorium Tertull. de An. c. 35. *Hinc transfertur ad ea, quae litem finiunt, ut apud Vlpian. D. de iudiciis, l. Et tertium, Quibus propositis, tunc peremtorium impetret: quod inde hoc nomen sumit, quod perimeret disceptationem: hoc est ultra non pateretur aduersarium tergiuersari. Paulo ante dixerat, Ad peremtorium edictum hoc ordine venitur. Vid. l. 68. 70. 73 ff. de iudic. l. 53. 54. 59 §. ult. ff. de re iud. Tertull. de Pudic. c. 1. Exceptiones peremtoriae Vlp. in l. 2. et Caius in l. 3 D. de except.*
- PERIMPEDITVS**, a, um. Adi. Locus perimpeditus ante aciem Scipionis Hirt. B. Afric. c. 58.
- PERINCERTVS**, a, um. Adi. [*πάνυ ἀγνώστος*] Gell. 18, 4 *ex Sallustio*, At Cn. Lentulus patriciae gentis, Collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiserat, exigenda promulgauit.
- PERINCOMMŌDVS**, a, um. Adi. [*μέγα ἀνεπιτήδειος*] Liu. 37, 41 Quae nihil admodum Romanis, eadem perincommoda regiis erant.
- PERINCOMMŌDE**. Adu. [*μέγα ἀνεπιτήδειος*] Cic. Att. 1, 17 Sed accidit perincommode, quod eum nusquam vidisti.
- PERINCONSEQVENS**, entis. Adi. [*μέγα ἀνακλάσθως*] *Minime congruum.* Gell. 14, 1 Per autem, inquit, inconsequens ipsum quidem corpus, et habitum tam profundi aëris sub alio atque alio caeli curuamine (*i. climate*) non eundem manere. *Hic interpositae sunt duae dictiones iter Per, et Inconsequens.*
- PERINDE**. Adu. [*ἴσως*] *Significat Ita, eadem ratione, non minus.* Fac sis perinde adeo, ut me velle intelligis Plaut. Amphit. 3, 3, 27. *al. Proinde.* Cic. Att. 13, 49 Quod ego perinde tuebar, ac si visus essem. Caes. Bell. Civil. 3, 60 Perinde ac suis satisfacere, et fraudata restituere velient. *Add.* Cic. Att. 3, 13. Cic. pro Marcell. 12 c. 4 Vereor, ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. Quinctil. 9, 4, 34 Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diuerso pronuntiabuntur.
- PERINDE**. *Quae particulae et alias miscentur a librariis.* Suet. Domit. 15 Nulla tamen re perinde commotus est, quam responso, casusque Aseletarionis mathematici. Cic. pro Quint. 83 c. 26 Atque haec perinde loquor, quasi ipso illo tempore, quum te Praetor iussisset ex edicto possidere. Idem pro Milon. 17 Hoc enim saepe ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille Caecus viam monierit, etc. Gell. 15, 29 Hoc perinde est, tanquam si ego dicam, Est mihi nomen Iulium. Cic. de Orat. 3, 7 Non possum dicere me haec, quae nunc complector, perinde ut dicam, dicenda esse didicisse. Idem Offic. 3, 121 Habes a patre numus M. fili, mea quidem sententia magnum, sed perinde erit, ut acceperis. Haec perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet Ter. Heaut. 1, 2, 21. Quinct. 5, 9, 11 Haec perinde firma habentur, atque extrinsecus adiuantur. Et 5, 13, 58 Perinde ut cuique conueniunt subiicienda. Perinde, *Pariter, aequè.*
- PERINDE**. Plin. Epist. 2, 1 Funus Rufi clarissimi cuius, et perinde felicis. Viuendi ars tanta, tanque operosa, et perinde fructuosa Cic. de Fin. 1, 72. Non perinde, *i. Non multum, seu valde, aut admodum.* Suet. in Galba c. 13 Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. *Certe obscura ibi relatio est.* Perinde, *Ad hunc modum, vel similiter.*
- PERINDE**. Ter. Phorm. 4, 3, 63 Sexcentas perinde potius scribito iam mihi dicas. Perinde, *sine relatione Ac vel Atque, in significatione comparationis.* Liu. 27, 8 *extr.* Cultaque ab incultis notaret: ac perinde dominos laudaret castigaretque.
- PERINDIGNVS**, a, um. Adi. Quae vos non perindignum est deliberare Sidon. Epist. 4, 4.
- PERINDIGNE**. Adu. Tulit perindigne Suet. Tib. c. 50.
- PERINDIGEO**, ěre. Indigeamus, sed non perindigeamus Tertull. Scorpiac. c. 13.
- PERINDVLGENS**, entis. Adi. [*πάνυ συγχωρῶν*] Cic. Offic. 3, 112 c. 31 *extr.* Magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem

idem acerbe seuerus in filium. *Alii legunt, Qui nuper indulgens, etc.*

**PERINFAMIS**, e. Adi. [*πᾶν ἄδοξος*] Valde infamem significat. Suet. in Vitell. c. 2 Curam quoque imperii sustinuit, absente eo, expeditione Britannica, vir innocens et industrius, sed amore libertinae perinfamis. *Cum Genituo posuit* Apul. Met. 3 p. 156 Alioquin publicitus maleficae disciplinae perinfames sumus.

**PERINFIRMVS**, a, um. Adi. [*ἀσθενὴς*] Cic. de Fin. 2, 53 c. 16 Sunt enim leuia, et perinfirma, quae dicebantur a te.

**PERINGENIOSVS**, a, um. Adi. [*πᾶν ἐνδοξός*] Cic. de Clar. Orat. 92 c. 24 Alios quod melius putent dicere se posse, quam scribere, quod peringeniosis hominibus, neque satis doctis plerumque contingit.

**PERINGRATVS**, a, um. Adi. Sen. Epist. 98 Peringratus est, qui, cum amiserit, pro accepto nihil debet.

**PERINIQUVS**, a, um. Adi. [*πᾶν ἀδικός*] Cic. pro Lege Manil. 63 Quare videant, ne sit periniquum, et non ferendum. Periniquo pati animo Idem Fam. 12, 18.

**PERINIURIVS**, a, um. Adi. Minuc. Felix c. 15 Periniurium est, vires te actionis meae intergressu grauissimae disputationis infringere. *Add. Cato apud Priscian. 6 p. 178. et 205 Bryling.*

**PERINSIGNIS**, e. Adi. [*πᾶν εἰσημος*] Valde insignis. Cic. de Legib. 1, 51 c. 19 An corporis prauitates, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit?

**PERINTEGRVS**, gra, grum. Adi. [*πᾶν ἀβλαβής*] Gell. 3, 5 Caestitatis perintegrae dicebatur.

**PERINTHVS**, i. f. [*Περὶθός*] Clara urbs Thraciae ad Propontidem, olim Thraciae metropolis.

**PERINTHIVS**, a, um. Adi. [*Περὶθός*] Vnde. Perinthia fabula Menandri. Ter. in prol. Andr. 9 Menander fecit Andriam et Perinthiam.

**PERINVISVS**, a, um. Adi. Homo dis ac nobilitati perinuisus Cic. pro Corn. apud Alcon. p. 140.

**PERINUITVS**, a, um. Adi. Valde inuitus. Cic. Fam. 7 Epist. ult. Tu vellem, ne veritus esses, ne perinuitus legerem tuas literas, si mihi longiores forte misisses. *Add. Liu. 40, 57.*

**PERINUNDO**, are. Alueus et nigris campos perinundet arenis Alcim. Auit. 1, 267.

**PERINUNGO**, ere. Intrinsecus eadem re perinungunt Varro R. R. 2, 11.

**PERIO** et **PERIOR**, tri. Verbum antiquum videtur fuisse a Graeco *πῆλω*, i. tento, conor, ductum, cuius vis in nomine Peritus, item in Periculum, eorumque coniugatis, tum in Verbis Comperio et Experior superest.

**PERIOCHA**, ae. f. [*περίοχη*] Ad verbum Continentia: Argumentum, complexio totius rei breuior. Cic. Att. 13, 25 extr. At ego, ne Tironi quidem dictavi, qui totas periochas persequi solet, sed Spinthoro syllabatim. *Nempe Tironi sententiam epistolae, totas certe periodos uno spiritu prolatas dicebat, quas ille sua non memoria modo, sed iudicio, in chartam coniceret, etc. Sic Aufonius Periochas vocauit epitomas illas et argumenta librorum Homericorum.*

**PERIODVS**, vel **PERIHODVS**, i. f. [*περίοδος*] Ad verbum est circuitus, quo intellectu vtuntur etiam Graeci. Sed Latini non aliter fere, quam sensu rhetorico, vt signet orationem, cuius membra constructione Grammatica ita sunt inter se deuincta, vt vltima cum primis connectantur, sicut in circulo, orbe, ambitu, prima vltimis, initium fini, solet esse connexum. Huc demum redeunt antiquorum definitiones. Cic. de Clar. Orat. 162 Quin etiam comprehensio et ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus et brevis. Quintil. 9, 4 Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem. Genera eius sunt, alterum simplex, quum sensus vnus longiore ambitu circumducitur: alterum quod constat membris et incisus, quae plures sensus habent. Aderat ianitor carceris, et carnifex Praetoris, et reliqua. Habet periodus membra minimum duo. Periodum, sic definit Demetrius Phalereus, vt M. Antonius Antimachus Latine vertit; Periodus est ex membris, et incisus bene conuersis, subiectam sententiam perscientibus, constitutio. Aquila Romanus hoc modo: Periodus est ea, quae sententiam certa quadam circumscriptione definit, atque determinat: qualis est haec, Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro et in iudiciis impudentia vaieret: non minus nunc A. Caecina cederet impudentiae, quam tum in vi faciunda cessit audaciae. Sed hic ambitus, seu periodus, constat ex membris, quae *κῶλα* Graeci vocant: et caesis, quae *κῆρυκτα* appellant. Membrum quidem est pars orationis ex pluribus verbis, absolute aliquid significans: hoc modo, Etsi vereor Iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem, timere. Caesum autem est pars orationis nondum ex duobus aut ex pluribus verbis quidquam absolute significans: hoc modo, Etsi vereor Iudices, ne turpe sit. Haec Aquila; qui quod Caesum vocat, alii Incisum appellant, Graeci *Comma*.

Circuitum orationis Graeci *περίοδον*, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus Cic. in Orat. 204. ¶ 2 Audiamus etiam Festum, Perihodos dicitur et in carmine lyrico pars quaedam (credo Pindari libri IV Olympiorum, Pythiorum, Nemeorum, Isthmiorum) et in soluta oratione circumscripta verbis sententia, et in gymniciis certaminibus Perihodon vicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit, a circumitu eorum spectaculorum.

**PERIODICVS**, a, um. Adi. [*περιόδικός*] Periodicas febres vocant medici, Quae certis temporibus clauduntur: id est abeunt, et quodam quasi circuitu facto rursus redeunt, vt sunt tertianae et quartanae. Plin. 20, 3 Semina eius, si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur, quas Graeci periodicas vocant. *De cucurbita.*

**PERIODEUTA**, ae. m. Agyrta, circulator, medicinam faciens. Modest. l. 6 §. 1 ff. de excusat.

**PERIPATETICI**, orum. m. [*Περὶπατητικοί*] Philosophi erant Athenis, quorum originem assignat. Cic. Acad. 1, 17 Platonis aucteritate, qui varius et multiplex et copiosus fuit, vna et consentiens duobus vocabulis philosophiae forma instituta est Academicorum et Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Nam quum Speusippum sororis filium Plato philosophiae quasi heredem reliquisset, duos autem praestantissimos studio atque doctrina Xenocratem Chalcedonium, et Aristotelem Stagiritem: qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes (*περιπατῶντες*) in Lycio: illi autem qui Platonis instituto in Academia, quod est alte-

rum gymnasium, coetus erant et sermones habere soliti, e loci vocabulo nomen habuerunt. Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam disciplinae formulam composuerunt, et eam quidem plenam ac resertam. *Haellenus Cicero.* *Idem fere erant Peripatetici,*

5 *qui Academici.* Cic. Off. 3, 20 Peripatetici, qui quondam iidem erant, qui Academici. *Et de Fin. 5, 7 Peripatetici et Academici veteres iidem.* Peripatetici igitur dicti sunt, a περιπατέω, hoc est a deambulando. *Et περιπατών Graeci vocant deambulationem. horum princeps fuit Aristoteles.* Nam in Lycio inambulans docebat. *Hinc commentationes vespertinas Aristoteles δέλεον περιπατών, id est, pomeridianam ambulationem appellat.* Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare Cic. de Nat. Deor. 1, 16. Idem Offic. 1, 2

Sed tamen nostra (hominis Academicam philosophiam amantis) leges non multum a Peripateticis dissidentia: quoniam vtrique (cum nos

15 Academici, tum Cratippus et alii Peripatetici) et Socratici et Platonici esse volumus, i. ad Socratem et Platonem auctores sententiarum et sectarum nostrarum prouocamus. Peripateticorum consuetudo dicendi non satis acuta propter vberitatem dialecticae Cic. de Fin. 3, 41. Peripateticus nihil est vberius, nihil eruditius, nihil grauius Cic.

20 Tusc. 3, 22.

PERIPATETĪCVS, a, um. Adi. Philosophia Peripatetica

Gell. 1, 3. Disciplina Idem 1, 8.

PERIPETASMA, ātis. n. [περιπέτασμα] \*Velum, tapes, quo lecti coniuuales ornantur. Cic. Verr. 4, 27 c. 12 pr. Quid illa Attalica,

25 tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? Varro de L. L. 4, 35 extr. p. 40, 18 Peripetasmata et Peristromata iungit, Graeca esse dicens, in apparatus coniuuali. Sic idem de R. R. 3, 5, 16 περιπέτασματα memorat, ut intelligamus ea de lectis accumbentium

30 PERIPHERIA, ae. f. Est Circuli ambitus. Eucl. Element. 1. et Mart. Capell. 1, 6 p. 229. it. l. 8 p. 278.

PERIPHORĒTVS, i. m. [Περιφόρητος] Artemonis cuiusdam cognomen fuit, deliciis adeo effeminati, ut nunquam, nisi lectica pensili circumlatus, domus suae limen transiret, ita dictus ἀπό τῶ περιφέρεσθαι, quasi

35 Circumlatus. Mentio eius est apud Plin. 34, 8.

PERIPHRAŚIS, eos. f. [περίφρασις] Quinctil. 8, 6, 59 Pluribus autem verbis, quum id, quod vno aut paucioribus certe dici potest, explicatur, periphrasin vocant; circuitum loquendi, qui nonnunquam necessitatem habet, quoties dictu deformia operit: ut Sal-

40 lustius, Ad requisita naturae. Interim ornatum petit solum, qui est apud Poetas frequentissimus, ut (Aen. 2, 268) Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris Incipit, et dono diuū gratissima serpit. Et apud Oratores non rarus: semper tamen adstrictior. Quid-

45 quid enim significari breuius potest, et cum ornatu latius ostenditur, periphrasis est: cui nomen Latine datum est; non sane orationis aptum virtuti, circumlocutio. Verum haec, ut quum decorem habet, periphrasis: ita quum in vitium incidit, perissologia dicitur. Obstat enim quidquid non adiuuat. Add. Quinctil. 8, 3, 53. 9, 1, 3 et 6.

9, 3, 97. Ad Virg. Ecl. 1, 22 — Teneros depellere foetus, adnotat

50 Seruius, periphrasin esse agnorum. Vid. Gell. 3, 1. Isidor. 1, 36.

PERIPLERŌMA, ātis. n. [περιπλήρωμα] Figura est, quam ex Grammaticis nonnulli Supplementum vocant, quum scilicet particula aliqua ad sensum minime necessaria, carminis causa adiicitur: a Graeco verbo περιπλήρω, quod est Expleo. Exemplum potest esse illud apud Virgilium,

55 — sic forte precatur. Vbi verbum, Forte, explendi carminis causa adiicitur, teste Seruio.

PERIPLVS, i. m. [περίπλους] Latine Circumnavigatio dici potest, quo nomine ex Geographis nonnulli opera sua inscripserunt, orae alicuius maritimae-lustrationem continentia.

60 PERIPNEVMONĪA, ae. f. [περιπνευμονία] Morbus, quum pulmo totus afficitur, et tussis subsequitur: Pulmonis exulceratio. A Celso PERIPNEVMATICVS morbus dicitur 4, 7.

PERIPNEVMONĪCVS, a, um. Adi. [περιπνευμονικός] Qui hunc morbum patitur: Pulmonarius. Plin. 22, 24. Idem 20, 17 Tussibus quoque cum melle datur, et pleuriticis, et peripneumonicis.

65 Add. Idem Plin. 26, 7.

PERIPSEMA, ātis. n. quod Graeci περιψήμα scribunt a περιψέω purgamentum, ac deinde homo piacularis, pro salute reliquorum praecipitandus etc. vitur Vulgatus 1 Cor. 4, 13. et inde Tertull. de Pudic. 14.

70 PERIPTĒRVS, a, um. Adi. Ut, Aedes periptera, Quae habet circum circa, in antico et postico et ad latera columnarum ordines. Vitruu. 3, 1. et 4, 7 Aedes aliae monopterae, aliae peripterae. Vid. Bald. Lex. Vitruu.

PERIRATVS, a, um. Adi. Valde iratus. Cic. Fam. 9, 6.

75 PERISCĒLIS, idis. f. Ornamentum pedis circa crura [περί τῶ σέλη] Hor. Epist. 1, 17, 56. Nota refert meretricis acumina, saepe catellam, Saepe periscelidem raptam sibi stentis. Periscelides soluere Petron. c. 67 vbi mulieris compedes vocantur, et appenduntur. Sed Hieronymus in epistola ad Fabiolam, Quae Graeci,

80 inquit περισκελή vocant, nostri feminalia dicunt, vel braccas vsque ad genua pertingentes. Sunt et codices in quibus Periscelidas scriptum videas.

PERISCELVIVM, i. n. Idem. Tertull. de Cult. femin. 2 extr. Nescio, an crus periscelio laetatum in neruum se patiat ar-

85 tari. Vid. Rigalt.

PERISSEVMA, f. PERITTEVMA, ātis. n. [περίσσευμα] Est quasi supereuagatio, quod ultra modum et canonem adiicitur, ut Peristochoregia, de qua statim. Theod. M. 1. 2 C. Iustin. de annonis ciuilibus, Centum viginti quinque modios frumenti praeter solitum

90 canonem per singulos dies — nomine Peritteumatis de horreis publicis huius almae vrbis — tribuimus — quam modiationem iugiter et in perpetuum ciuibus nostris debere conferri, valitura in aeuum hac lege sancimus. Vid. Iac. Gothofr. ad l. 15 C. Theod. de Annon. Ciuicis.

95 PERISSOCHORFGIA, ae. f. [περίσσοχορηγία] Idem, ut ostendit Gothofr. ad l. 2 C. Th. de Frumento Alexandr. Vbi Perissochoregiae nomen penitus amputari iubetur, i. extraordinaria liberalitas mutatur in ordinariam et perpetuam.

PERISSOLOGIA, ae. f. Latine Superflua locutio dicitur. Virg. Aen. 1, 662 Faciem mutatus et ora Cupido. Vbi Seruius, Et ora, perissologia est. Idem Aen. 5, 467 — Dixitque, et praelia voce diremit. Vbi Seruius: Vacat QVE, metri causa: et maluit perissologiam facere, quam vti communi syllaba, quae frequens vitiosa est. Vid. PERIPHRAŚIS. Conf. Quinct. 8, 6, 61.

100 PERISSON, i. n. Inaequale et impar dicitur. Plin. 21, 31 Qui

105

parcius spectauerant, manicon cognominauere: qui nequiter occultabant, erythron aut neurida: vt nonnulli periffon, de *strychno*. *Add.* Apul. de Herb. c. 74.

**PERISTASIS**, is. f. *Circumstantia, status, conditio.* *Hubet* Petron. c. 48 Dic Peristasin declamationis tuae, i. *argumentum.* *Statum et conditionem notat* Cic. Att. 4, 8. *Add.* Sen. Nat. Quaest. 2, 7. et 3, 8. Quinctil. 3, 5, 18. et 5, 10, 104 *ubi Synonyma sunt causa, negotium, in praesentia.*

**PERISTEREOS**, i. f. *vel PERISTEREON*, ōnis. m. *vel PERISTEREVM*, i. n. *Herba.* Plin. 25, 10 Peristereos vocatur caule alto, foliato, cacumine in alios caules se spargens, columbis admodum familiaris: vnde et nomen. *Ibid.* c. 9 Verbenacam a Latinis appellari tradit. *Dicta Peristereon quasi Columbaris, vt quidam vulgo vocant, quod circa hanc perquam libenter versari soleant columbae.* *Add.* Apul. de Herb. c. 66.

**PERISTEROTROPHIVM**, i. n. *Locus, in quo columbae habitant, Latine Columbarium; quamuis Columbarium proprie sit Loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus praeparatum.* *Nam Peristera, Columba dicitur.* Varro de R. R. 3, 7 Duo genera earum in peristerotrophio esse solent. *Vnum agreste, quod habetur in turribus ac culminibus villae.*

**PERISTEREON**, ōnis. m. *Idem.* Varro de R. R. 3, 7 Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa, atque incedunt in locum vnum, quod alii vocant *περιστερών*, alii *περιστεροσποσίον*, in quo vno saepe vel quinque millia sunt inclusae. *περιστερών*, fit vt testudo, magna camera tectus, vno ostio angusto, fenestris punicanis, aut latioribus, reticulatis vtrinque, vt locus omnis fit illustris, etc.

**PERISTRŌMA**, atis. n. *Quasi Circumstratum; idem quod Peripetasma.* Plaut. Stich. 2, 2, 54 Tum Babylonica peristromata, fellas, et tapetia aduexit nimium bonae rei. Cic. Philipp. 2, 67 c. 27 Conchyliatis, Cn. Pompeii peristromatis feruorum in cellis lectos stratos videres: *de conuiuiorum apparatu.*

**PERISTRŌPHE**, es. f. *Conuersio.* Mart. Capell. 5 p. 186. Cum aduersarii propositionem in nostram partem conuertimus, peristrophe vocamus.

**PERISTYLIVM**, *vel PERISTYLVM*, i. n. *Locus clausus columnis, circumquaque porticum habens, vel saltem a tribus lateribus.* Vitruu. 5, 2 In palaestris peristylia quadrata siue oblonga ita sunt facienda, vti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem. Peristylum tectum tegulis Varro R. R. 3, 5. Cic. pro Domo c. 44 In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pavimentatam trecentum pedum concupierat, amplissimum peristylum, caetera eiusmodi facile, vt omnium domos et laxitate et dignitate superaret. *Add.* Suet. Aug. c. 82 *ubi peristylum.* Peristylum etiam est *Locus atrio proximus* Vitruu. 6, 7. *Item Aula* *Ibid.* c. 9. *Nempe haec membra columnis circumpositis ornata.*

**PERITŌ**, are. *Vid.* PEREO.

**PERITONAEVM**, i. n. [*περιτόναιον*] *Membrana est tenuissima: sed firmissima, omnibus tum visceribus, tum intestinis, reliquisque partibus inferioris ventris circumtensa: vnde et nomen accepit ἀπὸ τῆς περιτοίνης, quod est, circumquaque extendi.* Cels. 4, 1 Abdomen — ab interiori parte leui membrana inclusum, quae omento iungitur, *περιτόναιος* autem a Graecis nominatur. *Et 7, 4* Ab interiore parte quasi membrana quaedam finit abdomen, quam *περιτόναιον* Graeci vocant.

**PERITRETVM**, i. n. *Balistræ foramen vocat* Vitruu. 1, 2. Conf. 10, 7. *Περίτρετον, perforatum.*

**PERITROCHVS**, i. m. *Rota in tractoria machina* Vitruu. 10, 4.

**PERITVS**, a, um. *Adi.* [*δαίμων, εἰδήμων, ἐπισήμων*] *Doctus, a Perior antiquo verbo, de quo s. l.* Non. 5, 26 Doctum et peritum, quum simile videantur, a Tullio discretum est, vt sit peritum plus quam quod doctum. Cic. Off. 3, 15 Itaque quum sint docti a peritis, facile desistunt sententia. *Soli cantare periti* Arcades Virg. Ecl. 10, 32. *Add.* Pers. 2, 34. *Obsequi peritus* Tacit. in Vita Agric. 8, 1. *Vati parete perito* Ouid. de Arte Am. 1, 29. *Sapiens homo et multarum rerum peritus* Cic. pro Font. 15. *Antiquitatis, veterumque scriptorum literatè peritus* L. Aelius Cic. de Clar. Orat. 205 c. 56. *Bellorum omnium peritissimus* *Idem pro L. Man. c. 23.* *Belli ac rei militaris peritus* *Idem in Pison. 54.* *Honestorum ac turpium peritus* Quinctil. 2, 20. *Plin. Epist. 1, 22* *Quam peritus ille et priuati iuris, et publici.* *Idem de Viris Illust. c. 6* *Peritus auguriorum.* Cic. de Clar. Orat. 81 c. 21 *Fabius Pictor et iuris, et literarum, et antiquitatis bene peritus.* *Iuris valde peritus* *Id. ibid. c. 26.* *Iuris legumque peritus* Hor. Serm. 1, 1, 9. *Belli gerendi homo peritissimus* Cic. pro Font. 33 c. 15. *Definiendi homo peritus* *Idem Off. 3, 60 c. 14.* *Dicendi peritus, vid.* ORATOR in ORO. *Docendi* Quinctil. 1, 3. *Literate peritus* Cic. in Brut. 205 c. 56. *Id. Off. 1, 147 c. 41.* *Nec vero alienum est ad ea eligenda, quae dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam vsu peritos.* *Caes. Bell. Ciuil. 3, 93* *Vsu periti ac superioribus pugnis exercitati, sua sponte cursum represserunt.* *Peritus apud Hirtium de Bell. Afric. 41* *iungitur cum Ablatiuo rei:* *Mirabili, inquit, peritus scientia bellandi.* *Et Cic. pro Cluent. 107 c. 38* *Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior, iure peritor?* *Ita; Arte fabrica peritus* *seruus Paull. in l. Si mancipia in fine. D. de fund. instr. legat. Et Suet. in Claud. c. 42, 2.* *Cum Praepos. Varro R. R. 1, 2* *De agricultura Romanus peritissimus.* Cic. pro Font. 33 c. 15 *Profecto Iudices virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad vsum ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem.* *Facere aliquem peritum* Propert. 1, 9, 7. *Quinctil. 9, 4* *Poëma nemo dubitauerit perito quodam initio fufum.* *Alia exemplaria habent Imperito.* *Idem 8, 6* *Vario Marte pugnatum est: peritus est sermo.* *Alia exemplaria habent Eruditus.* *Comparat. Quis ingenio prudentior, iure peritor?* Cic. pro Cluent. c. 38. *Peritiores rei militaris* *Caes. B. C. 1, 61.* *Cic. pro Corn. Balb. 2* *Nihil de memoria, de more, de exemplis acutius, nihil peritius de foederibus, etc.* *Peritissimus homo et iuris et officii* Cic. Verr. 2, 30. *Te peritissimum in iis ipsis rebus, quas a te didicerit, superabit.* *Idem de Orat. 1 c. 15.* *A patronis peritissimis causa haec defensa est* *Idem pro Corn. Balb. 1.* *Peritissimi atque exercitatissimi duces* *Caes. Bell. Ciuil. 1, 73.*

**PERITE**. *Adu.* [*εἰδημόνος*] Cic. de Legib. 2, 29 *Quod institutum perite a Numa, posteriorum Pontificum negligentia dissolutum est.* *Idem Verr. 1, 6* *Homo adolescens, quum istius in inquirendo multa furta ac flagitia cognosceret, fecit perite et callide, volumen eius rerum gestarum maximum isti ostendit.* *Sic Callide et perite versari in re* Cic. de Orat. 1 c. 18. *Scienter et perite dicere* *Idem ibid. 2, 5.*

- Cic. de Orat. 2, 81 Haec quidem sunt concinne distributa, sed non perire. *Compar.* Sen. Epist. 90 Multa facit aut peritius aut exercitatus. *Superl.* Peritissime et callidissime istius literas venditabat Cic. Verr. 2, 135 c. 54. Peritissime disputare Val. Max. 8, 11, 1. Peritissime scribere Gell. 1, 17.
- PERITIA**, ac. f. [*δαημοσύνη*] Plin. 14, 1 Aliae, peritia domini amplo discursu atria media complentes. Gratiae ac voluptatis peritia Quinctil. 2, 15. Legum Tacit. Ann. 12, 12, 1. Locorum Sallust, Iugurth. 46. Morum Tacit. Ann. 1, 69, 6.
- PERIUCUNDVS**, a, um. Adj. Cic. Fam. 1, 7 Cui quidem literae tuae, quas proxime miseris, quod facile intellexerim, periucundae fuerunt. *Adde* de Orat. 1, 205. et 2, 26. Id mihi pergratum perque iucundum erit Cic. ad Q. Frat. 3, 1, 4.
- PERIUCUNDE**. Adj. [*πολύ ἡδέως*] Cic. Att. 13, 50 O hospitem mihi tam grauem ἀμεταμέλητον: fuit enim periucunde. In hac suauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, versari periucunde solere Idem pro Cael. c. 11.
- PERIURVS**, a, um. Adj. [*ἔπιουρος, ψεύδορος*] Qui iusiurandum violat, vel qui iurando ius peruertit, v. Perfidus, qui fidem violat. 20 Virg. Aen. 2, 195 Talibus insidiis, periurique arte Sinonis. Plaut. Pseud. 1, 1, 129 Periurum caput. Cic. pro Rosc. Com. 46 At quid inter periurum et mendacem? Propert. 2, 4, 21 Nec tibi periuro scindam de Corpore vestes, quo fidem mihi datam violasti. Crimiſina Stat. Theb. 10, 581. Diadema periurum nocentis regni Idem ibid. 25 9, 55. Domus Priami Hor. Carm. 3, 3, 26. Ense periuro superbus Annibal Stat. Silu. 4, 6, 77. Fides periura patris Hor. Carm. 3, 24, 59. Gens Sil. 16, 149. Meretrix Hor. Carm. 1, 35, 26. Moenia Ouid. Met. 11, 215. Os Idem Amor. 2, 10, 34. Pectora Idem Met. 2, 705. Vir Idem Epist. 10, 76. *Compar.* Periurior hoc nomine non est Plaut. Mil. 1, 1, 21. *Superl.* Periurissime hontinum Idem Pseud. 1, 3, 116. Cic. pro Rosc. Com. 20 c. 7 Nam Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem quum agit, agit Chaeream.
- PERIURIVM**, i. n. [*ἔπιουρία*] Falsum iusiurandum. Cic. 35 Off. 3, 108 Regulus vero non debuit condiciones, pactionesque bellicas et hostiles perturbare periurio. Poena diuina periurii, exitium: humana, dedecus Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 ex lege duodecim tabularum. Sceleratorum hominum periuria Idem pro Font. Linguae falsae periuria Ouid. Epist. 7, 67. Deuotum Catull. Argon. 62, 135.
- ILLUSTRE ET INSIGNE** Cic. de Arusp. Resp. 36. Inaestimabile periurium, cui excusando, redimendo etc. nullum commodum satis magnum est Liu. 40 37, 57 extr. Lascina Claud. de Nupt. Honor. 83. Manifestum periurium iudicium Cic. de Arusp. Resp. 36: nempe iudices iurati ferunt sententiam. Confirmare periurium Idem Verr. 4, 19. Laedere 45 aliquem periurio Idem pro Caecin. 23. Nectere periuria blanditiis Claud. in Ruff. 1, 222. Quaeritur latebra periurio Cic. Off. 3, 106. Renocare periuria Propert. 1, 15, 25. Iuppiter ex alto periuria Ridet amantum Ouid. A. A. 1, 633. Vendere periuria Iuuen. Sat. 14, 218. Quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur 50 more nostro, id non facere, periurium est: non enim falsum iurare, peierare est, etc. Cic. Off. 3, 108 c. 29.
- PERIURIOSVS**, a, um. Adj. [*ἔπιουρητικός*] Idem quod Periurus. Plaut. Truc. 1, 2, 52 Procaciores estis vos, sed illi periuriosi.
- PERIŪRO, PERIŪRO et PEIŪRO**, āre. [*ἔπιουρηώ*] Iurare, quod falsum scias, aut quod iuraueris non praestare. Plaut. Bacch. 4, 9, 107 Ne periurem cura. Hor. Serm. 2, 3, 127
- Quare
- Si quiduis satis est, periurus, surripis, aufers 60 Vndique? Pernegabo, atque obdurabo, periurabo denique Plaut. Afin. 2, 2, 56. Homo periurauit Idem Merc. 3, 1, 42. Cic. Offic. 3, 108 c. 29 Non enim falsum iurare periurare est. Sic MSS. optimi. De sententia, viderint Philosophi. Interpretatione certe commoda, si non emendatione ibi indiget Tullius. Lactant. 65 de Ira Dei 16, 4 Fraudent, rapiant, periurent. Sic meliores. Sed Cic. pro Cluent. 134 c. 48 Dixit se scire, illum conceptis verbis peierasse. Id. pro Rabir. Post. 36 c. 13 Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiamsi per plures deos iuret, non oportet. Catull. 52, 3 Per consulum peierat Vatinius. Martial. 7, 19 Nec erubescit peierare 70 de turdo. Perierandum est etiam Plaut. Truc. 1, 1, 9.
- PERIURATVS**, a, um. Adj. Ouid. Am. 3, 11, 22 Et periuratos in mea damna Deos. Sed Hor. Od. 2, 8, 1 Vlla si iuris tibi peierati Poena, Barine, nocuisset unquam.
- PEIERATIO**, ōnis. f. Saluian. de Gubern. Dei 4 p. 77<sup>1</sup> ed. Brem.
- PERIURATIVNCŪLA**, ae. f. Dimin. [*ἔπιουρηδίων*] Plaut. Stich. 2, 1, 76 Ac periuratiunculas parasiticas.
- PERIXYOMĒNOS**, i. Distringens se. sc. in balneo. Ita Antigoni nobile opus ex aere circumsculptum appellat Plin. 34, 8. Graece περιξύματος.
- PERIZŌMA**, ātis. n. [*περιζώμα*] Id omne, quo circumcingimur, Pulendorum operimentum, velamen, quod a Varrone etiam dicitur Suffibulum, a Cicerone Subligaculum. Vfus est hac voce interpres Geneleos 3, 7 Fecerunt (inquit) sibi perizomata.
- PERIZOMATIVM**, i. n. Succinctorium, quo tantum genitalia conteguntur Isidor. 19, 22.
- PERLABOR**, labi. Dep. [*κατολιδαίνω*] Labi, vt tamen terminum, aut celeritatem aliquam addat Praepositio. Ad nos vix tenuis famae perlabitur Aura Virg. Aen. 7, 646. i. occulta, et quae vix obseruetur, via peruenit. Nam motum omnem lubricum et celerem lapsum dici, vt auium 90 volutus, et natatus piscium, supra ostendimus. Cic. Att. 9, 11 Assentio tibi, vt in Formiano potissimum commorer, et iam de supero mari perlabor. Neptunus perlabitur aequora cursu frenatis equis Sil. 3, 410. Volucris perlabitur auras Tibull. 4, 1, 127. Campum perlabi Sil. 16, 391. Rotis leuibus summas perlabitur vndas Virg. Aen. 95 1, 151. Perlabi per acies Lucret. 4, 248. Ad imos animi perlapsa recessus Stat. Silu. 4, 6, 4. Perlabi supra orbem solis Lucret. 5, 765.
- PERLAETVS**, a, um. Adj. Vehementer lactum significat. Liu. 10, 21 Supplicatioque perlaeta fuit.
- PERLATE**. Adj. [*πολυπλάτωε*] Cic. de Orat. 2, 17 c. 4 Idque 100 in sermonis nostri consuetudine perlate patet.
- PERLATEO**, ēre. Inque sua turri perlatuisset anus Ouid. Art. Am. 3, 416. i. perpetuo latuisset.
- PERLAUDABILIS**, e. Adj. Forma Dict. Cret. l. 6.
- PERLAUO**, āre. Liquamine perlauabis Apic. 8, 7. Te peccatorum fluctibusmersum perlauabit Tertull. de Poenit. c. 4.

**PERLECĒBRA**, *sive PELLECEBRA*, æ. f. [*μεγάλη ἄνευ-μα*] *Illecebra, Meretricis conuicium.* Plaut. Afin. 1, 2, 7 *Te perdam ego et filiam, perlecebrae, pernicies, adolescentum exitium.* Conf. Bacch. 5, 2, 47. Non. 2, 652. *Et Taubm. in Plaut. p. 105. Vid. mox PERLICIO.*

**PERLECTO**, *vid. PERLICIO.*

**PERLĒGO**, *sive PELLEGO*, ēgi, ectum, ěre. [*τελέως ἀνα-γνωσκω, διεξέχραμαι, ἐπιζήμι*] *A principio ad finem usque legere.* Perle-ge quodcumque est memorabile Aufon. Protrep. ad Nepot. f. Eidyll. 4, 45. Quinctil. . . . Quod videre non est satis, sed perlegendum erit. Cic. de Diuin. 1, 8 c. 5 Perlegi, ille inquit, tuum paullo ante tertium de natura deorum. Scripta perlegi Ouid. ex Pont. 4, 13, 33. Perlegere oculis, *pro Diligenter intueri, vel contemplari tabulas pictas* Virg. Aen. 6, 34. Vultu duro perlegere aliquid Ouid. Epist. 16, 11. Perlegere animis, oculisque sequacibus auras, *de auguribus caeli plagas* 15 *Scrutantibus* Stat. Theb. 3, 500.

**PERLECTVS**, a, um. Partic. Caes. Bell. Gall. 5, 46 *Perle-ctam epistolam recitat.* Idem Bell. Ciuil. 1, 19 *Literis perlectis.*

**PERLECTIO**, *sive PELLECTIO*, ōnis. f. Cic. Att. 1, 13 *pr.* Non inuenio fidelem tabellarium. Quotusquisque enim est, qui epi-20 *stolam paullo grauiorem ferre possit, nisi eam pellectione releuarit. Sic restituere viri docti.* Ante erat perlectionem releuerit.

**PERLEPIDVS**, a, um. Adi. [*πάνυ αἰμόλος*] Plaut. Pseud. 2, 4, 53 *Euge perlepide Charine, me meo ludo iam beas.*

**PERLEPIDE**. Adu. *Idem.* Plaut. Caf. 5, 2, 47 *Perlepide narrat.* 25

**PERLĒVIS**, e. Adi. [*πάνυ κῆφος*] Cic. de Lege Agrar. 2, 80 c. 29 *An ignoratis caetera illa magnifica Populi Romani vectigalia perleui saepe momento fortunae, inclinatione temporis pendere?* Et Liu. 24, 34 *Perleue momentum.*

**PERLĒVITER**. Adu. [*πάνυ κῆφος*] Cic. Q. Frat. 2, 6 *pr.* Quod 30 *perleuiter commotus fuerat.* Perleuiter pungat animi dolor Idem Tusc. 3 c. 25 *extr.*

**PERLIBENTER**. Adu. [*πάνυ ἡδέως*] Cic. Att. 8, 14 *Sed vt, su- pra dixi, tecum perlibenter loquor.* Adde Fam. 7, 14. *Et de Vni- vers. 2 c. 1.*

**PERLIBERĀLIS**, e. Adi. [*πάνυ εὐδαιμονος*] *Admodum liberalis.* Ter. Hec. 5, 4, 23 *Perliberalis visa est.*

**PERLIBERALĪTER**. Adu. [*πάνυ εὐδαιμονος*] *Vt perliberali- ter ageretur* Cic. pro S. Rosc. c. 37. Idem Att. 10, 4 *Hoc loco multa perliberaliter.* Adde 15, 15.

**PERLIBRO**, āre. [*καταρῶμαι*] *Diligenter ac perfecte men- surare, et ad libram siue libellam aequare, siue aequale facere.* Si quis excelsa perlibret, maria paria sunt Sen. Q. N. 3, 28. Cum perlibra- tum ita fuerit Vitruu. 8, 6. Columel. 3, 13 *Nam stella, quam dixi- mus Graecae literae faciem obtinere, pariter imae fossae solum meti- 45 tur, atque perlibrat.* Idem 2, 2 *Campum non aequissima situm plani- tie, nec perlibrata, sed exigue prona.* Item *Iaculari, quasi libra- tum proicere.* Sil. 2, 189 *Saeuamque bipennem Perlibrans mediae fronti.* Adde 5, 321.

**PERLIBRATVS**, a, um. Partic. Planities perlibrata Colu- 50 *mel. 2, 10.* Opus permensum et perlibratum Idem 3, 13.

**PERLIBRATIO**, ōnis. f. Vitruu. 8, 6 *Perductionis prima ratio est perlibratio, de aquae ductu.*

**PERLICIO**, exi, ectum, ěre. [*ἐφέλω*] *Quod frequentius PELLICIO dicitur euphoniae causa: Idem quod Allicere.* Liu. 4, 48 55 *Vt quos quisque posset ex collegio Tribunorum ad intercessionem per- licerent.* Vid. PELLICIO. *Perlicere in amicitiam* Liu. 25. Tacit. Ann. 13, 48 *Necem et arma perliceret.*

**PERLECTO**, āre. Frequent. [*ἐπισύρομαι*] Cic. pro Flacc. 18 c. 8 *Egentes et leues spe legationis, et viatico publico, priuata etiam 60 benignitate perlectat.* *Sunt tamen, qui hic legant Prolectat: et ita habent boni codices.*

**PERLĪGO**, āre. [*καταδίω*] *Constringere.* Plaut. Bacch. 1, 2, 28 *O perligatum pectus!* Alii *Codd. Praeligatum.*

**PERLIMO**, āre. *Perlimat speciem* Vitruu. 5, 9. *i. acuit ad spe-* 65 *ctum, obtutum.*

**PERLĪNIO**, iui, itum, ĩre. [*ἐπιχέλω*] *Valde et perfecte ac omnino linire.* Columel. 9, 12 *Protinus custos nouum loculamentum in hoc praeparatum perliniat intus praedictis herbis.*

**PERLĪNO**, ĩni, ĩui, vel ĩui, ĩtum, nĕre. [*καταχέλω*] *Idem.* 70 *Ab imis vnguibus sese ad vsque summos capillos perliniat* Apul. Met. 3 p. 138 *Elmenh. Al. perlita, deponentialiter.* Columel. 7, 5 *Mox vl- cera lauantur aceto, et tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur.*

**PERLĪTVS**, a, um. Partic. Plaut. Caf. 2, 3, 23 *Senecta aetate vnguentis perlitis ignaue incedis?* *Vbi alii, Vnguentatus per vias.* 75 *Sed occurrit apud Cic. pro Rosc. Amer. 150 Perlitis sanguinis crude- litate.*

**PERLIPPIDVS**, a, um. Adi. *Os saluosum et perlippidum* Plin. Valer. 1, 34. *i. valde stillans et velut lippiens.*

**PERLIQVIDVS**, a, um. Adi. *Si, quod descendit, est perli-* 80 *quidum* Cels. 2, 4.

**PERLITERATVS**, a, um. Adi. *In primis literatus.* Cic. pro Q. Gallio ap. Hieron. Ep. 2 *Homo perliteratus.*

**PERLĪTO**, āre. [*καλλιστέω*] *Perfekte litare, sacrificio facto deos placare, vntumque impetrare.* Valerius Antias apud Gellium 1, 7 *Si 85 hae res diuiniae factae, riteque perlitatae essent, aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse.* Diu non Perlitatum, tenuit dictatorem, ne ante meridiem signum praelii dare posset Liu. 7, 8 *extr.* Idem 36, 1 *Ea omnia sacrificia laeta fuerunt, primisque hostiis perlita- tum est.* Et Idem 41, 15 *Caeteris diis perlitatum ferunt.* Saluti 90 *Petiliu perlitasse negant.* Adde 9, 14. Et Flor. 4, 2, 94.

**PERLONGVS**, a, um. Adi. [*ἐυμήκης, πολυμήκης*] Cic. Att. 5, 20 *Perlonga, et non satis tuta via.* Idem de Lege Agrar. 3 *Per- longo interuallo.* Plaut. Trinum. 3, 3, 16 *Nunc si opperiri vis ad- ventum Charmidis, perlongum est.* *Quasi dicat, Diu tibi expectandum* 95 *est, aut longius distat.*

**PERLONGVM**. Adu. *i. Diu.* Aufon. Epigr. 4, 1, 7 *Tu quo- que venturos perlongum consere Ianos.*

**PERLONGE**. Adu. [*πάνυ μακρῶν*] Ter. Eun. 3, 5, 61 *Perlonge est: sed tanto ocysus properemus, i. Longius distat.* 100

**PERLONGINQVVS**, a, um. Adi. [*πάνυ ἀπότερος*] Plaut. Bacch. 5, 2, 77 *Non tibi venit in mentem amabo: si dum viuas, tibi benefacias, iam pol id quidem esse haud perlonginquum.*

**PERLVBET**, uit, itum est. [*καταρῶμαι*] Plaut. Capt. 4, 2, 53 *Perlubet hunc hominem colloqui, b. e. Vehementer cupio hunc alloqui.* 105



**PERLVBENS**, entis. Partic. [*ἰναρτέμενος*] Cic. Q. Frat. 2, 8 Sed hoc incommodum consolantur quotidie damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius allisus est, caeteri conciduntur.

**PERLŪCEO**, xi, ēre. [*διαφύομαι*] Vehementer lucere, vel trans-  
5 lucere, et lucem per medium se transmittere. frequentius tamen dicitur Pellucere euphoniae causa, ubi vid. Plin. 10, 54 Si contra lumen cacumine ouorum apprehenso vna manu purus et vnusmodi perlucet color, sterilia existimantur esse. Litora nativis perlucet picta lapillis Propert. 1, 2, 13. Cum primum granum incipiet perlucere Scribon,  
10 64. i. translucere. Cic. Off. 2, 32 c. 9 Et enim illud ipsum, quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commouet, maximeque quasi perlucet ex iis, quas commemoravi, virtutibus. MSS. Prolucet. Perlucere, siue Pellucere, aliquando ad mentem, sed figurate refertur: ut apud Cic. de  
15 Clar. Orat. 273 c. 79 Ita reconditas exquisitasque sententias mollis et pellucens vestiebat oratio.

**PERLŪCENS**, entis. Partic. [*διαφύομενος*] Alis Ouid. Met. 4, 411. Amictu perlucenti circumdata Salmacis nympa Id. ibid. 4, 313. Fibras perlucentes numerare in pectore Id. ibid. 6, 391.

**PERLŪCĪDVS**, quod etiam est **PELLVCIDVS**, a, um. Adi. [*διαφανής*] Per quod medium oculos dimittimus atque videmus, ut aqua, laterna, vitrum. Columel. 11, 2 Quidam quum vidissent partem aliquam vuarum virefcere, crediderunt tempestiuam esse vindemiam. Quidam quum coloratas et perlucidas vuas animaduertissent. Martial. 12, 34 Crine nitens, niger vnguento, perlucidus ostro. Haec ipse perlucidus, crepidatus, armillatus Sen. de Const. Sap. c. 18. i. *pellucente veste indutus. Conf. Id. Epist. 9. et de Benef. 7, 9.* Amnis magis perlucidus vitro Ouid. Epist. 15, 157. Bulla Idem Met. 10, 733. Deos perlucidos et perflabiles inducit Epicurus Cic. de Diuin. 30 2, 40. Fons sonat a dextra tenui perlucidus vnda Ouid. Met. 3, 164. Gemmae sunt perlucidae materiae Vlpian. in l. Cum aurum, §. Perueniamus, D. de aur. et arg. legat. Membranae oculorum perlucidae Cic. de Nat. Deor. 2, 142. Stella illustris et perlucida Idem de Diuin. 1, 130 c. 57. Compar. Fides arcani prodiga, perlucidior vitro Hor. Carm. 1, 18, 16. i. *Fides non continens clausa consilia sibi commissa, sed ea omnibus aperiens et indicans. Aptissima vitri similitudine vsus est. Lambinus.* Mundi feruor purior, perlucidior, mobiliorque Cic. de N. D. 2 c. 11.

**PERLVCIDŪLVVS**, a, um. Dimin. [*ὑποδιαφανής*] Catull. in  
40 Rufum l. 67 (70) 4 Non si illam rarae labefactes munere vestis, Aut perluciduli deliciis lapidis, i. gemmarum.

**PERLVCIDĪTAS**, ātis. f. Vitruu. 2, 8 Parietes tectoriis operibus expoliti, vt vitri perluciditatem videantur habere.

**PERLVCŪVSVS**, a, um. Adi. [*πρωτόση*] Valde lustruosum  
45 significat. Cic. Q. Frat. 3, 8 Serrani domestici filii sumus perlucuosum.

**PERLŪDO**, si, sum, ēre. [*παιζω*] Auset aliquantulum se per ludum. Propert. 4, 4, 19 Vidit arenosis Tatium perludere campos, Pictaque per flauas arma leuare iugas. Proludere alii. Sed Manil.  
5, 81 Totum perludere circum, i. per totum circum ludere.

**PERLVSORĪVS**, a, um. Adi. Perlusorium iudicium: i. Col-  
50 lusorium, collusionis causa institutum, quum aliud agitur, aliud simulatur. Vlpian. l. 14 de appel. in P. Si perlusorio iudicio actum fit aduersus testamentum, etc. Perludere, est Perfecite illudere. Budaeus non Perlusorium, sed Prolusorium legit, quod aequae certe conuenit: quum  
55 qui perludit, et prodat: non enim vult se intelligi illudere, cui illudit. Al. Perlusorium v. v.

**PERLVMĪNO**, āre. Lumine implere, illustrem facere. Carnem caecam perluminat Tertull. de Carne Chr. c. 4.

**PERLVO**, ui, ūtum, ēre. [*καταλώ*] Diligenter lauare, et mundum  
60 facere. Columel. 6, 8 Tum vino perluitur os. Plin. 8, 27 Rostri aduncitate per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera maxime salubre est. de ibide aue clysteris inuentrice. Artus perluit fonte Ouid. Met. 4, 310. Manus perluere fontana vnda Idem Fast. 5, 435. Heins. leg. proluuit. Lympha perlui Ouid. Met. 3, 173.  
65 Sudor perluit ora Petron. c. 128. Vnda gelida perluor Hor. Epist. 1, 15, 4.

**PERLŪTVS**, a, um. Partic. [*καταλελυμένος*] Columel. 9, 16 Expressae fauorum reliquiae, posteaquam diligenter aqua dulci perlutae sunt, in vas aeneum coniciuntur. Sudore perlutus Apul. . .

**PERLŪSTRO**, āre. [*κατασκοπέω, παπταίνω*] Vbique lustrare, siue diligenter et attente. Liu. 7, 34 extr. Haec omnia sagulo gregali amictus, Centurionibus item manipularium habitu militum ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustrauit. Idem 25, 9 Vt discurrerent circa vias, perlustrarentque omnia oculis, ne quis, etc.  
75 Exercitus victor perlustrat hostium agros Idem 8, 36 extr. Campos perlustrans oculis Sil. 7, 537. Cic. in Partit. 38 c. 11 Huius igitur materiae ad argumentum subiectae perlustrandae animo partes erunt omnes: et ad id quod agetur, ex singulis coniectura capienda. Dicta alicuius perlustrare Stat. Silu. 4, 3, 143.

**PERMÁCER**, cra, crum. Adi. [*κρίσιμος*] Valde macer. Plin. 18, 6 Omnis creta coquit, nisi permacra. Add. Cels. 2, 21.

**PERMACÉRO**, āre. Vitruu. 7, 2 Calculi in opere cum permacerantur, dissolunt et dissipant tectorii positiones.

**PERMÁDEO**, ui, ēre. siue **PERMÁDESCO**, ēre. [*καθυγυαίνωμαι*] Valde madescere. Columel. 2, 19 Quod si permaduuit, inutile est vdim mouere. Ibid. c. 4 Nisi si magnis (vt fit nonnunquam) ac subitaneis imbribus, quasi hibernis pluuiis terra permaduuerit. Deliciis permaduimus Sen. Epist. 20 extr. Id. de Prouid. c. 4 Fugite eneruatam felicitatem, qua animi permadescunt.

**PERMADEFÁCIO**, ēre. Plaut. Most. 1, 2, 63 Amor permadefacit cor meum. Vnde erudite Lips. emendat Flor. 3, 18, 12 Nam Caesar exercitu amisso, quum in urbem cruentus referretur miserabilifunere, mediam etiam urbem peruiam fecit. Permadesfacit, inquit, ille.

**PERMAGNVS**, a, um. Adi. Cic. de Fin. 1, 55 Fieri tamen permagna accessio potest, si, etc. Ibid. 2, 28 Deinde vbi erubuit (vis enim est permagna naturae) confugit illuc, vt neget, etc. Cic. pro Rosc. Amer. 103 Vide ne tibi desis, tua quoque res permagna agitur. Id. Tusc. 1, 111 Iisque, qui haec Diagorae dixit, permagnum existimans tres Olympionicas vna ex domo prodire. Negotia permagna Hor. Serm. 1, 7, 4. Numerus Caes. B. G. 7, 31. Cic. Verr. 3, 27 At permagno decumas eius agri vendidisti. Ibid. 4, 10 Quid? tu ista permagno aestimas? Vis Cels. 7, 4, 3. Cic. in Partit. 84 Quod enim permagni interest, pro necessario saepe habetur.  
105 Permagni refert Ter. Heaut. 3, 1, 58.

**PERMAGNIFICVS**, a, um. Adj. Vulg. Interpr. Esth. 2, 18  
Permagnificum coniuuium.

**PERMĀNEO**, mansi, mansum, ěre. [καταμένω, διαμένω, ἔπιμένω]  
Usque ad finem manere. Cic. de Fin. 2, 55 Nam quum semel est sus-  
cepta beata vita, tam permanet, quam ipsa effectrix beatae vitae fa-  
pientia. Innuba permaneo Quid. Met. 14, 142. Dolor permansit  
Scribon. 3, 56. Mos ille Athenis iam a Ceerope permansit Cic. de  
Legib. 2, 63 c. 25. Status hic permansit in multos annos Quid. Fast.  
5, 33. Tumor ille permansit Idem Met. 15, 305. Cic. de Amicit. 76  
Aliter amicitiae stabiles permanere non possunt. Permanere, Per-  
seuerare, continuare, per translationem. Ter. Hec. 3, 1, 25 Vnde ira  
inter eas intercessit, quae tam permansit diu. In Amicitia Caes.  
Bell. Gall. 8, 26. In Arnis Id. ibid. 8, 45. In Incepto Lucce-  
ius ad Cic. Fam. 5, 14. In eadem Mente Cic. in Catil. . . In  
Officio Caes. Bell. Gall. 5, 4. In Proposito susceptoque consilio Cic. 15  
Off. 2, 112. In Sententia Id. de Finib. 5, 94. Conf. Id. de Orat.  
2 c. 6. In omnibus meis Sententiis de Republ. pristinis permanebam  
Id. Fam. 1, 9. In Tristitia Caes. Bell. Gall. 1, 32. In mea erga  
te voluntate etiam desertus ab officiis tuis permanerem Cic. Fam. 5, 2.  
Firmum et stabile illud permansurum est Id. de Finib. 2, 86 c. 27. 20  
Permanere, cum Genitiuo. Senec. Epist. 77 Si vna indeprauata virtus  
est, et sola permanet tenoris sui, vnum bonum est virtus.

**PERMANENS**, entis. Part. Permanente dolore Scribon. 5.  
**PERMANENSIO**, ōnis. f. [διαμνή] Cic. Fam. 1, 9 Nunquam  
enim praestantibus in Republ. gubernanda viris laudata est in vha sen-  
tentia perpetua permanensio. Ad. de Inuent. 2, 164 c. 54. et II. Att. 18.  
**PERMĀNO**, āre. [καταβρύω, ἐπιβρύω] Penitus manere. Et  
varie construitur. Cic. de Nat. Deor. 2, 137 Ex intestinis autem et  
alio secretus a reliquo cibo succus is, quo alimur, permanat ad iecur,  
per vias quasdam a medio intestino vsque ad portas iecoris. Ad ani-  
mum permanat macula ex sanguine paterno aut materno concepta Id.  
pro Rosc. Amer. 16 c. 22 extr. Ad mentes eorum, apud quos agitur  
mouendas, permanere vt possint principia et caeterae partes oratio-  
nis, habere hanc vim magnopere debent Cic. de Orat. 2, 31. Lucret.  
3, 699 Permanere animam nobis per membra solere. Calor perma-  
nat argentum Idem 1, 495. Frigus permanat ad ossa Idem 1, 356.  
Humor aquarum permanat in faxis Idem 1, 349. Malum acre per-  
manat huc Idem 3, 253. Amor Vsque In pectus permanauit Plaut.  
Mist. 1, 2, 63. Permanere dicitur res aliqua, Vulgari. Ter. Adolph.  
2, 4, 19 Ne si magis irritatus fiet, aliqua ad patrem hoc permanet, at-  
que ego tunc perpetuo perierim. i. Ne resciscat pater. Permanauit  
ad plures Caes. Bell. Ciuil. 2, 29. Cic. pro Domo 121 c. 46 Etsi  
effluunt multa ex vestra disciplina, quae etiam ad nostras aures saepe  
permanant. Permanauit in hanc ciuitatem doctrina Pythagorae Id.  
Tusc. 4, 2. Permanere, pro Peruenire. Lucret. 1, 123 Quo non  
permanant animae, neque corpora nostra. Nam antiquis Manere,  
Venire interdum erat. Id. e Festo apparet scribente Manalem lapidem  
ostium orci esse putatum, per quod animae inferorum ad superos ma-  
narent: id est, vt opinor, venirent. Turneb.

**PERMĀNANS**, antis. Partic. [καταβρύων] Conclufiunculae 50  
non permanantes ad sensus Cic. Tusc. 2, 42 c. 18.

**PERMANANTER**. Adu. [καταβρύοντως] Lucret. 6, 916 Vsque  
adeo permananter vis praeualet eius. De magnete lapide. i. Tran-  
sitorie, vt ita loquar. Lumbinus vero, Permananter, i. Eo modo, vt  
permanet, et perueniat ad multas res ferreas: legitque Perualet. 55

**PERMANASCO**, ěre. [καταβρύομαι] Plaut. Trinum. 1, 2,  
118 Neue cuiquam vnde ad eum id posset permanascere. i. Vnde pos-  
set rescire.

**PERMARĪNVS**, a, um. Adj. [διαπύρινος] Aedem Iaribus  
permarinis vouit Liu. 40, 52, 7. Dedicauit aedem Iarium perma-  
rinum Ibid. l. 4. Vid. LAR. Vet. Gloss. Lares Permarini, ἑσὶ δια-  
πύρινοι. Marinos vocat Varro ap. Non. 14, 8. Vid. Meurf. ad Plaut.  
Bacch. 2, 1, 3. Vet. Gloss. ἑσὶ διαπύρινοι Lares permarini.

**PERMATVRO**, āre. Arbori moro similem esse: nam primum  
album est, deinde rubrum; cum permaturauit, nigrum Hygin. Fab. 65  
136. Munker. mutauit in permaturuit.

**PERMATVRESO**, ěre. [καταπεπαινομαι] Prorsus maturum  
fieri. Columel. 2, 10 Et hoc quidem semen Ciliciae, Syriaeque re-  
gionibus ipse vidi mense Iunio Iulioque conferi, et per Autumnum,  
quum permaturuerit tolli. Oleae nigrae, quae in arbore bene per-  
maturuerunt Cels. 2, 24. Pomum permaturuit, Perfekte maturuit  
Quid. Met. 4, 165.

**PERMATVĒRVVS**, a, um. Adj. Perfekte maturus. Non per-  
matura mādere Cels. 6, 13. Columel. 12, 48 pr. Oliuas, quum  
iam nigruerint, nec adhuc tamen permaturae fuerint, sereno caelo 75  
diffringere manu conuenit.

**PERMAXIME**, Adu. Editt. Vett. Caton. R. R. c. 38, 4. Al.  
simpl. maxime.

**PERMEDIŌCRIS**, e. Adj. [πολύμετρος] Cic. de Orat. 1, 220  
c. 51 Partim, qui tolerabiliores volunt esse, et veritatem vitae propius 80  
accedere, permedioeres ac potius leues motus debere esse dicunt.

**PERMEDITOR**, vnde PERMEDITATVS, a, um. Partic.  
Permeditatam meis dolis Plaut. Epid. 3, 2, 39.

**PERMEDITATE**. Adu. Nae tu illorum mores perquam medi-  
tate tenes Plaut. Bacch. 3, 6, 16. Tmesin statuunt nempe, qui Aduerbium 85  
compositum volunt.

**PERMEO**, āre. [διαβεδίζω, διαπορούομαι] Transire. Plin. 11, 29  
Imensos permeant tractus. Cic. Acad. 4, 119 c. 37 extr. Erit  
persuasum etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos  
esse, quod quaedam animalis intelligentia per omnia ea permeet et 90  
transeat. Orbem permeare Lucan. 2, 418. Tot maria et terras  
permeat Quid. ex Ponto 4, 11, 16. Permeare extra lacum Columel.  
8, 15. Permeare sub maria Plin. 31, 5.

**PERMEATVS**, a, um. Partic. pass. Ammian. 21, 25 (Vales. 13)  
Permeato flumine. Ad. 24, 8. (Vales. 2 extr.) 95

**PERMEATOR**, ōris. m. Tertull. Apol. c. 21.

**PERMEABILIS**, e. Adj. Solin. 47 (60) Latitudo vix est  
plaustro permeabilis.

**PERMĒREO**, ěre. Idem quod Mexere, Militare. Stat. Silu. 1,  
4, 73 Et sole sub omni Permeruit iurata manus. 100

**PERMESSVS**, i. m. [Πέμυσσος] Fluius Boeotiae ex  
Helicone proueniens, Phoeba et Musis sacer. Virg. Ecl. 6, 64 Turū ca-  
nit errantem Permessi ad flumina Gallum.

**PERMESSIS**, idis vel idos. Patronym. Martial. 1, 72 Quid  
tibi cum Cyrrha, quid cum Permessidos vnda? 105

**PERMESSIVS**, a, um. Adí. Claud. de Laud. Seren. 8 Fons Aganippea Permessius educat vnda.

**PERMETIOR**, mensus sum, iri. Dep. [καταμετρώ] *Idem quod Metiri.* Cic. Acad. 4, 126 c. 41 Vos ergo huius magnitudinem quasi decem-peda, etc. permensi refertis. *de sole.* Plin. 2, 65 Permensus montes. Oculis permensi fese Stat. Theb. 6, 757. Permetiri, *Peragraré, perlustrare.* Cic. de Vniuers. 29 Attamen illud perspicí et intelligi potest, absoluto perfectoque numero temporis, absolutum perfectumque annum tunc compleri denique, quum se octo ambitus confectis suis cursibus ad idein caput retulerunt, quumque eos permensus est idem et semper sui similis orbis. Virg. Aen. 3, 157 Nos tumidum sub te permensi classibus aequor. i. e. Euecti, *inquit* Seruius. Aëra permensus multum Lucret. 6, 1140. Iter durum permensus Stat. Silu. 1, 2, 202.

**PERMENSVS**, a, um. Partic. *Actiue.* Emeritae permensum tempora vitae Nemesian. Ecl. 1, 19. *Pass.* Columel. 3, 13 *fin.* Sic permensum et perlibratum in similitudinem veruacii semper procedit. Et Apul. Met. 8 p. 209 Aliquanto viae permensio spatío. Permensio defunctus tempore lucis Tibull. 3, 3, 9.

**PERMENSIO**, ónis. f. Mart. Capell. 7 p. 235 Prudens permensio terrae.

**PERMETVO**, ère. [περιφοβῆμαι] *Valde metuere.* Virg. Aen. 2, 572 Et poenas Danaum, et deserti coniugis iras Permetuens.

**PERMILITO**, ãre. Vlpian. in l. Si tribunus D. de excusat. Si 25 Tribunus in cohortibus Praetoriis permilitauerit, etc. *Add.* Ibid. l. 8 §. 9.

**PERMILITATIO**, ónis. f. Apud Veget. esse dicitur.

**PERMINGO**, ère. Hor. Serm. 1, 2, 44 Hunc perminxerunt calones: *poena iunioris adulteri.*

**PERMINVTVS**, a, um. Adí. [καλύβαιος] Cic. Tusc. 2, 30 c. 13 Vt omnia praeterea, quae bona corporis et fortunae putantur, perexigua et perminuta videantur. *Sic in MS. inuenit Grut. qui tamen retinet simplex minuta.*

**PERMIRVS**, a, um. Adí. [καλυδάμασος] Cic. Fam. 3, 10 Illud vero permirum mihi accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente. *Add.* de Orat. 1, 214 c. 49.

**PERMIRABILIS**, e. Adí. Augustinus de Gen. ad lit. c. 10.

**PERMIRANDVS**, a, um. Adí. Gell. 3, 6.

**PERMISCEO**, miscui, mistum vel mixtum, ère. [καταμιγνῆαι, καταμύγνῆαι] *Plane et totum miscere.* Cic. Verr. 2, 123 Non modo illa, quae erant aetatis, ordinis, quaestusque permiscuit: sed etiam in his duobus generibus, ciuium nouorum, veterumque delectum ordinemque turbauit. Idem in Orat. 195 Ego autem sentio omnes in oratione quasi permistos et confusos pedes. Cic. pro Planc. 41

Omnia potius permiscuerunt, quam ei legi, conditionique parerent.

Idem in Orat. 39 Qui si tenui genere vteretur, nunquam ab Aristophane Poëta fulgurare, tonare, permiscere Graeciam dictus esset. i. *Perturbare et confundere.* Permiseri dulci aqua Colum. 2, 2. Cic. Phil. 12, 26 Cuius acerbitas morum, immanitasque naturae, ne vino quidem permista temperari solet. Caelum pelago permiscuit Eurus Sil. 15, 717.

Sordes alicuius cum splendore clarissimorum virorum permiscere Cic. in Vatín. 13 c. 5. Idem de Vniuers. 19 c. 7 Et eius copulationis alienam permiscens cum materia. Idem Verr. 3, 177 Sed eius rationem cum damnatione Dolabellae permiscuit. Fortunam opinionem excellentem cum laboribus et miseriis permiscere Cic. de Orat. 2, 210. Permiscere frigus Lucret. 6, 363. Plin. 12, 15 Myrrham in iisdem siluis permistam arborem nasci tradidere aliqui, plures separatim. Idem 12, 19 Cinnamum nascitur in Aethiopia Troglodytis connubio permista. Mortes permiscere Lucan. 7, 101. Fides permiscenda ruinae mundi Idem 2, 254. *Notat eos, Qui bellum civile quaeserant, ne soluere aes alienum cogerentur.* Cyathos rosae permiseri Scribon. 237.

**PERMISTVS** et **PERMIXTVS**, a, um. Part. [καταμιγθῆς]

Anima permista toto corpore Lucret. 3, 352. Consiliis alicuius permixtus Tac. Ann. 3, 38, 2. *Conf.* Idem Ann. 4, 40, 7. et Hist. 1, 2, 1.

Corpora viua permista sepultis Lucan. 2, 152. Fructus magna acerbitate permistos tuli Cic. pro Planc. 92 c. 38. *Add.* Pallad. Nou. t. 7. Grege permisto pueri, innuptaeque puellae Stat. Silu. 1, 1, 12. Lixae permisti cum militibus Sallust. Iug. c. 44. Moribus permistis esse Lucret. 3, 749. Permista et temperata numeris oratio Cic. in Orat. 196. Ruinae permistae Lucret. 1, 1100. Sonitus tubae permistus lituo Hor. Carm. 1, 1, 24. Cum his permixti Velites Sall. Iug. c. 46.

**PERMISTE**, et **PERMIXTE**. Adu. [καταμιγθῆως] Cic. in Partit. 24 Vt quum semel dictum sit directe, sicut natura ipsa tulerit, inuertatur ordo, et idem quasi sursum versus retroque dicatur, deinde idem intercise atque permiste. Partes confuse et permixte dispersimus Cic. de Inu. 1 c. 30. *Add.* Gell. 17, 7.

**PERMISTIM**. Adu. Instit. §. 3 de Legatis.

**PERMIXTIM**. Adu. Prudent. in Pass. Hippolyti v. 192.

**PERMISTIO**, et **PERMIXTIO**, ónis. f. [κατάμιξις] *Verbale.* Cic. de Vniuers. 37 c. 12 In qua omnem animum vniuersae naturae temperans permiscebat, superisque permissionis reliquias fundens aequabat. Macrobius in Somnio Scipionis 2, 15 *hac voce frequenter vitur.* *Add.* *ibid.* 1, 6. Virruu. 2, 6. et Apul. Dogm. Plat. 1 *sub fin.*

Permixonio terrae Sallust. Iugurth. c. 41.

**PERMISSVS**, Appellatur aries, Qui annis compluribus tonsus non est Paullus Festi. *Sic* Summittere et Immittere dici, f. l. *obseruamus.*

**PERMITIS**, e. Adí. [πολυπέρας] *Valde mite et Perfekte maturum significat.* Columel. 12, 41 Et integrá mala dulcia granata, quae Punica vocantur, et sorba non permitia diuisa exemtis feminibus.

**PERMITTO**, isti, issum, ère. [παραπέμπω] *Pro* Mittere, vel Transmittere aliquando accipitur. Colum. 7, 8 Hoc genus casei potest etiam trans maria permitti. ¶ 2 Permittere, [ἐφίμη]

Immittere, incitare. Liu. 3, 61 Concitant equos, permittuntque in hostem. Viridique greges permittere campo Nemesian. 1, 7. Lucret. 4, 681 Tum fissa ferarum Ungula quo tulerit gressum permitta canum vis Ducit. Et 691 Hic odor ipse igitur, nares quicumque laceffit, Est alio, vt possit permitti longius alter. Caes. B. G. 8, 9, 4 Quorum alter ex pontibus, quo tutior altitudine esset, hoc audacius longiusque tela permitteret. Ego sapientem non imaginario honore verborum exornare constitui, sed eo loco ponere, quo nulla permittitur iniuria Sen. de Const. Sap. c. 3. *Vid.* Lips. ad h. l. Caes. Bell. Gall. 8, 48, 3 Conuersoque equo se a caeteris incautius permittit in praefectum. *Add.* Non. 2, 710. ¶ 3 Permittere, [ἐνδιδόντας,

¶ 3 Permittere, [ἐνδιδόντας,

- [*ἑπιτρέφω, ἑπιτρέφω*] *Dedere*, Permittere sese militibus Liu. 24, 30. Permittere se fidei, *vel* in fidem et potestatem alicuius Caesar. Bell. Gall. 2, 3. *et* 5, 3 *extr.* Liu. 36, 27 *extr.* Haec vna via omnibus ad salutem visa est, ut in fidem se permitterent Romanorum. *Add.* Id. 1. 7 *et* 8. Permittere se in deditionem alicuius Liu. 8. ¶ 4 5
- Frequentissime est*: Permittere [*συγχωρῶν, ἀντιβαίνω*] *Concedere, solvare, sinere.* Cic. Tusc. 1, 103 c. 43 Praeclare id quidem, qui et amico permisit, et se ostenderit de hoc toto genere nihil laborare. Tibi, pater, permittimus Ter. Adolph. 5, 9, 38. Cogere et Permittere, *contraria* Auctor ad Herenn. 2, 15. Permittere aliquid liberum Liu. 31, . . . *et* 37, 7. Arma permittit populis Lucan. 7, 123. Feminas maribus Columel. 6, 24. Habenas equo Tibul. 4, 1, 92. Iracundiae alicuius aliquid Cic. pro Sulla 46. Iudicio alterius, *pro Alterum facere iudicem, et ex eius arbitrio omnia statuere* Terent. Phorm. 5, 8, 56. Cic. Verr. 5, 22 Facere coniecturam sine mea argumentatione iudicibus ipsis permittam, quod hoc genus praedandi, *etc.* Inimicitias cum aliquo susceptas Reipublicae permittere Cic. pro Sexto 72. Lex iubet, aut permittit, aut vetat Idem de Inuent. 2, 145 c. 49. Licentiam permittere Idem Tusc. 1, 6. Virg. Aen. 1, 544 Quaeue hunc tam barbara Morem Permittit patria? 20
- Negotium alicui totum permittere, seque in eius potestate fore dicere Cic. Q. Frat. 2, 8. Omnia alicui permittere Idem pro Domo 55. Idem pro Cluent. 123 Ne in vnumquemque nostrum Censoribus in posterum Potestatem regiam permittatis. Potestatem infinitam innumerabilis pecuniae conficiendae permittere Cic. de Lege Agrar. 2, 33. 25
- In censu habendo Potestas omnis aestimationis habendae Censori permittitur Idem Verr. 2, 131. Committere fidei alicuius, et permittere Potestati aliquem Idem pro Font. 30. Precibus alicuius permittere aliquid Stat. Silu. 4, 1, 34. Regnum permittere Cic. pro Sull. 21. Vela ventis, *vid.* ORA. Vitam sententiis iudicium 30
- Cic. pro Rosc. Amer. 149. ¶ 5 Permittere ad aliquem *laudatur* Senec. Epist. 67. Permitti, *pro Remitti* l. Imperatores D. de pactis. *Vid.* *Cuiac.* Obs. 21, 29. *et contra Gronov.* in Epist. Sylloge Burm. n. 357 T. 2 p. 612. Permittitur, *Inpers.* Plin. 4, 14 Si coniectare permittitur, haud multum orae deest Graecorum opinioni, *et* 35
- longitudinis ab Agrippa traditae.
- PERMISSVS, a, um. Part. [*ἀμιμνός, συγχωρηθῆς*] Liu. 4, 39 Cognitioque eius rei L. Sergio et Qu. Seruilio, et Mamercio Aemilio permissa. Potestas permissa illis Lucan. 1, 595. Permissum est lege Cic. Att. 16, 17. Vti permisso Hor. Epist. 2, 1, 45. 40
- PERMISSVS, ūs. m. [*συγχώρησις*] Omne seruitium permissu Magistratus liberatum Cic. de Arusp. Resp. c. 12. Id. Off. 1, 40 Quum enim Annibalis permisso existet e castris, rediit paullo post. Idem Verr. 3, 184 Permissu tuo. Liu. 3, 43 Decemvirosum 45
- PERMISSVM, i. n. *Idem.* Hor. Epist. 2, 1, 45 Vtor permisso. *Conf.* Labeonem Ict. *apud* Ulpian. Dig. 11 t. 7 l. 8.
- PERMISSOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc.
- PERMISSIO, ōnis. f. [*συγχώρησις*] *Idem quod Permissus.* Liu. 37, 7 *pr.* Aut ex summa pecuniae demerent, aut permissionem extra civium corpora fieri iuberent. Grata mansionis permissio Cic. Q. Frat. 3, 1 c. 3. Plus valet permissione sanctio Auctor ad Herenn. 2, 35. Permissio, *Figura est rhetorum, quae definitur ab auctore ad Herenn. 4, 39 c. 29* Quum ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere, et concedere alicuius voluntati: sic, Quoniam omnibus 55
- rebus surreptis solum mihi superest animus et corpus, haec ipsa, quae mihi de multis sola relicta sunt, vobis et vestrae condono potestati.
- PERMODESTVS, a, um. Adi. [*πολυμέτριος*] Cic. Att. 4, 8 Satis enim acutus et permodestus, ac bonae frugi. Idem in Catil. 2, 12 Homo enim videlicet timidus et permodestus, vocem Consulis 60
- ferre non potuit. Sensus Tac. Ann. 1, 7, 4.
- PERMODICVS, a, um. Adi. [*πολυπαῦρος*] Suet. in August. c. 6 Locus permodicus. *et* Tiber. c. 47.
- PERMODICE. Adu. Columel. 5, 11 Permodice findito. *b. e.* Valde parum. 65
- PERMOESTVS, a, um. Adi. Agamemnonem interitu filiae permolestum Diot. Cret. 1, 23. *Add.* Paullin. Petroc. 5, 711.
- PERMOESTVS, a, um. Adi. *Vehementer molestus.* Cic. Att. 1, 15 (18) Atque hi (nolo enim te permoueri) non sunt permolesti, sed tamen insident et vrgent, et nullius amantis consilio aut sermone requiescunt. 70
- PERMOESTE. Adu. Cic. Verr. 4, 131 c. 58.
- PERMOLLIS, e. Adi. Quod etiam in carminibus est permolle Quinctil. 9, 4 p. 707.
- PERMOLO, ui, ūtum, ěre. *Valde molere vel agitare.* Horat. 75
- Serm. 1, 2, 30
- Quidam notus homo quum exiret fornice: maeste Virtute esto, inquit sententia dia Catonis. Nam simulac venas inflauit tetra libido, Huc aequum est iuuenes descendere, non alienas 80
- Permolere vxores. *i.* *Violare, polluere, subagitare.* Acron. *Conf.* *Interpp.* Petron. c. 23.
- PERMONSTRO, āre. Erupisse hostium vastatorias manus superato flumine, permonstrantes Ammian. 18, 13 (Vales. c. 6.)
- PERMORIOR, mori. Dep. Commodian. Instruct. 27 *et* 29. 85
- PERMOVEO, ōui, ōtum, ěre. [*κατακινῶ, ἰξάω*] *Vehementer mouere.* Cic. Verr. 3, 144 Quod si quis sociorum incommodis minus mouetur, si quem aratorum fugae, calamitates, exilia, suspendia denique non permouent, *etc.* Animos Cic. in Orat. c. 28. Aureas duras permouimus precibus Claud. de Conf. Hon. 6, 368. Ira, 90
- vel* luctu Quinctil. 2, 10. Adduci et permoueri re aliqua Caes. Bell. Gall. 1, 3 *pr.* Cic. Att. 1, 13 Qui moesti inter sui dissimiles et moerentes sedebant, et contagione turpitudinis vehementer permouebantur. Miseratione mens iudicium permouenda est Cic. in Orat. 131 c. 38. In commouendis iudicibus, iis ipsis sensibus, ad quos illos 95
- adducere volumus, permoueri Idem de Orat. 2, 189. Permoueri Scribon. 122 *de bono effectu medicamenti.* Permotus nescio qua animi diuinatione Cic. Fam. 3, 13. Permotus iracundia, dolore, metu Idem Att. 10, 4. Lacrimis permotus Stat. Theb. 12, 589. Cic. pro Caecin. 49 c. 17 Quod si fuisset, et ex eo loco permotus fugisset, 100
- quum armatos vidisset, *etc.* Permotus mente, *quasi De mente remotus, pro Insano.* Cic. de Diuin. 1, 129 Quod maxime contingit aut dormientibus, aut mente permotis. Mare permotum ventis Lucret. 6, 726. Tumultum tam propinquo tamque magno permoti Nep. 1, 4, 3. *Conf.* Idem 18, 6, 2. 105

**PERMOTIO**, ōnis. f. [κατακίνησις] Cic. Acad. 4, 135 Mediocri-  
tates illi probabant, et in permotione naturalem volebant esse quen-  
dam modum. Idem de Diuin. 1, 89 c. 40 Alteram mentis incitatio-  
ne et permotione diuina? Permotio et Conciliatio, *contraria*.

5 Cic. de Orat. 2, 216 c. 53 *extr.* Illa autem, quae aut conciliationis cau-  
sa leuiter, aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotio-  
nibus inferenda sunt, vt odio, beneuolentia, misericordia, inuidia  
tollatur. Idem Acad. 4, 135 Atque illi quidem etiam vtiliter a na-  
tura dicebant permotiones istas animis nostris datas: metum, cauendi  
10 causa: misericordiam, aegritudinemque, clementiae: ipsam iracun-  
diam, fortitudinis quasi cotem esse dicebant. Mentis permotione  
magis, quam natura haec sentimus Cic. de Diuin. 2, 9.

**PERMOTO**, āre. Vino permotati honorem illi (*Baccho*) dedere  
Commodian. Instruct. c. 12.

15 **PERMVLCEO**, si, sum et etum, ēre. [καταθέλω] *Studiosè*  
*mulcere, leuire, mollire, mitigare, leniter attrahere.* Cic. de Nat.  
Deor. 2, 114 Aram quam statu permulcet spiritus Austri. *Ex Poëta.*  
Terque manu permulcit eum Ouid. Fast. 4, 551. Cic. de Orat. 2,  
315 c. 78 Prima est quasi cognitio et commendatio orationis in princi-  
20 pio, quae continuo eum, qui audit, permulcere atque allicere debet.  
Solatia vitae permulcent animos Lucret. 5, 21. Arterias leni voce  
permulcere Auctor ad Heren. 3, 21. Aures vacuas Hor. Epist. 1, 17,  
26. Aures assistentium prauis voluptatibus Quinctil. 2, 12. Aures  
sonus et numerus permulcent Cic. in Orat. 163 c. 49. Colla draco-  
25 num permulcit Ouid. Met. 7, 221. Corda furentum permulcit Sil.  
13, 344. Iras Liu. 7, 40. Permulsit Iram eius consul Id. 59, 23.  
Iucunditate Quinctil. 2, 5. Plebem permulcere atque tractare Liu.  
3, 14 *extr.* Sensem voluptate, qui permulcet, pellit Cic. de Finib. 2, 32.  
Permulsit voluptate laetissima Columel. 12, 2.

30 **PERMVLCENS**, entis. Partic. [καταθέλων] Membra per-  
mulcens Sil. 5, 144. Candida permulcens liquidis vestigia lymphis  
Catull. Argon. 62, 162.

**PERMVLVSVS**, a, um. *Aliud Partic. Et*

35 **PERMVLCTVS**, a, um, Part. Cic. ad Heren. 3, 21 c. 12 Nam  
laeduntur arteriae, si antequam leni voce permulsae sunt, acri clamore  
compleantur. Sall. Hist. 4 *ap.* Priscian. 9 p. . . liberalibus verbis  
permulcti sunt. Permulsit sonis mitioribus Gell. 1, 11.

**PERMVLSTIO**, ōnis. f. Non. 1, 294 Omnia, quae sunt natura  
fera, manu permulsiōne mitescunt.

40 **PERMVLTVS**, a, um, Adi. [ἀμπαλλος] Cic. Att. 14 *sub* 17  
*ad Dolabellam pr. quae habetur etiam* Fam. 9, 14 Sunt enim permulsi  
optimi viri, qui valetudinis causa in haec loca veniant. Imitatores  
principum permulti existunt Cic. de Legib. 3 c. 14. In faciem per-  
multa iocatus Hor. Serm. 1, 5, 62.

45 **PERMVLTO**. Adu. [πάνυ πολλῶ] Cic. de Diuin. 2, 126 f. 61  
Praesertim quum Chrysippus Academicos refellens, permulto clariora  
et certiora esse dicat, quae vigilantibus videantur, quam quae somni-  
antibus. Permulto minora Lucret. 5, 545.

50 **PERMVLTVM**. Adu. [πάνυ πολλόν] Cic. Att. 14, 23 Et prima  
illa actio, et haec contra Antonium concio, mihi profecisse permul-  
tum videtur. Permulum ante certior factus eram literis Id. Fam.  
3, 11. Id. Off. 1, 27 In omni iustitia permultum interest vtrum per-  
turbatione aliqua animi, quae plerumque breuis est, et ad tempus, an  
consulto et cogitato fiat iniuria.

55 **PERMVNDVS**, a, um, Adi. [πολυκαθάριος] Varr. de R. R. 3,  
8 Permundae sunt enim hae volucres. *de columbis.*

**PERMVNDO**, āre. Theod. Prisc. 1, 19.

60 **PERMVNIO**, īre. [κατοχυρώ] *Valde munire, aut Absoluere,*  
*quod munire inceperas.* Liu. 30, 16 Et quae munimenta inchoauerat,  
permuniit. Castra permuniit Tacit. Hist. 3, 9, 2. Locorumque  
opportuna permuniuit Idem Ann. 4, 24. *Add.* Iustin. 24, 7, 8.

**PERMVNITVS**, a, um, Partic. [πάνυ ὀχυρῶ] Themisto-  
cles indicat permunitas Athenas esse Iustin. 2, 15, 9. Liu. 7, 16  
Priuernates quum ante moenia sua castris permunitis confedisset, vo-  
65 catis ad concionem militibus, etc. Sic 25 etc. Cuncta aggeribus  
permunita Tacit. Ann. 2, 7, 4.

**PERMVTO**, āre. [ἀνταλλάττω, ἀμείβω] Festus: Permutari  
id proprie dici videtur, quod ex alio loco in alium transfertur: at  
commutatur, quum aliud pro alio substituitur. Martial. 8, 75 Per-  
70 mutatur onus, stipataque tollitur alte. Plin. 11, 37 Lien cum ieci-  
nore locum aliquando permutat. Permutare inter se nomina Plaut.  
Capt. 3, 5, 18. Permutare in contrarium Plin. 1, 11. Inuicem  
permutari Quinctil. 1, 4. Figurae permutantur Lucret. 2, 1021.  
Permutare pretio, vel merce Plin. 9, 55. Id. 7, 38 Praxiteles no-  
75 bilitatus est Gnidia Venere — Nicomedis aestimatione regis, grandī  
Gnidiorum aere alieno permutare eam conari. *Debebant magnum aes*  
*alienum Gnidii: hoc eos exsoluere voluit Nicomedes, si illam Venerem*  
*suam sibi darent.* Dominos permutare Hor. Epist. 2, 2, 174. Do-  
mos Claud. in Eutrop. 1, 60. Fauorem odiis Idem ad Adrianum

80 1, 3. Dando et accipiendo permutandisque facultatibus nulla re egere  
Cic. Off. 2, 15 c. 4 *extr.* *Al.* mutandisque. Permutare pecuniam  
*uno loco solutam alio numerandam curare, quod cambium hodie vocant.*  
Cic. Fam. 2, 17 Se ait curasse, vt cum quaestu populi pecunia permu-  
taretur. Idem Att. 12, 24 De Cicerone (*filio Consulis*) — quaero,  
85 quod illi opus erit Athenis, permutari ne possit, an ipsi ferendum sit.  
Et 15, 15 Velim cures, vt permutetur Athenas, quod sit in annum  
sumtum ei. Scilicet Eros (*Romae tantundem*) numerabit. Et 12,  
27 *de eodem*, Numorum quantum opus erit, vt permutetur, tu vi-  
debis. Id. 11, 24 Scripseras, vt HS. XII (*intell.* millia) permuta-  
90 ret; tantum esse reliquum de argento. Misit illa CCXXX (decem  
millia) mihi, et adscripsit tantum esse reliquum. Et Att. 14, 1 Quo  
plus permutasti, quam ad fructum insularum, id ille annus habeat,  
in quem itineris sumtus accessit. *Add.* Off. 2, 21 c. 6. *Conf.* Manut.  
ad Fam. 2, 17. Cic. de Legib. 3, 20 C. Gracchus ruinis et iis ficis,

95 quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se  
ciues, nonne omnem Reip. statum permutauit? Permutare, *pro*  
*Emerere.* Plin. 31, 1 Singulis millibus numum permutantibus con-  
gios paene binos. *Pro simplici* mutare Plin. Epist. 9, 40 Scribis per-  
gratas tibi fuisse literas meas, quibus cognouisti, quemadmodum in

100 Tuscis otium aestatis exigerem: requiris, quid ex hoc in Laurentino  
hieme permutem.

**PERMVSTATVS**, a, um, Partic. Lucret. 1, 828 Tantum ele-  
menta queunt permutato ordine solo. *Add.* 5, 126.

**PERMVSTATIO**, ōnis. f. [ἀνταλλαγή] Cic. Att. 5, 13 Ego  
105 praeterea rationem Philogeni, et permutationis eius, quam tecum feci,  
edidi.

edidi. Cic. Fam. 3, 5 Per paucos dies, dum pecunia accipitur, quae mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. De eo, quod *bulie* vocatur Cambium. Magna rerum permutatione impendente declinaui paululum Id. pro Sext. 73. Perturbare literas varia permutatione Quintil. 1, 1. Est et Oratoria exornatio, de qua Auct. 5 ad Heren. 4, 46 c. 34 Permutatio est oratio aliud verbis aliud sententia demonstrans. Ea diuiditur in tres partes, similitudinem, argumentum, contrarium. Similitudo deinde illi eadem est, quae metaphora; Contrarium, ironia. Itaque Permutationem dicit, puto, quem Tropum ex Graeco alii.

**PERNA**, ae. f. [*πέρνα*] A Pede dicitur, vel a *πέρνα*. Perna dicuntur tam priores, quam posteriores toti inde a spina dorsu pedes porci. Hor. Sat. 2, 2, 117 Fumosae cum pede pernae. Hic pes pars pernae. Add. 2, 4, 60. et Symposii aen. 83 quod ita habet sub titulo Perna: Nobile duco genus magni de gente Catonis (Porcii) Vna mihi soror est, plures licet esse putentur. Nam proprie sorores pernae sunt vel duae priores eiusdem animalis, vel duae posteriores; licet quatuor possint fieri ex vno porco pernae. De fumo facies (color fuscus) sapientia (sapor) de mare (aqua marina vel sale adeo) nata est. Plaut. Capt. 4, 2, 70 Scis bene esse, si sit vnde. ER. pernam atque ophthalmian, etc. 20 Plin. 8, 51 de suis Caltrantur feminae quoque sic vti cameli, post bidui inedia, suspensae pernis prioribus, vulua recisa. Perna, a pede suis, a nomine eius Varr. de L. L. 4, 22. Inter Petasone et Pernam interesse ex Martiali 13, 54 colligitur, cuius lemma, Perna, Caeretana mihi fies, vel massa licebit De Menapis, lauti de petasone vorent: Putantque Petasonis partem Pernam vocari, vel Athenaco auctore, cuius haec verba laudant, ἐπι δὲ πετασῶνος μέρος ἐλάσω κείναι, ἢ πέρναν καλῶσι. Sic Turneb. Aduers. 16, 16. Locus est lib. 14 p. 657 E, ex quo mirum est illud collegisse Turnebum. Hoc enim dicit Athenaeus, Petasonis, cuius etiam Perna nomen sit, partem unicuique conuiuarum fuisse appositam. De Martiali res speciem habet, quia proximo epigrammate de Petasone agit. Sed obscurius est illud, quam, ut certi quid inde conficiatur. Si coniecturae locus est, putem Ep. 54 de coctura et paratura agi, quam describit Apic. 7, 93 Ep. 55 autem de simplici ratione, quam ipsam quoque l. c. tractat Apicius. Viderint, quibus ea cura tanti est. Nobis nondum videtur discrimen certum pernae et petasonis allatum. Pernas fallere docet Cato R. R. 162 Cum pernas emeris, ungulas earum praecidito, etc. Pallad. de ead. re Dec. 6, 2 Pernas etiam et lardum conficimus, etc. nulla petasone mentione facta. Sed distinguere videtur Varro R. R. 2, 4, 10 Etiam nunc quotannis e Gallia apportantur Romam Perna, tomacinae, taniacae, petasiones. Pernam quidem ius est apponi frigidam postridie Plaut. Pers. 1, 3, 26. Debilis perna Stat. Silu. 4, 9, 34. i. trunca. ¶ 2 Ab huius similitudine, Perna etiam Pisis dicitur ex concharum genere: vid. Plin. 32, 11 extr. ¶ 3 Perna, etiam in arborum furculis dicitur. Plin. 17, 10 l. 13 Auulsique arboribus stolones vixere. Quo in genere et cum perna sua auelluntur, partemque aliquam et matris quoque corpore auferunt secum sumbriato corpore. Ostendit ipsa haec translatio, Perna etiam comprehendit partem latiore, quam Petasone proprie dici, constat. ¶ 4 Pernam, in hominibus etiam dixit Ennius, quum scribit, His pernas succidit iniqua potentia Poeni. Festus in Supernati v. v. ¶ 5 Non inuenio, quod poni dicitur Perna pro Homine stolido Plaut. Truc. 2, 2, 39.

**PERNONIDES**, ae. m. Idem. Plaut. Men. 1, 3, 27 Opsonari laridum pernonidem. Nomen lasciuie formatum ad morem patronymici.

**PERNARRO**, are. ἀφηνύμαι Gloss. Cyrilli.

**PERNAVIGO**, are. [καταπλέω] Transire nauigando. Plin. 2, 67 Sub eodem sidere pars tota vergens in Caspium mare, pernavigata est Macedonum armis.

**PERNAVIGATOR**, oris. m. Apud Senecam esse dicitur.

**PERNECESSARIUS**, a, um. Adi. [πράν ἐπιπρόσθετος] Admodum necessarius. Emere sibi rem pernecessariam Vlpian. l. 11 §. 4 D. de minor. Cic. Att. 5, 21 pr. Non esse Romae meo tempore pernecessario, submoleste fero. Pernecessarius, Valde coniunctus et propinquus. Cic. pro Flacc. 14 c. 6 Contendisse a Laelio paterno amico, ac pernecessario, ut hunc hoc iudicio arcefferet. Vid. Fam. 9, 13. it. 13, 40. et 69. etc.

**PERNECO**, are. Sitne in terris, dormire, quod ensis Non queat Ausonius, Tyrrenaque perneceat hasta Sil. 4, 611. quod tuctur Dausqueius: sed perneceat, quod Modius dedit, Drakenb. retinet. Non damnarim verbum, a quo derivari videtur Pernicies: quodque nec plane inauditum. Vid. Theod. Priscian. 2, 13. Augustin. Serm. 17 de Tempore (Opp. T. 10 p. 605).

**PERNEGO**, are. [ἐξερρόμασι] Vehementer, vel omnino et praecipue negare. Ter. in prol. Eun. 34 Sed eas fabulas factas prius Latinas scisse sese, id vero pernegat. Cic. Verr. 1, 106 Saepe appellari pernegauerunt. Traditum a se aliquid pernegare Id. pro Cael. 65. Pernegatur, impersonale. Id. Verr. 4, 76 Itaque illo tempore ac primo istius aduentu pernegatur.

**PERNEGATIO**, onis. f. Apud Ictos.

**PERNEO**, eui, etum, ere. Ad finem usque nere, Totum nere. Martial. 1, 89 Quum mihi supremos Lachesis perneuerit annos, Non aliter cineres mando iacere meos. b. e. Quum fatalem vitae meae cursum expleuerit.

**PERNETVS**, a, um. Partic. Sidon. Apollin. 15, 167 Quam cernas Parcarum vellere in ipso Nondum pernetam. fato praestare salutem.

**PERNICIES**, ei. f. [οἴστος, ὄλεθρος, πανολεθρία] Mors; a Perneco, perneceas. Nonius 2, 652 Pernicies, Periculum, exitium. Ter. Adolph. 2, 1, 36 Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium. Pernicies, pernicii in Genesio declinasse veteres probat Gell. 9, 14 ex Cic. Orat. pro Sext. Rosc. 131 ubi ita scriptum legit, Quorum nihil pernicii causa diuino consilio, sed vi ipsa et magnitudine rerum factum putamus. Sic etiam dedere Grut. et Grönou. nec tamen sine varietate. Pernicies, et tempestas barathrumque macelli Hor. Epist. 1, 16, 31. de gulofo. Vini pernicies lymphae Catull. 25, 6. Pernicies pituitae Colum. 8, 5, 20. Labes et pernicies prouinciae Cic. Verr. Act. 1, 2. Pernicies Reip. et exitium vrbis Id. in Catil. 4, 10 c. 5. Circa perniciem, vid. CITRA Praepositionem. Cic. de Inuent. 1 Ne mali magno cum detrimento bonorum, et communi omnium pernicie plurimum possint. Idem in Catil. 1, 33 Hisce omnibus Catilina cum summa Reip. salute, et cum tua peste et pernicie, etc. proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Pernicies et Salus, contraria. Cic. de Orat. 2, 35 Eadem facultate et fraus hominum ad perniciem, et integritas ad salutem vocatur. Communis

- perniciēs, *vid.* COMMVNIS. Accessit fortunis perniciēs, *vid.* ACCEDO. Coniuncta cum magna calamitate Reip. perniciēs Cic. in Catil. 1, 11 c. 5. Depellere perniciem a patria Idem pro Domo 75. Eluere perniciem Colum. 1, 5, 3. Facere perniciem alicui Tacit. Hist. 2, 70, 3. Ferre perniciem Hor. Serm. 1, 4, 130. Gliscens perniciēs Tacit. Ann. 12, 54. Moliri perniciem Cic. in Catil. Incumbere ad, *vel* in perniciem alicuius, *vid.* INCUMBRO. Incurrere in perniciem Cic. de Nat. Deor. 3, 69. Instruētus ad perniciem, *vid.* INSTRVO. Inuenire sibi perniciem Tacit. Ann. 1, 74. Verrere in perniciem Id. ibid. 2, 20.
- PERNICIĀLIS, e. Adi. [ἐξώλης] Quod perniciem affert. Plin. 15, 18 Cato perniciāli odio Carthaginiis flagrans. Dissidium Lucret. 1, 453. Morbi, *Exitiales* Liu. 27, 23 (25). Odium Plin. 24, 1. Praelia Idem 8, 5.
- PERNICIABĪLIS, e. Adi. [πανόλης] Ad mortem omnia ducons. Curt. 7, 3, 13 Multos exanimauit rigor nituis insolitus, multorum adussit pedes, plurimorum oculis praecipue perniciabilis fuit. Tacit. Ann. 4, 34, 2 Id perniciabile reo.
- PERNICIŌSVS, a, um. Adi. [ὀλέθριος, ὀλοός, ἴλος, ἐλθμενος.] Damnum afferens. Cic. de Amicit. 97 Quamquam ista assentatio perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recipit. Cic. anteq. iret in exil. 21 Quae tamen omnia iam non sunt tam calamitosa, quod mihi sunt subeunda: quam perniciosa, quod in Remp. sunt introducta. Foedum et perniciosum iudicii exitum lenissimē tuli Id. Q. Frat. 3, 9. Labes ciuitatis nefanda et perniciosa Id. pro Domo 114 c. 43. Leges Caes. Bell. Ciuil. 1, 7. Numina cultori perniciosa suo Ouid. Trist. 2, 14. Scripta perniciosa auctori suo Idem ibid. 5, 1, 68. Compar. Cic. Tusc. 3, 5 Morbus perniciosior. Alcibiadis, nescio vtrum bona an vitia patriae perniciosiora fuerint Val. Max. 3, 1 ext. Nullus perniciosior hostis est, quam quem audacem angustiae faciunt Sen. Q. N. 2, 59. Superl. Hostis studiorum perniciosissima Quinctil. 2, 2. SVBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO Inscript. Grut. p. 245 n. 1. Perniciosissimas reip. leges introducere Val. Max. 9, 5 pr.
- PERNICIŌSE. Adu. [ὀλεθρίως] Damnose, exitialiter. Cic. de Legib. 3, 32 c. 14 Quo perniciosius de Republ. merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem. Plin. 17, 22 Sic perniciose luxuriat. Cic. Att. 14, 13 Quam dissolute, quam turpiter, quamque ita perniciose, vt, etc. Multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis Cic. de Legg. 2 c. 5. Superl. Rebus mortalibus validissime et perniciosissime compediri Augustin. Epist. 39.
- PERNICITAS, *vid.* PERNIX.
- PERNIGER, gra, grum. Adi. [καλομέλας] Valde nigrum significat. Plautus Poen. 5, 2, 153 Specie venusta, ore paruo, atque oculis pernigris.
- PERNIMIVS, a, um. Adi. Pernimium sentiret onus Paullin. Petrocor. 5, 25.
- PERNIMIYM. Adu. [πολύ ζῆλον] Ter. Adolph. 3, 4, 29 Nimium inter vos Demea, ac non quia ades praesens dico hoc, pernimium interest. Adu. Papin. l. 2 §. 1 D. de Custod. et exhib. Haec interpretatio praedura pernimiumque seuera est.
- PERNIO, ōnis. m. [χιμέθλον] Morbus pedum ex nimio frigore proueniens, et calcaneum infestans praecipue. Perniones Scribon. 219. Plin. 20, 3 Est et rapo vis medica: perniones feruens impositum sanat.
- PERNIUNCŪLVVS, i. m. Dimin. [χιμέθλιων] Plin. 26, 11 Perniunculos curat et cotyledon cum axungia.
- PERNITEŌ, ēre. Vehementer nitere s. splendere. Est lacus, quo perfusa corpora quasi vncta pernitent Mela 3, 10.
- PERNIX, icis. [διαμένων] Adi. a Pernitor, perniteris. Perseuerans interpretatur Seruius Virg. Georg. 3, 229 de tauro ferociente, Et inter Dura iacet pernix instrato saxa cubili. Seru. Sic Hor. Epod. 2, 42 Pernicis vxor Appuli. 2 Consuetiore intellectu Pernix, [ἀκός] Celer. Virg. Aen. 4, 180 Pedibus celerem, et pernicibus alis. Plaut. Mil. 3, 1, 36 Pernix sum manibus. Pernix irumpit in aulam Sil. 1, 167. Pernix fugit Maurus Idem 4, 377. Alae pernicēs Virg. Aen. 4, 180. Canis pecuarius Columel. 7, 12, 8. Chorea pernix Lucret. 2, 635. Equus quammaxime pernix Plin. 8, 18. Fera Seneca Herc. fur. 4. Plantae Virg. Aen. 11, 718. Velocitas Plin. 19, 5. Ad animum mutabilem refert Horat. Art. Poët. 165 Sublimis, cupidusque, et amata relinquere pernix. Compar. Vento pernicior Stat. Theb. 4, 313. Pernicior vnda Garumnae Claud. in Ruf. 2, 113. Volucris Mauro pernicior Astur Sil. 15, 416. Solito pernicior index Stat. Theb. 9, 33. Superl. Columel. 3, 9 Vnde sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarum femina diligenti obseruatione custodiunt. Temporis pernicissimi celeritas Sen. Epist. 108.
- PERNICITAS, atis. f. [ἀκύτης] Velocitas. Plin. 7, 2 Alibi cauda villosa, homines nasci pernicitatis eximiae. Pernicitas et velocitas Cic. Tusc. 5, 45 c. 15. Ademta equorum pernicitate Tacit. Hist. 1, 79. Pernicitas pedum inerat, quae cognomen etiam dedit Liu. 9, 16. de Papirio Cursore. Electi milites ad pernicitatem Caes. Bell. Ciuil. 3, 84. Conf. Plaut. Men. 5, 2, 4. et 114. Non. 5, 92.
- PERNICITER. Adu. [ἀκίως] Plin. 8, 14 Vt superuolantes quamuis alae, perniciterque, alites haustu raptas absorbeant. Add. Plaut. Amph. 5, 1, 64. Catull. 63, 8. Liu. 26, 4. Compar. Plin. 8, 52. Et Paullin. Petrocor. 4, 206.
- PERNOBĪLIS, e. Adi. [πάνυ γνώριμος] Cic. Verr. 4, 127 c. 57 Nam tum ipsa fuit egregie facta, tum epigramma Gracuum pernobile incisum habuit in basi.
- PERNOCTO, āre. *Vid.* PERNOX.
- PERNOSCO, nōui, nōtum, ēre. [καταγινώσκω] Perfekte noscere. Ter. Andr. 3, 2, 23 Non satis me pernosti etiam qualis sim Simo. Cic. de Fato 10 c. 5 Qui se profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. Agricolationem Colum. 1 praef. 11. Et Mores auium Idem 8, 5, 6. Naturam pernoscere iuris Hor. Serm. 2, 4, 63.
- PERNOTESCO, ēre. [καταγινώσκομαι] Vnde Pernotuit, impersonale, pro Perfekte et certo cognitum est. Tacit. Ann. 14, 8 Atque ubi incolunem esse pernotuit. Add. Ibid. 1, 23, 2. et 13, 25, 2.
- PERNŌTVS, a, um. Partic. Curt. 9, 7, 16 Dioxippus regi pernotus et carus. Pernotum est Minuc. Fel. p. 117.
- PERNOSCENDVS, a, um. Aliud Partic. Cic. de Orat. 1, 17 Mores hominum sunt penitus oratori pernoscenti.
- PERNOX, octis. Adi. [πανύχνης] Totam noctem durans, apprensus.



*rens, vigilans, etc.* Liu. 5, 28 Praeliumque ante lucem (sed luna pernox erat) commissum esse: et haud incertius diurno praelium fuit. *Adde* 21, 49. *Et* Ammian. 31, 2. Phoebe Senec. Hippol. f. 6. Trivia Senec. Medea f. 10.

**PERNOCTO**, *äre.* [*πανυχθίζω*] *Noctem transigere, sed sic fere, 5* *ut intelligatur, non domi nostrae, sed in loco alio hoc fieri.* Ter. Adolph. 4, 1, 24 Sed si hic pernocto, causae quid dicam Syre? Cic. pro Cluent. 37 Quum esset adolescens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, et ibi diem postero commoraretur. Neque pernoctare, neque permanere eodem loco posse Caes. B. G. 8, 15. Haec 10 studia pernoctant nobiscum, peregrinantur Cic. pro Arch. c. 7. Pernoctant Venatores in niue Idem Tusc. 2 c. 17. Pernoctare ad ostium carceris Idem Verr. 5, 17. *Et* Idem 4, 25 Senator Pop. Rom. quod in vobis fuit, in oppido vestro iacuit, et pernoctavit in publico. Cic. Tusc. 5, 69 c. 24 Quo tandem igitur gaudio affici necesse est sapientis animum Cum his habitantem pernoctantemque curis? 15

**PERNOCTANS**, *antis.* Partic. Propter inopiam tecti in foro pernoctans Cic. pro Domno c. 30.

**PERNOCTATIO**, *önis.* f. *apud* Ambros. ferm. 90.

**PERNOXIUS**, *a, um.* Adi. Pernoxii appulsis Pomp. Mela 1 20 c. vlt. *de populis Pontum accolentibus.*

**PERNUMERO**, *äre.* [*καραριθμέω*] *Totum numerare, et sic, ut 5* *muset pecunia dominum, locum certe, ut* Transnumerare. Plaut. Epid. 5, 1, 26 Age, age absolue, atque argentum numera, ne comites morer. S. pernumeratum est. Liu. 28, 34 Paucos moratus dies dum imperatam pecuniam Illergetes pernumerarent. 25

**PERO**, *önis.* m. *Genus calceamenti rustici ex corio crudo, contra 5* *niues, imbresque et frigora. Cognatum nomen perae, cui materia et forma simile illud calceamentum est.* Iuven. Sat. 14, 186 Quem non pudet albo Per glaciem perone tegi. Virg. Aen. 7, 690 *priscos Latinos* perone in bellis usus ostendit, quum inquit, Vestigia nuda sinistri Instituere pedis, crudus tegit altera pero. Quorum pedes perone setoso vinciebantur Sidon. Ep. 4, 20. Perones etiam vocantur Sacci. Plin. 36, 14 *de templo Ephesiae Dianae,* Id consequutus est architectus Ille peronibus arena plenis. Quo in loco nonnulli Beronibus legebant. 35 *Sed hodie editur Aeronibus v. v.* Vitruv. 5 c. vlt. Creta peronibus ex vluva palustri factis calcetur; ubi legitur Meronibus. Verum hic quoque aeronibus videtur praefereendum Salmasio. Peronibus etiam legunt nonnulli apud Alfenum in I. In naue. D. locati.

**PERONĀTVS**, *a, um.* Adi. Qui peronibus calceatus est. Perf. 40 5, 102 Nauim si poscat sibi peronatus arator.

**PERO**, *üs.* f. *Teste Homer. Odyss. 11 Filia fuit Nelei, et soror Nestoris et Periclymeni: tam admiranda fuit pulchritudine, ut omnes accolae illam ducere in uxorem cuperent. Quamobrem pater Neleus illi soli eam 5* *promisit, qui boues ingentes ex Herculis custodia eriperet.* Propert. 2, 3, 15 45 Turpia perpestus vates est vincula Melampus Cognitus Iphicli subripuisse boues, Quem non luca, magis Pero formosa coegit, Mox Amythaonia nupta futura domo.

**PEROBSCVRVVS**, *a, um.* Adi. [*μύρα ασφής*] *Valde obscurus.* 50 Cic. de Nat. Deor. 1, 1 Perobscura quaestio. Fama Liu. 1, 16.

**PERODIOSVS**, *a, um.* Adi. [*πολυμίσχτος*] *Valde odiosum significat.* Cic. Att. 10, 19 Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen, quae impediatur seripcionem meam. Idem 10, 13, et 13, 22. 55

**PERODISSE**. *In summo odio habere.* Manil. 5, 409 Quisquis vero fauit culpamue perodit. *Et apud* Vopisc. Aurel. c. 21 *secund. Salmas.*

**PEROFFICIOSVS**, *unde* **PEROFFICIOSE**. Adu. *Valde officiose.* Cic. Fam. 9, 20 Qui me perofficose et peramanter obferuant. 60

**PEROLEO**, *ui, vel eui, ère.* [*πολύ οζω*] *Valde olere.* Lucil. 30 Quis totum sic corpus iam peroleffe bifulcis. *Vid.* Priscian. l. 9 p. 872. Lucret. 6, 1153 Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu, i. *Valde foetent.* 65

**PEROPACVS**, *a, um.* Adi. Erat quaedam spelunca peropaca Lactant. Diu. Inst. 1, 22 *pr.*

**PEROPPORTVNVS**, *a, um.* Adi. [*πολυκαιριος*] *Valde opportunus.* Cic. de Orat. 2, 234 c. 57 Sed tamen defessus iam labore, atque itinere disputationis meae, requiescam in Caesaris sermone, quasi 70 in aliquo peropportuno diuersorio. Victoria Liu. 10, 45 *pr.* Cic. Fam. 6, 6.

**PEROPPORTVNE**. Adu. [*πολυκαιριως*] Liu. 1, 42 *pr.* Peropportune ad praesentis quietem status, etc. Accidit Cic. de Orat. 2 c. 4. Literae sunt Allatae Liu. 44, 7. Bellum Sumtum Idem 75 1, 42. Peropportune venis Cic. de Nat. Deor. 1, 15. Peropportune fortuna te obtulit Idem Verr. 5, 38.

**PEROPTO**, *äre.* *Vehementer optare.* Cornel. Nep. 25, 12, 1 Peroptaretque equitis Romani filiam generosam nuptiis. Praeoptaret, alii *rectius.* 80

**PEROPTATO**. Adu. *Ex animi sententia.* Cic. de Orat. 2, 20 c. 5 Nunc peroptato nobis datum est.

**PEROPTIME**. Adu. Justinian. de Confirm. Dig. ad Sen. 2 §. 9 Composita et elaborata peroptime.

**PEROPVS** est, [*μεγάλως δεῖ*] *pro* Valde opus. Ter. Andr. 1, 5, 30 85 Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.

**PERORIGA**, **PRAVRIGA**, **PRORIGA**, **PRVRIGA**, *ae. m.* *Tot enim modis scribunt vel librarii, vel critici, is est, qui equos admittit equabus. Ponamus loca, unde existimandum est.* Varro R. R. 2, 7, 8 90 Admittere oportet, cum tempus anni venerit, bis in die, mane et vespere, perorigam. Is ita appellatur, quiqui admittit. Haec Victoriana lectio. Antea, mane et vespere. Peroriga enim appellatur, quisquis, etc. Idem 2, 8, 4 Eodem tempore, quo equos adducentes, iidemque ut ineant equas per origas curamus. Sic Victorius. Alii 95 perorigas una voce: Quidam suspicantur per perorigas. Varro 2, 7, 9 Cum equis, matrem ut saliret adduci non posset, et eum capite obuoluto peroriga adduxisset, et coegisset matrem inire, etc. Sed primae editiones auriga. Narrat eandem rem Plin. 8, 42 f. 64 Alium detracto oculorum operimento, et cognito cum matre coitu petiisse praerupta 100 atque exanimatum. Equas eadem ex causa in Reatino agro laceratum prorigam inuenimus. Prorigam editur a Gelenio inde; ante eum, laceratumque pariter aurigam inuenimus. Ad haec Gelenius, Quid hic facit auriga, cuius longe aliud officium est? Lege non pariter aurigam, sed prorigam unica voce. Proriga enim appellatur, qui equos admittit, 105

ut est apud Varronem 2, 7. Monet etiam Victorius ad Varron. 2, 7, 8 Perorigam legendum apud Plinium ex vetustis exemplaribus. Sed quid si in his per compendium scriptum fuit pr pro pariter? Metus igitur est, ne Plinio restituendus sit auriga: praesertim cum illum in hac re etiam agnoscat Tertull. de monogamia pr. Quid agis lex creatoris? Inter alienos spadones et aurigas tuos tantundem quereris de domestico obsequio, etc. Spadones sunt osiores nimii nuptiarum, aurigae conciliatores nimii, quales Psychicos vocat Tertullianus. Sed hic etiam Perorigas reponere voluit Rigaltius, Priorius autem posuit Vrigas, quasi ab Vrigine libidinis dictos, quemadmodum a prurigine prurigas malebat Scaliger ad Varron. l. c. Praeurigas vel pracuricas praefectos vricae s. vrigini equorum, Salmast. ad Solin. p. 627 sq. Hoc maneat, Perorigas illos, s. quomocumque scribendi sint, valde dubiae fidei esse, Grammaticis et Glossariorum conditoribus ignotos; Aurigas autem, qui ex pronuntiandi ratione etiam Origae dici potuerunt, quatuor locis, quibus solis nituntur illi Perorigae, commode, et assentientibus libris antiquis, posse legi et intelligi. Huc etiam propendere videtur Pontedera Epist. 50 p. 435 qui tamen in eo a nobis diuersum sentit, quod aurigam ab origa distinguere videtur, illumque ab aurea hunc ab ore, freno utroque, sed diuersi generis, et verbo ago, vel probabilis, nomine iugum (et iungo adeo) deriuat. Nobis ut ore et aurea, ita auriga et origa sola pronuntiatione, quam deinde scriptio secuta est, distare videntur, ut plaustrum et plostrum: aurigamque esse, qui aureae ope vel agat vel iungat equos.

PERORNO, are. [κατακοσμέω] Valde ornare. Tacit. Ann. 16, 26, 3 Detraheret potius Senatui, quem perornauisset, infamiam tanti flagitii. Defecta in parte perornant Paullin. Natal. Felic. 7, 304.

PERORNĀTVS, a, um. Partic. [κατακοσμημένος] Cic. de Clar. Orat. 158 c. 43 Crassus in dicendo et perornatus et breuis. Sic Firmic. 6, 6.

PERORO, are. [ἀνακεφαλαιῶν, ἐπιλεγόμεναι] Finem orationis facere. Cic. Acad. 4, 147 c. 48 Et quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum. Idem de Fin. 4, 1 Quum ego te hac noua lege videam eodem die accusatori respondere, et tribus horis perorare, in hac mea causa tempus dilaturum putas? Cic. pro Cael. 70 Dicta est a me causa,

35 Iudices et perorata. Idem de Orat. 2, 80 Alii iubent antequam peroretur, ornandi aut agendi causa digredi, deinde Concludere ac perorare. Cic. pro Cluent. 145 c. 52 Lege recitata perorassent. Breui perorare Idem de Inuent. 1, 90 c. 48. Ad arbitrium alicuius Idem in Vatin. 26. Narrationem, i. finire Auctor ad Herenn. 1, 17 c. 10.

40 Cic. Offic. 3, 43 Tantum dabit amicitiae, ut veram amici causam esse malit, et ut perorandae liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Quinctil. 2, 4, 22 De iis loquor locis communibus, quibus citra personas in ipsa vitia moris est perorare, i. inuehi: credo inde, quia in peroratione affectus fore potentiores. Sic Perorare in matrem Idem 45 11, 1, 61. Alioqui Perorare orationem, est Finire alicuius libri sermonem, et cum usque ad finem ducere. Cic. de Legib. 2 c. 27 Video Platonem idem fecisse, omnemque orationem eius de legibus, peroratam esse vno aestiuo die, i. Dialogum peractum. Idem Verr. 3, 154 De qua quum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. Perorare, Persuadere. Lucan. 10, 105 de Cleopatra, Vultus adest precibus, faciesque incesta perorat, h. e. Forma meretricia et impudica persuadet Caesari, et imperat ab eo, quae cupit: iterum ab Epitogis sumta metaphora. Sic Quinctil. Declamat. 6 At ista lege recitat, et in cadaver filii perorat, i. Indignationem commouet. Tamen et Perorare,

55 pro Agere videtur usurpasse decemvirales tabulae, in quibus sic scribitur, Quum perorant ambo praesentes, etc. i. Quum ambo praesentes agunt, petunt, postulant. Nam et, Oro tecum ea de causa dicere solebant, pro, Ago tecum precibus. Ennius, Tu face vero quod tecum precibus pater orat. Sic et Oro tecum, non infrequenter Plautus dicit.

60 Turneb. 10, 15. Perorari, Passiuum. Cic. pro Quint. 34 Quaeritur priore patrono causam defendente, nunquam perorari potuisse, h. e. Orationem ad finem duci. Locus perorandi, Vbi plurimum pollet oratio Cic. de Clar. Orat. 190.

PERORĀTVS, a, um. Partic. [ἀνακεφαλαιωθεὶς] Cic. Verr. 5, 65 3 c. 1 Causa prope perorata. Adde Propert. 4, 12, 99. Quinctil. Decl. 3 in fine.

PERORATIO, ōnis. f. [ἐπιλογος] Cic. de Clar. Orat. 127 c. 33 Exstat eius peroratio, qui epilogus dicitur. Conclusio orationis et peroratio Idem de Orat. 2, 80 c. 19. Peroratio incendit, et plenos irae relinquit Quinctil. 4, 2. Inflammans et restringens omnia Cic. in Orat. 122. Peti sletum perorationibus Quinctil. 6, 2.

PEROSCVLOR, ari. ap. Martial. 8, 81 ex MSS. restituit Heinsf. ad Petron. c. 41 p. 184.

PEROSVS, a, um. Adi. [δυσμισθός] Qui magno odio aliquem 75 profsequitur. Liu. 3, 34 Iam plebs, praeter quam quod COSS. nomen haud secus quam regum perosa erat, ne Tribunicium quidem auxilium cedentibus inuicem appellatione Decemuiris, quaerebat. Rex arma perosus Ouid. Fast. 3, 577. Commercia nostra perosus Lucan. 9, 860. Exilium longum perosus Ouid. Met. 8, 183. Fe-

80 mineum genus perosi Virg. Aen. 9, 141. Lucem perosi Idem ibid. 6, 435. Dii te valere nunc et semper patiantur, si non Populum Rom. perosi sunt Suet. Tib. c. 21. Cum Genituo rei Perosa Quietis Prudent. Pass. Eulaliae v. 41. Usurpator et Passue. Val. Flacc. 6, 289 Si fata peroso Tarda tibi, etc. Iuuen. Hist. Euang. 3, 482 Melius fuerit thalamis caruisse perosis. Erit tanto magis perosus deo Ter-

85 tull. de Poenit. c. 5. Veritas tanto perosior, quanto plenior Idem de Anima c. 1.

PERPACO, are. [βιβνοποιῶ] Pacatum, et tranquillum reddere. Liu. 36, 21 pr. Paucosque per dies omnibus perpacatis, sine vllius noxa vrbis, etc. Add. ib. c. 42. Aur. Vict. de Viris illustr. p. 33 Marcus Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphauit, quos usque ad mare supernum perpacauit.

PERPALLĪDVS, a, um. Adi. Valde pallidus. Cell. 2, 6 pr. Color frontis aut niger, aut perpallidus.

95 PERPARCE. Adu. [πάνυ φειδομένως] Ter. Andr. 2, 6, 24 Et quod dicendum hic fiet, tu quoque perparce nimium.

PERPĀRVUM. Adu. [πολύμικρον] Cic. Verr. 5 (3) 130 c. 57 Perparum ex illis magnis lucris ad sese peruenire. Quidam legunt Perparuum.

100 PERPARVVS, a, um. Adi. [πολύμικρος] Cic. de Legib. 1, 52 Quae et quum adsunt, perparua sunt: et quamdiu affutura sint, certum sciri nullo modo potest. Ciuitas perparua et tenuis Idem Verr. 5, 86 c. 38 pr. Controversia Cic. de Legib. 1, 54. Culpa Idem pro Deiot. 9 c. 3. Insula Plin. 5, 7. Perparuum quiddam interdum

mutare videtur Lucret. 5, 588. Semina Idem 3, 217.

PERPAR-

5 L

PERPAR-

PERPAR-

PERPAR-

- PERPARVVLVS**, a, um. Diminut. [*μικρότερος*] Cic. Verr. 4, 95 c. 43 Duo tamen sigilla perparvula tollunt. Scrupuli Solin. c. 53.
- PERPASCO**, ěre. Pecus, ab eo quod perpascat Varro de L. 4, 19.
- PERPASTVS**, a, um. Canis perpastus Phaedr. 3, 7.
- PERPASTINO**, ěre. Perpastinantes diuitiarum vel elegantiarum vsum Tertull. de Cultu Fem. 2, 9. *i. euellentes. Al. repastinantes.*
- PERPAUCVS**, a, um. Adi. Ter. Eun. 3, 1, 19 Immo sic homo est perpaucorum hominum. Cic. Acad. 4, 132 Erat quidem, si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis. Idem Att. 6, 1 Perpauci offensi. Et de Legib. 1, 34 De quo cum perpauca dixerō, ad ius ciuile veniam. Exempla Lucret. 2, 540. Hor. Serm. 1, 4, 18 — quodque pusilli Finxerunt animi, raro, et perpauca loquentem. Patres perpauci Italici generis Liu. 43, 11. Conf. Nep. 16, 1, 2. *Su-perl. Columel. 3, 20 Cum perpaucissimis agricolis contigerit.*
- PERPAUCVLVS**, a, um. Dimin. [*παισιώτατος*] Cic. de Legib. 1, 52 c. 20 Deduxitque in Academiam perpauculis passibus.
- PERPAUEFACIO**, ěci, factum, ěre. [*καταπραΐω*] Valde pau-  
facere, et pauorem incutere. Plaut. Stich. 1, 2, 28 Perplexabiliter ea-  
rum hodie perpauefaciam pectora.
- PERPAULLVM**. Adu. ex Per et Paulum, quod a Parum deri-  
uatur. Cic. de Fin. 1, 19 c. 6 Declinare dixit atomum perpaullum,  
quo nihil posset minus.
- PERPAULLVLVS**, a, um. Dimin. Cic. de Orat. 2, 150 c. 35 25  
Inter ingenium quidem et diligentiam, perpaullulum loci reliquum  
est arti.
- PERPAUXILLVM**. Dimin. Plaut. Capt. 1, 2, 74 Sed si pau-  
xillum potes contentus esse. E. nae, perpauxillum modo.
- PERPAUPER**, ěris. Adi. Valde pauperem significat. Cic. Att. 30  
6, 3 Erat enim rex perpauper. De Ariobarzane.
- PERPAUXILLVM**, vid. **PERPAULLVM**.
- PERPEDIO**, ěre. *i. impedio.* Si vnquam perpediar gnato Acc.  
ap. Non. 4, 10.
- PERPELLO**, pŭli, pulsum, ěre. [*ἀναγκάζω*] Inducere, obtru- 35  
deve, cogere. Ter. Andr. 4, 1, 38 Suadere, orare vsque adeo, donec  
perpulit. Liu. 1, 59 Incensam multitudinem perpulit, vt imperium  
regi abrogaret. Et 2, 61 Illam non minae plebis, non Senatus preces  
perpellere vnquam potuere. Cic. pro Cael. 36 Candor huius te, et  
proceritas vultus, oculique perpulerunt. Sua sponte motum perpu- 40  
lit Curt. 8, 6, 8. Cic. de Orat. 1, 40 Serg. Galbam memoria teneo  
diuinum hominem in dicendo, et M. Aemilium Porcinam, et Cn. ipsum  
Carbonem, quem tu adolescentulus perpulisti, ignarum legum, etc.  
Sed hic legendum est Perculisti, a Percello. Conf. PERCELLO. Per-  
pellere ad deditionem Liu. 32, 14. 45
- PERPENDICVLVM**, i. n. [*κάθετος, ἑστῆς*] Instrumentum  
fabri materiarii, seu caementarii, quo plumbo a filo et gnomone pendente,  
rectitudo seu obliquitas operis perpenditur, id est examinatur. Alconius  
in Verr. 3, 133 Perpendicularum, linea, laterum aequalitatem a summo  
ad imum latitudine probans. Vitruu. 7, 3 de tectorio loquens, Lon- 50  
gitudines ad regulam et lineam, altitudines ad perpendicularum, anguli  
ad normam respondententes exigantur. Cic. 2 Acad. apud Non. 2, 718  
Atque si id crederemus, non egeremus perpendicularis, non normis, non  
regulis. Idem Verr. 1, 133 c. 51 Tu Verres hic quod moliare, nihil  
habes: nisi forte vis ad perpendicularum columnas exigere: homo 55  
omnium rerum imperitus, quaerit, quid sit ad perpendicularum: dicunt  
ei, fere nullam esse columnam, quae ad perpendicularum esse possit.  
Ad perpendicularum columnam dirigere Caes. B. G. 4, 17. Feruntur  
grauitate ad perpendicularum atomi rectis lineis Cic. de Fato 22. Ad  
perpendicularum facere Plin. 35, 14. *Metaph.* Ad perpendicularum se- 60  
que suosque habuit Aufon. Parental. 5, 8. Honestatem lenium morum  
velut ad perpendicularum librans Ammian. 29, 2.
- PERPENDICVLĀRIS**, e. Adi. [*καθετηνός*] Boëth. Geomet. 1  
Linea super rectam stans, perpendicularis dicitur. Ibid. In quod  
protractum perpendicularis cadit. *Bud. in Annotat. prior.* Norma- 65  
lem angulum dixit Quinctil. 11, 3 pro Recto, qualem norma efficit. Ea-  
dem ratione Censorin. de Die natali c. 21 Normalem lineam vocat, id  
est perpendiculararem. *Talis enim linea a recto angulo normae fit, et  
ipsa rectum angulum facit utrinque.* Perpendicularare, *ἐπικάθετον* Gloss.  
Vet. 70
- PERPENDICVLĀTOR**, ōris. m. *Qui perpendicularis vtitur.*  
Epitome Victoris in Hadriano, Fabros, perpendiculatores, architectos,  
genusque cunctum exstruendorum moenium seu decorandorum, in co-  
hortes centuriavit.
- PERPENDICVLĀTVS**, a, um. Adi. *Ad perpendicularum fa-* 75  
*ctum.* Mart. Capell. 6 Illa velut perpendicularata suspectantur.
- PERPENDO**, di, sum, ěre. [*κατακαθμάομαι*] Diligenter con-  
siderare. Cic. de Amicit. 97 Quid in amicitia fieri oportet, quae  
tota veritate perpenditur? Idem Verr. 3, 214 Sed eius aequitas ara-  
torum commodo et voluntate perpenditur. Cic. pro Muraen. 77 80  
Haec omnia ad rationem ciuitatis si Dirigas, recta sunt: sin perpendere  
ad disciplinae praecepta velis, reperientur prauissima. Cic. de Orat.  
3, 140 Vulgo de oratoribus ab imperitis dici solet, bonis is verbis, aut  
aliquis non bonis vtitur, non arte aliqua perpenditur, sed quodam  
quasi naturali sensu iudicatur. Cic. pro Muraen. 3 c. 2 Et primum, 85  
M. Cato vitam ad certam rationis normam dirigenti, et diligentissime  
perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo.  
Iudicio acri perpendere Lucret. 2, 1040. *Haec omnia metaphorice.*  
*Proprie* Gell. 20, 1 Perpendere in librili.
- PERPENSVS**, a, um. Partic. [*κατακαθμηθείς*] Perpensum et 90  
exploratum habere Columel. 3, 1. Homo examinis iudicii que per-  
pensi Arnob. 2 p. 52.
- PERPENSE**. Adu. *Studiose, confiderate.* Ammian. 25 extr. Per-  
pensius iudices electurus. Et 26, 12 Vtilitate rei perpensius cogitata.
- PERPENSO**, ěre. Frequent. Gratius Cyneg. 299 — vires sit 95  
cura futuras Perpensare. Altis mentibus perpensantes Ammian.  
19, 24. Idem 24, 8 Instantiam obsidentium perpensantes.
- PERPENSATIO**, ōnis. f. Gell. 2, 2 Verba super ea re Tau-  
rus fecit, cum summa (dii boni) bonorum atque officiorum perpen-  
satione. 100
- PERPENSA**, ae. f. [*βένχαρις*] Herba. Plin. 21, 19 Baccar in  
medicinae vsu est: aliqui ex nostris perpensam vocant.
- PERPERAM**. Adu. [*Παύλας*] Praue, peruerse. Ter. Phorm.  
5, 1, 18 Conclusam hic habeo uxorem saeuam: verum istoc de nomine  
eo, perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris effutiretis: 105

atque id porro aliqua vxor mea resciferet. *Quantum ad nomen, falsum vobis eo dixi: ne verum nomen possitis effuere.* Perperam accipere pecuniam, *i. Quae non debetur* Pompon. in l. Si vendidero, §. Si Titius, D. de furt. Interpretari Liu. 1, 23. Sen. Ep. 9. Perperam pronuntiare, *Corrupte et vitiose* Plin. Epist. 3, 5. Constitutae perperam res Cic. de Inuent. 1, 102. Recte et Perperam, *contraria.* Liu. 1, 23 Recte an perperam interpreter, fuerit ista eius deliberatio, qui bellum suscepit. *Add. Id. 29, 17.* Auctor ad Herenn. 2, 5 c. 3 Deinde, qui illud fecerit tam nequiter, eundem hoc tam perperam fecisse, non esse mirandum. Perperam iudicare Cic. pro Caec. c. 24. Alfenus in l. Quum quaerebatur, D. de re iudic.

PERPĒRVS, a, um. Adi. [*πεπερος, πεπερης* Gloss. Lat. Gr.] Indoctus, stultus, rudis, insulsus. Accius Pragmaticis, Describere in theatro perperos populareis. Non. 2, 626. Perperas oues dixit Plaut. Truc. 3, 1, 9 *vbi λεγέσθαι interpretatur Scaliger: Muretus mutat perperas in prope.* Vopisc. Tacit. c. 6 Nihil immaturum, nihil perperum.

PERPĒRE. Adu. *Idem quod Perperam.* Claud. Mamert. 1, 1. Vid. Barb. Aduers. 42, 10.

PERPERITVDO, inis. f. [*πεπερότης*] Stultitia, insulitas. Accius Pragmaticis, Et eo plectuntur Poetae, quam suo vitio saepius, ductibilitate nimia vestra, aut perperitudine, *ap.* Non. l. c.

PERPES, etis. Adi. [*καλδιος*] *Idem quod Perpetuus: vt,* Plaut. Truc. 2, 2, 23 Quumque ita noctem in stramentis pernoctare perpetem, *etc.* Conf. Idem Amph. 1, 1, 123. et 2, 2, 105. Per Annum perpetem Lactant. de Mort. Persec. c. 33. Gymnosophistae perpetem Diem alternis pedibus insistent Solin. c. 65 (52). Nocte perpeti alea ludere Capitol. in Vero c. 4.

PERPĒTIM. Adu. [*καλδιος*] Perpetuo. Plin. 20, 6 Ita vocatur vicus aciem hebetans, et in angulo oculi, perpetim humor emanans. Iam anno perpetim assiduo conuictu spectavi illam Apul. Apol. p. 321.

PERPĒTIOR, petēris, pessus sum, pēti. [*περιπαύω, περιπαύω*] *Idem quod Pati, aut Fortiter pati.* Ter. Eun. 1, 1, 3 An potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Cic. Fam. 2, 16

Nonne tibi affirmavi, quiduis me potius perpeffurum, quam ex Italia ad bellum civile me exiturum? *Idem Verr. 3, 129* Haec tu, tametsi omnium hominum dissolutissimus, crudelissimusque semper fuisti, tamen nunquam perpeterere. Perpeti et perferre Cic. Verr. 3, 131. Perpeti et perferre facile omnes *Idem de Orat. 2, 77 c. 19.* Et Fam.

40 4, 5 Malim nisi hoc peius sit, haec Sufferre et perpeti. Cic. de Fin. 1, 48 c. 14 *Idem etiam Dolorem saepe perpetiuntur: ne si id non faciant, incidant in maiorem.* O quam Indigna perpeteris Nep. 19, 4, 3. Iram caelique marisque Ouid. Met. 14, 472. Mendicitatem multi perpetiuntur, vt vivant Cic. de Fin. 5, 32. *Idem Fam. 1, 9*

45 Vt mihi tam Multa pro se perpeffo, atque perfuncto concederet, vt, *etc.* Omnia Propert. 2, 26, 35. Audax Omnia perpeti Gens humana Horat. Od. 1, 3, 25. Cic. Verr. 3, 45 Tanta vis erat iniuriarum, vt homines Quiduis perpeti, quam non de istius prauitate et iniuriis deplorare et conqueri mallent. Vltima Ouid. Trist. 2, 187.

50 PERPETIENS, entis. Partic. [*περιπαύων*] Cic. de Fin. 2, 65 c. 20 Qui nobis miserabilis videtur audientibus, ille perpetienti erat voluntarius.

PERPESSVS, a, um. Aliud Partic. [*πεπεσθών*] Damna perpeffus Claud. in Conf. Prob. et Olyb. 258. Ventos perpeffus et imbres Virg. Aen. 9, 60. Vincula turpia perpeffus Propert. 2, 2, 15.

PERPESSVS, ūs. m. cuius Ablatio (quod alii Supinum esse volunt) videntur auctores, vt, Asperum et difficile perpeffu Cic. Fin. 4 c. 26. *Add. Id. Tusc. 2 c. 8 et 12.* Dura et perpeffu asperrima tolerant Ammian. 17, 9.

60 PERPESSIO, ōnis. f. [*πεπεσθωσις*] Cic. de Inuent. 2, 163 c. 54 Patientia est honestatis aut vtilitatis causa rerum arduarum ac difficultium voluntaria ac diuturna perpeffio. Laborum *ibid.* Fortitudinis, patientia et perpeffio et tolerantia rami sunt Sen. Ep. 67.

PERPESSICIVS, a, um. Adi. *Qui patiēdo assuefactus est.* Senec. Epist. 53 Lenis motiuncula decipit: sed vbi creuerit, et vera febris exarserit, etiam duro et perpeffio confessionem accipit. *Idem Epist. 104* Socratem perpeffio senem.

PERPĒTRO, are. [*διαπραττωμαι*] ex Per et Patro; significat Perficere, auctore Fest. et plerumque in malam partem sumitur. Plaut. Cas. 3, 5, 56 Nam cur non ego id perpetrem quod occoepi, vt nubat mihi? Legati missi cum donis, Cuncta ex voluntate Agrippinensium perpetrare Tac. Hist. 4, 65, 7. Perpetrare caedem Liu. 1, 6. Iudicium Tacit. Ann. 13, 27. Postquam Opus meum, vt volui, perpetravi, hostibus fugatis Plaut. Pseud. 5, 1, 24.

75 PERPETRATORVS, a, um. Partic. Quasi perpetraturus bellum, directa acie, in litore oceani, *etc.* Suet. Calig. c. 46.

PERPETRĀTVS, a, um. Partic. [*διαπραχθεις*] Liu. 24, 45 Perpetrato bello, tum consultandum, vtrum defectio prior plus merita sit poenae, an hic reditus veniae. Caede perpetrata Liu. 1, 6. Pace *Idem 33, 21.* Parte prima perpetrata, *i. Absoluta* Varr. de Ling. Lat. 6 ad fin. Pugna perpetrata Liu. 44, . . . Sacrificio rite perpetrato Liu. 44, 37 *extr.* Perpetratis omnibus, quae ad pacem deum pertinent Liu. 24, 11 *pr.*

PERPETRANDVS, a, um. Partic. Validissimam exercitus partem Tito tradit ad reliqua Iudaici belli perpetranda Tacit. Hist. 4, 51 *extr.*

PERPETRATIO, ōnis. f. Tertull. de Poenit. c. 3. Et Augustin. de Trinit. 13, 6.

PERPETRĀTOR, ōris. m. Sidon. Ep. 8, 6. et Augustin. de

90 C. D. 20, 1. *it.* Ep. 5.

PERPETRABILIS, e. Adi. Tertull. ad Vxor. 2, 1.

PERPETVVS, a, um. Adi. [*καλδιος*] Solidum, non concisum in frusta, sed continuatum, non interruptum, aut temporis spatio intermissum. Ter. Hec. 1, 2, 12 Biennium ibi perpetuum misera illum tuli. *Idem Adelp. 4, 1, 4* Triduo hoc perpetuo. Perpetuus et Annuus, *contraria.* Cic. post red. in Senat. 4 Resp. sine Consulibus esset, neque solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata, sententias dicere prohiberemini. Perpetuus et idem, *vid.*

IDEM. Acies perpetua Plin. 8, 30. Affinitas Ter. Hec. 2, 2, 10.

100 Aedes perpetuae ruunt, *i. Totum aedificium* Plaut. Most. 1, 2, 36. Aetatem perpetuam, *pro Perpetuo.* Lucret. 3, 999 Nec, quod sub magno scrutentur pectore, quidquam Perpetuam Aetatem poterunt reperire profecto. Aeuum Lucret. 5, 162. Cic. in Pison. 51 At meus quidem is fuit, vt a Brundisio vsque Romam Agmen perpetuum totius

105 Italiae viderem. Alimenta Plin. 7, 36. Amicitia firma et perpetua Qu.

Qu. Cic. de Petit. Conf. 21 c. 7. *Liu. Modo sit perpetuus huius, qua  
 viuimus pacis Amor. Carinen Ouid. Met. 1, 4 cobraerens inter se:  
 summo enim ingenio Poëta totum opus Metamorphoseon coagmentauit.* Ci-  
 bus Plaut. Perf. 3, 1, 2. *Consuetudo alicuius Cic. pro Milon. 52.*  
 Crates Lucan. 3, 485. *Cura assidua et perpetua Cic. Fam. 6, 13.* 5  
 Cursus stellarum perennes et perpetui *Idem de Nat. Deor. 2, 56 c. 21.*  
 Defensio salutis meae constans et perpetua *Idem post red. in Senat. 28.*  
 Disputatio longior et perpetua *Cic. de Orat. 2, 16.* *Edictum perpetu-  
 tum, quod non subinde mutatur, sed vim suam toto tempore muneris, i.  
 anno integro seruat: Sic omnia edicta praetorum debebant esse perpetua* 10  
*ex Scio, quod cum particula actorum diurnorum seruauit Pighius Annal.*  
*T. 2 p. 378: edideruntque Reines. Inscr. 4, 2 p. 340.* *Deinde vero sub*  
*Hadriano Imp. conditum Edictum perpetuum, quod plane omnibus annis*  
*et omni aeuo uno tempore duraret. Vid. Heineccii Hist. edictorum edictique*  
*perpetui in Opusc. postumis. Vid. EDICTVM.* Febris perpetua, 15  
 quam Celsus Continuum appellat *Plin. 7, 51.* Festiuitatis perpetuae  
 genus *Cic. de Orat. 2, 219.* *Plaut. Merc. 2, 3, 44 Si quidem isti dicto*  
 solida et perpetua est Fides. *Flos aeuu Ouid. Met. 9, 435.* Fe-  
 nore perpetuo, vt ducerentur centesimae *Senatusconsulto factum est*  
*Cic. Att. 5, 21.* *Formido Virg. Ecl. 4, 14.* *Fossa Caes. de Bell. 20*  
*Gall. 7, 73, 2.* *Historiam rerum gestarum perpetuam complecti Cic.*  
*Fam. 5, 12.* *Imbres Hor. Carm. 1, 7, 17.* *Imperium perpetuum,*  
*Temporario opponitur Nep. 1, 3, 1.* *Ira Ouid. Trist. 5, 4, 17.* *Iuris*  
*perpetui, et vniuersi generis quaestio Cic. de Orat. 2, 141.* *Iuuenta*  
*Virg. Aen. 4, 32.* *Languor Ouid. Trist. 3, 8, 24.* *Legis perpetuae* 25  
*et aeternae vis Cic. de Nat. Deor. 1, 40.* *Malum Ouid. Amor. 2, 5, 4.*  
*Mansio in ratione bene considerata stabilis et perpetua: est Definitio*  
*perseuerantiae Cic. de Inuent. 2, 164.* *Plaut. Mil. 4, 2, 87* *Quin*  
*Mille annorum perpetuo viuunt ab saeculo ad saeculum, i. Millenario.*  
*Montes perpetui, Multi et continui. Liu. . . . Saltus perpetuis monti-30*  
*bus inter se iuncti. Cic. Att. 12, 14* *Quod si erit durius, veniam, et*  
*ipse perpetuum Morbum iurabo. Munitiones Caes. B. C. 3, 44.*  
*Nox Ouid. Met. 7, 2.* *Cic. Att. 1, 13* *Clodium praesentem fregi in*  
*Senatu cum Oratione perpetua plenissima grauitatis, tum altercatione.*  
*Add. Nep. 15, 5, 1.* *Caes. B. G. 7, 57* *Erant perpetuae Paludes. Pax* 35  
*Ouid. Fast. 4, 408.* *In pace perpetua esse Cic. in Catil. 3, 29.* *Praeda*  
*perpetua est mea, i. Tota mea Plaut. Rud. 4, 3, 48.* *Cic. de Cl. Orat.*  
*106* *Nam et Quaestiones perpetuae, hoc adolescente constitutae sunt,*  
*quae antea nullae fuerunt. Quaestiones, i. Iudicia publica, quibus in-*  
*dex quaestionis praesse solebat. Perpetuae, h. e. Quibus Romani perpe-40*  
*tuo uterentur. Rifu perpetuo contendere ilia Ouid. de Arte Am. 3,*  
*285.* *Sacra Cic. de Legib. 2, 47.* *Satio perpetua atque aequabilis*  
*Cic. Verr. 3, 112. i. Plana et integra, quum pars nulla est, quae non se-*  
*ratur. Sermo Lucret. 4, 541.* *Sitis Ouid. Amor. 1, 8, 14.* *So-*  
*por perpetuus, Mors Hor. Carm. 1, 24, 5.* *Studium perpetuum in* 45  
*aliquem Cn. Magnus Ciceroni Att. 8, 14.* *Sumtus perpetuos suppe-*  
*ditare Cic. Off. 2, 42.* *Taciturnitas Idem Verr. 1, 80.* *Trabes*  
*perpetuae, i. Solidae et non coagmentatae Caes. Bell. Gall. 7, 23.* *Vi-*  
*giliae Idem B. C. 1, 21.* *Virginitas Ouid. Trist. 4, 2, 14.* *Vita*  
*Lucret. 3, 13.* *Perpetuae et contextae Voluptates Cic. Tusc. 5, 96. 50*  
*2 Obseru. Non est perpetuum: Perpetuum pro Generali accipitur,*  
*et quod semper obsinet. Paull. in l. Quum hereditas. D. ad Senatus-*  
*consultum Trebell. nam quod dicitur retinere eum oportere: non est*  
*perpetuum, i. Non semper accidit. Cels. 2, 10* *Quum sit autem mi-*  
*nime crudo sanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum est, 55*  
*i. Non usquequaque verum est. Cic. in Catil. 4, 18* *Ignem Vestae per-*  
*petuum ac sempiternum. Vt sunt humana, nihil est perpetuum da-*  
*tum Plaut. Cist. 1, 3, 46.* *Cic. pro Planc. 90 c. 37* *Ego vero, si tum*  
*illorum impiorum ferro ac manu concidissem, in perpetuum Respubl.*  
*ciuile praesidium salutis suae perdidisset. Paullisper et In perpetuum, 60*  
*contraria. Cic. in Catil. 1, 30* *Hoc autem vno interfecto, intelligo*  
*hanc Reip. pestem paullisper reprimi, non in perpetuum comprimi*  
*posse. In perpetuum res suas alienare Cic. de Lege Agrar. 2, 54.*  
*Imperpetuum vna voce scribitur Scribon. 11. 102. Compar. Perpe-*  
*tuius, et Superlat. Perpetuissimus Cato ap. Priscian. 3 p. 601.* 65  
 PERPETVVM. Adu. [*διυπερκως*] *Assidue, semper. Terent.*  
*Adelph. 4, 1, 6* *Misere nimis cupio, vt coepi, perpetuum in laetitia*  
*degere.*  
 PERPETVO. Adu. [*διυπερκως*] *Idem. Ter. Andr. 3, 3, 39* *At*  
*ego non posse arbitror, neque illum hanc perpetuo habere, neque me 70*  
*perpeti. Perpetuo sub alicuius ditione et imperio esse Caes. B. G.*  
*1, 31. Cic. Verr. 5, 82* *Quid ciuitates, quae in amicitia, fideque*  
*Populi Romani perpetuo manserant? Perpetuo equestrem obtinuit*  
*dignitatem Nep. 25, 1, 1 non ascendit ad Senatoriam. Perii perpetuo*  
*Ter. Adelph. 2, 4, 19.* *Virens perpetuo buxus Ouid. Met. 10, 97.* 75  
 PERPETVO, are. *Sine intermissione continuare. Cic. de Orat. 3,*  
*179 c. 46* *Vt si cui sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare*  
*verba nolimus. Dii te perpetuent Lamprid. in Alexand. c. 6.* *Vt*  
*meae fama personae librorum tuorum beneficio perpetuaretur Sidon.*  
*Epist. 4, 3.* *Obligationem perpetuare, Paullus sexies vititur in l. Si 80*  
*seruum, D. de verb. signif. Ad perpetuandam gloriam Ammian. 25, 10.*  
 PERPETVATVS, a, um. Partic. *Arator in Act. Apost. 1*  
*extr. His est tibi Roma catenis Perpetuata salus.*  
 PERPETVITAS, atis. f. [*ἀιδιότης*] *Continuatio. Cic. de Fin.*  
*2, 86* *Qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse 85*  
*est, ne aliquando amissis illis sit miser. Cic. Tusc. 5, 31* *Non igitur*  
*ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque*  
*constantia. Causa perpetuitatis machinata est natura mares et fe-*  
*minas Cic. de Nat. Deor. 2, 528.* *Fidelis ad perpetuitatem beneuo-*  
*lencia Idem Off. 2, 23 c. 7.* *Dicendi perpetuitas Idem in Orat. 7 90*  
*oratio continua non interrupta. Cic. Fam. 10, 25* *Cuius est haec sum-*  
*ma, vt omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione: maiorem-*  
*que fructum ponere in perpetuitate Laudis, quam in celeritate Prae-*  
*turae. Monumentorum perpetuitas Plin. 34, 9 in fine. Cic. de*  
*Orat. 2, 220* *Non fere quisquam reperietur praeter hunc, in vtroque 95*  
*genere excellens, et in illo, quod in perpetuitate Sermonis, et hoc,*  
*quod in celeritate atque dicto est. Temporis consequentis Cic.*  
*Tusc. 1, 97 c. 41.* *Verborum perpetuitate et quasi conuersione vten-*  
*dum non semper est Idem de Orat. 3, 188.* *Et Off. 1, 119 c. 33* *In*  
*tota Vita constituenda, multo est maior rei cura adhibenda, vt constare 100*  
*in Vitae perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vilo officio claudi-*  
*care. Perpetuitas voluntatis Cic. Q. Frat. 3, 5.* *Addere muneribus*  
*perpetuitatem Plin. in Paneg. c. 94 pr.* *Perpetuitas, pro Immor-*  
*salitate. Cic. de Vniuers. 35* *Neuquam tamen dissoluemini, neque*  
*vos vlla mortis fata periment: nec fraus valentior quam consilium 105*

meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa, quibus estis tum, quum gignebamini, colligati. *Plur.* Apennini pars continetur vmbrosis et opacis perpetuitatibus Vitruu. 2, 10.

PERPETVITO, āre. Esse perpetuum, et aeternum. Enn.

5 Annal. 9 Libertatemque vt perpetuassint quam maxime, Non. 2, 632.

PERPETVĀLIS, e. Adi. [καθολικός] Quinctil. 2, 13, 14 καθολικά, id est (vt dicamus quo modo possumus) vniuersalia, vel perpetua. *Vid. Spon. Misc. Eud. Antiq. p. 128.* Coniux aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum Fulgent. Mythol. 1.

10 PERPETVARIVS, a, um. Adi. Perpetuarius Mulio Sen. de Morte Claudii. *Budaeus, In titulo De locatione praediorum ciuiliū vel fiscalium, C. per totum titulum, haec dictio Perpetuarius, Conductorem, et colonum significat, qui perpetuo rem conduxit, Praedia domus nostrae, si semel iure perpetuo apud aliquem fuerunt, ad alium transferre perpetuarium non oportet. Et subinde eodem modo. Sunt etiam alibi Fundi perpetuarii ad distinctionem, vt videtur, Emphyteuticorum.*

PERPEXVS, a, um. Adi. Valde et cum cura pexus. Firmic. 5, 5 Qui perpexam barbam in omnibus cogitationibus suis permulceant.

20 PERPICTVS, a, um. Adi. Valde varius. Laudatur Ouid. Met. 10, 262 Lilia, perpietasque pilas. *Alii legunt, in iisque Burm. Liliaque, pietasque pilas. Heinsf. autem copiiicit, Lilia fert pietasque pilas.*

PERPLACEO, ui, itum, ēre. [καταρπασμα] Valde placere. Ter. Heaut. 5, 5, 22. Cic. Att. 3, 23 Sed si est aliquid in spe, vide legem, quam T. Fadio scripsit T. Visellius: ea mihi perplacet.

25 PERPLANVS, a, um. Adi. Perplana expositio Diomed. Grammat. 2 p. 431.

PERPLEXVS, a, um. Adi. [κατάπλεκτος] Intricatus, dubius, incertus. Liu. 34, 14 Ex iis Menippus ignorare se dixit quidnam perplexi sua legatio haberet. *Ars perplexa* Quinctil. 1, 5, 17. *Causa*

30 Idem 4, 1, 62. *Carmen perplexius* Liu. 25, 12. *Responsum perplexum* Idem 35, 14. *Figuris perplexis indupedita* Lucret. 2, 101. *Foramina* Idem 4, 603. *Iter* Virg. Aen. 9, 391. *Motus perplexior* Plin. 2, 15. *Sermones perplexi, Dubii, ambigui* Liu. 40, 5.

¶ 2 *Alia significatione vsus est* Valer. 3, 4, 3 *de Tullio Seruio, Ad summam vnde processerit, aut quo peruenierit statuatae ipsius titulus abunde testatur Seruili cognomine, et regia appellatione perplexus. Nempe in titulo SERVIVS TVLLIVS REX, nomen Tullii implexum est hinc Seruili hinc Regis appellationi: quasi esset Participium, a Perplecto.*

40 PERPLEXE. Adu. [ἐμπλεγμένως] Ter. Eun. 5, 1, 1 Pergin' scelesti mecum perplexe loqui? Scio, nescio: abiit, audiui: ego non adfui. *Agere perplexe* Liu. 8, 23. *Indicare haud perplexe* Idem 6, 13. *Respondere perplexe* Idem 30, 42. *Perplexe et Palam, contraria* Idem 30, 20 pr. *Compar.* Ammian. 22, 8 *Aduetudo perplexius litigandi.* *Anfractus dubios habet et perplexius errat* Prudent. adu. Symm. 2, 847.

45 PERPLEXIM. Aliud Adu. [καταπλεγμένως] Idem. Plaut. Stich. 1, 2, 18 Vtrum ergo perplexim laceffam oratione ad hunc modum, etc. *Conf.* Non. 11, 50.

50 PERPLEXIO, ōnis. f. Porcius Latro Decl. in Catilin. §. 33 extr. Me fateor perfaepe delirasse miris perplexionibus illius. *Ambiguitatum Augustini esse dicitur.*

PERPLEXITAS, ātis. f. Idem. Ammian. 18, 14 f. (Valef. c. 6.) Ob perplexitatem nimiam.

55 PERPLEXOR, āri. [καταπλέω] Intricare et perplexum atque impeditum reddere aliquid. Plaut. Aul. 2, 2, 81 At scio, quo vos pacto soleatis perplexarier: Pactum, non pactum est: non pactum, pactum est, quod vobis lubet.

60 PERPLEXABILIS, e. Adi. [καταπλεκτός] Plaut. Afin. 4, 1, 47 Neque vllum verbum faciat perplexabile, al. perplexibile. Non. 2, 638 Perplexabile, figuratum, quod aliud audiatur, aliud sentiat. *Est igitur anceps, dubiae explanationis.*

PERPLEXABILITER. Adu. [καταπλεκτικώς] Plaut. Stich. 1, 2, 28 Perplexabiliter earum hodie perpauafaciam pectora.

65 PERPLICĀTVS, a, um. Adi. [κατάπλεμπτος] *Interiecta Coniunctione per tmesin extulit* Lucret. 2, 394 *Aut magis hamatis inter se, perque plicatis.*

PERPLVO, ui, ūtum, ēre. [κατομβολίζω] *Transmittere pluuiam.* Quinctil. 6, 3 Quum coenaculum eius perplueret, i. *Per medium pluuiam admitteret.* Cato c. 155 *In villa quum pluet, circuire oportet, sicubi perpluat: et vbi pluerit, tegulam signari carbone.* *Per translationem.* Plaut. Most. 1, 2, 30 *Haec illa est tempestas mea, mihi quae modestiam omnem detexit, tectus qua fui: quam mihi amor et Cupido in pectus perpluit meum. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant* Plaut. Trin. 2, 2, 41. *Bentleius etiam* Ter. Eun.

70 1, 2, 25 *pro Perfluo, Perpluo legit ex coniectura, non necessaria arbitror. Certius illud* Quinctil. 6, 3, 64 *Galba penulam roganti, Non possum, inquit, commodare, domi maneo: cum coenaculum eius perplueret.*

PERPLVS, ūris. Adi. Plin. 13, 24 Spondetque iugero eius, annuos perplures, vel mediocri solo redditus. *Alia exemplaria habens*

80 Annuā HS. MM.

PERPLVRIMVM. Adu. Perplurimum refert Plin. 2, 54.

PERPOL, [μὰ τὸν Πολυδαύκην] *Aduerbium esse iurandi quidam putauere, apud* Plaut. Caf. 2, 6, 18 *Perpol saepe peccas: ita sit vbi quid tanto opere expetas. Et apud* Ter. Hec. 1, 1, 1 *Perpol, quam paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores. Verum recte* Donatus *in hunc locum* Perpol *quam paucos. Ordo est, Pol perquam paucos reperias. nam Perpol non est Latinum: sed κατὰ τμήσιν, perquam, id est nimio. Ex his Donati verbis videre est, apud Plautum in exemplo praecedenti, ordinem esse talem, Pol, perfaepe peccas. Tulia sunt,*

90 *Perfore, Perfuit, et quod in primis huc facit Perhercle.*

PERPŌLIO, iui, itum, ire. [περιζέω] *Valde polire, absoluerē, et supremam manum addere.* Cic. de Orat. 2, 54 c. 13 *Sed iste ipse Caelius neque distinxit historiam varietate locorum, neque verborum collocatione, et tractu orationis leni et aequabili perpoliuit illud opus.*

95 *Aequaliter perpolire aliquid* Auctor ad Herenn. 4, 19. *Cic. de Vniuers. 40 Id omne, et quae sequentia essent, perpolirent, et absoluerent. Cic. Fam. 5, 12 extr. Tu interea non cessabis; et ea, quae habes Instituta perpolies, nosque diliges. Partes aliquas orationis praeceptis artium perpolire* Idem de Orat. 2, 201. *Perpoliendi operis extremus labor* Idem pro Balb. c. 7.

100 PERPOLĪTVS, a, um. Partic. [περιζετός] Cic. in Pison. 70 c. 29 *Est autem hic de quo loquor, non philosophia solum, sed etiam literis, quod fere caeteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. In dicendo perfecti et perpolitī homines* Cic. de Orat. 1, 38 c. 13. *Aurum tritu perpolitum* Plin. 33, 4. *Oratio ornata et perpolita* Cic.

Cic. de Orat. 1, 32. Auct. ad Herenn. 4 c. 12. Vita humanitate perpolitata Cic. pro Sext. 92.

PERPOLITE. Adu. *Suppl.* Auct. ad Herenn. 4, 43 c. 32 extr. Ut continuationes perfecte et perpolitissime possint esse absolutae.

PERPOLITIO, ōnis. f. [*περίζεις*] Auct. ad Herenn. 4, 19 c. 13 Verborum exornatio est, quae ipsius sermonis insignita continetur perpolitioe.

PERPOPVLOR, āri. Dep. [*καταλησείω*] Totum populari et vastare. Liu. 22, 3 Annibal emissus e manibus perpopuletur Italiam, vastandoque et vrendo omnia, ad Romana moenia perueniat. Cum perpopulatus omnia circumiecta vrbi, frequentis et amoeni agri, loca esset Liu. 34, 28. Tacit. Ann. 14, 26 Caedibus et incendiis perpopulatus.

PERPOPVLĀTVS, a, um. Partic. Liu. 26, 9 Hannibal, infestius perpopulato agro Fregellano, in Labicanum venit.

PERPORTO, āre. Liu. 28, 46 Valerius praedam Etruscā, Ligurumque montanorum captiuos, Carthaginem perportantes, tradit.

PERPOTIOR, īri. Dep. Hōnesta pace perpotiri Iustin. de Confirmat. Dig. §. 12. Conf. 12 Cod. t. 7 l. 2 etc.

PERPŌTO, āre. [*καταπίω*] Totum tempus in potationibus consumere. Cic. Verr. 5, 86 Similiter totos dies in litore tabernaculo posito, perpotabat. Ibid. 98 c. 33 extr. Praetore tot dies cum mulierculis perpotante. Laticem amarum perpotare Lucret. 1, 939. Add. 4, 15.

PERPOTATIO, ōnis. f. [*κατόπιωσις*] Cic. in Pison. 22 c. 10 Quid cum tuis fordidissimis gregibus intemperatissimas perpotationes praedicem? Vomitiones, et rursus perpotationes Plin. 29, 1.

PERPRESSA ae. f. *Herba*, calculos eiicere dicitur. Plin. 26, 8.

PERPRIMO, ēre. *Perpetuo premere*. Hor. Epod. 16, 38 Mollis et exspes Inominata perprimat cubilia. *i. Semper iaceat in cubili.*

Conj. Ouid. de A. A. 1, 394. Sen. Ep. 99.

PERPROPINQVVS, a, um. Adi. Cic. de Diuin. 1 c. 22 ex Poeta, Perpropinqua haec bene verrucent populo. Vid. ibi Gruter. et Dauif.

PERPROPERE. Adu. Plaut. Mil. 2, 4, 10 Peri perpropere.

PERPROSPER, ēra, ērum. Adi. Valetudo perprospera Suet. Claud. c. 31.

PERPRVRISCO, ēre. [*κατακνήθομαι*] Idem quod Admodum prurire. Plaut. Stich. 5, 5, 20 Et suauem cantationem aliquam occipio cinaedicam, ubi perpruriscamus vsque ex vnguiculis. Ex vnguiculis perpruriscens mulier Apul. Met. 10 p. 249.

PERPVDESCIT, ēre. *Valde pudere*. Nep. Fragm. 12, 6 Quando perpudescet miscenda, etc.

PERPVGNAX, ācis. Adi. Cic. de Orat. 1, 95 c. 20 extr. Dicere Carneades solebat, ingenium tuum Crasse vehementer admirans, me sibi perfacilem in audiendo, te perpugnacem in disputando esse visum.

PERPVLCHER, chra, chrum. Adi. [*πανέμορφος*] Valde pulchrum significat. Ter. Eun. 3, 2, 15 Perpulchra credo dona, haud nostris similia.

PERPVNCTVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 10 Perpuncti sentiunt.

PERPVRGO, āre. [*διακαθαρίζω*] Totum, siue omnino purgare. Cic. de N. D. 2, 127 c. 50 Ceruaeque paullo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae fefelis dicitur.

PERPVRGATVS, a, um. Partic. Perpurgatis auribus alicui operam dare, per translationem dixit Plaut. Mil. 3, 1, 176. Locus perpurgatus, *i. Perpolitus, expeditus*. Cic. pro Muraen. 51 c. 26 Nunc mihi tertius ille locus est orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt. Add. Id. de Diu. 2 c. 1.

PERPVSILLVS, ā, um. Adi. Corpus perpusillum Chrysolog. Serm. 160. *A quo*

PERPVSILLVM. Adu. Cic. de Orat. 2, 245 c. 60 Hic ille, Non accusabis, perpusillum rogabo.

PERPVTO, āre. [*διακαθαίρω*] Perfecite putare, declarare, vel potius Proferre. Plaut. Cist. 1, 3, 7 Nunc operam date, ut ego argumentum hoc vobis plane perputem.

PERQVAM. Adu. [*ὡς σφόδρα*] Positiuis iungitur et Verbis: et idem significat quod Quam. Plaut. Rud. 3, 3, 9 Propulit perquam indignis modis. Ter. Adelph. 4, 2, 28 Ne ille continebit posthac, si sapiet manus. D. fortiter. s. perquam: quia miseram mulierem, et me seruolum, qui referre non audebam, vicit, hui perfortiter. *Ibi* Donat. Perquam, *i. c. Nimis*. Breuiter perquam perstringere aliquid atque attingere Cic. de Orat. 2, 101 c. 49. Flebiliter perquam lamentatur in vulnere Vlysses apud Pacuuium Idem Tusc. 2, 49. Grave perquam dictu, hic quam ille dignior Cic. pro Planc. 16. Perquam Modica alicuius merita in maius extollere Plin. Paneg. c. 60. Modica perquam portio hereditatis Vlp. in l. j. §. illud D. de coniung. cum emancip. liber. eius. Optanda perquam nobis varietas et incredibilis illa vis dicendi Carneadis Cic. de Orat. 2, 161. Pauxillo perquam minores Lucret. 5, 590. Puerile perquam aliquid videri Cic. de Orat. 2, 108. Lucret. 3, 188 At quod mobile tantopere constare rotundis Perquam feminibus debet, perquamque minutis. Subito perquam Lucret. 4, 170. Perquam, *Superlatiuo aliquando iunctum legitur*. Curt. 4, 6, 2 Perquam maximo potest exercitu comparato. Duos libros perquam breuissimos reliquit Pompon. t. de Orig. Iuris §. 45. Tucetum perquam sapidissimum Apul. Met. 2 p. 117. Conf. Perizon. ad Sanct. p. 715.

PERQVIESCO, ēre. Apul. Met. 8 p. 211 Totam perquiescimus noctem.

PERQVĪRO, sīui, sītum, ēre. [*ἐπιζητέω, ἐξετάζω*] Diligenter quaerere. Caes. B. G. 6, 8 Aditus, viasque in Sueuos perquirat. Ouid. Met. 3, 3 Quum pater ignarus natam perquirere Cadmo Imperat. Homines perquirere et inuestigare ex omni regione, etc. Q. Cic. de Petit. Consul. 24 c. 8. Indicia perquirere Lucret. 6, 381. Cic. de Fin. 5, 48 Videmusne, ut pueri, ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur? Iussa sum Vos perquirere Petron. c. 17. Perquirere, *pro Interrogare*. Cic. Verr. 3 c. 58 Non persequeris? non perseueras? non perquiris cui dixerit Apronius, quis audierit, unde hoc natum, quemadmodum prolatum sit? Perquiritur, *impersonale*. Cic. pro Cluent. 180 Ne multa, perquiritur a coactoribus: inuenitur ea ferrula ad Stratonem peruenisse.

PERQVISĪTVS, a, um. Partic. [*ἐπιζητηθεὶς*] Plin. 18, 4 Et postea inuentis omni cura perquisitis, causaque rerum et ratione simul eruta, etc.

PERQVISĪTE. Adu. [*ἐξητασμένους*] Cic. de Inuent. 1, 77 c. 41 Quae pertinere autem ad dicendum putamus, ea nos commodius quamios



caeteros attendisse non affirmamus, sed perquisitus et diligentius conscripisse pollicemur.

PERQUISITOR, ōris. m. [ἐξεταστής] Plaut. Stich. 2, 2, 61. Iam non faciam auctionem, quando mihi obtigit hereditas: maleuoli perquisitores actionum perierint. *Adde* Ammian. 14, 15.

PERQVIRITO, unde

PERQVIRITĀTVS, a, um. Part. Opusculum perquiratum Claud. Mamert. i praef.

PERRHAEBI, ōrum. m. [Περραιβοί] Populi fuerunt Thessaliae, qui Lapitharum potentia fracti, fugerunt in Aetoliae montana, Pindo monti proxima; quae regio ab ipsis Perrhaebia dicta est, ipseque Pindus cognominatus est Perrhaebus. Propert. 3, 5, 33. Aut cur Perrhaebi tremuere cacumina Pindi?

PERRĀRVVS, a, um. Adī. [πολυσπάνιος] Valde rarus. Plin. 31, 3. Perrarum est, ut leuior sit aliqua. Liu. 6 pr. Tum quod perararum per eadem tempora literae fuere. *Add.* 29, 38.

PERRĀRO. Adu. [πολυσπάνιος] Cic. de Fin. 2, 51 c. 16. Hor. Serm. 2, 5, 50. Perraro haec alea fallit. Antio tenuis nusquam Absuit, idque perraro et paucos dies Suet. Tib. c. 38. Reperitur perraro Cic. pro Planc. 23. Venit perraro in oppidum Idem pro Rosc. Amer. 52. *Add.* Auēt. ad Herenn. 4 c. 22.

PERRECONDITVS, a, um. Adī. Exponam vobis quandam non ut perreconditam aut valde difficilem — rationem consuetudinis meae Cic. de Orat. 1, 135 c. 30.

PERRECTVS, vid. PERGO.

PERRĒPO, pſi, ptum, ěre. [καθέρπω] Repere ad certum usque locum: et ut de quocunque animali dicitur, ita etiam de rebus inanimatis. Columel. 4, 24. At si longius quam ritus agrorum permittit, et a capite vitis emicuerit, et brachiis in aliena iugorum compluuiā perreperit, etc. Et 6, 5. Cauendum quoque est, ne ad praecipia sua aut gallina perrepat. Tellurem genibus perreperere Tibull. 1, 2, 87.

PERREPTO, āre. Frequent. [καθέρπυζω] Idem. Plaut. Rud. 1, 4, 4. Atque in latebris omnibus perreptau quaeere conseruam, voce, oculis, auribus. Ter. Adolph. 4, 6, 3. Perreptau usque omne oppidum, ad portam, ad lacum, quo non?

PERRIDICŪLVVS, a, um. Adī. [πάνυ γελοῖος] Valde ridiculum significat. Cic. de Orat. 3, 72. Atque hos omnes, qui artes rhetoricas exponunt, perridiculos. Et de Orat. 2, 77 c. 19. Sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare possum, perridicula. *Conf.* Cic. Verr. 2 c. 6. Val. Max. 9, 12, 8.

PERRIDICŪLE. Adu. Cic. de Orat. 2, 239 c. 59. In quo non modo illud praecipitur, ne quid insulse, sed etiam si quid perridicule possis, vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.

PERRŌDO, si, sum, ěre. [διαβιβρώσκω] Totum, aut vehementer rodere. Plin. 34, 18. Valet purgare, sistere, excalfacere, perrodere. Idem 30, 16. Ungulas tantum mularum repertas, neque aliam ullam materiam, quae non perrodere a veneno Stygis aquae. Num plures sinus intus diuersa corporis genera perroserint Cels. 5, 28, 12.

PERRŌGO, āre. [κατερωτάω] Proprie dicebantur Consules, qui sententiam Senatores a primo ad ultimum rogarent. Plin. in Paneg. c. 60. Parum est, ut in curiam venias, nisi et conuocas: ut inter sis Senatui, nisi et praesides: ut censentes audias, nisi et perrogas. Sententias perrogare Tacit. Hist. 4, 9. Liu. 29, 19. Perrogari eo die sententiae non potuerunt, accensis pro Scipione, et aduersus Scipionem studiis.

PERROGĪTO, āre. Frequent. Pacuu. apud Priscian. 4 p. 634. Defessus perrogitando aduenas de natis.

PERRORO, āre. Ora, locum, mentem perrorat, concutit, vrit lacrima, lingua, dolor, fusa, sonora, gratus Hildebert. Cenoman. ap. Barth. Adu. 31, 12.

PERRVMPPO, rūpi, ruptum, ěre. [καταρρήγνυω] Plane rumpere. Caes. Bell. Ciuil. 1, 26. Ut rates perrumperet, atque opera disturbaret. Perrumpere, ut Irrumpere, vi et impetu facto intrare. Caes. Bell. Gall. 6, 36. Perrumpere nituntur. Ibid. 7, 19. Ut si eam paludem Romani perrumpere conarentur, haesitantes premerent ex loco superiore. Affectu perrumpi Tacit. Ann. 3, 15. Cic. Att. 8, 19 (12, 8). Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse. Liu. 26, 7 pr. Nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse. *Add.* Id. 28, 7. Perrumpere in vestibulum templi Liu. 3, 18. *Add.* 26, 5. In arces perrumpere Sil. 12, 698. Perrumpere per mediam hostium aciem Liu. 3, 70. Aciem perrumpere Virg. Aen. 2, 513. Perrupit Acheronta Hercules labor Horat. Od. 1, 3, 36. Cic. Tusc. 1, 43. Accedit ut eo facilius animus euadat ex hoc Aere, quem saepe iam crassum appello, cumque perrumpat, quod nihil est animo velocius. Aërem perrumpere et diuidere Cic. Tusc. 1, 42. Agmen perrumpere Claud. de Conf. Hon. 6, 460. Castra et agmen perrumpere, Disturbare et confringere Aur. Vict. de Vir.

80 Illustr. c. 49. Liu. 8, 30. Corpus perrumpere introitu Lucret. 2, 407. Plin. 8, 23. de aspide, Perrumpit omnes Difficultates, permeat spatia. Fastidia Hor. Epist. 1, 10, 25. Leges perrumpere, Violare, effringere Cic. Off. 3, 36 c. 8. Emolumenta rerum fallacibus iudiciis vident: poenam non dico legum, quas saepe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, quae acerbissima est, non vident. Leges perrumpere milite Lucan. 1, 322. Limina perrumpit bipenni Virg. Aen. 2, 480. Nodos validos Lucret. 4, 1142. Cic. in Partit. 112 c. 31. Aut si patefactum esset, depellendi criminis, vel perrumpendi Periculi, vel in longinquum tempus differendi. Saxa perrumpere

90 aurum amat Hor. Carm. 3, 16, 10.

PERRVPTVS, a, um. Partic. [καταρρήχθεις] Moles perruptae Sil. 13, 741. Acies Tacit. Hist. 2, 44. Castra Id. Hist. 2, 15.

PERSA, ae. vid. post PERSEVS.

PERSAEPE. Adu. [πολλάκις] Cic. de Amicit. 77 c. 20. Recte etiam praecipitur in amicitia, ne quis intemperata quadam benevolentia (quod persaepe fit) impediatur magnas utilitates amicorum. Persaepe congratulari Cic. pro Marc. c. 6. Hor. Epod. 14, 11. Qui persaepe caua testudine fleuit amorem.

PERSAEVVS, a, um. Adī. Mela 2, 5 extr. Parua flumina, vbi accreuere, persaeua.

PERSALSVS, a, um. Adī. Valde falsum significat. Cic. de Orat. 2, 279 c. 69. Persalsum illud est apud Naeuium, Quid ploras pater?

PERSALSIF. Adu. [πολυαλικώς] Cic. Q. Frat. 2, 14. Trebatium quod ad se miserim, persalse et humaniter etiam mihi gratias agit.

PERSA-

**PERSALVTO**, Ære. [*κατασπάζομαι*] *Frequenter vel multum et saepius salutare.* Cic. pro Flacc. 42 c. 18 Et qui ita fit ambitiosus, vt omnes vos nosque quotidie persalutet. Et Curt. 10, 5, 3 Donec a toto exercitu ad vltimum persalutatus est.

**PERSALVTATIO**, ðnis. f. Cic. pro Muraen. 44 c. 21 Non 5 declamatio potius, quam persalutatio.

**PERSANCTE**. Adu. [*πολυσίσως*] *Pro Valde et religiose.* Ter. Hec. 5, 2, 5 Phidippe Bacchis deierat persancte. Plaut. Idque persancte iuravit se facturum. Vid. Suet. Tit. c. 10. et Ner. c. 35.

**PERSANO**, Ære. [*ἐξίαιομαι*] *Omnino sanare.* Plin. 20, 22 Vomicas rumpere, purgare, persanare promittens. Add. Scribon. 221. Cinis vitium cum axungia fistulas purgat et persanat Plin. l. 23 prooem. Antonius Musa medicus, cum incidisset in insanabilia vlcera, vipersas edendas dabat, miraue celeritate persanabat Plin. 30, 13.

**PERSANĀTVS**, a, um. Partic. Vlceras persanata Sen. Ep. 8. 15 Persanatus ab hoc Scribon. 40. sc. medicamento.

**PERSANVS**, a, um. Adi. *Valde sanus.* Cato R. R. c. 157 fin. Vt radices polypi persanas facias.

**PERSAPIENS**, entis. Adi. [*πάνυ σοφός*] *Valde sapientem significat.* Cic. de Prouinc. Consul. 44 c. 18 extr. Quod magni cuiusdam hominis et persapientis videtur.

**PERSAPIENTER**. Adu. [*λίαν σοφῶς*] Cic. pro Milon. 11 c. 4 Et si persapienter, et quodammodo tacite dat ipsa lex potestatem defendendi, etc.

**PERSCIENS**, entis. Adi. *Valde sciens.* Lamprid. in Commodo 25 c. 5 Perennis Commodi animum persciens.

**PERSCIENTER**. Adu. [*πάνυ ἐπισημονικῶς*] *Admodum scienter et industrie.* Cic. de Clar. Orat. 202 c. 55 Et vt ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remisera.

**PERSCINDO**, idi, issim, Ære. [*κατασχίζω*] *Quasi per medium scindere.* Liu. 21, 58 Nam nec explicare quidquam, nec statuere poterant: nec quod statutum esset, manebat: omnia perscindente vento. Nubem perscidit ventus Lucret. 6, 137. Vestem perscindere e membris Tibull. 1, 10, 63. Perscindor, *forma Passiva.* Lucret. 4, 605 Perscinduntur enim, nisi recta foramina tranant.

**PERSCISSVS**, a, um. Partic. [*κατασχιδείς*] Carbasus perscissa petulantibus auris Lucret. 6, 110. *Alii legunt Euris.*

**PERSCISCO**, Ære. *Accurate interrogare.* Dictys Cret. Bell. Troi. 2, 37 Hector causam tumultus eorum cupidus perscisere.

**PERSCĪTVS**, a, um. Adi. *Admodum scitus.* Per mihi scitum videtur Cic. de Orat. 2 c. 67. Idem Att. 14, 5 Epistolam tibi misi, vt tu de prouincia Bruti et Cassii perscita. Quaedam exemplaria legunt, Per S. C. ita scribit et Balbus, etc.

**PERSCRĪBO**, psi, ptum, Ære. [*ἀναγράφω*] *Totum scribere.* Non tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris Cic. Fam. 9, 25 extr. Idem Fam. 14, 5 Omnes sunt redditae, diligentissimeque a te perscripta omnia. Add. ibid. 14, 4. Cic. Fam. 12, 23 Quod ni ita putarem, ipse perscriberem. De suis rebus ad aliquem perscribere Cic. Fam. 5, 3. Auctoritatem perscribere, vid. Auctoritas, in

**AUCTOR**. Blanditias perscribere vino Ouid. de Arte Am. 1, 571. 50 Orationem mitissimam alicui Cic. Fam. 5, 4. Planitiem perscribere Sallust. Iugurth. c. 98 (93, 4). Vid. ibi Cl. Wasse et Cort. Rationes scite et literate perscribere Cic. in Pison. 61. Versum puris verbis Hor. Seru. 1, 4, 54. Versu aliquid Ouid. ex Pont. 2, 7, 33. Perscribere, est etiam In tabulas et acta referre. Cic. Verr. 4, 140 Pri-

imum mihi literas publicas, quas in aerario sanctiore conditas habebant, proferunt: in quibus ostendunt omnia quae dixi ablata, esse perscripta. Idem pro Rosc. Com. 2 c. 1 Egone hanc manum plenam perfidiae, et hos digitos meos impellere potui, vt falsum perscriberem nomen? Dicta omnia iudicium Cic. pro Sull. 41. Idem pro

Rosc. Com. 2 c. 1 Aequae tabulae condemnantur eius, qui verum non retulit, et qui falsum perscripsit. Senatusconsultum Cic. in Catil. 3, 13 c. 6. Idem Verr. 1, 60 In tabulas publicas ad aerarium perscribenda curauit. Cic. Att. 9, 14 Viri boni Vsuras perscribunt?

i. *Nomina debitorum in codicem referunt.* ¶ 2 *Obseru.* Perscribere, pro Praescribere. Cic. Acad. 1, 23 Ex hac descriptione, agendi quoque aliquid in vita, et officii ipsius initium reperiebatur, quod erat in conseruatione earum rerum, quas natura perscribet. Sed praescriberet legitur hodie. Perscribere pecuniam soluendam alicui per trapezitam scriptura intercedente curare, de mensa soluere, vt interpreta-

tur Graeu. ad Cic. Att. 16, 2. Ter. Phorm. 5, 8, 30 Sed transi fodes ad forum, atque illud mihi argentum iube rursus rescribi Phormio. P. quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui. Sed Discripsi legisse videtur Donatus, qui interpretatur Multis per scripturam reddidi, multis dedi: vt apud Virgilium, Diditur hic subito Troiana per agmina

Rumor. Quod quidem exemplum optime ad discripsi, ad perscripsi autem nullo modo conuenit. Itaque recepit Discripsi Bentleius. Sed Perscribendi verbo sic utitur Cic. Att. 16, 2. Vid. mox PERSCRIPTIO. Pecuniam in aedem sacram rescindendam perscribere Cic. pro Flacc. 44 c. 19.

**PERSCRIPTVS**, a, um. Partic. [*ἀναγεγραμμένος*] Dicitur quod literis consignatum est, et monumentis antiquis continetur, apud Ciceronem semper: vt de Arusp. Resp. 32 Quanquam hoc si minus Civili iure perscriptum est, lege tamen naturae, communi iure gentium sancitum est, vt nihil mortales a diis immortalibus vsurpare possint. Auctoritas Senatus perscripta Cic. Fam. 1, 2. Hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis Idem Agrar. 2 c. 32.

**PERSCRIPTIO**, ðnis. f. [*ἀναγραφὴ*] *Laudatur* Cic. Fam. 5, 2 Iam illud Senatusconsultum, quod eo die factum est, ea perscriptione est, vt dum id exstabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Et sane perscribi dicuntur Scta vt modo dictum. Sed l. c. est Praescrip-

tionem. Sed Perscriptio fere ad rem numariam pertinet, de qua modo dictum in verbo PERSCRIBO n. 2. Cic. de Orat. 1, 250 c. 58 Si de tabulis et perscriptionibus sermo est. Recte sic Lambin. et Pearce ex MSS. al. praeser. Cic. Att. 4 vlt. Haec pactio non verbis, sed nominibus et perscriptionibus multorum tabulis cum esse facta diceretur. Etiam hic obseruat Graeuus, Perscriptiones esse, quas hodie vocant assignationes ad Trapezitam. Cic. Philipp. 5, 11 c. 4 Illa vero dissipatio pecuniae publicae ferenda nullo modo est, per quam septies millies falsis perscriptionibus, donationibusque auertit. Idem pro Flacc. 74 Perscriptiones cum mulierculis aperta circumscriptione fecisti: tutor his rebus Graecorum legibus adscribendus fuit. Cic. Att. 12, 51 De Cerellia quid tibi placeret, Tiro mihi narrauit: debere, non esse dignitatis meae: perscriptionem tibi placere, hoc est solutionem a mensa. Itaque mox sequitur: Sustinenda tamen solutio est nominis Cerelliani, dum et de Metone et de Faberio sciamus.

105

105

105

105

105

105

105

105

105

105

105

**PERSCRIPTOR**, ōris. m. [*ἀναγραφεύς*] Cic. Verr. 3, 68 c. 72 Scribam tuum dicit Verres huius perscriptorem fenerationis fuisse.

**PERSCRIPTŪRA**, ae. f. Vlpian. Dig. 29 t. 1 l. 3 Testamenti facere perscripturam.

**PERSCRŪTOR**, āri. Dep. [*ἐξετάζω*] *Diligenter inquirere.* Cic. Off. 2, 25 Praemittebatque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres: et ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirent. Inuestigare et perscrutari omnia Cic. Verr. 4, 47 c. 21. Idem ibid. 4, 30 Iam vt haec omnia reperire ac perscrutari solitus sit

**Iudices**, est operae pretium cognoscere. Cic. Tusc. 5, 59 Sic noctu ad eas ventitabat, vt omnia specularetur et perscrutaretur ante. Cic. de Inuent. 1, 68 Ergo in hoc quoque iudicio definite literas legis perscrutari, et legem (vt aequum est) ex vtilitate Reip. considerate. Cic. pro Flacc. 19 Itaque perscrutamini penitus naturam, rationemque

**criminum**: iam nihil praeter speciem, nihil praeter terrorem ac minas reperietis. Sententiam alicuius domesticis suspicionibus Cic. de Inuent. 2, 128 c. 44. *Actiua forma usus est* Plaut. Aul. 4, 4, 30 Postremo iam hunc perscrutaui.

**PERSCRŪTĀTVS**, a, um. *Passiue.* Ammian. 17, 4 Montium venis perscrutatis. *Conditiones perscrutatae* Aggen. de Limit. p. 56 ed. Goef.

**PERSCRŪTATIO**, ōnis. f. Senec. ad Heluam c. 9 extr. Quid opus est profundi perscrutatione?

**PERSCRŪTOR**, ōris. m. Capitol. in Maxim. Iun. c. 1

**Qui** harum rerum perscrutatores fuisse dicuntur. Electi perscrutatores Veget. de R. Mil. 3, 3. *Add.* Cassiod. Epist. 1, 2. et 2, 15.

**PERSCVLPO**, unde

**PERSCVLPTVS**, a, um. Persculpti lapides, furdac mutaeque figurae Coripp. 3, 377. *i. idola.*

**PERSEĀ**, ae. f. [*περσέα*] *Arbor Graecis memorata, qui a Persica diuersam volunt. Sed vid. Salmas. Hyl. Iatr. c. 68 et quae nos inde contracta dedimus ad Columel. 10, 405. Materia magna disputandi* Plin. 15, 13 f. 13 *ubi Perseam a Persica distinguit.*

**PERSECO**, uī, ctum, āre. [*κατατέμνω*] *Perfekte secare, et diuidere.* Cic. Acad. 4, 122 c. 39 Eodem modo rerum naturas perscicare, aperire, diuidere possumus, vt videamus terra penitusne defixa sit, et quasi radicibus suis haereat, an media pendeat. Cic. Att. 13, 23 extr. Quare da te in sermonem, et persca, et confice, excita, compelle, loquere, vt te cum illo Scaeuola loqui putes. *Persecare*

**vitium aliquod**, ne serpat Liu. 40, 19.

**PERSECTOR**, āri. *Vid. PERSEQVOR.*

**PERSEDEO**, ēdi, ēre. Sen. Epist. 108 Quid ergo? non nouimus quosdam, qui multis apud philosophiam annis persederint, et ne colorem quidem duxerint? Liu. 45, 39 Hoc quoque quod ridetis, in equo dies noctesque persedendo habeo. Vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet, et meridie dimisso populo ad prandium persederet Suet. Claud. c. 34.

**PERSEGNIS**, e. Adi. [*πολύαργος*] *Valde segnem significat.* Liu. 25, 15 Pedestre praelium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis.

**PERSEIS**, Persea et Perseia dicta est Hecate a patre Perse. *Vid. HECATE.* Oceani filia Cic. de Nat. Deor. 3 c. 19. *Circes, Pasiphaes, et Aees mater e Sole. Hinc*

**PERSEIDES** Herbae, *i. Magicae: cum Hecate earum rerum quaedam praefes et auctor sit.* Ouid. Rem. Am. 263.

**PERSĒNEX**, is. c. [*πολυγέρον*] Sueton. de Clar. Gram. c. 9 Namque iam persenex pauperem se, et habitare sub tegulis quodam scripto fatetur.

**PERSENECO**, ēre. Eutrop. 1, 11 Cum vxore persenuit.

**PERSENĪLIS**, e. Adi. Vulg. Interpr. Iosuae 23, 1 Iosua iam longaeuus et persenilis aetatis.

**PERSENTIO**, si, sum, ire. [*αἰσθάνομαι*] *Plane sentio.* Virg. Aen. 4, 448 Magno persentit pectore curas.

**PERSENTISCO**, ēre. *Inchoatiuum, Percipere aliquid fieri.* Ter. Heaut. 5, 1, 43 Quot res dedere, vbi possem persentiscere, nisi essem lapis, quae vidi. Ne id tu persentisceres Ter. Heaut. 4, 5, 21. Lucret. 3, 250

Concutitur tum sanguis, viscera persentiscunt

Omnia, etc. *Quidam tamen sic legi volunt,*

Tum quatitur sanguis, tum viscera persentiscunt.

**PERSEPHŌNE**, es. f. [*Περσεφώνη*] *Ea est, quae a nostris Proferpina dicitur, quanquam et priori vocabulo nonnunquam nostri Poetae utuntur.* Ouid. Fast. 4, 591 At neque Persephone digna est praedone marito. *Pro Morte etiam ponitur.* Ouid. Epist. 21, 46 Persephone

**nostras pulsat acerba fores.** Et Tibull. 3, 5, 5 At mihi Persephone nigram denunciat horam.

**PERSEPŌNIS**, is. f. [*Περσεπόλις*] Regia veterum Persidis regum, vt appellat Curt. 5, 6 *vbi illius diuitias et interitum describit: ruinae hodie adhuc occupant peregrinatores.*

**PERSEQVOR**, secutus sum, sequi. Dep. [*καταδιώκω*] *Insequi, infestari.* Plaut. Men. 4, 1, 8 Hac abiit. P. si vis persequi vestigiis. Ter. Phorm. 3, 3, 18 Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi. Armis furialibus persequi aliquem Lucan. 1, 200. Caef. Bell. Gall. 1, 14. Cic. Fam. 5, 1 Ad V. Calend. Maii, quum

**de iis**, qui hostes iudicati sunt, Bello persequendis sententiae dicerentur. *Add. Id. ad Brut. Ep. 5. Cic. pro Flacc. 47 Hunc aestuantem et tergiuerfantem iudicio ille persequitur. Terra et mari persequi aliquem* Cic. Att. 7, 22. Idem de Clar. Orat. 307 Brute possis (nam Attico haec nota sunt) et videre quemadmodum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti. *Per translationem.* Acrius

**aliquid** Cic. de Orat. 2, 182. *Academiam veterem persequamur* Id. Acad. 1, 7. Et de Fin. 1, 36 In quo maxime consuevit iactare vestra se oratio, tua praesertim, qui studiose Antiqua persequeris claris et fortibus viris commemorandis, etc. Cic. de Fin. 1, 72 Eas

**ergo artes persequeretur**, viuendi Artem tantam, tamque operosam, et perinde fructuosam relinqueret? Bona sua repetere ac persequi lite atque iudicio Cic. Verr. 3, 47 c. 13. *Caerimonias institutas* Id. pro Domo 141. *Causas in obscuro positas persequi* Celf. 1 praef. *Consuetudine et celeritate scribendi, facillime quae dicerentur persequi* Cic. pro Sulla 42. *Diuerticula, flexiones, et solitudines* Idem in Pison. 53. *Extrema si idem persequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta videbimus* Cic. de Prouinc. Consul. 19. *Factis persequi quod dicimus* Plaut. Merc. 3, 2, 11. *i. Facere.* Feras Ouid. Epist. 9, 34. *Hereditates, aut syngraphas suas legatione* Cic. de

**Legg. 3, 18. Locum notabilem damus in** LEGATIO libera. *Hostes persequi*

persequi Scribon. Epist. in. Imperium patris persequi, *pro Facere*  
 Plaut. Stich. 1, 2, 84. Incepta persequi Liu. 6, 33. Inimicitias  
 paternas magna cum gloria Cic. Acad. 4, 1. Iniurias persequi, *Vl-*  
*cisci.* Cic. pro Caecin. 32 c. 11 Hanc puto me habere actionem, vt  
 per interdictum meum ius teneam, atque iniuriam tuam persequar. 5  
 Id. Acad. 4, 3 In eodem tanta prudentia fuit in constituendis tempe-  
 randis ciuitatibus, tanta aequitas, vt hodie stet Asia Luculli insti-  
 tutis seruandis, et quasi vestigijs persequendis. Ius suum persequi,  
*Defendere* Ter. Adelph. 2, 1, 9. Cic. Diu. Verr. 21 Cur his non  
 modo persequendi iuris sui, sed etiam deplorandae calamitatis adimis 10  
 potestatem? Philosophiam Latinis literis Id. Acad. 1, 12. *i. scri-*  
*bere, in literas referre.* Cic. Q. Frat. 2, 13 Facies scilicet vt mea  
 mandata digeras, persequare, conticias. Memoria, scientia, con-  
 suetudine et celeritate scribendi facillime quae dicerentur persequi  
 posse Id. pro Sulla 42, 14. Plaut. Afin. 1, 1, 58 Eos me decretum 15  
 est persequi Mores patris. *b. e. Tentare, vt mores patris exprimam.*  
 Mortem alicuius Cic. pro Domo 49. Id. de Diuin. 2, 17 Solis de-  
 fectiones, itemque Lunae praedicuntur in multos annos ab his, qui  
 siderum motus numeris persequuntur. Odio persequitur omnes  
 Senec. Hippol. l. 2. Omnia persequi et non Necessaria Nep. 25, 20  
 11, 3. Otium persequi Hor. Epod. 1, 7. Partes causarum singu-  
 las ad vltimam speciem persequi Quinctil. 7, 2. Poenas alicuius  
 persequi, *pro Vlcisci.* Cic. Att. 9, 17 (14) M. Bruti se poenas  
 persequi, omniumque eorum, in quos Sulla crudelis hoc socio fuisset.  
 Poenas a seditioso ciue per bonos viros iudicio persequi Id. Fam. 1, 9, 25  
 Promissa alterius persequi, Vt scilicet ille stet promissis Plaut. Mercat.  
 prol. 85. Cic. Acad. 4, 117 Non persequor quaestiones infinitas:  
 tantum de principiis rerum, quibus omnia constant, videamus quem  
 probet. Eo discessisti, Quo ego te ne persequi quidem possem die-  
 bus triginta Cic. Fam. 3, 6. Rem suam Id. pro Quint. 45. Res 30  
 has commodissime persecutus est Xenophon in eo libro, qui, etc. Id.  
 Off. 2, 87. Res Annibalis diligentissime persecutus Caelius Cic. de  
 Diuin. 1, 49. Scelus suum Ouid. Met. 8, 774. Cic. Fam. 15, 21  
 Quum ea, quae scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare  
 non potueris. Sectam aliquorum hominum Id. Verr. 5, 180. 35  
 Sententiam persequi ad finem, *i. Exequi.* Vlpian. in l. 15 A diuo  
 Pio, §. 1 de re iudicata, Sententiam Romae dictam etiam in prouincijs  
 posse Praesides, si hoc iussi fuerint, ad finem persequi, Imperator no-  
 ster cum patre rescriptit. Stilum alicuius Cic. Fam. 6, 7. *nempe*  
*ulciscendi causa.* Spem infinitam Cic. pro Deiot. 13. Superstitio 40  
 quocumque te verteris persequitur Id. de Diuin. 2, 149. Versibus  
 aliqua Id. de Senect. 16. Id. de Orat. 1, 105 Cuius vestigia, qui  
 persequi cupiunt, eius sententiam sciscitantur. Viam Ter. Hec. 3,  
 5, 4. Omnes Vias persequar, quibus putabo ad id quod volumus  
 peruenire posse Cic. Fam. 4, 13. Vitam inopem et vagam Ident 45  
 Philipp. 12, 15. Id. Tusc. 4, 5 Hanc amplissimam omnium artium  
 bene viuendi disciplinam vita magis, quam literis persecuti sunt.  
 Vitam relictam persequitur attendens curuo dente Virg. Georg. 2,  
 408. Vitia aliquem persequuntur ab institutione puerili Quinctil.  
 1, 1. Cic. pro Planc. Sed quia neque necesse est me id persequi 50  
 voce, quod vos mente videatis. Voluptates cuiusquemodi Id. de  
 Fin. 2, 3. Voluptates nominatim omnes persequitur Epicurus Cic.  
 de Nat. Deor. 1, 112. ¶ 2 *Passiue.* Illa se in mare praecipitauit,  
 ne persequeretur Hygin. fab. 198. *Verum Scheffer. legendum*  
*censet, ne pater persequeretur. Sic etiam in lege, quam dedimus modo sub* 55  
 Sententiam persequi, *sunt qui legant,* Sententiam posse per Praesides  
 persequi. Caeterum ad Hygin. l. c. attulit Barthius ex Optato, Quem  
 a nobis persecutum esse aut dicere possis aut probare? Et Schol.  
 German. ad Pleiadas, Quidam a Sole persecutum arbitrantur.

PERSEQUENS, entis. Partic. [*καταδιώκων*] Incautius et au- 60  
 dacius persequentes Aur. Victor Epit. c. 42. Flagitij persequens  
 Plaut. Casin. 2, 1, 1. Inimicitiarum persequentissimus Auct. ad  
 Heren. 2 c. 19.

PERSECVTVS, a, um. Part. Vellei. 2, 6, 4 Hunc L. Opi- 65  
 mius Cos. qui Praetor Fregellas exciderat, persecutus armis, etc.  
 Conf. Aur. Victor de Vir. Ill. c. 64.

PERSECVTIO, ōnis. f. [*καταδιώξις*] Cic. in Orat. 141 c. 42  
 Quum in altera (eloquentia) gratiae, gloriae, praesidii plurimum ef-  
 fet: in altera (iuris scientia) persecutionum, cautionumque prae-  
 ceptio. Vlpian. in l. Pecuniae verbum, D. de verborum et rerum 70  
 significatione, Persecutionis autem verbo extraordinarias persecutio-  
 nes puto contineri: vtputa fidei commissorum, et si quae aliae sunt,  
 quae non habent iuris ordinarii executionem. Est itaque Persecutio  
 proprie iuris verbum. Sed Incepti Negotij persecutio Apul. Met. 10  
 p. 252, 8. ad scelus veneficiumque. ¶ 2 Persecutio, apud 75  
 Scriptores Christianos est Diua vexatio et tyrannica afflictio maxime pio-  
 rum et innocentium, cuiusmodi decem numerari solent. Saeculissima  
 persecutionis incendia Hieron. Comment. in Zachar. 1, 1.

PERSECVTOR, ōris. m. Sēctator. Isidor. Orig. c. 10 in P,  
 Persecutor non semper pro malo intelligitur, vnde, persecutor, per- 80  
 fecte secutor. Conf. Cod. l. 10 tit. 72. Item Insectator. *διώκτης,*  
*ἐπιδιώκτης* Gloss. Lat. Gr. Add. Capitol. in Albin. c. 11. Paullus  
 persecutor ecclesiae Hieron. Ep. 3 ad Heliodor. Pulchra res ictum  
 sub ense persecutoris pati Prudent. Peristeph. 1, 28. Huc pertinet  
 liber Laetantii de Mortibus persecutorum. Conf. Cellar. Cur. Post. c. 7. 85

PERSECVTRIX, icis. f. Augustin. de consensu Euangelist. 1, 25  
 Hercules Innonem persecutricem suam coli prohiberet.

PERSECVTORIA, ae. f. Diploma seu licentia scripto data ali-  
 quid perquirendi. Cod. 10 t. 72 l. 1 Praemissa persecutoria aurum 90  
 persequi.

PERSEQVAX, ācis. Adi. Apul. in fine Florid. p. 366, 5 Ales  
 oculis persequax. Add. Sidon. Epist. 4, 9.

PERSECTOR, āri. Dep. [*καταδιώκωμαι*] Diligenter sectari, per-  
 scrutari. Lucret. 2, 165 Nec sectari primordia singula quaeque.  
 Legitur et Persecutari. 95

PERSECTANS, antis. Partic. Accipitres persecutantes Lucret.  
 4, 1004. *i. Insectantes.* Lambinus.

PERSERO, sēui, sātum, ēre. [*κατασείρω*] Traicere. Resticu-  
 las per ficos, quas edimus, maturas perserunt Varro R. R. 1, 41.  
 Nescio unde sit, quod laudatur ex Plauto Inde venisse perserit, *i. dis-* 100  
*seminat, spargit in vulgus.*

PERSERVIO, ire. Vopisc. in Probo c. 18 Germani Probo po-  
 tius perseruire maluerunt, quam cum Bonoso esse.

PERSERVO, āre. Constanter seruare. Tertull. de Patient. c. 5  
 Si diuino interdicto patientiam perseruasse. 105

PERSES, is. m. [Πέρσης] *Auctore Herodoto 7 Filius fuit Persei Danaës filii ex Andromeda Cephei filia, a quo Persas originem duxisse scribit. Hic, teste Plinio 7, 5 primus sagittas reperit.* ¶ 2

Perfes, pater Hecates, frater Aetae. Vid. HECATE. ¶ 3  
5 Pro Perfa Graeca terminatione dixit Achaemenium Persen Stat. Silu. 5, 3, 187. Vid. ACHAEMENIA. ¶ 4 Perfes Ma-

cedoniae Rex. Cic. de Diu. 1, 103 c. 46 L. Paullus consul iterum, cum ei, bellum ut cum rege Perse gereret, obtigisset, ut ea ipsa die domum ad vesperam rediit, filiulam suam Tertiam, quae tum erat admodum parua, osculans animaduertit tristiculam. Quid est, inquit, mea Tertia, quid tristis es? Mi pater, inquit, Perfa periit. Tum ille, arctius puellam complexus, Accipio, inquit, mea filia, omen. Erat autem mortuus catellus eo nomine. Itaque Perfes et Perfa promiscue dicebant, ut modo n. 3 vidimus. Deinde obserua obiter, iam tum moris fuisse, hostium nomina imponere canibus. Ominis nottionem hic pulchre declarari, iam apparet.

PERSEVERO, are. [διατελέω, διαμένω] *Cum constantia animi et quadam fortitudine continuare.* Cic. de Amicit. 24 c. 7 Orestes autem ita ut erat, Orestem se esse perseveraret. *subaud. dicere.* Postquam iter ingressus, nuntiatum est, victum cum ac vim vitae suae intulisse: nihilo secius Aquileiam usque perseverauerunt Suet. Vespas. c. 6. Cic. pro Quint. 76 c. 24 Ut necessario confiteare, neque eorum tam temerarium queniquam fuisse, neque te ipsum id quod turpissime suscepisses, perseverare et transigere potuisse. Persevera diligentiam

25 Symmach. Ep. 1, 90. Iras suas perpetuis indignationibus perseverantes Firmic. Mathes. 5. Cic. Fam. 7, 29 Quare, Cicero mi, perseverera constanter nos conservare. Ad ultimum Liu. 1. Apud Praeceptorem Quinctil. 2, 2, 2. Caes. Bell. Gall. 5, 36 Cotta se ad armatum hostem iturum negat, atque in eo perseverat. Statuit ius dicere, et in eo perseveravit Cic. de Prouinc. Conf. 10. In constantia perseverare Id. Philipp. 9, 6 c. 3. In errore perseverare, nullius, nisi insipientis est: errare, cuiusvis hominis Idem ibid. 12, 5 c. 2. In labore vno Quinctil. 1, 12. Obligatio perseverat Paulus in l. Lucius. D. Quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur.

35 In proposito Liu. 36, . . . In sententia eadem Cic. de Nat. Deor. 3, 83. In sententia sua vetere perseverare et permanere Id. de Legib. 3, 27 c. 12. In vitiis Id. de Inuent. 2, 164. Quinctil. 6 prooem. 16 In nullum iam usum proprium perseveramus. Paterc. 2, 92 In comitiis habendis praecipuum egit Consulem. Nam et

40 Quaesturam petentes, quos indignos iudicavit, profiteri vetuit. Et quum id facturos se, perseverarent, Consularem, si in campum descendissent, vindictam minatus est. Ne Bellare perseveraret Nep. 2, 5, 1. Exsequi Suet. Domit. c. 7. Perseverabo eum tibi ingerere Sen. Ep. 12. Operiri Suet. Claud. c. 14. Impersonal. Cic. Verr. 4, 85

45 Quod quum illis, qui aderant, indignum: qui audiebant, incredibile videretur, non est ab isto primo illo aduentu perseveratum. Perseveratum est in ira Liu. 2, 35.

PERSEVERANS, antis. Partic. Curt. 6, 7, 10 Aduersari scelus perseverantem metu mortis terret. Perseverantibus studiis Quinctil. 12, 10, 79. Pertinaciter perseverans Iul. Obsequ. c. 124. Benevolentiae perseveranti respondent Scribon. Ep. . . Compar. Liu. 5, 30 Valerius perseverantior caedendis hostibus in fuga fuit. Perseverantior festinat peruenire ad expetitas sibi terras Plin. 10, 23. Superl. Columel. 1 praef. Is mos seruatus est perseverantissimo colendorum agrorum studio. Add. Augustin. Ep. 25.

PERSEVERANTER. Adu. [ἐπισηροῦς] *Constanter.* Perseveranter obtinere Plin. 13, 1. Probare Suet. Aug. c. 62. Tueri bene coeptam rem Liu. 4, 60. *Vtitur etiam* Scribon. 38. *it.* 214. Compar. Liu. 21, 10 Quo lenius agunt, segnius incipiunt: eo quum coeperint, vereor ne perseverantius saeviant. Superl. Plin. Ep. 4, 21 Nam patrem illarum defunctum quoque perseverantissime diligo, ut actione mea librisque testatum est.

PERSEVERANTIA, ae. f. [ἐπιμονή] *Constantia.* Cic. Verr. 3, 144 Cuius iste fidei, diligentiae, perseverantiae nulla ratione eripi possit. Constantia, grauitas, perseverantia retinenda est Id. Phil. 7, 14 c. 5. Perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio Cic. de Inuent. 2, 164 c. 54. Nimia perseverantia Id. pro Domo 8. Statua perseverantia Firmic. 3, 6. Retinere perseverantiam sententiae suae Cic. pro Planc. 89 c. 36. Terentium perseverantia Scribon. 21. *i. labor continuatus.* Cum perseverantia tumoris Id. 23.

PERSEVERATVS, a, um. Part. *Continuatus.* Iustin. 12, 6, 15 Perseverata inedia quadriduo.

PERSEVERANDVS, a, um. Part. Quae perseverandae religionis reuerentia decernenda credidit Symmach. Ep. 10, 73.

PERSEVERATIO, ōnis. f. Apul. in Acleph. extr. Cognouimus te, aeterna perseveratio.

PERSEVERABILIS, e. Adi. Resumptio perseverabilis Caes. Aurel. Tard. 3, 2. Add. Interp. Irenaei 4, 37.

80 PERSEVERVS, a, um. Adi. [πᾶν ἀνέμωτος] Imperium perseverum Tacit. Ann. 15, 48.

PERSEVERE. Adu. *Idem.* Persevere inquirere Plin. Epist. 9, 5 pr.

PERSEVS, ei. vel PERSES, is, siue i. m. [Περσεύς] *Sicut Achilles, is, vel i. Achilleus, ei. Iouis ex Danaë filius interfector Gorgonis Medusae, Andromedae liberator et maritus, adiutus in ceto interficiendo Mercurii talaribus, et in ulciscendis inuidis ob nuptias capite Gorgonis, in caelum et astra ob virtutem relatus.* Vid. Hygin. Fab. 63 et 64. et Poët. Astron. 12. *inprimis* Ouid. Met. 4, 603 sqq. Cic. de Nat. Deor. 2, 112 Minorem autem Septentrionem pallis palmis subsequitur Cepheus: hunc antecedit Cassiopea. Ad pedes Andromedae Perseus describitur. Aërei Perseos plantaria Valer. Argon. 1, 68. Inachus Perseus Claud. in Ruffin. 1, 278. Pennipes Catul. in Camerium f. 53, 24.

95 PERSEIS, idis. f. [Περσῆς] *Carmen de Perse Macedonum rege, an de Perseo fabuloso? de quo nihil superest, nisi mentio brevis* Ouid. ex Ponto 4, 16, 25 Trinacriusque suae Perseidos auctor. Perseides herbae, *vid. supra f. 1.*

PERSIDIA, ae. seu PERSIS, idis. f. [Περσία] *Orientalis regio, a Perse, seu Perseo rege sic dicta.* Virg. Georg. 4, 290 Quaque pharetratae vicinia Persidis vrget. Ouid. Met. 1, 62 Eurus ad Auroram, Nabathaeaque regna recessit, Persidaque, etc. Danaëia Persis Ouid. de Arte Am. 1, 225. Danaë mater fuit Persei, qui regioni nomen dedisse putatur. Tabellae e Persia allatae Plaut. Perf. 105 4, 3, 28.

**PERSAE**, arum. m. [*Περσῶν*] *Populi Persiam incolentes.* Lucan. 10, 269 Ex Phariis Persisque fuit, Macetumque tyrannis. Relligio impia Persarum Catull. in Gellium 87, 4. Graues Hor. Carm. 4, 2, 22. Infidi Id. ibid. 4, 15, 23. Vescuntur nasturtio Persae Cic. de Finib. 2, 92. Persae cera circumlitos mortuos condiunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora Id. Tusc. 1, 108. In Persis augurantur et diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi Idem de Diuin. 1, 90. Reges Persarum plures vxores habere, his autem vxoribus ciuitates attribuere aiunt solere, hoc modo, Haec ciuitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines, ita populos habent vniuersos non solum conscios libidinis suae, verum etiam administratos Cic. Verr. 3, 76. Rex Persarum quisquam esse non potest, qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperit Idem de Diuin. 1, 91. Persarum vigui rege beator Hor. Carm. 3, 9, 4.

**PERSICVS**, a, um. Adi. [*Περσικός*] *Quod ex Persia est.* Regnum Persicum Iuuen. Sat. 14, 328. Bracca Ouid. Trist. 5, 10, 34. Libri Cic. de Diuin. 1, 46. ¶ 2 *Genus arboris et fructus.* Plin. 13, 9 Aegyptus et Persicam arborem sui generis habet, similem piro, folia retinentem. Fertilitas assidua ei, subnascente crastino fructu: maturitas Etessarum afflatu. Pomum longius piro, inclusum amygdalae putamine et corio: colore herbido, sed vbi nux illi, huic prunum, differens breuitate ac mollitie: et quamuis blandiatur praedulcis suauitas, innocuum. Haec Persea vocatur 15, 13 l. 13. Caeterum totus ille locus inde a l. 11 de arbore Persica et prunis Persicis agit. Conf. supra PERSEA. Nucleorum Persicorum interiora Scribon. 184. Persica duriora purgabis Apic. 4, 2. Add. Plin. 16, 26. Vid. Scriptores rei rusticae Colum. 9, 4, 3. et 10, 405 sq. in primis 5, 10, 20. Loco, quem primum indicaui, vocat Arbores Persici. Add. Pallad. Ian. 15, 20 etc. ¶ 3 Plinius 6, 26 Rubrum mare, idem cum Persico Sinu, quum longe sint diuersa, ut ex Geographis apparet, falso existimauit, his verbis; Persae Rubrum mare semper accoluere, propter quod is sinus Persicus vocatur. ¶ 4 Persicum portum cum ait Plautus (Amphitr. 256) mare Euboicum videtur significare, quod in eo classis Persarum dicitur stetit, non procul a Thebis. Haec Festus. Sed Persice porticus Cic. Att. 15, 9 aenigma est, de quo haviolationes collegit Graeu. p. 628 sqq. ¶ 5 Persicus, aliquando pro Opulento et diuite accipitur, a Persarum scilicet diuitiis, luxuque. Hor. Carm. 1, 38, 1 Persicos odi, puer, apparatus. Ornatus Persicus Cic. de Senect. 59. ¶ 6 Persicus peracutum significare videtur, ut Plautus, Nihil deconciliare sibi, nisi qui persicus sapis. Naeuius, Et qui fuerit persicus carpenti (f. carpenti) est ratio. Sed Scaliger legi vult Persibus hic, et apud Varron. de L. L. 6 extr. p. 82, 27 pro Persibus aperite legit Persibe, perite: et huc trahit verba, quae statim subiicit Varro, Itaque sub hoc (persibe grammatici) glossema callide subscribunt: itemque Festus, Sibus callidus vel acutus. Caeterum Persicus etiam apud Varronem legi voluit Anton. Augustinus, et sic dedit Vertranus Maurus. Persibus etiam Scioptius.

**PERSICE**. Adu. Quinçtil. 11, 2 extr. Themistoclem vnum intra annum, optime locutum esse Persice constat.

**PERSIBVS**, vid. **PERSICVS** n. 6.

**PERSICCVS**, a, um. Adi. Si oculi graues, et aut persicci aut subhumidi sunt Cels. 3, 6. Add. Fest. in Substillum.

**PERSICCATVS**, a, um. Adi. Apic. 7, 6 pr.

**PERSIDEO**, edi, essum, ere. [*ἐπιζώνω*] *Idem quod Permanere.* Plin. 17, 24 Pruinae perniciosior natura, quoniam lapsa perfidet, gelatque, ac ne aura quidem vlla depellitur.

**PERSIDES**, um. f. Pl. Pisces sunt ex genere Polyporum. Plin. 32 c. vltimo.

**PERSIDO**, edi, essum, ere. [*ἐπιπόθημαι*] *Ex Sido compositum.* Lucret. 1, 308 At neque quo pacto perfederit humor aquai Visum est. i. Infederit, immissus sit, intrarit, penetrarit. Virg. Georg. 3, 442 Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber Altius ad viuum perfedit. Seruius: Perfedit, Medullas et ossa penetrauit. Pestilentia perfidit in fruges Lucret. 6, 1124. Alii legunt Praesidit, sed corrupte.

**PERSIGNO**, are. [*ἐπισημαίνω*] Liu. 25, 7 Quibus creati sunt Quinquetri muris turribusque reficiendis, et Triumviri bini: vni sacris conquirendis donisque persignandis, etc. i. accurate describendis, ne quid in posterum subduci aeditimorum aliorum fraude possit. Corpus omne notis persignare Mela 1 c. vlt.

**PERSILLVM**, i. n. Vocant sacerdotes Rudiculum picatum, quo vngue Flamen Portualis arma Quirini vnguet. Festus. Persillum dicebant Vas quoddam picatum, in quo erat vnguentum, vnde arma Quirini vnguebantur. Paullus. Vtrum is recte interpretatus sit Festus, non nimis expeditum est.

**PERSIMILIS**, e. Adi. [*πολύμοιος*] Cic. de Petit. Conf. c. 7 Nihil sane praeter memoriam, quae est germana literaturae quodammodo, et in dissimili genere persimilis. Hor. de Arte Poët. 7

Credite, Pisones, isti tabulae fore librum Persimilem, cuius, velut aegri somnia, vanae Pingentur species.

**PERSIMPLEX**, icis. Adi. Persimplici victu et agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aqua vitam tolerat Tacit. Ann. 15, 45, 5.

**PERSISTO**, stiti, stitum, ere. [*ἐμμένω*] *Durare, perseverare.* Apuleius, Quum me rogassent, an in proposito persisterem. Liu. 38, 14 Parum est non erubuisse absentem, quum per legatos frustrare nos, nisi praefens quoque in eadem impudentia persistas? Cic. de Fin. 2, 107 c. 33 Aut pertinacissimus fueris, si in eo persistiteris, etc.

**PERSITES**, ae. f. *Tithymali species.* Apul. de Herb. c. 108.

**PERSIVS**, i. m. [*Πέρσιος*] *Doctissimus Romanorum, de quo Cic. de Orat. 2, 25 C. Lucilius homo doctus et perurbanus dicere solebat, ea quae scriberet, neque se ab indoctissimis, neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse de se intelligi vellet: (quo etiam scripsit, Persium non curo legere: hic enim fuit, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus: Laelium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum et non illiteratum, sed nihil ad Persium) sic ego, etc. Haftenus Cicero.* ¶ 2 Persius Flaccus Satiricus nobilis.

**PERSOLATA**, ae. f. *Herba, de qua Plin. 25, 9 l. 66 Persolata, quam nemo ignorat: Graeci vero arcion vocant, folia habet maiora etiam cucurbitis et hirsutiora, nigrioraque et crassiora, radicem albam et grandem.* Add. Plin. 26, 5 l. 15. Alii legunt Persol-  
lata, et quidem rectius.

lata, et quidem rectius.

lata, et quidem rectius.

lata, et quidem rectius.

lata, et quidem rectius.

lata, et quidem rectius.

lata, et quidem rectius.

lata, et quidem rectius.

lata, et quidem rectius.

lata, et quidem rectius.

**PERSOLLEMNIS**, e. Adi. Suet. Neron. c. 28 Cum dote et flammeo persollemini.

**PERSOLIDO**, are. [*παρυσείω*] *Auget simplex Solido.* Stat. Theb. 1, 352 Diffunditque imbres: sicco quos asper hiatu Persolidat Boreas. *b. e. Congelat.*

**PERSOLLA**, *vid. PERSONA.*

**PERSOLLATA**, *vid. PERSOLATA.*

**PERSOLVO**, solui, solutum, ere. [*ἐρύω, ἐρύω*] *Perfekte, vel in totum soluere.* Ab aliquo persoluere, *vid. A vel AB. D.*

Brutus ad Cic. Fam. 11, 11 Tantum me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est. Epistolae primae persolui, venio ad secundam, *i. Respondi ad ea, quae scripsisti in prima epistola Cic. Att. 14, 20.*

Grates persoluere dignas Virg. Aen. 1, 605. Gratia persolui non potest, ne malo patri Quinctil. Decl. 344. *b. e. Beneficium ne malo*

quidem patri reddi potest. Honorem persoluere alicui Virg. Aen. 8, 62. Cic. Verr. 5, 182 Quum et Pop. Rom. satisfactum, et receptum officium Siculis necessariis meis erit persolutum. Id. de Amicit. 37

Poenas Reipubl. graues, iustasque persoluit. Poenas persolues mihi sanguine Virg. Aen. 9, 423. Praemia promissa Ouid. Fast. 3, 392.

Cic. pro Planc. 103 Sinite me, quod vobis fretus huic saepe promisi, id a vobis ei persoluere. *Add. Id. Fam. 3, 9. Id. Att. 7, 3*

quoniam grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolueris, magna me molestia liberaris. Cic. Verr. 5, 112 Ego mei iam rationem officii confido esse omnibus iniquissimis meis persolutam. Id. Att. 5, 14

Postremo seditio militum sedata ab Appio, stipendiumque eis vsque Idbus Quinctil. persolutum. Vota Propert. 2, 25, 23.

**PERSOLVENDVS**, a, um. Partic. [*ἐκρίστος*] Ouid. ad Liu. 369 Vita data est, vtenda, data est sine fenore nobis Mutua, nec certa persoluenda die.

**PERSOLVS**, a, um. Adi. Plaut. Curc. 1, 3, 36 Ebriola, persolae nugae. *i. Solae et merae: non vt quidam primi in literis ordinis censent, Perficae.* Idem Men. 1, 2, 46 Oculum effodito persolum mihi: *luscum loquentem introducens. Particula enim augendi addita est verbo, quod omnis expers est incrementi.*

**PERSOLVTA**, ae. f. *siue PERSOLYTON*, i. n. *Herba hortensis apud Aegyptios.* Plin. 21, 33 Et persolutam Aegyptus in hortis serit, coronarum gratia. Duo genera eius, mas et femina.

**PERSONA**, ae. f. [*πρόσωπον*] *Facies ficticia, aut capitis potius totius ad formam efficta galea, qua utebantur actores scenici, accommodata ad aetatem, vitae genus, mores, eorum, quos referre actores debebant.* Hoc docent picturae veteres, quas Daceriano Terentio, caelo Piccarti sculptas, videmus additas, et quae splendide in lucem productae sunt Urbini 1736 fol. ab Hieron. Maynardo: *ne de C. H. Bergeri libro de personis s. laruis et mascheris aliquid dicamus. Cum igitur totius capitis effigiem habuerint, etiam ubi capillatum est, melius intelligitur*

Phaedri illud 1, 8 Personam tragicam sorte vulpes viderat: O quanta species, inquit, cerebrum non habet. Sueton. Neron. c. 21 Tragoe-

dias cantauit personatus, heroum deorumque, item heroidum ac deorum personis effictis ad similitudinem oris sui et feminae prout quamque diligeret. Gell. 5, 7 ex Gabio Basso, Caput et os cooperimento personae tectum vndique vnaque tantum vocis emittendae via peruium, quoniam non vaga neque diffusa est, in vnum tantummodo exitum collectam coactamque vocem ciet, et magis claros canorosque sonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clarescere et resonare

vocem facit, ob eam causam persona dicta est, o litera propter vocabuli formam productiore. *Credimus illi de forma personae: de vocabulo neque illi assentimur, neque Scaligero, qui a περί σῶμα vel a περί σῶμα adeo deriuat, Poët. 1, 13. Sed magis placet Vossii coniectura, a πρόσωπον, cui plane respondet significatio, deducens Pro et Per misceri*

Proserpina declarat, quae Persephone Graecis est. Quo antiquiori tempore a Graecis sumere nomina Romani, tanto illa magis corrumpere, credo, quod in paucitate literarum non ita fideliter custodita, sed inter loquentes magis variata sunt vocabula. Hinc κύνληψ cocles factus, et Ὀδυσσεύς Ulixes et infinita alia. Sed ad personam redimus. Hiatus magno pa-

tent personae illae necessitate quadam, ne parum vocem emitterent. Hinc Iuuen. 2, 645 Personae pallentis hiatus In gremio matris formidat rusticus infans. Prud. adu. Symmach. 2, 645 Vt tragicus contra ligno tegit ora cauato, Grande aliquod cuius per hiatus crimen anhelat. Caeterum discrimina personarum pulchre exprimit Quinctil. 11,

3, 73 Itaque in iis, quae ad scenam componuntur fabulis, artifices pronuntiandi a personis quoque affectus mutuuntur; vt sit Niobe in tragodia tristis, atrox Medea, attonitus Ajax, truculentus Hercules. In comoediis vero praeter aliam obseruationem, qua serui, lenones, parafiti, rustici, milites, vetulae, meretriculae, ancillae; senes

austeri ac mites, iuuenes seueri ac luxuriosi, matronae, puellae, inter se discernuntur: pater ille, cuius praecipuae partes sunt, quia interim concitatus, interim lenis est, altero erecto altero composito est supercilio. Atque id ostendere maxime latus actoribus moris est, quod cum iis, quas agunt, partibus congruat. *Mox f. 79 ad h. l.*

respiciens ait, Vt modo de persona comica dixeram. Publ. Syr. Heredis fletus sub persona risus est. Quinctil. 6, 1, 26 Scenicis actoribus (MS. actionibus) eadem vox, eadem pronuntiatio plus ad mouendos affectus sub persona valet. Et 6, 1, 36 Personam Herculis et cothurnos aptare infanti. Plin. 12, 14 f. 32 Alexandriae, ubi

tura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria signantur opifici: persona adiicitur capiti, densusue reticulus: nudi emittuntur. Persona illa capistrum instar videtur adhibita, ne ore auferre aliquid possent opifices. Sicut certe, qui assuefactione marsupia velut duo effecerunt e generis, in quibus aliquam multum pecuniae ferre possunt. Si de oculis tantum obligandis actum esset, non videtur persona opus fuisse. Apud Lucret. 4, 298 Cretea persona est imago vultus creta vel argilla expressa. De tali Martial. 14, 176 Sum figuli lusus, rufi persona Bataui, Quae tu derides, haectimet ora puer. Vlpian. l. 17 §. 9 de actionib. emti et vend. Item constat, figilla, columnas

quoque, et Personas, ex quorum rostris aqua salire solet, villae esse: *i. salientes, siluani, Tullii.* ¶ 2 *Metaphorae hinc variae petuntur: ac primo quidem speciem fallacem ac simulationem notat persona.* Sen. Epist. 24 Non hominibus tantum, sed et rebus persona demenda est, et reddenda facies sua. Liu. 3, 36 Is finis Appio gendendae alienae personae fuit, suo iam inde viuere ingenio coepit. ¶ 3 *Deinde Persona omnis illa qualitas, habitus, relatio, conditio corporis, animi, fortunae, qua homo ab homine distinguitur. Sic Hector ad Priamum relatus personam habet filii, ad Asyanactem patris, mariti ad Andromachen, ad Paridem fratris, ad Sarpedonem amici, hostis ad Achillem.* Quinctil. 10, 1, 71 Declamatoribus necesse est secundum

5 M 2

con-



conditionem controuersiarum plures subire Personas patrum, filiorum, maritorum, militum, rusticorum, diuitem, pauperum, irascentium, deprecantium, mitium, asperorum. *Vides personam etiam esse ab affectu et breui perturbatione.* Cic. Fam. 6, 6 *Caesar* nunquam nisi honorificentissime Pompeium appellat. At in eius personam multa fecit asperius, *i. quatenus aemulus erat imperii, dux aduersae factionis, hostis.* Cic. Off. 1, 97 c. 28 Sed Poëtae quid quemque deceat ex persona iudicabunt. Nobis autem personam imposuit ipsa natura — Quocirca Poëtae in magna varietate personarum etiam vitiosis quid conueniat, et quid deceat, videbunt: nobis autem cum a natura constantiae, moderationis, — partes datae sint etc. *Apparet, personam et partes hic eadem metaphora dici totam vitae agenda rationem. Vtrumque nomen sic iungit* pro Muraen. c. 3 Has partes lenitatis et misericordiae, quas me natura ipsa docuit, semper ego libenter, illam vero grauitatis feueritatisque Personam non appetiui. Cic. ad Caes. 15 *sub Att. 9, 11 Et ad eam rationem (si de otio, de pace, de concordia ciuium agi debeat)* existimabam satis aptam esse et naturam et personam meam; *characterem dicere hodie solemus.* Sic Fam. 4, 5 Digna tua persona quae sunt, ea reminiscere. Sic Scribon. Epist. pr. Aestimare homines personis, *i. externa specie, splendore vitae etc.* 20 *Nep. pr. Genus scripturae leue, et non satis dignum summorum viro- rum personis.* Et 15, 1, 2 Scimus muscen moribus nostris abesse a principis persona. Cic. pro Cluent. c. 29 pr. Huius Staleni persona ab nulla turpi suspicione abhorrebat. Et de Fin. 1, 2 Postremo aliquos futuros suspicor, qui me ad alias literas vocent: genus hoc 25 scribendi, etsi sit elegans, personae tamen et dignitatis esse negent. Quinctil. 7, 1, 43 Hic illi eloquentes — inuadent personas fauorabiles, *pro quibus nempe facile est dicere, ut pro rustico contra disertum, pro viro forti contra imbellem, etc.* Cic. Fam. 7 extr. *de suis occupacionibus in iudiciis, Mihi enim iudicatum est, deponere illum iam* 30 *personam, in qua me saepe illi ipsi probaui, ac me totum in literas abdere. Sed operae pretium est formulas plures Verborum ordine elementari subiicere:* Cic. pro Planc. 100 Vbi me, inquam, Plancius, et complexu suo retinuit, multosque menses a capite meo non discessit, Abiecta Quaestoria persona, comitisque sumta. Adumbrare perso- 35 nam, *vid. ADVMBRO.* Tantam personam, tam grauem, tam feueram non capiunt angustiae pectoris Cic. in Pison. 44. *de dignitate et maiestate Consulis.* Constituere personas Quinctil. 4, 2. Deterreri persona Scribon. Ep. . . *i. auctoritate personae.* Ferre vtramque Hor. Epist. 1, 17, 29. Formare nouam Id. de Arte Poët. 40 106. Gerere personam ciuitatis dicitur magistratus Cic. Off. 1, 124 c. 34. Illigare personas graues sermonibus, *vid. ILLIGO.* Cic. de Lege Agrar. 2, 48 Et mihi, quaeso, ignoscite, si appello talem virum saepius. vos mihi Praetori bichenio ante Quirites hoc eodem in loco personam hanc Imposuistis, vt quibuscunque rebus possem, illius 45 absentis dignitatem vobiscum vna tuerer. Cic. Verr. 2, 44 Ecquando his de rebus tales viros audituros existimasti? petatur hereditas ea, quae nulla debetur in praedam Praetoris? interponatur nomen ciuitatis? Imponatur honestae ciuitati turpissima persona calumniae? Plin. Epist. 1 penult. Sed tu, iterum dicam, plurimum interest, quid 50 esse Tribunatum putes, quam personam tibi Imponas, quae sapienti viro ita aptanda est, vt perferatur. Cic. Verr. 2, 108 Dubitate etiamnum si potestis, quin eum iste potissimum ex omni numero delegerit, cui improbam personam Imponeret? Vehementem et acrem personam, quam mihi tempus et Resp. Imposuit, iam voluntas 55 et natura ipsa detraxit Cic. pro Sull. 5 c. 3. Id. Offic. 1, 107 c. 29 Duabus quasi nos a natura Indutos esse personis. Quinctil. 4, 1, 13. Induere personam Quinctil. 3, 8, 51. 6, 2, 36. 12, 8, 15. Mutuantur affectus a personis artifices pronuntiandi Quinct. 11, 3, 74. Cic. Off. 3, 106 Illud quidem neque dedi, neque do infideli cuiquam: 60 idcirco recte a Poëta, quia quum tractaretur Atreus, personae Seruendum fuit. Substituere personas Quinctil. 3, 8. Suscipere personam alicuius Idem 4, 2. Sustineo vnus tres personas, meam, aduersarii, iudicis Cic. de Orat. 2, 102. *Potest ergo aliquis suam ipsius personam sustinere et quasi agere.* Quinctil. 2, 20, 10 Et ipse 65 Cicero in sua persona — virtutem appellat eloquentiam. *Dixerat, Hoc apud Ciceronem disserit Crassus.* Sustinet grauissimam personam, qui philosophiam profitetur Cic. in Pison. 71. Id. de Orat. 3 51 Neque adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt. Cic. pro Archia 3 c. 2 In eiusmodi persona, 70 quae propter otium ac studium minime in periculis iudiciisque Tractata est. *Persona hic videtur, Poëta de ciuitate et statu in iudicium vocatus: hanc personam in hac oratione tractat Cicero.* Quinctil. 4, 1, 14 Ipsius autem litigatoris persona tractanda varie est, etc. Tueri personam magistratus Cic. in Brut. 16. Tueri personam principis, 75 magnum est in Republica Id. Philipp. 8, 29 c. 10. ¶ 4 *Ipsi cum persona sua actores fabularum Personae vocantur Metonymia consueta, qua Arma pro armatis dicuntur, qua Germani maiores nostri Gladium (einen Degen) pro viro forti, et Galli hodierni Pileum dicunt pro viro.* Afcon. Pedian. ad Cic. Diuin. in Caecin. 48 c. 15 Nam Latinae 80 fabulae per pauciores agebantur personas. Et mox, Est ergo persona primarum partium, quae saepius actu regreditur, etc. Conf. Scal. Poët. 1, 13 sqq. Sed etiam qui aguntur, *i. agentes, loquentes produ- cuntur in scenam, Personae sunt.* Cic. de N. D. 3, 71 c. 29 Me- dea modo et Atreus commemorabantur a nobis, heroicae personae: 85 commemoratae autem sunt ex Tragoediis. Ita Personae ponuntur ante fabulas Plauti ac Terentii. Ita Persona muta, *καθὼν πρόσωπον interdum inducitur.* Sic Ter. Eun. prol. 16 Parasiti personam inde ablatam vel militis. ¶ 5 *Ad hunc modum etiam Personae sunt ipsi cum suis qualitatibus, relationibus, conditionibus, homines, fabulae* 90 *quique suae actores.* Quinctil. 4, 2, 52 Credibilis erit narratio ante omnia, — si personas conuenientes iis, quae facta credi volumus, constituerimus, vt furti reum, cupidum; adulterii, libidinosum; homicidii, temerarium; vel contra, si defendemus. Cic. Fam. 3, 5 Neque obscuris personis, nec paruis in causis res agetur. Idem 95 ibid. 5, 12 Si vno in argumento, vnaque persona, mens tua tota versabitur. Nep. 16, 4, 3 Haec fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita vt proxima esset Epaminondae. Quinctil. 4, 1, 63 Sermo a persona iudicis auersus, *ἀποπροσφῆ, etc. i. ab ipso iudice.* Vlpian. l. i D. Ne quis eum, qui in ius vocat, Ofilius putat, locum 100 huic edicto non esse, si persona, quae in ius vocari non potuit, ex- emta est, veluti parens, patronus, caeteraque personae. Cic. Att. 8, 12 Ecquae pacifica persona desideretur. Et ad Pompeium *sub Att. 8, 11 extr. Vt mea persona (i. ego cum meis virtutibus et rebus gestis) semper ad improbrorum ciuium impetus aliquid videretur habere po-* 105

pulare, *i. ut populares sibi viderentur, qui in me impetum facerent.* Cic. Philipp. 6, 15 c. 6 Non alienum fuit personas quasdam a vobis recognosci, ut quibuscum bellum gereretur, possitis taciti cogitare. Et de Orat. 2, 145 c. 34 Hominum innumerabiles personae, *i. homines cum suis relationibus.* Quinctil. 7, 3, 11 Colliduntur non personae inter se, sed ipsae res, id est, non vter fecerit, sed vtrum factum sit? Vell. 2, 68, 1 Neque enim persona umbram actae rei capit, *b. e. Burmanno interprete, viri talis non potest in umbra et obscuro esse vita et actus.* ¶ 6 *Hominem singularem, s. individuum significat.* Sen. de morte Claud. 10 Ne videar in personam, non in rem, sententiam dicere. Cels. 1 pr. Medicos nihil tentasse iudico, quia nemo in splendida persona periclitari voluerit coniectura sua, ne, si non seruasset, occidisse videretur. Idem 5, 8, 13 Malagmata ad strumas in personis varie responderunt. Traian. ad Plin. 10, 88

15 Contractis omnibus personis ad idem negotium pertinentibus, *i. convocatis omnibus, quorum interest.* Sueton. Neron. c. 1 Domitii ne praenomina quidem vlla praeterquam Cneii et Lucii vsurparunt, modo continuantes vnumquodque per ternas personas, modo alternantes per singulas. Quinctil. 5, 2, 3 De infirmitate personarum querendum, contra quas erit iudicatum. Vlpian. l. 1 D. de constitut. Quod princeps alicui ob merita indulgit, vel si quam poenam irrogauit, vel si cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur. ¶ 7

20 Grammatica illa appellatio primae personae, *i. loquentis, secundae, quae compellatur, et tertiae, de qua sermo est, satis antiqua.* V. g. Quinctil. 1, 4, 29 Quaedam verba tertiae demum personae figura dicuntur, ut licet, piget.

PERSOLLA, ac. f. Diminut. Legitur a quibusdam apud Plaut. Curc. 1, 3, 36. *vbi alii persolae.*

30 PERSONĀTVS, a, um. Adi. *Persona indutus, tragicus vel comicus.* Hor. Serm. 1, 4, 56 Quis stomachetur eodem Quo personatus pacto pater? Tragoedias cantauit Nero personatus, heroum deorumque, item heroidum ac dearum personis effictis ad similitudinem oris sui et feminae, prout quamque diligeret Suet. Ner. c. 21. Cic. Att. 15, 1 Quid est autem cur ego personatus ambulem? parumne foeda persona est ipsius senectutis? Nostri senes personatum ne Roscium quidem magnopere laudabant Id. de Orat. 3 c. 59. Pueri quos amant, quibus assueuerunt — si personatos vident, expauescunt Sen. Ep. 24. Fabula quaedam Naeuii Personata inscribitur, quam

40 putant quidam primum a personatis histrionibus, sed quum post multos annos comoedi et tragoedi personis vti coepere, verisimilius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam nouam per Attellanos, qui proprie vocantur personati: quia ius est iis non cogi in scenam ponere personam, quod caeteris histrionibus pati necesse est. Festus. Felicitas personata, *i. Fucata* Senec. Epist. 80.

45 PERSONĀLIS, e. Adi. [*προσωπικός*] Quod ad personam pertinet. Personalis actio, *Quae in personam datur.* Beneficium Vlpian. l. 63 D. §. 1 pro socio. Munus personale, *vid. Vlpianum D. de constitut. princip. l. 1.* Vtus personalis aquae Paullus in l. pen. D. de feruit. praed. rust.

50 PERSONALITER. Adu. Idem. Grammaticorum vox. Gell. 15, 13 Pudicum et pigritum non personaliter per infinitum, etc. *Aliter utitur* Arnob. 3 p. 124 Etiam si personaliter ignoramus, qui sunt Lares, qui sunt Nouensiles, qui Penates, etc. *Add. Saluian. de Gubern. Dei l. 6 pr.*

55 PERSONĀTA, ae. f. [*ἀραων*] Genus herbae nascentis iuxta riuos et flumina. Plin. 25, 9. Quidam arction personatam vocant, cuius folio nullum est latius, grandes lappas ferentem. Columel. 6, 17 Venena viperæ depellit super scarificationem ferro factam herba, quam vocant personatam, trita, et cum sale imposita. *Add. 21, 16.* it. Apul. de Herb. 36. et Marc. Empir. 17. *Variatur in hoc nomine, cum Personacia etiam et Persolata et Persoluta legatur.*

60 PERSONO, ui, āre. [*ἐρηχόμενος*] Magnum sonum emittere, Magna voce clamare et efferre. Cic. pro Cael. 47 c. 20 Illae vero non loquuntur solum, verum etiam personant, huc vnus mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea, etc. Per urbem totam personat Valer. Argon. 2, 164. Cantu tibia personuit sollempni Ouid. Amor. 3, 13, 11. *Al. Praesonuit.* Cithara aurata personat Iopas Virg. Aen. 1, 745. Latratu Cerberus personat regna Id. ibid. 6, 418. Tumultu personare Liu. 27, 15. Hor. Epist. 1, 1, 7 Est mihi purgatam crebro, qui personet aurem, etc. *b. e. Me admoneat. Sed* Cic. Fam. 6, 18 Leptam nostrum iam cupio delectari talibus scriptis, etsi abest maturitas aetatis, tamen personare aures eius huiusmodi vocibus non est inutile. *Hoc loco Personare significat, Aliquid ex audito sonore, vocibusque restare in auribus, quod quasi idem insurrexerit, diutiusque illic*

75 *maneant.* Domus personuit canibus Hor. Serm. 2, 6, 115. Cum Domus cantu et cymbalis personaret Cic. in Pison. 22 c. 10. Idem pro Rosc. Amer. 134 Animi et aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, et neruorum, et tibiaram, nocturnisque conuiujs tota vicinitas personet. Ouid. Trist. 1, 2, 46 Quantus ab aetherio personat axe fragor. Saxa personare dulci fistula Hor. Carm. 1, 17, 12. Liu. 39, 15 Non fama modo accepisse vos, sed crepibus etiam, vluatibusque nocturnis, qui personant tota vrbe, certum habeo. *Pass.* Choris Aegipanum vndique personatur Solin. c. 37 (24). Quam magno deinceps ore tua, o princeps inuicte,

80 facta inclyta sunt personanda S. Rufus Breuiar. c. 29 extr.

85 PERSONVS, a, um. Adi. *Sonans, sonum edens* Valer. Argon. 4, 418

Haec procul Io

Spestat ab arce poli iam diuis addita, iamque

Aspide cincta comas, et ouanti persona sistro.

90 Petron. c. 120 Persona verno cantu virgulta.

PERSONANTER. Adu. Saluian. de Gubern. Dei l. 6 pr. *verum emendatius legitur personaliter.*

95 PERSORBEO, ui vel psi, ptum, ēre. [*ἐρροβέω*] Totum sorbere. Plin. 31, 11 pr. Alias ex his mares existimauere, tenui fistula spissioresque, persorbentes, et quae tinguntur in deliciis, aliquando et purpura.

PERSPECIALIS, e. Adi. Cautio perspecialis Sarisber. Epist. 173.

100 PERSPECVLOR, āri. [*καταθεωρέω*] Diligenter speculari. Plin. 8, 26 Assidua namque satietate obesus exit in litus, recentes arundinum caesuras perspeculatus. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit vnquam nisi perspeculatus locorum situs Suet. Caes. c. 58. Hirt. de Bello Afric. c. 31 Quum de vallo perspecularetur.

105 PERSPERGO, si, sum, ēre. [*κατασπάρτιζω*] Vndique adspere.

*gers.* Cic. de Orat. 1, 159 c. 34 *extr.* Libandus est etiam ex omni genere vrbanitatis facietiarum quidam lepos, quo tanquam fale perspergatur omnis oratio. Cato c. 130 Codicillos oleaginos, et caetera ligna amurca cruda perspergito, et in sole ponito.

**PERSPICIO**, spexi, spectum, Ære. [*διορῶ, συνορῶ*] *Intueri et diligenter animaduertere.* Domum cum fabris Cic. Fam. 9, 15 *extr.* quam nimirum emturus erat. *Add.* Id. Verr. 4 c. 28 *extr.* Asiae perspeximus vrbes Ouid. ex Pont. 2, 10, 21. Cic. Fam. 1, 2 Perspiciabant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros. Caes. Bell. Gall. 2, 11 Qua de causa discederent, nondum perspexerat. Cic. pro Sulla 76 Perspiciete etiam atque etiam, Iudices: nihil est, quod in hac causa dici possit vehementius; penitus introspicite Catilinae, Autronii, Cethegi, Lentuli, caeterorumque mentes, etc. *Conf.* Lucret. 1, 478. Perspicere vnde natus sit error Cic. de Fin. 1, 52. Non satis perspicio ista varietas, quae sit Id. de Fin. 2, 10 c. 3. Quid in quaque re verum sincerumque sit, quid consentaneum cuique: quid consequens, ex quo quaeque gignantur, quae cuiusque rei causa sit perspicere Cic. Off. 2, 18.

Cum consilio et cura rem aliquam perspicere Id. de Inuent. 2, 17. *Altius perspicere, vid. ALTUS.* Facillime et optime Cic. Fam. 1, 2. Funditus perspicere omnes res gestas Lucret. 1, 479. Rectius perspicere aliquid Id. 1, 138. Causam totam perspicere et pertractare Cic. de Orat. 2, 318. Idem pro L. Manil. 16 c. 9 Multa praetereo consulto, sed ea vos Coniectura perspicitis. Cura vigili perspexerat omnia Ouid. Met. 15, 65. Cic. Verr. 2, 3 c. 2 Cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, Fidem caeteri Siculi perspexerunt. Fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses Id. Attic. 14, 13 Ex fronte perspicere dicimus, quod statim et velut ipso protinus occurso percipimus. Naturam loci Caes. B. Ciu. 1, 66. Cic. de Legib. 2, 59 Quum se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget, quemadmodum a natura subornatus ad vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam. *de homine.* Studia perspicere et videre frequentiam aliquorum Cic. Catil. 1, 21. Virtutem et integritatem alicuius Idem Verr. 3, 1. Et Attic. 1, 1 Quum perspexero Voluntates nobilium, scribam ad te. Perspicere, pro Re vera discernere: Plin. Epist. 1, 10 Vt enim de pictore, sculptore, fictore, nisi artifex iudicare: ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem. Perspicitur: Cic. de Inuent. 1, 65 Ex re quod perspicitur, et verum esse intelligitur, nihil attinet approbari. Res ipsae perspiciantur Lucret. 4, 259. In parua pecunia saepe perspiciuntur, quam sint leues quidam amici Cic. de Amic. 63 c. 17.

¶ 2 *De obscura quadam per intermedium, vt aiunt Scholastici, visione* Cic. de Orat. 1, 161 c. 35 Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis et signis palam collocatis, sed his omnibus multis magnificisque rebus constructis ac reconditis: sic modo in Crassi oratione diuitias atque ornamenta eius per quaedam inuolucra atque integumenta perspexi; sed ea cum contemplari cuperem, vix adspiciendi potestas fuit.

**PERSPECTVS**, a, um. Partic. [*διωραμένος*] Caes. B. Gall. 2, 17 Eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta. Amicitia perspecta Catull. 97, 6. Cognitum, perspectum, iudicatum animum alicuius habere Cic. ad Brut. 1. *Contraria:* Cic. pro Corn. Balb. 16 Cuius igitur audita Virtus dubitationi locum non daret, huius praesens, experta atque perspecta obrectatorum voce laedetur? Vita aliquorum in rebus honestis atque magnis perspecta Idem Off. 1, 149. Perscribere perspecta et explorata omnia ad aliquem Cic. Attic. 3, 15. *Comparat.* Quid omnium oculis ac mentibus perspectius et clarius? Cic. in Consolat. *Superl.* Id. Att. 11, 1 Omnem autem spem habeo existimationis priuatarumque rerum in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia.

**PERSPECTE**, Adu. [*διωραμένος*] *Diligenter, docte.* Perspecte et docte sapere Plaut. Mil. 3, 1, 161.

**PERSPECTIO**, ðnis. f. Lactant. 2, 8, 68 Terrenum animal rerum caelestium perfectionem non capit. *Add.* Id. de Ira c. 1.

**PERSPECTOR**, ðris. m. Iuuentus 2, 275 — Mentis perspector Iesus.

**PERSPECTO**, Ære. Frequent. [*συνορῶ*] Plaut. Mil. 3, 1, 2 Sinite me prius perspectare, ne vspiam insidiae sient. *Ad finem usque spectare:* Suet. in August. c. 98 Ludos quinquennales honori suo destinatos perspectauit. *Conf.* Id. Domit. c. 4.

**PERSPICIENTIA**, ae. f. [*ἐνορῶσια*] Cic. Offic. 1, 15 c. 5 Sed omne, quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim id in perspicientia veri, solertiaque versatur, i. perfecta cognitione.

**PERSPICVVS**, a, um. Adi. [*διαφανής*] *Per quod medium videmus.* Martial. 4, 41 *de vitro*, Prodat perspicuus ne duo vina calix. Amnis Stat. Theb. 4, 418. Aqua Idem 4, 22. Liquor Ouid. Met. 4, 300. ¶ 2 Perspicuus, [*ἐναργής*] *per translationem pro Claro, manifesto et minime dubio.* Cic. pro Rosc. Amer. 40 Necesse est eam quoque iustam et magnam et perspicuam fuisse. Id. de Inuent. 1, 17 Quae perspicuam omnibus veritatem continet assumptio, nihil indiget approbationis. Cic. pro Domo 64 Legeram clarissimos nostrae ciuitatis viros, se in medios hostes ad perspicuam Mortem pro Salute exercitus iniecisse, i. praesentem, quam sibi imminentem videbant. Id. Verr. 4, 99 Res quae esset antea non obscura, sacerdotum testimonio perspicua esse coepit. Cic. Verr. 1, 122 Omnia Aperta, omnia perspicua reperientur. Id. in Verr. Act. 1, c. 2 Vt apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicii perspicua sua consilia, conatusque omnibus fuit. Perspicuum est omnibus Cic. Acad. 4, 132. Perspicuum hoc est, constatque inter omnes Id. de N. D. 3, 9 c. 4.

**PERSPICVITAS**, atis. f. [*διαφάνεια*] *Euidencia.* Cic. Acad. 4, 17 Propterea quod nihil esset clarius *ἐναργέτα*, vt Graeci: perspicuitatem aut euidenciam nos, si placet, nominemus. Prima eloquentiae virtus dicitur Quinctil. 8, 2. Idem 1, 6 *de verbis vetustis:* Oratio vero, cuius summa virtus est perspicuitas, quam sit vitiosa, si egeat interprete? Perspicuitatem vocat intelligendi facilitatem. Perspicuitas argumentatione eleuatur Cic. de N. D. 3 c. 4. *quod paullo post ita dicit,* Rem minime dubiam argumentando dubiam facis.

**PERSPICVE**, Adu. [*διαφανώς*] *Euidenter.* Cic. Acad. 4, 34 Quo enim modo perspicue dixeris, album esse aliquid, etc. *Conf.* Idem de Inuent. 2 c. 24. Aperte et perspicue nulla esse iudicia Id. Verr. Act. 1, 6. Dilucide et perspicue Plin. 18, 28. Plane et perspicue expedire aliquid Cic. de Fin. 3, 19 c. 5.

VOL. III.

**PERSPICAX**, ācis. Adi. [*πανόπτης, συνετός, διορατικός, συνοπτικός*] *Consideratus, acutus*. Cic. Off. 3, 98 c. 26 Quod ni Palamedis perspicax prudentia Istius percepset malitiosam audaciam. *ex Poëta*. Ter. Heaut. 5, 1, 1 Ego me non tam astutum, neque ita perspicacem esse, id scio. Cic. Off. 1, 100 Acutum et Perspicax coniunxit. *Comp.* Apul. Met. 2 p. 124 Perspicacior Lynceo vel Argo.

**PERSPICACIA**, ae. f. [*σύνεσις*] *Consideratio et acumen*. Cic. Att. 15, 16 Tandem a Cicerone tabellarius, sed mehercule literae *πεπωμένως* scriptae, quod ipsum perspicaciam aliquam significaret.

**PERSPICACITAS**, ātis. f. [*τὸ συνοπτικόν, Onomast. Vet.*] *Idem*. Cic. Att. 1, 18 *extr.* Et si ex iis, quae scripsimus, tanta es perspicacitate, etiam a me non scripta perspicis. *In quibusdam exemplaribus desiderantur haec verba, Es perspicacitate. Et sic Gronov.*

**PERSPICACITER**. Adu. Ammian. 29, 1 Quis omnibus perspicaciter inquisitis. *Compar.* Boëth. Consol. Philos. 3 met. 11 Lucebit ipso perspicacius Phoëbo.

**PERSPICATE**. Adu. *pro Perspicaciter*. Non. 11, 31 ex Afranio: Quam perspicate, quam benigne.

**PERSPICABILIS**, e. Adi. Tarsus vrbs perspicabilis Ammian. 20 14, 8. Lumen radiorum perspicabile Fortunat. Carm. 3.

**PERSPICIBILIS**, e. Adi. *Pellucidus*. Vitruv. 9, 4 Perspicibilis solis splendor.

**PERSPIRO**, āre. *Spiritum, aut liquorem adeo quemcunque transmittere*. Cato R. R. c. 157 Venae omnes, vbi sufflatae sunt ex cibo, non possunt perspirare in toto corpore. *Vid.* Plin. 2, 45.

**PERSPISSO**. Adu. [*πολυβραδύως*] *significat Tarde*. Plaut. Poen. 3, 5, 47 Quia quod bene promittunt aruspices, perspissio euenit. Non. 4, 422. *Al. leg. Prospisso.*

**PERSTABILIS**, e. Adi. *Laudatur, Vanescat sanguis perstabilis, ossa liquefiant Prudent.* Apoth. 1016. *Sed recte editur perstabilis, quae perflari et dissipari se patitur.*

**PERSTERNO**, strāui, strātum, ěre. [*κατασπώννυμι*] *Totum sternere*. Liu. 10, 47 Eodem anno ab Aedilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis via a Martis filice ad Bouillas perstrata est.

**PERSTIMŪLO**, āre. [*κατακεννάω*] *Vehementer stimulo*. Tac. Ann. 4, 12, 7 Agrippinae quoque proximi illiciebantur, pravis sermonibus spiritus perstimulare.

**PERSTINO**, āre. [*τιμῶμαι*] *Emere significaret, si legeretur* Apul. Met. 1 *extr.* Et percontato pretio, quod centum numis indicaret, adspersus, Viginti denariis perstinavi. *Sed Praestinaui Elmēnh. p. 113, 15 ne alterius quidem lectionis mentione facta. Nec aliter Beroaldus, etc.*

**PERSTO**, stiti, stitum et stitum, āre. [*ἔμμενω*] *Firmum et immobile stare, Perseuerare*. Plin. 7, 2 Philosophos eorum, quos gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis feruentibus arenis. In limine perstat quidam Tibull. 1, 5, 71. Animis perstare Stat. Theb. 11, 431. Negare aliquid, et in eo perstare Cic. Offic. 3, 39 c. 9. In causam damni perstat vterque sui Ouid. de Arte Am. 2, 560. In impudentia Cic. pro Rosc. Com. 26 c. . . Incepto perstare, vel In incepto Liu. 8, 33. In prauitate perstare sua Cic. Acad. 4, 26 c. 8. In sententia perstare Id. pro Rosc. Com. 56 c. vlt. In societate Liu. 23. Certare perstas Ouid. Met. 13, 77. Contendere perstat Sil. 5, 104. Hiems perstat Ouid. Epist. 18, 206. Mens eadem perstat mihi Virgil. Aen. 5, 812. Musa sola comes fugae perstitit Ouid. Trist. 4, 1, 20. Pudor in ore perstat Id. ex Pont. 4, 9, 92. Rabies perstat Lucan. 5, 210. *Pass. impersonal.* Catonis sententia pericit, vt in decreto perstaretur Epit. Liu. 49.

**PERSTATŪRVVS**, a, uni. Partic. Liu. 8, 34 Se tamen perstatutum in incepto.

**PERSTANS**, antis. Partic. [*ἔμμενων*] *Dictis perstantem cernit in iisdem* Val. Argon. 4, 143.

**PERSTRATVS**, *vid.* **PERSTERNO**.

**PERSTRENVĒ**. Adu. Abi perstrenue, ac fores aperi Ter. Adelph. 2, 1, 13 *apud* Non. 4, 5. *Sed vulgatum ibi est praestrenue, et rectius diuiditur, Abi prae strenue, vt I prae, pro praeci.*

**PERSTREPO**, ui, ūtum, ěre. [*κατασπρέω*] *Valde strepere*. Ter. Eun. 3, 5, 52 Abeunt lauatum, perstrepunt, ita, vt sit domini vbi absunt. Crebro pulsatus perstrepit ietu Claudian. in Eutrop. 2, 450. Rumor in arcana iam dudum perstrepit aula Stat. Achil. 2, 76. Tellus perstrepit Sil. 8, 431. *Passive*, Apul. Met. 3 p. 129 Quati fores interdum, et frequenti clamore ianuae perstrepit. Vt noueris, quibus fluctibus perstrepamur Symmach. Ep. 6, 12.

**PERSTRIDO**, ěre. Leuiter perstridunt caerulea (*maria*) venti German. in Arat. 1 v. 6.

**PERSTRINGO**, strinxi, strictum, ěre. *Auget vim simplicis Stringo, et significat vehementius tangere, eaque re aliquantum laedere*. Cato c. 32 Vites bene nodentur per omnes ramos, diligenterque caueto, ne vitem praecipites, et ne nimium perstringas. Dentes nimis perstringere Scribon. 57. *i. constringere acrimonia sua.* Aciem mentis, aut oculos perstringere, quod quidam legunt, illud potius ex sollemni librariorum errore videtur ortum, cum praestringere ita sollemne, et frequens sit, vt proprium huic rei videatur. Nos certe eo retulimus etiam ea, vbi lectio variat. *Sed* Quinctil. 10, 1, 30 magno consensu de fulgore armorum dicitur, quo mens simul visusque perstringitur, *i. vehementer tangitur, percelliturque.* Sic Val. Maxim. 2, 10, 6 Cimbrica calamitas oculos hominis perstrinxit, sine varietate legitur. Mamert. Genethl. Max. 2 Sensus meos — proxima quaeque veneratio sui iniestate perstringit. *Quamquam* Canegieter. *diss. de Auiano* c. 22 p. 319 emendat praestrixit. *Idem* dubitat de Val. Max. 9, 1, 5 Cum praefertim — Sartorius Romanorum exercituum oculos Lusitanis telis perstringeret. *Nam hic cerse potest amplius quid, quam solus splendor armorum intelligi, et ita propinqua telorum admotio, vt etiam raderes oculis.* *Constringendi et comprimendi notione posuisse videtur* Ouid. Met. 10, 495 Iamque grauem crescens vterum perstrinxerat arbor, de Myrrha; *i. cortice aspero induxerat, et sic constringerat.* Aures perstringis murmure cornuum Horat. Carm. 2, 1, 18. *h. e. ita describis tumultum pugnae, vt auribus illum videamur percipere.* Iter fulmineum perstrinxit Claud. in pr. Conf. Stil. 1, 200. *i. celerrime peregit.* *Al. praestrixit, vt ad ripas Rbeni referatur, quas praeteriit.* Portam vrbs vomere aratri perstringere Cic. Phil. 2, 102 c. 40. *Id. de L. Agr. 2, 66 c. 25 Quod solum tam exile et mactum est, quod aratro perstringi non possit?* Horror perstringit aliquem Liu. 1, 25, 4. *Metaphora a vulneribus leuioribus, vt* Virgil. Aen. 10, 344 Magnique

5 N

femur

femur perstrinxit Achatae. Sueton. Claud. c. 15 Graphium et libellos iecisse in faciem eius, ut genam non leuiter perstrinxerit. Aur. Vict. Epit. 15, 9 Cum ob inopiae frumentariae suspicionem lapidibus a plebe Rom. perstringeretur. *Alias perstringere est proxime et arcte contingere, ut Anien. Arati Phaenom. 958 His celeris vestigia summa Perstringuntur equi, perstringitur ales ab ipso Verticis extremo.*

¶ 2 *Metaphorice, Perstringere aliquem dicimur cui vocem, atque orationem nostram, velut telum aliquod, intentamus, eoque leuius illum quasi vulneramus.* Cic. pro Sext. 14 Vt eos, quorum sceleris furore violatus essem, vocis libertate perstringerem? Celeriter cursum vitae alicuius Cic. Phil. 2, 47 c. 19. *vbi simul ad breuitatis notionem, de qua statim, respicitur.* Cic. de Clar. Orat. 323 Consulatusque meus, qui illum primo leuiter perstrinxerat, idem nos rerum mearum gestarum, quas ille admirabatur, laude coniunxerat. Id. pro Sulla 46 Nemo vnquam me tenuissima Suspensione perstrinxit, quem non prae- 15 verterim. Voluntatem alicuius asperioribus verbis impune perstringere Cic. pro Planc. 33 c. 14.

¶ 3 *Vt indicabamus modo, est etiam Perstringere, Summatim et breuiter dicere.* Cic. pro Rosc. Amer. 91 c. 32 Sed in animo est, quemadmodum ante dixi, leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquamque rem. Per- 20 quam breuiter aliquid perstringere et attingere Cic. de Orat. 2, 201.

PERSTRICTVS, a, um. Partic. [*κατασφικθής*] Plin. 17, 24 Perstrictus gelu non potuit eo peruenire humor, b. e. Vehementer astrictus. Perstrictus leui vulnere Val. Max. 6, 8, 2.

PERSTRVO, xi, ctum, ěre. *Ad certum vsque finem struere.* Vitruu. 7, 4 Paries cum in altitudinem perstructus fuerit.

PERSTVDIÖSVS, a, um. Adi. [*πολυσπουδαίος*] Cic. Tusc. 5, 63, c. 22 Musicorum vero perstudiosum accepimus.

PERSTVDIÖSE. Adu. Cic. in Brut. 206 c. 56 His enim scriptis etiam ipse intersui, quum essem apud Aelium adolescens, eumque au- 30 dire perstudiose solerem.

PERSVÄDEO, si, sum, ěre. [*πείθω, ἀναπείθω*] *Suadendo inducere, Facere ut quis non modo verum putet, quod volumus, sed etiam agat.* Ter. Adelph. 3, 4, 24 Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia. Caes. Bell. Gall. 3, 18 pr. Idoneum quendam hominem et calli- 35 dum delegit Gallum, ex illis quos auxilii causa secum habebat: huic magnis praemiis pollicitationibusque persuadet, ut ad hostes transeat: et quid fieri velit, edocet: qui vbi ad eos venit, timorem Romanorum proponit. Cum Infim. Nep. 10, 3 Plato autem tantum apud Di- 40 onysium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, ut persuaserit tyranni- 40 nis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis. Auditori aliquid persuadere Cic. de Inuent. 1, 23 c. 17. Opinione non solum, sed etiam ad veritatem sibi aliquid persuadere Cic. de Nat. Deor. 1, 61. Te tibi persuadere volo, mihi neminem esse te cariorum Anton. ad Cic. sub Att. 10, 8. Hoc velim tibi penitus persuadeas Cic. Att. 45 14, 14. Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor etc. Virg. Georg. 2, 315. Prorsus ita esse, alicui persuadere Cic. Att. 7, 8. Confirmavit non solum mihi, sed etiam persuasit Idem ib. 16, 5. Vere persuades hoc tibi Hor. Serm. 1, 6, 8. Per Paren- 50 thesin: Cic. pro Rosc. Amer. 7 Ego contra breuem postulationem af- 50 fero, et (quomodo mihi persuadeo) aliquanto aequiorem. Cic. Fam. 11, 5 Quamobrem velim tibi ita persuadeas, me cum Reipubl. causa, quae mihi vita ipsa est carior, tum quod, etc. Non recte 55 laudatur Ter. Andr. 3, 3, 46 Et is mihi persuadet, nuptias quantum queam ut maturem, quod pro suadere aut persuadere velle poneretur. 55 Sed optime editur hodie suadet.

PERSVÄDENS, entis. Partic. [*πείθων*] Verba persuadentia Quid. de Arte Am. 1, 371.

PERSVÄSVS, a, um. Aliud Partic. [*ἀναπειθείς*] Cic. Tusc. 3, 72 c. 29 Opinio mali, quo viso atque persuaso, aegritudo insequitur 60 necessario. De tua fide mihi persuasum est Idem Fam. 11, 2. Ita persuasum omnibus, cum paucis inermibus, perterritis metu, fracto animo, fugisse Antonium Cic. Fam. 11, 12. Si scit et persuasus est Caecina ad Cic. Fam. 6, 7 pr. Auct. ad Her. 1, 10 c. 6 Si persuasus au- 65 ditor fuerit, id est, si oratio aduersariorum auditoribus fidem fecerit. 65 Val. Max. 3, 8, 1 Capuam fallacibus Annibalis promissis Italiae regnum nefaria defectione pacisci persuasam. Conf. Phaedr. 3, 5, 8 Per- 70 suasus ille fecit, quod monitus fuit. Miti densitate persuasa Cael. Aurel. Chron. 2, 13. i. *Paullatim inducta medicamentis.* Persuasissimum est mihi Brut. ad Cic. Fam. 11, 9 Sed quod mihi persuasissimum 70 est Lepidum recte facturum nunquam, si forte vobis id de hoc dubium est. Columel. 12, 1 Ea porro persuasissimum habere debet, aut in totum, aut certe plurimum domi se morari oportere. 75 de villica.

PERSVÄSVS, ūs. m. Quinctil. 5, 10 Huius persuasum et indu- 75 ctum. Vid. etiam Plaut. Epid. Argum. 1, 2.

PERSVÄSIO, ōnis. f. [*πειθῶ, πεισμονή, πείσις*] *Dicitur Credulitas et opinio firma, quam fidem appellamus.* Cic. de Inuent. 2, 37 Aut persuasioni adolescentiae, aut alicui non malitiosae animi affectioni attribuentur. Officium oratoriae facultatis est dicere apposite ad 80 persuasionem Cic. de Inuent. 1 c. 5. Arrogans de se persuasio, innascitur Quinct. 2, 4. Attonita persuasio, vid. ATTONITVS. Falsa Quinct. 1, 1. Inanis Id. 1, 2. Popularis Quinct. 2, 15. Recepta publice Idem 3, 7. Auertere prauam animi persuasionem Senec. Epist. 94. Inducere sibi 85 persuasionem Quinct. 1, 1. Tumescere inani persuasionem Id. 1, 2.

PERSVÄSORIVS, a, um. Adi. [*πειστικός*] *Quod persuadet.* Suetonius in Domit. c. 8 Recuperatores, ne se semper persuasoriis as- 85 sertionibus accommodarent, identidem admonuit. Quae sint autem persuasoriae assertiones, explicat Turnebus his verbis: *Olim qui in libertatem vindicabantur, quum serui essent, nec pro se iudicio liberali ex- 90 periri possent, assertorem quaerebant. In causis igitur corporalibus monuit recuperatores, ne tametsi favorabilis libertas est, sequerentur in iudicio assertiones vel prece vel pretio vel persuasione eblanditas contra ius dominorum. Sed al. Persuasoriis, v. v.*

PERSVÄSTRIX, icis. f. [*πείσθης*] *Antiquum.* Plaut. Bacch. 5, 95 2, 47 Eccas tandem probri perlecebrae, et persuastrices. *Δυσπρόφορον est, si quis dicat persuastrices, praestigiatrices, atque inductrices Fortunatianus Rhetor.*

PERSVÄSIBILIS, e. Adi. [*πειστός, πειστικός*] *Quod potest per- 95 suaderi.* Saepe eo vitetur Quinctilianus v. g. 2, 15, 13 Rhetorice est 95 vis inueniendi omnia in oratione persuasibilia ex Aristotele, τὸ ἐνδεχόμενον πεισθάνον. Persuasibilia libri quidam hic. Sed persuasibile et per- 100 suasibiliter mox aliquoties. Conf. Vulgat. I Corinth. 2, 4.

PERSVÄSIBILITER. Adu. [*πεισθάνως*] Quinctil. 2, 15, 14 Qui 100 finem eius esse ait persuasibiliter dicere. al. persuasibiliter. 100

**PERSVBTILIS**, e. Adj. *Valde subtile significat.* Cic. pro Planc. 58 c. 24 Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio. Animus persubtilis, atque minutis corporibus factus. Lucret. 3, 180.

**PERSVLCO**, are. Apul. Met. 4 p. 533 Passim maria persulcantes Tritonum cateruae.

**PERSVLĀTVS**, a, um. Partic. Claud. in Rufin. 1, 136 Rugisque scueras Persulcata genas.

**PERSVLTO**, are. [*σκιρτάω*] *Ex Per et Salto, Frequentatio verbū Salio: Saltando elationem, aut laetitiam animi ostendere.* Liu. 34, 20 Quorum ubi arma signaque Lacetani cognouere: memores quam saepe in agro eorum impune persultassent. Tacit. Ann. 11, 9 Simul Ibero exercitu campos persultante. Aspice taurorum, pueris pariter ac feminis persultantibus, terga impune calcata Sen. de Ira 2, 31.

**PERSULTANT**, Sil. 3, 385. *Persultare, Ferarum proprium et pecudum.* Lucret. 1, 14 Inde ferae pecudes persultant pabula lacta. *i. Saltant per pabula. Lambinus vero sic; Persultant, i. Saltu percurrunt; et praetereunt, ac ita negligunt, scilicet rebus Veneris intentae.*

**PERSULTĀTOR**, oris. m. Symmach. Epist. 6, 22 Baiani litoris persultator.

**PERTĀBEO**, ere. et **PERTABESCO**, ere. Seuerus Aetnā v. 474 Si quis lapidum pertabuit igne. *i. varie perforatus pondus et duritiem amisit.*

**PERTAEDET**, taedit, taesum est, ere. [*ἐξαρπάζεται*] *Valde taedere.* Gell. 15, 20 Simul duas vxores habuerat, quum id decreto ab Atheniensibus factio ius esset, quarum matrimonii pertaedeat. *de Euripide. Personaliter.* Idem 1, 2 Verbisque eius defatigati pertaeduissent. *Sed Cic. Q. Fratr. 1, 2 Pertaesum est enim leuitatis, assentationis animorum, non officii, sed temporibus feruentium.*

**PERTAESUM** est Plaut. Most. 1, 4, 4. Virg. Aen. 4, 18 Si non pertaesum thalami tectaque fuisset. *Pertaesum est esse domi* Lucret. 3, 1074. *Incepti magni pertaesum est illos* Virg. Aen. 5, 714. *Add. Nep. 25, 15, 2. Pertisum quidam legi volunt, pro Pertaesum: quod Cicero non probat in Orat. 159*

**PERTISUM**, non concaesum? ex quo quidam pertisum etiam volunt: quod eadem consuetudo non probauit. *Conf. Fest.*

**PERTADESCIT**, ere. [*ἀδμονᾶται*] Cato c. 156 Nolite multum dare, ne pertaescat.

**PERTAESVS**, a, um. Partic. [*ἐξαρπισιάμενος*] *Praeter dicta. Lentitudinis eorum pertaesā* Tacit. Ann. 15, 51. *de Epichari muliere. Cum Accusatio.* Suet. in Caes. c. 7 Et quasi pertaesus ignauiam suam, quod nihil dum a se memorabile actum esset. *Cum Accus.* Sueton. in Tiber. c. 66 Postremo seuet ipse pertaesus talis epistolae principio tantum non summam malorum suorum professus est.

**PERTANGO**, ere. Apic. 6, 9 Pullum assabis et suo sibi iure pertangis. *Add. Idem 8, 8.*

**PERTĒGO**, xi, ctum, ere. [*καταπεράζω*] *Persficere quod tegere coeperis.* Plaut. Rud. 1, 2, 35 Qui pertegamus villam, dum sudum est? Idem Trinum. 1, 1, 41 Benefacta beneficiis aliis pertegito, ne perpluant.

**PERTEMERARIVS**, a, um. Adj. Cum perabsurdum perque temerarium sit Cod. 12, 21, 2.

**PERTENDO**, di, sum, ere. [*διατείνω, δίνω*] *Valde tendere. Sed quod laudatur Cato de R. R. c. 52 In arboribus, ubi radices capiunt, calicem aut qualum pertendito: per fundum ramum, quem radicem capere voles, scarificato, traicitoque: nihil est. Pertundito enim recte legitur hodie. Recta tendere et proficisci.* Liu. 5, 8 Pars maxima atque ipse Sergius Romam pertenderunt. *Diligenter contendere.* Cic. pro Corn. Balb. 11 c. 5 Nos Cn. Pompeii decretum iudicium de consilii sententia pronuntiatum recognoscemus? cum legibus conferemus? cum foederibus, quorum acerbissima diligentia est, pertendemus? *Haec lectio praefenda videtur alteri, perpendemus. Ad finem perducere quod intendebamus, aut coeperamus.* Ter. Heaut. 5, 5, 9 Quid istuc? video non litere, vt coeperam hoc pertendere.

**PERTENDENS** animo vestita cubaris, Sciffa veste meas experire moras. *i. Obstinata persistes et perseuerabis.* Vt se innocentem esse in tormentis pertendat Quint. Stil. 9, 2, 83. *Add. Varr. de L. L. 4, 1.*

**PERTENTO**, are. [*καταπειράομαι*] *Diligenter tentare, experiri.* Ter. Andr. 3, 4, 9 Sed ea gratia simulaui, vos vt pertentarem. *Perspicere et pertentare* Cic. Q. Fratr. 1, 4. *Administrationem alicuius rei pertentare* Idem de Inuent. 2, 38 c. 12. *Causam totam pertentare et perspicere* Cic. de Orat. 2, 318 c. 78. *Bipenni Latera equi Troiani pertentat* Petron. c. 89. *Pectora dictis variis pertentat* Stat. Theb. 3, 381. *Saepe tentare.* Virg. Georg. 3, 250 Nonne vides, vt tota tremor pertentet equorum Corpora, si tantum notas odor attulit auras? *Tam dulcis sonus pertentabat Aera* Petron. c. 127. *Mentem pertentant gaudia* Virg. Aen. 5, 828. *Omnia pertentare* Lucret. 5, 191.

**PERTENTANT** gaudia Virg. Aen. 1, 506.

**PERTENTĀTVS**, a, um. Partic. Apul. Met. 1 p. 107 Diurna fatigatione pertentatus.

**PERTENVIS**, e. Adj. [*πολύλεπτος*] *Valde tenue significat.* Plin. 16, 43 Secatur in laminas pertenuis et ilex. *Argumentum pertenuis* Cic. Verr. Act. 1, 168. *Discrimen* Idem de Lege Agr. 2, 86. *Spes pertenuis, per translationem* Cic. Fam. 14, 3. *Suspicio* Idem pro Cluent. 17. *Vis* Cic. pro Caecin. 47. *Superl. Summa pars eius pertenuissima* Sen. Qu. Nat. 2, 10. *vid. Bang. Obseru. 3 p. 1132. Editur autem h. l. tenuissima.*

**PERTEPIDVS**, a, um. Adj. *Valde tepidus.* Aqua pertepida Vopisc. in Carino c. 17.

**PERTERĒBRO**, are. [*διατρυνάω*] *Terebra perforare.* Cic. de Diuin. 1, 48 c. 24 Annibalem Caelius scribit, quum columnam auream, quae esset in fano Iunonis Lucinae, auferre vellet, dubitaretque vtrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebrauisset.

**PERTEREBRĀTVS**, a, um. Partic. Lapis perterebratus Vitruu. 8, 7.

**PERTERGEO**, ere, vel **PERTERGO**, si, sum, ere. [*ἀπομύσσω*] *Permulcere.* Lucret. 4, 250 Et quasi perterget pupillas, atque ita transiit. *de imagine.* Columel. 12, 9 Saepe suffundere ius debet, nec pati sitire salgama, sed extrinsecus munda spongia vasa pertergere, et aqua fontana refrigerare. *Mensam gauisae purpureo perterfit* Hor. Serm. 2, 8, 11. *Oculos nostros aura perterget* Lucret. 4, 253.

**PERTĒRO**, iui, itum, ere. [*κατακρίβω*] *Terendo comminuerē.*

**PERTĒRITVS**, a, um. Partic. *Tum compediti ianuanu lima perterunt.* *al. Prote-*

**PERTĒRITVS**, a, um. Partic. *Terendo comminuerē.*

**PERTĒRITVS**, a, um. Partic. *Terendo comminuerē.*

**PERTĒRITVS**, a, um. Partic. *Terendo comminuerē.*

**PERTĒRITVS**, a, um. Partic. *Terendo comminuerē.*

**PERTĒRITVS**, a, um. Partic. *Terendo comminuerē.*

**PERTĒRITVS**, a, um. Partic. *Terendo comminuerē.*

runt. Cum sicauerunt, perterunt Colum. 12, 38 *sub fin.* Per lineum fiscum, quod pertruerant, exprimunt Id. *ibid.*

PERTRITVS, a, um. Partic. Vna pertrita Columel. 8, 5. *Vulgaris, vsu tritus.* Senec. Controu. 18 p. 250 *Vulgaris in eius controuerfiis et pertrita quaestio.* Add. Sen. Epist. 63.

PERTERREO, ui, itum, ěre. [καταπλήττω] *Valde terrere.* Ter. Eun. 5, 3, 13 Post exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum. Caes. Bell. Gall. 7, 4 Vt sint reliquis documento, et magnitudine poenae perterreant alios. Diligentia alicuius obstupesceri et perterri Cic. in Catil. 2, 14. Ferro aliquem reicere et perterre Idem pro Caecin. 24 c. 9. Somnio perterri Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27.

PERTERRITVS, a, um. Partic. [καταπλήττω] Cic. pro Caes. 66 An timebant, ne tot vnum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent? Persequi perterritos, inermes, faucios Cic. ad Brut. 10. Conscientia perterritus Idem pro Cluent. 15 c. 13. Incendii Flamma perterriti Nep. 2, 4, 2. Metu perterritus Cic. pro Milon. 62 c. 23. Timore perterritus contremui Idem de Diuin. 1, 58. Conf. Nep. 10, 8, 4. Cerua Ouid. Met. 11, 771. Moenia Idem ex Pont. 1, 2, 19.

PERTERRITO, ěre. Frequent. Auienus Phaenom. Arat. v. 1171 Scorpius ingentem perterritat Oriona.

PERTERRIFACIO, ěci, actum, ěre. [ἐκπλήσσω] *Idem quod Perterreo.* Ter. Andr. 1, 1, 141 Perterrefacias Dauum. Cic. Fam. 11, 20 Sperare eos te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi praemia.

PERTERRICREPVS, a, um. Adi. *Quod terrorem crepat et incutit.* Lucret. 6, 128 Tum perterricrepro sonitu dat missa fragorem. Cic. in Orat. 164 Immo vero ista sequamur, asperitatemque fugiamus, Habeo istam ego perterricrepam, ex Poëta, cui forte erat Mulier perterricrepa, minax et garrula, quae perterret crepando et obstrependo.

PERTEXO, texui, textum, ěre. [περιώνω] *Peragere, perficere. Translatio sumta a textoribus, qui primo telam ordiuntur, et orfam deinde texunt.* Cic. de Orat. 2, 145 c. 33 Et pertexe modo, inquit, Antoni quod exorsus es. Idem Att. 1, (14) Totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere de flamma, de ferro (nostis illas ληκύθους) valde grauiter pertexui. Coeptum pertexere Lucret. 1, 419.

PERTEXTVS, a, um. Partic. Palla pertexta Apul. Met. 11 p. 258.

PERTICA, ae. f. [κωντός, ἢ κίμαξ] Gloss. Gr. Lat. κωνόν, κίμαξ Gloss. Lat. Gr.] *Baculus oblongus.* Varro de R. R. 3, 5 Practerea et perticas inclinatas ad parietem. Ouid. de Nuce 69 Pertica dat plenis immitia vulnera ramis.

¶ 2 *Pertica est Instrumentum, quo agros metiebantur, habens decem pedes.* Pertica quae nostros metata est impia agellos Valer. Cato in Diris v. 45. Auct. de Limit. apud Rigalt. p. 297 Goef. p. 290 Pertica habet passus duos, id est, pedes decem. Pertica autem a portando dicta, quasi Portica. Propert. 4, 1, 130 Abstulit excultas pertica tristis opes, de agro militibus assignato. Plin. Epist. 8, 2, 8 Ex iis etiam, quos non vna (vt dicitur) pertica; sed distincte, gradatimque tractaui; quanto quis melior et probior, tanto mihi obligatior abiit.

¶ 3 *Apud agrimensores Pertica etiam est territorium pertica diuisum.* Frontin. p. 43 Goef. Solum quodcunque coloniae est assignatum, id vniuersum pertica appellatur. Et p. 193 Typus totius perticae. Add. Gloss. Rigalt. Sed etiam forma s. typus talis agri Pertica vocatur. Sculus Flaccus p. 16 Et quamvis vna res sit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii typon, quod, vt supra diximus, vna res est, forma. Conf. Salm. ad Solin. p. 681.

PERTICALIS, e. Adi. [καμακινός] Columel. 4, 31 Perticalis fere salix eundem agrum, quem viminalis, desiderat. i. Ex qua sunt perticae.

PERTICATVS, a, um. Adi. Martial. 5, 12 Quod nutantia fronte perticata Gestat pondera Masclion superbus. Ita pro pertinaci ex manuscriptis legit Gruter. et cum eo Scriuer. Perticata frons, cui supinae erecta pertica imposita sustinet onera ingentia. Cuius generis Thaumaturgos passim videre licet.

PERTIMEO, ěre, vel PERTIMESCO, ui, ěre. [περιδείδω] *Valde timere.* Cic. Verr. 2, 179 c. 73 Si nullius vim, nullius potentiam pertimuero. Tacit. Ann. 1, 29 Nihil in vulgo modicum terrere, ni paueant: vbi pertimuerint, impune contempni. Attoniti Mauras pertimere manus Ouid. Fast. 6, 244. Stando procul Regem pertimere suum Vet. Auctor Fabularum ap. Rigalt. ad Phaedr.

Cic. Verr. 5, 78 Hanc tu tantam religionem, si tum imperio propter cupiditatem et audaciam non pertimescebas: ne nunc quidem in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorrescis? Rotam fortunae pertimescere Cic. in Pison. 22 c. 10. Non mediocriter aliquid pertimescere Cic. pro Quint. 1. Idem Verr. 5, 115 De suis periculis, fortunisque omnibus pertimescunt. Add. Idem Diuinat. in Verr. c. 22. Pertinescitur, Passuum. [περιφοβείναι]

Cic. de Lege Agr. 2, 45 c. 17 Graue est enim nomen imperii, atque id etiam in leui persona pertimescitur.

PERTIMESCENDVS, a, um. Partic. [περιφοβητός] Fama inconstantiae pertimescenda Cic. Fam. 1, 9.

PERTIMEFACTVS, a, um. Adi. Cic. Fam. 11, 20 Crede mihi, sperare eos, te pertimefacto, adolescente impulso, posse magna consequi praemia. Ita veteres libri: quod Perterrefacto prauatum in aliis est. Non. 7, 2 ex Pacuio, In triplici pertimefactus moerore animi.

PERTINEO, ui, entum, ěre. [καθήκω] *Ex Per et Teneo compositum, significat quod Semibarbari dicunt Pertingere, peruenire, et a temporis et loci notione, quae prima et propria est, ad utilitatem et officium transfertur.* Hoc pertinet a natali ad diem extremum Sen. Epist. 12. Vlpianus de Cloacis, l. Praetor ait, Quo minus illi cloacam, quae ex aedibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto. Et paullo post, §. Quod ait, Quod ait praetor, pertinet: hoc significat, quod ex aedibus eius in tuas aedes pertinet, hoc est dirigitur, extenditur, peruenit. Sed ipse etiam Cic. de Nat. Deor. 2, 137 c. 55 Vias quae pertinent ad iecur, eique adhaerent. Idem de Diuin. 2, 91 Quae potest igitur contagio ex infinito paene interuallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram? Extendi. Conf. quae mox ponemus in PERTINENS: et vid. Gronou. ad Liu. 25, 24. it. Cors. ad Sallust. Iug. 48, 6. Sic Caes. Bell. Gall. 6, 10 extr. Siluam esse ibi infinitae magnitudinis, quae appellatur Bacenis: 109



hanc longe introrsus pertinere. *Sic Idem saepe admodum et frequenter Plinius.* Cic. de Nat. Deor. 1, 36 c. 14 Aliis autem libris quandam rationem per omnium naturam rerum pertinentem, ut diuinam esse affectam putat: *de Zenone.* ¶ 2 *Metaphorice, ut indicavimus, Pertinere ad nos dicuntur, in quibus vel utilitas aliqua nostra, vel officium intelligitur, ea fere ratione, ut coniunctum aliquid, aut nostrum esse dicitur.* Cic. Fam. 12, 28 Tantum velim existimes, si negotia Lamiae, procuratores, liberos, familiam, quibuscunque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futuram, quam si ea tua liberalitas pertinuisse ad rem familiarem meam. Pomponius de Verb. et rer. signific. I. Verbum, Verbum aliud pertinere latissime patet; nam et eis rebus petendis aptum est, quae domini nostri sint: et eis, quas iure aliquo possideamus, quamuis non nostri domini sint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quae in nulla eorum causa sint, sed esse possint. Te me esse alterum, non modo in iis rebus, quae ad me ipsum, sed etiam in iis, quae ad meos pertinent Cic. Fam. 7, 5 *pr. Add. Scribon. 13.* Pertinet ad te haec malitia, suspicio maleficii, etc. Plaut. Trucul. 4, 3, 36. Cic. pro Rosc. Amer. 18 c. 7 Spero ex hoc ipso non esse obscurum, ad quem suspicio maleficii pertineat. Idem Fam. 13, 14 Bonus plane vir, et cum virtutibus, tum ea fortuna (si quid hoc ad rem pertinet) ornatus. *i. Si quid offert momenti.* Cic. ad Brut. 2 Id valde pertinuit, ut ego tum intelligebam, ad Remp. ut nunc iudico, ad dignitatem tuam. Idem pro Corn. Balb. 34 c. 15 *pr.* Nec vero haec oratio mea ad infirmandum foedus Gaditanorum Iudices, pertinet. Oratio mea pertinet ad plures Cic. pro Rosc. Amer. 94, *de pluribus potest, aut debet intelligi.* Summa illuc pertinet, ut sciatis, etc. Idem Verr. 5, 25. Late patet haec ars, et ad multos pertinet Idem de Orat. 1, 135. Idem de Clar. Orat. 299 c. 87 Quod autem plures a nobis nominati sunt, eo pertinuit, quod intelligi volui, etc. *i. eo consilio factum est.* Caius in l. Si id, De duobus reis, Quae sententia eo pertinet, ut quamvis vel huic vel illi decem soluerit, vel Seio Stichum, nihilominus alteri obligatus maneat. Eo pertinet (*inquit Budaeus*) *in est, Huius sententiae effectus eo usque progreditur; vel, Haec sententia eo tendit, ut, etc.* Pertinet eodem et bryon Plin. 12, 28. *h. e. Illic de ea herba dicendum est.* Cic. Att. 8, 9 Eo scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem; eodemque pertinet, quod causam eius probo. Idem de Nat. Deor. 3, 61 c. 23 Vestri non modo haec non refellunt, verum etiam confirmant, interpretando quorsum quidque pertineat: *quam vim habeat, quid sibi velint plures Mercurii, etc.* Cic. Acad. 1, 21 Caetera pertinere ad id putant, aut ad augendum, aut ad tuendum, ut diuitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. Ad hoc pertinet somnium Plaut. Merc. 2, 1, 28. Ad periculum capitis tui pertinet gemitus luctusque provinciae Cic. Verr. 3, . . . Ad usum nauium pertinent Caes. Bell. Gall. 3, 9. Ad usus vestros pertinet Ouid. de Rem. Amor. 51. Aetas pertinet ad literas Quinctil. 1, 1. *apta est.* Plin. Epist. 8, 6, 10 *ex Scio:* Eam partem sententiae, quae pertinebat ad dandum ei ex aerario centies quinquagies festerium. Ad me pertinere, *accipimus pro eo, quod est Officium meum esse, siue onus mihi incumbere, et muneris mei esse.* Cic. de Amic. 50 Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. *Ibid.* 13 c. 4 Quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur. Cic. pro Rosc. Amer. 36 Ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet: duas autem reliquas vobis Populus Romanus imposuit. Idem de Orat. 2, 6 c. 2 Talem existere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso et Antonio, non cognitis rebus omnibus, quae in tantam prudentiam pertinerent, tantamque dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse confirmo.

**P E R T I N E N S**, entis. Part. [*καθήμενος*] Cic. de Nat. Deor. 2, 139 c. 55 Huic adde nervos, a quibus artus continentur, eorumque implicationem corpore toto pertinentem. Venae in omnes partes corporis pertinentes Cic. de Nat. D. 2, 137 *extr.* c. 55. Vis vitalis per omnem naturam pertiēns Idem ib. 2 c. 9. Collis in immensum pertiēns Sallust. Iugurth. c. 48. *Add. Idem Fragm. c. 32.* Compositiones ad Diaeticos (*medicos*) pertinentes Scribon. 200.

**P E R T I N E N T E R**. Adu. *Conuenienter.* Tertull. aduers. Marc. 4, 38 Vides, quam pertinenter ad causam? *Compar.* Ibid. c. 9 Quam pertinentius volebat agnosci. *Superl.* Ibid. c. 31 Qui pertinentissime ad hanc parabolam, Audite, inquit, etc.

**P E R T I N A X**, ācis. Adi. [*αυθάδης, αυδέκασος*] *Qui nimis tenax est, et quidem non tantum numorum et pecuniae, quorsum tenax in primis pertinet, sed propositi sui tenax ad vitium usque, quorsum pertinet* Gloss. Lat. Gr. Pertinax *δύσερις, Φιλέριος, βλαίος, δυσέρις, σφοδρός, μονόρονος, επίμονος, Φιλέρις.* Vid. locus Accii, quem damus in PERTINACIA.

*Caeterum ad etymon alludit* Plaut. Capt. 2, 2, 39 Quid tu ais? tenaxne pater est eius? P. immo edepol pertinax. Cupidus, iratus, pertinax Cic. pro Ligar. 18. *Sed tamen Pertinax, aliquando in bonam partem accipitur pro Perseuerante; et vere mediae significationis nomen esse, exempla docent.* Valer. Max. 1, 1, 8 Non mirum igitur, si pro eo imperio augendo, custodiendoque pertinax eorum indulgentia deorum semper excubuit. Iustitiae pertinax Apul. Apol. p. 338. Recti pertinax Tac. Hist. 4, 5 *extr.* *h. e. Valde tenax.* Contra Cic. de Fin. 1, 28 c. 8 Certe inquam, pertinax non ero, tibi que, si mihi probabis ea, quae dices, libenter assentiar. Pertinax in rem aliquam Sen. de Ira 1, 1. Pertinax in disserendo vel disputando Cic. de Fin. 1, 27 c. 8. Fortuna ludium insolentem ludere pertinax Hor. Carm. 3, 29, 50. Certamen pertinax, *Durum, et difficile, ac diuturnum.* Liu. 2, 40 Ibi fortuna Populi Romani duos hostium exercitus haud minus pernicioso quam pertinaci certamine confecit. *Sic,*

Pertinax praetium Idem 22, 48. Digito male pertinaci direptum pignus Hor. Carm. 1, 9, 24, *i. non satis pertinaci, tanquam qui vincere nolit.* Disputationes in disputando Cic. de Fin. 1, 27. Dolor Senec. Herc. Oet. 1854. Fama pertinax, *Constans et firma* Plin. 24, 17. Odium Idem 24, 1. Pietas Martial. 8, 35. *Qui praestat pietate pertinaci.* Sermo lenis, minimeque pertinax Cic. Off. 1, 134. De Siligine Plin. 18, 9 Sed et trans Alpes in Allobrogum tantum Aruernorumque agro pertinax: in caeteris ibi partibus biennio, in triticum transit. Statu pertinaci stare solitus Socrates perdius atque pernox Gell. 2, 1. Studium scribendi Quinctil. Prooem.

Ventus pertinax Varr. R. R. 1, 59. Vicit omnia pertinax Virtus Liu. 25, 14. *Compar.* Idem 29, 33 Pertinacior in repugnando. Pertinacior impietas Val. Max. 9, 11 *ext.* 1. *Superl.* Cic. de Fin. 2, 107 c. 33 Aut pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris, ad corpus ea, quae dixi referre: aut deserueris totam Epicuri voluptatem, si negaueris. Pertinacissima contentio Val. Max. 5, 6 *ext.* 4.

5 N 2

**PERTINACIA**, ae. f. [*αὐθαδία, Φερβυμᾶ*] Perseuerantiae finitima est, *inquit* Cic. de Inu. 2, 165 c. 54 *et in bonum et malum accipitur.* *In bonum.* Sueton. in Caes. c. 68 Ne patientia et pertinacia hostis, animi suorum frangerentur. Pertinacia magna poena est afficienda, ne malo exemplo caeteri moueantur Hirt. 8, 39. A Caesare B. C. 1, 85 *coniungitur cum* arrogantia. Cic. Acad. 1, 44 c. 12 Cum Zenone, inquam, ut accepimus, Arcefilaus sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi (ut mihi quidem videtur) sed earum rerum obscuritate, etc. *In malum.* Non. 5, 40 Peruicacia est interdum bonarum rerum perseuerantia, Pertinacia semper malorum. *Quod semper dicit, falsum est.* Caeterum laudat Accium Myrmid.

Tu pertinaciam esse, Antiloche, hanc praedicas  
Ego peruicaciam aio, et hac me uti volo.  
Nam peruicacem dici me esse, et vincere:  
Perfacile patior: pertinacem nil moror.  
Haec fortem sequitur, illam indocti possident.  
Tu addis, quod vitio est, demis, quod probro datur.

*Dedimus hos versus ex emendatione Scalig. ad Varr. de Lingu. Lat. princ. Sed ultimum sic constituendum putamus.* Tu addis, quod vitio est, demis, quod laudi datur, ut edidit Mercerus. Ter. Hec. 3, 5, 46 Mane inquam, quo abis? PH. quae haec est pertinacia? Cic. pro Planc. 94 Libertatemque quam in me requiris, quam ego neque dimisi unquam, neque dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatio- nis positam putabo. Quae pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest Idem pro Marcello 32 c. 10. Accenditur pertinacia, vid. ACCENDO. Amittere sua pertinacia vitam Cic. pro Marcell. 22 c. 7. Disputari cum pertinacia et iracundia recte non potest Idem de Fin. 1, 28. Innascitur facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus in elatione et magnitudine animi Idem Off. 1, 64. Refellere sine pertinacia, et refelli sine iracundia parati sumus Cic. Tusc. 2, 5. Reprehenditur in minimis rebus pertinacia, calumnia etiam coercetur Idem Acad. 4, 65.

**PERTINACITER**, ius, issime. Adu. [*αὐθαδῶς*] Perseueranter, Obstinate. Plin. in Panegyr. c. 86 O rem memoriae literisque mandandam, praefectum Praetorii non ex ingentibus, sed ex subtrahentibus legere: eundemque otio, quem pertinaciter amet, reddere. Pertinacissime in sententia Permanere Hirt. B. G. 8, 22. Petere Liu. 28, 38. Res si pertinaciter Retinent Sall. in Fragm. c. 23. 40 Defendere Liu. 6, . . Haerere Quinctil. 1, 1. Initum praelium Liu. 28, 6. Insequi Idem 2, 42. — pertinacius Hirt. B. G. 8, 13. Manere Varro de R. R. 1, 20. Sublitum bracteas pertinacissime Retinet Plin. 33, 6. Studere Sen. Epist. 5. Pertinacissime Vti contra aliquem ingenii viribus Val. Max. 4, 1 ext. 6. Cic. Fam. 10, 23 Si vno loco essem, verebar, ne cui obrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido offensus, et mea patientia etiam alere bellum. Pertinacius Progressa contentione Val. Max. 2, 8, 2. Liu. 26, 38 Pertinacius oppugnata Capua. Durare pertinacissime Quinct. 1, 1.

**PERTINGO**, igit, tactum, ere. [*διακίνω, διακίμα*] Pertinere, 50 Peruenire. Plin. 11, 37 Venam ab oculis pertinere ad cerebrum peritissimi auctores tradunt, rectius pertinere. Vid. Burm. ad Quinct. 2, 4 p. 143. Lux oculos pertingit Lucret. 4, 278. Alii legunt Perterget. Laudatur etiam Cic. de Nat. Deor. 2, 24 Ex quo intelligi debet eam caloris naturam vim habere in se vitalem per omnem mundum pertinentem. Sed recte hodie legitur Pertinentem. Itaque nondum habet hoc verbum auctorem antiquum, ne argenteae quidem aetatis, certum. Sed Semibarbaris donec afferatur relinquendum videtur.

**PERTOLERO**, are. [*καταβῶ*] Usque ad finem tolerare, perferre. Plaut. Amphitr. sed suppos. v. 20 Fata istaec me premunt, pertolerarem vim tantam, cladesque exantlarem impatibiles. Omnia tormenta pertolerare Lucret. 5, 317.

**PERTONO**, are. Ambros. Serm. feria 2 Pentecost. Et Ebraeae nationis homo Christi gloriam Romanae facundiae eloquentia pertonaret. 65

**PERTORQVEO**, ere. [*σπέρβλω*] Auget vim simplicis Torqueo. Lucret. 2, 401 At contra tetra abinthi natura, ferique Centauri foedo pertorquent ora sapore. i. Efficiunt, ut qui ea gustat, ac mandit, os distorqueat.

**PERTRACTO**, are. [*διακρίζω*] Manibus frequentius tractare, 70 et tangere. Cic. in Parad. 5, 2 Barbatulos mululos receptantem de piscina et pertractantem. Pertractare bestias manibus Hirtius de Bello Afr. c. 72. Etiam atque etiam pertractauit Corpus hominis Apul. Flor. p. 362. Petulans est apud Plaut. Afin. 2, 1, 71 Si papillam pertractauit. Sed Vulnera visu pertractans Sil. 10, 452. Conf. Dra. 75 kenb. ad b. l. Per translationem, Apud se reputare, et diligenter considerare. Cic. de Fin. 2, 118 c. 35 Tute introspecte in mentem tuam ipse, eamque omni cogitatione pertractans percortare ipse te. Diligenter et saepe aliquid pertractare Cic. de Inuent. 2, 45 c. 14. Disserere, disputare de re aliqua. Idem Tusc. 4, 23 c. 10 Qua oratione praetermissa minime necessaria, ea quae rem continent pertractemus. Philosophiam Idem de Nat. Deor. 1, 9. Conf. PERTRECTO.

**PERTRACTANS**, antis. Partic. Festinanter omnia membra pertractans Quinct. Decl. 2. Add. Iustin. 38, 1, 9.

**PERTRACTATVS**, a, um. Partic. Cic. Tusc. 3, 30 c. 14 Et nimirum haec illa praestans et diuina sapientia, et perceptas penitus, et pertractatas res humanas habere. Diuturnitas Idem de Diu. 1, 128.

**PERTRACTATE**. Adu. Plaut. prol. Capt. v. 55 Non pertractate facta est: quod Scurriliter et Lascius interpretatur Scaliger ex illo Si papillam pertractauit. 90

**PERTRACTATIO**, onis. f. [*διακρίσις*] Frequens reuolutio. Cic. de Orat. 1, 48 c. 11 In grammaticis Poetarum pertractatio, historicarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam modus. Philosophi Gell. 5, 1.

**PERTRAHO**, xi, etum, ere. [*κατέλω*] Vi, et cum molimine 95 trahere. Liu. 21, 28 Ea exemplo resolutis quibus leuiter annexa erat vinculis, ab actuariis aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahitur. de rate. Aliquem pertrahere in castra Idem 7, 39. Vitam pertrahere, Prolongare Plin. 28, 1. Virus pertrahi Scribon. 175 i. extrahi.

**PERTRACTVS**, a, um. Part. Aurel. Vict. de Vir. illustr. c. 100 12 Porfenna ad regem pertractus. Idem de Caes. c. 8 Per scalas Gemonias pertractus.

**PERTRACTVS**, us, m. Perpes tractus, et perduratio. Tertull. de Orat. c. 5 Quidam pertractum quendam in saeculo postulant.

**PERTRAICIO**, ere. Solis radius specular penetrat, et solidi- 105

tatem eius insensibili subtilitate pertraicit Augustin. Dominica ante Nat. Dom. f. Serm. 3.

PERTRANSEO, iui, itum, ire. [διαβιβάζω, διαπεράσω] Idem quod plane Transire. Plin. 37, 5 Nubecula enim albicantis est vitium, quum viridis non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine visum candor. Necessè est, aut non perueniat aut pertranseat Sen. Epist. 4 de morte.

PERTRANSIBILIS, e. Adi. Isidor. in Alphab. Amarum hoc est et leue, quia pertransibile.

PERTRANSLUCĪDVS, a, um. Adi. [πάνυ διαφανής] Quod valde translucet. Plin. 13, 12 Alias indecoro visu pertranslucida.

PERTRECTO, are. Idem quod Pertracto. Iustin. 1, 9, 17 Tum pertrectare dormienti caput iubet. Add. Petron. c. 79.

PERTRECTATVS, a, um. Partic. Petron. c. 24 Pretrectato vulsculo tam rudi.

PERTREMISCO, ere. i. Totum contremiscere: nondum habet auctorem.

PERTREPĪDVS, a, um. Adi. Capitol. in Maxim. et Balb. c. 1 Senatus pertrepidus in aedem Concordiae concurret.

PERTRIBVO, ui, utum, ere. [παρδίδωμι] Plinius Epist. 10, 18 Apud me et milites et pagani, a quibus iustitia eius, et humanitas penitus inspecta est, certatim ei, qua priuatim, qua publice testimonium pertribuerunt. Sic Cor. ex MSS. quod in mea editione praetervisum, in Addendis correxi, monuique eandem formulam ab Arntzenio redditam esse Paneg. 95, 1 et addidi, utroque loco eam esse vim posse, ad unum omnes, a primo ad vltimum, testimonium tribuisse.

PERTRISTIS, e. Adi. [περίλυπος] Valde tristem significat. Cic. pro Cael. 25 c. 11 Et qui in reliqua vita mitis esset, et in hac suauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, versari perincunde soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, Cenfor, magister. Carmen Cic. de Diuin. 1, 14.

PERTRITVS, vid. PERTERO.

PERTRVX, ūcis. Adi. Nimum saeuus. Bestia pertrux Apul. Met. 5 p. 166. At Priceus legit Itrux.

PERTVMIDVS, a, um. Adi. Luna pertumida Apul. de Deo Soer. 35 p. 96. Al. protumida vt Elmenh. p. 42, 1.

PERTVMVLTVOSE. Adu. [πολυδορυβωδώς] Cic. Fam. 15, 4 Pertumultuose, neque tamen non vere, Parthos in Syriam transisse nuntiauerunt.

PERTVNDĀ, ae. f. Dea, quae praesto est virginalem scrobem effodientibus maritis Arnob. 4 p. 131. Vid. August. de Ciu. Dei 6, 9 vbi etiam quaerit, cur non Pertundus potius Deus sit. Caeterum vitiosa lectio Partunda, quae diu illum locum obsedit, peperisse videtur Parundam, quae alias nusquam est.

PERTVNDO, ūdi, ūsum, ere. [κατακτύω] Valde percutere, aut percutiendo frangere, perforare. Cato R. R. 52 Quae diligentius propagari voles, in aulas aut in qualos pertusos propagari oportet — In arboribus, vbi radices capiant, calicem pertundito per fundum, aut qualum. Ramum, quem radicem capere voles, traicito. Columel. 6, 15 Si forte surculum calcauerit, aut acuta testa vel lapide vngulam pertuderit. Plaut. Pseud. 1, 2, 37 I puere prae: ne quisquam pertundat crumenam, cautio est. Lacum vino Vlpian. in l. Si seruus seruum, §. vlt. in fine. Materiem Lucret. 5, 1267. Saxa guttae pertundunt Idem 4, 1282.

PERTVSVS, a, um. Partic. [διάρητος] Pertusa sella Cato c. 55 157. Aulas et qualos pertusos eiusdem 52 modo habuimus. Cacabus pertusus Scribon. 271. Dolium in pertusum dicta ingerere, pro Operam perdere Plautus Pseud. 1, 3, 135. Margaritae pertusae, vid. Vti in linea, etc. in dictione LINEA. Vid. et MARGARITA. In vas pertusum congesta omnia Lucret. 3, 949.

PERTVSŪRA, ae. f. Pertusurae locus patiens Cael. Aurel. Tard. 5, 1.

PERTVRBĪDVS, a, um. Adi. Vopisc. in Saturn. c. 7 Ciuitatem perturbidam videre.

 Efferre pedem porta, *Egredi.* Cic. Att. 7, 2 Qui pedem porta, quoad 45  
 hostis cis Euphratem fuit, non Extulerit. Ire pedibus in sententiam  
 alicuius, *vid.* EO, is. Errare nudo pede Ouid. Amor. 3, 6, 50.  
 Errare vago pede Idem Epist. 21, 96. Excitit sonitus pedibus Lu-  
 cret. 2, 329. Ferire terram pede Virg. Georg. 3, 499. Idem ibid.  
 1, 11 Ferte simul Faunisque pedem, Dryadesque puellae, *i. Accedite* 50  
*huc.* Fert huc pedes, et illuc Senec. Med. f. 11. Idem Phoen. 11  
 Patere caecum qua volet Ferri pedem. Fert extensos pedes superba  
 Ouid. de Arte Am. 3, 302. Ferri incerto pede, Titubante, qualiter  
 incedunt ebrii Hor. Epod. 11, 30. Fraeta equestri pede tellus Senec.  
 Theb. f. Phoen. f. 2. Freti virtute pedum Lucret. 5, 964. Fu- 55  
 gere timido pede Ouid. Met. 4, 100. Fugere turbato pede Idem  
 Epist. 11, 102. Fulta molli pede pulchra facies equi Hor. Serm. 1,  
 2, 88. Iacere pedes, *vid.* IACIO. Iacere ad pedes alicuius Cic.  
 Verr. 5, 128. Implicare pedes Virg. Aen. 11, 752. Imposuiere te-  
 neros pedes graminibus Ouid. Epist. 16, 66. Impressit pedem litori 60  
 Senec. Agam. 6. Incutere pedem terrae, Induitur pedibus aurum,  
 Inferre pedem in aedes, Insistere alternis pedibus, *vid. hb. ll.* Iuncti  
 pedes Quinctil. 2, 13. Labi celeri pede Senec. Hippol. f. 6. Me-  
 tiri pedibus quadringenta millia passuum Cic. Q. Frat. 3, 1. Metiri  
 se quemque suo modulo ac pede verum est, *i. Sumtum facere pro mo-* 65  
*dulo facultatum suarum* Hor. Epist. 1, 7, 98. Mouere pedem a limine  
 Iuuen. Sat. 10, 30. Mouere impercussos nocte pedes Ouid. Amor.  
 3, 1, 52. Nasci equinis pedibus, Nasci in pedes, *vid.* NASCOR.  
 Obteritur pedibus religio Lucret. 1, 80. Offensus pes in porta Ti-  
 bull. 1, 3, 20 *malum augurium.* Parta gloria pedibus Sil. 15, 656. 70  
 Pellere terram duro pede Lucret. 5, 1401. Pendere per pedes, Pe-  
 netrare pedem aliquo, Perfundere pedes amictu, *vid. hb. vv.* Plau-  
 dere choreas pedibus Virg. Aen. 6, 644. Ponere pedem cum aliquo,  
*i. Eodem modo incedere quo ille, nec citius nec tardius mouere pedes* Lucret.  
 4, 319. Cic. Att. 13, 2 Pedem vbi ponat in suo, non habet: omnino 75  
 eum Sextius noster parochus publicus occupauit. Ponere vestigia  
 pedum Lucret. 3, 4. Praeuertere cursu pedum ventos Virg. Aen. 7,  
 807. Premit pes pedem Sil. 4, 355. Liu. 8, 8 Si hastati proflig-  
 gare hostem non possunt, pede Presso eos retrocedentes in interualla  
 ordinum principes recipiebant. Procedere aequis pedibus Ouid. ex 80  
 Pont. 4, 5, 3. Proferre pedem alicunde Hor. de Arte Poet. 135.  
 Proferre pedes Quinctil. 1, 11. Liuius, Per Siciliam pedibus Profe-  
 ctus streto in Italiam traiecit. Proiicere ante pedes aliquid Virg.  
 Aen. 5, 673. Proiicere se ad pedes alicuius Cic. pro Sext. 26 c. 11.  
 Proruere aliquid pede iniurioso Hor. Carm. 1, 35, 13. Profubigit 85  
 terram pede suis Virg. Georg. 3, 256. Pulsare humum pede Ouid.  
 de Arte Am. 1, 112. Pulsanda libero pede tellus Hor. Carm. 1, 37, 1.  
 Quaterc humum pede candido Idem ibid. 4, 1, 27. Quaterc alterno  
 pede terram Idem ibid. 1, 4, 7. Rapiunt me pedes Idem ib. 3, 11, 49.  
 Recusant illusi pedes ferre vitiosum corpus Hor. Serm. 2, 7, 108. 90  
 Quinctil. 6, 4, 19 Ab iis, quae non adiuuant, quam mollissime pedem  
 oportet Referre. Referre pedem profugum Ouid. Epist. 15, 186 *de*  
*reditu Phaonis ex Sicilia.* Resistere pedem Catull. 62, 112. Re-  
 portat pedem ex hoste Virg. Aen. 11, 764. Reprimere pedem retro  
 Idem ibid. 2, 378. Reuocare pedem Idem ibid. 9, 125. Sequi 95  
 ducem propero pede Catull. de Berecynth. f. 61, 34. *Alii legunt,* Du-  
 cem properipedem. Sequi signa pedum, *Vestigia* Ouid. Met. 4, 543.  
 Signare litus pedibus, *Imprimere vestigia, Obambulare in litore* Idem  
 Amor. 2, 11, 15. Sistere pedem in limine Idem Rem. Amor. 80.  
 Spargere arenam pedibus Virg. Ecl. 3, 87. Sternere se ad pedes ali- 100  
 cuius Cic. Att. 10, 4. In his actionibus omni, vt agricolae dicunt,  
 pede Standum est Quinctil. 12, 9, 18. *i. contentione. Vid. Turneb. Adu.*  
 7, 19. Stare ante pedes alicuius Virg. Aen. 5, 381. Struit pedem,  
*Φύγνι* Vct. Gloss. Pedem struit in duodecim (*tabulis*) significat fugit,  
 vt ait Ser. Sulpicius. *Vid. Festus in Pedem et Struere.* Subii- 100

cere pedibus, *pro Contemnere* Virg. Georg. 2, 491. Cic. de Orat. 1, 230 Quid multa? pedem nemo in illo iudicio Supplofit, credo ne Scoticis renuntiaretur. Tangere pedem pede Ouid. de Arte Am. 1, 606. Tetigit citato pede nemus Catull. 61, 2. Tangere felici pede locum aliquem Ouid. Fast. 1, 514. Tardat puellares pedes alta arena Idem Epist. 10, 20. Tenet humili sub pede colla Idem ibid. 9, 12. Tentantur pedes, lingua non constat Senec. Epist. 84 *de ebrio loquitur*. Tollere pedem: *Obscena locutio* Martial. 10, 81. et 11, 72. *Add.* Dare pedem. Trahere pedem Ouid. Rem. Am. 379. *i. claudicare*. Trahere pedibus, *est Contemptim pro libidine tractare*. Cic. Att. 4, 16 *med.* Non recordor unde ceciderim, sed unde surrexerim: fratrem mecum et te si habebō, per me ista pedibus Trahantur (*al. trahuntur, quod certe melius quam trahuntur*) *h. e. (ut exponit Paullus Manutius) Non laboro, etiam si pessime administrentur*. Cic. Fam. 7, 32 Nam de iudiciis quod quereris, multo laboro minus: Trahantur per me pedibus omnes rei. *Conf.* Ducere pedes. Trahantur nempe pedibus victi a victoribus. Liu. 24, 22 Sed euocatum eum ab legatis Demarata vxor, filia Hieronis, inflata adhuc regis animis ac muliebri spiritu, admonet saepe vsurpatae Dionysii tyranni vocis: qua pedibus Tractum, non insidentem equo relinquare tyrannidem dixerit debere. Facile esse, momento quo quis velit, cedere possessione magnae fortunae; facere et parare eam, difficile atque arduum esse. *Ex his verbis liquet, Eos pedibus trahi, qui plane victi, sunt in potestate victoris. Sic pedibus Trahitur Hector ab Achille; sic Caesus ab Hercule apud Virg. Aen. 8, 264.*

Et Iuven. Sat. 5, 125. Transilire posita ante pedes, et alia longe repetita sumere, specimen est ingenii Cic. de Orat. 3, 158 c. 40. Caes. Bell. Gall. 5, 18 Vno omnino loco flumen pedibus, atque aegre Transiri potest. Tremuit pulsu pedum excita Tellus Virg. Aen. 12, 445. Cic. Att. 16, 3 Alter in Macedoniam pedibus Venire volebat. Ouid. Met. 8, 869 — Verso pede pressit arenam, *i. Iterum discessit*. Vigeant pedes laeti studio Catull. 44, 8. Vincere certamine pedum Ouid. Met. 12, 304. Vifa iam est pedum via; factum est periculum, *ut ipse interpretari videtur* Ter. Phorm. 2, 2, 12. Volutare auctis pedibus, *vid.* AVERTO. Volutatus est ad pedes inimicorum frater Cic. pro Sext. 145. Sub pedibus vulgi, *In contemptu vulgi* Lucret. 5, 1138.

¶ 5 Pedibus, *interitum unicuique generi vecturae, interdum navigationi opponitur*. Sueton. in Caes. c. 57 In agmine nonnunquam equo, saepius pedibus anteibat. Caes. Bell. Civil. 2, 21 *extr.* Tarracone discedit, pedibusque Narbonam, atque inde Massiliam peruenit. Cic. in Vatin. 12 Quum illud iter Hispaniense pedibus fere confici soleat: aut si quis nauigare velit, certa sit ratio nauigandi, *etc.* Idem Attic. 10, . . Me tamen consilio iuua, pedibusne Rhegium, an hinc statim in nauem. *Conf. Graeu. ad Cic. Att. 10, 4 p. 134.* Cic. Verr. 1, 87 Milites, remigesque Miletum Mindo pedibus reuertit iubet. Ambulare pedibus, *vid.* AMBULO. Immensi laboris, quippe qui prouincias omnes pedibus Circumierit Aur. Victor. Epit. in Hadriano. Facere stipendia pedibus, *idem significat, quod Pedibus merere* Liu. 3, 27 *pr.* Praeliari pedibus Caes. Bell. Gall. 4, 2. Merere pedibus, *vid.* MERO. Obire pedibus regiones, *vid.* OBEO.

¶ 6 Duo finis fuerunt, quos Transmitti oportet, Paestanus et Vibonensis vtrumque pedibus, equis Transmissinus. Cic. Fam. 7, 28 Sed quod tu, cui licebat, pedibus es consecutus, ut ibi esses, *vbi nec Pelopidarum, nosti caetera; nos idem propemodum consequimur alia ratione.* Pedibus, *i. itinere in Graeciam, quod bonam partem est maritimum.* Sed Prol. Megeaechmi Plautinae v. 49 *de narratione sua festiue*, Nunc, inquit in Epidamnnum pedibus redeundum est mihi: *Lusit, puto: nec opus est, ut dicamus, ad metricos illum pedes respexisse.*

¶ 7 Pes, *metaphorice, aquae attributus.* Hor. Epod. 16, 48 Leuis crepante lymphae defilit pede. Et Lucret. 5, 273 Qua via secta semel liquido pede detulit vndas. Soleat enim Poetae humori fluenti pedem tribuere: *id ex eo, ut opinor, quod etiam currere aqua dicatur, quod sine pedum officio fieri non posse videtur.* Sic, et Virg. in Aetna v. 13 *de vino*, ipse suo flueret Bacchus pede, *i. Aurei saeculi tempore vinum sua sponte fluebat, vniueque flumina erant, non ut nunc, coactum et expressum calcantium pedibus manat.* *Conf.* Virg. Culic. 17. *it.* Aen. 9, 126 *sec.* Non. 6, 75. Drakenb. ad Sil. 6, 140. Nec caput nec pes apparet Plaut. Afin. 3, 3, 238. *Add.* Id. Capt. 3, 4, 28. Propter tuas res ita contractas, ut, quemadmodum scribis, nec caput nec pedes equidem vellem, vti pedes haberent, ut aliquando redires

¶ 8 Frequentes sunt Metaphorae, ab Analogia, v. g. Pes mensae, *i. Fulcrum* Plin. 12, 1. Conuulsus pes acernae mensae Ouid. Met. 12, 254. *Add.* Id. Met. 8, 660. Pes betae, *i. radices, fibrae, et tota adeo planta.* *Vid.* BETA et BETA-CEVS. Imi pedes Casii montis Anmian. 14, 26. Pes in vtre vel folle est ipsa machinatio, qua inflatur et reflatur, impletur et depletur: Ventile vulgo appellant: quia eminent aliquantum ultra corpus, *etc.* *Vid. locus* Lamprid. Heliog. 25 quem damus in ACCVBITA sub ACCVMBO.

¶ 9 Speciatim nauticus Pedis intellectus observabilis est. Isid. Etymol. 19, 3 Pes extremus angulus veli, quoniam sic nautae loquuntur. Sic editum Basil. 1489 f. Corrupte alii, in quo nautae locantur. Nemo, puto, disertius hunc pedem interpretatus est Is. Vossio ad Catull. p. 12 Pedes sunt funes, quibus inferiores veli anguli puppim versus adducuntur. Religatis itaque ad vtrumque latus pedibus, et vento pone afflante, nauigatio erat maxime secunda, tumque nauis currit vtroque pede. Vno autem pede nauigabant, si ventus esset obliquus, quippe si a sinistra flaret, tum dextrum adducebant pedem, sin autem a dextera, sinistro solum pede utebantur. Haec et plura Vossius ad Catull. 4, 21 Laena siue dextera Vocaret aura, siue vtrumque Iupiter Simul secundus incidisset in pedem. *Viderat rem, sed non ita diserte explicaverat, Salmas. ad Solin. p. 400, b.* Hinc intelligitur Plin. 2, 47 l. 48 lisdem autem ventis in contrarium nauigatur, prolatis pedibus, ut noctu plerumque aduersa vela concurrant. Caecilium apu. Isid. 19, 4 Venerio cursu veni, prolato pede, vsque ad Saponem. Venerio cursu, *i. placido ac tranquillo ac felici, licet vento non plane secundo, sed obliquo.*

¶ 10 Virg. Aen. 5, 830 *de studio nauigantium*, Vna omnes fecere pedem; pariterque sinistros Nunc dextros soluere sinus. Seruius pede *n interpretatur funem, quo tenditur velum: quod Graeci πῶδα vocant.* — Sinistros nunc dextros, pro aurae mutabilitate. *Conf.* PODIA. Lucan. 5, 427 Flexo nauita cornu Obliquat laeua pede carbasa. Sed ¶ 9 Nauales pedes nautae et remiges sunt, qui nauis praeslant, quod pedes animalis: Plaut. Men. 2, 2 *extr.* Asseruate haec, sultis, nauales pedes. ¶ 10 Pes, *Mensurae genus.* Duorum pedum frutex Scribon. 163. *i. bipedali altitudine.* *Vid.* Quinctil. 1, 10, 41. Plin. 12, 1 Arbor est clara domicilii modo caua, LXXX atque vnus pedum specu. *Conf.*

¶ 11 Hor. Epist. 1, 7 *extr.* Script. Rei Agrar. p. 43 et 219. Temo protentus

tentus in octo pedes Virg. Georg. 1, 171. Pedem quadratum intel-  
 ligimus in illo Cic. Att. 7, 21 Pedem in Italia video nullum esse, qui  
 non in illius potestate sit. Vid. n. 5 Dare pedem. ¶ 11 Pes  
 quoque in carmine, Syllabarum et temporum certa dimensio. Pes autem  
 hinc dicitur, quod ut animalium pedes incedendo vicissim attolluntur ac de-  
 ponuntur, ita et metrici pedes inter se compositi, quasi quendam gressum  
 orationis efformant, motumque illius concinnum ac numerosum reddunt.  
 Vel quia quemadmodum pedibus ambulamus, ita et versus quibusdam quasi  
 pedibus incedere videtur. Vel quia pedibus eo modo versus metimur,  
 quo nos pedibus spatia. Metimur enim versum heroicum, et dicimus sex  
 pedum esse: metimur sapphicum, et dicimus quinque pedum esse: et cae-  
 teros. Huc respiciens Quintil. 1, 12, 3 Ne pes quidem otiosus cer-  
 tam legem temporum seruat. Pedum ictus Idem 9, 4, 5. et Mo-  
 dulatione 1, 6, 2. Heroici pedes tres, dactylus, anapaestus, et spon-  
 deus Cic. de Orat. 3, 180 c. 47. Pes non videtur excedere tres Syl-  
 labas Quintil. 9, 3, 79 ubi enarratio pedum. Add. 9, 4, 20. Citus  
 pes, Iambus Hor. de Arte Poët. 252, ubi pro toto genere capitur versu-  
 um iambicorum. Sic v. 80 Hunc focci cepere pedem. Add. Bentl. ad  
 Epist. 1, 19, 23. Moderatione quadam certa numerorum et pedum  
 restrictus histrio Cic. de Orat. 1, 254. Claudere verba pedibus Hor. 20  
 Serim. 2, 1, 28. Certo pede differt sermoni sermo merus Idem ib.  
 1, 4, 47. Incomposito pede currunt versus Idem ibid. 1, 10, 1.  
 Hor. Carm. 4, 6, 35 Lesbium seruare pedem, meique Pollicis ictum.  
 i. Carmen Lyricum. Musa per vndenos emodulanda pedes Ouid.  
 Amor. 1, 1, 30 i. carmen elegiacum. Affines bis sunt Pedes in palaestra 25  
 Quintil. 9, 4, 8. ¶ 12. Pes etiam dicitur, foedum capitis  
 animal, a multitudine pedum. Varr. de R. R. 3, 9, 14 E capite et e  
 collo eorum crebro eligendi pedes. de pullis. Plaut. Curc. 4, 2, 14 Item  
 genus inter homines meo quidem animo, ut muscae, culices, cimices,  
 pedesque pulicesque laudat h. l. Festus voc. Pedibus obstitum, id  
 est pediculis: et Liuium in Gladiolo, Pulicesne, an cimices, an pe-  
 des, responde mihi? Et Lucil. Vbi me vidit, caput scabit, pedes  
 legit. Sed audiamus etiam Non. 3, 180 P E D I S, quem nos pedicu-  
 lum dicimus, generis Masculini est. Nouius, Est pedis vnus ingens  
 in naso. Feminini, Plautus Vidularia, Vbi quamque pedem vide-  
 bat, suffurabatur omnis. ¶ 13 Soleam siue aream pes signi-  
 ficat. Varro de L. L. 4, 19 p. 25, 14 Standi fundamentum pes, a quo  
 dicitur in aedificiis area pes magnus, et qui fundamentum instituit,  
 pedem ponit. Pes magnus idem, qui alias constratus vocatur, ob-  
 seruante ad Varronem Scaligero. Planum est, quod Graeci ἐπιπέδον  
 appellant, nos constratus pedes Auct. de Limitib. p. 31. ibid. p. 30  
 agitur: de pede porrecto s. prostrato, et de solido s. quadrato. Riguis  
 humili pede condita pratis Compensat celsi bona naturalia montis  
 Aufon. Mosella v. 327. i. humili situ. Exiguae saepe areae in mul-  
 tos vsus describitur arte patuere, et quamuis angustum pedem dispo-  
 sitio fecit habitabilem Sen. de Tranqu. An. c. 10. Huc referimus  
 Solin. 14 (8) Quoniam Meliboea in hoc pede computatur i. Salmasio  
 interprete in hoc tractu. Et c. 30 (27) pr. Omnis Africa a Zeugitano  
 pede incipit, Salm. limitem interpretatur. Certam mensuram, ut n.  
 10 et 11 hic respici, certe nomen hinc ortum, probabile est. ¶ 14  
 Pes est massa vinaceorum, quae sub prelo est, vel oliuarum adeo. De  
 his Plin. 15, 1 f. 2 ubi exilibus regulis pede incluso exprimi oleum, do-  
 cet. Idem Plin. 18, 31 f. 94 Pressura vna culeos viginti implere de-  
 bet. Hic est pes iustus. Ad totidem culeos vna capiendos et lac-  
 us aptus esse debet Pes iustus igitur tantum est acinorum, quantum  
 uno torculo simul potest exprimi. Colum. 12, 43, 10 Pes vinaceorum  
 bene prelo expressus proruitur. Et 12, 19, 3 Antequam prelo pes exi-  
 matur. Idem 12, 36 Pede circumciso tortium mustum exprimitur.  
 Pallad. Oct. 21 Mustum de sub pedibus raptum. Videtur in hoc etiam  
 intellectu Pes pro mensura certa sumi. ¶ 15 Tandem ob qua-  
 lemunque similitudinem. Pes milui, Herba quaedam dicitur. Co-  
 lumel. 12, 7, 5 Cymam, caulem, capparim, pedem milui, puleium,  
 digitellum compluribus diebus sub tecto sicari dum flaccescat: et tum  
 eodem modo condiri conuenit. Paulo ante dixerat, Battis, et eius  
 coliculum, qui Miluinus pes appellatur. Etiam Pes gallinaceus,  
 vel Pedes gallinacei, Herba. Plin. 25, 13 Capnos prima, quam pedes  
 gallinaceos vocant, nascens in parietinis et sepibus, ramis tenuissimis  
 sparsisque, flore purpureo.

PEDICVLVS, i. m. Dimin. [πυδύλλος] Paruus pes. Plin. 9, 28  
 Mollia sunt, loligo, sepia, polypus, et caetera eius generis. His ca-  
 put inter pedes et ventrem, pediculi octoni omnibus. ¶ 2  
 Pediculi vocantur, Quibus fungi, pira, mala, et huiusmodi sustinentur,  
 qui etiam Petioli. Plin. 22, 23 Tutiores fiunt fungi cum carne cocti,  
 aut cum pediculo piri. Ficorum pediculi Columel. 12, 15. Idem  
 12, 44 Deinde sereno caelo Granata leguntur cum suis pediculis. Po-  
 morum pediculi Idem 12, 45. Plin. 15, 28 Dependent alia pedicu-  
 lis, ut pira. Alia racemis, ut vuae, palmae. Alia et pediculis et  
 racemis, ut ederae, sambuci. Vuarum pediculi Columel. 12, 43, 1.  
 ¶ 3 Pediculis argenteis adiecta signa acnea l. 32 pr. ff. de auro arg.  
 leg. quid sint, non liquet: vid. Bynkersh. Obs. 4, 23. ¶ 4 Pe-  
 diculus, [φύλαξ] Vermis in capite hominis, item in caeteris animalibus,  
 Columel. 8, 7 Pluma omnis e capite, et sub alis atque clunibus deter-  
 getur. Illic ne pediculum creet: hic ne stercore loca naturalia exul-  
 ceret, de gallinis. Vid. Celsus 6, 6, 15.

PEDICELLVS, i. m. Aliud Diminut. Minutus pediculus. 85  
 Petron. Fragm. Tragur. c. 57 In alio pedicellum vides: in te ricinum  
 non vides?

PEDICŌSVS, siue PEDICVLŌSVS, a, um. Adi. [φθηγιών  
 Onom. Vet.] Pediculis plenus. Festus Pedicosum profert ex Titinnio,  
 voc. Pedibus obstitus. Scaliger vocem noui improbat: sed in loco Ti-  
 tinnii Paedidosum fuisse putat, v. v. Martial. 12, 59 Hinc menti  
 dominus pediculosi.

PEDICVLO, are. Pediculos venari. Gloss. Vet. Pediculo, φθηγιζω.  
 PEDICVLATIO, ōnis. f. φθηγιασις Gloss. Gr. Lat.  
 PEDICVLARIS, e. Adi. Quod ad pediculos pertinet. Vnde, 9  
 Pedicularis morbus, quo corpus pediculis scaet. Hunc morbum Graeci  
 phthiriasim appellant; nam phthira pediculum dicunt. Herba pedi-  
 cularis, quae et Staphisagria et Pituitaria dicitur. Columel. 6, 30.  
 Scribon. 207.

PEDICVLARIA, ae. f. Herba. Scribon. Larg. Composit. 8 10  
 σκπίδος ἀγρῆος, quam herbam pediculariam, quod pediculos necat, qui-  
 dam appellant. Eadem repetit c. 166 et 167.

PEDICVLARIVS, i. m. Qui scabella vel cymbala pedibus per-  
 cutit. Gloss. Lat. Gr. Pedicularius, συντονάριος.

PEDIŌLVVS, i. m. [πυδύλλιον] Paruus pes. Afranius, Atque 10

adeo nolo nudo pediolo es pus. *Alii, quos Mercerius sequitur, Pediculus Non. 2, 699.*

**PEDVCVLATIO, PEDVCVLOSVS, PEDVCVLVM**  $\Phi\delta\alpha\epsilon$ , **PEDVCVLVS**, sunt in Gl. Cyr. pro pedic. nisi quod Pediculum etiam Neuro genere admisisse auctor videtur.

**PEDVSCVLVS**, i. m. [ $\pi\omicron\delta\upsilon\phi\iota\alpha\nu$ ] *Paruus pes.* Plin. II, 10. Si cooriatur procella, apprehensis pedusculo lapillis se librant. *Vetus exemplar legit, Apprehensi pondusculo lapilli, etc. quae lectio hodie obtinet.*

**PEDVNCVLVS**, i. m. *Pedunculus maris* Plin. 32, 7. i. *vermis marini genus.* Al. *Pediculus.*

**PEDVNCVLARIA**, ae. f. *Herba eadem, quae Pedicularis.* Marc. Emp. c. 1.

**PEDA**, ae. f. [ $\iota\chi\nu\omicron\varsigma$ ] *Pedam (inquit Fest.) Vestigium humanum, praecipue pedis, appellasse antiquos in commentariis quibusdam inueniri solet.*

**PEDAGIVM**, i. n. *In Glossis est vestigialis genus, quod propter transitum penditur.* Conf. Ict.

**PEDALIS**, e. Adi. [ $\pi\omicron\delta\iota\alpha\iota\omicron\varsigma$ ] *Quod est pedis: ut, Pedale spatium, etc.* Varr. de R. R. 3, 5 *In fimo intra falere est stagnum cum margine pedali.* Caes. Bell. Gall. 3, 13 *Transstra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clavis ferreis, digitis pollicis crassitudine.* Ligna Caes. B. C. 2, 2. *Longitudo Colum. 8, 3.*

**PEDALE**, is. n. *Soculus, qui pedi induitur.* Petron. c. 56. *Sed locus est obscurus. Sunt, qui pedulem legunt, et fasciam intelligunt.*

**PEDALION**, i. n. *Herba, alias Proserpinaca* Apul. de Herb. c. 18.

**PEDAMEN**, inis, et **PEDAMENTVM**, i. n. [ $\chi\acute{\alpha}\rho\alpha\zeta$ ] *Sustentaculum quod arbusculae adhibetur, vel etiam vitibus ad eas muniendas et fulciendas.* Plin. 17, 20 *Castanea pedamentis omnibus praefertur.* Conf. Idem 14, 1. *Columel. 4, 30 Pedaminum iugorumque et viminum prospiciendorum tradenda ratio est.* Add. ibid. c. 15.

**PEDANEVS**, a, um. Adi. *Idem est, quod Pedalis.* Columel. 5, 6 *Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem pedanea scrobem vitibus comparat.* Conf. Pallad. Maio t. 11.

**PEDANEVS**,  $\chi\alpha\pi\alpha\iota\delta\iota\kappa\alpha\varsigma$  Gloss. Lat. Gr. *Qui a praefide constituitur, ut minora iudicia discernat: quod is magistratus non utatur sella curuli infimi viri subsellii.* Paull. Sentent. 5, 28 *Iudices pedanei si pecunia corrupti dicantur.* Vet. Int. qui ex delegatione causas audiunt.

**PEDANEVS**, in l. 1 §. *Item Senatusconf. D. de postulando, Item Senatusconsulto etiam apud iudices pedaneos postulare prohibetur, calumniae causa publico iudicio damnatus.* Add. Vlp. 2 ff. t. 7 l. 3 §. 1. Paull. 48 ff. t. 19 l. 38 §. 10. *Tit. C. de iudicibus pedaneis; et Nouell. 82.*

**PEDANEVM**, i. n. *Scabellum.* Firmic. l. 5 *Sub pedaneum pedum.*

**PEDARIVS**, i. m. *Pedarii dicuntur, Qui in Senatu sententiam non dicunt voce, sed ab alio dictam comprobant, mouentes se loco, et in partem eius qui dixit, ambulantes; propter quod qui ita faciunt, ire in sententiam pedibus dicuntur, et ab actu transeundi pedibus in aliena sedilia, pedarii sunt appellati.* Cic. Att. 1, 16 *Est illud S. C. summa pedariorum voluntate, nullius nostrum auctoritate factum. Et epistola sequente. Et raptim in eam sententiam pedarii concurrerunt. Nemp.*

**PEDARIVS**, a, um. Adi. *Festus, Pedarium Senatorem significat Lucil. quum ait, Agipes vocem mittere coepit. Qui ita appellatur, quod tacitus transeundo ad eum, cuius sententiam probat, quid sentiat indicat. Caput sine lingua pedaria sententia est Laber. apud Gell. 3, 18 ubi plura de hac re.* Add. Tac. Ann. 3, 65, 2.

**PEDEPRESSIM**. Adu. [ $\beta\acute{\alpha}\delta\eta\nu$ ] i. *Nonio interprete, Cautely, lenta et tarda itione,* 1, 119.

**PEDES**, itis. m. *Qui pedibus rem agit.* Curt. 8, 1, 18 *Sciutere, ne pedes venaretur.* Errat pedes in alta silua Ouid. Met. 14, 364.

**PEDES**, in Virg. Aen. 6, 880 *Non illi se quisquam impune tulisset Obuius armato, seu cum pedes iret in hostem, seu spumantis equi foderet calcariibus armos.* *Pedes est etiam Miles, qui pedibus militiam exercet.*

**PEDES**, in Caes. Bell. Gall. 8, 36 *Equitatum omnem Germanosque pedites summae velocitatis omnes ad castra hostium praemittit. Plus penes peditem roboris Tac. Germ. 6, 6.*

**PEDES**, in Equite nudata erat Punica acies, cum pedes concurrat Liu. 30, 34 pr. *Leuis armaturae pedites Caes. B. G. 2, 24.*

**PEDES**, in Acies peditum Tac. Ann. 4, 24. *Cateruae peditum Hor. Epist. 2, 1, 120.*

**PEDES**, in Nimbus peditum, *Densa multitudo* Virg. Aen. 7, 793. *Armatus pedes Idem ib. 6, 516.*

**PEDES**, in Contrahere copias peditum et equitum Cn. Magnus Domitio Att. 8, 12. *Obtruncat peditem pedes Virg. Aen. 10, 751.*

**PEDES**, in Cernis, et in filius spatiosa cubilia rutro *Antraque demissis pedites fodisse latebris Seuerus in Aetna v. 139. i. qui militare opus faciunt, aggerem, fossas: vid. Scaliger ad l. c.*

**PEDITO**, are.  $\pi\epsilon\zeta\iota\omega$  Gloss. Gr. Lat.

**PEDITATVS**, us. m. [ $\tau\omicron\delta\ \pi\epsilon\zeta\iota\omega$ ] *Peditum copiae.* Magna multitudo peditatus equitatusque coacta Caes. B. G. 4, 34. *Cicer. Philipp. 5, 6 Tu ciuem sceleratum et perditum Gallorum et Germanorum exercitu pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues? Equitatu et peditatu paratus Cic. Fam. 15, 4.*

**PEDITATVS**, in Armatura varia peditatus, et equitatus Idem ib. 7, 1.

**PEDESTER** et **PEDESTRIS**, e. Adi. [ $\pi\epsilon\zeta\iota\delta\iota\kappa\epsilon$ ] *idem quod Pedes.* Equitibus profligatis, *pedester exercitus pacem petiit Nep. 18, 4, 3.*

**PEDESTER**, in Apulcius, *Qui modo in exercitum profectus est pedester.* Martial. 1, 28 *Abnuat in liquidis ire pedester aquis.*

**PEDESTER**, in Pedestria auspicia nominabantur, *Quae dabantur a vulpe, lupo, serpente, equo, et caeteris animalibus quadrupedibus.* Festus Paulli.

**PEDESTER**, in Acies pedestris, *vid. ACIES.* Copiae pedestres Cic. de Finib. 2, 112. *Add. Curt. 4, 7, 3. apud Nep. 7, 8, 2. et 12, 2, 3. opponuntur nauilibus.*

**PEDESTER**, in Iter pedestre, i. *Terrestre* Caes. Bell. Ciu. 2, 32. *Hirt. B. Alex. c. 26. Pugna Virg. Aen. 11, 709.*

**PEDESTER**, in Pugnae pedestres nauales Cic. de Senect. 13. *Conf. Tac. Ann. 12, 57, 2.* *Scutum pedestre Liu. 7, 10.*

**PEDESTER**, in Statua aenea pedestris vel equestris Cic. Philipp. 9, 13.

**PEDESTER**, in Oratio pedestris, *dicitur cum relatione ad cothurnum tragicum, vel ad Pegasum illum, et volatum Poeticum, quoties vel soluta plane numeris, Poeticis pariter et oratoriis, fertur, vel adstricta quidem numeris, nihil tamen supra quotidianum sermonem tollitur.*

**PEDESTER**, in Quinctil. 10, 1, 81 *Philosophorum quis dubitet Platonem esse praecipuum, siue acumine differendi, siue eloquendi facultate diuina quadam et Homericam? multum enim supra profam orationem, et quam pedestrem Graeci vocant, surgit: ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus.*

**PEDESTER**, in His verbis (ait Budaeus in quadam epistola ad Salmonium Macrinum) *Profam et Pedestrem orationem eandem esse intelligo: ita ut et coniunctio sit  $\mu\beta\epsilon\iota\omega\nu\ \delta\iota\alpha\sigma\alpha\phi\eta\tau\iota\kappa\alpha$ .*

**PEDESTER**, in Siquidem Graeci  $\pi\epsilon\zeta\iota\omega\ \lambda\beta\gamma\omega\nu$  *profam orationem vocant, quasi peditem*

ditem sermonem, et *πεζολόγος* historicos. Neque vero id vocabulum a pedibus metricis inditum est, sed aliquid humile submissumque denotat significatione praecipua, nisi fallor, quasi dicas humi gradiens, quodque nec carminis sublimitate vehitur, nec figurata numerosaque oratione nititur: etiamsi in uniuersum usurpari soleat pro omni oratione soluta lege carminis. Sed humilitas ista et submissio intelligenda mihi videtur in pronuntiatione, ac vocis temperamento, magis quam in structura aut elocutione: tum quidem certe quum profam orationem in uniuersum hoc vocabulo significamus. Argumentum huiusce opinionis, illud Hor. in Arte Poët. 95 esse potest,

Interdum tamen et vocem Comoedia tollit,  
Iratuque Chremes tumido delitigat ore:  
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.

Simul illud Luciani, *ἀτραυλώδητά τε πάντα; καὶ περὶ καὶ δημοτικὰ, καὶ τῦφος εἰδὲ ἄς.* ac si dicas, Nihil autem tibi tragoediae simile, sed pedestria omnia populariaque, citra fastum prorsus et elationem. Haecenus ille. Nam carmen suis numeris quasi equis iunctis tollitur, celeriusque incedit oratione prosa in uniuersum: utpote quum ipsa prosa intra sermonis pronuntiationem cohibeatur, etiamsi sit grandiloquentior, ac suapte ipsa gravitate sublimis, neque enim in canticum effertur ut Poëma. Sunt alioqui Profae orationis duo genera eodem Fabio auctore, quum 11, 2 ita scripserit, Etiam quae bene composita erunt, memoriam serie sua ducent. Nam sicut facilius ediscimus versus, quam profam orationem, ita profam vinctam, quam dissolutam. Quibus verbis intelligimus, Pedestrem orationem non esse proprie orationem numeris vinctam aptamque oratoriis, et ita compositam, ut fastigium sermonis excedat: qualis est Platonis, cuius supra meminimus. Haec Budaeus. Porro illud Horatianum, Sermonem pedestri, Ianus Parrhasius exponit, Humili, Comico, comparatione equestris. Cic. in Orat. 67 Itaque video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatus feratur, et clarissimis verborum luminibus vtatur, potius Poëma putandum, quam Comicozum Poëtarum: apud quos, nisi quod verficuli sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Terentian. de Cretico,

Optimus pes et melodis, et pedestri gloriae  
Plurimum orantes decebit, quando paene in ultimo  
Obtinet sedem, beatam terminet si clausulam  
*Δάκτυλος, σπονδαῖος* imam: nec *τροχαῖον* respuo.  
Plenus tractatur istud arte prosa rhetorum.

Idem de carmine Iambico,

Sed qui pedestres fabulas focco premunt,  
Vt quae loquuntur sumta de vita putes, etc.

Pedestres fabulas, i. Quae pedestri orationi seu prosae esse videntur simillimae. Vnde Priscianus de Versibus Comicis tradit, multos iudicasse Comoedias non constare versu. Cic. in Orat. 184 Comicozum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, vt nonnunquam vix in his numerus et versus intelligi possit. Asmonius apud Priscian. de metris Comicis p. 1321 Comici Poëtae laxius etiam in versibus, quam tragici, spatium dederunt: et illa quoque loca, quae proprie debebantur Iambo, Dactylicis occupant pedibus, dum quotidianum sermonem imitari volunt, et a versificationis obseruatione spectatorem ad actum rei conuertere, vt non fictis, sed veris affectionibus interesse videantur. Hor. Serm. 1, 4, 47

Neque enim concludere versum

Dixeris esse satis: neque si quis scribat vti nos  
Sermoni propiora, putes hunc esse Poëtam.  
Ingenium cui sit, cui mens diuini, atque os  
Magna sonaturum, des nominis huius honorem.  
Idcirco quidam Comoedia, nec ne Poëma  
Effet, quaesiuere, quod acer spiritus ac vis  
Nec verbis, nec rebus inest, nisi quod pede certo  
Differt sermoni, sermo merus.

i. Nisi quod sermo pure prosaicus differt a sermone comico, certo pede, id est metri genere: quod tamen nihil obstat, quo minus oratio sit pedestris, et sermo potius quotidianus, quam meditata et sublimior oratio. Hor. Carm. 2, 12, 9

Tuque pedestribus

Dices historiis praecia Caesaris  
Maecenas melius.

Hor. Serm. 2, 6, 17

Ergo vbi me in montes, et in arcem ex Vrbe remouit,  
Quid prius illustrem fatiris, Musaque pedestri?

Pedestri, non quod pedibus stet vt inepte Acron. sed Familiari et humili Musa. Sermo pedestris Hor. de Arte Poët. 95.

PEDE TENTIM. Adu. [*βάδην, κατὰ πόδας*] Compositum a Pede, et Tento, tentas, et primo hoc videtur significasse, si quis praetentaret pede, ante quam firmum vestigium poneret. Cato apud Charif. 2 p. 190

Eam ego viam pedetentim tentabam. Deinde cautionem indicat non calide nimis et propere, sed moderate et tarde agentis. Cic. Off. 1, 120 c. 33

Eam imitationem si tempora adiuuabunt, facilius commodiusque faciemus: sin minus, sensim erit, pedetentimque facienda. Sic pro Quint. 51 c. 16

Timide tamen et pedetentim illuc descendunt. Ter. Phorm. 3, 3, 19 Di bene vertant quod agas, pedetentim tamen.

Donat. Pedetentim, Caute, a pedibus tentando. Cic. Fam. 9, 14

Legi enim concionem tuam, nihil illa sapientius: ita pedetentim et gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus. Accedere pedetentim ad aliquam causam Auctor ad Heren. 1, 9. Dicere caute pedetentimque omnia Cic. pro Cluent. 118 c. 42.

Ingressi pedetentim in defensionem Idem de Inuent. 1, 24. Progredientes pedetentim Lucret. 5, 1452. Alia Ciceronis et Lucilii exempla habet Charif. l. c.

PEDICA, ac. f. [*ποδοπέκη*] a Pede, significat Laqueum, quo pedes illigantur. Virg. Georg. 1, 307 Tunc gruibus pedicas, et retia ponere ceruis. Retia cum pedicis laqueique, artesque dolosae

Ouid. Met. 15, 473. Alligari nuptialibus pedicis Apul. Met. 6 p. 182. Capta pedicâ iumenta Liu. 21, 36 extr.

PEDICINVS, i. m. [*ποδάριον*] Pes torcularis, quo arbores statuuntur in eius fundamento. Cato c. 18 Ibi foramen pedicinis duobus facito: ibique arbores pedicino in lapide statuito. Vid. Turneb. Aduers. 7, 25.

PEDICVLARIS, PEDICOSVS, PEDICVLVS, PEDIOLVS, vid. supra post PES.

PEDISEQVVS, vel PEDISSEQVVS, i. m. [*ἀπόλατος, δερῶπων*] Qui dominum sequitur. Plaut. Mil. 4, 2, 18 Pedisequus tibi sum. Cic. Att. 2, 16 Quae mihi videtur vna concioncula, clamore pedisequorum nostrorum esse peritura. Conculcari hunc a pedisequis



iussit Cic. pro Domo suo c. 42. Semper Cimonem pedisequi cum  
numis sunt secuti Nep. 5, 4, 2. Add. Id. 25, 15, 3.

PEDISEQVA, vel PEDISSEQVA, (priorem scripturam probat Schurzfleisch. Orthogr. Rom. p. 48) ac. f. [Ἰεροποιός] Quae dominam sequitur. Ter. Andr. 1, 1, 96 Accedo ad pedisequas: quae sit rogo. Vna tantum S Faernus et Bentl. scribunt. Cic. de Orat. 1, 236

Sed quia saepe vitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istam iuris scientiam, eloquentiae tanquam ancillulam, pedisequamque adiunxisti. Puerorum pedisequa Auctor ad Heren. 4, 66. Virtutis  
pedisequae sunt diuitiae Auctor ad Heren. 4, 21 c. 14.

PEDITATVS, vid. PEDES.

PEDO, ōnis. m. [παιδίον Gloss. Gr. Lat.] Vid. supra f. l.

PEDO, āre. [παίδω] Veteres pro Ire dixerunt. Vnde Repedare, de quo f. l.

2 Pedare, [χαράκην] est etiam Sustentaculum viti addere, aut alteri arbusculae: ex quo vineae huiusmodi Pedatae dicuntur. Columel. 4, 12 Putationem sequitur iam pedandae vineae cura. Plin. 17, 21 Aut pedatae simplici iugo.

PEDATVS, a, um. Partic. Fustus. Vitis pedata Plin. 17, 21. Item Pedibus valens. Suet. Othon. c. 12 Fuisse traditur male pedatus scambusque.

PEDĀTIM. Adu. Plin. 11, 45 Leo et camelus pedatim gradiuntur, non subsultim.

PEDĀTVS, ūs. m. Accessus per pedem. Plaut. Cist. 2, 1, 50 Nisi pedatu tertio omnes afflixero, i. Impetu, incurfu. Vid. Parei Lex. Critic. p. 980. et Non. 1, 325.

PEDATIO, ōnis. f. [χαράκωσις] Actio pedantis vitem. Columel. 4, 11 (12) Idque iugum intra quartum pedem conueniet alleuari, dum se vinea corroboret in pedationem.

PEDATŪRA, ac. f. Spatium certo numero pedum finitum, et ipsa mensuratio per pedes. Frontin. de Colon. p. 333 Numero pedaturae sunt limites constituti. Add. ib. p. 338 et 358. Vid. Goesii Indic. et Rigalt. Gloss. Agrimens. p. 314.

PEDŪLIS, e. Adi. Vt, Fasciae pedules, Quibus inuoluuntur aut vestiuntur pedes. Vlpian. D. de aur. arg. mundo, etc. legat. l. Argumento sunt, Fasciae crurales, pedulesque, et item pilea vestis loco sunt: quia partem corporis vestiunt. Turnebus Pedules interpretatur Calceos: ut in regula Benedictinorum, Indumenta pedum, pedules et caligas. Iterum, Et pedules, et quodcumque est vetustum reddant, dum accipiunt nouum. Reperi in veteri lexico, Pedules esse Operimentum pedum. Haec ille.

PEDŪLE, is. n. Soccus. Lamprid. in Alexandr. c. 40 Pedulibus semper vsus est. Vid. ibi Salmas. Sic etiam ap. Fest. pro Pedulla legendum videtur Pedulia.

PEDŪM, i. n. [λαγώβολον, καλαίβρωψ] Baculum incuruum, quo pastores vtuntur ad comprehendendas oues aut capras pedibus, cuius meminit etiam Virgilius in Bucolicis (Ecl. 5, 88) At tu sume pedum. Sed in eo versu qui est in Iphigenia Ennii, Procede gradum proferre pedum, nitere, cessas? id ipsum Iaculum significari, quum ait Verrius, Mirari satis non possum: quum sit ordo talis, et per eum significatio aperta, Gradum proferre pedum cessas? nitere. Haec Festus. Pedum Formosum paribus nodis atque aere Virg. l. c. Praeterea non videtur obseruatum: nisi in Gl. ubi redditur καλαύρωψ, ποιμενική ῥάβδος, λαγώβολος.

PEDVSCVLVS, vid. supra post PES.

PESCENNIVS, Romanae gentis nomen v. g. Cic. Fam. 14, 4 Pescennius est perbeneuolus nobis, quem semper spero tui fore obseruantem.

PESCIA, orum. n. in Saliari carmine Aelius Stilo dici ait Capitia ex pellibus agninis facta, quod Graeci vocant pelles πέσκη, Neutro genere Pluraliter Pestus.

PESESTAS, ātis. f. dicebatur Pestilentia Festus Pauli. Verba Festi, Pestestas inter alia, quae interpretatores (edit. Rom. inter precatationes) dicunt, cum fundus lustratur, significare videtur pestilentiam, vt intelligi ex caeteris possit, cum dicitur, Auertas morbum, mortem, laber, nebulam, impetiginem. Pestestas autem vel Perestis fuisse videtur viris doctis a percedendo: vel formatum nomen vt Tempestas, Pestestas.

PESSARIVM, vid. PESSI.

PESSI, orum. m. [προδύματα] dicuntur Medicamenta, quae in vellere, naturalibus mulierum apponuntur, Graece πρόδεται dicuntur. Quae enim per anum, clysteres: per collum matricis, pelli sine pessariū appellantur. Cels. 5, 21 Sed alia quoque vtilia sunt, vt ea, quae feminis subiciunt: πέσσις Graeci vocant. Eorum haec proprietates est:

Medicamenta composita molli lana excipiuntur: eaque lana naturalibus conditur. Latinis literis aliquoties scribitur in lemmatis huius capituli. Pessus nomen habere putatur a pello, id est ialo, ad cuius fit similitudinem. Paull. tamen 3, 61 Lanam concerptam, et ad digiti figuram rotundam factam, in qua pharmaca excipiuntur, ac contineantur, pessum appellari ait. Conf. Apul. de Herb. c. 121. Reines. ad Petron. Fragm. p. 109.

80 Dicitur et Pessarium.

PESSARIVM, i. n. Lineum medicamento illitum in digiti formam. Theod. Priscian. 3, 5.

PESSIME, PESSIMVS: vid. MALVS. Adiect.

PESSINVS, untis. f. [Πεσσινός] Emporium Phrygiae habens templum maximum, (vt inquit Strab. 12) magnae venerationis Matris deum, quam Agdestin vocant. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est, et templo et porticibus ex albo lapide Romani celebre reddiderunt, accersita inde deae statua, et Pessinuntia appellata. Pessinuntem Dindymenen et Cybelen vocant, ait Ptolem. 5, 4. Ibi Gordicus nodus est ab Alexandro rescissus. Sedem domiciliumque Matris deorum Pessinuntem vocat Cic. de Arusp. Resp. 28.

PESSINVTIVS, a, um. Adi. [πεσσινέντιος] Cic. pro Sext. 56 Lege Tribunicia Matris Magnae Pessinuntius ille sacerdos expulsus et spoliatus sacerdotio est, etc.

PESSINVTIA, ac. f. Dea Cybele, deum mater, quam ex Graecia Romam admiranda religione translutam est notum. Eius historiam vide apud Herodian. Hist. 1, 11. Arnob. aduersus Gentes 2. Lilius quoque 29, 10 et 11. et Ammianus Marcellinus 21 scribunt de Pessinuntia.

PESSŪLVS, i. m. [βλήτρον] Instrumentum, quo ostium clauditur. Ter. Heaut. 2, 3, 37 Anus foribus obdit pessulum: ad lanam redit. Est Graecum πάσσαλος s. πάτραλος. Vid. OBDO. et Muret. Var. Lect. 12, 9. Casaub. ad Aen. Taet. p. 52.

PESSVM. Adu. [πάτω] Deorsum, quasi ad pedes, vel sub pedibus. Vnde, Pessum premere Plaut. Most. 5, 2, 49. Idem Aul. 4, 1, 102

*Vt toleret, ne pessum abeat.* Delicere pessum aliquem de opibus Apul. Met. 5 p. 163. Aetate pessum acta Lactant. 1, 11, 46. Dedit tellus pessum cacumina Lucan. 5, 616. Columel. 12, 6 *extr.* Nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innabit, maturam. *Conf.* Sen. Q. N. 3, 25. Sidere Lucan. 3, 674. Lucret. 6, 588 Multae per mare pessum Subfedere suis pariter cum ciuibus vrbes. Lucret. 6, 588. *Conf.* Boeth. 5 Metr. 5. Pessum ituros Italiae campos Tacit. Ann. 1, 79, 3. *Per translationem,* Plaut. Cist. 2, 1, 12 Frangit amantem animum: neque, nisi quia miser non eo pessum, mihi vlla abest iam perdito pernicies. *i. Pereo.* 10 *Vid.* Plin. 14 in prooemio.

**PESSUMDO**, *f.* **PESSUNDO**, dēdi, dātum, āre. [*καταπατίω*] *Pedibus calcare, perdere.* Ter. Andr. 1, 3, 3 Quae si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt. Pessundedisti me blandimentis tuis Plaut. Rud. 2, 6, 23. Cuncta Ouid. Trist. 3, 5, 45. Iracundiam Plaut. Merc. 3, 2, 6. Pessundare, dicitur mula excussoria, quae cessorem deorsum excutit. Paulus in l. Bouem, D. de Aeditit. edi. Bouem, qui cornu petit, vitiosum esse plerique dicunt: item mulas quae pessundant. *Alii legunt,* Quae cessim eunt.

**PESSUMDATVS**, a, um. Partic. Animus ad inertiam et voluptatem corporis pessumdatum Sall. Jug. 1, 4. *al. diuisim.* *Vid.* Cort. ad b. l. ¶ 2 *Metaph.* Hoc miror enim querorque, quemquam hominem ita pessundare alterum verbis velle, vt etiam nauem perforet, in qua ipse nauiget. Cic. ap. Quinct. 8, 6, 47.

**PESSVS**, *vid.* **PESSI**.

**PESTIS**, is. *f.* [*λοιμὸς, Πόρος* Gl.] *Morbus contagione totos populos infestans, et quidquid publice, aut pluribus, aut vehementer certe noxium perniciosumue indicare volumus.* Plaut. Amph. 2, 1, 33 Pests te tenet. *Pluraliter.* Plin. 2, 7 Inferis quoque in genera descriptis, morbisque, et multis etiam pestibus, dum esse placatas trepido metu cupimus. *de DIs loquitur.* Mutandae regiones, quod in omnibus morbis et pestibus fieri debere censemus Colum. 7, 5. Et

minuere auidae mortis contagia pestes Sil. 14, 623. *Conf.* Drakenb. ad Sil. 14, 582. Pests, aliquando de Homine dicitur, qui alios corrumpit, et damna infert. Ter. Adelph. 2, 1, 35 Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, periurus, pests. Pests in amicitia pecuniae cupiditas Cic. de Amicit. . . . It. adulatio ib. c. 25. Amicitiae nostrae pests Catull. 75, 6. Quaedam pestes hominum Cic. Fam. 5, 8, 3. Sic Malae Mulieres dicuntur Pests teterrimaeque furiae Apul. Met. 5 p. 164. Add. Id. Apol. p. 334. Ciuitatis

pestis ac pernicies Cic. pro Rabir. 2 c. 1. Idem de Arusp. Resp. 4 Cum his furiis et facibus, cum his inquam exitiosis prodigiis, ac paene huius imperii pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. Patriae furia ac pests Cic. pro Sext. 33. Reipubl. funesta pests Cic. pro Domo 5. Pestem de Incendio dixit Virg. Aen. 5, 699 Restinctus donec vapor omnis, et omnes, Quatuor amissis, seruatae a peste carinae. Acerba pests Virg. Georg. 3, 419. Adulta, *vid.* **ADOLEO**. Blanda pests luxuria Senec. Octau. l. 7. Capitalis, *vid.* **CAPVT**. Corporeae Virg. Aen. 6, 737. Peccandi illecebrae a corpore ortae. Fluidae contagia pests Lucan. 6, 89. quae ex fluida cadaueris sante creabatur. Gelidae Lucan. 9, 844. de serpentibus. Improuisor, grauiorque pests fuit Tacit. Ann. 2, 47. Infolita Senec. Herc. Oct. f. 7. Cic. Phil. 6, 12 c. 5 Populi Romani igitur est Patronus L. Antonius? Malam quidem illi pestem! Clamori enim vestro assentior. Nempe intervogante, ut inuidiam faceret, Cicerone, Populo — Antonius? Succlamabat concio circumstant, Malam illi pestem! Noxia serpentum est admisto sanguine pests Lucan. 9, 614. Numerosa Sen. Herc. Oct. f. 12. Textilis pests, *i.* Vestis venenis imbuta, qua periit Hercules. Cic. Tusc. 2, 20 c. 8 Ipse illigatus peste interimor textili. Al. Veste. Vulcania pests, Incendium Sil. 7, 360. *Conf.* Virg. Aen. 5, 699. ¶ 2 *Verborum formulae:* Casteri passim alii alia peste Absumpti sunt Liu. 25, 19. *i.* fame, frigore, submersione etc. Multi eadem peste Absumpti sunt Liu. 25, 26. de pestilentia. Adest noua pests Ouid. Met. 9, 200. Maior vis pests Poenorum castra quam Romana Affecerat Liu. 25, 26. Auertere pestem ab Aegypto Cic. de N. D. 1, 102. Virg. Aen. 3, 620 — Dii talem terris Auertite pestem. Auertendae a populo pests causa Liu. 4, 25. Arcendae pests causa Liu. 5, 14. Concepta aestu, *vid.* **CONCIPIO**. Conferre pestem, *vid.* **CONFERO**. Comprimere Cic. pro Milon. . . . Consumtus a peste, *vid.* **CONSUMO**. Depellere pestem, Mortem Virg. Aen. 9, 328. Depulsi a communi peste fluctus in nosmetipfos redundarunt Cic. de Orat. 1, 3. Descendit toto corpore pests Virg. Aen. 5, 683. Diffundunt rapidam pestem ignes Sil. 17, 93. Euadere belli pestem Virg. Aen. 10, 55. Excaecare pestem Cic. pro Sextio . . . Extinguere pestem. Idem pro Milon. . . . Illigatus peste interimor, *vid.* **ILLIGO**. Importare pestem, *vid.* **IMPORTO**. Incessit pests Columel. 9, 13. Inuadit pests in vitam hominum, *vid.* **INVADO**. Latens ossibus Valer. Argon. 7, 252. Machinari pestem aliquam in omnes, *vid.* **MACHINA**. Machinari sibi nefariam pestem Cic. de Nat. Deor. 3, 67. Meditari pestem alicui Virg. Georg. 3, 153. Minitari Liu. 2, 49. Tam detestabilis pests nulla est, quae non homini ab homine nascatur Cic. Off. 2, 16 c. 5. Hos pests Necuit Enn. ap. Prisc. 9 p. 861. Oppetere, *vid.* **OPPETO**. Apul. Apol. p. 306 Cum illa pests (morbus comitalis) in caput redundauit. Cic. Catil. 1, 30 Hoc autem vno interfecto intelligo hanc Reip. pestem paullisper Reprimi. Plaut. Capt. 4, 3, 3 Quanta perniss pests Veniet? quanta labes larido? Ponitur, ut vidimus, Pests, pro Exitio quouis et malo. Sic Lucret. 3, 348

Ex ineunte aeuo sic corporis, atque animai

Mutua vitales discunt contagia motus, etc.

Dissidium vt nequeat fieri sine peste, maloque.

*Pro venenis* Sen. Med. v. 681 et 720. *Pro morte ipsa* Plaut. Capt. 3, 3, 11.

**PESTILENTIA**, ae. *f.* [*λοιμὸς*] *Idem.* Plin. 7, 50 Qua in re obseruatum in Meridianis partibus, ad Occasum solis pestilentiam semper ire. Caes. Bell. Ciu. 2, 22 Graui etiam pestilentia constitati. Cic. de Diuin. 1, 131 Vt hostiarum immolarum inspicerentur exta: quorum ex habitu atque ex colore cum salubritatis, tum pestilentiae signa percipi, nonnunquam etiam quae sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Animorum labes et pestilentia Gell. 1, 3. Annus infamis pestilentia, *vid.* **INFAMIS**. Eluuiouis, pestilentiae, vastitatis causae Cic. Off. 2, 16. Vastus atque desertus propter pestilentiam ager, et propter sterilitatem incultus Cic. 105

de Lege Agrar. 2, 69. Oratio plena veneni et pestilentiae Catull. ad Fundum 42, (44) 12. Cic. de Lege Agrar. 1, 16 Spolicinus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus aerarium: ut locupletatis aut inuidiae aut pestilentiae possessoribus, agri tamen emantur. Abiit pestilentia, Afferre pestilentiam, Coorta pestilentia, *vid. hb. vv.* Bestiae repentina correptae pestilentia Apul. Met. 4 p. 149. Facere pestilentiam valet quod egerit sus aegra Columel. 6, 5. Incidit pestilentia grauis in urbem, *vid. INCIDO.* Liu. 27, 23, 6. Paterc. 2, 21 *extr.* Post hoc, quum vtrumque exercitum velut parum bello exhaustum Laceraret pestilentia, Cn. Pompeius decessit. Terrere animos pestilentia Cic. de Nat. Deor. 14. Alia genera pecorum quum pestilentia Vexantur Colum. 7, 7.

PESTILENS, entis. Adi. [*λοιμώδης*] Quod pestem infert vel patitur: cui Salubre opponitur. Cic. de Fato c. 4 Inter locorum naturas quantum intersit, videmus alios esse salubres, alios pestilentes. Cic. de Diuin. 1, 79 Et sunt partes agrorum aliae pestilentes, aliae salubres. Africus pestilens Hor. Carm. 3, 23, 5. Cic. de Diuin. 1, 130 Si obscurior quasi caliginosa stella exstiterit, pingue et concretum esse caelum, ut eius Aspiratio grauis et pestilens futura sit. Auaritia Apul. Met. 9 p. 225. Fundus pestilentior Varr. R. R. 1, 4. Inuidia Senec. Hippol. 487. Ventus horribilis atque pestilens Catull. 24 (26) 5. Compar. Cic. Fam. 7, 23 (24) Homo pestilentior patria sua. Annus pestilentior Liu. 4, 21. Superl. Cic. Fam. 5, 16 Grauissimus et pestilentissimus annus. Regiones pestilentissimae Vitr. 1, 4.

PESTILENTIARIUS, a, um. Adi. *Idem.* Tertull. de Spectacul. c. 27 Sedilia hostium Christi, cathedra pestilentiarum.

PESTILENTIOSUS, a, um. Adi. Vlpian. in l. 2 D. Ne quid in loco publ. fiat, Si odore soli locus pestilentiosus fiat. Ex hoc initio pestilentioso caetera sacrilegia sequebantur Augustin. Conf. 5, 10.

PESTIFERUS, a, um. Adi. *Idem.* Cels. 2, 6 Sudor quoque frigidus in acuta febre pestiferus est.

PESTIFER, era, erum. Adi. [*ἐξώλης, ἰσθός, ὀλοφώιος, φθισήνωρ, λολύγιος*] Fulmen pestiferum, Quod mortem aut exilium ostendit, *inquit* Festus. Vomuisse in febre, pestiferum est Cels. 2, 6 Pestifer potu taurorum sanguis Plin. 11, 38. Aër pestifer Claud. de Bell. Gild. 514. Aquae Valer. Argon. 4, 594. Amor Senec. Theb. 1. Arma *Idem* Herc. fur. 11. Auspicia Fest. Bellum pestiferum, Perniciosum, mortem afferens Cic. Fam. 4, 3. et Att. 8, 14. Calor Plin. 7, 50. Ciues Cic. pro Domo 85 c. 32. Exhalatio pestifera auibus Plin. 4 in praef. Et 11, 19 Papilio etiam ignauus et inhonoratus pestifer. Fames Ouid. Met. 8, 784. Fulgur Fest. Gaudium Liu. 1, 58. Ignis Ouid. Met. 8, 477. Manus *Idem* Met. 4, 495. Cic. Philipp. 3, 3 Quum maxime furor arderet Antonii, quumque eius a Brundisio crudelis et pestifer Reditus timeretur, etc.

Rebus a pestiferis et nocentibus refugere Cic. de Nat. Deor. 2, 120. Tribunatus pestifer ac funestus *Idem* pro Domo 2. Venter Ouid. Met. 1, 459 de Pythone serpente. Vipera venenata et pestifera Cic. de Arusp. Resp. 50 c. 24. Virus Ouid. Trist. 5, 2, 14. Vitia pestifera, luxuria, auaritia, crudelitas Cic. de Fin. 3, 75.

PESTIFERE, Adu. [*λοιγίως*] Cic. de Legib. 2, 13 c. 5 Quid quod multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis, quae non magis legis nomen attingunt, quam si latores aliqua concessu suo sanxerunt.

PESTIBILIS, e. Adi. *Attributum ex Peste deductum.* Diocletianus et Maxim. in L. pen. de Aedilit. actionibus, C. Pestibiles herbae letiferae.

PESTILIS, e. Adi. *Idem.* Arnob. 1 p. 11 Possunt nos auris pestilibus enecare.

PESTILITAS, atis. f. [*πείρα*] Apud antiquos legebatur, teste Non. et *idem* est quod Pestis. Lucret. 6, 1123 Haec igitur subito clades noua, pestilitasque. *Add. ib. v. 1096.* Lucil. ap. Non. 2, 684.

PESTILENTVS, a, um. Adi. Pestilenta loca. *Vjus est* Naeu. teste Gell. 19, 8 (7). *Obsoletum.*

PESTIMVS, a, um. Adi. *λοιμοφόρος* Vet. Gloss.

## P E T

PETA, PETAX, *vid.* PETO.

PETALON, s. PETALVM, i. n. [*πέταλον*] Apud Graecos folium est. *Hinc* ¶ 2 Isidor. 19, 2 Petalum vocat auream laminam in fronte Pontificis.

PETALIAE, Insulae in Euripo Euboico, primo fere introitu, numero quatuor Plin. 4, 12. Forte a quacunque folii similitudine dictae.

PETALIVM, i. n. [*πετάλιον, μαλαβάδρινον*] Vnguenti praestantissimi genus ex nardi folio confectum, unde et nomen habet. *πέταλα enim Graeci folia vocant.* Affertur ex Plauto in Curc. 1, 2, 6 Nam omnium odor vnguentum prae tuo nausea est; tu stacte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocum et casia es, tu petalium. Petalium autem Latine Foliatum appellatur. *Alii vero et ipse* Gron. Bdellium.

PETALVRGVS, i. m. Braclitarius. l. 10 C. de excuf. artif. t. 64 l. 1.

PETALVS, i. m. [*Πήταλος*] Nomen vnus ex his, qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati ceciderunt. Ouid. Met. 5, 115 Petalus irridens, Stygiis cane caetera dixit.

PETAMINARIUS, i. m. Firmic. 8, 15 Oriente Delphino, quicumque natus fuerit, natandi studio tenebitur. Sed Saturni testimonio, vrinator erit. cum Marte vero et Mercurio, petaminarius, ephelmator, orciscopalarius, petauristarius, aut certe innata cursus agilitate perspicuus. Athletae, petaminarii, pantomimi Saluian. de Gub. Dei 6 p. 122. Est autem Petaminarius, Qui strenua corporis agilitate

90 saltans volare videtur, a verbo πέταμαι, quod est volo. est enim Graeca origo, sed formatio Latina. Ephelmator nomen habere putatur a tabulis, quae dicuntur ἔλματα, quibus ad saltandum utebatur, ut et Petauristae; nam in tabulis iactu corporis saltans leuitatem et agilitatem ostendebat. Sed al. Ephelmator v. v. Orciscopalarius qui dicitur, cum obscurum

95 fit, coniciunt orchestopalarius, a saltatione et λυκτα, ὄρχησις, saltandi magister. ὄρχησηκή, ars saltandi. πάλη, λυκτα. Sed *vid.* ORCHESTROPOLARIUS.

PETASIO, et PETASO, onis. m. Aut eadem plane res, quae Perna v. v. aut parum diuersa. Varr. de R. R. 2, 4 Optimarum signum, quod etiam nunc quotannis e Gallia apportantur Romam pernae tomacinae, et taniacae, et petasiones. Martial. 13, 55 sub hoc lemmate, Musteus est, propera, caros ue differ amicos: Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

PETASVNCVLVS, i. m. Dimin. Iuuen. Sat. 7, 119 Siccus petasunculus, et vas Pelamidum.

**PETĀSVS**, i. m. [*πέτασος*] *Capitis tegmen, galero persimile, sive ipse Galerus. Viatorum, et Mercurii adeo gestamen.* Arnob. 6 p. 197 Cum petaso gnatus Maiæ (*hic est Mercurius*) tanquam vias aggredi praeparet, et solem pulueremque declinet. Plaut. Amphit. prol. 143 Ego has habebō vsque in petaso pinnulas: tum meo patri autem torulus inerat aureus sub petaso. *Add. ib. 1, 1, 287.* Petasus, fit a Graeco *πέτασος*, quod est extendo: cuius aoristos est *πέτασα*, unde Petasus. ¶ 2 Petasus, per translationem dicitur Quod in galeri formam aedificiis superpositum, extensum, et explicatum est, in metae formam se trahens. Plin. 36, 13 Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, et in medio una, in imo latae pedum sexagenūm quinūm, altae centum quinquagenūm, ita fastigiatae, vt in summo orbis aeneus et petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quae vento agitata longe sonitus referant.

**PETASĀTVS**, a, um. Adi. [*πετασάμενος*] *Qui petaso contra solem et puluerem utitur.* Sueton. in August. c. 82 Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque nonnisi petasatus sub die spatibatur. Cic. Fam. 15, 17 Atque idipsum facerent conmodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent: sed petasati veniunt, comites ad portam exspectare dicunt, i. ad iter parati. Varr. ap. Non. 4, 319 Quid puer rogasset, et petasatus capite annuisset, ac discedens numero venire ait adolescentem. *Conf. P. Victor. V. L. 1, 24.*

**PETASVNCŪLVVS**, i. m. Dimin. *Paruus petasus.* Arnob. aduersus gentes 6 p. 198 Si aliquis Solem tollat, et in Mercurii transferrat sedem: Mercurium rursus arripiat, atque in Solis faciat commigrare delubrum: detque huic radios, Solis capiti petasunculum superponat: quibus modis internocere poteritis vtrumne Sol iste fit, an Mercurius?

**PETAVRVM**, i. n. vel **PETAVRVS**, i. m. [*πέταυρον*] *Quid esset, nondum expeditum est. Quae adhuc dicta sunt, collegit Raderus ad Martial. 2, 85 (al. 86) Cum sit vox Graeca, inde incipiamus. Igitur Nicandro Ther. 197 πέταυρα sunt sedilia gallinarum, ubi quiescunt, Latinis perticae. Similis notio est, cum pro parte decipulae ponitur, bacillo, quo tenditur, struiturque decipula, quo ruente animal capitur. Vid. Hemst. ad Polluc. 10, 156. Antiquissimus Latinorum, qui Petauri meminit, est Lucilius apud Festum, Petauristas Lucilius a Petauro appellatos existimare videtur, cum ait, Sicuti mechanici, cum alto exsiluere Petauro. At Aelius Stilo, quod in aëre volent, cum ait: petaurista proprie Graece, quod ii πρὸς ἀέρα πέτονται. Manil. 5, 438 Adnueres etiam illa licet cognata per artem Corpora, quae valido salient excussa petauro, Alternosque cient motus: delatus et ille Huc iacet, atque huius casu suspenditur ille.*

*Haecenus Petaurum fuerit machinatio quaedam, cuius ope in altum vi- brentur corpora, vt euolent tanquam gallinae ad nidos suos et perticas. Suadent hi versus etiam motus quosdam reciprocos, qualis est puerorum, qui tignum imponunt basi euidam angustae ad aequilibrium fere, et extremis insidentes alternis attollunt se inuicem ac deprimunt. Conuenit Iuvenal. 14, 265 An magis oblectant animum iactata petauro corpora, quique solet rectum descendere funem. Sed Martial. 2, 86 Quid si per graciles vias petauri inuitum iubeas subire Ladam, cursorem egregium: simile quiddam funambulis videtur indicare: forte perticae hic graciles pro funibus. Difficillimus est locus Martial. 11, 22 Lydia tam laxa est — Quam rota transmissio toties impacta petauro. Scaliger ad Manilii l. c. p. 403 ita: Rota in sublimi posita a duobus versabatur. alter superne, alter inferne nitabatur. Ita fiebat, vt alternis deiectione, nunc penderent, nunc erecti sederent. Per eandem rotam etiam corpora contento saltu subiecta traiciebantur. Non satis haec posteriora intelligo: nisi si petaurum pro petaurista fumsit Scaliger, quod suadet emendatio, cum pro im- pacto legi vult intacto: contra omnes libros, vt monet Scriuerius. Deinde si petaurum etiam accipias petauristen; illud quod traiciendum est Annu- lum dicturus aut Orbem, aut Circulum videtur Poëta, non Rotam. Hoc video, describi cauum pyxidis in rota, quod crebro circumactu circa axim, qui hic petaurum est, leue et laxum euaserit, vt non amplius arctetur axis; sed veluti natet in pyxide.*

**PETAURISTA**, vel **PETAURISTES**, ae. m. [*πεταυριστής*] *Qui petauro agilitatem et artem cum periculo ostendit.* Non. 1, 277 Petauristae a veteribus dicebantur, qui saltibus vel schoenis (Mercer. schemis) leuioribus mouerentur, et haec proprietas a Graeca nominatione descendit, ἀπὸ τῆς πετάσαι. Varro epistola ad Caesarem, Conuocat Ptolomaeum cinaedologon, Niconā petauristen, Diona αὐλοποιόν. Varr. lib. 2 de Vit. Pop. Rom. Nec minus alio in genere sunt ludi velitis Galli, Germani petauristae. *Locum Festi modo dedimus in PETAVRO. Vet. Gloss. Cernulus πεταυριστής, Cernui πεταυρισταί. Descriptionem Petauristae iam dedimus ex Manil. 5, 438 cui addi debent ista, quae sequuntur:*

Membraue per flammās orbesue emissa flagrantes  
Molliter vt liquidis per humum ponuntur in vndis  
Delphinumque suo per inane imitantia motu  
Et viduata volant pennis, et in aëre ludunt.

*Fabulam pingit Poëta, in qua petaurista ignibus circumdatus (de his ignibus in theatro ludicris vid. Claudian. de Consul. Mall. 326 sqq.) e ficto periculo quasi necessitate compulsus, sua adiutus elastica machina, euolat. De Delphinorum emicantium ex aqua saltibus res nota e Plin. 9, 8 f. 9. Petauristae sunt Claudian. de Conf. Mall. 319 sqq.*

Vel qui more auium sese iaculentur in auras,  
Corporaue acidificent celeri crescentia nexu  
Quorum compositam puer amentatus in arcem  
Emicet, et vincētus (leg. vincētū) plantae vel cruribus haerens  
Pendula librato figat vestigia saltu.

¶ 2 Petauristae insecti genus a posteriorum lasciuia crurum sic dictum Plin. 11, 33 f. 39.

**PETAURISTARIVS**, i. m. *Idem qui Petaurista.* Firmic. 8, 15. Petron. c. 47 et 53 et 60. *Conf. Burm. ad Petron. p. 260. Hic opus Petauristarū, Per gradus scalarum, et in summa parte odaria saltare; circulos ardentes transire, et dentibus amphoram sustinere. Sed additur, Mirabatur haec solus Trimalchio, etc.*

**PETELIA**, vid. **PETILIA**.

**PETIGO**, inis. f. [*πέτιγον*] *Morbi genus, qui et Impetigo dicitur, quod vicina petat, seseque late summa cute diffundens, occupet plerumque totum vultum oculis exceptis.* Lucil. apud Non. 2, 700 Illuvies, scabies oculos huic deque petigo conscendere. Nescio quam bene Nonius hinc colligat Petiginem morbum esse. Depetigo certe est Lucilii per Tmesin diuiso vocabulo. v. v. Neque certior est locus Caton. R. R. 157 10

extr. Deinde petigini parce brassicam opponito. *Videtur enim et ibi ex MSS. legendum Depetigini porcae.*

PETILIA, PETELIA, et PETELLIA, ae. f. [*Περνθία*] Lucanorum metropolis, a Philoctete condita; occurrit apud Sammites, quae Roma in Graeciam pedestri itinere itur. Virg. Aen. 3, 402 Parua Philoctetae subnixa Petilia muro. Vid. Liu. 23, 30.

PETELLINVS, a, um. Adi. Lucus Petellinus Liu. 6, 20. Fides Petellina Valer. Max. 6, 6 ext. 2.

PETELLINI, orum. m. Incolae. Valer. Max. l. c.

10 PETILIANVS, a, um. Adi. Martial. 12, 57 Petilianis delicatus in regnis,

PETILIVS, a, um. Adi. *Gentis nomen.* Petilia lex, quae statuebat, ne quis ob aes alienum neceretur, et ut pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Vid. Liu. 8, 28. Sed Poetelius hodie 15 editur.

PETILIVM, i. n. *Herbae eiusque floris nomen: eam Latinos Romanam siluestrem appellare notat Plin. 21, 8 ubi et de eius natura disputat.*

PETILVS, a, um. Adi. [*λεπτός*] Tenuis et exilis. Lucil. 12 Insignis varis cruribus, et petilis. Plaut. Plotino, Nam coloratum frontem habet, petilis habris Non. 2, 620. Festus, Petilam suram siccam et substrictam vulgo interpretantur. Scaeuola ait, vngulam equi albam ita dici. Conf. Scal. ad Varron. R. R. 2, 1, 24.

PETIMEN, inis. n. Petimina, in humeris iumentorum Vlcerat, et vulgus appellat, et Lucilius meminit, quum ait, Vt petimen naso, 25 aut lumbos ceruicibus tangat. Eo nomine autem, et inter duos annos suis quod est, aut pectus, appellari solitum testatur Naeuius in descriptione suillae, quum ait, Petimine piscino qui meruerat. Haec Festus.

PETIOLVS, i. m. [*πόδιον*] Dimin. est a Pedo. Afran. Atque adeo nolo nudo petiolo ambules. Non. 2, 699. Sic Petioli agni haediu Cels. 2, 18 et 24 pro pedibus.

¶ 2 Petiolus, Quo fructus pendet. Oliuae cum petiolo leguntur Columel. 12, 47. Idem de Arborib. c. 23 Alio modo quum iam matura mala fuerint, ante quam petioli rumpantur, quibus pendent, intorqueto. Conf. Apic. 1, 1.

35 PETISCO, PETESSO. Vid. PETO, ēre.

PETISIVS, a, um. Adi. Petisia poma sunt parua, sed gratissimi saporis; de quibus Plin. 15, 14.

PETO, tui, itum, ēre. [*αἰτῶ, καὶ σέλλομαι, καὶ ὄρω, αἰζῶ, καὶ μέτειμι* Gloss. Lat. Gr. ὄρω Gloss. Cyrill.] *Videtur prima significatione ad corpora pertinuisse, et conatum tangendi notasse, quocumque is consilio susceptus esset: deinde vero latius extensa significatione petere dictus, quicumque impetrare aliquid et consequi ab altero verbis vellet siue imperando, siue ius suum exigendo, siue denique precando. Haec vltima ratio cum sit fere sollempnior caeteris, primo loco poni solet. Πέρω apud*

45 Graecos ferri, cadere, volare est. Impetus, Praepes, Expeto, hanc notionem seruant. Vid. Perizon. ad Sanctii Min. 4, 4, 46. Sed, ut diximus, frequentissima ratio est, quam indicabimus verbis Varronis apud Seruium ad Aen. 9, 193 Petere est, cum aliquid humiliter et cum precibus postulamus. Cic. Philipp. 5, 13 Te autem pro vetere nostra necessitudine etiam atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones. Peto Abs te Cic. Fam. 13, 35.

Peto A te hoc diligentius Idem Fam. 13, 14. Cic. Verr. 4, 64 Iste petit A rege, et eum pluribus verbis rogat, vt ad se mittat. Sed etiam De aliquo petere, i. Ab aliquo. Vlpian. in l. Si vt certo, §. Si

50 De me petisses, vt triclinium tibi sternerem. D. Commodati. Sed etiam sic: Si Octavius tibi placet, a quo de nostra salute petendum sit Cic. ad Brut. Epist. 16. Idem Fam. 13, 8 Maiorem in modum peto atque contendo, vt quum fortunas agi eius municipii intelligas, quod sit mihi necessitudine, officiis, benevolentia coniunctissimum, id mihi des.

Cic. pro Sulla 55 At literae sunt Fausti, per quas ille precibus a P. Sulla petit, vt emat gladiatores. Add. Caef. B. G. 5, 6. Voto petere, vid. Votum, in VOVEO. Cupide petere aliquid Hor. Epist. 2, 1, 100. Cupidissime aliquid petere, vid. CUPPIO.

Cupienter petere, apud Plaut. in Pseud. 2, 3, 17. Instanter, vid. 65 INSTO. Precario aliquid petere Liu. 34 extr. Supplex te peto Virg. Aen. 6, 115. Hor. Serin. 1, 3, 5 Caesar, qui cogere posset, Si peteret per amicitiam patris atque suam, non Quidam proficeret.

¶ 2 Sed, ut diximus, Petere etiam dicuntur, qui iure agunt, et quod sibi debetur postulant. Cic. pro Quint. 40 Si debuisset, Sexte, petisses, sed petisses statim: si non statim, paullo quidem post: si non paullo, at aliquando, sex quidem illis mensibus profecto. Paull. in l. Quum fundus, D. Si certum petatur, Quum fundus vel homo per conditionem petitus est: pro hoc nos iure vti, vt post iudicium acceptum causa omnis restituenda sit. Sic reus est, Vnde petitur. v. g.

75 Ego omnibus, vnde petitur, hoc consilii dederim Cic. Fam. 7, 11 pr. Vid. b. l. Graeu. Add. Cic. Fam. 14, 2, 6. Ter. Eun. prol. v. 11 ineptiae Poetae accusantur, apud quem causam dicit prius Vnde petitur, aurum quare sit suum, Quam illic qui petit, vnde is — in patrium monumentum peruenerit. Per iudicem petere, i. iudicio. Iulian.

80 in l. Vinum. D. Si certum petatur, Vinum quod mutuum datum erat, per iudicem petitum est. Quaesitum est, cuius temporis aestimatio fieret: vtrum quum datum esset, an quum lis contestata fuisset, an quum res iudicaretur? Vlpian. in l. i §. Si aduersus, D. de vi et vi armata, Si aduersus eum, qui in libertatem ex seruitute vel contra

85 petitur, post inchoatum liberale iudicium vtatur interdicto. Paull. in l. Dominus, D. Locati, Serui tamen eius, cum quo contractum est, propter aedificiorum notitiam in quaestionem peti possunt. Iulian. in l. Si quum testamento, D. de exceptione rei iudicatae, Si Stichum et Pamphilum tuos esse petieris, et absoluto aduersario Stichum

90 tuum esse petas ab eodem: exceptionem tibi obstare constat. Si fundum meum esse petiero, deinde postea vsumfructum eiusdem fundi petam: etc. Sic Hereditatem petere testamento Cic. de Orat. 1, 241. Item Pecuniam non ex tabulis, sed ex aduersariis Idem pro Rosc. Com. 85. Huc refero Cic. Att. 1, 13 Victrix nequitia Poenas ab optimo quoque petere sui doloris.

¶ 3 Hic formulas ponemus promiscue, ubi studium et voluntatem omnem impetrandi et consequendi notat. Quocumque inciderit in mentem, volet, neque id putabit prauumne an rectum sit quod petit Ter. Heaut. 3, 1, 75. i. cupiet, optabit. Conf. Hor. Od. 3, 16, 42. Habes tota quod mente petisti Virg. Aen.

100 4, 100. Cic. pro L. Agrar. 1, 1 Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Aequa Ouid. Met. 7, 174. Ter. Phorm. 5, 1, 2 Aut vnde mihi nunc Auxilium petam? Cic. Diuin. Verr. 11 Auxilium sibi per me a vobis, atque a Populi Romani legibus petunt. Auxilium nusquam nisi a Lacedaemoniis petiuerunt

105 Nep. 1, 4, 3. Auxilium petere contra aliquem Caef. B. G. 8, 4. Cic.

Cic. Tusc. 2, 38 O Patrocles, inquit, ad vos adueniens Auxilium et vestras manus peto. *Ex Poëta.* Benevolentiam iudicis, *vid.* Benevolentia, in BONVS. Ouid. Met. 13, 552 Vadit ad artificem dirae Polymnestora caedis, Colloquiumque petit. Commissum fidei Quinctil. 3, 6. Congressus alicuius Virg. Aen. 5, 733. Cic. Att. 7, 21 Nullo modo quidem a te petam Consilium, vt soleo. Diem petere colloquio Liu. 26, 17. Exilium Lucan. 3, III. Fauorem propensum petiit voce sollicita Ouid. Met. 14, 706. Fidem pacis petiitque deditque Idem Met. 3, 128. Finem certum voto pete Hor. Epist. 1, 2, 56. Gratiam Caef. B. G. 5, 55. Hospitium requiemque peto Ouid. Met. 4, 641. Mortem ardentiore studio petere, quam Epicurus Voluptatem petendam putat Cic. de Fin. 2, 61. Mutuum petere Plaut. Curc. 1, 1, 68. Cic. Tusc. 5, 5 Ad te confugimus, a te Opem petimus: tibi nos, vt antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosque tradimus. Cic. de Diuin. 1, 88 Amphiarum autem sic honorauit fama Graeciae, deus vt haberetur, atque vt ab eius solo, in quo est humatus, Oracula peterentur. Pacem passis manibus, et suppliciter Caef. Bell. Gall. 2, 13. *Conf.* ib. 1, 27. Praemium Caef. Bell. Ciuil. 2, 32. Praesidium ab aliquo Cic. Q. Frat. 2, 15. *it.* de Fato c. 9. Praesidium laesae petitote puellae Ouid. de Arte Am. 3, 207. Requiem exiguam petit Idem Met. 4, 628. Respona a deo Plin. 31, 2. Sanguinem et vitam alicuius Cie. pro Rosc. Amer. 15c. Tempus inane peto Virg. Aen. 4, 433. Plin. 28, 4 Veniam quoque a deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuen- do. Veniam petere et dare vicissim Hor. de Arte Poët. II. Veniam petere errato Cic. pro Sulla 64. Veniam in praeteritum Tac. Ann. II, 30, 2. Virtutem Hor. Epist. 1, 6, 16. Sallust. Catil. 25 de Sempronio, Lubido sic accensa, vt saepius peteret Viros, quam peteretur. *Huc referimus ista quoque:* Virg. Aen. 9, 94 O genitrix quo fata vocas? aut quid petis istis? *intell.* Nauibus, vt tribuatur. Sic alicui petere dispensationem Sueton. in Vespasian. c. 23. Militibus missionem Tacit. Ann. 1, 19. *Sed* In aliquem accusationem Quinctil. 5, 13. *i.* veniam illius accusandi. Virg. Aen. 8, 405 Notumque petiuit Coniugis infusus gremio per membra soporem. Cic. de Amicit. II c. 3 Qui Consulatum petiit nunquam, factus est Consul bis. Ouid. Epist. 20, 53 Aut esses formosa minus, peterere modeste: Audaces facie cogimur esse tua. Lucil. 26 apud Non. 4, 356 Bona semper petere sapientem. Coniugium Ouid. Met. 10, 613. Decus et pretium Hor. Epist. 1, 18, 42. Decus iaculo Sil. 16, 578. Plin. 12, 14 C. etiam Caesar Augusti filius inde Gloriam petiit. Gloria maior petitur Sil. 16, 614. Honores Q. Cic. de Petit. Consul. 45 f. *extr.* Imperium ac summatum sibi Lucret. 5, 1141. Nuptias petit gemellus Maronillae Martial. 1, 40. Praeturam Cic. in Verr. Act. 1, 23 c. 8. Idem in Orat. 56 Volet igitur ille, qui eloquentiae Principatum petet, et contenta voce atrociter dicere, summissa leniter, et inclinata videri grauis, et inflexa miserabilis. Thalamos alicuius petere, Coniugium Ouid. Met. 6, 700. Liu. 34, . . . Nolite, si quod omnibus Votis petendum erat, vltro offertur, fastidire. ¶ 4 *Ipsum contingere, consequi, sumere, notat in istis:* Petere Amplexum alicuius Virg. Aen. 8, 615. Mortem petunt per vulnera Virg. Georg. 4, 218. Oscula petit vultu tacito Lucan. 3, 739. Pugnam secundam iam Horatius caeso hoste victor petebat Liu. 1, 25. Virg. Aen. 7, 88 Mollibus incubuit stratis, Somnosque petiuit. *Add.* Quinctil. 9, 4, 12. *Huc refer,* quod Petere, Eligere, inquit Nonius 4, 356 vel Capere. Virg. Georg. 4, 8 Principio sedes apibus, statio- que petenda. *Sic* Cic. de Finib. 2, 32 Nec tamen Argumentum hoc Epicurus a paruis petiuit, aut etiam a bestiis. Virg. Aen. 8, 395 Quid causas petis ex alto? Ter. Heaut. 5, 2, 25 Abiit, ac rogasse vellem. CL. quid? s. vnde mihi peterem Cibum. Cibum e flamma Idem Eun. 3, 2, 38. Conatum longius Quinctil. 10, 3, 6. Consilium a seipso Quinctil. 7 Pr. 4. Delectatio sola ex his studiis petitur Cic. pro Arch. 16 c. 7. Idem de Prouinc. Conf. 19 Praefertim quum ego omnium meorum consiliorum atque factorum Exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda. Exempla petere longe Lucan. 1, 94. Ab historicis Quinctil. 12, 11, 17. Cic. pro Cluent. 10 Paulo longius Exordium rei demonstrandae petam: quod quaeso, Iudices, ne moleste patiamini. Initium a natura Cic. de Fin. 5, 33. Idem ibid. 2, 50 Quae est ista Laus quae possit e macello peti? Medicinam perpetuam non vt ab his, sed vt exiguam doloris obliuionem petam Cic. Fam. 5, 15. *de literis.* Originem summi boni a primo ortu animantium Idem de Finib. 2, 31. Praecepta virtutis a philosophorum scholis Quinctil. I prooem. Principia rei bene gerendae a natura Cic. de Finib. 4, 47. Probationes Risum ex aliquo Quinctil. 6, 3, 58. Salutem petere fuga Nepos 23, 11, 4. Suspirium alte Plaut. Cist. 1, 1, 58. ¶ 5 *Observabilis est forma dicendi* Plin. 3, 1 Turduli qui Lusitaniam accolunt, iura Cordubam petunt, *i.* Cordubam adeunt, et inde iura petunt. *Sic* Plin. 12, 7, de pipere longo, Huic nec pomi, nec baccae commendatio est aliqua: sola placere amaritudine, et hanc in Indos peti. Idem 12, 17 Petunt et in Carmanos strobum. *i.* A Carmanis, qui sensus per ex etiam exprimitur. Plin. 12, 1 Sed quis non iure miretur arborem umbrae gratia tantum ex alieno petitam orbe? *Item* Petere ad Aethiopas vsque Plin. 36, 6 f. 9. Rursus Idem 36, 1 Ad frigidus potus vas petitur in nubila, caeloque proximae rupes cauantur, vt bibatur glacie. In sepulcrum petere alicuius volumina, *h. e.* E sepulcro Plin. 30, 1, 85. ¶ 6 *Petere est, vt diximus conari tangere.* Virg. Aen. 1, 615 Ilionea petit dextra, laeuaque Sereftum, *i.* prehendit amice. *Sed est etiam* Petere, Percutere, ferire: Virg. Ecl. 3, 87. et Aen. 9, 629 de tauro, Iam cornu petat, et pedibus qui spargat arenam. *Add.* Paullus in l. Bouem, in princip. D. de aedilit. edict. *Sic* Petere, pro Appetere, et designare ictum, vt solent gladiatores. *Vid.* Quinct. 9, 4, 8. Cic. in Orat. 228 c. 68 Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus, nihil nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam. *Conf.* Virg. Aen. 9, 435 *ibique* Seru. Cic. Catil. I c. 5. Curt. 6, 1, 4. Veget. de re Mil. 1, 11. Aera petere disco Hor. Serm. 2, 2, 13. Capillos miseros vngue petis Ouid. Amor. 2, 7, 7. Cic. pro Muraen. 52 Sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed Caput et collum petere solere. Corpus petere ferro Tibull. 1, 9, 21. Criminibus aliquem Tacit. Ann. 4, 31. Genas vngue Ouid. de Arte Am. 2, 452. Gladio aliquam Ouid. Met. 5, 185. Iugulum petere, pro Inferre mortem, teste Vall. Cic. pro Milon. 31. Malo petere aliquem Virg. Ecl. 3, 64. Manus inuicem petitur iniectio, *vid.* INVICEM. Pectora alicuius gladio Ouid. Met. 5, 185. Pilam Quinctil. 6, 3, 62 *ubi iocus,* Sic petis (pilam) tanquam Caesaris candidatus (honores) *i.* negligenter.

Saxis petor a populo Ouid. de Nuce 2 et 122. Telis petere aliquem Liu. 24, . . . Telis sacrilegae me petiere manus Ouid. Fast. 3, 700. Vultus alicuius petere vnguibus Hor. Epod. 5, 93. Cic. pro Ligar. c. 3 Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? Bello petere urbem aliquam Virg. Aen. 3, 603. Blanditiis nouercam Quinctil. . . . Petere aliquem, *Insidias illi tendere* Cic. Fam. 10, 23. Epistola me petiuit, ad te cominus accessit Cic. Att. 2, 2. Fraude aliquem Virg. Aen. 4, 675. Fraude petere vel insidiis aliquem Liu. 40, 55. Insidiis petere vitam alicuius Plin. 7, 45. Latrocinio vitam innocentissimi cuiusque, bonorum insidiatores petunt Auct. ad Heren. 4, 23. Veneficio aliquem petere Idem ibid. 4, 23. Virg. Aen. 9, 128 Troianos haec monstra petunt. *i. malum illis portendunt, et velut intendunt, minantur.* Idem Aen. 5, 226 Quem petit, et summus annixus viribus vrget, *de nauigantibus.* Et Aen. 6, 395 Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit: *inuasit vincendi causa.* In vincula aliquem peti Quinctil. 7, 2. ¶ 7 Ex illa significatione, qua petere est conari, tangere vel contingere, sunt et ista, ubi per accedere reddi et explicari potest. Petere locum aliquem, *Proficisci.* Cic. Off. 3, 50 c. 12 Naues onustas petentes Rhodum viderit, etc. Accessum petere Liu. 29, 27. Aequora campi raptim petit Lucret. 3, 1015. Liu. 25, . . . Cuius prima classis petere altum visa est, quo facilius superaret promontorium. Altum flamma petit Ouid. Fast. 1, 109. Antrum immane petit Virg. Aen. 6, 11. Arcem summam petit arduus Ouid. Met. 2, 306. Arcem petunt Tritonidis Virg. Aen. 2, 226. Ardua petere, Ascendere montem aliquem Stat. Achil. 2, 26. Arua aliena Virg. Aen. 4, 311. Astra Parnassus petit duobus verticibus Ouid. Met. 1, 316. Athenas petere Cic. Att. 3, 7. Caelum petere Plin. 10, 38. Caelum stultitia petimus Hor. Od. 1, 3, 38. Campum annis volutus per saxa petit Virg. Georg. 3, 522. Classe petebat Lacedaemona Ouid. Epist. 1, 5. Cic. Att. 3, 8 Et nauigatio perdifficilis fuit: et ille incertus ubi ego essem, fortasse alium cursum petiuit. Deserta petere cursu Virg. Ecl. 6, 81. Litora concursu tendunt petere Virg. Aen. 1, 162. Fugam Liu. 28, . . . Ima petunt nebulae Virg. Georg. 1, 402. Lectum vacuum petit anxia Ouid. Met. 11, 471. Loca secreta Hor. de Arte Poët. 298. Montem petiui Virg. Aen. 2, 824. Remis ventisque petere locum aliquem Idem ibid. 3, 563. Romam petit fons ille Plin. 31, 3. Secretum petere Plin. Epist. 1, 5. Sublime petere Plin. 10, 33. Cic. Tusc. 1, 42 Nihil enim habent haec duo genera proni, et supera semper petunt. *i. Capessunt, expetunt, captant.* Tecta diuersa petere per agros Virg. Aen. 4, 164. Tentoria gressu petunt Sil. 7, 321. Terram submissi petimus, *i. humi procumbimus* Virg. Aen. 2, 93. Urbem aliquam vento petere Idem ibid. 2, 25. *de nauigantibus dicitur.* Petit, *pro Petiit vel petiuit, syncopa Poëtis tantum in vsu.* Ouid. Fast. 1, 109 Altum flamma petit: propior locus aëra cepit. Pass. Plin. in Paneg. c. 88 *pro* Plerique principum quum essent ciuium domini, libertorum erant serui, etc. per hos praeturae etiam, et sacerdotia, et consulatus, immo ab his petebatur.

PETITVM, prius *Supinum*. [*πρὸς τὸ αἰτῆν*] Ire petitum aliunde Catull. 59, 153.

PETENS, entis. Partic. [*αἰτῶν*] Aditum conueniendi petens Nep. 4, 3, 3. Amicitiam petens Idem 2, 9, 4. Veniam in praeteritum petens, quod ei, etc. Tacit. Ann. 11, 30. Lucra petens

Tibull. 1, 9, 7. Noua Regna petens Virg. Aen. 1, 624. Non aduersata petenti annuit Virg. Aen. 4, 127. Illa auersata petentes Ouid. Met. 1, 478. Multa petentibus Desunt multa Hor. Od. 3, 16, 42. Responsum dedit petenti Virg. Ecl. 1, 45. Turba saxis petens contundet vos Hor. Epod. 5, 98. Reicere petentem Ouid. Met. 9, 512. *Proficiscens*: Aliena loca petentes Catull. 64, 14. Tempa Acherusia petentes Lucret. 3, 86. Canes morfu petentes Lucret. 5, 1067.

PETENDVS, a, um. Partic. [*αἰτητός*] Honos petendus ProPERT. 3, 22, 40. Gloria peccati nulla petenda tua est Ouid. de Arte Am. 2, 390. Palma petenda mea est Ouid. Amor. 3, 2, 82. Præda petenda est de magno grege Tibull. 1, 1, 34. Summa ope petendum erat Liu. 34, . . .

PETĪTVS, a, um. Partic. [*ἡτημένος*] Quo petitus abis Ouid. Met. 3, 455. Insidiis petitus Vell. 2, 60, 3. Belua petita ferro Hor. Epod. 5, 10. Dies petitus tanto ambitu Senec. Med. 6. Vnde petitum (Crimen) hoc in me iacis Hor. Sat. 1, 4, 79. Praemia peccato nulla petita mihi Ouid. Trist. 3, 6, 34. Puella petita meis votis Idem Amor. 3, 7, 2. Ratio alte petita Quinctil. 6, 5, 3. Requies mihi petita est Ouid. Trist. 4, 1, 3. Spiritus petitus imo latere Hor. Epod. 11, 15. Verba ex periculo petita Quinct. 10, 1, 121. Extra rem petita Idem 4, 2.

PETITVRVS, a, um. Partic. [*αἰτησών*] Lucra petiturus Tibull. 1, 9, 7.

PETITVM, i. n. [*αἰτηθέν*] Vtriusque petiti facta est copia Catull. 63 (69) 39.

PETĪTVS, ūs. m. [*αἰτημα*] *pro* *Petitione*. Gell. 18, 3 Iussitque eum consensu, petitique omnium eandem illam sententiam disertū viri cuiusmodi posset verbis dicere. Add. Apul. Apol. p. 303. Lucret. 3, 173 Attamen insequitur languor terraeque petitus Suauis, *i. decubitus.*

PETITIO, ōnis. f. [*αἰτησις*] *Petendi actus.* Concedere petitioni, *vid.* CONCEDO. *Vt petere est iure agere cum aliquo, sic Petitiō actio.* Quinctil. 4, 4 Recusatio quoque plures interim propositiones habet, vt contra petitionem pecuniae, Male petis: procuratori enim tibi esse non licuit. Macer in l. penult. §. 1 D. Qui satisfacere cogant, Diuersa est causa eius, qui fundi petitionem personalem habet: id est actionem personalem, ac si dicas: Non sufficit dominium fundi, aut actio ad eum petendum pertinens, sed requiritur possessio. Instituire petitionem in aliquem Vlpian. l. 1 D. Quod legator. Implere petitionem dicitur actor, quum id, quod petit, suum esse probat. Paull. in l. Ex sextante, §. Cum ergo, D. de except. rei iud. Si de proprietate fundi litigatum, et secundum actorem pronuntiatum fuisset: dicemus petenti ei, qui in priore iudicio victus est, obstaturam rei iudicatae exceptionem: quoniam de eius quoque iure quaesitum videtur, quum actor petitionem implet. *Ad honores refertur* Cic. pro Rosc. Com. 56 Et tibi integram petitionem reliquit. Idem Att. 1, . . . Fuit et mihi et Q. Fratr. magno vsui in nostris petitionibus. Petitiō extraordinaria consulatus Cic. Brut. 226. Adornare petitionem Consulatus Cic. pro Mur. c. 22. Oppugnare petitionem Cic. Fam. 1, 9. Se petitioni dare Cic. Fam. 13, 10. *Pro*



*Impetitione et aggressu gladiatorum.* Cic. in Catil. 1, 15 c. 6 Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, et, ut aiunt, corpore effugi? *vid.* Cic. in Orat. 228 c. 68. Quinctil. 9, 1. Seru. ad Virg. Aen. 9, 435. Veget. de re mil. 1, 11. *Hinc Metaph.* Cic. Diuin. in Verr. c. 14 Noui omnes hominis petitiones rationesque dicendi.

PETITIVNCVLA, ae. f. *σημείων* Gloss. Lat. Gr.

PETITOR, ōris, m. [*αἰτητής*] *Qui petit et litem intendit.* Cic. in Partit. 110 Sed accusatorem pro omni actore et petitore appello. Idem pro Quint. 45 c. 13 Possumus petitoris personam suscipere, accusatoris deponere? Cic. pro Rosc. Com. 42 Quis erat petitor? Fannius. quis reus? Flavius. quis iudex? Cluvius. *Qui munus etc. ambit.* Descendit in campum petitor Hor. Od. 3, 1, 10. *Add.* Macrob. Sat. 3, 14. *Famae petitor.* Lucan. 1, 131.

PETITŌRIVS, a, um, Adi. Iudicium petitorium, quod possessorio oppositum est. Caius in l. Qui petitorio iudicio utitur, D. de rei vindicatione.

PETITRIX, icis, f. Paull. in l. Qui filium. D. ad Senatuse. Trebell. Contra petitrice pronunciauit. *Add.* Quinctil. Decl. 252.

PETESCO, *sive* PETISCO, ēre. s. PETESSO, s. *denique PETISSO, tot enim modis legitur, frequentem et repetitum conatum videtur indicare.* Lucret. 3, 648 Corpore cum reliquo pugnas, caedesque petiscit. *b. e.* Cupide et ardentem petit. *Lambin. legit* Petescit. *Est et varia lectio, petescat. Petiscere, antiqui dicebant pro Petere, ea quidem forma verbi, qua sunt Lacescere et Incessere. Festus. Sed (inquit idem) ut mihi videtur, tum eo significabant Saepius petere. Alii legunt Petescere. Petiscere Dacer.* Cic. Tusc. 2, 72 Qui hanc gloriam petescunt, nullum fugiunt dolorem. Idem de Diuin. 1, 17 c. 11 Menteque diuina caelum terrasque petescit. *Ex Poeta.*

PETESSENS, entis. Partic. [*αἰτιάζων*] Lucret. 5, 808 Quos ubi tempore maturo patescerat aetas Infantum, fugens humorem, aurasque petessens, etc. *al.* Petescens.

PETITVRIŌ, ire. *Petere magistratum studere.* Cic. Att. 1, 14 extr. Video hominem valde petiturire.

PETA, ae. f. *Dea precum.* Arnob. 4 p. 131 Rebus petendis Peta praest.

PETAX, acis. Adi. *Cupidus, auidus.* Fulgent. Mythol. 2 Vitae tantum commodis anxia, ornatus petax, etc.

PETORITVM, vel PETORRITVM, i. n. [*φορῆον*] *Gallicum vocabulum, Genus vehiculi apud Belgas repertum, ut Varro scribit: conf. Scalig. ad Varr. p. 252. Quamuis sint, qui ex Graeco vocabulo et Latino compositum velint, dictumque a voluendis rotis, ut Gell. testatur 13, 30. Add. Quinctil. 1, 5, 57. Hor. Serm. 1, 6, 104 — Plures calones atque caballi Pascendi, ducenda petorita. Idem Epist. 2, 1, 192 Eseda festinant, pilenta, petorita, naues. Vid. Plin. 34, 17. Add. Auson. Epist. 6, 33. Festus: Gallicum vehiculum esse, et nomen eius dictum existimant a numero quatuor rotarum. Alii Osce, quod ii quoque PETORA quatuor vocent: alii Graece, sed Ἀσολικῶς dictum. Lambinus per duplex R in omnibus libris antiquis scribi affirmat.*

PETOSIRIS, is, m. [*Περοσίρης*] *Aegyptius mathematicus insignis: de quo Plin. 7, 49. Iuuen. Sat. 6, 580 Capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.*

PETRA, ae. f. [*πέτρα*] *Saxum, rupes.* Plin. 10, 32 Gaviae in petris nidificant. Petra in altitudinem triginta eminent stadia Curt. 7, 11, 2. Petrarum, *inquit Festus, genera sunt duo. Quorum alterum, naturale saxum prominens in mare, cuius Ennius meminit in Alte delata, cacterisque (vid. leg. elata, petrisque) ingentibus tecta. Et Liu. in Centauris, Vbi ego saepe petris. Alterum manufactum, ut docet Aelius Gallus, Petra est, quae Iouis dextra ac sinistra fornicem expletura est, ad libramentum summi fornicis. Festus.*

PETRAEVS, a, um, Adi. Brassica petraea Plin. 20, 9. *Add.* Idem 12, 21. et 27, 6.

PETRENSIS, e, Adi. Pifces petrenses C. Aurel. Tard. 2, 1.

PETRINVS, a, um, Adi. Circumcisi petrina acie Tertull. contra Iud. c. 9. et adu. Marc. 3, 16.

PETROSVS, a, um, Adi. [*πετρώδης*] *Petris plenum.* Plin. 17, 27 Caprificorum laudantur maxime nigrae, et in petrosis. Idem 9, 31 pr. Viuunt petrosis locis, cancri mollibus.

PETRICŌSVS, a, um, Adi. *Aliud* Adi. [*πετρώδης*] *Idem. Marcial. 3, 63 per translationem, Res petricosa est, Cotile, bellus homo. b. e. Difficilis et saxosa ac dura. Alii legunt Praetricosa, aut Petricosa.*

PETRŌNES, um, m. [*πετρώνες*] *Rustici (inquit Festus) fere dicuntur propter vetustatem, et quod deterrima quaeque praeruptiam agri petrae vocantur, ut Rupices iidem a rupis. Paullus breuiter a petrarum asperitate et duritia dicti. Conf. Scalig. ad Fest. it. Barb. Adu. 26, 25. Hinc Plautus, Petronem veruecem, Duriosem eleganter dixit, Capt. 4, 2, 41 Qui petroni nomen indunt verueci sectario, etc.*

PETRA, ae. f. [*Πέτρα*] *Siciliae oppidum prope Hyblam. Petrae Sirenum, vrbis Lucaniae, de qua Plin. 3, 4. Virg. Aen. 5, 846 Iamque adeo scopulos Sirenum aduecta subibat, etc. Item Petra, Strab. 16 Arabiae oppidum, Nabathaeorum metropolis, unde ea pars Arabiae, Petraea nuncupatur.*

PETRENSIS, e, Adi. Stagnum Petrensiense, i. Incolarum vrbis Petrae Solin. c. 11.

PETROCORII, orum, m. [*Πετροκόριοι*] *Ptolem. 2, 7 Galliae populi, vulgo Perigort. Petrogoras Plin. eos appellat 4, 19.*

PETREIA, ae. f. Mulier dicebatur, quae pompam praecedens in coloniis aut municipiis, imitabatur anum ebriam, quod pedes in petras frequenter impingeret: quam et alii volunt ab agri vitio, scilicet petris, appellatam. Festus. *Conf. CITERIA, Alioquin*

PETREIVS, a, um, Adi. *Romanae gentis nomen, e qua v. g. Dux ille Pompeianus a Caesare superatus in Hispania.*

PETRINVS, i, m. [*Πετρίνος*] *Vicus olim in agro Falerno, cuius meminit Hor. Epist. 1, 5, 5 Inter Minturnas Sinuessanumque Petrinum. Vid. Cic. Fam. 6, 19. Petrini, incolae eius vici Cic. Verr. 1 c. 39.*

PETRITES, ae, m. *Genus Aegyptiaci vini. Plin. 4, 7 quasi in saxis nasci et minui soleret.*

PETRONES, *vid.* PETRA.

PETRONIA, ae. f. [*Πετρονία*] *Annus est in Tiberim profluens, quam magistratus auspiciato transeunt, quum in campo quid agere volunt. quod genus auspicii Perenne vocant. annem autem feminine antiqui dicebant. Festus.*

PETRONIVS, a, um. Adl. *Gentis nomen, e qua etiam ille Arbiter iocorum, cuius fragmenta Satyricōrum exstant.*

PETRONII canes apud Grat. Cynege. v. 202. v. *Vlit. ad b. l. it. Thom. Fuller. de Vir. Illustr. Angl. Tom. 2 p. 150.*

PETROSELINVM, i. n. [*πετροσέλινον*] *Quasi Petrarum apium. Scribonio frequenter nominatur. Plin. 20, 12 Alio genere petroselinum quidam appellant in saxis natum. Add. Dioscor. 3, 10.*

PETVLANS, antis. Adl. [*ὑπερφανός* Gloss. Cyrill.] *Improbus, qui per contumeliam alios petit, ut lasciuus a laceffendo. Festus: Petulantes et petulci etiam appellantur, qui proteruo impetu et crebro petunt, laedendi alterius gratia. Cic. in Sallust. 22 c. Desine bonos petulantissima consecrari lingua. Petulans et audax homo Vatinius Cic. Q. Frat. 2, 4. Modesto opponitur Cic. Att. 2, 2. Audax, petulans, libidinosus Cic. pro Sull. 71. Idem de Inuent. 2, 33. Et ex ea re non esse mirandum qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit. Petulans et improbus scurra Cic. pro Cluent. 39 c. 13. Si quid petulans a scurra profertur Plin. Ep. 9, 17. Amentia petulans Claud. in Eutrop. 1, 237. Audacia Claud. ad Alechium, 7. Auris petulantibus scissa carbasus Lucret. 6, 110. Dictum petulans nullum in vita proferatur Cic. pro Muraen. 14 c. 6. Elegia petulans vultu Stat. Silu. 1, 2, 7. Genus dicendi feruidum, petulans et furiosum Cic. de Clar. Orat. 241. Genus iocandi illiberale, petulans, flagitiosum et obscenum Cic. Off. 1, 104. Id. pro Cael. 30 Omnia sunt alia non crimina, sed maledicta iurgii petulantis magis, quam publicae quaestionis. Iuuentus Claud. de Nupt. Hon. 84. Milites Quinct. 11, 1, 88. Perf. 1, 12 Quid faciam? Sed sum petulanti splene cachinno. Vbi splen petulans est, Qui procliuus est ad aliorum vitia irridenda, et falsis diceris, quae risum plerisque maxime mouent, traducenda. Vid. de hoc verbo Nic. Heins. et Drakenb. ad Sil. 8, 266. Verbis petulantibus uti Ouid. Ep. 16, 245. Verbis petulantissimis laedere vnum, laudare alium Sallust. in Cic. 7. Comparat. Aures alicuius conuicio petulantiore pulsare Arnob. 4 p. 151.*

PETVLANTIA, ae. f. [*ἀσέλγεια*] *Effrenatio immodica ad quodlibet vitium. Cic. de Rep. 4 A petendo, petulantia: a procando, id est poscendo, procacitas nominata est. conf. Suet. Ner. c. 26. contraria. Cic. Catil. 2, 25 c. 11 Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum. Cic. pro Font. 27 Nulla turpitudine, quae a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata esset, ab accusatore obiiceretur, si non vera, attamen ficta, etc. Cic. in Verr. Act. 1, 14 Quibus liberos, coniugesque suas integras ab istius petulantia conseruare non licitum est. Frangere furorem et petulantiam hominis Cic. Pison. 1, 31. Idem Fam. 6, 7 Solutum existimatur esse alteri maledicere: tamen cauendum est, ne in petulantiam incidas. Conuicia petulantiae Quinctil. 4, 2, 27. Petulantia dicendi Quinct. 6, 3, 33. De maledicentia etiam Tac. Hist. 2, 27, 4. conf. Graeu. ad Cic. Fam. 6, 7 pr. Linguae petulantia Propert. 1, 16, 37. Morbi petulantia Gell. 12, 3. Patroni petulantiam luit litigator Quinct. 12, 9, 9. Pecoris petulantia Columel. 7, 6. Ramorum petulantia Plin. 16, 30. Plural. Delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluit Gell. 3, 3.*

PETVLANTER, Adu. *Lasciuus. Cic. Att. 9, 22 (19) Quam censeas acerba nunc esse, quum a perditis in ciuili nefario bello petulantissime fiant? Facimus petulanter, si matrem familias, secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus Cic. pro Cael. 32. Idem pro Cael. 6 c. 3. Maledictio nihil habet propositi praeter contumeliam: quae si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, urbanitas nominatur. Cic. in Sallust. 9 Quod ista inuisitata rabie petulanter in vxorem, et in filiam meam inuasisti, etc. Inuehi petulanter in aliquem Cic. Att. 2, 19. Idem pro Cael. 38 c. 16 Si vidua libere, proterua petulanter, diues effuse, libidinosa meretricio more viueret: adulterum ego putarem, si quis hanc paullo liberius salutasset? Bonum ciuem petulantissime est infectatus Cic. pro Sext. c. 52. Si petulantius locuti sunt Augustin. Ep. 254. Hi petulantius infirmiora vasa Pertentant Paullin. Nol. Epist. 23 n. 24. conf. Gell. 16, 7 tit.*

PETVLCVS, a, um. Adl. [*ἀσέλγεια*] *A petendo ipsum quoque dictum, sed pecori, puto, proprium, cum petulans saepissime de hominibus dicatur. Tamen Seruius ad illud Virg. Georg. 4, 10 Haedique petulci: Petulci, Lasciui, exultantes. Et Petulci dicti ab appetendo: vnde et Meretrices petulcas dicimus. Columel. 7, 3 Itaque capri vel arietis petulci saeuitiam pastores hac astutia repellunt. Vacca-Sulp. Seuer. Dial. 2, 9. i. quae cornu petit. Agni Lucret. 2, 368.*

PETVS, vid. PAETVS.

PETVSCVM, vid. PECTVSCVM.

## P E V

PEVCE, es. f. [*Πεύκη*] *Insula Borealis in Istro, a qua vni ex Danubii ostiis nomen datum, ut Plinius docet 4, 12. Et Lucan. 3, 202. It. Val. Flacc. 8, 217. Stat. Silu. 5, 2, 137 Nympham facit, cuius Ister coniux, Ante septenus habebit Ister, et vndoso circumflua coniuge Peuce? Peuce est etiam Genus arboris, quae vel Picea, vel Larix Plin. 11, 35. et 14, 7.*

PEVCEDANVM, i. n. *sive PEVCEDANVS, i. m. [*πενυδάνας*] Herba, a qualicumque similitudine Pinus nomen inuenit. Plin. 25, 9 Sed inter primas celebratur peucedanum laudatissimum in Arcadia, mox Samothrace: caulis est ei tenuis, longus, foeniculo similis, iuxta terram foliosus, radice nigra, crassa, graui odore, succosa. Laudat Scribon. 163. Lac Peucedani 166. Radix 167. Succus 56.*

PEVCETIA, ae. f. [*Πευκετία*] *Peninsula est in orientali fine Italiae, aliis nominibus Calabria et Messapia dicta. Auctor Plin. 3, 3.*

PEVCETII, orum. m. *Populi. Peucetii sinus Ouid. Met. 14, 513.*

PEVMENE, es. f. *Spumae argenteae genus. Plin. 33, 6.*

PEXATVS, PEXITAS, PEXVS. *Vid. PECTO.*

PEZICAE, arum. f. *Sunt ex Fungorum genere: sed sine radicibus aut pediculo. Plin. 19, 3 s. 14. Hard. πηγίαι dici Theophrasto asumat, et esse id, quod vulgus hodie Lupi crepitum vocat. Sunt qui Pezitas malint.*

## P H A

PHABATON, *Pantomimi nomen, quod per Antonomastian ponitur cum CARAMALO, ubi vid. Alias enim ignorabile nomen.*

PHACIA, ae. f. [*Φακία an ὁ Φακίας*] *Lentigo faciei, varorum et lenticularum species. Lenticula rubicondior et inaequalior Cels. 6, 5.*

**PHACOS**, i. m. vel Eleliphacos, *Lentis genus, pro herba Salvia* Plin. 22, 25. Apul. de Herb. c. 101. *Hardunus legit Sphacos. conf.* Dioscor. 3, 35.

**PHAEAX**, aëcis. [*Φαίαξ*] Phaeaces. *Populi Phaeaciae, i. Corcyrae, sub ditione Alcinoi. De quibus Virg. Aen. 3, 291 Protinus aërias* 5  
Phaeacum abscondimus arces. *Ob ea, quae Homerus narrat de Phaeacibus, Phaeacem, pro Bene nutrito et in luxu pinguefacto dixit* Hor. Ep. 1, 15, 24 *Pinguis ut inde domum possim, Phaeaxque reuerti. Meminit et Cic. de Clar. Orat. 71. Phaeaces pro Credulis et Stultis, quod Alcinoos, Corcyrae regi, et eius populis, Phaeacibus, Ulysses Laestrigonas, et Cyclopas, et alia monstra a se confecta narrabat: et iis omnia vera esse persuadebat.* Iuuen. Sat. 15, 23 *Tam vacui capitis populum Phaeaca putauit.*

**PHAEACVS**, a, um. Adi. [*Φαίακος*] Propert. 3, 2, 13 *Nec mea Phaeacas aequant pomaria filuas. Conueniunt cum hortis Alcinoi.*

**PHAEACIVS**, a, um. Adi. [*Φαίακιος*] Tellus Phaeacia Ti- 15  
bull. 4, 1, 78.

**PHAECASIVM**, i. n. [*Φαικάσιον*] Calceamentum Graecum. Senec. de Benefic. 7, 21 *Pythagoricus quidam emerat a futore phaeacasia, rem magnam, non praesentibus numis.*

**PHAECASIĀTVS**, a, um. Adi. *Qui calceatus est phaeacasiis.* 20  
Senec. Epist. 113 *Puto quaedam esse, quae decent phaeaciatum, palliatumque.* Iuuen. Sat. 3, 218 *Phaeacianorum vetera ornamenta deorum. Quo in loco quidam legunt Phaeacianorum, sed corrupte, ut censet Hermolaus. Turnebus autem probat: ut enim, inquit, Mintanus Iupiter pro Miniato a M. Tullio dicitur in epistolis: ita hic Phaeacianus pro* 25  
*Phaeaciatum, id est, Phaeacasiis calceato. Sed hodie editur, recte puto, Haec Asianorum vetera ornamenta deorum sc. confert.* Petron. c. 82 *Age in exercitu vestro, phaeaciatum milites ambulant. Vid. ibi Interpr. et Turneb. Aduers. 10, 7.*

**PHAEĎIMVS**, i. m. *Filius Amphionis et Niobes, una cum sex* 30  
*fratribus ab Apolline confossus sagittis fuit.* Ouid. Met. 6, 239 *Phaedimus infelix, etc.*

**PHAEĎON**, onis. m. [*Φαιδων*] *Atheniensis, in conuiuio a triginta Atheniensium tyrannus necatus fuit. Huius filiae virgines erant, quae ut virginitatem seruent morte, inuicem se complexae, in puteum* 35  
*praecipitauerunt.* ¶ 2 *Philosophus Elidensis, Socratis auditor, ingenio liberali, cuius nomini Plato librum de Immortalitate animae dedit, qui alio nomine Phaedon inscribitur. Vid. Gell. 2, 18 pr. Contra peruersam pronuntiationem, qua, Sidonio auctore penultimam corripiunt, obseruemus, semper apud Platonem Vocalem longam in obliquis seruari.* 40

**PHAEĎRA**, ae. f. [*Φαιδρα*] *Regis Minois ex Pasiphaë coniuge filia. Haec una cum Ariadne sorore Theseum, Aegaei regis Athenarum filium, sequuta est: quam ille, relicta Ariadne, uxorem sibi copulauit, cui Demophontem peperit et Antigonom. Infamis est amore in priuignum Hippolytum. v. v. Vid. Diodor. Sicul. 5, 5. Amor notus Phaedrae* 45  
*Ouid. Fast. 6, 737. Amor turpis Phaedrae Idem Rem. Amor. 64. Pocula nouercae Phaedrae Propert. 2, 1, 51.*

**PHAEĎRVS**, i. m. [*Φαιδρος*] *Vnus ex discipulis Platonis, cuius nomine Plato nobilem librum edidit.* ¶ 2 *Phaedrus fuit* 50  
*item Alter philosophus Epicureus, cuius apud Ciceronem mentio est non infrequens: de quo etiam intelligi debet illud Martialis 3, 20 An aemulatur improbi iocos Phaedri?* ¶ 3 *Phaedrus Tiberii libertus fuit, qui Aesopicas fabulas versibus Iambicis exposuit.*

**PHAEĎOMĒNA**, orum. n. Pl. [*Φαινόμενα*] a *φαίω, ostendo, proprie sunt Apparentia. Astronomis Phaenomena sunt supra nos in caelis conspicienda. Notus est Arati liber Phaenomena inscriptus.* 55  
*conf. Lactant. 2, 5 n. 24. Medici Phaenomena vocant, Quae in corpore obseruantur et in sensus incurrunt. Vid. Oëau. Horat. 2, 7.*

**PHAEĎON**, ontis. m. [*Φαιδων*] *Saturni stella. Cic. de Nat. Deor.* 60  
*2, 53 c. 20.*

**PHAEĎTHON**, ontis. m. [*Φαιθων*] *Ad verbum Lucentem significat. Ligurum rex fuit vetustissimus, cuius multae in Hetrusco litore coloniae fuerunt, ut Cato est auctor. De quo in dictione ERL- DANVS.* ¶ 2 *Nobilissimus est Solis ex Clymene filius, de cuius fabula vide finem primi, et initium secundi libri Met. Ouidii.* 65  
*Breuius, Phaëthonti filio Sol facturum se esse dixit quidquid optasset; optauit, ut in currum patris tolleretur: sublatus est: atque insanus qua constitit, ictu fulminis deflagrauit: quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse seruatum? Cic. Off. 3, 94. Sole satus Phaëthon Ouid. Met. 1, 751. Ambustus Hor. Carm. 4, 11, 25.* 70  
*Flammatus Catull. 62, 297. Magnaninus Ouid. Met. 2, 111.*

¶ 3 *Phaëthon, pro Sole, apud Virg. Aen. 5, 105 Nonamque serena Auroram Phaëthontis equi iam luce vehebant. Frequenter hoc nomine Solem appellant Poëtae Graeci.* ¶ 4 *Teste Cic. de Nat.* 75  
*Deor. 2, 53 sic dicitur etiam stella Iouis.*

**PHAEĎHONTIVS**, a, um. Adi. [*Φαιθοντιος*] *Amnis Phaëthontius, Padus Sil. 7, 149. Stagna Sil. 17, 497.*

**PHAEĎHONTĒVS**, a, um. Aliud Adi. [*Φαιθοντιος*] *Errores Phaëthontei Claud. de Phoenice 107. Ignis Ouid. Met. 4, 247. Ruina Claud. Conf. Hon. 3, 124.* 80

**PHAEĎHONTIAS**, adis. f. Patronym. [*Φαιθοντιος*] *Virg. Ecl. 6, 62 Tum Phaëthontias musco circumdat amarae Corticis. Intelligit Sorores Phaëthontis.*

**PHAEĎHONTIS**, idis. f. Patronym. *Auien. Phaenom. Arat. v. 793 Illum prolixis durae Phaëthontides vlnis Planxerunt. i. So-* 85  
*rores Phaëthontis, versas in populos.*

**PHAEĎHŪSA**, ae. f. [*Φαιθουσα*] *Solis filia ex Neaera nymphea, et soror Lampetiae, quae in Sicilia patris sui, id est Solis armenta custodiebant: de quibus socii Ulyssis contra Circes monita degustantes, naufragium fecerunt, ut in 12 Odyssae finxit Homerus. Ouid. item Pha-* 90  
*ethusae meminit Met. 2, 346.*

**PHAGEDAENA**, ae. f. *Graeci Φαγέδαενα, ἀπὸ τῆς φαγεῖν, hoc est ab edendo: est Exulceratio usque ad ossa celeriter depascens, cum inflammatione saniem male olentem emittens, et ad mortem perducens. Au-* 95  
*ctor Iulius Pollux. Plin. 23, 1 Vtique vlcera Phagedaenis et gangraenis, tibiaryumque taedio cum sale illinuntur. Est etiam Phagedaena ex stomachi passionibus, qua affecto sequetur cibi vehemens appetentia C. Aurel. Tard. 3, 3. Conf. Plin. 26, 11 c. 58.* ¶ 2

*Apum etiam morbus est. Col. 9, 13, 10 Saepe etiam vitio, quod Graeci Φαγέδαενα vocant, intereunt. Siquidem cum sit haec apium consuetudo, ut prius tantum cerarum confingant, quantum putant explere se posse: nonnunquam euenit, ut consummatis operibus cereis, examen conquirendi mellis causa longius euagatum subitis imbribus, aut turbinibus in siluis opprimatur, et maiorem partem plebis amittat: quod vbi factum est, reliqua paucitas fauis complendis non sufficiat,* 100

105

tuncque vacuae cerarum partes computrescant, et vitæ paullatim serpentibus, corrupto melle ipsæ quoque apes intereant.

PHAGEDAENĪCVS, a, um. Adi. [Φαγεδαϊνός] Plin. 24, 4 Paronychii ex melle, et vnguibus scabris, pterygiis, vlceribus manantibus, condylomatibus, vlceribus quæ phagedaenica vocantur.

PHAGER, s. PHAGRVS, gri. m. In piscibus refertur Plin. 32 ult.

PHAGO, ōnis. m. [Φάγων] Vir adeo gulosus fuit et vorax, vt adhibitus mensæ Aureliani, aprum integrum, centum panes, veruicem et porcellum vno die comederit, biberitque horcam vini. Auctor Flau. Vopisc. in Aurel. extr. Conf. Varro ap. Non. 1, 237.

PHAGOLOEDŌRVS, i. m. [Φαγολοιδόρος] i. Conuicia deuorans, et maledicta. Hieron. prolog. in Ezech.

PHAGVS, vid. FAGVS.

PHALĀCRON, [Φαλακρόν] Graeci Caluum dicunt. Hinc

PHALACROCŌRAX, acis. m. [Φαλακροκόραξ] Aquaticus coruus. Plin. 10, 48 Iam in Gallia Hispaniaque capitur, et per Alpes etiam, vbi et phalacrocoraces aues, Balearium insularum peculiare.

PHALAE et PHALERE, vid. FALAE, FALERE.

PHALAECVS, i. m. Phalaecus Ambraciae tyrannus vid. PAPHAGVS.

Phalaeicum appellatum. vid. Terent. Maurus c. 71. Nemp

PHALAECVS, a, um. Adi. Phalaecium carmen, [Φαλαίκιον μέτρον] a Phalaeco inuentore dictum. Alio nomine dicitur Hendecasyllabum, a numero scilicet syllabarum: constat Spondeo, Dactylo et tribus Trochaeis. In prima tamen sede pro Spondeo modo Trochaeus legitur, modo Iambus. Vt Grunnibat grauitur pecus suillum. Phalaecium vocatur Mart. Capell. 5 p. 168.

PHALANGA et PHALANGARIVS, vid. PALANGA.

PHALANGIO, ōnis. Idem quod Phalangium, animal. Sparagus concussus a phalangionibus compescit Theod. Priscian. c. 10.

PHALANGĪTES, ae. m. et PHALANGIVM, i. n. [Φαλαγγίτης] Herba: de qua Plin. 27, 12 Phalangites a quibusdam phalangium vocatur, ab aliis leucanthemon, vel (vt in quibusdam exemplaribus inuenio) leucacantha. Phalangium est Plin. 11, 24 et 25, 10 etc. Cels. 5, 27.

¶ 2 Phalangium, [Φαλαγγιον] Genus araneae. Plin. 29, 4 Phalangium est Italiae ignotum, et plurimum generum. Vnum simile formicae, sed multo maius, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurfantibus respersum guttis. Acerbior huius quam vespae ictus. Viuit maxime circa furnos et molas. Conf. Solin. c. 16.

PHALANGIVS, i. m. Idem. Plin. 11, 24 ad finem. Phalangius tantum in ipso specu incubat magno numero: qui vt emerferit, matrem consumit, saepe et patrem. Phalangium etiam Herba. Vid.

PHALANGITES.

PHALANTVS, i. m. [Φάλαντος] Dux fuit eorum, qui ex Lacedaemone eiekti, quod spurii nati essent, Tarentum urbem in Calabria condiderunt. Vid. Strab. 6. Hor. Carm. 2, 6, 11.

PHALANTĒVS, a, um. Adi. Phalanteum Tarentum Sil. 11, 16.

PHALANTĪNVS, a, um. Adi. Idem. Martial. 5, 38 Agna Galisi mollior Phalantini. i. Tarentini.

PHALANX, angis. f. [Φάλαγξ] Agmen est militare, quo Macedones utebantur, quemadmodum legione Romani. Continebat autem octo millia armatorum: nullumque genus aciei apud Macedones validius erat. Lilius 8, 8 Et quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coepit esse. Virg. Aen. 2, 254 Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat. Phalangem, inquit Curt.

3, 2, 13 vocant peditum stabile agmen, vir viro, armis arma conferta sunt, ad nutum monentis intenti sequi signa, ordines seruare didicerunt. Conf. Freinsbem. ad Curt. 5, 13, 10. Animosa phalanx Virg. Aen. 12, 277. Iunctae vmbone phalanges Iuuen. Sat. 2, 46. Moeffa Virg. Aen. 11, 92. Numerosa Valer. Argon. 1, 436.

Sed etiam de Heluetiis Caes. Bell. Gall. 1, 24 Ipsi confertissima acie reiecto nostro equitatu, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt, etc. Rursus c. 52. Ac Germani celeriter ex sua consuetudine phalange facta, impetus gladiatorum exceperunt. add. Id. ib. c. 52. Est autem hic Phalangem facere, quod Graeci συνασπίσειν dicunt, quum iunctis scutis aut clipeis, vel in hostes inuaditur, vel hostium impetus excipitur, quod sic confertis clipeis Macedonum phalanx pugnare solet.

Ita autem apud Caesarem intelligi ex eo patet, quod ita scribit: Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalanges insilirent, et scuta manibus reuellerent, et desuper vulnerarent. Est igitur ibi Phalanx συνασπισμός: ac Philippus rex Macedoniae secutus heroicum illum belli Troiani cuneum, de quo Poeta ita scribit, ἀσπίς δ' ἀσπίδ' ἔπειδε, phalangem composuit Macedonicam vmbonum velut perpetuo textu confertam.

Alexandri M. phalanga imitando instituit Nero apud Suet. c. 19. Perfringere hostium phalanges, vid. PERFRINGO.

PHALANGARII, orum. m. [Φαλαγγίται] appellati sunt Milites, qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem Magni Alexandri, Alexander Syrus Romanorum imperator, vt auctor est Lanprid. in Seuer. c. 50. ¶ 2 Alii Phalangarii sunt, de quibus in PALANGA.

PHALANGĪTAE, arum. m. [Φαλαγγίται] Liu. 37, 40 Decem et sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitae appellabantur.

PHALARICA, vid. FALARICA.

PHALARIS, idis. m. [Φάλαρις] Agrigentinarum in Sicilia tyrannus, qui ob saeuitiam, a suis, tauro quo alios prius suffocauerat, inclusus et crematus est. Ouid. in Ibin 441 Vtque ferox Phalaris lingua prius ense resecta, More bouis Paphio clausus in aere gemas. De hoc diximus in dictione PERILLVS. Meminit huius Cic. Offic. 2, 26. Testis est Phalaris, cuius est praeter caeteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit, sed in eum vniuersa Agrigentinarum multitudo impetum fecit. Crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris taurum habuisse dicitur, quo viuos supplicii causa demittere homines, ac subicere flammam solebat Cic. Verr. 4, 73.

PHALARISMVS, i. m. Pro Tyrannide. Cic. Att. 7, 11 (12) Istum quidem, cuius phalarismum times, omnia teterrime facturum puto. i. Similes actiones actionibus Phalaridis tyranni. De Caesare loquitur.

PHALARIS, aut PHALERIS, idis. f. [Φαλαρίς, Φαληρίς] Herba, thyrsus habet longum, tenuem, ceu calamum, in summo flore inclinatum: semen simile sesamae. Plin. 27, 12 f. 102. ¶ 2 Genus auis, earum, quae in aquis agitant. Varr. R. R. 3, 11, 4 Sunt item

item non dissimilia alia genera, vt querquedulae, phalarides. Sic Plin. 10, 48 f. 67. Columel. 8, 15, 1. *ubi Phalarides nuncupantur.*

PHALĒRA, ae. f. vel PHALĒRVM, i. n. *Portus Athenarum.* Plin. 4, 7. Piraeus et Phalera portus, quinque M. pass. muro recedentibus Athenis iuncti. *Vid. PIRAEVS.* Hinc Demetrius dicitur esse PHALEREVS, Φαληρεύς, sic enim pronuntiari debet trium syllabarum.

PHALĒRAE, arum. f. [Φάλαρα] Ornamenta equorum. Virgil. Aen. 5, 310 Primus equum phaleris insignem victor habeto. Liu. 22, 52 Praeda ingens parta est, et praeter equos virosque, et si quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat, omnis caetera praeda diripienda data est. Plin. 37, 12 *de gemma,* Quondam tantae magnitudinis fecere, vt equis regum in Oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent: *Sed equitum quoque ornamenta sunt Phalerae.* Liuius 9 *extr. tradit,* comitia Flauii Aedilicia tantum habuisse indiguitatis, vt plerique nobilium aureos annulos et phaleras deponerent. Cic. Att. 16, 17 (29) *extr.* Plancum se aiebant hunc Buthrotium pridie quam hoc scribebam, id est tertio Nonas audisse, demissum, sine phaleris. *Conf. Drakenb. ad Sil. 15, 255.* Principibus et imperatoribus etiam tribuuntur: *vid. Barth. ad Claud. Conf. Hon. 4, 549.* Factae pulcherrime phalerae Cic. Verr. 4, 29. c. 12. *Et mox Tam te has phaleras a Philarcho Centuripino abstulisse dicebant, quam alias item nobiles ab Aristo Panormitano.* Donare aliquem corona et phaleris et torque Cic. Verr. 3, 185 c. 80. Ad populum phaleras Perf. 3, 30 *i.* *Apud rudes et imperitos te iactes, cum prudentioribus iactationem obiicere nequeas.* *conf. Manut. Quaest. Epist. 2, 10.*

PHALERO, arc. Ornare. Ambros. in Lucam 2, 18 Plebem Dominus simplicem requirebat, quae phalerare auditu et fucare nesciret. Eloquentiae phalerandae gratia Ambros. Offic. 1, 12.

PHALĒRĀTVS, a, um. Partic. [Φαλαρωτός] Phaleris ornatus. Liu. 30, 17 Munera quae legati ferrent regi, decreuerunt, singula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, et lato clauo tunicis, equos duos phaleratos. *add. Liu. 43, 5. Iul. Obsequ. c. 129.* Armillata et phalerata Mazacum turba Suet. Ner. c. 30 *extr.* Idem Calig. c. 19 Phalerato equo insigne, *i.* *Instrato magnifice. Metaph. Phalerata dicta, Donatus interpretatur Honesta atque ornata, apud Ter. Phorm. 3, 2, 15.*

PHALERIDES, Aves genere natantium: *vid. PHALARIS,* Genus auis, etc.

PHALEVCIVS, *vid. PHALAEVCIVS.*

PHALIGES, um. m. Populi in Africa, Ptoëmphanis, qui canem pro rege habent, proximi Plin. 6, 30.

PHALISCI, *vid. FALISCI.*

PHALLICVS, a, um. *Adi. vt sacra phallica apud Graecos. It. Poëta phallicus, auctor Priapeorum carminum.*

PHALLVS, i. m. [Φαλλός] Pudendi virilis effigies magna, parua, in Bacchi honorem gestari periguae solita. Hinc laudatur Triphallus *περί ἀγγενοτίτος inter Varronis Satiras Menippeas.*

PHALLOVITROBŌLVN, i. n. *Poculum obscenae figurae, seu Priapus ex vitro. Capitol. in Pertinac. c. 8. Vid. ibi Casaub.*

PHANAEVVS, i. m. [Φαναίος] Mons est in promontorio Chii, vitibus confitus: sic dictus a Phanaeo rege. *Auctor Seruius explicans illud Virg. Georg. 2, 97 Sunt et Amineae vites, firmissima vina: Tmolus et assurgit quibus, et rex ipse Phanaeus.*

PHANATICVS, *vid. FANVM.*

PHANESII, orum. m. [Φανήσιοι] Populi in insulis Oceani Septentrionalibus, qui (vt Solinus c. 30 *extr. ait*) habent aures adeo effusas, vt reliqua viscera contegant illis.

PHANIAS, ae. m. [Φανίας] Graecum nomen, Comicis frequentatum. Hinc Cic. Fam. 2, 13 Phaniam Appii libertum, ad cuius testimonium prouocare solebat, vocat κωμικόν μέγεθυρα.

PHANTASIA, ae. f. [Φαντασία] Imago rerum insipientium animo. Cic. Acad. 1, 39. In qua primum de sensibus ipsis quaedam dixit noua, quos iunctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille phantasiam, nos visum appellemus licet. *Ἀρχὴ φαντασία* emergit Cic. Att. 9, 4. Idem Fam. 15, 16 Qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Sicut parturientis cor tuum phantasias patitur Vulg. Sirac. 34, 5. Phantasias vocant Rhetores Conceptus mentis, cum fingunt aliquid, quod circa rem aliquam contingere possit, quamuis minime contingat. Senec. Suasor. 2 Cestius cum descripsisset honores, quos habituri essent, si pro patria cecidissent, adiecit, per sepulcra nostra iurabitur. Nicetas longe disertius hanc phantasiam mouit. ¶ 2 Phantasia, non homo Petron. c. 38 *ubi conuicium est.*

PHANTASMA, atis. n. [Φάντασμα] differt a Phantasia: quod Phantasia est imaginatio vel visio eius, quod non est; Phantasia autem solum eius, quod est, auctore Suida. Plin. Epist. 7, 27 *pr.* Igitur perquam velim scire, esse aliquid phantasmata, et habere propriam figuram, numenque aliquod putes, an inanem et variam ex metu nostro imaginem accipere. *Hic pro spectro accipitur. Alii Phasmata legunt. Est etiam Imaginatio rei, sive Idea.* August. de Trinit. 8, 6 Alexandriam cum eloqui volo, quam nunquam vidi, praesto est apud me phantasma eius. Delusos fugiens vano phantasmate tactus Alc. Auit. 2, 68 *de Satana.* Putauerunt esse phantasmata Vulg. Marc. 6, 49. *Conf. Vulg. Matth. 14, 26.*

PHANTASMATICVS, a, um. *Adi. [Φαντασματικός] Sarisb. 2, 15 Locus imaginum phantasmaticarum fecundior.*

PHANVM, i. n. [φάνος] *Vid. FANVM.*

PHAON, onis. m. [Φάων] Iuuenis mortalium omnium formosissimus, a Sappho Poëtria impatientissime adamat. *Vid. Sapphus epistolam ad Phaonem apud Ouidium, quae est Heroidum quinta decima. Phaon Lesbicus a Sappho dilectus, medicamento herbae eius, quam cryngen albam appellant, alio nomine centumcaput Plin. 22, 7 et 8.*

PHARAŌNES, um. m. [Φαραώνας] Appellatur Aegypti reges, quod iis cognomen fuit dignitatis, vt scribit Eusebius. Et (vt docet Iosephus Antiquit. 1.) Pharaonis nomen secundum Aegyptios significat Regem. Et reges quum primum perueniebant ad imperium, hoc nomen accipiebant. *Vid. Bochart. in Phaleg. 2, 26.*

PHARETRA, ae. f. [Φαρέτρα] Instrumentum, in quo sagittae reponuntur. Virg. Aen. 1, 327 Succinctam pharetra, et maculosae tegmine lyncis. *A Graeco Φέρω.* Ouid. Met. 2, 440 Vnde pedem referens pacne est oblita pharetram Tollere. Capax pharetra Ouid. Met. 9, 231. Grauida sagittis Hor. Carm. 1, 22, 3. Habilis ad terga. Valer. Argon. 3, 607. Infantes Stat. Achil. 1, 115, 105.

Leues Stat. Theb. 6, 928. Picta Ouid. Met. 2, 421. Plenae Ouid. ex Pont. 4, 13, 35. Saeuae Stat. Achil. 1, 166. Sagittiferae Stat. Achil. 1, 416. Venatrices Claud. Conf. Hon. 4, 160. Aptare pharetras humeris Stat. Theb. 4, 259. Depromsit sagittam aurata pharetra Virg. Aen. II, 858. Ferre euerfam Ouid. Amor. 3, 9, 7. Exhausta telis Ouid. Met. 1, 443. Exuere humero Ouid. Met. 2, 419. Fert humero Virg. Aen. 1, 504. Gestare Idem Aen. 1, 340. Soluere pharetram, Aperire. Ouid. Met. 5, 379.

PHARETRĀTVS, a, um. Adi. [*Φαρετρῶν*] Qui fert pharetram, ut ait Sipontinus. Dea pharetrata, Diana Ouid. Epist. 20, 204. Diana Ouid. Met. 3, 252. Miles Sil. 7, 636. Persis Virg. Georg. 4, 290. Plebs Claud. in 1 Conf. Stil. 1, 55. Puer, Cupido Ouid. Met. 10, 525. Susa Claud. de Bell. Gildon. 32. Virgo Ouid. Amor. 1, 1, 10. *Intelligit Dianam.*

PHARETRĪGER, ēra, ērum. Idem. Sil. 14, 287 Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas, de Xerxe.

PHARIA, ae. f. [*Φαρία*] A Ptolemaeo 2, 17 Plinioque: a Strabone vero Pharus insula contra Dalmatiam et Iaderam, quae nunc vulgo Lisna Illyrico sermone dicitur. 2 Pharia, Vuae genus apud Pisas, Italiae nobilem ciuitatem. Vnde et Pharium vinum. Plin. 14, 4.

PHARIAS, Serpens, vid. PARIAS.

PHARICON, i. n. [*Φαρικόν*] Veneni genus est, quod Athenaeus Phariakon nominat. Plin. 28, 10. Add. Scribon. 195.

PHARIENSES, Populi. Vid. in PHARA.

PHARISAEVS, i. m. [*Φαρισῆος*] b. e. Separatus, ab Hebraeo Pharas, quod est diuidere. Inde Pharisaeorum secta dicta est apud Iudaeos, quod qui eam colerent, ab aliis separati essent, et a publicanis secrete. Tertull. de Praescript. c. 45 Pharisaei additamenta quaedam legi adstruendo a Iudaeis diuisi sunt.

PHARISAEVS, a, um. Adi. Coniuitia Pharisaica Sedul. Pasch. 3, 403. Caeca pharisaica factio gentis Iuuen. 2, 612.

PHARISAEICVS, a, um. Adi. Idem. [*Φαρισῆος*] Quod Pharisaeo attribuitur, vel aliis, a Pharisaeo. Hieronymus contra Vigilantium epist. 53 p. 160. Quasi sepulcra Pharisaica foris dealbata.

PHARMACVM, i. n. Graecis *Φάρμακον*, medium verbum, quod pro Veneno et pro Medicamento accipi potest. Caius I. Qui venenum, D. de Verb. signific.

PHARMACVS, i. m. [*Φαρμακός*] Veneficus, sacrilegus. Petron. 40 c. 107 Pharmace, responde. Vid. Erhard. p. 494. sq. Burm.

PHARMACOPŌLA, ae. m. [*Φαρμακοπώλης*] Pigmentarius, qui pharmaca, id est venena vel medicinas venditat. Componitur ex *Φάρμακον*, et *πώλω*, vendo. Aconitarius Gloss. Cyrill. Hor. Serm. 1, 2, 1 Ambubaiarum collegia pharmacopolac. Itaque auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam: nam eius verba audiuntur, verum et se nemo committit, si aeger est. Cato ap. Gell. 1, 15. Cic. pro Cluent. 40 c. 14. Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum Larinum venisset, aggre-

ditur.

PHARMACEVTICE, es. f. [*Φαρμακευτική*] Dicitur Medicina, quae medicamentis curat, et morbos prostrigat, ad differentiam Therapeutices et Chirurgices. Galen. Com. 1 in 1 Hippocrat. de vict. ratione. Cels. praef.

PHARMACEVTRIA, ae. f. [*Φαρμακείτρια*] Dicitur, quam nos Sagam dicimus, vel veneficam. Hoc nomine Virgilii Ecloga octaua inscribitur, in qua Theocriti imitatione venefica quaedam inducitur, quae magicis incantationibus animum viri, a quo spernebatur, ad sui amorem conuocare.

PHARMACOTROPHI, orum. m. [*Φαρμακότροφοι*] Populi sunt Asiae, Margianis et Susianis finitimi, qui se venenis alere consueverunt: vnde et nomen illis inditum est Plin. 6, 16. Et Pompon. Mela 1, 2.

PHARMACŪSA, ae. f. Insula iuxta Cretam. Plin. 4, 12. Etiam teste Strabone 9 duae sunt huius nominis insulae exiles iuxta Atticam regionem, in mari Salaminiaco, e quibus maior sepulcrum Circes ostentat.

PHARNACEA, ae. f. Oppidum Themiscyrenae regionis Cappadociae. Plinius Castellum appellat 6, 4. Hoc, et

PHARNACEON, i. n. a Pharnace Asiae rege inuentore dicitur herba Panax, quarta tamen specie: ea herba et Centaurium nominatur. Plin. 25, 4. Nempe

PHARNĀCES, is. m. Mithridatis Ponti in Asia regis filius, qui quum, ut ait Florus 4, 2, 62 magis discordiae ciuili inter Pompeium et Caesarem fiducia, quam virtutis suae, infesto in Cappadociam

75 agmine rueret, hunc Caesar aggressus, vno et non toto praelio obtulit more fulminis, quod vno eodemque momento venit, percussit, abscellit. vnde est illud Suetonii in Caesare c. 37 Pontico triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli significantem, sicut caeteris, sed celeriter confecti

80 notam. Lucan. 10, 476 Non Pontus et impia signa, Pharnacis et gelido, etc. Pharnax ab aliis vocatur. Meminit huius Cic. Fam. 15, 15.

PHARNACES, um. m. Gens quaedam in Aegypto, quae praeterquam quod geminas pupillas habet, aspectu etiam nocet. Plin. 7, 2 Haud dissimile iis genus Pharnacum in Aethiopia prodit Damon, quorum sudor tabem contactis corporibus afferat.

PHARNACIA, ae. f. [*Φαρνακία*] Stephano, Regio est, et vrbs Pontica, Trapezunti proxima. Plinius 6, 4 Pharnacen appellat.

PHAROS, i. f. [*Φάρος*] Olim parua Aegypti insula, Plin. 4, 31 quondam diei nauigatione distans ab Aegypto, nunc Alexandriae (quae

90 illi opposita iacet) ponte iuncta, Nili recessu siue exundatione, vt Mela 2, 7 et Plinius ibid. c. 85 testantur. Lucanus 10, 509 Tunc claustrum pelagi coepit Pharon: insula quondam, etc. Nunc vulg. Phara vocatur, teste Oliuario in Melam. In eadem insula, Plinio 36, 13 et Strabone 17 testibus, inter orbis miracula magnificatur turris, multis

95 tabulatis excelsa, et albo lapide mirifice structa, eodem nomine quo insula appellata. Eam Sostratus Gnidius architectus Ptolemaei regis impensis, ad nauigantium salutem struxit, nomenque suum in ea sub tectorio, quod regis nomen aliquamdiu praeferebat, inscripsit. Eadem insula palmis abundat, teste Ouidio Amor. 2, 13, 8 Quae colis et Memphim, palmi-

00 feramque Pharon. Ponitur pro Regno Aegypto, Stat. Silu. 3, 2, 102 Regina Phari. Et Lucan. 8, 443 Petimus Pharon aruaque Lagi. Metaph. Tertull. Poenitentiam et Exomologesin, duas humanae salutis Pharos appellauit lib. extr. de Poenitentia. Vid. ibi Rigaltium.

PHARIVS, a, um, et PHARIACVS, a, um. Adi. [*Φάριος*] Aegyptium plerumque notat. vt, Sistra Phariaca, Acetum Pharium, de

quibus

quibus ff. *U. Aequor Pharium Lucan. 4, 257. Iuuenca Pharia, Isis Quid. de Arte Am. 3, 635. Turba Pharia Tibull. 1, 3, 32.*

PHARSALVS, i. m. *Oppidum Thessaliae, clade Pompeii, Caesaris victoria nobilitatum. Catull. 63, 37 Pharsalum coeunt. Sed Voss. Pharsalam.*

PHARSALIA, ae. f. [*Φαρσαλία*] *A Pharsalo oppido dicitur tota Thessalia. Lucan. 1, 38 Diros Pharsalia campos Impleat. Is. Vossius apud Catull. Argon. f. 63, 37 retinet Pharsaliam coeunt, obseruatque, regionis hic nomen, alteram autem Syllabam ancipitem, correptam etiam Calpurnio Ecl. 4, 101 Nec mora Pharsaliae soluerunt sibila cannae: ubi tamen varia tentant eruditi. Et Lucano quidem aliisque illam syllabam semper produci constat. Itaque si Pharsaliam utique sit a Catullo, trisyllabum puto, i in Consonantem transeunte. Catullum imitatus fuerit Calpurnius: quamquam ibi de lectione magis dubitatur ob librorum variationem.*

PHARSALIVS, a, um. Adi. [*Φαρσαλίος*] *Catull. Argon. f. 63, 37. Pharsalum coeunt, Pharsalia tecta frequentant. Claud. de Nupt. Honor. 291 Pharsalia rura peruolat equus i. Thessala. Laudantur eius prouinciae equi.*

PHARSALICVS, a, um. Aliud Adi. [*Φαρσαλικός*] *ut, Pharsalici campi Thessaliae, in quibus ciuilium bellorum detonauerunt procellae, a Pharsalo dicti oppido, quod situm est in ripa fluminis Enipei. Sunt qui Pharsaliam prouinciam dicant a Pharsalo duce, quae primo Emathia, ab Emathio: postea Thessalia, a Thessalo: deinde a Macedone, Macedonia: postremo a Philippo rege, Campi Philippici. Castra Pharsalica Lucan. 258, 13. Praelium Cic. pro Deiot. 29.*

PHARVSII, vel PHARVSI, orum. m. [*Φαρύσιοι*] *Plin. 5, 8 et Pomponio 1, 4 Populi sunt Africae ultra Mauritaniani, quondam Persae; comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis.*

PHASANIA, ae. f. *Vnde et Phasani populi. Oppidum est Africae supra minorem Syrtim Plin. 5, 5.*

PHASE, vid. PASCHA.

PHASELIS, is. f. [*Φάσηλις*] *Pamphyliae urbs in monte sita, piratarum olim perfugium. Proinde Cic. Verr. 4, 21 c. 10 Mamertinum Siciliae oppidum Verri Praetori, praedoni et piratae Siciliensi, Phaselium quandam fuisse ait, quod omnes furtorum acervos illuc deportasset. Nempe paullo ante descripserat illam Cilicum et praedonum urbem Phaselium Lyciae.*

PHASELVS, PHASELINVS, PHASEOLVS, vid. FASELVS, FASEOLVS.

PHASGANION, i. n. [*Φασγάσιον*] *Herba est, quae alio nomine ziphion appellatur, hoc est gladiolus, nascens in locis humidis, quum primum exit gladii speciem praebens, radicem habens duorum cubitorum, nucis auellanae modo fimbriatam. Reliquam descriptionem vide apud Plin. 25, 11. conf. Apul. de Herb. c. 46.*

PHASIANE, es. f. [*Φασίανη Θεός*] *Arrianus in Periplo Ponti Euxini, Ingredientibus, inquit, Phasin fluium, in dextra est erecta dea Phasiane, quam ille subueretur ex eius figura, an dea Rhea sit. Nam in manu (inquit) cymbalum tenet, et leones sunt sub eius throno, et ita sedet, ut in μετώπῳ templo Matris deum Athentis, quae a Phidia fabrefacta fuit. Lilius Syntag. 4.*

PHASIANS, i. m. [*Φασιανός*] *Auis nota, a Phasi fluuio ad nos traducta ab Argonautis; namque ex ea regione in Graeciam transportatae sunt. Martial. 13, 72. Vid. Lamprid. Alex. c. 41. Plin. 11, 37 et 48. Suet. Vitell. c. 13. Pallad. 1 t. 29.*

PHASIANA, ae. f. [*Φασιανική*] *Idem. Plin. 10, 48 Rursus phasianae in Colchis geminas ex pluma aures submitunt, subriguntque. Nonnulli etiam phasianas gallinas vocant: vid. Suet. Calig. c. 22. it. Plin. 10, 52. Scribitur etiam Fasiana v. g. Spartian. Aelio Vero 5 it. Adrian. 21.*

PHASIANARIVS, i. m. [*Φασιανοπρόφης*] *Qui phasianos pascit. Paullus in l. Auibus legatis D. de legat. tertio, Phasianarii et pastores anserum non continentur.*

PHASIANINVS, a, um. Adi. *Oua phasianina Pallad. 1 tit. 29.*

PHASIOLVS, vid. FASEOLVS.

PHASIS, is, vel Idis. m. [*Φάσις*] *Colchorum fluuius, de quo Lucan. 3, 271 Colchorum qua rura fecat ditissima Phasis. Plin. 6, 4 Nauigatur Phasis quamlibet magnis nauigiis XXXVIII. M. D. P. Inde minoribus longo spatio pontibus centum viginti peruius. Multa in uniuersum Strabo 11. Est et Oppidum, auctore Plinio 6, 4. Epitheta fluuii: Asper Claud. in Ruffin. 2, 376. Barbarus Valer. Argon. 1, 517. Colchus Senec. Hippol. 8. Gelidus Claud. in Eutrop. 2, 575. Horridus Stat. Silu. 1, 6, 77. Limosi Phasidos rapidae vndae Ouid. Met. 7, 6. Niuosus Stat. Theb. 12, 182. Rapidi Phasidis amnis Valer. Argon. 4, 616. Scythicus Idem Argon. 1, 2.*

PHASIAS, adis. f. *Gentile, i. Medea. Ouid. de Arte Am. 2, 382 Barbara per natos Phasias vltia suos.*

PHASIACVS, a, um. Adi. [*Φασιακός*] *Terra Phasiaca Ouid. Rem. Amor. 261. Aqua Ouid. Epist. 12, 10. Coniux, i. Medea Senec. Herc. Oet. 948.*

PHASMA, atis. n. [*Φάσμα*] *Latine Apparitio dicitur, monstrum, visum. Vet. Gl. Φόσμα mostellum. Legi vult Casaubonus etiam Plin. Epist. 7, 27. Sed vid. supra in PHANTASMA. Est autem Nomen fabulae apud Menandram Graecum Comicum. Vid. Ter. Eun. prol. v. 9. Phasma, etiam Fabula fuit cuiusdam Catulli. Iuuen. Sat. 8, 186 Clamorsum ageres vt Phasma Catulli. Conuenit cum Plauti Mostellaria.*

PHASSACHATES, ae. m. *Achates gemma: sed ex qualitate quadam nomen id peculiare sortita. Plin. 37, 10. Sed Hard. Passachates.*

PHATNAE, arum. f. *Stellae in Cancri signo, quae Praesepe a Latinis dicuntur. In prognosticis Cicero, teste Prisciano 16 p. 1034 Astantem tenui quae candent lumina Phatnae.*

PHATNITES, ae. f. *Aegypti praefectura, quam illi Nomon vocant Plin. 5, 9. Hinc Adiectiuum spinor,*

PHATNITICVS, a, um. *Phatniticum Nili ostium, eodem Plin. 95 auctore 5, 10.*

PHAULIAE, arum. f. [*Φαυλίες*] *Polluci sunt Oliuae, quae minimo succo, corpore grandissimo, pusilloque sunt nucleo. Vtitur et Plin. 15, 3 f. 4 Magnitudine oliuae copiam olei non constare, indicio sunt, quae regiae vocantur, ab aliis maiorinae, ab aliis phauliae, grandissimae, alioqui minimo succo. Apud Macrob. Sat. 2, 16 male leguntur Pauliae. Columella 5, 8, 3 in catalogo olearum non habet hoc nomen, sed habet regias.*

PHAYLLVS et PHAYLLEVS, vid. PAPHAGVS.

PHAZEMON. *Vicus, a quo Phazemonetica regio, et Pha-*



zemonenses populi, apud quos Neapolim Pompeius aedificasse creditur. Strab. 12.

## P H E

5 PHECASIVM, etc. Vid. PHAECASIVM.

PHEDIUS, i. m. Delphico oraculo sapientissimus iudicatus, atque felicissimus, ut qui pro patria proxime occubisset Plin. 7, 46. Quidam legunt Pedium. Neutrius alia, puto, mentio.

10 PHEGEA, ae. f. [Φήγεια] Ciuitas Arcadiae a Phegeo rege, Phoronei fratre condita, prius Erymanthus, postea et Psephis appellata. Stephan.

PHEGEVS, ei. m. [Φηγέως] Pater fuit Alphefiboeae, filiorumque Themonis et Axionis: ad hunc confugit Alcmaeon, Amphiarai filius, posteaquam matrem Eriphylen patris iussu necauisset, et ob id facinus ad insaniam adactus esset, furis et exagitatus, petens a Phegeo purgari; quod quum impetrasset, Alphefiboeae filiae Phegei monile donò dedit, quod occisae matri abstulerat, ipsamque Alphefiboeam uxorem duxit. Hanc fabulam ut breuiter, ita perobscure refert Ouid. Met. 9, 412. Et, ut ego quidem conicio, sic voluit Ouid. Alphefiboeam monile ab Alcmaeone petisse, et quum fratres Alphefiboeae intellexissent, monile habere Alcmaeonem tam pretiosum, insidiis eum peremisse. Quoque hoc sit verisimilius, constat Themonem et Axionem a sorore ipsa interfectos esse, dicente Propertio 1, 15, 15 Alphefiboea suos vltia est pro coniuge fratres: Sanguinis et cari vincula rupit amor. Phegeus, proprium serui, apud 25 Virgil. Aen. 5, 263 Vix illam famuli Phegeus, Sagarisque ferebant.

PHEGEIVS, a, um. Adi. [Φηγίος] Ensis Phegeius Ouid. Met. 9, 412.

PHEGIS, idis. f. Patronym. Phegei filia, Alphefiboea. Ouid. Rem. Amor. v. 455 Amphilochoi frater ne Phegida semper amaret.

30 PHEGOR, oris. m. [Φεγώρ] Lingua Hebraea Priapus appellatur. Vnde Beel-phegor, dictio composita; h. e. Priapi simulacrum. Hieronymus contra Iouinianum.

PHELLANDRION, i. n. [Φελλάνδριος] Herba, quae in palustribus nascitur, folio apti, cuius semen propter calculos et vesicae incommoda 35 bibitur. Plin. 27, 12.

PHELLVS, i. m. [Φελλός] Id videtur esse Graecis, quod Suber Latinis. Scribit Plutarchus in libro de Romanorum fortuna, Caium Pontium a Camillo transiturum in Capitolium, quod a Gallis obsidebatur, dum Tibrim transmitteret, Φαλλές πλατῆς υποσηρῶσας, hoc est phellos latos pectori subiecisse. Suberis natura est, ut mergi nequeat, propterea 40 Graeci ἀβάπτιστον Φελλόν vocant, quasi dicas immerisabilem phellum. Hinc Phellopodas quosdam fingit Lucianus, qui per mare currentes non mergerentur, quoniam inquit phellinos haberent pedes. Ex phelli, id est suberis similitudine est apud Vitruuium 9, 9 in horologii aequalis ratione, phellos, siue tympanum, aut scaphum, quod ab aqua subleuatur. 45 Vid. quae viri docti ad h. l.

PHEMIUS, i. m. Citharoedus, Homeri praeceptor, quem ipse inducit cantantem Odyss. 1. Et Ouid. Amor. 3, 4, 17 Quid iuuat, ad furdas si cantet Phemius aures.

50 PHEMONOE, es. f. [Φημονόη] Sibyllae nomen, quae prima Apollinis Delphici vates dicitur fuisse, et carmen Heroicum inuenisse, ut ait Pausanias. Stat. Silu. 2, 2, 38 Referetque arcana pudicos Phemionoe fontes. Est et Phoebados cuiusdam nomen apud Lucan. 5, 126 Phemionoe errare vagam curisque vacantem. Sunt qui Phoebi filiam 55 dicant fuisse. Meminit eius Hesiod. in Theog.

PHENEVS, i. c. [Φενεός] Plin. 4, 8 Oppidum Arcadiae iuxta quod est lacus eiusdem nominis. In oppido, ut idem testatur 25, 4 nascitur illa herba contra omnia veneficia praefens remedium, quam Homerus a diis moly vocari putat. Pheneum lacum Arcadiae describit Ouid. Met. 15, 332

Est lotus Arcadiae, Pheneon dixere priores,  
Ambiguus suspectus aquis, quas nocte timeto;  
Nocte nocent potae: sine noxa luce bibuntur.

65 Locus in primo versu Heins. et Burm. Pro Pheneon habent quidam Phemon: sed illud rectum. Stat. Theb. 4, 291 Et Pheneos nigro styga mittere credita Diti.

¶ 2 Pheneus Amnis in Alpheum defluens, ut testatur Plin. 4, . . .

70 PHENEATAE, arum. m. [Φενεάται] Populi, qui incolunt Pheneum oppidum, et adorant Mercurium quintum. Cic. de Nat. Deor. 3, 56 de Mercuriis, Quintus quem colunt Phencatae, qui et Argum dicitur interemisse, etc.

PHENGITES, ae. m. [Φεγγίτης] Lapis, de quo sic Plin. 36, 22 Nerone principe in Cappadocia repertus est lapis duritia marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fuluae inciderant venae, 75 ex argumento phengites appellatus. Sane Φεγγος dicitur Latine splendor. Sueton. Domit. c. 14 Porticum in quibus spatium consueuerat, parietes phengite lapide distinxit, e cuius splendore per imagines quidquid a tergo fieret prouideret.

80 PHENION, i. n. Herba, quae et Anemone dicitur, quasi herba venti: sic enim vulgus appellat, quod eius flos non nisi vento spirante aperiat Plin. 11, 23.

PHERAE, arum. f. [Φεραί] Plinio 4, 8 et Cic. de Diuin. 1, 53 testibus, Oppidum est Thessaliae, quod crudeli dominatu tenuit Alexander quidam tyrannus, a quo et Pheraeus vocitatus est. Huius Alexandri meminit Cic. de Inuent. 2, 44 et Off. 2, 25. Appellatur et Plin. 85 4, 5 Locus Pherae in Achaia; i. Rudera et vestigia. ib. c. 7 Oppidum Atticae inter Megaram et Thebas. Ouid. in Ibin 321 Inque tuo thalamo iuguleris more Pheraei, Qui datus est leto coniugis ense suae. Quod carmen intelligit Egnatius de Iasone illo, qui a Pheris 90 Thessalicis, quas tyrannide opprefferat, dictus est Pheraeus. Hunc Thebe uxor adiuuantibus consciis tandem interemit.

PHERAEVS, a, um. Adi. Alexander Pheraeus Cic. de Inuent. 2, 144. Iason Cic. Off. 1, 108. Campi Valer. Argon. 1, 444. Duces Stat. Theb. 2, 163. Sen. Medea 663 Coniugis fatum redimens Pheraei Vxor impendes animam marito. Alcestis Admeto. Vaccae Pheraeae Ouid. A. A. 2, 239. quas paruit apud Admetum Pheraeum Apollo.

PHERETIADES, is. m. [Φερετῆίδης] Patronymicum pro Gentili apud Ouid. Met. 8, 310 Cumque Pheretiade, et Hyantaeo Iolao. Admetum intelligit Pheretis filium. Add. Ouid. A. A. 3, 19 Fata Pheretiadae coniux Pagasaea redemit. Homerus primam etiam per n extulit.

105 PHERECYDES, is. m. [Φερεκύδης] Syrius, praeceptor fuit Pythagorae. Ipse autem magistrum nullum habuit, sed per se plurimum doctrinae est adsecutus, ut scribit Suidas. Diogenes autem Laertius Pittaci auditorem dicit fuisse, et pediculari morbo interisse. Floruit regnante Scruio

*Servio Tullo apud Romanos. Vid. Cic. Tusc. 1, 38. Magister Pythagorae Pherecydes potius diuinus habebitur, quam physicus Cic. de Diuin. 1, 112.*

**PHERECEVS**, a, um. Adi. [*Φερεκύδειος*] Cic. de Diuin. 2, 31 An hoc eiusdem modi est, quale Pherecydeum illud, quod est a te dictum?

**PHERECLVS**, i. m. [*Φηρέκλος*] Filius Harmonidis, qui (ut Homerus ait) Paridi naues fabricauit, quibus ad rapiendam Helenam in Spartam nauigauit. Laudatur Ausonius, forte in Periochis, Meriones Phereclum vibrata percutit hasta. Sed non inuenio.

**PHERECLĒVS**, a, um. Adi. [*Φερέκλειος*] Ouid. Epist. 16, 21. Hac duce Sigaeo dubias a litore feci Longa Phereclea per freta puppe vias.

**PHERETRVM**, vid. Feretrum in FERRO, fers.

**PHEROMBROS**, i. m. Cucumis siluaticus. Apul. de Herb. c. 113.

**PHETRIVM**, i. n. [*Φέτρειον, Φάτρειον* s. *Φήτριον*] Curia, locus in quo *Φεάτροες* s. sodales aut curiales adeo conueniunt. Occurrit in Vet. Inscr. Grut. p. 214 ubi Phetrium Augustalium memoratur. Vid. Scal. de Emend. temp. p. 477 et Reines. V. L. 3 p. 602 itemque Maussacus ad Harpocrat. voce *Φερεπλαγχος*.

**PHEVXASPIDION**, i. n. Herba, alias Polium. Apul. de Herb. c. 57.

## P H I

**PHIALA**, æ. f. [*Φιάλη*] Vas vini vel aquae, pretiosum praesertim, Iuuen. 25 Sat. 5, 39 Ipse capaces Heliadum crustas, et inaequales beryllo Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum. Martial. 8, 45 Quis labor in phiala? etc.

De phiala aurea est epigramma apud eundem 14, 100.

¶ 2 Phiala, Locus in Aegypto inter Nili insulas, quem incolae a figura Phialam vocant. Plin. 8, 46.

**PHIALE**, es. f. Vna ex comitibus Dianae. Ouid. Met. 3, 172.

**PHIDIAS**, æ. m. [*Φιδίας*] primum pictor, deinde statuarius. Cuius artis Iupiter Olympius testimonium exhibet, et Romae in porticibus Ostiuae Venus. Auctor Plin. 35, 8. A Plinio dictus est artifex nunquam satis laudatus. De quo Quinctil. 12, 10 Phidias diis quam hominibus efficiendis melior. Phidias speciem sui similem inclusit in clipeo Mineruae Cic. Tusc. 1, 34. Mineruae signum ex ebore pulcherrimum Phidiae Cic. de Clar. Orat. 257. Signum Phidiae: prouerb. de Re elaboratissima et summae perfectionis. Cic. de Clar. Orat. 228. Q. Hortensii admodum adolescentis ingenium, ut Phidiae signum, simul aspectum et probatum est. Simulacris Phidiae nihil in illo genere perfectius Cic. in Orat. 8.

**PHIDIACVS**, a, um. Adi. [*Φιδιακός*] Propert. 3, 9, 15 Phidiacus signo se Iupiter ornat eburno. Ebur Phidiacum viuabat Iuuen. Sat. 8, 103. i. Statuae eburneae a Phidia sculptae tanto successu, ut viuere viderentur. Ouid. ex Pont. 4, 1, 32 Arcis ut Aethaeae vel eburna vel aenea custos Bellica Phidiaca stat dea facta manu.

**PHIDIPIDES**, vid. PHILIPPIDES.

**PHIDITIA**, orum. n. [*Φιδίτια* vel *Φιδίτια*] Coenationes Lacedaemonii seu conuiuia nominabant a parsimonia; *φιδίτιον* enim significat parco et abstineo; Cic. Tusc. 5, 98 c. 34 Quid, victum Lacedaemoniorum in phiditiis nonne videmus? Locus classicus de Phiditiis est Asben. Deipn. 4, 6 seq.

**PHILADELPHENI**, orum. m. Populi in Lydia contermini Macedoniae Plin. 5, 29.

**PHILADELPHIA**, æ. f. [*Φιλαδέλφια*] Nomen ciuitatis in Mysia regione Asiae, terrae motibus concussa, vna ex septem ecclesiis.

**PHILADELPHVS**, i. m. [*Φιλάδελφος*] Ptolemaeus, rex Aegypti, cognomen ab amore et matrimonio sororis Arsinoës sortitus: bibliothecam fecit Alexandriae, fere quinquaginta millia librorum continentem. Idem libros Moysis curauit per LXX qui vocantur interpretes ex Hebraeo in Graecum sermonem verti.

**PHILAE**, arum. f. Aegypti locus munitus, de quo Lucan. 10, 313 Rursum multifidas reuocat piger alueus vndas. Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura Regni claustra Philae.

**PHILAENI**, orum. m. [*Φιλαίνοι*] fratres Carthaginenses duo, qui viui se obrui in loco controuerso passi sunt, ut isa fines suorum ciuium sancirent. Rem copiose narrat Sallust. Iug. 79. it. Val. Max. 5, 6 ext. 4. Locus et monumentum vocatur Philaenon arae Sall. Iug. 19, 3 ubi Philenon etiam Cortius edidit. Sil. 15, 704 Qua celebre inuicti nomen posuere Philaeni.

**PHILAMMON**, onis. m. [*Φιλάμμων*] Filius Apollinis ex Chione Nymphe: clarissimus carmine et cithara. Ouid. Met. 11, 317 Nascitur e Phoebos (namque est enixa gemellos) Carmine vocali clarus citharaeque Philammon.

**PHILANTHRŌPIVM**, i. n. [*Φιλανθρωπίον*] Liberalitas, quam hominis gratia largimur. Vlpian. in l. 2 de Proxenetis, in P. Idem dico et si aliquid philanthropii nomine acceperit. Al. Philanthropiae. Sed probata lectio Philanthropi Cuiacio Obs. 11, 18 ubi ostendit, a Graecis praemium eiusmodi humanitatis etiam vocari *Φιλάνθρωπον*. Nempe

**PHILANTHRŌPOS**, i. m. [*Φιλάνθρωπος*] Latine Humanus, id est amans hominum. Hinc Philanthropos, Lappae genus, quod vestibus hominum adhaerens, eos amare videatur. Plin. 24, 19 Philanthropon herbam Graeci appellant hirsutam, quoniam vestibus adhaerescat.

**PHILAVTĪA**, æ. f. [*Φιλαντία*] Amor sui ipsius. Cic. Att. 13, 13 Libri quidem ita exierunt (nisi forte me communis *φιλαυτία* decipit) ut in tali genere, ne apud Graecos quidem simile quidquam. De libris suis Academicis.

**PHILEMATIVM**, i. n. Nomen meretricis apud Plaut. Most. Pulcher Philimatus et matrona Philimatia, sunt Sidon. Epist. 5, 17. it. 2, 8, 4. et ibi Sirmond. p. 29.

**PHILĒMON**, onis. m. [*Φιλήμων*] Poeta Comicus. Quamuis, inquit Quinctil. 10, 1 prauis sui temporis iudiciis, Menandro saepe praefatus est: consensu tamen omnium meruit credi secundus. Philemon rusticus, vna cum uxore Baucide in arbores conuersus, et domus eius in templum. vid. Ouid. Met. 8, 710 seqq.

**PHILENI** vid. PHILAENI.

**PHILESIVS**, a, um. Adi. Regna Philecia Ouid. in Ibin v. 327 Sed Philiafia Burma.

**PHILETAERIA**, siue PHILETERIA, æ. f. [*Φιλεταίριον*] herba est, teste Plin. 25, 6 s. 29 quam nonnulli Pelemoniam appellant. Alii Chliodynamam, radice crassa, exilibus ramis, quibus in summis corymbi dependent nigro semine, caetero rutae similis.

**PHILĒTAS**, æ. m. [*Φιλήτας*] Cous, temporibus Philippi et Alexandri Macedonum grammaticus, criticus et Poeta, praceptor Ptolemaei Philadelphi, scripsit elegias, epigrammata, et alia. Auctor Suidas. vid.

Quintil. 10, 1. Propert. 3, 1, 1 Callimachi manes, et Coi sacra Philetæ.

¶ 2 Fures et Latrones Aegyptii Philetas dicebant, Senec. Epist. 51 extr. Voluptates præcipue exturba, et inuisissimas habet latronum more, quos Philetas Aegyptii vocant. Hesych. Φιλέτας, κλέπτης, ληστής. Plura Lips. Festus Pilare a Graeco derivat. Graeci enim fures Piletas dicunt, puta Aeolice πιλύτας.

PHILETĒVS, a, um. Adj. [Φιλέταιος] Propert. 3, 3, 52 Talla Calliope: lymphisque a fonte petitis Ora Philetea nostra rigauit aqua.

PHILETIS, idis. f. Collyrium ad pustulas oculorum. Cels. 6, 6, 12.

PHILIPPEVS, vid. PHILIPPVS.

PHILIPPI, orum. m. [Φιλιπποι] Ciuitas est Thraciae (inquit Seruius) in qua primo Caesar et Pompeius, postea Augustus et Brutus cum Cassio dimicauerunt. Virg. Georg. 1, 490 Romanas acies iterum videre Philippi. Emathii Philippi Ouid. Met. 15, 824. Busta ciuilia Philippi Propert. 2, 1, 27.

PHILIPPENSIS, e. Possessuum a Philippis Thraciae ciuitate. Philippenses ciues, Φιλιππίσιοι, et Philippense bellum, Quod apud Philippos gestum est. Suet. Aug. c. 13. Praelium Philippense Plin. 7, 45.

PHILIPPICAE, vid. PHILIPPVS.

PHILIPPIDES, is. m. [Φιλιππίδης] a celeritate pedum ἡμαρδρόμος cognominatus, quod viginti trium horarum spatio mille quingenta stadia pedibus confecerit: diei vnus et noctis spatio itinere ab Athenis Lacedaemonem vsque peracto. Suid. et Solin. c. 6. Mentio eius etiam Nep. 1, 4, 3 ubi tamen Phidippides MStorum et Herodoti auctoritate legendus videtur. Et, quid si Φειδεππος primo fuit appellatio hominis, ita valentis cursu, ut equis parci posset.

PHILIPPŌPOLIS, is. f. [Φιλιππόπολις] Vrbs a Macedone Philippo sita. Tacit. Ann. 3, 38 Plurimi ac maxime compositi regem, vrbenque Philippopolim a Macedone Philippo sitam circumfidunt. vid. Plin. 4, 11.

PHILIPPVS, i. m. [Φίλιππος] Macedo, Amyntae filius, puer quondam his obses datus ab Alexandro fratre, primum Illyriis, deinde Thebanis, conciliandae pacis gratia. Quo tempore per triennium in domo Eupaminondae summi ducis, pueritiae rudimenta exercuit. De hoc legitur Diodorum: et Iustinum Trogi libro 7 it. 8 et 9. Ut hic ad fastigium perduxisse videtur Macedoniae regnum, ita illud perditum vidit. Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniae a T. Quintio Flaminio victus. vid. Liu. 31. De priore Alexandri M. patre, Cic. Off. 1, 90 Philippum Macedonum regem, rebus gestis et gloria superatum a filio, facilitate et humanitate superiorem fuisse. Philippus Aristotelena Alexandro filio doctorem acciuit, a quo eodem ille et agendi acciperet praecepta, et loquendi Cic. de Orat. 3, 138. Clari monumenta Philippi Ouid. Fast. 6, 801. Pellaeus Philippus Lucan. 10, 20. Terra regnata Philippo Ouid. ex Pont. 4, 15, 15. ¶ 2 Est etiam cognomen Romanae gentis Marciae, e qua L. Philippus orator, Crassii aduersarius, ut scribit Cic. de Orat. 3, a pr. Forte idem Strenuus et fortis, causisque Philippus agendis Clarus etc. Hor. Epist. 1, 7, 46.

PHILIPPĒVS, a, um. Adj. [Φιλιππίος] Aurum Philippeum Plaut. Curc. 3, 70. et Bacch. 2, 2, 42. Sanguis Philippeus Propert. 3, 11, 40.

PHILIPPEVS, i. sive PHILIPPVS, i. m. [Φιλιππίος] Aureus cum Philippi imagine numus, cuius apud Plautum frequens mentio est. Hor. Epist. 2, 1, 234 Philippos, Regale numisma nuncupauit Liu. 37, 59 Numos aureos philippeos centum quadraginta millia. Conf. Plaut. Afin. 1, 3, 1. et Poen. 1, 1, 38. ¶ 2 De numis etiam Romanis Treb. Poll. in Claudio c. 14 ex epistola Valeriani Imp. Philippeos nostri vultus annuos centum quinquaginta. Sunt itaque Philippi cum imagine Valeriani: ut apparet, ad pondus et valorem Philippeorum cudebantur auri.

PHILIPPĪCVS, a, um. Adj. Argentum Philippicum Plaut. Truc. 5, 1, 60. Hinc

PHILIPPICAE, arum. f. [Φιλιππικαὶ λόγοι] Orationes Demosthenis in Philippum regem: ad quarum imitationem Ciceronis orationes in Antonium, Philippicae quoque dicuntur, quae et Antonianae dici poterant. Cic. Att. 2, 21 Fuit mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat cuius ille tuus Demosthenes, et quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, etc.

PHILISTORICVS, i. m. historiarum amator. Inde philistoricus Daniel est totius orbis Theodulff. Carm. 2, 67.

PHILISTVS, i. m. [Φιλίστος] Historicus fuit, de quo sic Cic. de Orat. 2, 57 Hunc consecutus est Syracusius Philistus, qui quum Dionysii tyranni familiarissimus esset, otium suum consumpsit in historia scribenda, maximeque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus.

PHILLYRA, PHILLYRIVS, PHILLYREIVS, vid. PHILLYRA.

PHILO, onis. m. [Φίλων] Consultum Graecis nomen v. g. Academicus Clitomachi discipulus, Romae profitebatur, quo profugerat Mithridatico bello, teste Cic. de Clar. Orat. 306. Philo Architectus fuit, qui Atheniensibus armamentarium fecit, ut ait Cic. de Orat. 1, 62. Philo Caeli libertus, ut ipse testatur in epistola ad Ciceronem Fam. 8, 8. Philo item alius Pompeii libertus, ut scribit Cic. Att. 16, 3.

PHILOCALIA, ae. f. Castellum in Themiscyrena, non procul a Tripoli fluuio et castello Plin. 6, 4.

PHILOCHARES, is. m. [Φιλόχαρης] Marrubium Plin. 20, 22.

PHILOCTĒTES, ae. m. [Φιλοκλήτης] Poeantis filius, Herculis comes. Propert. 2, 1, 59 Tarda Philoctetae sanauit crura Machaon. Ad Troiam cum caeteris Graecis proficiscens, quum Natrix eius pedem inuassisset, ut est apud Philostratum, et Q. Calabrum libro nono, sive quum venenata sagitta in eo percussus esset, ut alii tradiderunt, in Lemno subsedit, multaque interim mala Graecis imprecabatur, a quibus in ea insula derelictus fuerat. Hinc M. Cicero Famil. 7, 16 Trebatium, qui Caesarem in Britanniam euntem subsequutus non erat, sed excusatione quadam vsus Samarobrinae substiterat, si quosdam audimus, Philocteten vocat: sed merito inualuit sententia illorum, qui Philotheoron legunt, Spectaculorumque amatorem, vel peregrinationis studiosum interpretantur. Vnde Vlysses apud Ouidium Met. 13, 329

Sis licet infestus sociis, regique, mihi que  
Dure Philoctete: licet execrere, meumque  
Deuoeas sine sine caput, cupiasque dolenti  
Me tibi forte dari, nostrumque haurire cruorem etc.

Cicero ad Q. Frat. 2, 10 ad finem, De Republica nimium te laborare doleo, et meliorem ciuem esse quam Philocteten, qui accepta iniuria, ea spectacula quaerebat, quae tibi acerba esse video: intellig. interitum ciuium suorum. Ausonius Philocteten pro Molli et effeminato accipit in epigram.

epigrammate 70 *subscripto picturae Crispae mulieris impudicae*, Praeter legitimi genitalia foedera coetus Repperit obscenas vberes vitiosa libido, Herculis heredi quam Lemnia sua sit egestas. *Hoc enim nomine nosatus est et a Martiale 2, 84* Mollis erat, facilisque viris Poentius heros: Vulnere sic Paridis dicitur ulta Venus. *Seruius in 5 illud Aen. 3, 402* — hic illa ducis Meliboei Parua Philoctetae subnixa Petilia muro. *sic ait*, Philoctetes fuit Poentis filius, Herculis comes: quem Hercules quum hominem Oeta monte deponeret, petiit, ne alicui sui corporis reliquias indicaret. De qua re eum iurare compulit: et ei pro munere dedit sagittas hydrae felle tinctas. 10 Postea Troiano bello responsum est, sagittis Hercules opus esse ad Troiae expugnationem. Inuentus itaque Philoctetes, quum negaret se primo scire vbi esset Hercules, tandem confessus est mortuum esse. Inde quum acriter ad indicandum sepulcrum eius cogere, et primo negaret, pede locum percussit, quum nollet dicere. Postea quum ipse 15 duceretur ad bellum, vnus sagittae casu vulneratus est pedem quo percusserat tumulum. Ergo quum putorem insanabilis vulneris Graeci ferre non possent, diu quidem eum pro oraculi necessitate sustinuerunt: ductum tandem apud Lemnum sublatis reliquerunt sagittis. Hic postea horrore sui vulneris ad patriam redire neglexit: sed sibi par- 20 vam Petiliam in Calabriae partibus fecit. *Haec Seruius. Auct. ad Her. 4, 41 c. 30* Danais datum erat oraculum, non posse capi Troiam sine Philoctetae sagittis. Philoctetes quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum Cic. de Finib. 5, 32. *Add. Fam. 7, 33 quem locum damus in PENNIGER.* Philocte- 25 tes serpentis morfu vlceratus, in insula Lemno relictus est Cic. de Fato 36.

**PHILOCTETĒVS**, a, um. Adj. Cic. Tusc. 2, 55 Refutetur ac reiciatur Philocteteus ille clamor.

**PHILODĒMVS**, i. m. *Epicureus Ciceronis aetate nobilissimus. vid. 30* Cic. de Fin. 2, 119 et Hor. Serm. 1, 2, 121.

**PHILOGRAECVS**, i. m. [*Φιλαίαν*] *Qui libenter vititur di- 35* tionibus Graecis. Varro de R. R. 3, 10, 1 Transi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod vos philograeci vocatis *φιλαίαν*.

**PHILOGYNĪA**, ae. f. [*Φιλογυνεία*] *Amor mulierum. Cic. 35* Tusc. 4, 25 c. 11 Similiterque caeteri morbi, vt gloriae cupiditas, vt mulierositas, vt ita apellem eam, quae Graece *φιλογυνεία* dicitur, caeterique similiter morbi aegrotationesque morborum nascuntur.

**PHILOISTOR**, vel **PHILOHISTOR**, oris. m. [*Φιλοίστωρ*] *Cupidus doctrinae. Hieron. Epist. 103, 7. 40*

**PHILOLAVS**, i. m. [*Φιλόλαος*] *Philosophus nobilis Pythagorae- 45* us. v. g. Philolaum instituit Archytas Tarentinus Cic. de Orat. 3 c. 34.

**PHILOLOGIA**, ae. f. [*φιλολογία*] *Amor literarum et librorum, 45* ita vt philosophia nullo modo excludatur, qui enim *λόγοι* meliores? Vitruu. 8, 4 de C. Iulio Masaniassae filio, Is hospitio meo est vsus: ita quoti- 45 dianio conuictu necesse fuerat de philologia disputare. Interim cum esset inter nos de aquae potestate et eius virtutibus sermo etc. Et ipse Cic. Att. 13, 12 haec *φιλολογώτερον* cum vocat suos de philosophia li- 45 bras, nominatim quaestionum Academicarum, intelligit. Sic etiam non excludi puto philosophiam, multo minus substituendam arbitror philosphi- 50 am, Cic. Fam. 16, 21 Cuius quum frugi seueraque est vita, tum etiam iucundissima conuictio. non est enim seiunctus iocus a philologia, et quotidiana *συζήτησις*. Paullatim tamen deserta vox videtur ad illud 55 studium, quo nou tam quid verum sit disputando quaeritur, quam, quid quisque dixerit, interpretando aperitur. Sic Homerum Poetarum pa- 55 rentem, philologiaeque omnis ducem vocat Ptolemaeus apud Vitruu. 7 praef. Huc alludens, et acumen suo more ostentans Quae philoso- 55 phia fuit, facta philologia est Senec. Epist. 108.

**PHILOLOGVS**, i. m. [*Φιλόλογος*] *Studiosus suis amator litera- 60* rum et librorum. Suet. de Claris Gram. c. 10 vbi de Attico, Philo- 60 logi appellationem assumpsisse videtur, quia sicut Eratosthenes (qui primus hoc cognomen sibi vindicauit) multiplici variaque doctrina censebatur. Sic Vitruu. 9, 3 Non minus etiam plures Philologi, cum Graecorum sapientibus multa deliberantes, secretos cum his videbun- 65 tur habere sermones. Et ipse Cic. Att. 13, 12 Ergo illam *καθημε- 65* ρην in qua homines nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi, ni- mis acute loquuntur, ad Varronem transferamus. Cic. ad Q. Fr. 2, 10 extr. *simpliciter sermonis et conuictus amorem notare videtur*: Nos enim ita philologi sumus, vt vel cum fabris habitare possimus. *Vid. Casau- 70* bon, ad Sueton. l. c. et Wotwer. de Polymathia c. 20.

**PHILOLOGVS**, a, um. Adj. Rebus philologis delectari Vitruu. 70 prooem. lib. 6. *φιλολογώτερα habuimus ex Cic. Att. 13, 12.*

**PHILOMĒLA**, ae. f. [*Φιλομήλη*] *Pandionis Athenarum regis 75* filia, et soror Prognos uxoris Terei regis Thracum. Quae quum a Te- 75 reo compressa fuisset, tandem (vt est in fabulis) deorum miseratione in- 75 quem sui nominis conuersa fuit, quae et Luscinia dicitur. Nec cessat de- 75 flere cantu dulcissimo iniuriam quam passa est. *vid. Ouid. Met. 6, 424 seqq.* Martial. 14, 75 Flet Philomela nefas incesti Tereos: et quae Muta puella fuit, garrula fertur auis. Moerens Philomela Virg. Georg. 4, 511. *Add. Virg. Ecl. 6, 79 Plaut. Rud. 3, 1 Sidon. Epist. 2, 2. 80* it. singularis Elegia, quae cum Quidio edi solet.

**PHILOMELVS**, i. m. *Viri nomen Martial. 4, 5.*

**PHILOMELIVM**, i. n. *Vrbs magnae Phrygiae. Cic. Fam. 3, 8. 85* 15, 4. et Att. 5, 20.

**PHILOMVSVS**, i. m. [*Φιλόμυσος*] *Amator, sive amicus Musa- 85* rum. Martial. 7, 75 Delectas, Philomuse, non amaris. Sic 3, 10.

**PHILONIDES**, is. m. Curfor Alexandri, qui ex Sicyone Elin, mille, et ducenta stadia, nouem diei confecit horis. Plin. 2, 71.

**PHILONIVM**, i. n. [*Φιλώνιον*] *Pharmaci genus, ab auctore di- 90* *sum.* Serenus v. 393 Quid referam multis composita philonia rebus. *conf. Not. Keuchen.*

**PHILOPAES**, aedis. m. Plin. 20, 22 f. 89 Marrubium — Graeci nonnulli Philopaeda vocant.

**PHILOPARABOLOS**, vt *Curatio philoparabolos* Cael. Aurelian. 95 Acut. 1, 16, 131 et 144. i. periculosa. *Conf. PARABOLI et PARA- 95* BOLANI.

**PHILOPĀTOR**, oris. m. *Amans patris. Arnob. 6 p. 193. Fuit 100* et Cognomen Ptolemaei regis Aegyptii, sed per ironian, quia patre ac ma- 100 tre interfecit, regnum occupauerat. *Vid. Iustin. 29, 1.*

**PHILOPOEMEN**, enis. m. [*Φιλοποίμην*] *Megalopolitanus, dux 105* Achaeorum praestantissimus, Lacedaemonios et Messenios multis cladibus afflixit, vt est auctor Plutarchus. Huius etiam meminit Liuius 35, 25 seqq. Aufon. Eidyl. 12, 82. Carcere in Argiuo Philopocmena lenta adiit 105 mors. *vid. Liu. 39, 49 seqq.*

**PHILOSOPHASTER** Augustin. de C. D. 2, 27. *i. qui falso philosophiae habitum induit.*

**PHILOSOPHIA**, ac. f. [*φιλοσοφία*] *Amor et studium sapientiae, atque ipsa adeo interdum sapientia.* Cic. de Legib. 1, 58 c. 22 Ita sit mater omnium bonarum rerum sapientia: a cuius amore Graeco verbo *φιλοσοφία* nomen inuenit. Nec quidquam aliud est Philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiae Cic. Off. 2, 5 c. 2. Ars vitae, philosophia est Cic. de Finib. 3, 4 c. 2. Cognitio omnis optimarum rerum, atque in iis exercitatio, philosophia nominatur Cic. de Orat. 3, 57. Commentatio mortis, philosophia Cic. Tusc. 1, 74.

Cultura animi, philosophia est, quae extrahit vitia radicibus Cic. Tusc. 2, 13 c. 5. Mater omnium artium, donum et incrementum deorum, philosophia Cic. Tusc. 1, 64 c. 26. Mater omnium benefactorum, beneque dictorum, philosophia Cic. de

Clar. Orat. 2, 322. Medicina animi, Philosophia Idem Tusc. 3, 6 c. 3. Procreatrix omnium artium laudandarum et quasi parens philosophia Cic. de Orat. 1, 9.

Philosophia virtutis continet et officii et bene viuendi disciplinam: quam qui profitetur, grauissimam mihi sustinere personam videtur Cic. in Pison. 71. In philosophia

nihil debet esse loci commenticiis fabulis Cic. de Diuin. 2, 80. Distributa est in tres partes philosophia, in naturae obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores Cic. de Orat. 1, 68. Quamquam quid opus est in hoc philosophari, cum rem non magnopere indigere philosophia videamus Cic. Tusc. 1 c. 36.

Actiua, Contemplatiua Sen. ep. 95. Fugiens consulto multitudinem philosophia, paucis contenta iudicibus Cic. Tusc. 2, 4. Frugifera et fructuosa Cic. Off. 3, 5.

Orba, *vid.* ORBVS. Praepotens et gloriosa Cic. de Orat. 1, 193. Nobiles in philosophia, *vid.* NOBILIS. Auocare philosophiam a rebus occultis, *vid.* AVOCO.

Auocare aliquem a philosophia Cic. Tusc. 1, 4. Illustrare Latinis literis, *vid.* ILLUSTRIS. Inchoare, *vid.* INCHOO. Indixerat bellum philosophiae Zethus Pacuianus Cic. de Orat. 2, 155.

Inurgitare se in, *vid.* INURGITO. Insinuare se in, *vid.* INSINVO. Laudari satis digne nunquam poterit philosophia, cui qui pareat, omne

tempus aetatis sine molestia possit degere Cic. de Senect. 2. Profiteri Cic. in Pison. 71 c. 29. Versari in antiquissima et nobilissima Cic. Off. 2, 8.

¶ 2 *Pro disciplina, scientia etc. si quis novit geometricae artis philosophiam* Augt. de Limit. ap. Rigalt. p. 272.

¶ 3 *Philosophiae in Pl. Sectae philosophorum, ut Cic. de Orat. 3, 107 c. 27*

Quae exercitatio nunc propria duarum philosophiarum, de quibus ante dixi, putatur: loquitur de Philosophia Peripatetica et Academica. Sen. Ep. 48 *fn.* Per istud (*de cavillationibus et Sophismatibus dixerat*) Philosophiae sunt nigrae, et turpes, infamesque etiam ad album sedentibus exceptiones. Gell. 4, 1 Grammaticus aliquis Philosophias, inquit, ego

non didici, nec discere appetui, *i. philosophiae dogmata.* Sic Gell. 5, 3 Democritus Protagoram philosophias docuit.

**PHILOSOPHVS**, i. m. [*φιλόσοφος*] *quis sit, doceat* Cic. de Orat. 1, 212 c. 49 Philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapientia vnus omnia paene profitetur, est tamen quaedam descriptio, Ut is, qui

studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, causasque nosse, et omnem bene viuendi rationem tenere et persequi, nomine hoc appelletur. Conf. Id. Tusc. 5 c. 3. Omnia sicut propria, sua esse, atque a se possideri volunt philosophi Cic. de Orat. 1, 217.

Facilius inter philosophos quam inter Horologia comueniet Sen. de morte Claudii *non longe ab initio.* Postremo nemo aegrotus quidquam somniat, tam infandum, quod non aliquis dicat philosophus Varro. Auctores rerum, non fabularum philosophi Cic. de

Nat. Deor. 3, 77. Magistri virtutis Cic. Tusc. 4, 70. Genera philosophorum describit Cic. de Orat. 3, 58 et 59. Scholae philosophorum Quintil. 1 prooem. Cathedrarii Philosophi, Contentissimi, Nobilissimus illius aetatis et clarissimus, Nostrates, *vid.* ff. 11.

**PHILOSOPHVS**, a, um. Adj. Macrob. Saturn. 7, 1 Ea coena quam Callias doctissimus dedit, nullum verbum nisi philosophum sensit. Sententia philosopha Gell. 13, 8. Philosophissimus Superl. laudatur

65 l. fin. C. de Iure dot. Sed non inuenio.

**PHILOSOPHYCVS**, a, um. Adj. [*φιλοσοφικός*] *Quod est philosophi.* Cic. Tusc. 5, 121 ff. extr. Ad Brutumque nostrum hos libros alteros quinque mittemus, a quo non modo impulsus sumus ad philosophicas scriptiones, verum etiam lacessiti.

**PHILOSOPHICE**. Adu. Idem. Philosophice viuere Lactant. 3, 14 sub fin.

**PHILOSOPHOR**, ari. Dep. [*φιλοσοφῶ*] *Philosophum agere disputando, commentando* Cic. de Nat. Deor. 1, 6 Et quum minime videbamus, tum maxime philosophabamur. Plaut. Pseud. 2, 3, 21 Sed satis est philosophatum: nimis diu et longum loquor. Cum Graeculis

philosophari Cic. post red. in Senat. 13. Paucis philosophari, et Omnino: *contraria* Cic. de Orat. 2, 156 c. 37. Add. Id. Tusc. 1 c. 36 et 4 c. 23. *Estiam* Gell. 5, 15 extr. Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait, Philosophandum est paucis: nam omnino haud placet.

**PHILOTCHNVS**, a, um. Adj. *Αφλαος, et τέχνη* ars. Vitruu. 6 prooem. Philotechnis rebus me delectans.

**PHILOTHEOROS**, i. m. [*φιλοθεωρος*] *Spectaculis deditus.* Cic. Fam. 7, 16 Deinde quod in Britannia non nimis philotheoron te praebuisti, plane, non reprehendo. Quo in loco Philotheoron interpretantur, Studiosum speculationum, Amanentem spectaculorum. Alii eum intelligunt, quem Graeci *φιλοθεάματα* vocant et *φιλοθεωρητήν*. Sic enim appellant illum, qui nouas terras, nouaque loca semper visere vult, studioque peregrinationis mirifice tenetur, ut situm orbis terrarum spectet, moresque diuersarum gentium et instituta perdiscat. Multi apud Cicero-

90 nem legunt, Non minus quam Philocteten, etc. *vid.* quae illic annotantur a doctis.

**PHILOTHEORVS**, a, um. Adj. Varro apud Non. 4, 68 Alterum genus philotheoron.

**PHILOTIMVS**, i. m. Cicronis libertus, ut ipse scribit 95 Fam. 3, 9.

**PHILTRA**, ōrum. n. Pl. [*φίλτρα*] *Latine Amatoria, Genus veneni, amorem et ut plurimum insaniam ingerentis.* *Φίλτρον* amatorium Gloss. Cyrilli. Ouid. de Arte Am. 2, 105 Nec data profuerint pallentia philtra puellis; Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Iuuen. Sat. 6, 810 Hic magicos assert cantus, hic Thesala vendit Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti. Apul. Apol. p. 455 Floridi, ex Laelio, an Laeuio? Poeta: Philtra omnia vndique eruunt: Trochisci, iynges, taeniae etc.

¶ 2 *Philtrum, usurpans quidam, pro Corporis totius ea venustate, quae obtutu, primoque intuitu* 105 *animos in amorem accendat. Galli gratiam bonam appellant.* ¶ 3 *Philerum*

Philtrum quoque vocari solet sulcus ille labii superioris sub naribus, aliis Lacuna dicta. Certe de Graecis Camerar. de Part. corpor. p. 125.

PHILTRODES, et PHILTRODOTES, ac. f. *Herbac, apud Apul. de Herb. c. 56 et 65.*

PHILVS, i. m. [*φίλος*] *Amans, amator.* Petron. c. 110 *Quam cito etiam philorum obliuiscerentur. al. Filiorum.*

PHILYRA, ac. f. [*Φίλυρα*] *Arbor, quam Latini Tiliam vocant: sed etiam sic vocant Membranam tenuissimam inter corticem et lignum tiliæ.* Hor. Carm. 1, 38, 2 *Displicent nexæ philyra coronæ.* Ebruius incinctus philyra coniuua capillos Ouid. Fast. 5, 337. Plin. de tilia, 16, 14 *Inter corticem et lignum tenues tunicas multiplici membrana, e quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorumque honore.* Philyræ tenuis i. restem ex philyra textam Tertulliano restituit Salmas. ad Pall. p. 209.

Philura ad funes vsos esse Graecos ait Plin. 19, 2 f. 9. Id. Plin. 24, 1 Philyra coci et polline nimium salera eximunt. In philyris siue philyris arborum antiqui scribebant. Martianus de nuptiis Philologiae 2 p. 35 *Libri in philyræ cortice subnotati.* Plin. 13, 11 f. 23 *Praeparantur ex eo chartæ diuisæ acu in praetenuas, sed quam latissimas philyras.* Plura de hac voce Ang. Politian. Misc. c. 72.

Philyra etiam Oceani filia, mater Chironis Centauri, a qua ille Philyrides et Philereius dictus.

PHILYREÏVS, a, um. Adi. *Tecta Philyreia Ouid. Met. 7, 352.* Heros Philyreius, i. Chiron. Idem Met. 2, 678 *Flebat, opemque tuam frustra Philyreius heros, Delphice, postebat.*

PHILYRIDES, vel PHILLYRIDES, ac. m. Patronym. de Chirone. Ouid. de Arte Am. 1, 11 *Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem.*

PHIMOSIS, is. f. [*φίμωσις*] *dicitur quum glans membri virilis ita tegitur praeputio, ut nudari non possit. Dicta φίμωσις, ἀπὸ τῆς φίμης, quod nexum in superiore parte sacci significat, quum scilicet totus sacculi oris ambitus funiculo colligatur. Est et Phimosis vitium huic prorsus contrarium, quum praeputium semel deductum, suum in locum reduci non potest, quod vitii genus etiam περιφίμωσις appellatur. vid. Celsum 7, 25.*

PHIMVS, i. m. [*φίμος*] *capistrum proprie, ut et κημὸς, quo nomine dicta instrumenta, quibus ad coercendos et quasi capistrandos digitos nimis argutos in alea et tesserarum iactu utebantur. Videtur phimus instar ἰσθμῶ i. infundibuli, pertusus fuisse, minor turricula, cui in poneretur: in quo distat a Fritillo.* Hor. Serm. 2, 7, 17 *Mitteret in phimum talos etc. alii perperam pyrgum.*

PHINEVS, ei. m. [*φινεύς*] *Rex Arcadiae, qui quum filiis suis, uxoris secundae impulsu oculos eruisset, ira diuina ipse etiam caecus est factus, et Harpyiae aues rapacissimæ cibos eius aut rapuerunt, aut foedaverunt. Sed postea Zetus et Calais a Phineo humaniter tractati eas fugauerunt. Vid. in dictione STROPHADES.* Propert. 3, 5, 41 *Aut Alcmaeoniae furiae, aut ieiunia Phinei.* Aues Phinei Senec. Thyest. f. 2. *De Phineo caeco, vid. Valerium Argon. 4, 425.*

Phineus alius, Cephei frater, qui quum promissam sibi Andromedam filiam fratris, a Perseo, cui ex pacto postea nupserat, repeteret, ab eodem Perseo in marmor mutatus fuit visa facie Medusæ. Vid. Ouid. Met. 5, 231. Fuit et alius Phineus Atheniensis, in auem mutatus: ut idem refert Ouid. Met. 7, 399 *quem Iustissimum vocat.*

PHINEÏVS, a, um. Adi. [*φινείος*] *Guttura Phineia Ouid. Fast. 6, 801.* Virg. Aen. 3, 212 — *Phineia postquam Clausa domus.*

PHINTHIAS, ac. f. *Siciliae fons, in quem, ut Apion refert, nihil immergi potest: sed omnia fluitanta Plin. 31, 2.* Phinthias, *Amicus Damonis, ut ex Plutarcho περί πολυφιλίας inuenimus. Itaque apud Ciceronem in Officiis 3, 45 et Valerium Maximum 4, 7 extr. Phinthias reponi debet loco Pythiae.* Pynthia Turnebus Adu. 20, 13 *quem sequitur Grut.*

PHITHARVS, i. m. *Piscis quidam apud Plin. 32 c. vlt. Harduinus legit Phthitarus.*

## P H L

PHLEBOTOMÏA, ac. f. [*φλεβοτομία*] *Vena sectio Cael. Au- rel. Acut. 2, 18, 104 Phlebotomiam adhibere.* Id. Acut. 2, 19, 121.

PHLEBOTOMÏCE, es. f. *Idem.* Cael. Aurel. Acut. 1, 2, 39.

PHLEBOTOMO, are. *venam secare. ut Equos phebotomare Veget. 3, 34. Adde Th. Priscian. 1, 37. Octau. Hor. 2, 14 et Cael. Aurel. Acut. 1, 14, 11.*

PHLEBOTOMĀTVS, a, um. Partic. *Phlebotomati aegrotantes Cael. Aurel. Acut. 2, 13, 88.*

PHLEBOTOMVS, i. m. et PHLEBOTOMON, i. n. [*φλεβοτόμων*] *Scalpellum quo vena secatur. Vti phlebotomo C. Aurel. Acut. 2, 19, 121. conf. Oct. Horat. 2, 4 et 9 et 21.*

PHLEGĒTHON, ontis. m. [*φλεγέθων*] *Fluvius infernalis flammis aestuantibus rapidus, a φλέγω, ardeo.* Virg. Aen. 6, 551 *Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.*

PHLEGETHONTĒVS, a, um. Adi. [*φλεγέθοντιος*] *Ripa Phlegethontea Claud. de Rapto Proserp. 1, 88.*

PHLEGETHONTIS, idis. f. [*φλεγέθοντις*] *Ouid. Met. 5, 544 Sparsumque caput Phlegethontide lymphæ.*

PHLEGIÆ, et PHLEGIAS, vid. PHLEGYÆ, et PHLEGYAS.

PHLEGMA, ätis. n. [*φλέγμα*] *Latine Pituita dicitur. Vid. Th. Priscian. de Diaeta c. 10.*

PHLEGMATICVS, a, um. Adi. [*φλεγματικός*] *Qui phlegmate abundat plus satis. Idem 14.*

PHLEGMONE, es. f. [*φλεγμονή*] *Latine Inflammatio dicitur, siue collectio, quoties sanguis vitilis et mediocriter crassus, fertur subitus in aliquam corporis partem. Proprie autem quaelibet Incenso cum tumore et ulcere, hoc nomine appellatur, ut ait Galenus de morborum differentiis. Celsus 1 praefat. Et inflammationem, quam Graeci phlegmonem nominant, excitat: eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est, etc. Phlegmone, est tumor cum rubore et duritia pulsatiles offerens dolores, dicta quod affectus ea locus φλέγεται, hoc est vratur: aut tumor dolens, ac renitens, cum rubore, citra febrem. Galen. in finit. Medic. Add. Plin. 20, 4.*

PHLEGON, ðnis. m. [*φλέγων*] *Vnus ex equis solis ἀπὸ τῆς φλέγων, quod est ardere, dictus. Ouid. Met. 2, 154 Interea volucres Pyrois, Eous, et Aethon Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent.*

PHLEGONTIS, idis. f. [*φλεγωντις*] *Gemmae genus, quod flamma quaedam intus ardere videtur Plin. 37, 11.*

**PHLEGRA**, ae. vel **PHLEGRE**, es. f. [Φλέγρα] Vrbs est Macedoniae, ut scribit Plin. 4, 10. Videtur eadem, quae post Pallene dicta est. Laudatur et Propert. 1, 20, 33. Hic erat Arganti Phlegre sub vertice montis. Sed Pege leg.

2 **Locus praelii gigantum aduersus Deos: vallem Thessaliae vocant quidam; alii campos Phlegraeos Italiae, de quibus mox.** Sparta impio cruore Phlegra Senec. Herc. fur. 444. Tumidae Phlegrae praelia Stat. Theb. 10, 909.

**PHLEGRAEVS**, a, um. Adi. [Φλεγραϊος] Phlegraeus campus quibusdam in Thessalia, aliis in Macedonia: Plinio vero 3, 5 et Straboni 5 in Campania, iuxta Cumas, in quo Gigantes ab Hercule superati feruntur: illicque sepulti quoties anhelant, terram quatunt. Vid. Silius 12, 143.

15 **Id autem ideo fictum est, quoniam ea regio tota sulphure scatet. Hinc fit, ut ventorum impulsu excitetur passim ignis: qui, quum exitum e cauernis natura expetat, dum luctatur assidue, terram tandem quatit et commouet, exuritque frequenter. unde et nomen sortitur: Φλέγειν enim Graece, exurere ardereque significat.** De hoc Strabo 5.

**Theagenes vero et Eudoxus, qui ad historicam fidem pugnam banc conantur reducere, Pallenem (inquunt) quae veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas et superbia morum, Gigantium cognomen peperit.** In bos ineunte praelium Hercule, fulmina de caelo missa sunt, donec ii fugere coacti sunt, sicque ingenti victoria superati. Ex hac re rumor in vulgus ortus, ut Gigantes mouerint bellum diis. Campus Phlegraeus Propert. 3, 11, 37. Castra Stat. Achill. 1, 484. Hostes Phlegraei gigantes Sen. Thyest. 810. Iuga Propert. 3, 9, 48. Prae-

25 **lia Stat. Silu. 5, 3, 196. Tumultus Propert. 2, 1, 39. Vertex Sil. 8, 540.**

**PHLEGYAS**, ae. m. [Φλεγύας] Martis filius, rex Lapisbarum, Ixionis pater, habuit Coronidem filiam, quam Apollo vitauit, unde suscipit Aesculapium: quod pater dolens, incendit Apollinis templum, proinde eius sagittis est ad inferos trusus. Stat. Theb. 1, 703 Phlegyam subter caua saxa iacentem Aeterno premit accubitu. Seruius.

**PHLEGYAE**, arum. m. [Φλεγυαί] Populi sunt insulani Thessaliae, a Phlegya Ixionis patre cognominati. hi quum sacrilegi essent, deosque et homines spernerent, ab irato Neptuno immisso, diluuiio submersi sunt: quorum apud inferos meminit Virg. Aen. 6, 618 Phlegyasque miserrimus omnes Admonet, etc. Seruius.

**PHLEOS**, l. m. [Φλέος, σοισβή] Dioscoridi Herba est caulem habens aculeatum, et folium hispdatum, quam nonnulli Stoebeis appellant. Vid. Plin. 22, 11 f. 13.

40 **PHLIAS**, antis. m. [Φλιας] Vnus ex illis, qui in naui Argo fuerunt, filius Bacchi, ut Valerius habet Argon. 1, 411.

**PHLIVS**, untis. f. [Φλιός] est Vrbs in medio Sicyoniae, Argivaeque et Cleonum, ubi religiosissime colebatur Hebe. Castellum Phlium nominat Plin. 4, 5. Hinc

45 **PHLIASII**, orum. m. [Φλιασίοι] Habitatores Phliuntis. Cic. Tusc. 5, 8 de Pythagora, In prius Phliuntem ferunt venisse, eumque cum Leonte principe Phliasiorum docte et copiose disseruisse quaedam. Cic. Tusc. 5, 10 Qui quum post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornavit eam Graeciam, quae Magna dicta est.

50 **PHLOGINOS**, i. et **PHLOGITES**, ae. m. quem et Chrysitum vocant, gemma Ostreae Atticae assimilata, inuenitur in Aegypto. Plin. 37, 10 et 11. Solin. c. 40.

**PHLOMVS**, i. m. [Φλόμος] Verbascum, quo pro ellychnio utuntur. Plin. 25, 10 f. 73. Verbascum Graeci phlomon vocant etc. Add. Apul. de Herb. 71.

55 **PHLOMIS**, idis. f. [Φλομιά] Herbae nomen Phlomo affinis. Certe post Phlomon f. verbascum Plin. l. c. f. 74 Sunt et Phlomides duae hirsutae, rotundis foliis, humiles. Tertia Lychnitis vocatur etc. Vid. LYCHNITIS.

60 **PHLOX**, ogos. f. [Φλόξ] Latine Flamma dicitur. Sic vocatur genus floris. Plin. 21, 10 (11) Colore tantummodo placet Ibis flos, odor abest, sicut et illi, qui Graece phlox vocatur.

**PHLYCTAENAE**, arum. f. [Φλύκταιναι] Pustulae sunt maiores, pallidae, liuidae, aut nigrae, aut alterius coloris a naturali recedentis, humorem in se continentes, quae vbi rumpuntur, infra caro quaedam exulcerata apparet. Gignuntur autem, vel ex igni, vel ex frigore, vel ex medicamentis, ut tradit Cels. 5, 28. Dictae Φλύκταιναι από τῆ φλύξιν, quod est bullire, siue bullas facere.

## P H O

70 **PHOBETOR**, dris. m. [Φοβήτωρ] Somni filius apud Ouid. Met. 11, 640. Dictus est Phobetor, a Graeco φοβείν, quod est perterrefacere. Icelos autem, quia omnium animantium formam inducere possit: est enim 75 **καλος similis.**

**PHOCA**, ae. f. Bos marinus, a sono mugitus. Virg. Georg. 4, 395 Et turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio testis et pilis, parit in terra pecudum more; canum modo coit. In somno mugit, a quo praecipue vituli nomen accepit. Plin. 9, 7 Et vituli marini, quos vocant phocas, spirant et dormiunt in terra. Add. Id. 2, 55. De-

80 **formes phocae Ouid. Met. 1, 300. Magnae Idem Epist. 10, 87.**

**PHOCAENA**, ae. f. Piscis alius est, parvus delphinus. Vid. Spanheim. de Vsu et Praest. Num. diff. 4 p. 234.

85 **PHOCAEA**, ae. f. [Φοκαία] Vrbs minoris Phrygiae, Atheniensium (ut inquit Ptolemaeus) colonia. Vnde profecti sunt, qui Massiliam apud Gallos, non procul a Rhodano, condidere. Dicta Phocaea, quod vituli marini magno numero comparuissent urbem condentibus. Et est in Caria Phocaea monti Mycaetae apposita. Ab hac Phocaeenses, ut a Graecorum Phocidae Phocenses. Vid. Plin. 5, 30.

90 **PHOCAÏCVS**, a, um. Adi. [Φοκαϊκός] Vnde Muricem Phocaicum Ouid. Met. 6, 9 posuit, a Phocaea, non procul a Sardibus. Manus Phocaeae Lucan. 3, 173.

**PHOCAEVS**, a, um. Aliud Adi. [Φωκαϊός] Rura Phocaea Ouid. Met. 5, 275.

95 **PHOCAEENSIS**, e. Adi. Plin. 3, 4 Massilia Graecorum Phocaeensium foederata.

**PHOCAIS**, idis. f. Patronym. [Φωκαϊς] Iuuentus Phocais Lucan. 3, 301. Al. Phocias.

**PHOCION**, onis. m. [Φωκίων] Atheniensis, ex Nepote notus ob innocentiam.

100 **PHOCIS**, idis. f. [Φωκίς] teste Liuiio 32, 18 Parua regio Graecorum, Apollinis oraculo insignis, in qua est ciuitas Delphi. 2 Est item Phocis Pomponio 1, 17 extr. Ioniae ciuitas: quam Strabo Phocaeam vocat, a qua Phocaeenses cum diphtongo, s. Phocaei, ut a Phocidae Phocenses sine diphtongo. Lucan. 5, 53 Massiliacque suae donatur



tur libera Phocis. *Nempe Phocaeorum Colonia Massilia.* Cic. Att. 2, 17  
Iacet enim ille sic, ut Phocis Curiana stare videatur. *Qui locus est ob-*  
*scurissimus, et a Turnebo sic explicatus. Credibile enim esse putat, quum*  
*Phocidem Graecam Philippus Macedo euerterit, urbibus deletis et in pa-*  
*gos redactis, dici Phocidem Curianam; Curium aleatorem fortunae euer-*  
*sum, qui tamen comparatione Pompeii stare videretur.* Gron. filius Prae-  
tis Curiana ex fabula Praetidum. voluit, credo, Proetis. *vid. sub PROE-*  
*TVS.* Arx trifida Phocidos Stat. Theb. 1, 64. Exustae Phoci-  
dos arces Lucan. 3, 340. Sonorae Phocidos arma Stat. Theb. 11,  
281. *Pro Massilia posuit Sidon. Carm. 23, 13.*

PHOCENSES, um. m. [*Φωκῆσις*] *Qui Phocidem incolunt. Vid.*  
Iustin. 8, 1. Phocensium desperatio: *De stultis et insanis consiliis dici*  
*solitum admonet Stephanus. Verum ex Plutarcho et Iustino l. c. conii-*  
*cere licet, usurpandum esse, ubi desperatis rebus ad extrema consilia veni-*  
*retur. Vid. plura apud eundem, et Pausaniam in Phocidis.*

PHOCVS, i. m. [*Φῶκος*] *Filius Aeaci, cuius meminit Ouid. Met. 7, 477.*

PHOCVSA, ae. f. *Insula vna ex Sporadibus. Plin. 4, 12.*

PHOCYLIDES, is. m. [*Φωκυλίδης*] *Mylesius philosophus con-*  
*temporaneus Theognidis. Natus est 59. Olympiade. Scripsit Heroicum*  
*carmen et Elegias, item Paraeneticum carmen ex libris Sibyllinis, ut vo-*  
*lunt, deceptum. Vid. Suidam.*

PHOEBAS, ädis. f. [*Φοίβας*] *Fatiloqua, quae Phoebæi numinis*  
*concepto afflata fureret et agitaretur, in bacchantis imaginem. Sidonius...*  
*Nec sic intortum violatae Phoebados (Cassandrae) vltrix (Minerva)*  
*In Danaos fulmen iccit. Iterum de ead. re Carm. 15, 2 Phoebados Iliacae*  
*raptum satis vltia pudorem Pallas. Lucan. 5, 128 Limine terrifico me-*  
*tuens consistere Phoebas. Vid. et Sil. 15, 282.*

PHOEBE, es. f. [*Φοίβη*] *dicitur Luna, Phoebæi soror. Virg.*  
Georg. 1, 432 — *Vento semper rubet aurea Phoebæ. Iacula-*  
*trix Phoebæ Ouid. Epist. 20, 229. b. e. Diana. Innupta Ouid. Met.*  
*1, 470. Nemoralis Stat. Silu. 1, 3, 76. ¶ 2 Phoebæ,*  
*Leucippi filia, vid. LYNCEVS, dissyllabum. ¶ 3 Phoebæ,*  
*Insula in Proponside. Plin. 6 vlt.*

PHOEBVS, i. m. [*Φοῖβος*] *Apollo, Iouis et Latonæ filius, eodem*  
*portu cum Diana genitus, quæ et ipsa Phoebæ vocitata est. Diuinationis*  
*et sapientiæ deus a Pœtæ existimatus, et medicinæ repertor. Dictus*  
*Phoebus, quasi φῶβος, a φῶς et βίος: id est lux vitæ. A Pœtæ enim pro*  
*Sole etiam accipitur. Vid. APOLLO. Phoebus Apollo Virg. Aen.*  
*3, 251. Chorus Phoebæi Virg. Ecl. 6, 66. Cortina Phoebæi*  
*Virg. Aen. 6, 347. Fax Phoebæi tristis nuntia belli Cic. de Diuin. 40*  
*1, 18. Ex Pœtæ. Interpres Phoebæi Virg. Aen. 3, 474. Repertor*  
*medicæ opis Phoebus Ouid. Rem. Amor. 76. Sacerdos Phoebæi*  
*Virg. Aen. 6, 319. de Sibylla. Soror Phoebæi, Diana Virg. Aen.*  
*1, 333. Ardens Phoebus Valer. Argon. 8, 116. Augur Phoebus*  
*Hor. in Carm. saecul. 62. Candentis Phoebæi niueum limen Virg. 45*  
*Aen. 8, 720. Decorus Phoebus fulgente arcu Hor. in Carm. saecul.*  
*62. Fatidici penetralia Phoebæi Lucan. 5, 70. Inclytus Stat.*  
*Theb. 6, 296. Laurifer Ouid. de Arte Am. 3, 389. Lauriger*  
*Martial. 9, 29. Metuendus certa sagitta Hor. Carm. 1, 12, 24. Oc-*  
*ciduus Ouid. Met. 14, 416. Radiantis Phoebæi ictus Lucan. 7, 214. 50*  
*Rediens fugat astra Hor. Carm. 3, 21, 24. Serenatus Sil. 5, 181.*  
*Vterque Phoebus, i. Oriens et Occidens Ouid. Met. 1, 338. Plena*  
*Phoebæo Phoemonœ Lucan. 5, 186. Digna Phoebæo loqui Virg. Aen.*  
*6, 662.*

PHOEBEVS, a, um. Adi. [*Φοίβειος*] *Arte Phoebæa pellere 55*  
*morbos Ouid. Fast. 3, 827. b. e. Arte medica. Chelys Phoebæa Lu-*  
*can. ad Pison. 159. Flammæ Phoebææ Seneca Thyest. 9. Ignes*  
*Ouid. Met. 5, 389. Lampas Virg. Aen. 3, 637. Laurus Ouid.*  
*Trist. 4, 2, 51. Sortes Ouid. Met. 3, 130.*

PHOEBEIVS, a, um. Aliud Adi. [*Φοίβειος*] *Ouid. Met. 15, 642 60*  
*Iuuenis Phoebæius. i. Aesculapius. Dona Sidon. Carm. 4, 7.*

PHOEBIGENA, ae. m. *Phoebæi filius, Aesculapius. Virg. Aen.*  
*7, 773. Fulmine Phoebigenam Stygiæ detrussit ad vndas.*

PHOEMON, *vid. PHENEVS.*

PHOENICIA, ae. vel PHOENICE, es. f. [*Φοινίκη*] *Asiae 65*  
*regio: sic dicta a Phoenice, Neptuni et Libyæ filio, ut Stephanus auctor*  
*est: ad quod accedit Sil. quum inquit 1, 89 Et qui longa dedit terris*  
*cognomina Phoenix. Est autem Iudææ contermina. In ea sunt Ty-*  
*ros et Sidon vrbes: Carmelus et Libanus montes, in quo tura leguntur.*  
*Huius meminit Cic. Philip. 11, 35. ¶ 2 Phoenice Insula in 70*  
*ora Galliae ad ostia Rhodani Plin. 3, 5 extr.*

PHOENICES, um. m. *Regionis incolæ, quos Strabo 16 arithme-*  
*tica et astronomia insignes scribit. Lucanus item 3, 221 Phoenices*  
*primi, famæ si creditur, ausi Mansuram rudibus vocem signare fi-*  
*guris. b. e. Fuerunt primi literarum inuectores. Vid. Plin. 5, 12. Ob 75*  
*Syrorum et Phoenicum nimis solertem vafritiem, adagio locus factus est,*  
*Aduersum Phoenicas Syri; quo vsi sunt veteres, quoties versutus versuto*  
*imponere velle videbatur.*

PHOENISSVS, a, um. Adi. [*Φοινικεός*] *Agmina Phoenissa*  
*Sil. 17, 147. Classis Idem 7, 409. Cohors Stat. Theb. 80*  
*9, 527. Dido Virg. Aen. 6, 450. Tyros Ouid. Met. 15, 288.*

PHOENICEVS, vel PHOENICIVS, a, um. Adi. [*Φοινικ-*  
*εός*] *Quod est purpurei coloris, a purpura, quæ prima commendatione*  
*in Tyro tingebatur apud Phoenices; quos mutatis syllabis Poenos appel-*  
*lamus. Plin. 21, 23 Aut enim Phoeniceum florem habet, quæ et co- 85*  
*piofissima est, aut purpureum, aut lacteum. Add. Id. 25, 13. Chla-*  
*mys phoenicea Ouid. Met. 14, 345. Color Lucret. 2, 829. Gell.*  
*3, 16 pro fuluo, rutilo. Vestes Ouid. Met. 12, 104. Plaut. Pseud. 1, 2*  
*extr. alluditur ad nomen puellæ, Cras, Phoenicium, phoenicio corio*  
*inuises pergulam. i. tergo a virgine rubente in lupanar detruderis. 90*  
*¶ 2 Subst. Phoenicium, vel, ut est in libris etiam bonis, Foenicium,*  
*ἴκκος φοινικῶν pannus coloris rubicundi s. phoenicii, cui malagma in-*  
*ducuntur v. g. Scribon. 267. Marcell. c. 8 Lanam phoenicio conuoluas.*  
*Et c. 16 Stercus illigatum phoenicio. Et 26 Malagma inductum phoe-*  
*nicio pedibus appones. Plura dabit Rhodius ad Scribon. l. c. Phoenicio 95*  
*inducitur Scribon. 267. sc. corio. vid. Rhod.*

PHOENICEA, ae. f. *Herba. Plin. 21, 25 Est et herba*  
*phoenicea appellata a Graecis, a nostris vero hordeum murinum.*

PHOENICIAS, ae. m. *Ventus ab ortu solstitiali, media regio-*  
*ne inter ortum brumalem et meridiem flat Plin. 2, 47. 100*

PHOENICITES, ae. m. *Gemma balano similis Plin. 37, 10.*

PHOENICOBALANVS, i. m. [*Φοινικεβάλλανος*] *Palmae Ae-*  
*gyptiæ fructus. Plin. 12, 22 Myrobalano in vnguentis similem pro-*  
*ximumque vsum habet palma in Aegypto, quæ vocatur adipso, viri-*  
*dis, odore mali cotonei, nullo intus ligno. Colligitur autem paullo 105*

VOL. III.

ante, quam incipiat maturefcere. Quod relinquitur, phoenicobalanus vocatur, et nigrefcit, vefcentesque inebriat.

PHOENICOPTĒRVVS, i. m. [Φοινικόπτερος] *Auis rubentes pennas habens. Graeci vocant Φοινίκιον rubrum: et πτερόν alam. Hinc Martialis ita designat 3, 58 Nomenque debet quae rubentibus pennis. Iuuen. Sat. 11, 139 Et Scythicae volucres, et phoenicopterus ingens. Plin. 10, 48 Numidicae in parte Africae Numidia, omnesque iam in Italia, phoenicopteri linguam praecipui faporis effe. conf. Suet. Calig. c. 22 et 57. et Vitell. c. 13. Lamprid. Heliogab. c. 19. Martial. in Xenii epigr. 68.*

PHOENICŪRVVS, i. m. [Φοινίκορος] *Auis, a caudae rubedine ita dicta, quae hiberno tempore Erithacus appellatur. Plin. 10, 29 f. 44 Sic et erithacus hieme, idem phoenicurus aestate.*

PHOENICVSSA, ae. f. [Φοινικῦσσα] *Vna ex Vulcaniis infulis Plin. 3, 9.*

PHOENIX, icis. m. [Φοινίξ] *Filius Agenoris regis, et frater Cadmi: vel, ut alii etiam ferunt, Agenoris pater, a quo regio, in qua habitabat, Phoenicia dicta. ¶ 2 Phoenix, Amyntoris filius Ouid. Met. 8, 307 Hippothousque, Dryasque, et cretus Amyntore Phoenix. Hic Phoenix se a Peleo patre Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum actoremque rerum Cic. de Orat. 3, 54. ex Iliad. 1, 443 Μύθων τὴ βήτῃ ἔμειναι περικνήξ τὸ ἔργων. Homericus Phoenix Quintil. 2, 3. Reuerendus Achilli Phoenix Stat. Silu. 3, 2, 96.*

PHOENIX, icis. m. vel f. [Φοινίξ] *Auis. Plin. 10, 2 Aethiopes atque Indi, discolors maxime et inenarrabiles ferunt aues, et ante omnes nobilem Arabia phoenicem: haud scio an fabulose, vnum in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilae narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, caetera purpureus, caeruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis fauces, caputque plumeo apice honestante. Primus atque diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo: neminem exstitisse qui viderit vefcentem: sacrum in Arabia Soli esse, vivere annis DIX, fenescentem casia turisque surculis construere nidum, replere odoribus, et superemori. Ex ossibus deinde e medullis eius nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum, principio iusta funeri priori reddere, et totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, et in ara ibi deponere. Tanquam phoenix semel anno quingentesimo nascitur Sen. Ep. 42. Ouid. Met. 15, 393 Vna est quae reparat, seque ipsa refeminet ales: Assyrii phoenica vocant. Vide illic plura: Et viuax phoenix vnica semper auis Ouid. Amor. 2, 6, 54. Locus classicus etiam est Tac. Ann. 6, 28: itemque duo carmina, quorum alterum Claudiano, Laetantio alterum adscribitur. Caeterum Phoenix, φοινίξ palma est apud Graecos, a cuius arboris natura fabula de aue phoenice ortum habere putatur. Vid. Bochart. Hieroz. 6, 5.*

PHOLOE, es. f. [Φολοή] *Mons est Arcadiae, ut scribit Pomponius 2, 3. Lucan. 7, 827 Scilicet ipse petet Pholoën. etc. Vertex Pholoës Stat. Theb. 10, 222. ¶ 2 Est etiam Nomen mulieris. Virg. Aen. 5, 285 Olli serua datur operum haud ignara Mineruae Cressa genus Pholoë, etc. Vid. Hor. Carm. 1, 33, 9. et 2, 5, 7.*

PHOLOETICVS, a, um. Adi. Pholoëtica monstra Sidon. Carm. 5, 230. Centauri, de quibus Claudian. . . Prostratis rubuit nubigenis Pholoë.

PHOLVS, i. m. [Φόλος] *Vnus fuit ex Centauris, Ixionis ex nube filius. Hic teste Seruio in Aeneid. 8, 294 Herculem suscepit hospitio, quum ad expugnandos Centauros pergeret, dicente Lucano 6, 391, Hospes et Alcidae magni, Phole, etc. Tandem in nuptiis Pirithoi, orto praelio inter Lapithas et Centauros occubuit, dicente Virgilio Georg. 2, 456 Leto domuit Rhoetumque Pholumque.*

PHONASCVS, i. m. [Φωνασκός] *Vocis, pronuntiationisque magister et moderator. Quintil. 11, 3 Sed cura non eadem oratoribus, quae phonascis. Sueton. de Augusto c. 84 Pronuntiabat dulci et proprio quodam oris sono, dabatque assidue phonasco operam. Is enim vocem intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat. Est etiam Phonascus, Praecensor in choro. Sidon. Epist. 4, 11 Psalmorum modulator et phonascus.*

PHONŌLĒNĪDES, ae. m. Phonoleni filius. Ouid. Met. 12, 433. Sed vehementer fluctuat lectio.

PHONOS, i. m. [Φόνος] *Herba eadem, quae Atractylis, ita dicta ab eo, quod sanguineum fundat succum Plin. 12, 16.*

PHORBAS, antis. m. [Φόρβας] *teste Seruio, pater Ilionei Troiani, Aeneae in fuga comitis: Mercurio deo eloquentiae fauente semper pugnauit. Vnde Virg. Aen. 5, 842 Puppique deus confedit in alta Phorbanti similis, fuditque has ore querelas.*

PHORCVS, i. m. [Φόρκυς] *Filius Theseae Nymphae et Neptuni, ut Seruius est auctor ad Aen. 5, 824. Chorus Phorci Virg. Aen. 5, 240. Nymphae, et animalia marina. Exercitus Phorci Virg. Aen. 5, 824. de iisdem. Plin. 36, 5 f. 4, 7 Item Tritones, chorusque Phorci et Pristes, ac multa alia marina, omnia eiusdem manus, praecclarum opus etiam si totius vitae fuisset. ¶ 2 Phorcus, etiam Piscis est Plin. 32, 11. Sed al. Porcus.*

PHORCVS, ydis. m. [Φόρκυς] *Pater fuit Medusae. unde PHORCVNIS, ydis. f. nomine Patronymico, ipsa dicitur. Ouid. Met. 5, 230 Dixit: et in partem Phorcynida transtulit illam.*

PHORCVS, ydos. f. [Φορκύς] *Aliud Patronym. Propert. 3, 22, 8 Sectaque Persea Phorcydos ora manu.*

PHORĪMON, i. n. *Aluminis species. Plin. 35, 15.*

PHORMIO, vel FORMIO, ōnis. Formiones, [Φορμιόνες] *Tegetes sunt ex iuncis, aut straminibus contextae, apud Vlpianum l. 12 §. 12 de instructo et instrumen. legat. in P.*

PHORMIO, ōnis. m. *Philosophus, teste Cic. de Orat. 2, 75 Peripateticus, quum Annibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exul: proque eo, quod eius nomen erat magna apud omnes gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, ut eum, si vellet, audiret: quumque is se non nolle dixisset: locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de Imperatoris officio, et de omni re militari: tum, quum caeteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quae-rebant ab Annibale, quidnam ille ipse de illo philosopho iudicaret. Hic Pœnus, non optime Graece, sed tamen libere respondisse fertur, Multos se deliros senes saepe vidisse: sed qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque me hercule iniuria: quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Annibali, qui tot annos de imperio cum Populo Romano omnium gentium victore certasset, Graecum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam*

nunquam denique minimam partem vllius publici muneris attigisset, praecepta de re militari dare? *Hactenus Cicero.* ¶ 2 *Fabula estiam Terentii huius nominis, dicta ab actore primarum partium parasito.* Hinc Cic. pro Caecin. 27 c. 10 *testi huius cognominis illudens, Argentarius, inquit, S. Clodius, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio etc.*

**PHORONEVS**, *trissyl. i. m.* [Φορωνεύς] *Primus Inachi fluii filius, qui initio dispersos populos in urbem coegit, appellauitque Phoronicon. Alii dicunt Phoroneum Argiuorum regem, filium habuisse Inachum, qui a se fluuium Inachum denominari: quem fluuium postea Poëtae pro ipso filio Phoronei accipiunt. Solent nepotes auorum esse apud Graecos cognomines.* Stat. Theb. 1, 251 *Scis semper vt arces Cyclo-pum, magnique Phoroneos inelyta fama Sceptra viris opibusque iu-rem; i. regnum Argium, Iunonis velut proprium.*

**PHORONĒVS**, 2, um. *Adi.* [Φορωνεύς] *Argiuus. Matres Pho-roneae* Stat. Theb. 12, 465. *Antra Idem Silu. 3, 2, 101.*

**PHORONĪDES**, 18, m. *Patronym.* [Φορωνίδης] *quo nomine vocatur Inachus fluius apud Senec. Thyest. f. 1.*

**PHORONIS**, *idos, Patronym. f.* [Φορωνίς] *Ouid. Met. 1, 668 Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra Ferre potest. Io. 20 puellam intelligit, Inachi filiam, neptem Phoronei.*

**PHOSPHORVS**, 1, m. [Φωσφορος] *Veneris stella dicitur, quae Latine Lucifer, vt testatur Cic. de Nat. Deor. 2, 54. Martial. 8, 22 Phosphore redde diem.*

## P H R

**PHRAĀTES**, 18, m. *Rex Parthorum et Persarum fuit: de quo sic Strabo 6 Itaque non tropaea tantum Romanis miserunt Parthi, quae aduersus Romanos quondam crexerant, verum etiam liberos suos Caesari Augusto credidit Phraates. Huius meminit et Hor. Epist. 1, 12, 271 Ius imperiumque Phraates Caesaris accepit genibus minor, etc. Et Carm. 2, 2, 17 Redditum Cyri folio Phraaten Dissidens plebi numero beatorum Eximit virtus.*

**PHRAGMITES**, 18, m. *Calami genus. Plin. 32, 10 Phragmitis radix recens tusa luxatis medetur, et spinac doloribus ex aceto illita. Nomen videtur a φαγγμῶ, sepe.*

**PHRASIS**, 18, f. [Φράσις] *Forma loquendi, et dicendi modus s. dictio. Quintil. 8, 1 pr. Dicta ἀρὰ τῷ Φράσει, quod est fari et differere. Add. Quintil. 10, 1, 42 et 87 seq.*

**PHRENES**, um. f. [Φρένες] *dicuntur a Graecis Praecordia, quae exta nuncupant. Galen. 5 de interioribus, docet Diaphragma dici Phrenas: eo quod propter apostema diaphragmatis, gignatur phrenitis. Aristoteles Praecordia dici autumat Phrenas, a mente et prudentia, quae Graece dicitur Φρήν. Subtilitas enim mentis, vt ait Plin. 11, 38 praecordii accepta fertur. vid. Plin. 11, 37.*

**PHRENĪTIS**, *idis. f.* [Φρενίτις] *Morbus laedens mentem, et ad insaniam, furoremque deducens. Morbus acutus in febre superueniens, quum aegrotantes desipiunt, et aliena loquuntur. Vid. Cels. 2, 1 et 3, 18.*

**PHRENĒSIS**, 18, f. [Φρενῆσις] *Idem. Iuuen. Sat. 14, 136 Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis. Plin. 9, 9 Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia et phrenesi. Secundam perperam corripiunt Sammon. c. 8 et Prudent. Hamartig. v. 125.*

**PHRENĒTĪCVS**, 2, um. *Adi.* [Φρενῆτιδης] *Qui phrenesi laborat. Martial. 11, 29 Inuasit medicus sica phreneticus Eucli, prima producta. Sed versus non videtur sanus. Cic. de Diuin. 1, 81 c. 83 pr. Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis. Per F scribitur ap. Petron. c. 63 f.*

**PHRENĒTĪCĪ**, *orum. m.* *Idem qui Phrenetici. Cels. 3, 18 Ex Phreneticis alii hilares, alii tristes sunt.*

**PHRENĒTIZO**, *āre.* *Phreneticum esse, Phrenesi laborare. Cacl. Aurel. praefat. Acut. Phrenetizandi causas dicere.*

**PHRONĒSIS**, 18, f. [Φρόνησις] *Prudentia. Cic. Offic. 1, 135 Prudentiam enim, quam Graeci Φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quae est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. Hinc Martiano Capellae l. 2 p. 27 Phronesis mater Philologiae virginis.*

**PHRONESIVM**, 1, f. [Φρονήσιον] *Meretriculae nomen est apud Plaut. in Merc. Latine Prudentulam sonat.*

**PHRYGANION**, 1, n. *Animal quoddam, quod se ignorare Plinius ait, quum tamen remedio esse quartanis ex Chrysippo commemorat 30, 11.*

**PHRYGIA**, ae. f. [Φρυγία] *Regio Minoris Asiae, a Phryge amne, qui eam a Caria diuidit. Vel a Phrygia Cecropis filia, vti Dardania, a Dardano Iouis filio: Inde a Troë, Erichthonii Dardani filio, Troias in qua Ilium. Vel a Phrygio oppido Macedoniae, sive Brygio: unde colonos profectos aiunt in Phrygiam. Duae tamen feruntur Phrygiae, Maior scilicet et Minor, quae Epictetus (ἐπικτητος acquisita recens) dicta fuit. Phrygia ab Aquilonis parte est Galatae collimitata, a Meridie Lycaoniae, Pisidiae, Mygdoniaeque contermina. In ea est Ida mons, et Imolus, et Pactolus fluuius. Meminit Cic. in Orat. 25. De Phrygia et Phrygibus Plin. 5, 32. Pinguis Phrygia Hor. Carm. 2, 12, 22.*

**PHRYX**, *ygis. m.* [Φρύξ] *Qui ex Phrygia est. Dicitur et Phrygius. Euerfi Phryges Senec. Troad. f. 6. Ruricolae Ouid. Met. 11, 91. Sero sapiunt Phryges: Hoc prouerbium ex vetustissima tragoedia Liuii Andronici mutuo sumtum est, quae inscribitur Equus Troianus, Sero sapiunt Phryges. Cic. Fau. 7, 16 In equo Troiano scis esse in extremo, Sero sapiunt. Conuenit in eos, quos stulte factorum sero poenitet. Siquidem Troiani tot iam acceptis cladibus, vix decimo demum anno de restituenda Helena, consultare coeperunt: quam se statim initio repositenti Menelao reddidissent, innumerabilibus sese calamitatibus subduxissent. Phryx plagis emendatur; In barbaros seruilique ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitis, sed verberibus redduntur meliores: quum contra generosus animus, vt ait Seneca, rectius ducatur, quam trahatur. Cic. pro Flacc. 65 in testes Asiaticos, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem; Ex Erasmo. Phryges, Barbarorum nomine per quandam velut excellentiam apud antiquos intelligi deprehendas. Cic. Tusc. 1, 85 ex Poëta, Astante ope Barbarica. i. Stante Phrygum imperio. Hor. Epist. 1, 2, 7 Graecia Barbariae lento collisa duello. i. Phrygiae. Et apud eundem Epod. 9, 5 Sonante mixtum tibiis carmen Iyra Hac Lydium, illis Barbarum. b. e. Phrygium. Virg. Aen. 2, 504 Barbarico postes auro, spoliisque superbi. i. Phrygio. Phryges enim opibus et auro abundabant, opinioque Graecorum erat, eos opulentos fuisse, vt et Persas. Itaque vt Barbarus aetate 10*

*Demosthenis dicebatur rex Persarum, sic qui de bello Troiano scripsere, aut tragoedias illius argumenti attigerunt, per Barbaros, Phryges intellexerunt: quanquam latius barbari nomen patet. Ex Turnebo.* ¶ 2

Phryx suuui nomen, qui Phrygiam a Caria determinat et in Herimum Smurnae amnem influat Plin. 5, 29.

PHRYGIO, ōnis. m. [Φρυγιῶν] Qui acu pingit, vel qui vestes acu intexit. Phryges enim primi inuenerunt talem texturam. Plin. 8, 48. Plaut. Aul. 3, 5, 56 Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Vid. Seru. in Virg. Aen. 3, 484. Varro ap. Non. 1, 10.

PHRYGIUS, a, um. Adi. [Φρύγιος] Qui ex Phrygia est. Cic. pro Rosc. Amer. 90 Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? Acquor Virg. Aen. 1, 385. Arces Ouid. Met. 13, 44. Cantibus Phrygiis incitari Cic. de Diuin. 1, 114. Cateruae Lucret. 2, 630. Clades Ouid. Met. 14, 562. Homo Cic. Q. Frat. 1, 16. Iudex

Phrygius, Paris Catul. 56. Lapis Phrygius, Marmor Hor. Carin. 3, 1, 41. Lapis Phrygius gentis nomen habet: est autem gleba pumicosa etc. Plin. 36, 19. Mater Phrygia, Cybele Ouid. Fast. 2, 55. Neurus Catul. 59, 18. Vrbes Virg. Aen. 6, 783.

PHRYGIANVS, L. PHRYGIONIVS, a, um. Adi. [Φρυγιανός] ve Phrygianae vestes: h. e. Acu contextae, et filis aureis decorae. Plin. 8, 48 Togas rasas, Phrygianasque D. Augusti nouissimis temporibus coepisse, scribit Fenestella. Harduinus notat, MSS. omnibus esse Phrygioniae, ut a Phrygio, onis, Adiectiuum formatum sit.

PHRYNE, es. f. [Φρύνη] Nomen meretricis apud Athenas, de qua Quinctil. 2, 15. Athen. 14 Thespiensis dicit usque adeo venustam et eximia forma, ut quum in iudicium capitis adducta esset, plurimisque et grauissimis criminibus premeretur, nulla ei res alia ad absolutiorem fuerit suffragata, quam formae praestantia. Nam Hyperides orator, qui eam defendebat, quum esset haec opinio, iudices eam condemnatos, constituit eam in eorum conspectu, tunicasque a pectore abscidit, ut nudas eius papillas, et nudum pectus adspicerent: tantamque et oratione et hoc facto iudicium misericordiam commouit, quum eam tanquam

Veneris sacerdotem oleo perfunderet, ut iudices religione quadam animis eorum occupatis, ac deterritis, non sint ausi eam condemnare: qua absoluta Euthias accusator iratus, quod e iudicio victus in re tam aperta discessisset, nullam postea causam dixit. Hinc ¶ 2 Phryne, Puellae nomen libertinae, apud Hor. Epod. 14, 16.

PHRYNION, i. n. [Φρύνιον] Herba eadem, quae Paronychia, ita dicta, quod τοῖς φρύνοις, hoc est rubetis, aduersetur. Plin. 25, 10 et 27, 12 etc.

PHRYNOS, i. m. [Φρύνος] a Graecis Ranae genus appellatur omnium maximum, in uepribus tantum viuens, unde et Rubetam Latini appellant. Plin. 32, 3 (4) Rubetas huiusmodi plenas veneno malo esse ait.

PHRYXVS, i. m. [Φρύξος] Athamantis regis Thebarum filius, fraterque Helles, ut scribit Hesiodus: qui quum nouercales insidias ferre non possent, et consentiente patre aufugerent, in Asiamque traicerent, velli ariete, cuius vellus erat aureum, Helle puellari more exterrita, decidit in Pontum. (Lucan. 4, 57 Delapiae portitor Helles) Phryxus autem incolumis euasit, Colchosque peruenit. De quo Iustin. 42. Aeolius Phryxus Valer. Argon. 6, 542. Ae- quoreus Stat. Theb. 5, 475. Graius Valer. Argon. 6, 362. Pius Valer. Argon. 2, 600. Vid. Heins. Profugus Valer. Argon. 1, 520.

PHRYXEVS, a, um. Adi. [Φρύξειος] Arietis Phryxeus Seneca Medea l. 7. Mare Senec. Herc. Oct. l. 7. de Hellesponto. Ouis Ouid. Epist. 6, 104. Vellera Idem. Met. 7, 7.

## P H T

PHTHIA, ae. f. [Φθία] Oppidum est Thessaliae, Achillis patria, ut scribit Seruius in illud Virg. Aen. 1, 284 Quum domus Assaraci, Phthiam, clarasque Mycaenas Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis. Hinc

PHTHIVS, a, um. Gentile. [Φθίας] Vir Phthius Propert. 2, 14, 38. Achilles Hor. Carm. 4, 6, 4.

PHTHIOTA, ae. f. [Φθιώτης] Qui Phthiam habitat. Cic. Tusc. 1, 21 Primo libro loquentes multos facit, duobus Pherecratelem quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, etc.

PHTHIOTIS, idos. f. [Φθιώτης] Regio Thessuliae, cuius Phthia caput. Mela 2, 3 In Phthiotide Phthia.

PHTHIOTICVS, a, um. Adi. [Φθιωτικός] Catul. Argon. l. 62, 35 Deseritur Scyros, relinquunt Phthiotica Tempe.

PHTHIRIASIS, is. f. [Φθειρίασις] Latinis dicitur Morbus pedicularis, ἀπὸ τῶν φθειρῶν, quos et pedes et pediculos vocamus. Plin. 20, 1 Sic et contra phthiriasin bibitur, et hydropises. Add. Id. 20, 6 et 22. 24, 10. 30, 15 etc. Sammon. c. 6.

PHTHIOPHĀROS, [Φθειροφόρος] epitheton piceae, de qua Plin. 16, 10. Vid. Theophrast. Hist. 2, 3.

PHTHISIS, ios. f. [Φθίσις] Tabes, morbus, quo pulmonis exulceratio fit. Columel. 6, 14 pr. Iuuen. Sat. 13, 95 Et phthipsis, et vomicae putres, et dimidium crus. Habentes phthisin Scribon. 90. Tentati phthisi Idem 89. Add. Cels. 3, 22. Sen. Ep. 75. ¶ 2

Phthipsis praeserea, ut tradit Paul. Aegineta Medicinae tertio, est Pupillae affectio angustioris faeculae debiliorisque, ac etiam rugosioris: in qua paullo maiora sese ostentant obiecta.

PHTHISICVS, a, um. Adi. [Φθισικός] Phthisi laborans. Quasi phthifici consumuntur Scribon. 186. Plin. 24, 15. et 26, 11. Martial. 11, 22 et ibi Scriuer. et Gruter.

PHTHISISCO, ĩre. Phthisi laborare. Sidon. Epist. 5, 14 Iecorosis et phthifiscentibus medicabilis.

PHTHONGVS, i. m. [Φθόνγγος] Sonus Latine dicitur: unde Diphthongus. Plin. de harmonia diapasōn, 2, 22 In ea Saturnum Dorio moueri phthongo, Iouem Phrygio, et in reliquis similia, iucunda magis, quam necessaria subtilitate. Conf. Vitr. 5, 4. Mart. Capella 9 p. 138.

PHTHORIA, ōrum. n. sunt Medicamenta, quibus medici vtuntur abigendis infantibus in utero enectis: quae Echolia quoque dicuntur, id est eiectoria. Plinius de Scammonite vino 14, 16 Hoc vinum (inquit) phthorium vocant, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu scriptis: licet in impressis Ectromatium legatur verbum substititum.

## P H V

PHV, [Φῆ] vocant aliqui Nardon Agrion, sive Creticum, folio oleris adri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua villosaque,

*saque, et imitante auium pedes.* Dioscorid. 1. et Plin. 12. Conf.  
Plin. 21, 20. Scribon. 170. 177. Ponticum Phu Id. 176.

## P H Y

**PHY.** [ὤ] Interiectio mirantis, teste Donat. Ter. Adolph. 3, 3, 59 (4, 49) Syrc, praeceptorum plenus istorum ille. s. phy: domi habuit unde disceret?

**PHYCIS,** idis. f. [Φυκίς] Piscis est verno tempore varius, reliquis anni partibus candidus, ex alga nidificans, et in nido oua pariens Plin. 9, 26. et 32, 11.

**PHYCITES,** ae. m. [Φυκίτης] Gemma algae colorem habens Plin. vlt. c. 10.

**PHYCOS,** i. m. [Φύκος] Frutex. Plin. 13, 25 Non habet lingua alia nomen, quod Graeci vocant phycos; quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur: hic autem est frutex: folia lata colore viridi gignit, quod quidam prafon vocant, alii zosteria. Alterum genus eiusdem capillaceo folio, simile feniculo, in saxis nascitur: Superius in vadis haud procul litore. Add. Id. 26, 10.

**PHYCVS,** untis. m. [Φυκός] Cyrenarum promontorium, ut scribit Plin. 4, 12. Lucan. 9, 40 Tunc ausum classi praecludere portus, Impulit, ac faeuas meritum Phycunta rapinas. Sparfit.

**PHYGELA,** ae. f. Oppidum in Pannonia a fugitiuis conditum. Plin. 5, 29.

**PHYGETHLON,** i. n. [Φύγαθλον] Tumor est non altus, sed latus, in quo quiddam pustulae simile est. Dolor distensioque vehemens est, et maior quam pro magnitudine tumoris, interdum etiam febricula: idque tarde maturescit, neque magnopere in pus conuertitur. Fit maxime aut in vertice, aut in alis, aut in inguinibus, Panem ad similitudinem figurae nostri vocant. Haec Cels. 5, 28.

**PHYLACA,** ae. f. [Φυλακή] Locus custodiae, carcer. Plaut. Capt. 3, 5, 93 Illic est abductus recta in phylacam, ut dignus est.

**PHYLACISTA,** ae. m. [φυλακιστής] Custos carceris. Plaut. Aul. 3, 5, 44 Trecenti constant phylacistae in atriis. Turnebus Artifices intelligit in atriis expectantes, vel manupretium, vel mercis mercedem flagitantes, qui quod in atriis diutius expectant et morantur, custodes et phylacistae apposti videntur. vid. Turneb. Adv. 14, 5. et 24, 23.

**PHYLACE,** es. f. [Φυλάκη] Oppidum est Phthiotidis, regionis Thessaliae, cuius meminit et Homer. in Catalogo nauium. Sub imperio Protefilai fuit. vid. Lucan. 6, 352. Hinc

**PHYLACIDES,** ae. m. Protefilus. Ouid. de Arte Am. 2, 356 Phyllacides aberat, etc. Geminata L ad Syllabam producendam.

**PHYLACĒIVS,** a, um. Adi. [Φυλακήσιος] Ouid. Trist. 5, 14, 39 Ut viuat fama coniux Phylaceia, etc. i. Laodamia Protefilai uxor.

**PHYLACTERIVM,** i. n. [Φυλακτόριον] Graeca dictio est ἀνὰ τὴ φυλάττειν, hoc est a custodiendo, asseruando, siue tuendo deducta, significatque modo Antidotum, quo nos aduersus venena tuemur et praeminimus, modo Locum custodiae destinatum. Hoc etiam nomine dicebantur Pharisaeorum tabulae, siue membranae, Decalogi praecepta inscripta habentes: quas illi et fronti et brachiis affigebant, ut eorum oculis nunquam non obuersarentur. Qua de re scribit Erasmus in Matthaeum 23, 5: Pharisei, quo viderentur admodum obseruantes legis, scribebant Decalogum in membranis, seu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronae vice circumponebant, alterum brachio, ut siue quo manum porrigerent, essent in conspectu: siue caput mouissent, ob oculos essent. Hunc morem testatur Hieronymus ad suam usque aetatem durasse apud Iudaeos, Persas, ac Babylonios: atque eos, qui id facerent, apud illos habitos ceu religiosos, quasi sic praestarent id, quod Deus iuberet per Moysen, seruari praecepta sua. Haec Erasmi.

**PHYLACTERIVS,** i. m. Phylacterii vocabantur, Qui phylacteria seu amuleta conficiebant praebebantque. Vid. Balsam. ad Canon. 61 Concil. in Trullo. Lindenbrog. ad Ammian. l. 19, 12 p. 251 Gronou. Iac. Goshofr. ad l. 3 C. Theod. de maleficiis et mathematicis.

**PHYLARCHVS,** i. m. [Φύλαρχος] Magistratus, atque adeo imperii nomen apud eas gentes, quae in Φυλάξ tribus, s. generationes potius, vel gentes, diuidebantur, quod in oriente praesertim consuetum esse, satis constat. Ne de Iudaeis dicamus, Persae apud Xenoph. Cyrop. 1 pr. in XII φυλάξ diuisi memorantur etc. Cic. Fam. 15, 1 Iamblichus Phylarchus Arabum. Rufus Fest. Breuiar. 14 Phylarchi Saracenorum in Osdroëne superati. Ammia. Marc. 24, 2 Malechus Podofaces nomine, Phylarchus Saracenorum. Vid. Lindebr. et Vales. ad h. l.

**PHYLE,** es. f. Castellum Atticae. Corn. Nepos 8, 2. Vid. Meurf. de Pop. Attic. p. 144.

**PHYLLANTHES,** is. f. [Φυλλάνθης] Herba est ex genere aculeatarum, sed mitioribus aculeis, ab radice tantum foliata. Plin. 21, 16.

**PHYLLANTHION,** i. n. [Φυλλάνθιον] cognomento Dyticon, herba est Democrito, purpuram tingentibus utilis. Hermol. in Corol.

**PHYLLIS,** idis. f. [Φύλλης] (inquit Seruius) Regina Thracum fuit, et Lycurgi Thracum regis filia. Haec Demophoontem Thefei filium regem Atheniensem redeuntem de Troiano bello dilexit, et in coniugium suum rogauit; ille ait ante se ordinaturum rem suam, et sic ad eius nuptias reuersurum. Profectus itaque quum tardaret, Phyllis et amoris impatientia, et doloris impulsu, quod se spretam esse credebat, laqueo vitam finiuit, et conuersa est in arborem sui nominis, id est amygdalum sine foliis. Postea reuersus Demophoon, cognita re, eius amplexus est truncum, qui, velut sponsi sentiret aduentum, folia emisit. Vnde etiam Phylla sunt dicta a Phyllide, quae ante Petala dicebantur. Sic Ouidius in Metamorphoseon libris. Haec Seruius enarrans illud Virg. Ecl. 5, 10 Incipe Mospae prior, si quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Quod autem Metamorphoseon libros Ouidii hic laudat nihil est. Poterat indicare Heroidum epistolam secundam, quae est Phyllidis ad Demophoontem, quae incipit Hospita, Demophoon, tua te Rhodopeia Phyllis Ultra promissum tempus abesse queror.

¶ 2 Nutrix Domitiani imperatoris. Suet. in Domit. c. 17 Cadaver eius populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funeravit.

**PHYLLON,** i. n. [Φύλλον] Spina est sine caule, sine flore, sine echino, foliis longis, aculeatis et lactucae similibus. Aliis nominibus Polygonaton appellatur, et Leucacantha Plin. 22, 16.

**PHYLOPHARES,** is. m. Herba, alias marrubium. Apul. de Herb. c. 45.

PHYMA, ætis. n. [Φύμα] *quasi tu eratum quiddam dicas, quid sit doceat* Cels. 5, 28 Phyma est tuberculum furunculo simile, sed rotundius, et planius saepe etiam maius. Nam furunculus oui dimidii magnitudinem raro explet, nunquam excedit: Phyma etiam latius patere consuevit, sed inflammatio dolorque sub eo minores sunt. Vbi euulsum est pus, eodem modo apparet ventriculus: quod in furunculo non inuenitur. Verum omnis corrupta caro in pus vertitur. Idem ib. c. 18 Aristonis malagma etiam recentia phymata, doloresque omnes discutit.

10 PHYNON, ðnis. m. *Collyrium Euelpidis.* Cels. 6, 6, 20 Id quoque Euelpidis, quod Phynona appellabat, hic utile est etc. *Ponit enim deinde Collyrii totam descriptionem.*

PHYRAMA, ætis. n. [Φύραμα] *massam farinaceam notat proprie: est et Gummi genus* Plin. 12, 23.

15 PHYSEMATĀ, um. n. [Φυσήματα] *quasi tu bullas aut vesicas, certe inflatum quiddam, dicas, sunt velut abortus quidam margaritarum, causa corpora, de quibus ita* Plin. 9, 35 l. 54 *de conchis margaritarum, Si vero etiam tonuerit, pauidas ac repente compressas, quae vocantur physematata efficere, speciem modo inani inflatam sine corpore, hos esse concharum abortus.* Sani quidem partus constant multiplici cute etc.

20 PHYSES, f. Pl. [Φύσεις] *sunt Gemmae, ad naturalium similitudinem effictae ab artificibus.* Plin. 37, 12 l. 74 *Quae (gemmae) variae sunt, et ad nouitatem accedere calliditate ingeniorum contingit, ut nomen vsitatum non habeant, Physes appellant, velut ipsius Naturae admirationem in iis venditantes.*

30 PHYSETER, ðris. m. [Φυσήτης] *Genus piscis marini, admirabili magnitudine.* *A φυσάω spiro, vel sufflo.* Plin. 9, 4 *Maximum animal in Indico mari pristis et balaena est: in Gallico Oceano physeter, ingentis columnae modo se attollens, altioremq; nauium velis diluuiem quandam eructans.* Auienus in Arato v. 308 *Delphinos virides, et physeteras anhelos.*

PHYSSIS, is. f. [Φύσις] *Latine Natura dicitur.* ¶ 2 *Physes gemmae facticiae vid. f. l.*

35 PHYSICVS, a, um. Adi. [Φυσικός] *Naturalis.* Ratio physica Cic. de Nat. Deor. 2, 55 c. 21.

PHYSSICA, ae. f. [Φυσική] Cic. Acad. 1, 25 *Sed enitar, ut Latine loquar, nisi in huiusmodi verbis, ut philosophiam, aut rhetoricam, aut physicam, aut dialecticam appellem.* *Add. Id. Fin. 3 c. 21.*

40 PHYSICA, ðrum. n. [Φυσικά] *ut, Physica Aristotelis, Libri, qui de rebus naturalibus tractant.* Ne physicorum quidem ignarum oratorem esse volo Cic. in Orat. 119 c. 34. *In physicis, quibus maxime gloriatur, totus est alienus Epicurus* Cic. de Fin. 1, 17 c. 6 *pr. Conf. Aufon. Eidyll. 4, 48. Sidon. Carm. 15, 101. Explicare aliquid physicum* Cic. de Diuin. 2, 122.

45 PHYSICVS, i. m. [Φυσικός] *Qui physicae dat operam.* Cic. de Nat. Deor. 1, 78 *Sed tu hoc, physice, non vides, quam blanda conciliatrix, et quam sui sit lena ipsa natura.* *Speculator venatorque naturae, physicus* Cic. de Nat. Deor. 1, 84 c. 30 *pr. Add. Gell. 1, 9. Prudent. adu. Symmach. 2, 203.*

50 PHYSICE, Adu. [Φυσικώς] Cic. de Nat. Deor. 3, 18, c. 7 *Eodemque tempore illa omnia, quae a te physice dicta sunt de vi ignea, deque eo calore, etc.*

55 PHYSICVLO, ðre. *Res naturales scrutari, quasi Φυσικεύσθαι interpretatur* Sculig. ad Catal. p. 193. *Sed ipse videtur praeferre lectionem Fisiculo, de qua f. l. sub FINDO.*

PHYSIOLOGVS, i. m. [Φυσιολόγος] *De naturis differens.*

60 PHYSIOLOGĪA, ae. f. [Φυσιολογία] Cic. de Nat. Deor. 1, 10 *Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse Physiologiam, id est naturae rationem, qui quidquam quod ortum sit, putet aeternum esse posse? Rationem naturae physiologiam Graeci appellant* Cic. de Diuin. 1, 90 c. 41. *Idem ibid. 2, 37 Dumaruspicinam veram esse vultis, physiologiam peruertitis.*

65 PHYSIOGNOMVS, i. vel PHYSIOGNOMON, onis. m. [Φυσιογνώμων] *Qui hominum mores ex corpore vultuque cognoscit.* Cic. de Fato 10 c. 5 *Quid Socratem, nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.*

70 PHYTEVMA, ætis. n. *Herba est amatoria, quare ob id eam contemnunt, qui de herbarum viribus aliquid scriptum accuratius reliquerunt.* *Vid. Dioscoridem 4, 125. Plin. 27, 12 l. 99 Phyteuma quale sit, describere superuacuum habeo, cum sit vsus eius tantum ad amatoria.*

PHYTHON, vid. PYTHON.

## P I

PIABILIS, PIACVLARIS, PIACVLVM, vñ. PIO.

PIALAE, ðrum. m. *Populi in Scythia, qui cum Parthis ex aequo viuunt, ac degunt.* Plin. 6, 17.

80 PIAM, syllabica adiectio in Quispiam, Vspiam.

PIAMEN, PIATRIX. vid. PIO.

## P I C

85 PICA, ae. f. [πίττα, κολοιδά] *Auis, magnitudine palumbae, alis vario colore, et praesertim caeruleo depictis, humana verba proferens.* *Martial. 14, 76 Pica loquax certa dominum te voce saluto: Si me non videas, esse negabis auem.* Plin. 10, 33 *Picae quum diligentius visum ab homine nidum sensere, oua transferunt alio.* *vid. Plin. 10, 29. Ouid. Met. 5, 299 Institerant ramis imitantes omnia picæ.* ¶ 2

90 Picae, apud Festum sunt Sphinges: unde et apud eum PICATI. *¶ Quamquam et pici, ex se picatos propagare possunt, qui Latinis sunt auidae illae volucres ferae griphes vocatae, aurum e cauernis penitus egerentes.* *Annouit Turnebus. Caeterum verba Festi, PICATI appellantur quidam, quorum pedes formati sunt in speciem Sphingum, quod eos Dori phicas vocant.* *Hesych. Πίκα, Πίκα, σφίγγα. Potest igitur videri Nominatiuus esse Πίκα. Conf. Bochart. Canaan 1, 16.* ¶ 3

95 Pica de appetentia illa vitiosa et interdum prope monstrosa feminarum praesertim, et in his grauidarum, dicta videtur a recentioribus demum Medicis, qui Graecorum πίττα, et πίτταιν sic expressere. *Vid. Aegina-ta 1, 2 etc.*

100 PICARIA, PICATVS. vid. PIX.

PICEA, ae. f. [πέυκη] *Arbor eiusdem cum pinu generis, inquit Dioscorides, sed quandam flagrant specierum differentiam: differt enim a pinu picea, quod pinguiori ac tenuiori folio est, quodque minus alta, minusque recta quam pinus adsurgit: praeterea et conum minorem ac*

*magis argentem, nucleos quoque resina perfusos gerit.* Virg. Aen. 9, 86  
Lucus in arce fuit, summa quo sacra ferebant Nigranti picea, trabi-  
busque obscurus acernis. Plin. 14, 20 f. 25 Pix—Brutia fit e pi-  
ceae resina. In Hispania autem e pinastris minime laudata. Add.  
Plin. 16, 9. 10. 12. 24 seqq. 17, 12. et 18. it. 24, 6.

PICEASTER, tri. m. *Picea siluestris.* Plin. 14, 20. *Sed Hard.* pi-  
naster.

PICĒNVVM, i. n. [Πικηνοί] *Regio Italiae, in qua est Asculum,  
a Pico Martio aue dicta, cuius ductu et auspicio Sabini, quum Asculum  
proficiscerentur, in vexillo eorum picus confederat.* Mela 2, 4 Hanc  
(Anconam) praetergressos Piceni litora excipiunt.

PICENTES, um. m. [Πικητες] *Qui Picenum inhabitant.* Cic.  
pro Sulla 25 Aut igitur doceat Picentes solos non esse peregrinos, aut  
gaudeat suo generi me meum non antepone. Acies Picentum  
Sil. 10, 313.

PICENTĪVVS, a, um. Adi. [Πικεντινος] *Idem quod Picenus.*  
Martial. 13, 47 Picentina Ceres in niueo sic nectare crescit, etc. *De pu-  
nibus Picentinis.*

PICENTĪA, ae. f. *Præcipua vrbs Picentinorum.* Sil. 8, 579.

PICĒVVS, a, um. Possessiu. [Πικηνός] Cic. de Clar. Orat. 20  
57 Dicitur etiam C. Flaminius, is qui Tribunus pleb. legem de agro  
Gallico et Piceno viritim diuidendo tulit, etc. *Poma* Hor. Serin.  
2, 3, 272. *Tellus* Sil. 8, 425.

PICEVS, PICINVS, PICO, are. *Vid. PIX.*

PICRIS, is. f. [πικρίς] *Genus lactucæ, siue cichorei agrestis, ab  
amaritudine nomen trahens.* Plin. 21, 17 Amara et aphace, et quæ pi-  
cris nominatur, et ipsa toto anno florens: nomen ei amaritudo impo-  
suit. Add. Id. 19, 8. et 22, 22.

PICRIDIVM, i. n. Diminut. [πικριδιον] *Genus lactucæ, Augu-  
stin.* Quæst. 21, 21.

PICTA, ae. f. *Plur. Pictæ, naues scilicet.* Veget. 5, 7. Sca-  
phae tamen maioribus Liburnis exploratoriae sociantur, quæ vicinos  
prope remiges in singulis partibus habeant: quas Britannii Pictas vo-  
cant — Ne tamen exploratoriae naues candore prodantur, colore  
veneto, qui marinis est fluctibus similis, vela tinguntur, et funes; cera  
etiam, qua vrigere solent naues, inficitur (int. veneto colore) Nau-  
tae quoque vel milites venetam vestem induunt, vt non solum per no-  
ctem, sed etiam per diem facilius lateant explorantes. *Non igitur  
opus est de emendatione nominis cogitare, cum ratio illius satis appareat.*

PICTACIVM, capitium inter verba praelicenter ficta a Laberio  
refert Gell. 16, 7. *Nempe legendum puto, Et pictacium (omisso et  
quod inseritur) capitium, vt sit Adiectiuum insolens pictacium, Substan-  
tiuio satis vulgato, Capitium, additum. Pictacius autem s. picta-  
ceus formatum ad exemplar Gallinacei, Mustacei etc.*

PICTATIVM, vel PYCTATIVM, *vid. PITTACIVM.*

PICTAVI, orum. m. *Idem qui PICTONES.* Paullus in Pe-  
troc. 1, 287 Dum Pictauium doctor floreret in oris.

PICTAVĪCVS, et PICTŌNICVS, a, um. Adi. Aufon. E-  
pigr. 51 Rufi Rhetoris Pictauii. *Litus Pictonicum* Idem Epist. 9, 36.

PICTOR, PICTVRA, *vid. PINGO.*

PICVMNVS, i. m. [Πικυμνος] *Deus, qui in sacris Romanis adhi-  
bebatur.* Aemilius Macer in Theogonia ap. Non. 12, 3 Et nunc  
agrestes inter Picumnus habetur. Varro ap. Non. 12, 36 Dis con-  
iugalibus Pilumno et Picumno in aedibus lectus sterneretur. et Seru.  
ad Virg. Aen. 10, 76. coll. 9, 4. *vid. PILVMNVS.*

PICVS, i. m. [δρυκολάπτης] *Parua avis est.* Plin. 10, 18 f. 20  
Sunt et paruae aues vncorum vnguium, vt pici, Martio cognomine in-  
signes, et in auspiciu magni. *Post alia miracula, In capite Praeto-  
ris vrbanus Aelii Tuberonis, in foro iura pro tribunali reddentis se-  
dit ita placide, vt manu prehenderetur. Respondere vates, exilium  
imperio portendi, si dimitteretur: at si exanimaretur, Praetori. Et  
ille aem protinus conserpsit, nec multo post impleuit prodigium.  
Conf. Val. Max. 5, 6. De pico arbores cauante add. Plin. 10, 16 f. 18.  
Id. 10, 18. add. ibid. c. 16. Martia picus quis Ouid. Fast. 3, 37. conf.  
Horat. Od. 3, 27, 15. Plaut. Afin. 2, 1, 12 Picus et cornix est ab lae-  
ua, coruos porro ab dextera: consuadent. Augurium capit.  
2 Picos; veteres esse voluerunt, quos Graeci γύπας appellant. Plaut.  
Aulul. (4, 8, 1) Pici, diuitiis, qui aureos montes colunt, ego solus  
supero. Nonius 2, 641. conf. Turneb. Adu. 23, 26. et 24, 23.*

PICVS, i. m. [Πικος] *Saturni filius, augur: de quo fabula ta-  
lis est, Picum amauit Pomona, dea pomorum, et eius volentis est sor-  
tita coniugium. Postea Circe, quum eum amaret, et sperneretur: irata  
eum in auem picum Martium conuertit. nam altera est Pica. Hoc  
autem ideo fingitur, quia augur fuit: et domi habuit picum, per quem  
futura noscebat: quod Pontificales indicant libri. Haftenus Seruius  
enarrans illud Virg. Aen. 7, 187 Ipse Quirinali lituo etc. vid. Ouid.  
Met. 14, 320 qui Picum Canentem filiam Iani et Veniliae vxorem habuis-  
se ait. Aufonius Picus Valer. Argon. 7, 232.*

## P I E

PIENS, [Πιενσις] *ex Onomastico Argentor. laudat Pa-  
reus Lex. crit. Hinc Pientissimus, de quo in P I V S, n. 4 sub  
PIETAS.*

PIĒRES, um. m. [Πιερεις] *Populi olim Macedoniae finitimi in-  
ter Actium et Aliagmonem amnes, quibus pulsus, Macedones loca eo-  
rum occuparunt.* Plin. 4, 10. *Strabo 10.*

PIĒRIA, ae. f. [Πιέρια] *Mons et ciuitas Boeotiae, quam primus  
PIERVS, Lini pater, aedificauit, Musis sacer.* Plin. 4, 8 Pierus dicitur.  
*Est et Regio Macedoniae Plinio ib. c. 10.*

PIĒRIDES, um. f. [Πιέριδες] *inquit Sextus Pompeius, Musae  
dicuntur, propter amoenitatem ac solitudinem Pierii montis, quo eae  
secretis locis propter studia liberalia delectantur.* Cic. de Nat. Deor.  
3, 54 Pierias et Pieridas a Poëtis appellari, quod Pierio patre ex An-  
tiopa natae sint. *Vid. Ouid. Met. 5, 302. Virg. Ecl. 8, 63 Haec  
Damon: vos quae responderit Alpheisiboeus, Dicite Pierides.* Co-  
mes Pieridum Martial. 12, 69. *Lumen Pieridum Ouid. ex Ponto 4,  
16, 42. Sic vocat Cottam. Sacris Pieridum imponere manum Ouid.  
Trist. 4, 1, 28 Poëst dare operam. Studio Pieridum teneri Ouid. ex  
Ponto 2, 5, 63. Pieris, idis. f. Sing. et Pieri in Casu vocandi. Hor.  
Carm. 4, 3, 18 O testudinis aureae Dulcem quae strepitum, Pieri, temperas.*

PIERIVS, a, um. Possess. [Πιέριος] *idem fere quod Musicum,  
aut Musis sacrum.* Pierium Carmen Lucret. 1, 945. *Chori tutela  
Pierii Maecenas Lucan. ad Pisonem 232. Dies Pierii, Quos  
impendimus literarum studiis Stat. Silu. 1, 3, 23. Grex Martial. 9, 88  
de filio Sillii. Recessus Martial. 7, 72. Studiis Pieriis pollere*



Claud. Conf. Prob. et Olyb. 150. Via Ouid. ex Ponto 2, 9, 62. Umbra Martial. 9, 86.

PIERVS, i. m. [*Πίρος*] Pater nouem puellarum, quae in picas uersae fuerunt. Quid. Met. 5, 302 Pierus has genuit Pellacis diues in aruis. ¶ 2 Mons est in Thessalia, qui in Macedoniam protenditur Plin. 4, 8. Vid. PIERIA.

PIETAS, ātis. f. [*Πατριεὶα, Θεοπαιεὶα, Δαιμόνης*] Officia ipsamque adeo sensum erga deum, parentes, patriam, patronos, fratres, ciues, complectitur. Est (ut ait Cic. de Inuent. 2, 161 c. 53) per quam sanguine coniunctis, patriaeque beneuolis, officium et diligens attribuitur cultus. Add. *ibid.* c. 22. Cic. Fam. 1, 9 Periuicundae mihi fuerunt literae tuae, quibus intellexi, te perspicere meam in te pietatem. Quid enim dicam beneuolentiam, quum illud ipsum gravissimum et sanctissimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me

tuis esse videatur? Virg. Aen. 1, 155 Tum pietate grauem, ac meritis, si forte virum quem Conspexere, silent. Pietatem, ut deos caeteros, colebant Romani. Pietati aedem ab Acilio consecratam aiunt, eo loco, quo quondam mulier habitauerit, quae patrem suum inclusum carcere mammis suis clam aluerit, ob hocque factum impunitas ei concessa est. Festus. Aedes pietatis Cic. de Diuin. 1 c. 43. Liu. 40,

3, 4. Add. Arnob. 4 p. 127. Lactant. 1, 20. Iustitia erga parentes, pietas est Cic. in Partit. 78. Sic pietas est iustitia erga deos Id. de N. D. 1, 116 c. 41. Quae intuens animus, accipit ab his cognitionem deorum, ex qua oritur pietas. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 61. Pietas, est voluntas grata in parentes Cic. pro Planc. 80. Nimia pietas et summus amor in patriam Cic. pro Flacco 96. Idem pro Domo 107 Nec est vlla erga deos pietas, nisi honesta de numine eorum ac mente opinio: quum expeti nihil ab iis, quod sit iniustum ac inhonestum, arbitrare te. Virg. Aen. 1, 14 de Aenea, Insignem pietate

virum. Pietas, sanctitas, religio pure et caste deo tribuendae sunt Cic. de Nat. Deor. 1, 3. Conf. Id. post Red. ad Quir. c. 8. Fundamentum virtutum omnium pietas est Cic. pro Planc. 29 c. 12. De iustitia, clementia, benignitate saepe usurpatur: vid. P. Fabri Semestr. 2, 2. Opponitur rigori a Claud. Conf. Honor. 4, 513. Egregius pietate Virg. Aen. 6, 769. Egregius mira pietate parens Catul. ad Ianuam 65, 29. Magnus pietate et armis Virg. Aen. 1, 549. Potens pietate Propert. 3, 22, 21. Abundans pietatis vid. ABVNDO.

Honos pietatis Virg. Aen. 1, 257. Imago Virg. Aen. 6, 405. Officium pietatis Scrib. Ep. m. Tacit. in Vita Agric. 7 Igitur ad sollemnia pietatis profectus Agricola, nuntio, etc. h. c. Ad parentalia. Vir notae pietatis Ouid. Met. 14, 443. Umbra mendax, i. Fallax species pietatis Ouid. Met. 9, 459. Concors pietas Ouid. ad Liu. 84. Ficta Stat. Silu. 5, 3, 244. Hilaris Ouid. ex Pont. 2, 1, 9. Ignaua Stat. Theb. 12, 384. Mitis Ouid. Trist. 3, 4, 35. Spectata Ouid. Fast. 4, 37. Spreta Catul. 62, 386. Trepida Seneca Med. 7. Temeraria Stat. Silu. 3, 3, 191. Velox Id. *ib.* 3, 1, 12. Adhibere pietatem, vid. ADHIBEO. Cauere pietatem, vid. CAVEO. Colere pietatem, vid. COLO. Cole pietatem, quae quum sit magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est Cic. in Somn. Scip. 7 c. 3. Colitur pietate propinquitas Cic. pro Quint. 26. Efficit deos placatos pietas et sanctitas Cic. Off. 2, 11. Euertere pietatem Lucret. 3, 84. Excidit pietas Ouid. Trist. 1, 4, 14. Excitari pietate ad accusandum Cic. pro Cluent. 172. Frangi pietate alicuius Ouid. Epist. 1, 85. Iacet victa Ouid. Met. 1, 149. Cic. pro Rosc. Amer. 37 c. 13 Si id,

quod praecclare a sapientibus dicitur, Vultu saepe laeditur pietas: quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura diuina atque humana cogebant? Monet pietas erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare Cic. de Inuent. 2, 161. Idem in Bruto, 126 Utinam non tam fratri pietatem, quam patriae praestare voluisset. de C. Graccho loquitur. Repletum pietate genus Lucret. 2, 1168. Satisfacio omnibus officio omni ac potius pietate erga te caeteris Cic. Fam. 1, 1. Conf. b. l. Manus. Victa iacet pietas Ouid. Met. 1, 149. Victa pietas cupidine ventris Ouid. Met. 15, 173. Victa metu Ouid. Met. 13, 663. Victa furore Hor. Carm. 3, 27, 35. ¶ 2 Obs. Plur. perpetuis profecto pietatibus affinitas ista coalescat stirpibus Auct. Epithal. Max. et Constant. c. 13. ¶ 3 In titulis Principum Symm. 10, 34 Asperioribus quam Pietati vestrae mos est literis. Sed iam de L. Antonio, fratre Triumviri: narrat Dio l. 48. p. 360 A, διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἐυσέβειαν καὶ ἐπιουμλίαν ἐμυτῶν πίστας ἐπέθετο.

PIETATICVLTRIX, icis. f. Quae pia est erga parentes. Petron. c. 55 Ciconia enim grata, peregrina, hospita, pietaticultrix. PIVS, a, um. Adi. [*ἑυσεβής, θεοσεβής, ὕσιος, θεοφιλής*] Aequae late patet haec appellatio, ac de Pietatis nomine obseruatum est. Pius est, qui deo, parentibus, patriae, patronis, fratribus etc. praestat amorem atque officia. Virg. Georg. 3, 513 Dii meliora piis. Cic. Off. 3, 90 c. 23 Ipsi patriae conducit, pios habere ciues in parentes, Pii quidem sine scelere esse potuerunt Cic. pro Rosc. Amer. 66. Sic Agenor apud Ouid. Met. 3, 5 factus pius et sceleratus eodem: pius in Europam filiam, quam quaeri iubet, sceleratus in Cadmum, quem sine ea redire vetat. Piorum et impiorum deos rationem habere, vid. IMPIVS. Nemo pius est, qui pietatem, versus abruptus apud Cic. de Finib. 2, 71: omisit quae sequuntur, tanquam nota; quorum hodie sententiam diuinare facile est, verba non item. Misericors, benignus. Cic. Non secus in me pius, quam pater in filios. Ter. Hec. 1, 2, 77 Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili. Ad indulgentiam in minores refertur: Sis pius imprimis: nam cum vincamur in omni Munere, sola deos aequat clementia nobis Claud. Consul. Hon. 4, 275. Conf. Vulcat. in Auid. Cass. c. 11. Capitolin. in Anton. Pio. Suet. in Tib. c. 16, 17. vid. mox Caelum, et Diem. ¶ 2 Sed ordine ponamus Nomina: Animo pio sanctoque se gerere Scribon. Ep. m. Quinctil. . . Et pios amores et castos. Animae piae Hor. Carm. 1, 10, 17. Arae Senec. Hippol. 4. Causa pia coegit me Ouid. Met. 6, 496. Caelum pium German. Arat. 624 et, si Grotium audimus, etiam 269: aduocat idem etiam Pium diem Capellae 6 p. 191. Veroque loco beneficium notat: ut et Culmen pium i. caelum Iupiter Eid. 1 p. 12. Dextra Hor. Serm. 2, 1, 54. Dolor pius et iusta iracundia Cic. pro Sext. 4. Duellum Liu. 1, 32, 39, 36. Fratres vid. h. v. Fraus Ouid. Met. 9, 710. Furtum Senec. Agam. 931. i. occultatio fratris Orestis respectu Electrae. Gens Hor. Epod. 16, 63. Labor Ouid. Trist. 2, 322. Lacrimae Ouid. Met. 6, 534. Lingua Ouid. Epist. 15, 68. Manus pias scelerare Virg. Aen. 3, 43. Mens Ouid. Met. 8, 767. Militia Ouid. Met. 7, 482. Numina Virg. Aen. 4, 382. Officium Ouid. Met. 6, 250. Ore pio reposcere aliquid Virg.

Virg. Aen. 6, 530. Cic. pro Corn. Balb. 35 Nihil est aliud in foedere, nisi ut pia et aeterna Pax sit. Populus Lucret. 6, 1277. Preces Liu. 34, 3. Rem piam praestare Ouid. Trist. 5, 13, 12. Sacra Idem Fast. 2, 249. Testa, vinum salubre ad laetitiam, ad somnum Hor. Od. 3, 21, 4. Vota Ouid. Met. 1, 221. ¶ 3 Pro sanctus, de vatibus, quasi quibuscum Deus commercium habeat. Nam castum esse decet pium Poëtam ipsum, versiculos nihil necesse est Catull. 16, 6. Add. Stat. Silu. 1, 2, 95. Os pium ratum Ouid. Fast. 3, 324. ¶ 4 Superl. Piissimus. Cic. Philipp. 13, 43 c. 19 M. Antonium notans, quod verbum nouum protulisset, Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quaeris: et quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Curt. 9, 6, 17 Vobis quidem ô fidissimi piissimique ciuium atque amicorum, grates ago habeoque. Adde Tacit. Agric. 43, 7. Sen. Controu. 27. et Conf. ad Polyb. c. 26. Flor. 4, 7, 15. Apul. Met. 9 p. 220. Hygin. Fab. 254. Sulp. Seuer. Dial. 3, 16. et Vet. Inscript. Grut. p. 575 n. 5. et 689 n. 1. Charis. p. 90. Pientissimus etiam frequens in antiquis Inscriptionibus: Gruter. p. 369 n. 5 PATRI PIENTISSIMO. et p. 752 n. 3 MATRI PIENTISSIMAE. et p. 636 n. 7 FRATRI PIENTISSIMO. it. p. 600 n. 8 etc. ¶ PIE. [ἐὐσεβῆς, θεοσεβῆς] Conseruato amore vel Dei vel coniunctorum. Ter. Adelph. 3, 4, 13 Neque faciam, neque me satis pie posse arbitror. Cic. de Fin. 5, . . . An obliuiscimur quantopere in audiendo, legendoque moueamur, quum pie, quum amice, quum magno animo aliquid factum cognoscimus? Cic. Fam. 11, 27 Alia quae defendam a te pie fieri et humane. Idem pro Cluent 42 Sed quum esset haec illi proposita conditio, ut aut iuste pieque accusaret, aut acerbe indigneque moreretur. Superl. Sen. ad Polyb. c. 34 Piissime et fortissime tulit. Tractari piissime Ammian. 19, 9. ¶ PIO cum Deriuatis PIACVLVM etc. vid. f. l.

## P I G

PİGER, gra, grum. Adi. [ἀργός, ὀλιγόπους, ἄργυμος, βλακικός, ἀργυδής] Quem piget laboris, Tardus. Nihil est, qui piger est; nimisque id genus ego odi: mane vigilare decet hominem, qui vult sua tempore conficere negotia Plaut. Rud. 4, 2, 15. Mane piger stertis Pers. 5, 132. Piger scribendi ferre laborem Hor. Serm. 1, 4, 12. Cic. Fam. 8, 1 Hunc laborem alteri delegavi: non quin mihi suauissimum sit et occupato, et ad literas scribendas, ut tu nosti, pigerrimo, tuae memoriae dare operam. Ad nandum piger Ouid. Epist. 18, 210. Ad poenas piger, ad praemia velox Idem ex Pont. 1, 2, 123. Cic. Fam. 8, 17 Interdum piger, interdum timidus in re militari videbare. Frigore piger Ouid. Met. 2, 174. Militiae piger Hor. Epist. 2, 1, 124. Annus piger Idem ibid. 1, 1, 21. Bellum, Longum Ouid. Fast. 2, 727. Bos Hor. Epist. 1, 14, 43. Campi, Frigidi, prae frigore pigritiam inducentes Hor. Carm. 1, 22, 17. Familia Plaut. Mostel. 1, 2, 24. Frigus pigrum dicitur, quia pigros efficit Auctor ad Heren. 4, 44. Frigora hibernae noctis Tibull. 1, 2, 31. Gratia Ouid. ex Pont. 4, 1, 23. Hiems Idem Amor. 3, 6, 94. Humor, Lentus, maxime fluidus Columel. 2, 2. Lapsus Columel. 1, 5, 50. Manus Ouid. Epist. 21, 159. Moles Claud. Conf. Stil. 2, 355. Obliuia Stat. Theb. 10, 89. Palus Ouid. ex Pont. 4, 10, 61. Quies Martial. 12, 63. Senectus pigra Ouid. Met. 10, 396. Situs piger Idem Amor. 2, 3, 14. Somno pigro torpere Stat. Silu. 3, 2, 73. Vicia pigra Claud. in Eutrop. 2, 206. Vita Stat. Silu. 1, 4, 57. Vultus Martial. 2, 11. ¶ 2 Pigros, sine adiecto, vocat ut suspicatur Lipsius, Pedes Seneca de Benefic. 2, 12 extr. Parum enim foede furioseque insolens fuerat, qui de capite Consularis viri foccatus audiebat, nisi in os Senatoris ingestisset imperator pigros suos. i. Pedes. Quum enim illi quocumque nos ferant, in desideribus et pigris officio videntur deesse suo quadam ignauia, et pigri pigros et segnes reddere, ut in strenuis et gnauis contra videntur gnaui et strenui esse, et prompti ac parati ad viam. Sed potior est eorum sententia, qui Epigros restitunt, quam ornauit Gronouius. Vid. EPIGRVS et EPIVRVS. ¶ 3 Compar. Hor. Serm. 1, 4, 17 Discedet pigrior vltro Muneribus missis. Impetus tardior pigriorque Val. Max. 7, 3, 10. Plin. Epist. 9, 32 Nihil est enim pigrius delicatis, aut curiosius otiosis. Pigriora remedia Colum. 2, 18. Superl. Arar pigerrimus Sil. 15, 504. Gens pigerrima ad militaria opera Liu. 21, 25. Pigriissimus dixit Tertull. Exhort. ad Castit. c. 13 Suffusio pigriissimorum ad continentiam.

PIGRE. Adu. [ἀργυρός] Senec. de Ira 3, 17 Pigre in seruitutem transiens. Agere pigre ac segniter Columel. 7, 5. Aggredi pigre Idem 10 praefat. Compar. Plin. 10, 34 Amor sobolis aequalis: saepe ex hac causa castigatio, pigrius intrante femina ad pullos.

PIGRANIMIS, e. Adi. Auien. apud Barth. Adu. 46, 1.

PIGRITIA, ae. f. [ἀργία, ἄργυρία, ἀργία] Ignauia, lentitudo. Cic. Tusc. 4, 19 c. 8 Quae autem subiecta sunt sub metu, ea sic definiunt, Pigritiam metum consequentis laboris. Liu. 1, 31 Pigritia militandi. Cic. Off. 1, 101 Efficiendum est, ut appetitus rationi obediant, eamque neque praecurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant. Ingenua Martial. 12, 3. i. otium liberale. Negligentia, pigritia, inertia, aut suis studiis quibusdam, occupationibusue sic impediuntur, ut eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur Cic. Off. 1, 136. Amabilis correctio est Idem Att. 16, 15 Noli putare, pigritia me facere, quod non mea manu scribam: sed mehercule pigritia, nihil enim habeo aliud quod dicam. Primo circumspicit excusationem: cum non statim idoneam inuenit, fatetur, quod res erat. Incutere pigritiam, vid. INCVTIO.

PIGRITIES, ei. f. [ἀργότης] Idem.

PIGRITAS, atis. f. ἀργία Gloss. Lat. Gr.

PIGREDO, inis. f. Idem. Vulg. Interpr. Prouerb. c. 19, 15 Pigredo immittit soporem.

PIGROR, oris. m. Idem. Lucilius apud Nonium 3, 169 Languor enim oppressit, pigror, torporque quietem.

PIGROR, ari. [ἀργέω] Ut Grauari. Cic. Att. 14, 1 Tu quae-so quidquid noui (multa autem expecto) scribere ne pigrere. i. Ne moreris. Lucret. 1, 411 Quod si pigraris, paululum recesseris ab re.

PIGRESCO, ère. [ἀργυέω] Pigrum fieri et lentum. Plin. 18, 18 Mox pigrescit, in Virginem transgresso. Subaud. Sole. de Nilo.

PIGRO, are. [ἀργέω Gloss.] Non. 2, 655 interpretatur pertinere in edit. Mercer. Gothofredus melius retinere. Exempla ponit. Accii, Fateor. Sed cur propter te pigrem haec, aut huius dubitem parcere capiti. Et eiusdem, Melius pigrasse, quam properasse est nefas.

**PIGRITOR**, āri. *Pigrari*. Vulg. Interpr. Act. 9, 38. *Vid. Goclen. Obseruat. L. L. p. 440.* ἰκνησίου, pigrītatus sum Gloss.

**PIGEO**, ui, ēre. [ἀχθεῖν] *Dolere, seu Molestum esse. Frequentius tamen impersonaliter in tertijs personis.* Plaut. Men. 5, 9, 7 Adulescens quaeso loquere tuum mihi nomen, nisi piget. Non edepol ita promeruisti de me, vt pigeat, quae velis. Ter. Phorm. 3, 3, 21 Quare obsecro, ne quid plus, minusue faxit, quod nos postea pigcat. Idem in prolog. Heaut. 19 Neque se id pigere. Donatus: Piget in his, quae cum damno ac malo: et ad dolorem refertur. Festus: Pi-

gere, interdum pro Tardare, interdum pro Poenitere poni solet. Conf. Priscian. p. 635. Pigritum est. Castritius apud Gellium, Pigritum est, inquit, cinctos saltem esse, et penulatos. *Vid. 13, 20. et 15, 13. et Sil. 7, 173.* Plaut. Poen. 5, 4, 41 Nisi piget, consistite.

Ter. Heaut. 5, 4, 20 Pudet dicere hac praesente verbum turpe: at te illud nullo modo facere piguit. Martial. 2, 5 Te tamen vt videam, duo millia non piget ire. Nimio id, quod pudet, facilius fertur, quam illud, quod piget Plaut. Pseud. 1, 3, 47. Pudere quam pigere praestat totidem literis Idem Trin. 2, 2, 64. Quaerere non piguit, cur ego, etc. Cic. in Sallust. 20. Esse piget piuum Ouid. Ep. 14, 14.

Ter. Andr. 5, 3, 6 O ingentem confidentiam! Num cogitat quid dicat? num facti piget? Cic. pro Domo 29 c. 11 Vt me non solum pigeat stultitiae meae, sed etiam pudeat. Facti fortasse pigebit Ouid. Epist. 12, 209. Incepti piget Virg. Aen. 5, 678. Laborum actorum piget Ouid. Met. 2, 386. Sceleris piguit Lucan. 4, 26. Tur-

pitudinis tuae nonnullos pigeret Pseudo-Cic. in Sallust. 4.

**PIGENS**, entis. Partic. Apul. Met. 4 Rex affatu sanctae vaticinationis accepto pigens tristisque. *Sed Elmenb. legit Piger p. 157.*

**PIGENDVS**, a, um. Part. [ἀλγής] Error nulla parte pigendus Ouid. Epist. 7, 110. Verba Propert. 4, 1, 74. Induci ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum Cic. de Clar. Orat. 188 c. 50.

**PIGRET**. Ennius libro XVI, Post aetate pigret sufferre laborem. Accius Clytaem. Omnes gaudent facere recte, mali pigrent. Haec Non. 3, 170. *Quod enim ex corrupto codice Pigne legunt, frustra tuetur, puto, inde Hesselius p. 117 quod hic non de verbis agatur, sed de*

*indiscreto genere nominum. Tractat omnino de indiscreto genere nominum Nonius; sed vt Pigror fuisse nomen probet, etiam coniugati illius pigret meminit: et auctoritatibus eius prolatis, subdit: feminine pigritia. Probauit itaque Pigrorem et Pigritiam idem significare.*

**PIGVVS**, a, um. Adi. Priscian. p. 635. Piguus est, qui et piger Scholiaf. ibid.

**PIGMALION**, s. potius **PYGMALION**, ōnis. m. [Πυγμαλίων] *Beli regis Tyri filius fuit, frater Didonis, qui, dum ardentissima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichaei patruelis sui opes appulit, illumque spe potiundi auri ante aras, clam et dolo interemit. Cuius caedis quum certior in somnis a marito Dido facta fuisset, sumtis secum thesauris fugit, et Carthaginem condidit. Moris autem erat, vt inquit Ser-*

*uius, vt de pecunia publica Phoenices misso a rege auro de peregrinis frumenta coëmerent. Dido autem a Pygmalione ad hunc usum paratas naues abstulerat: quam quum fugientem a fratre missi persequerentur, aurum illa praecipitavit in mare, qua re visa, sequentes reuerfi sunt. Meminit huius Virg. Aen. 1, 350 Sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes, etc. Auari opes Pygmalionis Virg. Aen. 1, 368.*

**PYGMALIONĒVS**, a, um. Adi. [Πυγμαλιώνειος] Sil. 1, 21 Pygmalioneis quondam per caerulea terris, etc.

**PIGMENTVM**, i. n. [χρῶμα] *Vnguentum, quo vtuntur puellae ad pingendam et fucandam faciem.* Plaut. Mostel. 1, 3, 106 Non istanc aetatem oportet pigmentum vllum attingere. Pigmenta aliquando dicuntur *Colores pictorum: de quibus Plin. 35, 5. Cic. de Diuin. 1, 23 c. 13 Aspersa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta efficere possunt. Plin. 16, 43 f. 84 Inuentum vt pigmentis perderet se lignum, i. aliam naturam indueret. Ioco comico Plaut. Epid. 5, 1, 10 Quem Apelles, Zeufisque duo pingent pigmentis vlmeis. i. Qui virgis vlmeis vtentur ad corpus meum sanguine pingendum. Pigmenta, per translationem, pro Coloribus rhetoris. Cic. Att. 2, 1 Meus autem liber totum Isocratis μυσθοθήκιον, atque omnes eius discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumsit. Pigmenta, i. Exornationes, quibus oratores vt pigmentis pictores vtuntur. Pigmenta item per translationem dicuntur*

*Mendacia et fraudes: quia is, qui pingitur, non est naturalis color, sed artificialis. Cic. de Orat. 2, 188 c. 45 Tam integrae sententiae, tam verae, tam nouae, tam sine pigmentis, fucisque puerili, vt mihi, non solum, tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris.*

¶ 2 *Aferces quoque alias, odorum, medicamentorum etc. pigmenta dicuntur.* Apul. Her. Trism. extr. p. 101, 13 *Elmenb. Sugeramus patri, iusserit, vt ture addito et pigmentis precem dicamus Deo. Nempe pigmenta sunt, quaecumque vendunt pigmentarii, significatione a praecipuo mercium genere paulatim extensa. Sic pro his, quae Mineralia vulgo dicuntur Scrib. 21.*

**PIGMENTARIVS**, i. m. *μυροπώλης, Φαρμακοπώλης, καὶ μυροφῶς* Gloss. Lat. Gr. *χρωματοπώλης* ibid. *Φρονοπώλης* *Qui pigmenta vendit. l. 3 §. 3 Dig. de Sicar. Pigmentarii, si cui temere cicutam, etc. dederint. Et Cic. Fam. 15, 17 Attius pigmentarius. Institores pigmentarii Scribon. 22.*

**PIGMENTATVS**, a, um. Adi. *Pigmento obductus.* Tertull. de Cult. fem. 2, 13 Taliter pigmentatae, Deum habebitis amatorem. Crinis Prudent. Hamartig. v. 315.

**PIGNE** nomen, quod pigritiam significet, profertur ex Non. 3, 170. *Sed Mercerius PIGRET. v. v.*

**PIGNVS**, ōris vel ēris. n. [ἐνέχυρον, ἀράβων, ὑποθήκη] *Quod illi, cui debemus, interim tradimus, retinendum donec soluatur debitum. Vlpian. de Pignoratitia actione, vel contra, l. Si rem alienam, Proprie pignus dicimus, quod ad creditorem transit: Hypothecam, quum non transit, nec possessio ad creditorem etc. Martial. 12, 25 Quum rogo te numos sine pignore, non habeo, inquis. Pignus, a Pugno dicitur, vt Caius ait de verborum et rerum significatione, l. Plebs, quia res, quae pignori dantur, manu traduntur. Pignus (inquit Budaeus) est, quod Graece Hypotheca, quasi obligationi suppositum, dicitur, vel quasi ob fidem debiti suppositum; quod Latini Pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quam de re mobili dicitur. Ter. Phorm. 4, 3, 56 Ager oppositus est pignori ob decem minas, aediculae item ob decem alias.*

¶ 2 *Verborum iam formulas videamus. Pompon. in l. Si rem D. de pign. action. Si rem pignori datam vendidit et tradidit, tuque ei numos credidisti, quos ille soluit ei creditori, cui pignus dederat: tibi que cum eo conuenit, vt ea res, quam iam vendiderat, pignori tibi esset: nihil te egisse constat, qui rem*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

*alienam*

alienam pignori acceperis. ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere coepisse. neque ad rem pertinuisse, quod tua pecunia pignus sit liberatum. Accipere sub pignoribus mutuas pecunias Caius in l. Vel vniuersorum D. de pig. act. et Scaeuola in l. ult. eod. tit. Auferre pignora est capere, quod faciunt Magistratus, cum cogere volunt Senatores, ut veniant in curiam, vel alio modo coercere, et in ordinem redigere. Cic. de Orat. 3, 4 de iurgio Philippi Consulis in Senatu, et L. Crassi, magni illius oratoris loquens, Hic quum homini et vehementi et disertis, et in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faces adiuuisset: non tulit ille, et grauius exarsit, pignoribusque ablatis Crassum institit coercere. Vid. supra CAEDERE pignus. Liu. 3, 38 Postquam citati a Decemuiris Senatores non conueniebant, dimissi circa domos apparitores simul ad pignora capienda, etc. Videntur itaque aliquid, quo aegre careret dominus, abstulisse, non prius reddendum, quam ille fecisset, quod iniunctum esset. Cauere sibi pignoribus Vlpian. in l. Si rem alienam D. de pignor. action. Cedit res aliqua pignori Paull. in l. Si conuenerit D. de pig. act. Contrahitur pignus (inquit Vlpian. l. 1 de pignor. action.) non solum traditione, sed etiam nuda conuentione, etsi traditum non est. Si igitur contractum sit pignus nuda conuentione: videamus, si quis aurum ostenderit, quasi pignori daturus, et aes dederit, an obligauit aurum pignori. Et consequens est, ut aurum obligetur, non autem aes: quia in hoc non consenserunt. Si quis tamen, quum aes pignori daret, affirmauit aurum esse, et ita pignori dedit: videndum erit, an aes pignori obligauit: et numquid, quia in corpore consensum est, pignori esse videatur. Conualescit pignus Africanus in l. Qui balineum D. qui pot. in pignor. Dare pignus cum aliquo, dicuntur, qui sponsonem incunt, quod est Pignore certare Virg. Ecl. 3, 31. Plaut. Calin. prol. 77 Id ni sit, inecum pignus, si quis volt, dato in vnam mulsi. Idem Epid. 5, 2, 35 Ni ergo matris filia est, In meum numum in tuum talentum pignus Da. Nempe hoc pignore firmatur sponso. Sic Catull. ad fundum suum f. 44, 4 Quouis, Sabinum (fundum) pignore esse, contendunt. Colum. 8, 2, 5 Pignus aleae totum patrimonium victor gallinaceus pyctes abstulit. Dare aliquid pignori, vid. Contrahitur pignus, et Accipere pignori, supra. Deserere pignus, vid. mox Ponere pignori. Discedere a pignore Martian. in l. Si debitor D. Quib. mod. pig. vel hyp. sol. Euanescit pignus, vid. Teneri pignori. Esse pignori, vid. Contrahitur pignus, et Accipere pignori. Extinguitur pignus Martianus in l. Sicut D. Quib. mod. pig. vel hypoth. sol. Finitur Vlpian. in l. Si res distracta D. Quibus modis pig. vel hypoth. sol. Habere pignori aliquid Papin. in l. Qui generaliter D. Qui potiores in. Liberare pignus, vid. Accipere pignori. l. 4. D. qui pot. in pig. Obligare aliquid pignori, vid. Contrahitur pignus. Opponere pignori, vid. OPPONO. Perimitur, vid. Teneri pignori. Plaut. Capt. 2, 3, 73 Cogitato — meam esse vitam hic pro te Positam pignori. Ne — pignus deserat — Scito te hinc minis viginti acclimatatum mittier. Vlpian. in l. Petenti D. de pignor. act. Petenti mutuum pecuniam creditori, quum praec manu debitor non haberet, species auri dedit, ut pignori apud alium creditorem Poneret. Recedere a pignore Vlp. in l. Si rem alienam D. de pign. act. Recuperare pignus Martianus in l. Si creditor D. de distract. pignor. Remittere pignus Modestian. in l. Voluntate D. Quib. mod. pig. vel hyp. sol. Soluitur pignus, vid. Finitur pignus. Suscipere pignus Papinian. in l. Fideiussores D. de pig. et hypoth. Martian. in l. Grege D. de pig. et hyp. Grege pignori obligato, quae postea nascuntur, tenentur. Sed etsi prioribus capitibus decedentibus, totus grex fuerit renouatus, pignori Tenebitur. Statu liber quoque dari hypothecae poterit, licet conditione existente euanescat pignus. Quum pignori rem pignoratam accipi posse placuerit: quatenus vtraque pecunia debetur, pignus secundo creditori tenetur, et tam exceptio, quam actio utilis ei danda est. Quod si dominus soluerit pecuniam, pignus quoque perimitur. Vlpian. in l. Si rem D. de pignor. action. Si rem alienam mihi debitor pignori dederit, aut malitiose in pignore versatus sit. ¶ 3 Pignus saepe dicitur indicium, siue documentum et argumentum idoneum: vel etiam Signum certum. Virg. Aen. 3, 611 Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus, Dat iuueni, atque animum praesenti pignore firmat. i. Securum facit, ut qui dat pignus. Curt. 9, 6, 17 Nullum erga me benevolentiae pignus atque indicium omisit. Amoris mutua pignora Sil. 17, 365. Caritatis mutuae Quinctil. 170 prooem. Fidei Ouid. Met. 6, 506. Curtius 6, 5 pr. Extulerat et Hospitii pignora. Ouid. Epist. 20, 64 Hac ego compulsus, non est mirabile, forma, Si pignus volui vocis habere tuae. Cara Virg. Ecl. 8, 92. Miserabile pignus amoris puer incesto natus Ouid. Epist. 11, 113. Idem Met. 2, 38 Phaethon ad Phocbum, Pignora da genitor, per quae tua vera propago Credar. Respondet ille 90 Ut nostro genitum te sanguine credas, Pignora certa petis: do pignora certa timendo, Et pater esse metu probor. Vellei. 2, 47, 2 Septimo ferme anno Caesar morabatur in Galliis, cum medium iam ex inuidia potentiae inter Cn. Pompeium et C. Caesarem concordiae pignus, Julia vxor Magni decessit, etc. Cic. Philipp. 13, 8 c. 4 Magnus et multis pignoribus M. Lepidum Resp. illigatum tenet. Summa nobilitas est hominis, summi honores, amplissimum sacerdotium plurima vrbis ornamenta, ipsius, fratris, maiorumque monumenta: probatissima vxor, optatissimi liberi, res familiaris tua ampla, tua casta a cruore ciuili: nemo ab eo ciuis violatus, multi beneficio et misericordia liberati. Haec omnia pignora sunt, quibus creditur, Lepidum bonum ciuem esse. Cic. Philipp. 13, 6 c. 3 Tu vero ita vitam corpusque seruato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut haec posteriora libertate ducas, atque his vti velis, si liberare Rempub. possis: nec pro iis libertatem, sed pro libertate haec proicias, tanquam pignora iniuriae, quorum amor te cogere possit ad iniuriam vel faciendam, vel subeundam certe. Cic. pro Sext. 19 de Pisone, Nam quid ego de supercilio dicam, quod tum hominibus non supercilium, sed pignus Reipub. videbatur? tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio. Claudian. de 3 Conf. Hon. 15 Cognata potestas Exceptit Tyrio venerabile pignus in ostro. Nempe non parentum modo, sed Reip. pignora intelliguntur principum filii. Cic. pro Cacl. 78 Habet a M. Caelio Resp. Iudices, duas accusationes, vel obsides periculi, vel pignora voluntatis. Affinitatis coniunctionem pignori fore ad confirmandas inimicitias putauit Cic. pro Cluent. 190. Coniugii mors mea pignus erit Ouid. Epist. 9, 150. Libertatis Pop. Roman. pignus, D. Brutum vocat Cic. Philipp. 11. Pacis pignus Ouid. Met. 8, 48. Salutem pro pignore tradere ad explendas cupiditates Cic. de Prouinc. Consul. 2. Pignora etiam pro Argumentis suis rationibus ponit Seue-

rus in Aetna v. 133 Certis tibi pignora rebus Atque oculis haefura  
tuis dabit ordine tellus. *i. argumenta.* Et v. 418 et 474 et 40. *Vid.*  
*ibi Scalig. et conf.* Ouid. Fast. 3, 71 et de Arte Am. 2, 378. Est et  
hoc ipsum melioris ingenii pignus, non corrumpi bonitate eius, vt  
5 illo male vtaris Sen. Controu. 2 prooem. *Adde Buchner. ad Plin. Ep.*  
10, 11. Tenemus pignus sceleris Senec. Hippol. f. 5. ¶ 4 Pi-  
gnora imperii, *i. Symbola quaedam diuinitus data, quibus saluis sal-*  
*uum speretur imperium* Ouid. Fast. 3, 354 Iuppiter imperii pignora  
certa dabit. *Haec vox restituenda videtur etiam* Seruio ad Aen. 7, 188  
10 *vbi, cum de Anciliis dixisset, Septem, inquit, fuerunt paria, leg. pi-*  
gnora, quae imperium Rom. tenerent, Acus Matris Deum, Qua-  
driga siculis Veiorum, Sceptum Priami, Velum Ilionae, Palladium,  
Ancilia. Liu. 5, 52 Quid de aeternis Vestae ignibus, signoque quod  
imperii pignus custodia eius templi tenetur, loquar? Quid de an-  
15 libus vestris, Mars Gradiue, tuque Quirine pater. Flor. 1, 2, 3 An-  
cilia atque Palladium secreta quaedam imperii pignora. ¶ 5 Pi-  
gnora aliquando pro Filiis accipiuntur: quoniam filii videntur tanquam  
pignora inter virum et uxorem esse, tum vinculi, ne alioqui diuortium  
fiat: tum caritatis. Proxima suis pignora Tacit. Ann. 12, 2, 1. *de*  
20 *priuignis.* Ouid. . . Dulcia sollicitae gestabant pignora matres. *Item*  
*de omnibus sanguine coniunctis.* Quinctil. 6, 1, 24 Afferit in iis mo-  
mentum et aetas, et sexus, et pignora: liberi dico et parentes, et pro-  
pinqui. Quare et obsecratio illa iudicum per carissima pignora vti-  
que si reo sint liberi, coniux, parentes, utilis erit Idem ibid. n. 33.  
25 Carissima pignorum Tacit. Ann. 15, 57, 2. *Conf.* Id. Ann. 16, 26, 4.  
et Germ. 7, 3. et Agric. 38, 2. Ouid. Trist. 3, 11, 15. *Schulting. ad*  
Quinctil. Decl. 1 p. 7. *Ad.* Lucan. 3, 33. Adscita pignora, *Filii*  
*adoptiui* Stat. Silu. 2, 1, 86. Cara pignora nepotes Ouid. Met. 3,  
134. Gemino natarum pignore fustus Stat. Theb. 1, 394. Inau-  
30 spicatum pignus sanguinis mei Senec. Oedip. f. 14. Sueton. in Ti-  
ber. c. 7 Cuius Iulia primo concorditer, et amore mutuo vixit: mox  
dissedit, et aliquanto grauius, vt etiam perpetuo secubaret, interco-  
pto communis filii pignore, qui Aquileiae natus infans extinctus est.  
Semiferi partus metuendaque pignora matri Claud. in Eutrop. 1, 1.  
35 *Conf. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 21. it. Pallad. de infitione 110.* ¶ 6  
Pignora de liberis et affectu dici, contra pignora de rebus, putat *Agro-*  
*tius* p. 1347, 29 *Gothofr.* Festus, Pignosa pignora, eo modo, quo  
Valesii et Aufelii, Pinosi Pilei (*leg. Pinasi, Papisi*) dicebantur.

PIGNEROR, ari. Dep. [*ἐνεχυρίζω, ἐνεχυρίζω, ἐγχυρίζω, τιμητόω*]  
40 Pignora capere. Liu. 29, . . . Postea conscientia sibi met exilium  
consciscentes: bona tantum, quae publicari poterant, pigneranda poe-  
nae praebabant. Cic. Philipp. 14, 32 c. 12 In fuga, foeda mors: in  
victoria, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque  
pignerari solet. Pignerari dixit, pro eo, quod est quasi Pignus accipere,  
45 et sibi afferere, quasique obnoxium sibi debitumque capere. Cuius dicti  
*hic sensus est, Fortissimus enim quisque, primus in praelio occumbere so-*  
*let.* Budaeus. Pignerare, Actiuum, Dare pignus. Suet. in Vitel. c. 7  
Vtque ex aere matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris ex-  
pensas. Pigneror dici pro pignero, atque adeo hoc posterius videri  
50 *rectius, monet Gell. 18, 12. Scribitur etiam pignoro.*

PIGNERATVS, a, um. Partic. Liu. 24, 1 Et quorum propin-  
qui extra urbem interclusi ab hostibus erant, velut obsidibus datis,  
pigneratos haberent animos. Quaedam exemplaria habent Pigneratos.  
Res pignerata ad modicum aeris Vlpian. in l. Si quis in pignore D.  
55 de pignor. act. ¶ 2 Actiui signif. Primus Caesarum fidem  
militis praevio pigneratus Suet. Claud. c. 10.

PIGNORATIO, onis. f. Caius in l. Sed et D. de pign. et hy-  
poth. al. Pigneratio.

PIGNORISCAPIO, onis. f. *Vt, Vfuscapio.* Gell. 7, 10 ex Ca-  
60 tone, Pignoriscapio ob aes militare, quod aes a Tribuno aeriario mi-  
les accipere debebat, vocabulum seorsum fit, etc. Copulato voca-  
bulo sic dici, monet Gellius.

PIGNERATOR, oris. m. [*ἐνεχυρωτής*] Qui pignus accipit.  
Cic. Verr. 3, 27 c. 11 Quum in his, inquam, rebus omnibus publica-  
65 nus petitor ac pignerator, non ereptor, neque possessor soleat esse:  
tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, hoc  
est de aratoribus, ea iura constituebas, quae omnibus aliis essent con-  
traria. Edixerat enim Verres, vt publicani possent iure suo ab aratori-  
bus decumarum nomine quantum vellent capere, non iudicis auctoritate  
70 (vt assolet) pignora eorum capere. Budaeus.

PIGNERATRIX, icis. f. *Idem in Dig.*  
PIGNERATICIVS, siue PIGNORATICIVS, a, um. Adi.  
[*ἐνεχυρωματικός*] Actio pignoraticia Vlp. in l. 1 D. de pig. actione.  
Et elliptico Si agat pigneraticia debitor l. 3 §. 2 D. de transact. Con-  
75 traria pigneraticia consequi l. 61 §. 1 D. de furtis. Creditor pigne-  
raticius, Cui pignus capere licet. Vlp. Queritur in pigneraticio credi-  
tore, an pignoris persecutio denegetur. *vid. l. 15 §. 25 D. de damno*  
*inf.* Fundus pignoraticius Pomp. in l. Quamuis D. de pign. act.

PIGRESCO, FIGRO, are. et FIGROR, ari. *Vid. FIGER.*

## P I L

PILA, ae. f. [*πῖλος*] a Pingo, pinis; Vas concauum, quo anti-  
qui siccata frumenta pinsebant ac contundebant. Cato c. 14 Paullulum  
85 latam pilam, vbi triticum pinfant vnam. Idem c. 10 Pilam lineam  
vnam. Similiter vasa illa concaua medicorum vsui apta, in quibus ptisa-  
nae fieri solent, pilae dicuntur. In pilam conicere Scribon. 75. 264.  
*i. mortarium.* In pilam misceri Idem 255. Pila et pilo mundo con-  
tundere Id. 74. ¶ 2 Pila, Columna stans, quam Graeci

90 *σῆλην* vocant a stando. Proprie autem stelas Graeci appellant stantes co-  
lumnas in monumentis. Apul. Metam. 3 p. 141 *Elmenb.* Pila media  
quae stabuli trabes sustinebat. Festus: Pila, quae parietem sustentat,  
ab opponendo dicitur. Petron. c. 79 Omnes pilas columnasque no-  
tauerat. Catull. ad Contub. f. 35, 2 A pileatis nona fratribus pila,  
95 *i. taberna nona a templo Castorum.* Cuique tabernae sua pila apposita.  
Plin. 11, 10 Ruentes ceras fulciunt pilarum instar, interius a solo for-  
nicatas, vt sit aditus ad sarcendum. *Conf.* Nep. 7, 4, 5. *Affinis est*  
*ratio, cum Pilae in glossis vocantur παραστάται.* *Vid. PARASTAS.*

¶ 3 Pilae [*καπηδές*] etiam sunt aggeres quidam, qui in aqua construuntur.  
100 Molem vulgo appellant: alias etiam vocata Faleria. Earum vsus  
est ad tuendas a fluctibus naues intra portus et naualia. De quarum con-  
structione Vitruuius 5, 12. Huiusmodi pilam Virg. Aen. 9, 710 descri-  
bit, Qualis in Euboico Baiarum litore quondam Saxea pila cadit, etc.  
*Conf. Lips. ad Tac. Ann. 14, . . . Grut. Inscript. p. 163, 9 Pilarum opus*  
105 *Puteolis restitutum.*

PILATIM. Adu. [πυλῶν] Per pilas. Vitruv. 6, 11 Itemque quae pilatim aguntur acidifia — Extremas pilas in his latiores spatia sunt faciundae etc. Alia significatione vid. sub PILVM.

PILA, ae. f. [σφαίρα] Instrumentum lusorium est, rotundum ad similitudinem sphaerae. Plaut. Bacch. 3, 3, 24 Ibi cursu, luctando, hasta, circo, pugillatu, pila, saliendo, se exercebant magis. Quatuor pilarum genera sic descripsit Perottus: Est Pila trigonalis, omnium minima, praedura, firmo pilo plena: a quo pila nomen habet. Fluentina nunc vulgo dicta, quod Fluentiae huiusmodi pilae optimaer fiant. Trigonalis autem vocitata est a trigone, qui locus erat in thermis triquetra (hoc est triangulari figura, quam Graeci τριγωνον vocant) ad huiusmodi pilae lusum aedificatus, et paruo calore tepidus teneri per hiemem solitus: ne exuti ad ludendum homines, statim rigorem conciperent, neue ludendo exerciti nimis aestuarent. Mittitur pila ad unum angulum, ita, ut utrumque parietem contingat, redditur non minus sinistra quam dextra manu, miramque corporis agilitatem requirit. Martialis de pila trigonali 14, 46 Si me mobilibus scis expulsare sinistris, Sum tua: si nescis, rustice redde pilam. Est Pila paganica, a pagis, hoc est villis, ita dicta, quod pagani ea vterentur. Haec crassior est, laxiorque, et pluma plena, nec ad lusum tam agilis, ut quae nec tam levis est, nec iactata facile resilit. Martialis 14, 45 Haec quae difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa est, et minus arcta pilo. Quasi dicat, Est laxior quam pila trigonalis, et arctior, firmiterque quam follis. Nam Follis tertium pilae genus est: hic ex pelle fit, spirituque inflatur: crassior caeteris, sed non multo grauior: pugno redditur, non palma, ut reliquae pilae. A statu nomen habet. Est praeterea quartum pilae genus, quod vocant Harpastum, siue Sphennidem: crassior est quam pila paganica, tenuior quam follis. E panno fere fit, aliquando, ex pelle, lana, tomentoue impletur: non repercutitur. Sed quum multi sint ludentes, et in duas partes diuisi, ita ut utrinque e regione sibi inuicem oppositi sint, ad suos quisque transmittere pilam conatur, quam aduersarii nituntur arripere. Sic magno labore luditur: decidit saepe in terram pila: ad quam cateruatim currentes, se inuicem prosternunt, puluereque et sudore infecti flauescunt. Laboriosum ludi genus, et ideo grandioribus tantum conueniens. Haec ex Sipontino. Add. Ramirez. ad Mart. 4, 19. Pilas quasi dii habent homines Plaut. Capt. prol. v. 22. Prouectus eo, ut Fortunae vocaretur pila Aur. Victor. in Epit. c. 34. de Pertinace. Terra pilae similis Ouid. Fast. 6, 269. Iactus pilarum Idem Trist. 2, 485. Stat. Silu. 1, 5, 58 Strata solo tabulata crepantes Auditora pilas. Locus in balneis, sphaeristerium. Pila lusoria Plin. 7, 56. Perpicuae Ouid. Met. 10, 262. Velox Hor. Serm. 2, 2, 11. Ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras se conferunt homines labore assiduo et quotidiano assueti, quum tempestatis causa opere prohibentur Cic. de Orat. 3, 55 c. 15. Sen. de Benef. 2, 17 Pilam cadere non est dubium aut mittentis vitio aut accipientis. Tunc cursum suum seruat, vbi inter manus vtriusque apte ab utroque et iactata et excepta versatur. Necessesse est autem lusor bonus aliter illam collutori longo, aliter breui mittat. Hoc ad beneficia applicat. Sic 2, 3a Sicut in lusu est aliquid pilam scite ac diligenter excipere: sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte et expedite remisit, quam exceperat, etc. Cels. 1, 6 Quem frequenter cita alius exercet, huic opus est pila, similibusque superiores partes exercere. Lucan. ad Pison. 173

Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem

Aut Geminare pilam iuuat, aut reuocare cadentem,

Et non sperato fugientem reddere gestu.

Aliud et operosius genus pililudii videtur, de quo Manil. 5, 16;

Ille pilam celeri fugientem reddere planta.

Et pedibus pensare manus, et ludere saltu (folle Bentl.)

Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis:

Ille potens turba perfundere membra pilarum,

Per totumque vagas corpus disponere palmas,

Vt teneat tantos orbis (tot pilas) sibi que ipse reludat,

Et velut edoctos iubeat volitare.

Vid. PILARIVS. Vet. Lap. Vrsus togatus vitrea qui primus pila Lusi decenter cum meis lusoribus, Laudante populo maximis. Cic. Tusc. 5, 60 Is quum pila Ludere vellet (studiose enim id factitabat) tunicamque poneret, adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Add. Id. de Orat. 1 c. 16. Mouere et tollere, pilam Ouid. de Arte Am. 3, 362. Cic. in Pison. 69 Graecus (Epicurus) primo distinguere atque diuidere illa, (de voluptate) quemadmodum dicentur: iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere, quod acceperat testificari. Sed sunt, qui ad pilam aedificii referunt, qua se sustineat claudus, quam non temere dimittat. Mea pila est, si repudiatur miles Plaut. Truc. 4, 1, 8. Prouerbialiter hoc dictum est, i. In mea potestate est ludus: tanquam cuius est pila; Arbitratu meo res geritur; iam mese erunt primae partes apud mulierem. Gruterus obseruat, etiam alias ad rem Veneream pilae lusus verba adhiberi. Vid. DATATIM. ¶ 2

Pila etiam de aliis rebus dicitur, quas rotundas s. orbiculares et sphaericas indicare volumus. Pila lanuginis, Lanuginosa quaedam rotunditas in formam pilae Plin. 12, 10. Pila, quae caudis haeret ouinis Sammon. v. 251. Nursinae Martialis. 13, 20. de rapis. Pistae Ouid. Met. 10, 262. de lapillis. Roboreae Sammon. v. 114. i. gallae. Veteris seui Idem v. 347. ¶ 3

Pilae, ut ex Festo Paullus docet, et effigies viriles et muliebres, quae ex lana compitalibus suspendebantur in compitis, quod hunc diem festum esse deorum inferorum, quos vocant lares, putarent, quibus tot pilae, quot capita seruorum, tot effigies, quot essent liberi, ponebantur, ut essent his pilis et simulacris contenti. Hoc deinde translatum ad Spectacula, pilae dictae pannuceae qualescunque effigies hominum coloris rubei, quibus irritarentur, in quas impetum facerent tauri et fera animalia. Martialis passim earum mentionem facit ut Spectac. 9 it. 19 et 22. Ponemus tantum loca, unde humana effigies colligi potest. Nempe 2, 43 At me tegit toga, qualis est, quae passa est furias et cornua tauri, Noluert dici quam pila prima (plures enim ordine statutae) suam. Et 10, 86 de pilae lusore, Sed qui primus erat lusor, dum floruit aetas, Nunc, postquam desit ludere, prima pila est, aequae lacera veste indutus etc. Vet. Gl. Pilae τανροκαδάρται. De his agit fragmentum primum Cornelianae Cic. Homines foeneos in medium ad tentandum periculum proiectos, ubi Ascon. Simulacra effigiesque hominum ex foeno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum praebendum tauri irritarentur. Ouid. Met. 12, 102

Haud fecus exarsit, quam circo taurus aperto

Cum sua terribili petit irritamina cornu

Poeniceas vestes, elusaque cornua sentit.

PILVLA, ae. f. Dimin. [σφαίριον] Globulus, et sphaericum quid-

*dam ac rotundum.* Plin. 16, 7 Nascuntur in eo et pilulae; nucibus non absimiles. Pilulae cupressi Pallad. Oct. 14, 11. Veget. Mulom. 2, 62, 2. Idem sic vocat squibala equi minuta 1, 47, 2. *it.* Collyria ad oui magnitudinem 1, 62, 2. Et ad similitudinem pilularum maiores glandulas 2, 24, 1. *Pharmaca illa in globulos conformata, quae hac forma sumimus, vulgo pilulas nominamus.* Plin. 28, 9 Vetus axungia phthisim in pilulis sumta sanat. Rotundissima Scribon. 39. Pares pilulae Idem 138. Platani pilulae Id. 2. *i. baccae.* Add. Marcell. Empir. c. 6. Seren. Samnon. v. 379 et 1051. Facere pilulas Scrib. 75.

10 *Haec Graeco vocabulo καταπόρια dicuntur. Ab absorbendo: non enim comminuendae dentibus, aut gustandae sunt pilulae.*

PILARIS, e. Adi. *Ad pilam pertinens.* Lusio pilaris Stat. Silu. 4 praefat.

15 PILARIVS, i. m. *Pilarii praestigiatores dicuntur, Qui leui agitatione pilulas, seu paruas pilas videntur emittere, aut in vas iniicere, quum secus faciant.* Quinct. 10, 7, 11 Quo vsu constant miracula illa in scenis piliariorum ac ventilatorum, vt ea, quae emisserint, vltro venire in manus credas, et qua iubentur decurrere. Pilarium omnium eminentissimum ex Fabretti Inscr. 4 p. 25 laudat Burm.

20 PILICREPVS, i. m. *Minister aliquis ludentium pila in balneis, numerandis credo pilis praefectus, vt hodie quoque fieri solet in simili genere.* Seneca Epist. 56 pr. cum enarrat strepitum, quem exaudiat super ipsum balneum habitans, Si vero, inquit, pilicrepus superuenerit, et numerare coeperit pilas, actum est. *In balneis pila ludi, supra vidimus ex Statio Silu. 1, 5, 58. Sic in vtraque villa Plinii, Epist. 2, 17, 12.*

25 *et 5, 6, 27 Sphaeristerium balneo adiunctum est. Numerari pilas, ostendit etiam Petron. 27 ubi Spado numerabat pilas, non quidem eas, quae inter manus lusu expellente vibrabant; sed eas, quae in terram Decidebant. Sed ipsos etiam lusores, et quidem magnos lusores, videntur dixisse Pilicrepos. Gloss. Isid. Pilicrepus, qui pila ludit. Vet. Inscr. apud*

30 *Grut. p. 1637, 1 ad Vrsium Togatum Pilicrepum pertinet. Nempe non sunt temere lusores meliores, quam qui totos dies hoc agunt, et ludo velut praesunt. Sed digna est inscriptio, quae huc maiore ex parte referatur, cum hominem loqui videatur, cuius ars et professio est pilam ludere: Vrsius*

35 *Togatus, vitrea qui primus pila lusi decenter cum meis lusoribus, laudante populo maximis clamoribus Thermis Traiani, Thermis Agrippae et Titi, multum et Neronis. Si tamen mihi creditis, ego sum: ouantes conuenite pilicrepi, statuanque amici — oncrate — et merum profundite — de apotheca dominica, Vrsiumque canite*

40 *— senem hilarem, iocosum, pilicrepum scholasticum, qui vicit omnes antecessores suos sensu (al. sensu) decore atque arte subtilissima. Nunc vera versu verba dicamus senes: Sum victus, ipse fateor, a ter consule Vero Patrono, nec semel sed saepius, cuius libenter discor exodiarius. Vltima verba hoc videntur indicare, si cum Patrono suo*

45 *Vero comparetur Vrsus, illius, puto, libertus, tum illum primarum partium actorem videri, qui serio rem gerat, Vrsium modo Exodiarium, qui spatia et interstitia illius expleat. Adulatur Patrono auctor inscriptionis.*

PILILVDIVS, i. m. Gloss. Isidor. Pihiludius qui pilotello ludit. Itaque PILOTELLVS vel PILOCELLVS Isidoro est parua pila. Scal.

50 *ad Manil. 5 p. 364 Pihiludios etiam Firmico tribuit, et intelligit quos Pilarios modo vidimus.*

PILATES, ae. m. [*πλάτης*] Genus Lapidis candidissimi. Cato apud Fest. h. v. Lapis candidior quam pilates.

PILIATVS, vid. PILVM.

55 PILENTVM, i. n. inquit Festus, Vehiculi genus, quo matronae seruebantur. Virg. Aen. 8, 666 Castae ducebant sacra per vrbeni Pilentis matres in mollibus. *i. Pensilibus.* Liu. 5, 25 Honoremque ob eam munificentiam serunt matronis habitum: vt pilento ad sacra, ludosque, carpentis festo profestoque vterentur. Macrob. Saturn.

60 *2, 6 Euenisseque, vt Circensium die puer de coenaculo pompam superne despiceret, et patri referret, quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti reposita vidisset. Totum locum damus in DESPICIO. Sacra pilenta Claud. de Nupt. Honor. 286. Add. Hor. Epist. 2, 1, 191. Prudent. in Symm. 2, 1088. Vid. Scheffer. de Re vehicul. 2, 25.*

65 PILEVS, i. m. vel PILEVM, i. n. [*πίλος, πίλεον*] Tegmen capitis. Plaut. Amph. 1, 1, 306 Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum. *i. Vt caluus, seu raso capite, liber fiam. Nam cum manumitterentur serui, darenturque in libertatem, refecari capilli, et caluo capiti pileus imponi solebat. Seruius in Aen. 8, 564 Feronia, nympa*

70 *Campaniae. Haec etiam libertorum dea est, in cuius templo raso capite pileum accipiebant. Hinc Pers. 5, 82 Haec mera libertas, hoc nobis pilea donant. Hinc Liu. 24, 32 Poltero die serui ad pileum vocati et carcere vincii emissi. Macrob. Saturn. 1, 11 Dicit aliquis, nunc me dominos de fastigio deicere, et quodammodo ad pileum seruos vocare. Pileum naturale Lamprid. in Anton. Diadum. c. 4. de pellicula, quae recens nato adhaesit. vid. h. l. Casaub. it. Salmas. ad Sol. p. 659. Suta pilea de caesis lacernis Stat. Silu. 4, 9, 24. Pileam Castori et Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos est Paullus Festi. Vid. mox Pileati fratres.*

80 PILEOLVS, i. m. vel PILEOLVM, i. n. Dimin. [*πίλωκος*] Hor. Epist. 1, 13, 15 Vt cum pileolo soleas conuiuia tribulis. Colum. de Arborib. c. 25 Pileolos induere. *Laudatur etiam Ouid. de Arte Am. 1, 734 Nec turpe putaris Pileolum nitidis imposuisse comis. Sed melioris notae libri habent Palliolum. Vid. Heins. Pileolum est*

85 *Hieron. ad Paullin. Ep. 153 extr.*

PILEATVS, a, um. Adi. [*πλωτός*] Pileo tectus. Liu. 24, 16 extr. Pileati, aut lana alba velatis capitibus Volones epulati sunt. Fratres pileati Catull. ad Contubernales f. 35, 2 Castor et Pollux. Martial. 11, 7 Versu ludere non laborioso Permittis puto pileata Roma. *i. laetitiae, libertatisque signa Saturnalibus diebus praefereus. Serui enim ipsi Saturnalibus liberi videbantur. Sic Saturnaliorum imaginem ludit populus post mortem Neronis apud Sueton. extr. Tantumque gaudium publice praebuit (obitu suo Nero) vt plebs pileata tota vrbe discurreret. Sen. Epist. 18 de Saturnalibus pileatam turbam memorat.*

95 *Martial. 14, 1 in descriptione Saturnalium, Dunque decent nostrum pilea sumta Iouem. de Domitiano. Gell. 7, 4 Pileatos seruos venum ire solitos, quorum nomine venditor nihil praestaret. Cael. Sabin. Iurisperitus scriptum reliquit. Causam indicat Gellius. ¶ 2 Pileati, πλωφόρου natio Dacica apud Victor. Caes. 13, 3.*

100 PILEARIVS, i. f. PILEO, ōnis. m. *Qui pileos conficit.*

PILO, āre. ex Graeco πλώω cogo, etiam ductum esse tum pileus indicat, tum, quae de PILATVS post ponemus sub PILVM. ¶ 2 Sed etiam furari significat, vt cognoscimus e composito COMPILO. Festus: Pilare et compilare sunt qui Graecae originis — Graeci enim fures Piletas. Sed errant illi, cum isti sint Philetas: nec opus sit



*Aeolorum morem aduocare adspirationem tollentium, in verbo quod a πλώdenso, commode deriuatur, consarcinant enim, coguntque quasi et condensant, constipantque in suos saccos ablata.* Petron. Sat. 44 Singulos pilabat. Et Ammian. 31, 5 Pilando villas et incendendo.

PILANS, artis. Partic. *Densans, vid. Seruui locus, quem damus in PILATVS sub PILVM.* Sed Ammian. 31, 2 Inimica castra pilantes, i. praedantes.

PILATVS, a, um. *Densatus. Vid. sub PILVM.* Pro Spoliato Ammian. 14, 2 Cognitis enim pilatorum caesorumque funeribus. Praecessit, Obtruncatis omnibus, merces opimas velut viles nullis repugnantibus auertebant.

PILATRIX, icis. f. Titinn. apud Non. 2, 259 Extorrem hanc domo faciam pilatricem pallii, i. furem, spoliatricem.

PILVM, i. n. [*πίλος, Πωμαζικόν δόρυ* Gloss. Lat. Gr.] *Armorum genus, hastile pedum quinque et semis, ferro triangulo vnciarum novem: ad cuius ictum praecipue exercebantur milites: quod arte et virtute directum, et scutatos pedites, et loricatedos equites saepe transverberat.* Haec Veget. 2, 15. Varro de L. L. 4, 24 p. 29, 34 Ab omine dictum Pilum, quod hostis (Accus. Plur.) feriret vt periculum. Sic Scal. Scioppiusque. Neuter aliquid annotat. Quid si dedit Varro pilum i. pilum, de quo statim n. 2. Seru. ad Aen. 7, 664 Pilum proprie est hasta Romanorum. Cic. in Pison. 38 Vt semper Macedonibus imperatoribus iidem fines prouinciae fuerint, qui gladiatorum atque pilorum.

Adigere alicui pilum Val. Max. 3, 2, 23. Advigilantia pila regum somnis Stat. Theb. 1, 148. de custodibus corporis. Catapultarium pilum, vid. CATAPVLTA. Excubiae, et circumstantia pila Claud. de quart. Conf. Hon. 280. Curuata pila cuspide

Lucan. 1, 242. Exesa rubigine Virg. Georg. 1, 495. Horrentia agmina pilis Hor. Serm. 2, 1, 13. Infixa tergis hostium, vid. INFIGO.

Pilum Iniecisti mihi Plaut. Most. 3, 1, 43. Minantia pila pilis Lucan. 1, 7. Muralia, vid. MVRVS. Saena Stat. Theb. 10, 147. Torquere pila Lucan. 1, 364. In forma pili ex Polybio et aliunde illustranda multus est Lipsius de Mil. Rom. 7, 4. Add. Plut. Mario p. 419, D. ex numo figuram dedit Guther. de Vet. iure Pontif. 3, 16 p. 329. ¶ 2 Pilum, Instrumentum quo aliquid pinsitur, seu tunditur in pila. Varr. de L. L. 4, 31 Pilum, quod eo far pinsunt. Lignum pilum Scribon. 152. 255. 264. Commiscere pilo 89. Confundere pila et pilo mundo 74. Miscere ictu pili 76. Plin. 18, 10 Pistura omnium facilis. Quippe et Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo praeferrato, fistula ferrata, et stella intus denticulata, vt nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferroque frangantur. Cato de R. R. 10, 5 Pilum fabarium vnum, farrearium vnum, seminarium vnum, qui nucleos succernat vnum. Pistillum etiam vocatur. Pilis Subigere corium Pallad. 1, 41, 2. Plaut. in Fragm. Astrab. 4 Quasi tollenonem aut pilum Graecum reciproces plana via. Est autem Pilum Graecum, vt interpretatur Turnebus, Quod in pinsendo tritico vna deprimitur parte, altera attollitur more chelonii. De eo loquitur Hesiodus, Ὀλμον μὲν τριπόδην τάρμεν, ὑπερον δὲ τρίπηχον. ¶ 3 Plaut. Stich. 4, 1, 62 Postea ibo lauatum in Pilum. Turneb. Hic quid pilum sit, inquit, equidem comminisci non possum, nisi sit insigne balnearum, vt malum Punicum apud Suetonium, insigne domus est. Alii interpretantur coactilia, quasi intelligeret coactilibus se muniturum et futurum, eaque sibi pro balneo fore. Haec tenus Turnebus. Lambin. Pyelum, πύελον vas, in quo lauatur.

PILATVS, a, um. Adi. Pilo armatus. Agmina pilata Virg. Aen. 12, 21. Operae pretium est apponere locum licet longiusculum Seruui. Pilata, h. e. pilis armata. Quidam hoc loco pilata agmina non a genere hastarum positum adferunt: nam post paullo dictum inferunt, Desigunt tellure hastas: sed pilata densa, spissa, vt implere portas potuerint, et postea se in loca apertiora diffundere. Alii pilatum agmen dicunt, quod in longitudine directum est, quale solet esse, cum portis procedit; vel certe pilata, fixa et stabilia, vel a pilo, quod figit, vel a pila structili, quae fixa est et manet: nam et Graeci res densas et arduas πλώδια dicunt. Ennius Satirarum 11 Contemplor inde loci liquidas pilatasque aetheris oras, cum firmas et stabiles significaret, et quasi pilis fultas. Hostius belli Historici primo: Percutit atque hastam pilans prae pondere frangit, Pilans, id est; figens. Idem, Sententia praesto pectore pilata, id est fixa, (Forte ex Graeco πεπρωσμένος de PILATIM quae hic habet Seruius, statim seorsum ponemus) Varro rerum humanarum (omissus numerus libri videtur) duo genera agminum dicit, quadratum, quod immixtis etiam iumentis incedit, vt vbiuis possit confidere: pilatum alterum, quod sine iumentis incedit: sed inter se densum est, quo facilius per iniquiora loca tramittatur. Martial. 10, 48, 2 in descriptione horae octavae, Et pilata redit iamque subitque cohors: i. cohors vna praetorianarum redit ex castris suis, et subit in locum discedentis e statione sua et excubiis. De Pilatus prima corr. vid. mox sub PIILO ex PILVS.

PILATIM, Adu. Conferto agmine. Sic explicatur a Seruio ad Aen. 12, 121. Afellio, inquit, historiarum VIII, Triariorum quartum signum accedebat, siue pilatim siue passim iter facere volebat. Scaurus de vita sua, In agrum hostium veni, pilatim exercitum duxi, id est, strictim et dense.

PILANVS, i. m. Varr. de L. L. 4, 16 (p. 24, 1) Pilani, qui pilis pugnabant. Quid. Fast. 3, 129 Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora: legitimo quisque merebat equo.

PILVMNVS, i. m. [*Πίλωνος*] Iouis filius. Hic, teste Seruio, fratrem habuit Pithumnum, qui primus stercorandorum agrorum vsum inuenit, vnde et Sterquilinius dictus est: Pilumnus vero, pinsendi frumenti; vnde et a pistioribus colitur. Ab ipso etiam pilum dictum est. Quidam Pilumnus et Pithumnum Castorem et Pollucem accipiunt: nonnulli laudum Deos: Varro Coniugales Deos suspicatur. Haec Seruius ad Aen. 9, 4 Luco tum forte Parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. Quod est de Varrone, vid. PICVMNVS. De eodem Turno Virg. Aen. 10, 76 Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater. Add. ibid. 12, 83.

PILVS, i. m. Idem videtur, qui Pilanus s. Triarius, certe in iis locis, vbi primus pilus, i. centurio primus Triariorum legionis alicuius appellatur, vt Caes. B. Gall. 2, 25 Omnibus Centurionibus aut vulneratis aut occisis, in his primo Pilo P. Sextio Baculo. De hoc eodem nomine Caes. B. Gall. 7, 38 P. Sextius Baculus, qui primum pilum apud Caesarem duxerat. Et 3, 5 Primi pili centurio dicitur idem. Sed cum nondum alius locus prolatus sit praeter hunc Caesaris, et non desint, qui et hic iuncta voce primopilo aut primipilo legant: non satis certa est huius intellectus auctoritas: nisi quod succenturiari videtur Vet. Inscr. apud Grut. p. 437, 5 C. MEFFIO. C. F. CLA. SA-109

XONI. PRIMO. PILO. *Tanto autem alter certior, ubi*  
 2 Pilus manipulum aut ordinem Triariorum, vel totum adeo Triariorum in una legione corpus significat, ut nempe Hastatus et Princeps pro ordine Hastatorum et principum sumuntur. Liu. 42, 32, 7  
 5 Centuriones, qui primos pilos duxerant. It. 42, 35, 2 In legione prima primum pilum virtutis causa ei assignauerunt. Sed classicus velut est locus Liu. 42, 34 de quo pluscula describere non piget. Sp. Ligustinus ista de se commemorat, Biennium miles gregarius fui — tertio anno virtutis causa mihi T. Quinctius Flaminius decimum ordinem hastatum  
 10 assignauit (i. ultimum legionis et nouissimum centurionem fecit) — Hic me imperator dignum iudicauit, cui primum hastatum prioris centuriae assignaret. — a M' Acilio mihi primus princeps prioris centuriae est assignatus. — Quater intra paucos annos primum pilum duxi. De hoc deinde c. 35, 2 Tribuni que militares in Legione  
 15 primum pilum virtutis causa ei assignarunt. Nempe, ut ait Liu. 8, 8, 7 Ordo (manipulus) vnusquisque tres partes habebat: earum vnquamque primam Pilum vocabant (alteram Principem, tertiam Hastatum) Sic legendum putamus et interpretandum hunc locum, ducit Lipsio. Nam absurda est recepta lectio primum pilum. Ut Sall. Iug.  
 20 38, 6 Centurio primi pili tertiae legionis: sic Liu. 26, 6, 1 M. Atilius primi principis ex eadem legione signum inferri — coegit. Idem Liu. 2, 27, 6 Populus dedicationem aedis dat M. Lactorio primi pili centurioni. Cic. Att. 5, 20. it. pro Balbo c. 15 Primi pili Centurio. Conf. Veg. 2, 8, pr. Tac. Hist. 3, 22, 5. Liu. 25, 19  
 25 Insignis inter primi pili centuriones. Add. Tac. Ann. 15, 12, 3. Sueton. Calig. c. 44 Plerisque centurionum maturis iam, et nonnullis ante paucissimos, quam consummaturi essent, dies primos pilos ademit. Martial. 1, 32 Grata Pudens meriti tulerit cum praemia pili, primum intelligit. Sic et 6, 68 de eodem Pudente, et referes pili  
 30 praemia clarus eques. Vid. infra PRIMIPILVS, quorsum male refertur, male nempe continuari puto, ubi aliquis primi pili centurio dicitur. Primipilus est centurio primi pili etc. Itaque recte etiam apud Liu.  
 7, 41, 5 editur, Additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset. Id propter P. Salonium postulat-  
 35 tum est a coniuratis; qui alternis prope annis et tribunus militum, et primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant. Erat ibi primipilum, sed iam Gelenius reperit in M.S. primi pili et firmat Drakenb. Et vix dubito ita etiam legendum Liu. 8, 8 extr. Agit de bello Latinorum cum Romanis: Centurio quoque cum centurione, si ordines  
 40 turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebant. Duo (centuriones) primi pili (vulgo, duo primipili) ex vtraque acie inter Triarios erant, Romanus — Latinus — notissimi inter se, quia pares semper ordines duxerant. Romano, haud satis fidenti viribus, iam Romae permissum erat ab. consilibus, ut subcenturionem sibi quem  
 45 vellet legeret, qui tutaretur eum ab vno designato hoste. Isque iuuenis, in acie oblatus, ex centurione (primi pili) Latino victoriam tulit. Tac. Hist. 4, 5, 2 Qui ordinem primi pili duxisset. Et An.  
 13, 36, 2 Curam praesidiorum Pactio Orphato, primi pili honore perfuncto mandat. Plin. 22, 6 l. 6 de corona graminea obsidionati, contigit eius honos — Centurioni vni ad hoc tempus Cn. Petreio —  
 50 Primum pilum is capessens sub Catulo, exclusam ab hoste legionem suam hortatus, Tribunum suum dubitantem per castra hostium erumpere interfecit, legionemque eduxit. Ouid. Am. 3, 8, 27.

PILVS, i. m. [ἰριζ] Nomen generale est, tenuium filamentorum,  
 55 quibus natura vestiuit animalia. Plin. 11, 37 l. 47 In capite cunctorum animalium, homini plurimus pilus. Idem 8, 21 Pilo in contrarium verso. de tauris. Radices pilorum Scribon. 230. Cic. de N. D. 2, 143 Munitae sunt palpebrae tanquam vallo pilorum, quibus et apertis oculis, si quid incideret, repelleretur, etc. Frequens pilus Cels.  
 60 6, 4. Inordinatissimi pili, vid. INORDINATVS. Fruticante pilo neglecta et squalida crura Iuuen. Sat. 9, 15. Reducere ad pilum vlcera Plin. 22, 22. facere ut pilum cutis gignat de nouo. ¶ 2  
 Vellere pilos caudae equinae Hor. Epist. 2, 1, 45. Metaph. de argumentatione, quae Sorites vocatur. E Cappadocia ne pilum quidem  
 65 Cic. Att. 5, 20 p. 543. Idem Q. Frat. 2, 15 (16) extr. Nihil est quod vereare: ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Cic. pro Rosc. Com. 20 c. 7 Qui idcirco capite et superciliis semper est rasis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur. Nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius, Stoicum est quidem, nec  
 70 admodum credibile Cic. Acad. 4, 85.

PILO, ÆRE. [τριχῶμαι] Pilos emittere. Accius, Tum primum pilabant genae. Nonius 1, 184. Corpus meum nunc pilare primum coepit Afran. ibid. Pilos detrahere. Martial. 6, 56 (57) Exstirpa (mihi crede) pilos de corpore toto: Teque pilare tuas testificare nates. Pilat, Pilos habere incipit. alias pro Detrahit pilos, a quo et Depilati. Festus.

PILATVS, a, um. pro depilatus, apud Martial. 10, 48, 2 ubi Scalig. legit Atque pilata redit etc. Vulgo exstat et pilata, prima longa, quod etiam modo probauimus. Sed Iliacos glabro capite intelligit  
 80 Scalig. ad Tibull. 1, 219.

PILOSVS, a, um. Adi. [παχυπώδης] Pilis abundans. Cic. in Pison. 1 Non enim nos color iste feruilis, non pilosae genae, non dentes putridi deceperunt. Colonus Martial. 12, 59. Pilosa palpebra Scribon. 230. Vrsis asperior pilosiorque Carm. Priapei.  
 85 46. Compar. Pilosiora folia, quae in ipsa superficie exteriori vel interiori velut adnatos quosdam pilos ostendere videntur Plin. 20, 16.

## P I M

90 PIMPLA, ae. f. [Πίμπλα] Thraciae mons est et locus, ut scribit Strabo 10. Vnde

PIMPLĒVS, a, um. Adi. [Πίμπλειος] Martial. 12, 11 Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro. Mons Catull. 102, 2.

PIMPLĒA, ae. f. [Πιμπλῆα] Musa. Stat. Silu. 1, 4, 26 Licet enthea vatis Excludat Pimplea fitim. Et 2, 2, 36 Non mihi si cunctos Helicon indulgeat anthes, Et superet Pimplea fitimi. Catull. 106 Mentula conatur Pimpleum scandere montem Musae furcillium Praecipitem eiiciunt. Quid. legunt Pipleum, quod etiam rectum, ut Pipla et Pimpla. Mart. 12, 11 Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro. Hor.  
 100 Carm. 1, 26, 9 Necte meo Lamiae coronam Pimplea dulcis. Sed Heinf. Bentl. Cuning. Pimplei. Nempe

PIMPLĒIS, idis. f. Patronym. [Πιμπληΐς] Ut, Pimpleides Musae. Varro de L. L. 6, 2 p. 69, 21 A quo (Olympo monte) potius puto dictas Musas Olympiadas. Ita enim ab terrestribus locis cognominatae Libethrides, PIPELIDES, PIMPLIADES, Thespiades,  
 105 Heli-

**Heliconiades.** Aufon. Epist. 14, 9 Si riguum laetis recolis Pimplei-  
da musis. Itaque apud Horatium l. c. suffragante praefertim Scholia-  
ste Vet. Pimplei maluerunt legere viri docti, quam Pimplea: cum prae-  
fertim hoc non habeat formam Patronymicam, qua hic opus est. Martial.  
ii, 4 Non urbana mea tantum Pimpleide gaudent. Pimpleides Mu-  
sae a fonte Macedoniae dictae, propter liquoris eius vnicam subtilita-  
tem. Festus.

## P I N

**PINA.** Piscis, vid. PINNA.

**PINACOTHĒCA,** ac. f. [πινάκοθήκη] Tablinum. In pinaco-  
thecis autem tabulae pictae, caelatum argentum, stragula vestis, signa et  
ornamenta reponerantur. Plin. 35, 2 Et inter haec pinacothecas veteri-  
bus tabulis consuunt, alienasque effigies colunt. Varr. de R. R. 1, 2, 10  
Cum huius spectatum veniant villas, non ut apud Lucullum, ut vide-  
ant pinacothecas, sed oporothecas. Et Petron. c. 83 In pinacotheca  
perueni, vario genere tabularum mirabilem. Nam et Zeuxidis  
manus vidi, nondum vetustatis iniuria victas, et Protogenis rudimen-  
ta, etc. Add. Idem c. 93. Vitruv. 6, 7. Vid. Alex. ab Alex.  
5, 24. Scalig. ad Fest. et Petau. not. in Dion. Synes. p. 27.

**PINARIUS,** i. m. et Potitius [Πινάριος ἢ Ποτίτιος] Duo  
senes, quibus, qualiter coli vellet, ostendit Hercules: scilicet ut ma-  
ne et vesperi ei sacrificaretur. Perfectoque itaque matutino sacrificio,  
quum circa solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior adue-  
nit, Pinarius postea extis iam redditus. Unde iratus Hercules statuit,  
ut Pinariorum familia tantum ministra esset epulantibus Potitiis et  
complantibus sacra. Unde et Pinarii dicti sunt, ἀπὸ τῆς πίννας, id est  
a fœne. Nam senem illum Pinarium constat alio nomine nuncupatum.  
Haec Servius explicans illud Virg. Aen. 8, 270 Primusque Potitius au-  
ctor, Et domus Herculei custos Pinaria sacri. De his Fenestella.  
Nempe

**PINARIA** gens, Patricia Romae fuit, sic dicta a Pino, Numae re-  
gis filio, ut auctor est Plutarchus in Numa: vel a dictis modo Pinariis,  
qui Herculi faciebant sacra anniuersaria. Liu. 1, 7. Dionys. et Virg.  
Aen. 8, 270.

**PINASTELLVM,** PINASTER, vid. PINVS.

**PINAX,** acis. m. [πίναξ] Tabella. Vid. Vitruv. 10, 3. Hinc  
Pinacotheca.

**PINACIDION,** i. n. [πινάκιον] Tabella, indiculus, pugillar.  
Vid. Plin. praef. ubi recepit πίναξ Harduinus, et tamen πινάκιον sibi ma-  
gis placere non diffitetur. Est autem libri titulus, quem etiam retulit Gell.  
praefat. licet mutarit Gronovius.

**PINCERNA,** ac. m. Pocillator, qui stat ad cyathos, poculorum  
ministrator. Pincerna (inquit Budaeus) non ausim affirmare probum esse  
vocabulum, etiamsi Alconius in Praetura urbana p. 89 usus est, si vera  
sunt eo in loco exemplaria. Locus est ad 66 c. 26 Poscunt maioribus  
poculis: Maioribus autem poculis poscunt a pincerna, id est petunt,  
ut subaudiatur, bibere. Sic etiam primae editiones, sine varietate. Si  
Budaëum audimus, Pincerna a Graeco deducitur, cui coniuuae dicunt  
identidem πίναν κίρνα, id est misce vinum, vel tempera vinum, ut bibam.  
Haec Budaëus. Vid. Lamprid. Alexandro c. 41. Vulg. Interpr.  
Genes. 40, 1.

**PINDARVS,** i. m. [Πίνδαρος] Thebanus, temporibus fuit  
Aeschyli Poetae, et Persarum expeditionis in Graeciam. Victores sacro-  
rum certaminum celebravit carminibus, quae titulos habent Olympia,  
Isthmia, Pythia, Nemea. Altissimus fertur et verborum et sententia-  
rum copia, ut ait Quinctilianus 10, 1 grauitate arduus, constructione-  
que ac ordine immensus ac prolixus. Horatius Carin. 4, 2 Pin-  
darum quisquis studet aemulari Ille ceratis ope Daedalea Nititur pen-  
nis, vitreo daturus Nomina ponto. Et v. 8 Immensus Pindarus  
profundo ruit ore.

**PINDARICVS,** a, um. Adi. [Πινδαρικός] Propert. 3, 17, 40  
Qualis Pindarico spiritus ore tonat. Fons Hor. Epist. 1, 3, 10.  
Lyrae Pindaricae fidicen Ouid. ex Pont. 4, 17, 40. Plectris Pindari-  
cis contendere Stat. Silu. 1, 3, 101.

**PINDASVS,** i. m. [Πίνδαρος] Mons Troadis, in quo Cctius  
fluvius nascitur, qui Pergamum praeterfuit Plin. 6, 30.

**PINDENISSVM,** i. n. Oppidum Ciliciae, ignobile, ut ostendit  
Cic. Fam. 2, 10 Oppugnauit quinque et viginti diebus aggeribus, vi-  
neis, turribus oppidum Pindenissum munitissimum, tantis operibus,  
ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi, i. fama  
et celebritas, cum nemo norit, quanti laboris et virtutis fuerit  
illud capere.

**PINDVS,** i. m. [Πίνδος] Lapitharum sedes, mons Thessaliae,  
Apollini Musisque sacer. Acarnaniam ab Aetolia diuidit, ut ait Soli-  
nus. Iuga Pindi Virg. Ecl. 10, 11. Vertex Pindi Lucan. 1, 669.  
Ingens Pindus Senec. Med. f. 9. Nivalis Idem ibid. f. 6. Per-  
rhaebi tremuere cacumina Pindi Propert. 3, 5, 33.

**PINEA,** PINETVM, et PINEVS, vid. PINVS.

**PINGO,** pinxi, pictum, ěre. [γράφω, ζωγραφέω, κινάω, ὑπο-  
γράφω] Formam alicuius rei lineis vnius vel diuersorum colorum reprae-  
sentare. Plin. 35, 8 Adeo iam colorum vsus increbuerat, adeo ars  
perfecta erat, ut in eo praelio iconicos duces pinxisse tradatur. Cic.  
Fam. 5, 12 Neque Alexander ille gratiae causa ab Apelle potissimum  
pingi, et a Lysippo fingi volebat, sed quod illorum artem cum ipsis,  
tum etiam sibi gloriae fore putabat. Castra pingere mero in men-  
sa Tibull. 1, 10, 34. Cic. de Orat. 2, 69 Ut in pictura, qui ho-  
minis speciem pingere perdidicerit, posse eum cuiusvis vel formae vel  
aetatis, etiam si non didicerit, pingere. Frontem moris sangui-  
neis pingit Virg. Ecl. 6, 22. Pingere humum, est Versicolore

florum varietatem humo aspergere. Sic interpretantur verba Pingere hu-  
mum Plaut. Stich. 2, 2, 30. Sed magis intellige, cum natura humum  
dicitur pingere, vel Ver adeo, ut Lucret. 2, 375. Add. 5, 1395.  
Malas iuuenile decus mihi pingere coepit Lucan. ad Pison. 248.  
Membra pingere ferro Claud. in Ruff. 1, 313. ait Gelonos, quos pictos  
etiam ob stigmata vocat Virgil. Georg. 2, . . . Omnia palloribus  
pingunt Lucret. 4, 337. Pergama tota pingit exiguo mero Ouid.  
Epist. 1, 32. Similitudines indiscrete pingere imaginum, vid.

**INDISCRETVS.** Tabulas pingere Cic. de Inuent. 2, 1. Tem-  
pora anni pingebant viridantes floribus herbas, i. Vernum tempus Lu-  
cret. 5, 1395. Tempora futilibus pinguntur tecta coronis Ouid. Fast.  
5, 395. Quatuor veteres libri legunt, Tempora futilibus cinguntur tota  
coronis. Vaccinia mollia luteola pingit caltha Virg. Ecl. 2, 50.  
Acu pingere Ouid. Met. 6, 23. Metaphoricus Cic. Att. 1, 14 To-  
tum hunc locum: quem in Aristocratia ego varie meis orationibus

- soleo pingere, de flamma, de ferro, grauiter pertexuit. *h. e. Admodum exornare: quia varietas in pictura delectat. Vid. LECYTHVS. Pro exornare, et ad spectu iucundius reddere Cic. Att. 4, 5 Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione, et sittybis: eos velim laudes. Conf. Ep. praec. et SILLYBVS. In verbis pingendis et illuminandis sententiis Cic. de Clar. Orat. 141 c. 37. Idem Q. Fratr. 2, 14 Quoniam scribis Poëma ab eo nostrum probari, quadrigis poëticis modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo.*
- 10 PICTVS, a, um. Partic. [*γραφτός, εικτός*] Pictae tabulae Cic. de Clar. Orat. 265. Horat. Epist. 1, 2, 52. Adonis pictus, *vid. ADONIS.* Cum pictus Aër feruidis late ignibus Caeli choreas astricas ostenderet Varro *ap. Non.* 6, 16. Arma Virg. Aen. 8, 588. Cauda Hor. Serm. 2, 2, 26. *de pauone.* Forma picta ad exinjan pulchritudinem Plin. Epist. 5, 101. Martial. 1, 56 Quisquam picta colit Spartani frigora saxi, *etc. h. e. Aedes potentiorum ornatas marmore Laconico, quod esse viride tradit Plin. 36, 7. Geloni, vid. GELONI.* Lacerti picti terga squalentia Virg. Georg. 4, 13. Pantherae Ouid. Met. 3, 669. Cic. de Fin. 5, 80 c. 27 Quae quidem dicunt, qui nunquam Philosophum, vt dicitur, pictum viderunt. Praelia picta rubrica Hor. Serm. 2, 7, 98. Purpura Virg. Aen. 7, 252. Stragulum textile magnificis operibus pictum Cic. Tusc. 5, 61. Strata Ouid. Met. 8, 33. Tabellae Hor. Serm. 1, 1, 72. Tapera Virg. Aen. 7, 277. Florida Tellus gemmantes picta per herbas Virg. Culic. v. 69. Toga Propert. 4, 4, 53. Velamen croceo acantho Virg. Aen. 1, 711 (715) Vestes pictae, vnde triumphales natae Plin. 8, 48. Volucres Virg. Georg. 3, 243. Compar. Cic. de Clar. Orat. 292 c. 85 Quo nihil potest esse pictius.
- 30 PICTE, *ap. Phaedr. 4, 24, 5 legit Rittersh. sed nunc omnes approbant lectionem Rigalt. pyctae.*
- PICTILIS, e. Adi. Apul. Met. 10 p. 247 Baltei pictiles.
- PICTVRA, ae. f. [*ζωγραφία, εἰκονογραφία*] *Actus vel Ars pingendi.* Plin. 35, 9 Quin immo certamen picturae etiam florente eo institutum est Corinthi. Similis in pictura ratio, in qua laudamus et inuentum et perfectum *etc.* Cic. in Bruto c. 18. In picturis alios horrida, inculta, abdita et opaca: contra, alios nitida, laeta, collustrata delectant Cic. in Orat. 36 c. 11. Pictura ex discordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis, et puniceis *etc.* imagines facit Apul. de Mundo p. 66. Collustrata pictura, *vid. COLLUSTRO.* Inanis, *vid. INANIS.* Textiles Lucret. 2, 35. *ut in tapetibus.* Cic. Verr. 4, 1 Nego vllam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quaesierit, inspexerit, quod placitum sit abstulerit. *al. emendant, neque textili.* Inest pictura in hac tabula, *vid. INSVM.* Noua pictura Interpolare opus Plaut. Most. 1, 3, 105. Pascit inani pictura animum Virg. Aen. 1, 468. Tenentur pictura oculi, aures cantibus Cic. Acad. 4, 20 c. 7. *Per metaphoram transfertur ad Poëtas.* Cic. Tusc. 5, 114 Traditum est etiam Homerum caecum fuisse, at eius picturam non Poësin videmus.
- 50 PICTVRĀTVS, a, um. Adi. [*ποικιλόγραφτος*] Variis coloribus distinctus. Agger picturatus morituris floribus Stat. Theb. 6, 58. Gyro picturato Stat. Silu. 5, 1, 104. Limbus Idem Achil. 1, 330. Opus picturatum metallis Claud. de quart. Conf. Hon. 589. Vestes Virg. Aen. 3, 483. Volucres Claud. Epist. ad Sren. v. 3.
- 55 PICTOR, oris. m. [*γραφτής, ζωγράφος*] Pictoribus atque Poëtis Quilibet audendi semper fuit aequa potestas Hor. A. P. v. 9. Plin. 13, 11 Fit et ex sarcocolla gummi vtilissimum pictoribus ac medicis. Cic. Verr. 4, 30 Alterum esse pictorem. Vident multa pictores in vmbri, et in eminentia, quae nos non videmus Cic. Acad. 4, 20 c. 7. *Add. Idem in Bruto c. 18. Plin. 35, 9 sqq.*
- 60 PICTORIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 1, 3 Poëtica et pictoria licentia.
- PICTACIVS, vel PICTACEVS, a, um. Adi. *Inter verba liberius vsurpata a Laberio refert Gellius 16, 7 laudatque versum, Induis capitium tunicae pictacium. Videtur idem esse quod pictum, ut toga picta etc. Qui ad Pittacium referunt, et pictacium et capitium separatim ponunt, viderint quomodo explicent.*
- 70 PINGVIS, e. Adi. [*πίων, παχύς, πικελής, λιπαρός*] Animalium epitheton, cum non carnem modo multam habent, sed oleosum illud quoque, quod adipem vocamus. Deinde omnia vocamus pinguia, quae bene nutrita et hinc nitida dicere volumus: ut etiam terrarum et agrorum laus sit. Plin. 10, 50 Feminae quidem ad saginam non omnes eliguntur, nec nisi in ceruice pingui cute. Pingues et valentes Thebani Cic. de Fato 7. Virg. Georg. 4, 118 Et pingues hortos. Agri Lucret. 5, 1247.
- 75 Ager pinguis ac putris Columel. 2, 2. Pinguiozem Agnum illi habent Plaut. Aul. 2, 2, 5. Agni Virg. Georg. 1, 341. Amnis Valer. Argon. 5, 424. MS. Annus, et ita Edit. Burm. Arnum Virg. Ecl. 3, 100. Cic. de Diuin. 1, 130 Si obscurior quasi caliginosa stella extiterit, pingue et concretum esse Caelum, vt eius adspiratio grauis et pestilens futura sit: sin illustris et perlucida stella apparuerit, significari caelum esse tenue purumque, et propterea salubre. Campus Virg. Georg. 2, 274. Campus pinguior sanguine Hor. Carin. 2, 1, 29. Corpus non pingue Ouid. ex Pont. 1, 4, 51. Culta Virg. Aen. 4, 372. Dignitas Ouid. de Arte Am. 3, 275. Equi pingues sanguine humano Ouid. Met. 9, 194. Ferina Virg. Aen. 1, 219. Fici Hor. Serm. 2, 8, 88. Fimo pingui saturare sola Virg. Georg. 1, 80. Flammae pingues Ouid. Trist. 5, 5, 11. Flumen Nili Virg. Aen. 9, 31. Fumus Lucan. 8, 730. Glis hieme pinguior Martial. 13, 50. Haedulus pinguis Iuuen. Sat. 11, 65.
- 90 Horti Virg. Georg. 4, 118. Humus Idem ibid. 2, 184. Ius pingue Scribon. 200. Lardum Hor. Serm. 2, 6, 64. Mensae Catull. 60, 3. Merum Hor. Serm. 2, 4, 65. Musta Tibull. 1, 1, 10. Oliuum Stat. Theb. 6, 576. Omaso pingui tentus Hor. Serm. 2, 5, 40. *Ad contemptum dicitur de eo, qui cibis se saturat vilibus: vt Epist. 1, 15, 34.* Oues Virg. Ecl. 6, 4. Patinas coenabat Omasi Vilis et aginae. Pabula Lucret. 1, 258. *vel quod ipsa sunt multae succi, vel quod pecudes pinguefaciunt. Alii legunt Pingues pecudes.* Rami pinguisissimi Hor. Epod. 2, 55. Solum Virg. Georg. 1, 64. Terrae pingues Idem ibid. 2, 92. *Vid. Colum. 2, 2, 5. it. 14 sqq.*
- 100 Toga pinguis, pro Crassa, apud Tranquill. in August. c. 82. Iuuen. Sat. 9, 28 — Pingues aliquando lacernas Munimenta togae. Conf. Martial. 4, 19. Coma Suet. Ner. c. 20. *i. densa.* Vapor pinguis Senec. Herc. fur. 11. Vitiis pinguis Hor. Serm. 2, 2, 21. *2 Transfertur dupliciter. Vel enim ad laudem copiae cuiusdam et*
- 105 *facilitatis pertinet, vel subtilitatem, acumen, solertiam, abesse indicat.* Ouid.

- Ouid. Am. 2, 19, 25 Pinguis Amor nimiumque patens, in taedia nobis Vertitur, et stomacho, dulcis ut esca, nocet. Sic Pinguis conditio etc. Sed Pingue Munus Hor. Epist. 2, 1, 267 est vile, ut lardi frustum. Hor. Sat. 2, 6, 14 Pingue Pecus domino facias, et caetera, praeter Ingenium. Nempe pingue ingenium dicitur, ut obesa naris. Sic etiam Ouid. Met. 11, 148. Sic Pinguis Minerua aliquid facere Columel. 1 Pr. 33. et 11, 1, 32. i. Crasse, ruditer. Pinguis nil mihi cum Populo Poeta . . . Doctor pinguis Quinctil. 1, 10. Literae pinguius rusticorum, quibus opponitur Hipparchi subtilitas Columel. 9, 14, 12. Plin. Epist. 6, 15 Nam super illa, quae retuli, altius ibi otium et pinguis, eoque securius. Pinguis membra Quiete leuat Ouid. Rem. Am. 206. i. profunda. Sic Somni pingues Ouid. Amor. 1, 13, 7. Pingue: Impeditum, et ineptum, inquit Non. 2, 719. Cic. Acad. 4, 109 Quod ipsi Antiocho pingue videbatur, et tibi ipsi contrarium. Cic. pro Arch. 26 c. 10 Qui praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubae natis Poëtis pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum, tamen aures suas dederet. ¶ 3 Pingue substantiue pro pinguedine dicitur Plin. 11, 37. Virg. Georg. 3, 124 Et omnes Impendunt curas, denso distendere pingui.
- PINGVITER, Adu. [πιμελώς] Columel. 2, 2, 5 Proximum deinde huic pinguius densum. Subaud. Solum. Plin. 12, 25 Colos in quacunque natione praesertur rufus, et pinguius lentus. Add. Plin. 37, 5. Compar. pro Plenius et largius. Vlpian. in l. Et an eadem §. 1 D. de except. rei iudic. Sed pinguius pro communi utilitate accipitur. Paullus in l. Et exhaeredatum D. de re iudic. Pinguis enim donatori succurrere debemus, quam ei, qui verum debitum persolvere compellitur. i. copiosius, lautius. Sed Insipidius nescio quid facies et pinguis Gell. 13, 19 (20).
- PINGVIVSCVLVS, a, um. Adi. Aliquantum pinguis. Corpora pinguiuscula Solin. 18. (Salmasi 11.)
- PINGVAMEN, inis. n. λίπος Gloss. Gr. Lat.
- PINGVĒDO, inis. f. [πιμελή, λίπος] Plin. 23, 8 Nuces auellanae capitis dolorem faciunt, inflationem stomachi, et pinguedini corporis conferunt plus quam sit verisimile. Alii legunt Pinguitudini. Sidon. Ep. 2, 2 Videbis in calicibus repente perfusis nivalium maculas et frustra macularum, et illam lucem lubricam poculorum quadam quasi pinguedine subiti algoris hebetatam. Vid. Eutychem de Disc. coniug. l. 1 p. 2155.
- PINGVEDINEVS, a, um. Adi. Liqueor Plin. 35, 15. sec. Salmas. ad Solin. p. 89.
- PINGVITVDO, vel PINGVETVDO, inis. f. [πίπτως] Idem. Varr. de R. R. 3, 9, 19 Et lux pinguitudini inimica. de Gallinis. In Arcadia suem prae pinguitudine carnis surgere non potuisse Varro R. R. 2, 4, 12. Sus pinguitudine crescere solet, Cato apud Varron. 2, 24, 11. Columel. 2, 15 Ea res admonet, non inesse tali materiae naturalem pinguitudinem et succum. Quae res pinguitudinem efficiunt Varro de R. R. 2, 4, 6. Pulcher bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus, Fest. Add. Plin. 17, 5. ¶ 2 Quinctil. 1, 11, 4 Quarundam literarum vel exilitate vel pinguetudine nimia laboramus, i. vel nimis tenui sono, vel crasso nimis et pingui eas pronuntiamus.
- PINGVITIA, ae. f. Pinguedo. Arnob. 7 p. 226 Non videtis, albas esse hostiarum carnes, ossa, dentes, pinguitias?
- PINGVITIES, ei. f. Idem. Apul. Met. 10 p. 245 (221 Pric.) Corpus obesa pinguitie compleueram.
- PINGVIARIVS, i. m. [φιλοπήμελος] Qui pingua amat. Martialis. 11, 101 Carnarius sum, pinguiarius non sum. Quos significat carnosam, hoc est corpulentam amicam opto, non nimis pinguem.
- PINGVESCO, ere. [παινωμας] Pinguem fieri. Columel. 2, 11 Omne emaciatum armentum ex medica pinguescit. Campi pinguescunt Virg. Georg. 1, 492. Ouid. Met. 15, 89 Congestoque avidum pinguescere corpore corpus. Achates politura pinguescit Plin. 37, 10 l. 65. i. laevis fit et splendidus.
- PINGVESCENS inertia Plin. 9, 15 l. 17.
- PINGVEFACIO, feci, factum, ere. [παινω] Plin. 16, 44 Dein ea pinguefacit.
- PINGVEFACTVS, a, um. Part. Octau. Hor. 1, 27 Mollis et pinguefactus. Conf. Tertull. adu. Psychic. c. 6.
- PINIFER, vid. PINVS.
- PINNA, ae. f. [πτεῖλον, πτερόν] Proprie ea Penna est, quae pluma, id est mollior, et exigua penna non est: nam pennae generale nomen est ad plumas et pinnas. Haec Sipont. Subtilius forte quam verius. vid. quae obseruauimus voce PENNA. Certe pinnam et pennam frequentissime confundi, constat; vid. v. g. Burm. ad Quinctil. 1, 4 p. 43. et Pinnam dicit perpetuo fere Scribonius, quae aliis Penna est. V. g. Pinna, vel calamus scriptorius 10. Pinna anseris, vel calami scriptorii fistula 47. Per pinnam 48. 51. 158. i. pinna. Per pinnam sufflare naribus 10. — reuicere 180. 181. i. vomere. — vti medicamento arido 61. Pinna perfricare fauces diutius 68. — nares 8. Nec temere vnquam triclino abcessit, nisi distentus ac madens, et ut statim supino et per somnum hianti pinna in os indertur ad exonerandum stomachum Suet. Claud. c. 33. Varr. de R. R. 3, 7, 10 de columbis, Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquunt illis cruribus. Pinnis aquilae emundare alios apum, vel etiam cuiuslibet vastae alitis, quae rigorem habent Colum. 9, 14, 7. Idem 8, 2, 10 Pinnae prominentes in cauda gallorum. Breuibis insurgere pinnis, de pullis auium volatum meditantium Valer. Argon. 7, 377. Sic MSS. Alii legunt Pennis. Talaria pinnarum affingunt Mineruae Cic. de Nat. Deor. 3, 59. ¶ 2 Pinnae, quibus natant pisces, et quarum adminiculis veluti remis in natando utuntur. Plin. 9, 20 Pinnarum quoque sunt discrimina, quae pedum vice datae sunt piscibus. ¶ 3 Videndum an recte diuinarim ad Varron. 2, 5, 7 Pinnam nasi septum illud cartilagineum, quo cauum nasi in duas naves diuiditur. Pinna, [πτερίς] Gloss. Cyrill. Propugnaculi genus. Unde et Pinnae murorum, i. Summitates. Varr. de L. L. 4, 32 Muri summa pinnae, ab his, quas insigniti milites habere in galeis solent, et in gladiatoribus Samnites. Angusta muri corona erat: non pinnae, sicut alibi, fastigium eius distinxerant, sed perpetua lorica obducta transitum sepserat Curt. 9, 4, 30. Quod negat pinnis distinctum fastigium muri, illud videtur docere, pinnas sua sibi intervalla et lacunas habuisse, per quas vel tormentis, vel quacunque alia mollitione in hostem deiicere tela quaecunque liceret. Quale quid hodieque in antiquorum moenium aut arcium coronis videmus. Liu. 40, 45 Muri pinnae aliquot locis decussae. Caes. Bell. Gall. 7, 72 Huic loriceam pinnasque adiecit. Prensabat summas in aggere pinnas Sil. 105

7, 603. Iam interualla pinnarum vncis manibus inuaserant Eumen. Paneg. Constantini c. 19.

¶ 4 Pinna, *Conchae* genus. Plin. 9, 42 Concharum generis et pinna est. Nascitur in limosis subrecta semper, nec vnquam sine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem: is est squilla parua, alibi cancer dapis affectator. Pandit se pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piscibus praebens. Assultant illi protinus, et vbi licentia audacia creuit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morfu leui significat: illa ore compresso quidquid inclusit, exanimat, partemque socio tribuit. Meminit Cic. de Nat. Deor. 2, 123 c. 48 Pinna vero (sic enim Graece dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi. Conf. Idem de Fin. 3 c. 19. Plin. 9, 31. et 32, 11.

¶ 5 Pinna oppidum Piceni apud Sil. 8, 519. Vnde PINNENSES Plin. 3, 12.

15 PINNŪLA, ae. f. Dimin. [πηνύλιον] Summa pars auris, ab tenui acutamine dicta. Pinnula, qua natant pisces. Plin. 9, 57 Quosdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes crebro caudae motu. Parua penna, vel pinna. Columel. 8, 5, 5 Inhibeturque cupiditas incubandi, pinnula per nares traiecta.

20 PINNACŪLVM, i. n. a pinna murorum dictum s. moenium: nihil aliud enim est, quam ille pinnarum locus, aut ipsae adeo pinnae. Certe in Vet. Onom. Pinnaculum est πιννακίον et apud Vulg. Matth. 4, 5 πτερύγων τῆ λέγῃ pinnaculum redditur. Sic etiam accipit Tertull. contra Iudaeos c. 8 pr.

25 PINNALIS, e. Adi. Rigor pinnalis Frontin. de Colon. p. 120 Gof. Rigaltius interpretatur acutum, hebeti oppositum, sed al. Finalis. vid. sub RIGOR.

PINNĀTVS, a, um. Adi. [πηνάτωρ] Quod pinnas habet. Cauda pinnata Cic. Tusc. 2, 24. de aquila, ex Poeta. Cupido pinnatus, h. e. Alatus Cic. de Nat. Deor. 3, 58. Idem de Diuin. 1, 106 c. 47 Hic Iouis altisoni subito pinnata satelles. de aquila. Folia pinnata modo concisa Plin. 27, 9. Fulgor Idem 37, 7. Coluber Prudent. Psychom. v. 791. Nuntius Prudent. Apoth. v. 615. i. celer.

35 PINNICILLVS, i. m. Penicillus. Pallad. 4, 1, 3 Pinnicillo tenuis debet frequenter humor effundi.

PINNIGER, era, erum. Adi. Piscis pinniger Ouid. Met. 13, 963.

40 PINNIRĀPVVS, i. m. Gladiator, qui pinnam galeae, quam Samnites habere ex Varrone vidimus, in PINNA n. 3 appetebat, et rapere studebat. Iuuen. Sat. 3, 158 Hic plaudat nitidi praecoris filius inter Pinnirapi cultos iuuenes. Onom. Vet. Pinnirapi sectatores (s. secutores) gladiatores, quod pinnas rapiant. Vet. Schol. Iuuenal. l. c. Pinnis pauonum ornari solent gladiatores, si quando ad pompam descendunt. Pinnirapos autem dicit Ianistas (gladiatores emeritos) ex habitu gladiatorum, quia post mortem retiarii pinnam, id est manicam (hanc non intelligo Schurzsi. conuiciebat, pinnam is ex manica) rapit, vt ostendat populo, se vicisse. Aut ideo Pinnirapos, quia pinnas in galeis habebant, vt Lucilius, Cum septem incolumis pinnis redit, ac recipit se.

50 PINNOPHYLAX, acis. et PINNOTĒRES, ae. m. Squilla parua. Vid. Plin. 9, 31. et Cic. supra in PINNA.

PINSO, pinsui, pistum et pinsitum, ēre. [μύσσω, μαιμάσσω] Pinfo et pifo, ēre. et Pifo, āre, veteres promiscue vsurpabant: Diomed. 1 p. 370. Est autem Pinsere. Pilo tundere, vel Molis frangere: nam veteres vsu molarum caventes, frumenta torrebant, et ea in pilas missa, pistillis tundeant et terebant. Cato R. R. 136 Si communiter pinsunt. Sic a Victorio. Al. Pinsunt. Non. 2, 643 Pinsere, tundere vel molere. Varro τῆ πινίπυ, Nec pistorem vllum noscent, nisi eum, qui in pistrino pinseret farinam. Idem de Vita Pop.

60 Rom. lib. 1 Nec pistoris nomen erat, nisi eius, qui ruri far pinsebat, nominati ab eo, quod pinsunt. Conf. Seru. ad Aen. 1, 183. Columel. 2, 9, 19 Panicum pinsitum, et euolutum surfure, sed et millium quoque pultem, quauis inopia, maxime cum lacte non fastidiendam praebet. Pomponius ap. Diomedem l. c. Quum neque molis molui, neque palmis pinsui. Vuam passam et sicum pinserunt Varr. R. R. 3, 16, 28. Pers. 1, 58 O Iane, a tergo quicquam nulla ciconia pinsit. i. Tundit et percutit: hoc est irridet. Pisat quidam legebant apud Diomed. l. c. Plaut. Merc. 2, 3, 81 Ea molet, conficiet pensum, pinsetur flagro. Hordea pinsere Lucan. ad Pison. 17.

70 Pindere etiam pro pinsere, dictum fuisse, Seru. auctor esse in Fragmentis dicitur. Vid. infra PISO.

PINSENS, entis. Partic. Pinsente (Hard. Pisente) pilo praeferrato Plin. 18, 10 f. 23.

75 PINSĪTVS, a, um. Partic. Hordeum pinsitum Columel. 8, 4, 1. Adde 2, 9, 19 Pinsitum Panicum. Et 12, 27 Iris. Et 6, 31, 1 Lens. Et 6, 6, 5 item 6, 8, 2 Pinsitum allium.

PINSVS, a, um. Idem. Rudus pinsum Vitruu. 7, 1.

80 PISTVS, a, um. Partic. [μαιμαχθεῖς] Plin. 18, 10 Si pistae ferantur. Pistum, a Pinsendo, pro Politum antiqui frequentius vsurpabant, quam nunc nos dicimus. Festus. Politum mutari voluit in Molitum Scaliger. Sed nolim mutari quidpiam Polire hic dictum vt Levigare, i. comminuere: hinc Pollen etc.

PINSO, āre. [μύσσωμαι] Idem. Varr. de R. R. 1, 63, 2 Promendo diem, vt in pistrino pinsetur, ac torreatur. Nunc vero sic legitur: Promendum hieme, vt in pistrino pisetur, ac torreatur. Sed Pisatur, Pinsatur, et Pinsetur etiam habent libri. Pinsare humum, est Terram ferire, vt faciunt, qui interficiuntur, caduntque in terram. Enn. apud Varr. de L. L. 4, 4 In terram cadentes (dicit) cubitis pinsabant humum. Sic enim in manuscriptis libris reperitur. vid. Turneb. Adu. 20, 29. Alii Pinsabant legunt, alii Pinsabant.

90 PINSATIO, ōnis. f. Vitruu. 7, 1 Rudus crebriter pinsatione solidetur.

PINSĪTO, āre. Frequent. [μαιμάσσομαι] a Pinfo, pinsis, quidam probant ex Plaut. in Asin. 1, 1, 18 Qui polentam pinsitant; quum ibi legatur Pransitant.

PINSOR, ōris. m. [μαιμακτης] Quem nunc Pistorem dicimus. Varr. ap. Non. 2, 643 Nec pinforem vllum noscent, nisi eum, qui in pistrino pinseret farinam.

PISTO, āre. Pistabis in pila lignea Veg. Mulom. 1, 32.

100 PISTOR, ōris. m. [ἀροποιός, ἀροποιός] Qui frumenta contundeat pilis. Varr. R. R. 1, 63. Nec pistoris nomen erat, nisi eius, qui ruri far pinsebat Varr. ap. Non. 2, 643. Conf. Cic. de Fin. 2 c. 8. A pistore, Cipere, non recedis, et panem facis et facis farinam Martial. 8, 16. Vtrumque scilicet Pistoris est, et comminuere far in

105 farinam, et inde facere Panes. Ergo ¶ 2 Pistor dicitur,

*tur, qui panem facit*, [*ἀροποιός* Gloss. Gr. Lat.] Plin. 18, 11 Pistorum Romae non fuerunt ad Persicum usque bellum, annis ab Vrbe condita super quingentos octoginta. *Conf. Burm. ad Petron. c. 38 p. 167.* Plaut. *Afin. 1, 3, 48* Quum a pistore panem petimus. Coqui, pistorum, lecticarii, artes vulgares Cic. pro Rosc. Amer. 134. Dulciarius pistor Martial. 14, 222. Apul. Met. 10 p. 244. ¶ 3 Pistori Ioui ara Romae posita. *Rem enarrat Ouid. Fast. 6, 394.*

**PISTRIX**, icis. f. Lucilius apud Varr. de L. L. 4, 31. *Adde Fest. in Mamphula, ubi laudat versus Lucilii, Pistricem validam si numi, suppeditabunt, Addas ἑμπλευρον, mamphulas, quae sciat omnes.* 10 Vet. Gl. Pistrix ἀροποιός.

**PISTORICVS**, a, um. Adj. [*ἀροποιικός*] Quod ad pistorum pertinet. Vlpian. in l. Seruos autem suos D. de legat. tertio, Si quis seruos habuerit proprios, sed quorum operas locabat vel pistoricas vel histrionicas, seruorum appellatione hos legasse videtur. *Alii legunt Pistorias. Nempē*

**PISTORIVS**, a, um. [*ἀροποιήτικός*] Idem. Plin. 18, 11 Ad operis pistorii genera transeunte cura. Forum pistorium Romae in Auentino, *vid. Alex. ab Alex. 2, 12.* Instrumentum pistorium Paull. in l. Quum de Ianionis D. de fund. instr. vel instrum. leg. 20 Cels. 2, 18 pr. Quo minus mirum est, opus pistorium valentissimum esse, quod ex frumento, adipe, melle, caseo constat. *Ibid. c. 28* Facile autem intus corrumpuntur lac, mel, ideoque lactantia, atque omne pistorium opus.

**PISTORIENSIS**, e. Adj. *Ficta vox cum allusione ad Pistorii urbis ciues.* Plaut. Capt. 1, 2, 57 ubi genera Pistoriensium militum facit Paniceos et Placentinos.

**PISTRĀRA**, ae. f. *Pinfendi artificium et ratio.* Plin. 18, 10 Pistrira non omnium facilis. *Ibid. 8* Et ipsa autem quae euelluntur, variam pistrinarum rationem habent.

**PISTRĪNUM**, i. n. et **PISTRĪNA**, ae. f. [*ἀροποιήσιν, μύλον*] *Locus, in quo panis pinfitur et fit.* Varr. de L. L. 4, 31 Pilum, quod eo far pinfunt: id ubi fit, pistrinum: L et S inter se saepe commutant. *Add. Pallad. 1 t. 42.* Plin. 18, 9 E siligine lautissimum panis, pistrinarumque opera laudatissima. *Add. Idem 19, 8.* *In pistrinum autem antiquitus a dominis trudebantur serui ob noxam.* *Vnde Ter. in Heaut. 3, 2, 19* Pistrino dignus. *Dedere aliquem in pistrinum, vid. DEDO.* Detrudere et compingere aliquem in quoddam pistrinum Cic. de Orat. 1, 46 c. 11. Molendum in pistrino Ter. Phorm. 1, 5, 19. Tradere aliquem in pistrinum Cic. Quint. Frat. 1, 2. 40

Viuere in eodem pistrino cum aliquo Cic. de Orat. 2, 144.

**PISTRILLA**, ae. f. Dimin. a **PISTRINA**. Ter. Adelph. 4, 2, 45 Apud ipsum lacum est pistrilla, et exaduorsum est fabrica. Veteres (*inquit ibi Donatus*) absolute dicebant Pistrinam, ut Sutrinam, et Medicinam, ad tabernam referentes. Charis. 1 Pistrinum Neutro genere dicitur. sed Lucilius decimosexto feminine extulit, Media e pistrina, ad tabernam referens, ut Caupona dicitur. Nam et Ter. diminutiuē Pistrillam dixit, Apud ipsum lacum est pistrilla.

**PISTRINENSIS**, e. Adj. *Quod ad pistrinum pertinet.* Sueton. in Calig. c. 39 Quidquid instrumenti veteris aulae erat, ab vrbe reptiit, comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, et pistrinensibus iumentis. *De mulis vsurpatur Suet. Caes. c. 32. De caballis Seru. Ict. de Legatis.*

**PISTRINARIVS**, i. m. *Pistrini custos, vel exercitor.* Vlpian. l. 1 D. Depositi §. Si quis seruum custodiendum coniecerit forte in pistrinum: si quidem merces interuenit custodiae, puto actionem esse aduersus pistrinarium ex conducto.

**PISTRINALIS**, e. Adj. *Ex pistrino.* Columel. 7, 9, 3 Album pecus pistrinale. *de suis, quod felici coniectura, cui post fauere deprehensi sunt MSS. restituit Beroaldus pro pristinali. Antiquum est, sives ali a pistoribus.* Plaut. Capt. 4, 2, 27 Tum pistorum serophipasci, qui alunt fursure sives.

**PINVS**, i. et us. f. [*πίκρος*] *Arbor resinosa.* Plin. 16, 10 Ex iis pinus atque pinaster folium habent capillamenti modo praetenuē longumque, et mucrone aculeatum. Pinus fert minimum resinae, interdum ex nucibus ipsis. *Ablat. pinu est Vitruu. 2, 9.* Virg. Ecl. 7, 65 Fraxinus in siluis pulcherrima, pinus in hortis. *vid. h. l. Germanum Valent. Guell. Pimpointum.* Pinus erat Cybele sacra, quod, ut ait Ouid. Met. 10, 104 Cybeleius Atys Exiit hac hominem, truncoque induruit illo. *Et Arnob. 5 p. 167* Quid enim sibi vult illa Pinus, quam semper stans diebus in Deum matris intronittitis sanctuario? nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Atys virum demessis genitalibus abstulit? *Et mox p. 168* Cur pinus ipsa paullo ante in dumis inertissimum nutans lignum, mox ut aliquod praefens atque augustissimum numen Deum matris constituatur in sedibus? *Vnde apud* 75

Virg. Aen. 9, 85 Pineae silua mihi inultos dilecta per annos. *In Ida enim monte, ubi sanctissime colebatur, pinus abundabat, et ei pineus ibi lucus sacer erat. Vid. Seru. ad h. l.* Siluarum gloria pinus Stat. Silu. 5, 1, 151. Acuta, *vid. ACVO.* Acuta pinu praecinctus caput Pan Ouid. Met. 1, 699. Alta Virg. Georg. 2, 389. Arcadio pinus Amata deo Propert. 1, 18, 20. Annosam pinum reuellere dumo Ouid. Met. 12, 357. Caesa montibus Ouid. Met. 1, 94. Circumtonsaē trepidanti vertice pinus Petron. c. 131. Eruta radicibus Virg. Aen. 5, 449. Gallinaria Iuuen. Sat. 3, 307. Grata deum matri Ouid. Met. 10, 104. Ingens Hor. Carm. 2, 3, 10. 85

Loquens pinus Virg. Ecl. 8, 22. Nautica Idem ibid. 4, 38. Hor. Carin. 1, 14, 11 *nauem alloquens,* Quamuis Pontica pinus Siluae filia nobilis

Iactes et genus et nomen inutile. *Hoc ideo dixit Hor. quia in Ponto fuit optima materia naualis, vel Cattuillo teste, in Phaselo, quem inde fuisse ait.* Sacra pendebit fistula Virg. Ecl. 7, 65. Succincta comas, hirsutaque vertice Ouid. Met. 10, 103. Trunca Virg. Aen. 3, 659. Vberima Virg. Georg. 4, 141. Siluis euertere pinum Idem ibid. 1, 256. Erucae pinorum Plin. 23, 2. ¶ 2 Caua pinus, per synecdochen pro ipsa Naui, quae ex pinu constructa est Valer. Argon. 1, 687. Operta Stat. Theb. 5, 388. Tarda pinus pondere Virg. Aen. 5, 153. ¶ 3 Pinus est etiam flos, scil. Chamaepitys. Virg. Georg. 4, 112 Ipse thymum pinosque ferens de montibus altis. *Vid. ibi Taubman. it.* 100

Scalig. ad Virg. Cul. p. 41.

**PINEA**, ae. f. *etiam dicitur.* [*πίκρος*] Columel. 5, 10, 14 Eodem tempore iuglandem, et pineam, et castaneam ferere oportet. *Add. 10, 239.*

**PINEVS**, a, um. Adj. [*πίκρός*] *Quod ex pinu est.* Plin. 15, 10 105



Pinea corona victores apud Isthmum coronantur. Ardor pineus  
 Virg. Aen. 11, 786. Claustra Idem ibid. 2, 258. Cortex Colum.  
 6, 16. Frondes Idem 2, 2. Nux vel Nuclei Celf. 2, 22. Ro-  
 bora Stat. Theb. 2, 619. Silva Virg. Aen. 9, 85. Taeda Ouid.  
 5 Fast. 2, 558. Teeta pinea vocat Naues Idem Met. 14, 530. Texta  
 Idem Trist. 1, 3, 111. Velamina Lucret. 4, 591. Virga Quid.  
 Fast. 2, 28.

PINASTER, tri. m. [*ἀγρίοπερος*] Pinus siluestris, mirae altitu-  
 dinis. Plin. 16, 10. Idem 15, 10 Quartum Pityida vocant e pinastris.  
 10 PINASTELLVM, i. n. Herba, quae et Peucedanum. Apul. de  
 Herb. c. 94.

PINĒTVM, i. n. [*πινών*] Locus pinis confitus. Murmura pi-  
 netis fiunt Ouid. Met. 15, 604. Plin. 27, 8 Chrysolachanum in pi-  
 neto lactucae simile nascitur.

PINĪFER, ēra, ērum. Adi. [*πινυφόρος*] Virg. Aen. 10, 708  
 Vesulus pinifer. i. In quo crescunt pinus. Caput piniferum Atlantis  
 Idem ibid. 4, 249. Maenalus Idem Ecl. 10, 14. Rupes Lucan.  
 2, 431. Succincta pineta Ouid. Met. 15, 604.

PINĪGER, ēra, ērum. Idem. Caput Fauni pinigerum Ouid.  
 20 Fast. 3, 84.

## P. I. O.

PIO, āre. [*εὐσεβῆν*] Colere, pie tractare. Plaut. Afin. 3, 1, 3  
 Vbi piem pietatem, si istoc more inoratam tibi postulem placere:  
 25 colam, custodiam, interpretatur Non. 2, 636. Sed fallitur idem, cum  
 4, 363 ait Piare esse impiare, contaminare: idque probat ex Virg. Aen.  
 6, 569 de quo mox in PIACVLVM. Parcus Lex. Crit. profert ex Nonio,  
 Piare pie amare, et locum Nacuii, Nemo est qui magis suos piet li-  
 beros. Maneat ergo, Piare esse pie tractare: prout deinde refertur, ad  
 30 hominem, ad peccatum, ad sacra; ita vel purgare noxa, vel auferre et  
 expiare, vel post violationem aliquam honorem suum reddere et velut pla-  
 care significat, quod exempla docebunt. Vet. Gloss. Piatur, ἀγνίστῶν  
 καὶ καδύπῆρας. Censorin. 22 Est februum, quidquid piat purgatque.  
 Virg. Aen. 2, 140 Et culpam miserorum morte piabunt. Cic. pro

35 Domo 131 c. 51 Si quid tibi aut piandum, aut instituendum fuisset re-  
 ligione domestica. Aras piare ture Propert. 3, 10, 19. Busta ho-  
 stilia piasti Ouid. Met. 13, 515. Clades piare Propert. 3, 4, 9.

Corpora piantur Ouid. Fast. 2, 29. Delicta piare Sil. 17, 565. De-  
 lubra piantur caedibus Idem 4, 821. Fontes piandi Propert. 4, 10,

40 25. Fulgura atque ostenta piare Cic. de Legib. 2, 21. Iram pia-  
 vit caede Propert. 3, 19 (17) 18. Mors morte pianda est Ouid. Met.  
 8, 483. Nefas piare Virg. Aen. 2, 184. Ossa piare Idem ibid. 6,  
 379. Ritum piandi Prodere Ouid. Fast. 3, 291. Et labor in ma-  
 gicis Sacra piare focus Propert. 1, 1, 20. Impersonal. Cum piaretur,

45 taurus victima exanimis concidit Obsequ. c. 107. Piari eos, veluti  
 proprio verbo, ait Verrius, qui parum sint animati, quum mentis  
 suae non sint: et per quaedam verba liberantur incommodo. Festus, et  
 Verrius.

PIATIO, ōnis. f. Plin. 28, 2 f. 5 de cibo e manu prolapsa ma-  
 50 lum omen faciente, Inter execratissima, si Pontifici accidat Ditis causa  
 epulanti. In mensa utique id reponi, adolerique ad larem, piatio est.

PIATRIX, icis. f. Dicebatur Sacerdos, quae expiare erat solita,  
 quam quidam Simulatricem, alii Sagam, alii Expiatricem vocant. Fe-  
 stus. Plaut. Mil. 3, 1, 101 Tum piatricem clementer non potest quin  
 55 munerem. Februa Romani dixere piamina patres Ouid. Fast. 2, 19.

PIĀMEN, inis. seu PIAMENTVM, i. n. [*κάδαριος, ἀφοσίω-  
 σις*] Id erat, quo in expiando utebantur, inquit Festus. Februa pi-  
 amina Ouid. Fast. 2, 19. Add. Prudent. Cathem. 9, 33. Doliturae  
 domus piamentum Sen. ad Helu. c. 16. Satis piamenti in vniua

60 gemmae voluntario damno Plin. 37, 1. Idem 25, 4 Hac euulsa  
 scrobem repleri vario genere frugum, religio est, ac terrae  
 piamentum.

PIACVLVM, i. n. [*ἀφοσιωτήριον*] Sacrificium, cultus, et quid-  
 quid agitur seu praebetur pro satisfactione peccati. Virg. Aen. 6, 153  
 65 Ea prima piacula sumto. Hor. Carm. 1, 28, 34 Teque piacula  
 nulla resoluent. b. e. Nullis hostiis te expiabis. Conf. Id. Epist.  
 1, 1, 36. Auctores defectionis ab Romanis, piacula irae Romano-  
 rum dederentur Liu. 6, 21. Infert piacula manibus Ouid. Met. 6,  
 569. Miseranda piacula spretae poenae Sil. 1, 182. Stat. Achill.

70 1, 139 Ignotis horrenda piacula diuis. ¶ 2 Peccatum, cri-  
 men, flagitium. Laudatur Virg. Aen. 6, 569 Distulit in seram com-  
 missa piacula mortem. Seruius, Piacula, Commissa, propter quae  
 expiatio debetur. Sed rectius, puto, dicemus Distulit piacula, i. expi-  
 ationem, ut maneat propria significatio. Sic etiam ad primam et propri-  
 am significationem reuocare licet illud Plaut. Truc. 2, 1, 13 Piaculum est,

75 misereri nos hominum rem male gerentium, i. piaculum soluendum est.  
 Sic Contrahere piaculum, vid. CONTRAHO. Mereri Liu. 2, 38.  
 Soluti piaculo, i. Peccato Tacit. Ann. 1, 30.

PIACVLVS, a, um. Adi. Cato de R. R. c. 139 et 140 Porco pi-  
 80 aculo facito, i. Piaculari.

PIACVLO, āre. Expio. Cato de R. R. c. 141 Te hisce suavi-  
 taurilibus piaculo, etc. Vid. Barth. in Stat. Theb. 9 p. 1031.

PIACVLĀRIS, e. Adi. [*ἀφοσιωτικόν*] Quod ad satisfactio-  
 nem peccati pertinet vel datur. Liu. 1, 26 Is quibusdam piacularibus  
 85 sacrificiis factis, quae deinde genti Horatiae tradita sunt, etc. Pia-  
 culare sacrum facere Liu. 29, 21. Agnoscebamus et fruebamur,  
 cum velut piaculares publicae sollicitudinis Victimae ad lenta suppli-  
 cia ducerentur Plin. Paneg. c. 34. Plaut. Epid. 1, 2, 36 Mene pia-  
 cularem oportet fieri ob stultitiam tuam, vt meum tergum stultitiae

90 tuae subdas succidaneum? i. Oportetne tuam stultitiam meis scapulis  
 expiari? Vt piacularia Iunoni fierent Liu. 42, 3. int. sacra vel sa-  
 crificia. Auspicia piacularia appellabant, Quae sacrificantibus tri-  
 stia portendebant, quum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa  
 mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret,  
 95 cecidisset (decidisset al.) Festus. Piacularis Romae porta appella-  
 tur propter aliqua piacula, quae ibidem fiebant, vel, vt ait Cloatius,  
 quum ex sacro per aliquem piaculo soluitur: vt aliqua piandi propi-  
 tiandique causa immolatur Festus.

PIACVLARITER. Adu. Tertull. de Pudic. extr. al. peculiariter.

PIABILIS, e. Adi. [*ἀφοσιωτός*] Quod potest expiari s. procurari.  
 Ouid. Fast. 3, 289 Cui dea, ne nimium terrere, piabile fulmen Est,  
 ait, et saeui flectitur ira Iouis.

## P. I. P.

05 PIPER, ēris. n. [*πέπερι*] Fructus orientalis, condimentis aptus et  
 5 V 2 calidus.

*calidus.* Plin. 12, 7 Passim vero quae piper gignunt, iuniperis nostris similes, quanquam in fronte Caucasi solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere, etc. Baccae piperis Vitr. 8, 3. Piperis grana numero CLX Scribon. 255. Album piper Hor. Sermon. 2, 4, 74. Albi piperis grana Scribon. 9. Angulus iste feret piper Hor. Epist. 1, 14, 23. Asperum, *vid.* ASPER. Candidum, *vid.* Candidus, in CANDEO Scribon. 167. Longum, *vid.* LONGVS Idem 120. 121. 169. etc. Molitum Idem 160. Nigrum Scribon. 113, 120. 228. etc. Nigrum electum et ponderosum Idem 94. Rugosum Perf. 5, 55. Piper non homo: *proverb. in nimis asperum.* Petron. c. 44. 10 *vid. ibi Scheffer.*

PIPERATVS, a, um. Adi. [*πνεπίρην*] Piperatum vinum, Quod pipere et melle conditum est. Et Piperatum acetum, apud Columel. 12, 47 et 57. Garum piperatum currebat super pisces Petron. c. 31. Lepus in piperato liquamine Apic. 8, 8. *add.* Id. 4, 2. Dicta piperata, *i.* Mordacia, *id.* Facundia Sidon. Epist. 5, 8.

PIPERATVM, i. n. *intell.* conditum. In piperatum coniicitur Cels. 4, 22. *vid.* Apic. 2, 2. et Plin. 14, 16.

PIPEREVS, et PIPERINVS, a, um. Cathol.

PIPERITIS, *idis.* f. [*πνεπίρην*] Herba, de qua Plin. 20, 17 Panax, *inquit*, piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto.

PIPILO, *are.* [*πιπίλω*] dicitur Passer. Catullus de passere Lesbicae 3, 10 Sed circumfiliens modo huc, modo illuc, Ad solam dominam vsque pipilabat. *Alii legunt* Pipiabat. 25

PIPIO, *onis.* m. [*πεπισεγίδιον*] Pullus columborum, apud Lamprid. in Alexand. vita c. 41.

PIPIO, *ire.* [*πιπίω*] Proprie dicuntur Pulli gallinacei, et huiusmodi. Columel. 8, 5 Die vndeicesimo animaduertat, an pulli rostellis oua percuiderint, et auscultetur, si pipiant. 30

PIPIO, *are.* Plorare, vagitum edere. Tertull. adu. Valent. c. 15 Caelestes imbres pipiauit Achumoth, *i.* Effudit plorando.

PIPIANS, *antis.* Partic. Infantes pipiantes Tertull. de Monogam. c. 16.

PIPO, *are.* [*πίπω*] Dicuntur gallinae, quum vocem emittunt. Varr. 35 in Originib. Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat. Non. 2, 676. *conf.* Scalig. Coniect. De Accipitre etiam dicitur. Auctor Philomel. v. 24 Accipiter pipat.

PIPĀTVS, *ús.* m. Varro de L. L. 6, 5 Pipulum declinatum a pipatu pullorum. 40

PIPATIO, *ónis.* f. Festus: Pipatio, clamor plorantis lingua Oseorum.

PIPVLVM, i. n. [*ἐπιπύλωμα*] Pro Conuicio, a pipatu gallinarum, dixit Plaut. Aulul. 3, 2, 32 Ita me bene amet Lauerna, te iam nisi reddi mihi vasa iubes, pipulo hic differam ante acdeis. Pipulo, *i. e.* conuicio, ploratu Isid. Gloss. Laudat etiam Non. 2, 640. Et Varr. de L. L. 6, 5 legit, Pipulo te differam, etc. *Alii* Pipolo. Pipulo poscere, *vid.* Taubm. ad Plaut. Merc. 2, 3, 73. *add.* Cn. Mattius in Miambiis. 50

## P I R

PIRAEVM, i. n. et PIRAEVS, i. vel PIRAEVS, *ei.* m. [*Περαῖος, Περαιεύς*] Athenarum portus. Donatus in illud Eun. Ter. 2, 2 *versu penult.* Miror, quid ex Piraeo aberit: Piraeum, *inquit*, vt Sunium, est maritima et accessu litoris pars clementior. Haec ille. Est autem Adiectiuum proprie, vt Prop. 3, 21, 23 Inde vbi Piraei capient me litora portus, Scandam ego Theseae brachia longa viae. Et Ouid. Met. 6, 446 60

Iubet ille carinas

In freta deduci, veloque et remige portus

Cecropios intrat, Piraeaque litora tangit, *i.* Attica. 60

Sed omisso Portus nomine, vel substantiue adeo. Ter. Eun. 3, 4, 1 Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeo. Sic et libri omnes, et ratio. In Piraeo enim cum essent custodes publice dati, ibi coerunt et conuenerunt, vt de Symbolis essent. Obliquos etiam esse quatuor syllabarum, docet illud Stat. Theb. 12, 615 Qui gelidum Braurona viri, qui rura lacesunt Munychia, et trepidis stabilem Piraeae nautis. Sed Ouid. Fast. 4, 563 *trissyllabice,* plurali numero, et genere neutro vsurpauit, Sunion expositum, Piraeaque 70

tuta recessu Linquit, et in dextrum quae iacet ora latus, possumus intel- ligere litora vt integre dixisse illum Met. 6, 446 vidimus. Apud Stephanum de Urbibus Περαιός est portus Atticae, et nomen gentile Περαιεύς etiam 75

pagi siue loci nomen, itemque ciuis ex eo pago s. loco oriundi. Casus obli- qui locum notantes, ex Περαιός, eis Περαιός, εν Περαιός et Περαιός. Multum 80

se in usu huius nominis torsit Cic. Att. 7, 3 Venio ad Piraeae; in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piraeae scripserim, non Piraeum (sic enim omnes nostri loquuti sunt) quam quod In ad- 85

diderim. Non enim hoc vt oppido praeposui, sed vt loco. Et tamen Dionysius noster, qui est nobiscum, et Nicias Cous non rebatur oppi- 90

dum esse Piraeae. Sed de re videro. Nostrum quidem si est pecca- tum, in eo est, quod non vt de oppido loquutus sum, sed vt de loco: 95

secutusque sum, non dico Caecilium, Mane vt ex portu in Piraeum (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellae 100

propter elegantiam sermonis, putabantur a C. Laelio scribi: Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeum. [Piraeo legi hodie, ante obserua- 105

vimus, et recte legi] Et idem, Mercator hoc addebat, captam e Sunio. Quod si *diuersus* oppida volumus esse, tam est oppidum Sunium, quam 110

Piraeus. Hactenus Cicero, quem non vehementer Grammaticum hic fuisse, fatendum est. Vid. Graeu. ad h. l. Nostro instituto satisfactum 115

erit propositis auctororum locis. Ergo Gell. 2, 21 Ab Aegina in Piraeum complusculi earundem disciplinarum sectatores Graeci Romanique 120

homines eadem in nauis transmittebamus. Portum hic significat. Idem 15, 1 In eo igitur libro scriptum inueni, quum oppugnaret L. 125

Sulla in terra Attica, Piraeum, et contra Archelaus regis Mithridatis praefectus ex eo oppido propugnaret: turrim ligneam defendendi 130

gratia structam, quum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quisse, quod ab Archelao alumine oblita fuisset. Piraeum hic 135

oppidum vocari, nihil attinet admonere. Plin. 4, 7 s. 11 Piraeus et Phalera portus quinque M. pass. muro recedentibus Athenis iuncti. 140

et mox A Piraeo XLV. mill. pass. Sunium promontorium. Al. Piraeo. Sic Cic. Off. 3, 46 c. 11 Nimis enim imminerebat propter propinquitatem 145

Aegina Piraeo portui. Al. Piraeo. Seru. ad Cic. Epist. 4, 12 Post me erat Aegina, ante Megara, dextra Piraeus, sinistra Corinthus. 150

Et 4, 12 Cum ab Epidaurio Piraeum nauis aduectus essem. Et mox Cum non longe a Piraeo abessem. Cic. Att. 5, 12 A Piraeo ad 155

Zosteria. Et 6, 9 In Piraea cum exissem. Et 7, 1 hoc ipsum repetens E nauis egressum in Piraceum etc.

PIRATA, ae. m. [*περατής*] Nomen latronis secundum quosdam, qui primus mare infestauit, a quo omnes spoliatores et praedones, piratae dicti sunt. Alii forte malint a verbo *πειράω*, tentare, explorare dictos Piratas: alii a *πειράω*, traicere. Illud certum, Pirata Graece, Latine praedo dicitur. Piratam viuum tenuisti Cic. Verr. 5 c. 29. add. Id. Off. 3 c. 29. Piratae orbem classibus iam, non furtiuis expeditionibus terreabant Vell. 2, 31, 2. Cic. Verr. 5, 63 Istum clari a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. Barbarus pirata, et nefarius praedo Cic. pro Rosc. Amer. 146.

PIRATICA, ae. f. [*περατεία*] Vita et veluti ars Piratae. Cic. Post red. in Senat. II c. 5 Profecto egestate et improbitate coactus, piraticam ipse fecisset. Quinctil. 8, 3 Piraticam quoque vt musicam et fabricam dici, adhuc dubitabant mei praeceptores.

PIRATICVS, a, um. Adi. [*περατικός*] Quod ad piratam pertinet. Cic. Verr. 5, 73 c. 28 Myoparone piratico capto, dux liberatus, Symphoniaci Romam missi. conf. ib. 89 c. 34 et 97 c. 37. Bellum Cic. post red. in Sen. II c. 5. Nauis Quinctil. 2, 14. Puppis Claud. de Conf. Hon. 6, 132. Scelera Vell. 2, 73, 3.

PIRENE, es. f. [*Πηγήνη*] Fons sub vertice Acrocorinthi, Musis dicatus. Stat. Silu. 1, 4, 26 Excludat Pimplea sitim, nec conscia detur Pirene. Perf. prol. 4 iungit Heliconidasque, pallidamque Pirenen. Vid. Casaub. Plaut. Aul. 3, 6, 23 Interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pirenen potest.

PIRENIS, idis. f. Patron. Sen. Med. 745 Tantalus securus vndas hauriat Pirenidas.

PIRITHOVS, i. m. [*Πειρίθως*] Ixionis filius, non ex Nube, vt Centauri, sed ex coniuge, fuit rex Lapitharum: qui quum ad rapiendam Proserpinam ad inferos cum Theseo descendisset, a Cerbero deuoratus Poëtis fingitur, vt scribit Seneca in Hercule furente. Alii dicunt iussu Plutonis catenis alligatum fuisse in perpetuum supplicium. Sic Hor. Carm. 4, 7, 28 Non Lethaea valet Theseus abrumpere caro Vincula Pirithoo. Mart. 7, 23, 3 in calumniatorem, Te fingente nefas Pyladen odisset Orestes, Thesea Perithoi destituisset amor. Imitati sunt Claudian. in Rufin. 1, 107. Aufon. Epist. 24, 34. Prioris verba:

Talem progenies hominum si prisca tulisset,  
Pirithoum fugeret Theseus, offensus Orestem  
Defereret Pylades, odisset Castora Pollux.

40 Alterius vero ista:

Impie, Pirithoo disiungere Thesea posses,  
Euryalunque suo socium secernere Niso.  
Te suadente fugam Pylades liquisset Orestem,  
Nec custodisset Siculus vadimonia Damon.

45 Amator Pirithous Hor. Carm. 3, 4, 80. Ardor temerarius Pirithoi Stat. Theb. 8, 53. Fides Pirithoi Ouid. ex Pont. 2, 6, 26.

PIRRATVS, a, um. Vnde esset Cepa pirrata Petron. 58 quid sit, nemo temere dixerit. Coniucium seruile esse apparet. Optima forte, qui Cirrata legunt, id est hariolantur.

50 PIRVM huc pertinet: sed vid. PYRVM.

## P I S

PISA, ae. f. Legumen, quod frequentius Pisum dicitur. Pallad. 55 Octob. 14, 9 Ex pisa Afra lomentum.

PISA, ae. f. [*Πίσσα*] Vrbs Elidis, ad Alpheum fl. cuius vastatae ruderibus Olympia creuisse videtur, quae illius velut in locum deinde successit, vt Pisacus et Olympius idem fere significant. Dedit originem Pisis, Italiae urbi. Virg. Aen. 10, 179 Alpheae ab origine Pisae Vrbs Hetrusca solo.

PISAEVS, a, um. Possess. [*Πισαεύς*] Iuuentus Pisaeae Stat. Theb. 6, 555. Manus Pisaeae Lucan. 3, 176. Campi Pisaei in quibus ludi Olympii celebrati.

PISAE, arum. f. [*Πίσσας*] Ciuitas Tusciae e Pisa Elidis, ut modo diximus orta, a qua Pisani dicuntur. Lucan. 2, 401 Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Pisae. Meminit huius Cic. Quint. Frat. 2, 5. Alpheae Pisae Claud. de Bell. Gild. 483. Virg. Aen. 10, 179.

PISANI, orum. m. Pl. Incolae. Liu. 40, 43. Plin. 2, 103.

PISATILIS, e. Adi. Pisatitem appellat Naeuius Pantalcontem e Pisis oriundum tyrannum: quum alioqui inde profecti, nunc Pisani dicantur. Festus.

PISAVRVS, i. m. [*Πισαυρός*] Fluuius Piceni, a quo Pisaurum ciuitas ei superposita, nominata est. Seruius vero scribit ad Aer. 6, 826 parum probabiliter, Pisaurum dictum, quod illic aurum pensatum sit. 75 Nam quum Camillus Gallos interemisisset, aurumque, quod Galli a Romanis acceperant pro Capitolio non euerso, recepisset, et signa ciuitati appendisset, ciuitati nomen dedit. vid. Plin. 3, 14. Huius meminit Cic. Fam. 16, 11. Sedes moribunda Pisauri Catul. 79, 3.

PISAVRENSIS, e. Adi. [*Πισαυρήνης*] Qui Pisaurum habitat, aut inde natus est. Cic. de Clar. Orat. 170 T. Accium Pisauensem.

PISCIS, is. m. [*ἰχθύς*] Animal in aquis degens: proprie autem quod squamis tegitur, vt ex Plinio apparet 9, 12 quum ait, Aquatilium tegmenta plura sunt, alia corio et pilis teguntur, vt vituli, hippopotami: alia corio tantum, vt delphini: cortice, vt testudines: filicium duritia, vt ostreae, et conchae: crustis, vt locustae: crustis et spinis, vt echini: squamis, vt pisces. Aequorei pisces Ouid. Met. 10, 78. Assus Plaut. Afin. 1, 3, 30. Captiuus Ouid. Met. 13, 932. Litoralis, vid. LITVS. Notabilis ob sententiam locus,

Natura humanis omnia sunt paria:

Qui poti' plus vrget, pisces vt saepe Minutos

Magnu' comest, vt aues enecat accipiter Varro ap. Non. 2, 98.

Molles, vid. MOLLIS. Muti Hor. Carm. 4, 3, 19. Nitidi Ouid. Met. 1, 74. Obscenus, vid. h. v. Patinarius Plaut. Afin. 1, 3, 30. Taciti Ouid. Met. 4, 50. Capiuntur hamo Cic. de Senect. 41 c. 13.

95 Captare pisces arundine Ouid. Met. 8, 217. Corrumpere pisces, vid. CORRUMPO. Ducere piscem hamo Ouid. Epist. 19, 13. Euocare esca piscem e penetralibus liquidis Sil. 7, 501. Generant oua Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Ludit piscis in aqua, vid. LVDVS.

Nactus sum pisces ex sententia, hi ne corrumpantur cautio est Ter.

100 Ad. 3, 4, 58. Suspendere piscem hamo Ouid. Met. 15, 102. Exstructa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida mensa Cic. in Pison. 67. Hor. Carm. 4, 3, 19 O Mutis quoque piscibus

Donatura cygni si libeat, sonum. Plaut. Afin. 1, 3, 26 Quasi piscis itidem est amator lenae: Nequam est nisi recens. De Piscibus, praeter

105 Plinium, multa discas ex reliquiis Halieuticorum Ouidii, tum ex Colum.

- 8, 16 et 17** *Pisces Signum caeleste.* Columel. II, 2 Quintodecimo Cal. Martii Sol in Pisces transitum facit. *Sed etiam singulariter* Virg. Georg. 4, 234 Aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi. *Conf.* Auien. in Arat. v. 541. Piscis Aquilonius tertio Idus Martii desinit oriri Columel. II, 2. Piscis austrinus quarto Nonas Septembris desinit occidere Idem II, 2.
- PISCICVLVS**, i. m. Diminut. [*ἰχθυόδιον*] Ter. Andr. 2, 2, 31 Pisciculos minutos ferre obolo in coenam seni. Varr. de R. R. 3, 5. Parui pisciculi Cic. de Nat. Deor. 2, 123 c. 48. *Add.* Celf. 3, 22.
- PISCICEPS**, ūpis. m. *Vid.* Varr. de L. L. 7, 33 Si ab auibus capiendis auceps dicatur, debuit, aiunt, ex piscibus capiendis pisciceps, vt aucupem, sic piscicupem dici, etc.
- PISCOR**, āri. Dep. [*ἀλιόμορος*] *Insidiari piscibus, eosque capere.* Plin. 19, 1 Retia in piscando durantia. Abire piscatum ad mare Plaut. Rud. 4, 1, 7. *Vid.* Cic. Offic. 3, 58 c. 14. Piscari in aere Plaut. Asin. I, 1, 86. *prouerbiū, pro Operam ludere.*
- PISCANS**, antis. Particip. Festus: Piscatorii ludi vocantur, qui mense Iunio fieri solent pro quaestu piscantium trans Tiberim.
- PISCĀTVS**, ūs. m. [*ἀλευτική*] *Piscandi actus aut professio.* Plin. 8, 16 Quos venatus, aucupia, piscatusque alebant. Piscatu probe electili vitam colere Plaut. Most. 3, 2, 41. Idem Rud. 2, 1, 10 Hamatitem piscatum, et saxatitem aggredimur. Plin. 6, 22 Esse in piscatu voluptatem testudinum maxime. Viueie piscatu, aucupio, venatione Cic. Fin. 2 c. 8. Frumenti fructu priuari, arbutisue, aut carne, aut piscatu Vitr. 8, 4. *Per translationem* Plaut. in Bacch. 1, 1, 25 69 Piscatus meo animo hic tibi hodie euenit bonus. *Genit. obsoletus:* Onne piscati genus Non. 8, 38.
- PISCATIO**, ōnis. f. *Idem.* Vlpian. leg. 13 Dig. t. 4 lib. 8 Piscationem thynnariam exercere. *Vid.* et Non. 3, 156. Apostoli de piscatione locus Genezareth ad piscationem hominum transferunt Hieron. Epist. 4 ad Rust. Piscationes I. 9 §. 5 D. de Vsufr. et quemad.
- PISCATŪRA**, ae. f. *Idem.* Tertul. aduers. Marc. 4, 9 De tot generibus operum ad piscaturam respexit.
- PISCĀTOR**, ōris. m. [*ἀλιεύς, ἰχθυόβολός*] *Qui piscatur.* *Vid.* Ter. Eun. 2, 2, 26. *conf.* Cic. Offic. 1 c. 42. Idem Offic. 3, 58 c. 14 Piscatores ad se conuocauit, et ab his petiuit, vt ante suos hortulos postridie piscarentur.
- PISCATORIVS**, a, um. Adi. [*ἀλευτικός*] *Quod ad piscatorem pertinet.* Aes piscatorium vetusto more appellatur, Quod in monte Albano datur pro piscibus. Festus. Piscatorio Artificio quaestum facere Lactant. 5, 2 extr. Arundo Plin. 16, 36 sub fn. Forum piscatorium Columel. 8, 17. Instrumentum piscatorium Martian. in l. Item pictoris D. de fund. instruct. Lina piscatoria Plin. 24, 9 f. 40. Ludi piscatorii vocantur, Qui quotannis, mense Iunio trans Tiberim fieri solent a Praetore Urbano pro piscatoribus Tiberinis, quorum quaestus non in macellum peruenit, sed fere in aream Vulcani, quod id genus pisciculorum viuorum datur ei deo pro animis humanis. Festus. Nauis piscatoria Caes. Bell. Ciuil. 2, 4. Liu. 23, 1.
- PISCATORIVM**, i. n. [*ἰχθυοπύλων*] *Gloss. Gr. Lat. videtur ergo intelligi Forum.*
- PISCĀTRIX**, icis. f. [*ἀλιέτρια*] Plin. 9, 42 Nec minor solertia ranae, quae in mari piscatrix vocatur.
- PISCARIVS**, a, um. Adi. [*ἰχθυοβολικός*] *Idem quod Piscarius:* Copia piscaria, Abundantia piscium Plaut. Caf. 2, 8, 63. Forum piscarium, Vbi pisces venduntur Plaut. Curc. 4, 1, 13. *it.* Varro L. L. 4, 32. Liu. 40, 51. Hamus piscarius Plaut. Stich. 2, 1, 17.
- PISCARIVS**, i. m. [*ἰχθυοπώλης*] *Qui pisces vendit.* Varr. ap. Perott. Cornuc. p. 158 Inter piscarios nemo vendebat.
- PISCARIA**, ae. f. [*ἰχθυοπωλείον*] *Locus, in quo pisces venduntur.* Varr. ap. Perott. Cornuc. p. 158 Nullus in piscaria piscis erat. Vlpian. (teste Budaeo) *vulgari significatione usus est in l. Inter publ. De verb. signif. Salinarum, metallorum, piscariarum, inquit. Alii legunt Piscariarum. vid. Al. ab Alex. 2, 12.*
- PISCATILIS**, e. Adi. Cathol.
- PISCIFLVVS**, a, um. Adi. Rhenus piscifluus Theodulph. Carm. 2, 579.
- PISCIVORVS**, a, um. Adi. Cathol.
- PISCŌSVS**, a, um. Adi. [*ἰχθυώδης*] *Piscibus abundans.* Amnis piscosus Ouid. Fast. 3, 581. Illic piscoso modo vix educta profundo Mart. 10, 37. Tagus piscosus Id. 10, 78. Vada piscosa Ouid. de Arte Am. 2, 82.
- PISCVLENTVS**, a, um. Adi. [*ἰχθυόεις*] *Locus pisculentus.* Plaut. Rud. 4, 2, 2 Vbi multi pisces morantur, vel in quo est facile piscari. Cato, Fluuium magnum, pulchrum, pisculentum Non. 2, 634. Pachinum pisculentissimum Solin. c. 11 (Salm. 5.) Stagna pisculentissima Idem c. 10 (4.)
- PISCĪNA**, ae. f. [*ἰχθυοτροφῆον, κολυμβήθρα*] *Lacus vel stagnum, in quo viui pisces conseruantur.* Varr. de R. R. 3, 3 Piscinas dico eas, quae in aqua dulci aut falsa inclusos habent pisces ad villam. *add. ib. c. 17. Brouckhuys. ad Tibull. 2, 6, 27. et Colum. 8, 16 et 17.* In piscinis sunt nulli barbati Cic. Att. 2, 1. Plin. 9, 17 *de nullis.* Nec in viuariis piscinisque crescunt. Publica piscina Cic. Q. Frat. 1, 7. Publicae piscinae hodie nomen manet, ipsa non exstat. Ad quam et natatum et exercitationis alioqui causa veniebat populus. Vnde Lucilius ait, Pro obtuso ore pugil piscinensis res est. Festus. Piscinae vocantur *Omnes aquae siue frigidae, siue calidae, collectae ad natandum: quod homines piscibus similes natando fiunt.* Cic. . . Latiorē piscinam voluissē, ubi iactata brachia non offenderentur. Plin. Epist. 5, 6 Si natare latius aut tepidius velis, in area piscina est: in proximo puteus, ex quo possis rursus abstergi, si poeniteat teporis. *conf.* Tac. Hist. 5, 12, 1. Loculatae piscinae, *vid.* Loculatus in LOCVS. Columel. 1, 6 Piscinas in villa vult esse minimum duas, alteram, quae anseribus ac pecoribus seruiat, alteram, in qua lupinum, vimina, et virgas, atque alia, quae sunt vsibus nostris apta, maceremus. Piscinae dicuntur etiam Vasa lignea ampliora ad tenendam aquam. Plin. 34, 12 f. 32 *de chalcantio*, Decoquitur in aqua, et in piscinas lignas funditur etc.
- PISCINŪLA**, et **PISCINELLA**, ae. f. Dimin. apud Varr. de L. L. 8, 45.
- PISCINĀLIS**, e. Adi. [*ἰχθυοτροφῆος*] *Quod est piscinae, siue quod ad piscinam pertinet.* Vnde apud Palladium R. R. 1, 40 Piscinales cellae leguntur.
- PISCINARIVS**, i. m. [*ἰχθυοτροφῆος*] *Qui loca piscibus refecta habet, vel qui piscinis delectatur, et earum est studiosus.* Vnde Cic. Lucullum et Hortensium, Piscinarios appellat Att. 1, 19. *conf.* Varr. R. R. 3, 17. Macrobo. Sat. 2, 11.

PISCINENSIS, e. Adj. *Idem ac Piscinalis.* Res piscinensis, Lucilius apud Festum in Piscina.

PISIDIA, ae. f. [Πισιδία] Regio est in Asia Minori: de qua apud Cic. de Divin. 1, 94 Eademque et Pisidiae causa fuit, et huic nostrae Vmbriae: de auguriis loquitur.

PISIDAE, arum. m. Pl. [Πισιδαι] Antea Solymi vocati, a Solymo, Iouis et Chalenaie filio: populus est barbarus, iuxta Aspendam et Ciliciam habitans: ut ait Stephanus. Claud. in Eutrop. 2, 241 de Phrygia. Vtrinque propinqui

Finibus obliquis Lydi, Pisidaeque feroces

Continuant Australe latus.

Priscian. in Periegesi produxit, Post hos Pisidum pinguisima rura coluntur. Pisidum, pro Pijidarum. Pisidiae, Phryges, Cilices et Arabum natio autum significationibus plurimum obtemperant Cic. de Divin. 1, 94.

PISINNVS, i. m. Puer. Antiquum. Labeo apud Vet. Scholiast. Perf. ad Sat. 1, 4 Crudum manduces Priamum, Priamique pifinnos. conf. Martial. 11, 73. Turneb. Aduers. 8, 4 et Cael. Rhodig. 4, 6.

PISISTRATVS, i. m. [Πισιστρατος] Atheniensis tyrannus, clarus genere, eloquentia vero tanta, ut ea deliniti Athenienses, libertate, qua nihil carius habebant, se sponte exuerent, illiusque facundiae sanctitatem Solonis, qui numen fuerat ciuitatis, posthaberent. Regnavit annos triginta tres, quo tempore Servius Tullus Romae, ut auctor est Gell. 17, 21. Plura de hoc, et quibus artibus tyrannidem adeptus sit, vide apud Iustin. 2. Meminit et huius Cic. Att. 7, 19.

PISITO, ãre. Sturnorum Vox. Auctor Philomelae 17 Sturnus tunc pifirat ore.

PISO, onis. m. Mortarium. Marc. Empir. c. 8 p. 268, F. Steph. Radices betae maxime nigrae ex aqua tepida leuabis et expressas sabano ficcabis, deinde tundes in pisone marmoreo.

PISO, ãre. [πίσσω] Idem quod pifso, tundendo minuere, decorticare, subigere. Plin. 18, 10 f. 23 Pistora non omnium facilis: quippe Etruria spicam farris tosti pifente pilo praeferrato, fistula ferrata et stella intus denticulata, ut nisi intenti pifant, conciduntur grana, ferumque frangatur. Maior pars Italiae vuido vtitur pilo, rotis etiam, quas aqua verset obiter, et molat. De ipsa ratione pifendi Magonis proponetur sententia. Triticum ante perfundi aqua multa iubet, postea eualli, deinde sole ficcatum pilo repeti. (Eualli est quod decorticare diximus) — Lentem torrerit prius; deinde cum fuffuribus

(i. valvulis) leuiter pifsi. — Acus vocatur, cum per se pifitur spica, tantum aurificum ad vsus. Sic in his locis ex MSS. Harduinus. Quidam pifant, pifendi, etc. Id. c. 11 f. 28 Piftores tantum eos, qui far pifebant nominatos. Sic Hard. al. pifebant. Nempe idem plane verbum est; in quo n litera negligentius pronunciata videtur, unde illa varietas. Conf. PINSO. Varr. de R. R. 3, 16, 28 Alii ficum et vuam pifam quum piferunt, affundunt sapam. Legitur et hic Pifserunt.

PISO, ãre. [πίσσω] Idem. Pifãt πίσσει Vet. Gloss. Varr. de R. R. 1, 63 Vt in piftrino pifetur ac torreatur. Sic Non. 2, 723.

PISVS, a, um. Adj. Plin. 20, 5 ad finem, Varro quae sale aut aceto pifa est arefactaque, vermiculis non infestari auctor est.

PISTO, ãre. Frequent. Veget. de Re Vet. 1, 32 In pila lignea piftabis.

PISONES, um. m. [Πίσωνες] Cognomen Calpurniae gentis, quod optime Pifa sererent: sicut a lente Lentuli. At Plin. 18, 3 Cognomina, inquit, etiam prima inde, Piloni, qui pilum piftrinis inuenerat: Pisonis, a pifendo. Sic etiam Lucan. ad Pison. 15

Nam quid memorare necesse est

Vt domus a Calpo nomen Calpurnia ducat?

Claraque Pisonis tulerit cognomina prima,

Humida callosa quum pifseret hordea dextra?

Pifones, Calpurniorum e profapia fuere, quae a Numa rege descendit. Calpurnius enim Numae filius fuit, ut ait Festus. Hor. item in Arte Poët. 5 Vos ó Pompilius sanguis, etc. Triumphi clari Pifonum Lucan. ad Pison. 37.

PISONIANVS, a, um. Adj. Vt, Vitium Pifonianum, i. Mira libido loquendi, quo vitio laboravit L. Pifo. Hieron. Epist. 83 Deinde Pifoniano vitio, cum loqui nesciret, tacere non potuit.

PISSA, ae. f. [πίσσα] Latine dicitur Pix. Hinc, PISSINVS, a, um. Adj. [πίσσινος] Pifinum oleum Plin. 23, 4.

PISSITES, ae. m. [πίσατης] Vinum picatum ex liquida pice et musto Diosc. 5, 35.

PISSASPHALTVS, i. m. [πίσσασφαλτος] Pix mista bitumini. Plin. 35, 15 Liquidum est et Apolloniaticum, quae omnia Graeci piffasphalton appellant ex argumento picis et bituminis. De sulphure. Add. Id. 27, 6.

PISELAEON, i. n. [πισέλαιον] Oleum quod ex pice fit. Plin. 24, 5. add. Id. 15, 7. Hard. it. 24, 6. Vid. Flos picis, in PIX.

PISSOCEROS, i. m. [πισσόκηρος] Melliginis genus ex cera et pice, siue gummi, siue resina. mistum. Plin. 11, 7 Prima fundamenta operis comosin vocant periti, secunda piffoceron, tertia propolin, de apibus.

PISTACIVM, i. n. it. PISTACIA, vel PISTACEA, ae. f. [πιστάκιον] Nucis genus. Plin. 13, 5 In nucum genere pistacia nota. conf. Pallad. Febr. t. 25. it. Oct. 12, 3. Quin et amygdaleos subeunt pistacia ramos Et meritum maius de breuitate petunt Pallad. de

85 Infit. v. 157.

PISTANA, ae. f. Herba ex vluarum genere. Plin. 21, 17 Item Pifanam dicit a Graecis vocari, quam inter vluas sagittam appellamus.

PISTICVS, a, um. Adj. [πιστικός] Sincerus. Vulg. Interpr. Iohan. 12, 3 Nardus piftica.

PISTILLVM, i. n. et FISTILLVS, i. m. [πίστρον] Instrumentum, quo res in mortario pifuntur, i. tunduntur. Non. 3, 182 Pifstillus masculino: Nouius, Lacrimae cadent, cadet pifstillus. Idem, Testis, patinas, piftillos, mihi cantant. Neutro Oratius (Apud Ho-

95 ratiū quatenus exstat, nihil tale est) Pifstillum grande est. Plaut. Aul. 1, 2, 17 Cultrum, securim, pifstillum, mortarium, quae vtenda vasa, semper vicini rogant. Columel. 12, 55 Aut bene emundatum con-

100 iicito, et pifillis conterito. Virg. in Moret. 114 Procebat opus, nec tam salebrosus vt ante, Sed grauior lentos ibat pifstillus in orbes. De hoc est epigramma Symposii n. 85 Vna mihi ceruix, caput sed forma duorum.

PISTIS. [πίσις] Latine dicitur fides et persuasio.

PISTOLOCHIA, ae. f. [πιστολοχία] Quartum Aristolochiae genus, tenuius quam clematidis, densis radicis capillamentis, (vnde et Polyrhizos nominatur) iunci plenioris crassitudine, odorem habens, vt

reliquae Aristolochiae species, medicatum Plin. 25, 8. *add. Id.*

20, 4.

PISTOR, oris. *Vid. PINSO, ère.*

PISTORIVM, i. n. [*Πισωρία*] Italiae ciuitas, quam Ptolem. 3, 2 ponit inter mediterraneas Tusciae. Est enim inter Florentiam et Lucam, a qua PISTORIENSES dicti Plin. 3, 4.

PISTRILLA, PISTRINVM. *Vid. PINSO, ère.*

PISTRIX, icis, PISTRIS, is, et PRISTIS, is. f. [*πίστρις*] Vnum idemque nomen videtur, leui literarum vel permutatione vel transpositione differens. Notat autem marinam beluam longi corporis, sed angustam, ut est apud Non. 13, 13. Festus: Balaenam beluam marinam, ipsam dicunt esse pistricem, ipsam esse cetum. Plin. 9, 3 f. 2 Plurima et maxima in Indico mari animalia, e quibus balaenae quaternum iugerum, pristis ducentum cubitorum. Et c. 4 f. 3 Maximum animal in Indico mari pristis et balaena est. Et c. 13 f. 15 Quae pilo vestiuntur, animal pariunt, ut pristis, balaena, vitulus. Id. 32, 11 f. 53 Ut a beluis ordiamur, arbores, phyteteres, balaenae, pristis, Tritones, Nereides etc. Virg. Aen. 3, 428 de scylla,

Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo

Pube tenus: postrema immani corpore pistris,

Delphinum caudas vtero commissa luporum.

*Frustra ibi Seruius, Si nauem intelligas, haec pristis, huius pristis facit: si de belua, haec pistris, huius pistris. Contrarium ostendunt loca Plinii. Id. Virg. apud Non. 13, 13 Frons hominem praefert, in pristim definit aluus. Val. Fl. 2, 531 Iamque agmine toto Pistris ad-*

*est deuoratura Hestonen. Cetum vocat Hygin. Fab. 31 et 89. Sen.*

*Hippol. 1049 Pistris citatas sorbet aut reddit rates. Arnob. 3 p. 118*

*Neptunus Pistricum dominus et maenarum. Flor. 3, 5, 16 Quali ma-*

*rina Pistris euaserat. Sed quod Tib. 1, 6, 10 Vesta est frenato cae-*

*cula Pistris Thebis, Pistris legere tentabat Gron. Obs. 1, 18, illud docte*

*refellit Brouckh. cum Delphin sit vestibulum Thebidis, non horribile*

*monstrum Pistris: quale etiam fuit, cui exposita fuit Andromeda, quod*

*in caelum relatum est. Nempe est etiam*

*¶ 2 Sideris nomen, quod Cetus etiam vocatur. Cic. Arat. 153 Retro ad Pistris ter-*

*ga reuerti, et versibus proximis aliquoties. It. 413 Occidit Androme-*

*dae clarum caput, et fera Pistris Labitur. Caes. German. Arat. 353*

*Haud procul expositam sequitur Nereia Pistris Andromedam. Et 357*

*Auster Pistrin agit — Namque aries supra Pistrin piscesque ferun-*

*tur. Auson. Eclogario in Signis caelest. p. 548, 12 Piscis, et ingens*

*Hunc sequitur Pistris. Germanicus iterum 368 Cristam super ipsam*

*Aequoreae Pistris. Et 378 Pistrim conuersus ad imam. Et 387*

*Cauam squamigerac Pistris memorat. Auienus etiam Pistrin et Pi-*

*stricem usurpat. Pistris est etiam Hygin. Poët. Astr. 3, 30. ¶ 3*

*Nauis nomen est. Non. 13, 13 Pistris nauis genus, a forma Pistri-*

*um marinarum, quae longi corporis sunt, sed angustae. Claudius Re-*

*rum Rom. lib. 12 Quinque Pistris; nauis ea forma a marina be-*

*lua dictum est. Virgilius libro 5 (116) Velocem Mnesteus agit acri*

*remige Pistrin. Hic Seruius: Vel a tutela depicta (i. insigni nauis)*

*vel ἀπὸ τῆς πίστριος τὰ κύματα, i. e. a secundis fluctibus. Haec nauis*

*Virgiliana Pistris vocatur Hygin. f. 273. Lembos pristis et in classe*

*Nabidis tyranni memorat Liu. 35, 26. Add. 44, 28. Polyb. 16, 1*

*Δελφοὺν ὄν τῶν πίστριον. ¶ 4 Pistris, quae panem pinsit.*

*Vid. supra in Pistris sub PINSO.*

PRISTIGER Triton, passivus, qui Pristi vebitur Sidon. Epist. 4, 8.

PRISTINVM sidus pen. prod. Colum. 11, 2 et 65 Cetus ille cae-

lestis. *vid. PISTRIS n. 2.*

PISVM, i. n. [*πίσιον*] Genus leguminis notum: cuius caules spar-

gantur in terram, nisi habeant adminicula. Plin. 18, 12 Pisum in apr-

icis serij debet, frigorum impatientissimum. Ideo et in Italia et auste-

riore caelo, non nisi verno tempore, terra facili ac soluta. *conf. Co-*

*lum. 2, 10, 4 sq. vid. PISA.*

PISINVS, a, um, Adj. Oleo pisino vti ad quadrupedum sca-

biem Plin. 23, 5.

## P I T

PITANE, es. f. [*Πιτανή*] Vrbs Aeolidis in Asia, quae portus duos

habuit, Ab hac PITANAEI, et PITANITAE nominantur. Fama

est, apud Pitana lateres inuentos esse, qui super aquas innatarent, quod

et de aliis locis traditum est. Aeolia Pitane Ouid. Met. 7, 357.

PITHAVLES, ae. m. [*Πιθαύλης*] Qui tibia instar dolioli facta

cantat. Senec. Epist. 76 post pr. Quis sit pithaulis bonus iudicatur.

Et Vopisc. in Carin. c. 19 Choraulas centum: etiam pithaulas centum.

PITHECVS, i. m. [*πιθηκος*] Simia Latine dicitur. Hinc

PITHECIVM, i. n. [*πιθηκίον*] i. Simiolam deformem mulierem

vocat Plautus in Milit. 4, 1, 42 Edepol equidem belula est. PA. pi-

thecium haec est prae illa et spinturnicium. Est et nomen herbae, Apul.

de Herb. c. 86.

PITHECVSA, ae. f. [*Πιθηκῶσα*] Insula in mari Tusco, sinuque

Campano sita, in cuius quodam colle oppidum fuit PITHECVSAE, numero

multitudinis. Haec insula, Aenaria quoque dicta est a statione nauium

Aeneae, et Homero Inarime dicta. Graecis vero Pithecula, non a simia-

rum multitudine, ut aliqui existimauerunt, sed a figlinis doliariorum

Plin. 3, 6. Sane *πίθος* Graecis, *dolium* significat Latinis. Ouidius tamen

Pitheculas urbem, non a doliis, sed a pithecis, id est simiis, nomen habere

ait Met. 14, 90 sq.

PITHEVS, i. m. Homo ditissimus idemque auarus, Xerxis regis

temporibus. *vid. Plin. 33, 10.*

PITHEIVS, *vid. PITTHEIVS.*

PITHEVS, ei. et PITHITES, ae. m. Cometae genus, doli figu-

ram gerens. Apul. de Mundo p. 64.

PITHO, us. f. [*Πηθώ*] Dea, flexanima illa dicendi praeses, quam Ennius

Stadam, Quintilianus Persuadendi deam, Horatius Suadelam dixerunt.

Cic. de Clar. Orat. 59 c. 15 Pitho (*Πηθώ*) quam vocant Graeci, cuius

effector est orator, hanc Stadam appellauit Ennius: eius autem Cethe-

gum medullam fuisse vult, ut quam deam in Pericli labris scripsit Eu-

polis fessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit.

Id. de Orat. 3, 138 c. 34 de Pericle, Cuius in labris veteres comici,

etiam cum illi maledicerent, Leporem habitasse dixerunt etc. *Vid.*

*Kuster. ad Aristoph. Acharn. 530. Laudatur etiam Plin. 34, 8 Tifi-*

*crates bigae Pitho mulierem imposuit: quem de hac Suadendi dea acci-*

*piebat Hermolaus: sed Harduinus f. 19, 32 ita e MSS. Tificratis bigae*

*Piston (artificis nomen vult) mulierem imposuit.*

PITHOLEON, ontis. m. [*Πιθολέων*] Rhodius, Poeta triuialis

et abiectus, qui, quum in confinio utriusque linguae natus esset, confuso ser-

mone epigrammata quaedam futilia conscripsit, in quibus perquam ridicule Graeca Latinis miscuit, cuius meminit Hor. Serm. 1, 10, 22 O seri studiorum, quine putetis, Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit. Vid. Vet. Schol.

5 PITHONOS COME, vid. sub PYTHON.

PITISSO, Ære. [*ἀπογεύομαι* Gloss. Gr. Lat.] Paullatim degustare, et quod in os sumferis, iterum expuere. Ter. Heaut. 3, 1, 48 Pitissando modo mihi quid vini absumpsit? Vet. Schol. apud Faërnium, Pytissando (sic enim ibi scribitur, ut et in alio antiquo Bentleii) expressis labris spuendo, dum saporem vini probat. Orthographia tanto incertior, quod apud Athenæum *διεπιρίσσει* et *ἐπιρίσσει* legitur, pro eo, quod est vinum ita degustando et respuendo absumere.

PITTACIVM, vel PICTACIVM, i. n. Videtur tabella pice (quae *πίττα* Graecis vocatur) illita, vel affixa. Prioris generis, tenacissima nempe materia illitum, aut emplastro adeo, est Cels. 3, 10 Si capitis dolores sunt, rosam cum aceto miscere oportet, et in id ingerere: deinde habere duo pittacia, quae latitudinem frontis, longitudinemque aequent. Ex his inuicem alterum in aceto et rosa habere, alterum in fronte. Particulam membranae aut corii alterius intellige, quae madefacta applicat se cuti frontis et adhaeret. Petron. 34 Amphorae vitreae diligenter gypsatae, quarum in ceruicibus pittacia erant adfixa, cum hoc titulo, Falernum Opimianum, annorum centum. Gloss. ad h. l. Scheda de membrana excisa, affixa ampullis, cui inscripta aetas vini. Vet. Gl. *πιττάκιον*, Pittacium, breuis. Gl. Isid. Pictacium, 25 epistola breuis et modica. Pictatiuncula, membrana. Est ergo brevissima tabella, quam Notoriam etiam et Indicium vocant, literae brevissimae. Lamprid., Alex. Seuero 21 De promouendis etiam (militibus) sibi annotabat, et perlegebat cuncta pittacia. Cassiodor. Var. 1, 18 Si Romani praedium sine delegatoris cuiusquam pittacio praefumtor barbarus occupauit. Hygin. de Limit. p. 204 Goef. Deinde ex decuriis antequam sortes tollant, singulorum nomina in pittaciis et in forticulis, et id ipsi fortientur, ut sciant, quis primo, aut quotocunque loco exeant. Hinc pittacia etiam sunt schedulae et tesserae frumentariae, quibus perscribitur, quis, quantum accipere debeat. Impp. Valentinianus et Valens l. 11 C. Theod. de erog. milit. annonae, Susceptor, antequam diurnum pittacium authenticum ab Actuariis susceperit, non eroget. Add. l. 13 et l. 16. et ad l. c. Iac. Gothofredus. Sed locus Laberii de Pictaceo apud Gell. 16, 7 huc non videtur pertinere, sed ad PICTVS, sub PINGO.

10 PITTACIOLVM, vel PICTACIOLVM, i. n. Aldhelm. de Virg. c. 26.

PITTACVS, i. m. [*Πιττακος*] *Mitylænaeus*, unus e septem sapientibus tempore Croesi regis. Cic. de Orat. 3, 56 c. 15 Hanc cogitandi pronuntiandique rationem, vimque dicendi veteres Graeci sapientiam 45 nominabant. Hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones.

PITTHEVS, ei. m. [*Πιτθεύς*] *Auus Thesæi maternus*, qui Troezenæ regnavit, et primus rhetoricam docuisse et scripsisse dicitur. Vid. Plutarch. in Thesæo; et Pausan. in Corinth.

PITTHEIS, idis, f. Patronym. Pittheidos Aethrae filius Ouid. 50 Epist. 10, 131 de Thesæo.

PITTHEIVS, a, um. Adi. Ouid. Epist. 4, 107 Pittheia regna, Troezenæ, ubi Pittheus regnavit.

PITVITA, ae. f. Non tam aqueus, in corpore humor, qui *φλέγμα* dicitur, quam lentus et acris, *κίρυσσα*. Cic. Tusc. 4, 22 c. 10 Quemadmodum quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi aegrotationesque nascuntur. Vid. Celsum 6, 6 de Pituita crassa, alba, molli, sicca et arida, calida, liuida, et aliis generibus. Add. Id. 2, 23 Glutiniosior pituita oculorum Scribon. 23 al. lema. Hor. Serm. 2, 275 Stomachoque tumultum Lenta feret pituita. Leves curfus pituitae Cels. 7, 7. Oculorum Idem 7, 7, 15. Deducere Cato R. R. c. 156. Arnob. l. 4 p. 142. Detrahère Plin. 27, 12. Extenuant pituitam omnia salsa atque acris et arida Cels. 2, 23. Substitit pituita Idem 6, 6. Sustinere pituitam Cels. 5, 28. Pituita, per synaeresin, vox est trisyllaba, apud Pers. 2, 57 Somnia pituita qui purgatissima mittunt. Alii frustra legunt, Somnia qui pituita purgatissima mittunt. Primam Syllabam aperte producit Catullus ad Furium f. 23, 17 A te sudor abest, abest saliva, Mucusque et mala pituita nasi. Itaque trisyllabum etiam est apud Horat. l. c. et Epist. 1, 1, 108 Nisi cum pituita molesta est.

60 Pituita in arboribus: Plin. 17, 27 f. 43 Amygdalae ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite, et ab ima parte circumforato defluens pituita abstergeatur. Pituita in gallinis Columel. 8, 5.

PITVITOSVS, a, um. Adi. [*Φλογματώδης*] Qui Graece dicitur Phlegmaticus. Cic. de Fato 7 c. 4 Inter locorum naturas quantum interit videamus, alios esse salubres, alios pestilentes, in aliis pituitosos, et quæi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos.

PITVITARIA, ae. f. [*σαφίς ἀγρία*] Herba, quae et *Astaphis agria* dicitur, hoc est vna agrestis: dicta Pituitaria, quod pituitam oris siccat, sed tamen fauces laedit. Plin. 23, 1 f. 13 Quidam eam pituitariam vocant. De astaphide agria.

80 PITVLVS, i. m. Nomen forte corruptum, certe nondum satis explicatum. Hygin. Fab. 14 extr. Ad pitulum sederunt Hercules et Idas. Vid. Turneb. Aduers. 28, 43 qui *πίτυλον* interpretatur, strepitum remorum, quem moderati sint, i. ipsos remorum pulsus duo laudati Heroës.

85 Tutelam, puppim, portifculum, suspicantur alii apud Muncker. et Staverenium.

PITYIS, idos, f. [*πίτις*] Nux pinea e pinastris Plin. 15, 10. Quartum (genus nucis pineae) pityida vocant, e pinastris, singularis remedii aduersus tussim. Add. Diosc. 1, 87.

90 PITYINVS, a, um. Adi. [*πίτινός*] Resina pityina, apud Marc. Empir. Adde Theod. Priscian. 2.

PITYLISMA, vid. PITYSMA, ätis, n. Cui nomini Pitylisma substituere volebat Polit. Misc. c. 38.

PITYOCAMPAE, arum, f. [*πιτυοκάμποι*] Vermes siue erucæ e pinu arbore nascentes. Plin. 23, 2 Pinorum erucas, quas pityocampas vocant. Add. Id. 28, 9 et 29, 4.

PITYSMA, ätis, n. [*πίτυσμα*] Est modici vini effusio vel gustantium, et fastidiose reilientium, quod in ore habebant, vel etiam poculi reliquias cum sono in pavementum elidentium, qui proprie Cottabus vocatur, ubi vid. Vitruu. 7, 4 cum docuisset pavementum tricliniis aptum facere, Ita conuiuuiis eorum et quod poculis et (sputismatis, sed legendum cum Scaligero ad Manil. 5 p. 412) pitysinatis effunditur, simul atque cadit, siccefcit. Huc respicit Hor. Od. 2, 14 extr. Et mero Tinguet pavementum superbo. Hinc vera et certa lux a Scaligero l. c. primum ac- 105 censa Iuuenali 11, 173



Ille fruatur

Vocibus obscenis, omnique libidinis arte,  
 Qui Lacedaemonium pitysmate lubricat orbem.  
 Namque ibi fortunae veniam damus. Alea turpis  
 Turpe et adulterium mediocribus: haec eadem illi  
 Omnia cum faciant, hilares nitidique vocantur.  
 Nostra dabunt alios hodie conuiuia ludos  
 Conditor Iliados cantabitur etc.

Posuimus totum locum, ut intelligatur, verba illa, de quibus vehementer laborarunt Critici, quaeque in sensum quidam obscenissimum traxere, nihil aliud continere, quam descriptionem hominis lautis a re, in qua Poeta versabatur, desumptam. Ille lautus ergo ille beatus sic describitur, Qui pitysmate, i. vino vel ex ore per fastidium eiecto, vel e poculo per ludum soni et cottabi causa eliso, lubricat, madidum, leuemque et lubricum facit orbem Lacedaemonium, i. pavementum Laconici marmoris orbibus distinctum. Vid. ORBIS. De Orthographia res non undique certa. Pitysmate habent libri etiam boni. *Ἐπιπυζῶν* et *διὰ πτυζῶν* est apud Athenaeum. Vid. PITISSO. Quod diximus, Scaligerum primum sententiae, quam solam bonam et veram putamus, reliquas ne dignas quidem commemoratu, auctorem, de recentioribus intelligendum est. Nam Vet. Schol. rem ipsam iam viderat, Qui exspuit supra marmor Lacedaemonium, quo stratum est pavementum: haec antiqua putamus, assuta deinde ab alio, quae sequuntur, ut laeue sit, ut saltantibus puellis nihil impediatur.

PITYVS, i. m. Oppidum opulentissimum in regione Colchica, e regione Sarmatarum, qui Caucafi montis iuga incolunt. Plin. 6, 5.

PITYVSA, ae. f. Genus tithymali. Plin. 24, 6.

PITYVSAE, arum. f. [*Πιτυύσαι*] Insulae duae sunt in mari Balearico, a pineorum fruticum vbertate dictae, teste Plin. 3, 5. Ex his quae maior est Ptolemaeo Ebusus, quae minor Ophiusa, hoc est colubaria, appellatur. Plinius tamen utramque Ebusum videtur appellare: et Ophiusam insulam ab hisce diuersam facere. Est item Pityusa, Insula e regione Ioniae sita, quae notiore nomine Chios appellatur Plin. 5, 31. Est et alia eiusdem nominis insula in sinu Argolico ex aduerso Hermioni agri Plin. 4, 12.

## P I V et P I X

PIVS, vid. PIETAS.

PIX, picis. f. [*πίσσα, πύσσα*] Nihil aliud est, quam Fluxus liquidae factae in ardenti taeda sua resinae. Plin. 16, 11 f. 21 Pix liquida in Europa e taeda coquitur, naualibus (i. omni nauigiorum et apparatus nautici generi) muniendis, multosque alios ad vsus, Lignum eius concisum, furnis, vndique igni extra circumdato, feruet. Primus sudor aquae modo fluit canali. Hoc in Syria Cedrium vocatur — . Sequens liquor, crassior iam picem fundit. Haec rursus in cortinas aereas coniecta aceto spissatur: et coagulata Brutiae cognomen accepit etc. Sunt enim pluscula hic et c. 12. De illius usu in vino condiendo vid. Plin. 14, 19 et 20. Brutia pix Scribon. 207. 208. 210. Cedria 186. 232. E cedro facta 189. Fossilis Plin. 16, 12 f. 23. Hispana Scribon. 209. 263. 266. Spana Id. 256. Columel. 6, 32 Atque ita factis vlcerebus mederi liquida pice atque oleo. Scribon. Largus 40 Picis flos, quod pisse-laeon appellant. Paulo post, Florem picis autem appello, quod excipitur, dum ea coquitur, lana superposita eius vapor. Vid. Rhod. Atrae picis massa Virg. Georg. 1, 275. Illyrica pice nigrior Ouid. de Arte Am. 2, 658. Caelum pice nigrius Idem Epist. 18, 7. Induere postes pice, vid. INDVO. Liquida pix Scribon. 52. 157. 251 etc. Plin. 16, 11. Lentescit tellus in morem picis Virg. Georg. 2, 250. Manantes picem arbores, vid. MANO, are. Pice cruciabantur malefici, Plaut. Capt. 3, 4, 65 Atra pix agitet te apud carnificem, tuoque capiti illuceat. Picem calidam bibito Plaut. Merc. 1, 2, 29. Et Lucret. 3, 1030 Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, taedae.

PICVLA, ae. f. Dimin. Apul. de Herb. c. 36 Herbam cum nitro et axungia et picula ex aceto tere. Adde Veget. Mulom. passim Vet. Gl. 2, 46. I, II, 7 etc.

PICEVS, a, um. Adi. [*πισσώδης*] Quod est ex pice, siue nigrum, et viscosum, ac tenax ut pix. Martial. 2, 41 Et tres sunt tibi Maximina dentes, Sed plane piceique, buxeique. Caligo picea Virg. Georg. 2, 309. Imber Plin. 16, 33. Lumen Virg. Aen. 9, 75. Nimbus Stat. Theb. 1, 97. Nubes Ouid. Met. 11, 549. Nubila Sil. 5, 70 37. Turbo Virg. Aen. 3, 573.

PICEĀTVS, a, um. Aliud Adi. [*πισσώχριστος*] Pice illitum significat. Martial. 8, 59 in furem, Non fuit Autolyçi tam piceata manus: quae capit et aufert quidquid attingit, ut pix.

PICARIA, ae. et PICARIAE, arum. f. Picis officinae s. vstrinae, quales Populus Rom. in reditu habuit, l. 17 in fin. de verbor. signif. in P. Cic. in Bruto 85 c. 22 Nam quum in silua Scantia caedes facta esset, notique homines interfecti, insimulareturque familia, partim etiam liberi societatis eius, quae picarias de P. Cornelio et L. Mumio Censorib. redemisset.

PICO, are. [*πισσώω*] Pice inducere, vel illinere. Plin. 11, 7 Piffoseros super eam venit picantium modo ceu dilutior. Columel. 12, 18 Caeteraque vasa ante quadragesimum vindemiae diem picanda sunt. Paulo post, Et feruentissima pice infusa nouo alio rutabulo et scopula picatur. conf. Suet. Claud. c. 16.

PICĀTVS, a, um. Partic. [*πισσώδης*] Plin. 15, 17 Picata vasa fistilia. Col. 11, 2 Dolia partim picata, partim defricata. Quod picem respicit: Picatum vinum Id. 12, 23, 3. Plin. 23, 1. Martial. 13, 107 Haec de vitifera venisse picata Vienna Ne dubites: misit Romulus ipse mihi.

PICAMEN, inis. n. Videtur restituenda vox Caelio Tard. 2, 7 f. 90 Tum resinae cadialis, hoc est dicaminis (marg. liquaminis) illimentum vel dropacis. Leg. arbitror Picaminis, ut et resinae cauealis.

PICĪNVS, a, um. Adi. Plin. 15, 17 E pice fit, quod picinum appellant. add. ib. c. 1.

PIXACANTHVM, vid. PYXACANTHVM.

## P L A

PLACABILIS, PLACATVS, vid. PLACO.

PLACENTA, ae. f. [*πλακῆς*] Libum farinaceum, quod fit ex farina filiginea, caseo et melle. Dicitur a Graeco πλακῆς. Placentam facere satis operose docet Cato 76. Plin. 7, 53 de mortibus repentinis, Iam Manlius Torquatus Consularis quum in coena placentam appeteret, etc. Mellitae placentae Horat. Epist. 1, 10, 11. Absorbere totas placentas Idem Serm. 2, 8, 24.

PLACENTARIUS, i. m. *Qui placentas conficit.* Vet. Gloss. *πλακεντάριος*, Placentarius.

PLACENTIA, ae. f. [*Πλακεντία*] Vrbs Italiae ad Trebiam amnem, nec procul a Pado Plin. 3, 15.

PLACENTINVS, a, um. Adi. *Gentile.* [*Πλακεντίνος*] Cic. de Clar. Orat. 372.

PLACEO, ui, itum, ere. [*ἀπόσσω, ἀνδάνω*] *Pulchrum videri, aut rectum et bonum, Gratum esse.* Columel. 9, 7 Quoniam plerisque videtur operosum istud, qualiacumque vasa placuerint collocari. Cui placeo, protinus ipsa placet Ouid. Amor. 2, 4, 20. Et v. 17 Siue es docta, places raras dotata per artes: Siue rudis, placita es simplicitate tua. Amaritudine placet piper Plin. 12, 7. Dote omni tibi placebam Ouid. Trist. 4, 3, 57. Facie placere Idem Epist. 6, 83. Factis Idem Met. 11, 323. Gestu illa placet Ouid. Amor. 2, 4, 29.

15 Meritis Idem Epist. 6, 83. Moribus Ouid. Amor. 2, 14, 9. *at. Matribus.* Ratione aliqua Claud. in Eutrop. 1, 77. Ouid. Art. 2, 304 Compositum discrimen (*capillorum*) erit; discrimina lauda: Torserit igne comam; torte capille place, *i. tortus capillus tibi placeat. Sed et de rebus seuerioribus ponitur hoc verbum.* Cic. pro Domo 53

20 Nonne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege Placeret, de exulibus Byzantinis Displiceret? Agam sic, vt ipsi auctori huius disciplinae placet Cic. de Finib. 1, 28. Plus iusto Hor. Carm. 3, 7, 24. Medico quid placeat videbis Cic. Fam. 16, 1. Nec carmina nobis ipsa placent Virg. Ecl. 10, 63. Coepta placent Ouid. Met. 8, 67. Me-

25 um mihi placebat, illi suum Cic. Att. 14, 22. Oia semper placuerunt meae menti Ouid. Trist. 4, 8, 7. Rura mihi, et rigui placeant in vallibus amnes Virg. Georg. 2, 485. Sententia ista tibi placuit Propert. 2, 9, 37.

30 ¶ 2 Placet, fere in tertiis personis, pro Videtur, cum de Senatoriis aut Philosophorum adeo sententiis sermo est. Cic. Philipp. 3 extr. Et vt pro tantis eorum in Reip. meritis honores eis habeantur, gratiaeque referantur, Senatui placere. Idem Fam. 1, 2 Iraque postridie placuit, vt breuiter sententias diceremus. Sic de Diuin. 1, 110 c. 49 Vt doctissimis sapientissimisque placuit. Cic. Philipp. 6, 2 Tumultum esse decerni, iustitium edici, saga sumi, dixi placere. Vlpian. in l. Si rem D. de praescript. verb. Si quum vnum bouem haberem, et vicinus vnum, placuerit inter nos, vt per denos dies ego ei, et ille mihi bouem commodarem; vt opus faceret, etc. Sic Petron. 127 Si placet, amplexum sume. Non ita dis placuit Ouid. Trist. 4, 11, 7. Cic. Attic. 13, 1 Exspecto, quid istis Placeat de

40 epistola ad Caesarem. Idem Fam. 11, 1 Quum in his angustiis versarer, Placitum est mihi, vt postularem legationem liberam mihi. *add. ib. 8, 4.* Placuit et Placitum est: sicut Licuit et Licitum est, dicimus, *ait. Seru. ad Virg. Aen. 1, 285* Consilia in melius referet, mecumque fouebit Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Sic placitum. *Vbi Seruius: Placitum, vel satis, vel mihi: nam impersonale est. Sed et pass. Placita es Ouid. Amor. 2, 4, 18. Cic. de Orat. 2, 15 c. 4* Ego enim (vt quemadmodum sentio, loquar) nunquam mihi minus, quam hesterno die placui. Cura placendi tibi est Ouid. Met. 13, 764. Studiosa mulier placendi Idem de Arte Am. 3, 423.

50 Fidem faciebat se velle placere Cic. ad Quint. Frat. 2, 6 pr. *i. sic a. Turum, vt gratiam mereretur. Eleganter in expostulationibus utitur Ter. Eun. 5, 2, 12* THA. Aufugistin? CHER. hera, factum. TH. fatin' id tibi placet? *Vid. et Cic. Att. 6, 6 p. 625 Graeu. Priapei. c. not. Scalig. p. 64 pro Bandivi. Tacit. de Orat. 32* Satis multos offendit: qui si forte hoc audirent, satis scio dicturos, me, dum iuris et philosophiae scientiam tanquam oratori necessariam laudo, ineptiis meis placuisse.

55 PLACENS, entis. Partic. [*ἀρέσκων*] Vxor placens Hor. Carm. 2, 14, 21. Non quasi hominibus placentes, sed Deo Vulg. 1 Theff. 2, 4.

PLACENTIA, ae. f. Apul. de Philosoph. 2 p. 15, 33 Ad placentiam ac mediocritatem libido fleclitur, *i. coercetur, ne progrediatur ultra id, quod placet.*

PLACITVS, a, um. Aliud Particip. [*ἡγεσμένος*] Quod placuit. 65 Ter. in Probl. Hec. 2t Vbi sunt cognitae, placitae sunt. Columel. in praefatione 1 Disciplina placita. Bonis abstinuisset placitis, est virtus Ouid. Epist. 17, 98. Fagi Nemesian. Ecl. 4, 9. Forma Ouid. Fast. 2, 777. *it. A. A. 3, 335.* Maxime placitam Feminam seucare Suet. Calig. c. 36. In Locum ambobus placitum conueniunt Sall. B. Iug. c. 81. Paci placita Oliua Virg. Georg. 2, 425. Superl. Iustin. 18, 3, 9 Eumque potissimum quasi placitissimum diis. *Vid. ibi Scheffer. et Stat. Theb. 12, 302.* ¶ 2 Placitus et Placidus saepe confunduntur a librariis. *Vid. Drakenb. ad Sil. 1, 11. conf. Nemes. Ecl. 4, 9.*

70 PLACITVM, i. n. [*ἀπόσσω, ἄγερον*] *Decretum: quod quae decreta sunt, ea sic Senatui vel maioribus placuisse videntur.* Plin. 14, 22 Medicorum placitis nouitate aliqua sese commendantium. Pro Pacto et conuento Hermogenianus in l. Inertis D. de iudiciis, sed et si qui numis redemptos se, et non manumissos contra Placiti fidem asse-

80 PLACITVRVS, a, um. Particip. [*ἀπόσσω*] Tu doctus, iniquas Parcarum praenosse manus, fatumque quod ultra est, Et summo placitura Ioui Stat. Theb. 1, 705. Dicta haud placitura referre Virg. Aen. 12, 76. Sacerdos placitura Marti Tibull. 2, 5, 51. *Add. Cic. ad Quint. Frat. 3, 1 c. 4.*

PLACENDVS, a, um. Adi. [*ἀπεστος*] Quod placere debet, et acceptum esse. Plaut. Trinum. 5, 2, 35 Si illa tibi placet, placenda dos quoque est, quam dat tibi.

90 PLACITO, are. Frequentat. [*ἀπόσσωμαι*] Plaut. Bacchid. 4, 10, 5 Neque placitant mores.

PLACIBILIS, e. Adi. Tertull. de Resurr. Carni. c. 47 Hostia placibilis Deo.

PLACOR, oris. m. Vulg. Interpr. Sirac. c. 4, 13 Complectitur placorem eius. *Add. ib. 39, 22. ἀπέσσωαι* Gloss. Cyrill.

95 PLACESCO, ere. Quod otium placeret Tac. Ann. 14, 3, 1 *ex emend. Barthii ad Guil. Brit. p. 495. vulgo, laceret, s. laceret.*

PLACIVVS, a, um. Adi. *ἀπεστος* Gloss. Gr. Lat.

PLACIDVS, a, um. Adi. [*πραΐς, ἡμερής, χερσός*] *Mitis, sedatus: quod illa, quae queta sunt, omnibus placent.* Non satis accurate Donatus: Clemens, est circa recte agentes: Placidus etiam circa delinquentes. Clemens, animo: Placidus, vultu. Haec Donatus ad Ter. Adelpi. 5, 4, 10 Clemens, placidus, nulli laedere os, aridire omnibus. Sed quae facile usus redarguat. Plaut. Merc. 5, 4, 4 Vxor tibi placida et placata est. Feruere et Placidum esse, *contraria* Ter. Adelpi. 4,

105

1, 18. Dare se placidum alicui Ouid. Fast. 1, 17. Cic. pro Caecin. 21 c. 11 Qui cum ita vehemens acerque venisset, vt non modo Caecinam periurio suo laederet, sed etiam mihi videretur irasci; ita eum placidum mollemque reddidi, vt non auderet etc. Placida et Immitia, contraria Horat. in Arte Poët. 12. Acuum placidum Degere Lucret. 2, 1093. Annis placidus Ouid. Met. 1, 702. Virg. Aen. 4, 38 Placidone etiam pugnabis Amori? Animalia placida, quibus Fera opponuntur Plin. 8, 53. Arbor placida, cui Siluestris opponitur Plin. 16, 5. Aures Virg. Aen. 4, 440. Caelum Silu. 12, 667. Canis Plaut. Mostel. 3, 2, 164. Caput Virg. Aen. 1, 131. Columba Ouid. Met. 7, 370. Cic. Tusc. 2, 10 In particeps rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietamque Constantiam. Deus Ouid. Trist. 4, 5, 20. Diētis placidis miscere fortia Idem Met. 4, 651. Dies Ouid. Met. 11, 735. Dies placidus et serenus Plin. Epist. 6, 15. Foedus placidum Virg. Aen. 10, 15. Hiems Ouid. ex Pont. 2, 7, 59. Iter Plin. in Paneg. Lector Ouid. ex Pont. 3, 4, 9. Loca placidiora Pallad. 1, 6. Lumen Hor. Carm. 4, 3, 2. Neque quidquam Magnum est, nisi, quod simul et placidum Sen. de Ira 1, 15. Manum dare placidam alicui Ouid. Trist. 3, 1, 2. Mare stat Virg. Ecl. 2, 36. Mens placida et alta Quintil. Prooem. 6, 20. Mente placida ferre aliquid Ouid. Met. 13, 214. Mores Columel. 6, 20 tauris tribuit. Mors Virg. Aen. 6, 5. Oratio placida, summissa, lenis Cic. de Orat. 2, 181. Ore placido edere aliquid Virg. Aen. 7, 194. Edere, i. Loqui. Ouis Ouid. Fast. 1, 362. Palus Virg. Aen. 8, 88. Pax Idem ibid. 1, 253. Cic. Tusc. 5, 48 An delectationis et otii consumendi causa locuti sumus, sapientem ab omni conitatione animi, quam: perturbationem voco, semper vacare, semper in animo eius esse placidissimam Pacem? Pectus Virg. Aen. 1, 525. Portus aeterna placidus quiete Senec. Agamemn. 7, 1. Quies Plin. 10, 75. Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam Virg. Aen. 6, 371. Senectus Hor. in Carm. Saecul. 46. Senectus placida et lenis Cic. de Senect. 13. Somnus Ouid. Fast. 3, 185. Somnus placidissimus deorum Ouid. Met. 11, 623. Sopor Virg. Aen. 4, 522. Tellus haec fessos tuto placidissima portu accipit Idem ibid. 3, 78. Venti Idem ibid. 5, 763. Vitam placidam ac pacatam degere Lucret. 5, 1121. Vnda placidissima Tibridis Ouid. Fast. 1, 241. Vndis placidus natare Idem Met. 13, 899. Vrbes placidae, Expertes tumultus bellici Virg. Aen. 7, 46. Vultus Claud. Conf. Prob. et Olyb. 118. Vultu placido videre aliquem Tibull. 2, 4, 59. Compar. Gradus placidiores Vitr. 9, 4. Nihil placidius aut quietius Liu. 3, 14. 40

PLACIDVLVS, a, um. Dimin. Idem. Cinis vbi placidula super a vigeat Aufon. Parental. 27, 3.

PLACIDE. Adu. [*ἡσυχῆς, ἠσυχῆτος*] Quiete, sine tumultu. Plaut. Bacch. 4, 4, 56. Accepta est placide oratio Liu. 2, . . . Accubare placide Plaut. Most. 3, 2, 167. Agere aliquid placide et otiose Idem Poen. 3, 1, 42. Amplecti placide aliquid Virg. Aen. 5, 86. Aperire placide forem Plaut. Bacch. 4, 7, 35. Currere placide Id. Rud. 4, 8, 10. Exquirere placide Idem Merc. 1, 1, 55. Cic. Tusc. 2, 58 c. 24 Veruntamen dolorem suum nemini impertiebat: Praetoris iniurias tacite, hospitis placide Ferendas arbitrabatur. Ferre placide iniuriam Cic. Verr. 2, 84 c. 34. Ire Plaut. Pseud. 1, 3, 14. Loqui placide sedateque Cic. in Orat. 92 c. 27. Pultare fores placide Plaut. Men. 1, 2, 65. Sequi placide aliquem Idem Mil. 4, 6, 5. Regere feruidam mentem, et placide tractare Sen. Med. f. 7. Viuere placide Ouid. Amor. 2, 9, 24. Compar. Quo plebem in magistratu placidius tractarent Sall. Cat. c. 39. Superl. Promiferas placidissime Augustin. Conf. 6, 1.

PLACIDITAS, atis, f. [*ἡσυχῆσις*] Gell. 13, 21, (22) extr. ex commentario Seruiliū Claudii, Nerio dictum quasi Neirio, hoc est sine ira, et cum placiditate: vt eo nomine mitem, tranquillumque fieri Martem precemur. Varro de R. R. 2, 1 In queis primum non sine causa putant oues assumtas et propter vtilitatem, et propter placiditatem. Vid. Lactant. 6, 15. Placiditatis homo iucundae Ammian. 29, 1 extr.

PLACIDO, are. Placidum reddere. Ambros. de Virgin. 3 Vbi cursus suos ab equorum perturbatione placidauerit. 65

PLACO, are. [*ἡσυχῶ, ἡσυχῶσαι, ἡσυχῶν, ἡσυχῶσαι*] Mitem ac placidum facere, sedare, tranquilliorum facere. Ter. Heaut. 5, 4, 21 Neque quod principium inueniam ad placandum, scio. Pacem animis affert, et eos quasi concordia quadam placat ac lenit temperantia Cic. de Fin. 1, 47. Idem in Catil. 2, 17 c. 8 De his, qui dissimulant, qui Romae remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus: quos quidem ego, si villo modo fieri posset, non tam vlscisci studeo, quam sanare, et ipsos placare Reipubl. Cic. Philipp. 7, 24 Iam vero ipse se Placabit et leniet prouinciae Galliae, a qua exclusus et repudiatus est. Sibi aliquem placare Cic. Fam. 13, 1. Aequora tumida placat Iuppiter Virg. Aen. 1, 146. Animas placare paternas est honor et tumultis Ouid. Fast. 2, 533. Cic. Philipp. 10, 6 Quamobrem collige te, placaque Animum aliquando et mitiga. Nunquam is Animo placari potuit in eum Nep. 16, 5, 2. Animos iudicum Cic. pro Font. Cyllenius tauro niueo placatur Sil. 3, 219. Di superi carmine placantur Hor. Epist. 2, 1, 138. Cic. de Nat. Deor. 3, 15 Tu autem etiam Deciorum deuotionibus placatos Deos esse censet. Deos placant Galli hostiis humanis Cic. pro Font. 36. Deos ture Hor. Carm. 1, 36, 2. Diuos placavi sanguine Idem Serm. 2, 3, 206. Ouid. de Arte Am. 3, 653 Munera (crede mihi) placant Hominesque deosque. al. Capiunt. Ieiunia ventris voracis placare, Famem sedare Idem Met. 15, 74. Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Impius ne audeto placare donis Iram deorum. Iram deum sacris Ouid. Met. 10, 399. Iras discordiasque nostras inter nos Cic. de Arusp. Resp. 46 f. extr. Lares ture et horna, fruge Hor. Carm. 3, 23, 3. Numina deorum Ouid. Fast. 1, 171. Per tale sacrum Numen placabitur Idem Met. 13, 46. Obiurgatores beneuolos Cic. de Nat. Deor. 1, 5. Odia improborum Idem pro Domo 44 c. 17. Ventrem esca placavit iratum Hor. Serm. 2, 8, 5. Ventos sanguine Virg. Aen. 2, 116. Verbis supplicibus aliquem Ouid. Fast. 4, 155. Non est placandi spes mihi nulla dei Idem Trist. 5, 8, 22. Ira placanda iudicis Tibull. 4, 1, 47. ¶ 2 Sine respectu ad iram. Hor. Carm. 1, 36, 2

Et ture et fidibus iuuat  
Placare, et vituli sanguine debito  
Custodes Numidae deos:  
Qui nunc Hesperia sospes ab vltima, etc.

Hic (ait Acron) non irata aut mitigare, aut reconciliare numina parat, sed aut grates referre, aut vota persolvere. Propitii enim dei reduxerunt Numidam sospitem. Placare (inquit Porphyry) pro eo, quod

est Gratiam referre intelligendum, non ut placari irati dicuntur. Quum enim Numidam dicat sospitem rediisse, apparet eum deos propitios et ante sacrificia habuisse. Custodes autem pro conseruatoribus accipiamus. *Haec ille. Ascens. sic exponit: Placare, i. Placidos, et (ut dicunt) contentos facere, quia dum diis vouemus, non sunt placati donec vota reddiderimus. Propterea dixit debito, scilicet ex voto.*

PLACANS, antis. Particip. Cic. de Diuin. 2, 63 c. 30 Aurigeris diuim placantes numina tauris. Carmina placantia manes Valer. Argon. 3, 408.

10 PLACĀTVS, a, um. Particip. [*ἐξίλασθεις, ἐυίλατος*] Plin. 12, 18 Nec minus propitii erant mola salsa supplicantibus, immo vero (ut palam est) placatiores. Qu. Cic. de Petit. Consul. 36 Quibus propter aliquod officium necessitudinis affuturum negaris, tamen ii possunt abs te placati, Aequique discedere. *Contraria: Cic. Att. 6, 2 In hac*

15 autem peregrinatione, militiae nostra saepe Incensum ira vidi, saepe placatum. Idem ibid. 5, 1 Nihil tam vidi Mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in sororem tuam. Cic. Tusc. 5, 16 Animi Quietus et placatus status cernitur, quum perturbatio nulla est, qua moueri queat. Idem pro Marcell. 18 Ut mihi quidem videantur

20 dii immortales, etiam si poenas a Pop. Romano ob aliquod delictum expetuerint, qui ciuile bellum tantum et tam luctuosum excitauerunt, vel placati iam, vel etiam Satiati aliquando omnem spem salutis, ad clementiam victoris et sapientiam contulisse. Deus placatus Ouid. Trist. 1, 3, 40. Deos placatos pietas efficit et sanctitas Cic. Off. 2, 25

25 II c. 3. Gurgis Valer. Argon. 4, 338. Maria Virg. Aen. 3, 69. Mens Lucret. 5, 1102. Ore placato annuit Ouid. Met. 14, 593. Procilla Propert. 1, 17, 7. Res placatae et minime turbulentae Cic. in Orat. 63. Sepulcra Ouid. Fast. 2, 33. Cic. de Fin. 1, 71 Ut omnes bene sanos in viam placatae, tranquillae, quietae, beatae Vitae

30 deduceret? *Compar. Placatiore dea Plin. 2, 63. Liu. 2, 60 Placatiore patribus exercitus rediit. Sic Placatiore eo et sua et regis spe inuento Idem 37, 45. Superl. Cic. Tusc. 1, 97 c. 41 Quies placatissima.*

PLACĀTE. Aduerb. [*ἀταράκτως*] Inturbate. Cic. Fam. 6, 1 Omnia humana placate et humane feramus. *Compar. Idem Fam. 6,*

35 13 Sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie remissius, et placatius ferre. PLACATIO, ōnis. f. [*ἐξίλασμα*] Cic. Tusc. 4, 60 c. 28 Sed omnis eiusmodi perturbatio animi placatione abluatur. Deorum immortalium placatio Idem de Nat. Deor. 3, 5 c. 2.

PLACATOR, oris. m. *Vnde*

40 PLACĀTRIX, icis. f. Saluian. de Gubern. Dei 3 p. 57 Ecclesia esse debet placatrix Dei.

PLACATORIVS, a, um. Adi. Tertull. de Patient. c. 13 Afflictatio carnis hostia Domino placatoria.

PLACABILIS, e. Adi. [*ἐξίλασθς*] *Quod facile placatur.* Cic. Verr. 2, 95 c. 38 Hic qui Romam venisset, satisque feliciter anni iam aduerso tempore nauigasset, omniaque habuisset aequiora et placabiliora, quam animum Praetoris atque hospitis, rem ad amicos suos detulit. Idem in Orat. 34 Ut eos ipsos, quos contra statuas, Aequos placabilesque dimittas. *Legitur et Placatos. Contraria: Aucl. ad Heren.*

50 4, 50 Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem praebes. *Contraria: Cic. Att. 1, 14 Si ita statueris, et irritabiles animos esse optimorum saepe hominum, et eosdem placabiles, etc. Quo quisque est maior, magis est placabilis irae Ouid. Trist. 3, 5, 31. add. Virg. Aen. 7, 764 et 9, 585. Hor. Epist. 1, 20, 25. Praebere se placabilem alicui Cic. Att. 10, 13.*

55 Ingenium placabile ad preces Liu. 4. Ira deorum Ouid. ex Pont. 1, 9, 23. Numen solet fieri placabile. Idem Trist. 2, 141. Omnia aequa et placabilia habere Cic. Verr. 2, 95. *Compar. Eo placabiliorem se praebere Idem Att. 14, 3. Tac. Ann. 3, 18, 2 Pudore absolutae Plancinae placabilior.*

60 valet. Ter. Phorm. 5, 7, 68 Quod ipsa ex aliis auditura sit, id nosmet indicare placabilius est. Ter. Adelph. 4, 3, 17 Quapropter te ipsum purgare ipsis coram, placabilius est. *Sic Sacrificium placabile Laetant. Inst. Epit. 6, 14. Hostiae placabiliores Idem 4, 28, 7.*

PLACABILITAS, atis. f. [*τὸ ἐυίλατον*] Cic. Off. 1, 88 c. 25 Nihil enim laudabilius, nihil magno et praeclearo viro dignius placabilitate atque clementia.

PLACABILITER. Adu. Gell. 7, 3 Iudices conciliandos esse ac propitiandos laudabiliter ac placabiliter, et leniter existimationi salutique eius, qui apud eos accusatus est.

70 PLACĀMEN, inis. n. [*ἱλασμός*] *Quo quis placatur.* Liu. 7, 2 Et quum vis morbi nec humanis consiliis, nec ope diuina leuaretur, victis superstitione animis, ludi quoque scenici, noua res bellicoso populo (nam Circi modo spectaculum fuerat) inter alia caelestis irae placamina institui dicuntur.

75 PLACAMENTVM, i. n. Idem. Deorum placamenta Plin. 8, 47. Tac. Ann. 15, 44, 3. Irae hostilis placamenta Idem Hist. 1, 63, 4.

PLACIA, ae. f. Mysiae oppidum, iuxta Cyzicum, Milesiorum oppidum, ut scribit Plin. 5 c. vlt.

PLACIDEIANVS, seu PLACIDIANVS, i. m. Gladiator praestantissimus, ut ex Lucilii versibus apparet, quos profert Nonius Marcellus 4, 62 in declaratione verbi Compono. *Versus sunt hi:*

Samnis spurcus homo vita illa dignus locoque,  
Cum Placideiano componitur? optimus longe  
Post homines natos gladiator qui fuit vnus.

85 Eundem commemorat Cic. ad Qu. Fratr. 3, 4 et pluribus aliis locis. Meminit huius et Hor. Serm. 2, 7, 97 Aut Placideiani contento poplite miror Praelia, etc. *Sic etiam Bentl. al. Pacidianus, v. v.*

PLACĪTIS, idis. f. [*πλακίτις*] *Cadmiae species, quae velut fuligo quaedam, aut fauilla in fornacibus aerariis parietibus adhaeret: nam propter sui grauitatem, ad testudinem euolare non potest. Dicta Placitis ab eo, quod speciem referat crustae, quam Graeci πλακίτιον vocant. Vid. Plin. 34, 10 f. 22.*

PLACVSIAE, vid. PLAGVSIAE.

PLĀGA, ae. f. [*πληγή*] Percussio, vulnus. Ter. Eun. 2, 2, 13 Neque plagas pati possum, ut parasiti. Cic. Verr. 5, 162 Caedebatur virgis in medio foro Messanae ciuis Romanus, Iudices, quum interea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri inter Dolorem crepitusque plagarum audiebatur, nisi haec, Ciuis Romanus sum. Nodi plagarum, *Tubera ex plagis Stat. Theb. 4, 73 de Tauro. Expertia plagarum corpora Lucret. 3, 813. Cic. Fam. 9, 16 Haec leuior est plaga ab amico, quam a debitore. Ex retuso telo plaga Cels. 5, 26. Altae plagae, Profundum vulnus Senec. Oedip. 346. Exigua Cels. 5 c. vlt. de phygetblo. Luculenta, vid. LVCVLENTVS. Lunata Cels. 7, 26 a forma. Odiosa, vid. ODIVM. Cic. Tusc. 2, 56 Pugiles*

100 etiam quum feriunt aduersarium, in iactandis caestibus ingemiscunt:

non

non quod doleant, animoue succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga Vehementior. Cic. Tusc. 2, 41 Qui bene instituti sunt, Accipere plagam malunt, quam turpiter vitare? Id. de Nat. Deor. 1, 70 Grauiorem enim plagam Accipiebat, vt leuiorem repelleret. Add. Id. pro Sext. c. 19. Adhibere plagas, vid. ADHIBEO. Consumere hostem plagis Hor. Epist. 2, 2, 97. Dissoluere corpora valida plaga Lucret. 3, 819. Domare corpora plagis Id. 2, 1143. Cic. in Orat. 228 Sic oratio, nec plagam grauem facit, nisi etc. Celsus 7, 19 Plaga facta deorsum versus subest. Ferre plagam Virg. Aen. 10, 797. Cic. pro Flacc. 10 65 c. 27 Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Columel. 4, 29 Ne quum scalpro factum fuerit iter sirculo, plus iusto plaga hiet. Imponere plagam sanabilem mortiferam alicui Cic. pro Sext. 44 c. 19. Id. in Vatin. 20 c. 8 Si ad caetera vulnera, quibus putasti Rempubl. deleri, hanc quoque mortiferam plagam Infixisses. Ingerere plagas Apul. Met. 9 p. 222. Cic. pro Muraen. 48 c. 23 Illa plaga est Iniecta petitioni tuae maxima. Internectere effiantes (recentes et velut spirantes) plagas Stat. Theb. 8, 168. Leuare plagam ferro Columel. de Arb. 8, 2. Obducere plagam limo, vid. OBDVCO. Hac ille Percussus plaga Nep. 18, 5, 1. Cic. Fam. 9, 16 Gladiatores, aut perditii homines, aut barbari quas plagas Perferunt? Conf. Id. Tusc. 2 c. 17. Perentus plagis vitulus Virg. Georg. 4, 301. Praebere corpus plagis Ouid. de Nuce 171. Sedere plaga dicitur, apud Eund. Met. 3, 88. Succumbunt externis omnia plagis Lucret. 2, 1140. Suere plagam Cels. 5, 26. Vulnerari aliquot plagis Nep. 18, 4, 2. Incisio arboris. Plin. 12, 25 Succus e plaga manat. Sic Hi at plaga, Leuare plagam.

PLAGAE, arum. f. *κωνηγετικὰ λυα* Gloss. Lat. Graec. *σάλπιγξ τῶν δικτύων αἱ σαύεις*, plagae; singulare non habet Gloss. Graec. Lat. Sic dicuntur Retia rariora, ad capiendas feras. Cic. Off. 3, 68 c. 17 Suntne igitur insidiae, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agiturus? Virg. Aen. 4, 131 Retia rara, plagae, et lato venabula ferro. Seruius in hunc locum scribit, Plagas proprie Funes illos dici, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem. Aucupes, et plagae Vlpian. in l. Quaesitum §. Si in agro D. de fund. instruct. Densae plagae Hor. Carm. 3, 5, 32. Dispositae Senec. Thyest. 491. Nodosae Ouid. Fast. 6, 110, quia nodis necluntur retia. Rarae Senec. Hippol. pr. Ambire siluas plagis nexilibus Ouid. Met. 2, 499. Cadere in plagas Ouid. de Arte Am. 3, 428. Sepirc saltum plagis Lucret. 40 5, 1250. Tendere plagas, Disponere retia Ouid. de Arte Am. 1, 270. Trudere apros in obstantes plagas multa cane Horat. Epod. 2, 32. Per translationem. Cic. in Verrem 5 c. 8 Si mehercules (id quod fore intelligo non posse) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi, ac ratione explicaris: in illas tibi maiores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me, superiore ex loco confici et concidi necesse est. Coniicere se in plagas, vid. CONIICIO. Iaci in plagas amoris Lucret. 4, 1140. Cic. Acad. 4, 147 Quum plus vno verum esse non possit, iacere necesse sit tot, tam nobiles disciplinas, quam de oculorum sensuumque reliquorum mendaciis, et de sorte, aut pseudomono, quas Plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. ¶ 2 Plaga, priore similiter correpta, [*ζώνη ἑρπυρία καὶ ἴρις*] Gloss. Lat. Gr. Caeli vel terrae regio, in quantum non spatia metimur, sed lineam et directionem modo indicamus. Clima Graece dicitur, quo nomine speciatim etiam illos, quos Parallelos Geographi vocant, intelligunt, quibus vicinia Polorum hinc, hinc Zona torridae indicatur. Sic plane Virg. Aen. 7, 226 Et si quem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui. Plin. 16, 2 In eadem Septentrionali plaga Hercyniae siluae. Caeli plagas scrutari Cic. de Diuin. 2, 30 c. 13. Ex Poeta. Oculis Caeli rimari plagas Varro ap. Non. 4, 361. Tidemque plagae tellure prenuuntur Ouid. Met. 1, 48. Quas in Caelo Zonas vocat, iis in Tellure plagas respondere docet. Sed sunt tamen etiam caelestes plagae Ouid. Met. 12, 40. Cic. de Fato 22 Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et Plagam, quum declinat atomus interuallo minimo: id appellat *ἐλαχιστον*. Mundi plaga Senec. Herc. fur. l. 13. Aetheria Virg. Aen. 1, 398. Ardens plaga, Regio ardentior Africae Claud. in Eutrop. 1, 179. Diuitis arva plagae Valer. Argon. 1, 511. Feruida Senec. Herc. Oet. l. 9. Intelligit Zonam torridam. Lactea caeli Stat. Silu. 1, 2, 51. Marmorata plaga ingenti dorso Id. ibid. 4, 3, 96. Intelligit Viam stratum marmoribus. Loquitur enim de via Domitiana. Mitis Sil. 1, 213. Solifera plaga, Plaga Orientis Senec. Herc. Oet. l. 2. ¶ 3 In vestium quoque, certe in vestis stragulae genere est Plaga. Non. 14, 5 Plagae, grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lectuariam sindonem dicimus, quarum diminutium est Plagulae. Varro, Chlamydes, plagae, vasa aurea. Id. Non. 4, 361 (edit. Gothofr. Nam Mercer. omittit) corrupte, sic tamen, vt aliquid inde discamus, Plaga aliquando pars lecti, aliquando amnis (vid. leg. clauus, cuius nominis totidem sunt lineolae paene perpendiculares, c cum l humili in a coalescere potuit) Pacuu. Atalanta, Et si metuo pietate plaga palam (Haec haud dubie corrupta; sed verum forte, quod addit Nonius) Vt sit plaga, quam nunc dicimus clauum. Varro Prometheo, Eburneis lectis, et plagis figillatis, i. velis, in quibus parua signa intexta vel acu picta, vt belluati tapetes, conf. PLAGVLA n. 2.

PLAGVLA, ae. f. Dimin. Chartae folium. Plin. 13, 12 Docens quomodo fiant chartae, Premitur deinde prelis, et ficcantur in sole plagulae, atque inter se iunguntur. ¶ 2 Proprie vestis stragulae nomen est, de quo vid. PLAGA n. 3. Liu. 39, 6 Luxuriae enim peregrinae origo ab exercitu Asiatico inuecta in urbem est. Ii primum lectos aeratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, et alia textilia, et quae tum magnificae supellectilis habebantur, monopodia et abacos, Romam aduexerunt. Apparet, plagulas esse partem instrumenti luxuriosi, et ad lectos pertinere. Propius designat Sueton. Tito c. 10 Cum (aegrotus) inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis caelum. Ergo veli sunt genus plagulae visum arcentes, ne quis eum, qui lectica fertur, inuitum possit agnoscere. Varietas lecticionis apud Suetonium rem non satis notam librariis fuisse indicat. Non. 4, 361 (Gothofr. Nam Mercer. totum hoc omittit) Laudat Afranii verba corrupta, puto, Palam facito Demea, et plagulam de lecto pellis demitte ordine. Sufficit hic nobis, plagulae et lecti mentionem coniunctam esse. Id. ibid. 2, 131 Laudat locum Varronis, Qui primus vxorem ducebat, duabus culcitis ac duabus toris (leg. toros) plagulis quum strasset. Plagae ergo et Plagulae in re vestiaria sunt textilia quaedam quadrata vt videtur, oblonga: vnde plagulas quoque chartarum nomen inuenisse autumo. Denique obseruamus, Vlpian. 105

l. 23 § 2 de auro, argento, mundo inter Muliebria vestimenta, quae matris familiae causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, referre plagulas, forte velamenta tenuia capitis.

PLAGO, ãre. Percutere. August. de Ciu. Dei 21, 11 Lacessiuit dominum vel plagauit. Vid. Vet. Schol. in Iuuen. Sat. 6, 652 et 13, 113 Mars quum plagatus esset a Diomette.

PLAGOSVS, a, um. Adi. [πληγώδης] Plagis plenus. Plagosa crura, apud Apuleium 8 p. 210. Dorsum plagosum, apud eundem 9, p. 222. Ab Horatio Plagosus dicitur Orbilius grammaticus, qui saepe plagas infert, Epist. 2, 1, 69

Non equidem insector, delendaque carmina Liuï

Esse reor, memini quae plagosum mihi paruo

Orbiliu dictare. Hinc est illud Domitii Marfi,

Si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit. Vid. Sueton. de

15 Clar. grammat. c. 9.

PLAGIATOR, òris. m. Idem qui Plagosus. Hieron. Epist. 6 Magistrum pueri tui plagiatores eius esse, non dubium est, vid. infra PLAGIUM.

PLAGIGER, ãra, ãrum. Adi. [πληγοφόρος] Ad ferendas plagas quasi na.us. Plaut. in Pseudol. 1, 2, 20 Plagigera genera hominum.

PLAGIGERVLVS, a, um. Adi. Idem. Plaut. Mostell. 4, 1, 19 Peculi sui prodigi plagigeruli.

PLAGIOSIPPVS, i. m. Cognomen, quo exempli causa forte a se ficto utitur. Auctor ad Herenn. 4, 42 c. 31, vid. Turneb. Aduers. 20, 25.

PLAGIPATIDA, ae. m. Qui plagas pretio intercedente patitur Plaut. Most. 2, 1, 9. et Capt. 3, 1, 12 ubi etiam Laconas vocat.

PLAGIUM, i. n. Crimen, quo quis sciens liberum hominem, aut alienum mancipium, dolo malo vendit, emit, donat, celat. Vid. Icti ad L. Fabiam de plagiariis. Sic l. 5 §. 2 Dig. de re militari, Si plagium factum, vel adgressura, vel abigeatus, vel quid simile accesserit. Hinc vulgo vocant Literarium plagium, Quo quis, quae mittit in vulgus, ex aliorum libris decerpens, horum tamen, e quibus profecit, dissimulato nomine, videri vult e suo peperisse ingenio, quae aliis clam subtrahit, vid. Iac. Thomafius de Plag. Liter. § 2 Plagium pro Reti dixit Gratian. Cyneg. v. 24. Et persequar artes Armo-

rum, casses plagique exordiar astus: quam lectionem defendit Barth. b. l. et Vlit. ad Nemes. Cyneg. 300. Sed tamen Burmann. edidit, Cas-

40 fcsque, plagarumque ordiar astus. PLAGIARIVS, i. m. [ἀνδροποδιστής] Qui liberum emit, vel vendit. Item qui seruo aut seruae persuadet, ut a domino dominatue fugiat: vel eum eamue inuito vel nesciente domino celat, vincitum habet, emit vel vendit. Lex ipsa, Plagiaria [δολοπραΐα] Crimen, Plagium vocatur. Callistratus in l. 6 Non statim D. Ad legem Fab. de Plagiariis, Seruos alienos qui sollicitauerit, aut interceperit, crimine plagii quod 45 illi intenditur, teneatur necne, facit quaestionem. Cic. Q. Fratr. 1, 2, 2 Licinium plagiarium cum suo pullo miluino tributa exigere. Mox patrem et filium vocat. Libellorum fur: Martial. 1, 53 Impo-

50 nes plagiario, pudorem. PLAGIATOR, òris. m. Idem. Tertull. adu. Marc. 1, 23 Talis assertor damnaretur in saeculo, nedum plagiator. Isidor. 10 Plagiator ἀπὸ τῆς πλαγίης h. e. obliquo, quod non certa via gradiatur, sed pelliciendo dolis.

PLAGVSIA, ae. f. Genus piscis. Plaut. Rud. 2, 1, 9 Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam, musculos, plagusias, 55 striatas, etc. Malum viri docti Placusias, vid. CONCHA.

PLANARATVM, i. n. Vomeris Gallici genus sic appellatur. Plin. 18, 18, f. 48. Hard. legi mallet plaustrarati. Verba sunt: Non pridem inuentum in Rhaetia Galliae, ut duas adderent alii rotulas, quod genus vocant planarati. Plaustraratum itaque fuerit machi- 60 na e plaustro et, aratro composita.

PLANARIA, ae. f. Vna ex fortunatis insulis, a specie dicta Plin. 6, 32.

PLANARIVS, vid. PLANVS.

PLANASIA, ae. f. [Πλανασία] Insula est in mari Tyrrheno, 65 non longe ab Ilua Plin. 3, 6.

PLANCA, ae. f. [πλάξ] Tabula plana, a planitie ita appellata. Fest. Paulli, Plancae dicebantur tabulae planae, ob quam causam et Planci appellantur, qui supra modum pedibus plani (f. planis) sunt. Plin. 8, 43 Nec pontes afini transeant, per raritatem plancarum translucentibus fluuiis. Legitur et, Per raritatem eorum, sic Hard. Pal- 70 lad. de R. R. 1, 21, 2 Plancae roboreae. vid. Gronou. Obseru. Eccl. c. 20 p. 221.

PLANCTVS, vid. PLANGO.

PLANCVS, i. m. [πλατύπους] Gloss. Lat. Gr. Festus voce Plancae. Qui supra modum planis pedibus est, qui pedes imos graciles habet, planosque aequaliter, quasi tabellas, quae plancae vocantur. Plin. 11, 45 Vola homini tantum, exceptis quibusdam. Namque et hinc cognomina inuenta Planci, Plauti, etc. § 2 Plan-

80 cus [Aristoteli πλάγκος] est Aquila tertii generis, Morphnos, Homerus et Percnon vocat, aliqui et Plancum, et aliqui Anatariam: secunda magnitudine et vi, huicque vita circa lacus. Haec ex Plin. 10, 5.

PLANCIANVS, a, um. Adi. ex nomine proprio, (quod saepe fit) attributum confictum. Plancianum S. C. de liberis agnoscendis l. j. 85 §. Eleganter de lib. agnoscend. in P.

PLANE, vid. PLANVS.

PLANETA, ae. m. ἀπὸ τῆς πλάνης, id est ab errore, πλανήτης, id est erraticus et vagus. Nempe Latini vocant Sidera Errantia, et Erraticas 90 stellas, Saturnum, Iouem, reliquas etc. vid. Plin. 3, 8. Nigidius Errores appellat ap. Gell. 14, 1. Vnde Virg. Georg. 1, 337. de Mercurio, Quos ignis caeli Cyllenius erret in orbis.

PLANETARIVS, i. m. Astrologus. August. Confess. 4, 3 Illos planetarios, quos mathematicos vocant, consulere non desistebam.

PLANETICVS, a, um. Adi. Sidon. Epist. 8, 11 Planeticorum siderum globus.

PLANGO, xi, ãtum, ãre. [κόπτομαι] Tundere, vel percutere, est enim ab eadem origine, vnde Plaga etc. Ouid. Metam. 2, 584 Plangere nuda meis conabar pectora palmis. Quanto planguntur Litora fluctu Ouid. Her. 19, 121. Laudatur et Lucilius, Plangunt litora 100 fluctus. Humum pectore plangere Ouid. Fast. 1, 578. It. Her. 16, 334. Lacertos suos planxit Ouid. Metam. 9, 636. Conf. Id. Her. 12, 153. Pectora plangere manu Ouid. Amor. 3, 6, 58. Suspensam vestem chartasue volantes plangunt venti per auras verberibus Lucret. 6, 114. § 2 Plangere, [ὀλοφύμεδαι] Plorare et deslere:

105 quia in ipso luctu pectora plangere solemus. Carmine plangere ali-

quem Stat. Silu. 5, 3, 44. Damna sua plangunt coloni Id. Theb. 11, 117. Diuortia planxit magno luctu Claud. in Eutrop. 1, 65. Mortuos Petron. c. 42 et 63. Funera alicuius plangere Stat. Theb. 12, 383. Plangunt litora Virg. Georg. 1, 334. *i. Resonant. Alii legunt* plangit, *i. Resonare facit. Reciproca signif.* Utque suum 5 laqueis — crus ubi commisit volucris, sensitque teneri, Plangitur ac trepidans adstringit vincula motu Ouid. Met. 11, 75. Dumque volunt plangi, per brachia mota leuatae Aëre pendebant Ouid. Met. 5, 675.

PLANGENS, entis. Partic. Agmina plangentia Virg. Aen. 11, 145. *i. Plorantia.* Fluctus saxa plangentes, *i. Verberantes* Lucret. 2, 1154.

PLANCTVS, ūs. m. [κωπερός] Percussio. Lucan. 2, 24 Exigit ad saeuos famularum brachia planctus. Conf. Petron. c. 81 et 136. Lamentatio et luctus. Peruigil planctus Valer. Argon. 3, 359. Stat. Silu. 5, 1, 179 Parce precor lacrimis, saeuo nec concute planctu pectora, nec crucia fugientem coningis umbram Segnes Claud. de Get. Bello v. 273. Tristes planctus Claud. in Eutrop. 2, 301. Dare planctus Senec. Troad. 1. Iterasti ingentes pectore planctus Stat. Silu. 3, 5, 53. Mistus femineo cum planctu clamor Senec. Octau. 6. 20. Populere mollem planctum brachia Stat. Theb. 6, 219. Ponere planctus, Linqere moerorem Senec. Herc. Oct. f. 16. Reddunt tympana planctum Claud. de Rapt. Proserp. 3, 131. Resonat planctus immensas per vrbes Senec. Herc. Oct. 1545. Sonant vno planctu tria regna Id. Herc. fur. f. 12. Vallantur planctibus arae Stat. Theb. 10, 564. 25

PLANGOR, ōris. m. [κῆψις] Percussio. Catul. Argon. 62, 273 Procedunt, leni et resonant plangore cachinni. Praecipiti plangore ruunt Valer. Argon. 3, 275. Sonitus plangoris Ouid. Met. 3, 493. [ὄλοφρημός] pro Planctu et vociferatione. Cic. Philipp. 2, 85 c. 34 Tum diadema imponebas cum plangore populi. Id. in Orat. 131 c. 38 Ut alia in causa excitato reo nobili, sublato etiam filio paruo, plangore et lamentatione compleremus fortun. Sonus plangoris Ouid. Met. 14, 749. Clarus plangor Id. Met. 4, 138. Dare plangorem Ouid. Met. 14, 421. Exit consonus plangor in auras Id. Met. 13, 610. *al. Clangor.* Resonat magnis plangoribus aether 35 Virg. Aen. 4, 668. Sonat domus plangore Ouid. ad Liu. 179. Vluant femineis plangoribus aedes Virgil. Aen. 2, 487. *add. Lucret. 5, 971.*

PLANGUNCŪLA, ae. f. Pupa, α πλαγγών. Cic. Att. 6, 1 extr. Inuentae sunt quinque plangunculae matronarum. Ita legunt Bosius et Lambinus. Sunt nempe πλαγγόνες apud Atticos puppae cereae, ludibria puellarum: Hic imagines amicarum. Illustrat πλαγγόνες Atticorum, et hanc lectionem probat Spanhem. ad Callim. p. 711. Alii Imagunculae. Vulgo Langunculae, vid. AGVNCVLA.

PLANIPES, PLANITIES, PLANITVDO, vid. PLANVS.

PLANTA, ae. f. [ταρσός, πέλμα] Tota pars inferior pedum, digitique et unguis. Plin. 7, 2. Eudoxus in Meridianis Indiae viris plantas esse cubitales: feminis adeo paruas, ut struthopodes appellantur. Lactantius de Opif. Dei c. 13 Plantae quoniam totius operis fundamenta sunt, mirificus eas artifex non rotunda specie, ne homo stare non posset; aut aliis ad standum pedibus indigeret, sicut quadripedes: sed porrectiores longioresque formauit, ut stabile corpus efficerent planitie sua. vnde illis inditum nomen est. Alatae plantae Virg. Aen. 4, 259. de Mercurio. Ancipiti figens vestigia planta Iuuen. Sat. 14, 272. Auerae plantae, vid. AVERTO. Ferratae Claud. de Rapt. Proserp. 3, 389. Laeua Cic. in Arato. Niueae Claud. de Nupt. Honor. 152. Pernices Virg. Aen. 11, 718. Timidae Ouid. Met. 6, 107. Tremulis insistere Iuuen. Sat. 6, 96. Velocis gloria Id. ibid. 13, 98. Volucris Sil. 13, 194. Contingere sidera plantis Propert. 1, 8, 43. Euadere aegra planta lubrica Sil. 7, 611. Hor. Serm. 2, 7, 27 Nec quidquam coeno cupiens euellere plantam. Subterlinere aegri plantas Plin. 28, 7. Tingere celeres plantas aequare Virg. Aen. 7, 811. *i. Mergere.*

Planta, [Φυτόν] de arboribus dicitur Ea, quae transferendi gratia, vel de arboribus rapta, ut ait Seruius, vel ex feminibus est orta: et de herbis quoque dicitur. Generosioris arboris statim cum planta fructus est Quint. 3, 3, 76. quod tanquam falsum displicet eidem. Virg. Georg. 2, 23 Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit sulcis. Plin. 17, 15 Satiuae plantae siluestrium radicibus inferuntur natura sicioribus. Nunc et sinapis et caules optime feruntur vel plantantur Pallad. Mart. t. 9. Mense februario vel plantā vel semine recte ponitur ruta Colum. 11, 3. Feraces Virg. Georg. 2, 79. Tenerae Id. Ecl. 10, 49. Defringere summas plantas ex arbore Id. Georg. 2, 300. Deponere sulcis plantas Id. ibid. 2, 23. Transferre plantas ex seminario in aliud Plin. 17, 11 pr. Planta, quae saepius transfertur, non coalescit s. conualescit Sen. Ep. 2. Proprie autem plantae sunt, quae cum radicibus transferuntur Pallad. Apr. 2, 3. Sed tamen pro ramo etiam ponitur v. g. Varr. R. R. 1, 55, 3 Plantam de ramulo secum defert olea de percussione aduersa. Add. Col. 5, 10, 6 Vbi etiam pro ramo minore ponitur. Sic plantae et rami synonyma sunt Col. Arb. 20, 2. Plantae, Semina olerum, quod plana sunt: et appellantur etiam ex simili plantae nostrorum pedum. Paullus Fest.

PLANTARIVM, i. n. [Φυτευτήριον] Ipsa planta in terra nata, quae cum radicibus transfertur de vno loco ad alium: ut ait Seruius. Virg. Georg. 2, 27 Siluarumque aliae pressos propaginis arcus Exspectant, et viua sua plantaria terra. 85

¶ 2 Metaph. pro Pilis Perf. 4, 39 Quinque palaestritae licet haec plantaria vellant, etc. b. e. Exstirpent et eradicent hos pilos, qui tanquam plantae ex terra, sic ex cute pullulant. ¶ 3 Collectiue Plantarium est Plantarum locus. Plin. 17, 14 Quaedam in plantario insita eodem die transferuntur. Id. 13, 4 Ergo plantaria instituunt. Plantaria facito ab exoriente luna Colum. de Arbor. c. 3. *i. seminaria.*

PLANTARIVS, a, um. Adi. [Φυτευτήριος] Ad plantationem pertinens. Laudabant Colum. 5, 9, 8 Antequam plantarias arbusculas effodias solo, rubrica notato partem eius, quae Meridiem spectat. Nunc vero ex emendatione Victorii legitur: Ante quam explantes arbusculam, rubrica notato, etc. 95

PLANTĀRIS, e. Adi. [πιδματικός] Quod est plantae pedis, siue quod pertinet ad plantam pedis. Stat. Theb. 1, 304 Summa pedum propere plantaribus illigat alis. De Mercurio. ¶ 2 Plur. Substant. Exigui lactus plantaribus horti Iuuenal. 13, 123. *i. viridibus, quae plantata sunt.*

PLANTĪGER, ēra, ērium. Adi. [Φυτοφόρος] Plantas gerens: ut, Plantigeræ arbores, Quae ex se pullulando plantas emittunt. Plin. 13, 8 Siliqua plantigera est in inis partibus. 105



PLANTO, Ære. [*Φυτεύω*] *In terra deponere plantam s. ferere, ut crescat.* Plin. 17, 10 Hoc modo plantantur Punicæ conf. Pallad. in Planta.

PLANTATIO, ðnis. f. [*Φυτεία*] Plin. 21, 4 Vnde accolæ 5 transferentes conferunt, ipsaque plantatione proficiunt.

PLANTATOR, ðris. m. August. Epist. 112 Plantator et rigator. add. Prosper de Ingratis c. 20.

PLANTAGO, ðnis. f. [*ἀρνόγλωσσον*] Plin. 25, 8 Celebravit et Themison medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam inuentor, 10 volumine de ea edito. Duo eius genera. Minor angustioribus foliis et nigrioribus linguae pecorum simillimis, caule anguloso, in terram inclinato, in pratis nascens: altera maior, foliis laterum modo inclusa: quæ quia septena sunt, quidam eam Heptapleuron vocauerunt. Huius et caulis cubitalis est, et napi similis. Nasitur in hu- 15 midis multo efficacior. Vis mira in siccando, densandoque corpore, cauterii vicem obtinens. Vititur etiam Scribon. 158. Et Succus vel semen plantaginis Id. 31. 83.

PLANVS, i. m. [*πλάνος*] *Impostor, deceptor.* Gell. 16, 7 Commemorat inter verba inusitata, quibus vsus sit Mimus Laberius, atque 20 significare Sycophantam. *Budæus, Impostores a Graecis etiam plani dicuntur, sed certi cuiusdam generis impostores, insigni versutia praediti: quo vocabulo potius quam Latino Cic. pro Cluent. 72. vsus est, Hic ille planus (inquit) improbissimus, quaestu iudiciario pastus, etc.* Hor. Epist. 1, 17, 59. Nec semel irrisus triuivis attollere curat Fracto crure 25 planum, etc. *Planus (ut in hunc locum ait Acron) nomen est hominis, qui solebat multos sic fallere, in quorum vehicula voluisset tolli, ut fingeret se crus fregisse: qui quum postea vere genu fregisset, et idem rogasset, non est ei creditum. Eustathius Homeri interpres in Odyf. sic inquit, (interprete Budæo) Planus est qui artem quandam proficitur imponendi etiam spectantibus, quales fuerunt Ciphissodorus 30 et Pantaleon, et Matreas apud Alexandriam. Huiusmodi autem impostores in deliciis olim regum fuisse, ex Plinii verbis conicere licet 35, 10 Non fuerat (inquit) Apelli gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemaeo, quo regnante Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato 35 fraude aemulorum plano regio inuitatus, ad regis coenam venit: indignantique Ptolemaeo, et vocatores suos ostendenti, ut diceret à quo eorum inuitatus esset, arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete delinxiuit, agnoscente vultum plani rege ex inchoato protinus.*

40 PLANVS, 2, ium. Adi. [*ἐπίπεδος, ἰσόπεδος, πεδινός, ὁμαλός*] *Cuius figura aequalis, nusquam neque eleuata, neque depressa est.* Cic. de Vniuers. 13 Quod si vniuersitatis corpus planum et aequabile explicaretur, neque in eo quidquam esset requisitum. Martial. 4, 64 Et planus modico tumore vertex. Cic. de Nat. Deor. 2, 47 Quum duæ 45 formæ praestantes sint, ex solidis globus (sic enim sphaeram interpretari placet) ex Planis autem circulus aut orbis. *Ager planus, i. campus.* Varro de L. L. 4, 4 p. 11, 7 Quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus dictus. *Aditus planior, h. e. Faciliior et 50 patientior* Liu. 34, 29. *Area planior* Pallad. 11, 11. *Area planissima campi* Ouid. Met. 15, 297. *Add. Id. 10, 86.* *Campi plani aequora* Lucret. 3, 1015. *Corpus planum et aequabile* Cic. de Vniuers. 13. *Dentes plani piscium* Plin. 11, 37. *Cic. pro Caecin. 50 c. 17 Sed ne aequo quidem et Plano loco.* *Pedis plani aedificium dicitur a Vitruuio, ad differentiam Concamerationis et hypogei 6, 10. 55 ubi neque descensu, neque ascensu opus est.* *Et plano pede ad differentiam contignationum: Add. 7, 1, 4.* *Pisces plani.* Columel. 8, 16, 7 *Limosa regio planum educat piscem, velut soleam, rhombum, passerem.* *Add. 8, 17, 9.* *Plin. 9, 20 f. 36 Marinorum piscium alii sunt plani, ut rhombi, soleae ac passeris.* *Id. 9, 14 Planorum 60 piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet, ut raiae, etc.* *Add. ibid. c. 51 f. 74 etc.* *Spatia plana* Hor. Epist. 1, 7, 41. *Venter planus, Non rugosus* Ouid. Amor. 1, 5, 21. *Via plana* Id. Fast. 5, 836. *Ad planum, ut Ad planum reducere cicatrices, vid. AD.* *De plano, iudiciorum est.* *Paul. de Quaest. in l. 65 Vnius, in fine, Custodiae non solum pro Tribunali, sed et de plano audiri possunt, atque damnari.* *Suet. in Tiberio c. 33 Iudicesque aut e plano, aut e Quaestoris Tribunali admonebat, i. E solo in quo populus stabat.* *Papinian. in l. Miles §. Quidam D. ad Legem Iul. de Adulteriis, De plano quoque libellus dari potest, i. Iudice non se-*

70 *dente, et diebus feriatis.* *De edictis dicitur etiam ex humilior loco suspensis.* *Has ego literas, quas in omnibus pilis atque porticibus, vnde de plano legi possint, instar edicti pendere mandauero* Aufon. in Grat. Act. conf. Cuiac. Obs. 7, 29. *Briss. it. Torrent. ad Suet. l. c. in plano esse, habitare, incolere: in plana deducere vel descendere 75 Flor. 2, 3, 5. 3, 5, 28. 4, 12, 59.* *Aedes in plana submisit* Id. 1, 9, 4. *Verum* Lucret. 1, 412 *Hoc tibi de plano possum promittere Memmi, i. Liquido, et sine dubio, et non multa opera injuncta, magnave cura adhibita.* *Ducta translatio est a praetoribus, qui lites et controversias faciles de plano diiudicabant: difficiles autem atque implicatas e 80 loco superiore, atque e tribunali.* *Vlpian. l. 9 § 3 ff. de Offic. Proconsul. De plano autem Proconsul potest expedire haec: ut obsequium parentibus et patronis, liberisque patronorum exhiberi iubeat: comminari etiam, et perterrere filium a patre oblatum, qui non, ut oportet, conuersari dicatur. Poterit de plano similiter et libertum non 85 obsequentem emendare aut verbis, aut fustium castigatione.* *In plano cadere* Ouid. Trist. 3, 4, 17. *In plana decurrunt arbores, vid. DECURRO.* *In planum deducti* Varro de L. L. 4, 8 pr. *In planum rota versari dicitur a Vitruuio 10, 10 ut differat ab ea, quae in cultrum versatur. Ea autem rota in planum versatur, cuius axis perpendiculariter situs est: in cultrum vero versatur ea, cuius axis in porrectum collocatus est.*

¶ 2 *Planus, pro Aperto et manifesto aliquando ponitur, quod quae plana sunt, nullum impedimentum habeant, quin vndecumque videri possint.* *Plaut. Perf. 2, 2, 1 Satin' haec tibi sunt plana et certa?* *Narrationes planae sint, breues, euidentes, 95 credibiles, moderatae, et cum dignitate* Cic. in Topic. 97 c. 26. *Hinc Planum facere, [δῆλόν] Declarare; et Rem difficilem aut dubiam soluere, et ante oculos verbis explanare et patefacere.* *Translatio a loco inaequali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit.* *Cic. in Verr. Act. 1, 36 Hoc planum factum est.* *Ibid. 3, 152 Quum planum fieret decumis contra instituta legis, consuetudinemque omnium venditis, etc.* *Quum planum facere multis testibus possim* Cic. Verr. 2 c. 14. *Planiora illa facere* Sen. Ep. 12. *Planiore probatione videtur esse perspicuum* Quinct. 2, 20. *Facile planum, atque probare aliquid* Lucret. 2, 933. *Alia metaphora.* *Cic. pro Flacc. 105 Quem posthac tam amentem 95 fore putatis, qui non illam viam vitae, quam ante praecipitem et lubricam*

bricam esse ducebat, huic planae et stabili praeponendam esse arbitretur? Planam viam facere ad honores quaerendos Plaut. Trin. 3, 2, 19.

PLANE. Adu. [*Φανερός, προδήλως*] *Clare, aperte.* Plaut. Trin. 4, 3, 63 *Satin' ego oculis plane video: estne ipse, an non est?* 5  
 Demonstrare planius Gell. 16, 6. Cic. de Fin. 2, 10 *Memini vero, inquam, sed tu istuc dixisti bene Latine, parum plane.* Expedire aliquid plane et perspicue Id. ibid. 3, 19 c. 5 *extr.* Explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam Cic. Att. 8, 16.  
 Intelligere plane aliquem Id. Fam. 7, 14. *Sic Terent. Heaut. 5, 1, 24* 10  
 Sed te miror, qui alia tam plane scias. Cic. Top. 14 c. 3 *Quo planius accipiatur, i. intelligatur.* Id. de Fin. 2, 15 c. 5 *Epicurus, opinor, me non vult si possit plane et aperte loqui: nec de re obscura, ut physici.* Loqui plane et dilucide Id. de Orat. 1, 144 c. 32.  
 Cic. Philipp. 7, 17 *Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ii, qui plane et Latine loquuntur.* Compar. *Quod tibi ut planius exponam* Cic. Fam. 1, 9. Id. Verr. 1, 94 *Non possum illa planius commemorare, quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis.* Nemo planius eo Locutus est Id. de Orat. 1 c. 61. Varr. de L. L. 7, 22 *extr.* Haec apertius dixissem, nisi brevius eo nunc mallet, quae infra sunt planius usurpanda. Superlat. *Explicare apertissime et planissime aliquid* Cic. Verr. 2, 156 c. 64. Scribi quam planissime illa res potuit Id. Fam. 7, 20. *conf.* Id. Att. 3, 21. ¶ 2  
 Plane, *asseruerantis est.* Terent. Phorm. 5, 2, 6 *Vt sit qui vivat, dum aliquid aliud flagitii conficiat.* G. planissime. D. his nunc praemium est, qui recta prava faciunt. G. verissime. Communi sensu plane caret Hor. Sat. 1, 3, 66. Terent. Phorm. 4, 4, 5 *Opera tua ad restim mihi quidem res rediit planissime.* Cic. Fam. 14, 4 *Vnum hoc scito, si te habebo, non mihi videbor plane periisse.* 30  
 Id. de Clar. Orat. 215 *Nec vero Sulpicio, neque Cottae dicere possumus, neque cuiquam bono oratori, rem vilam ex illis quinque partibus plane atque omnino defuisse.* Plane mane, *vid. MANE, Adverbium.* Cic. de Clar. Orat. 332 *Contine te in tuis perennibus studiis, et effice id, quod iam propemodum vel plane potius effeceris.* 35  
 Eruditus perfecte, planeque P. Crassus Id. ibid. 280 c. 81. *Perspectae res, penitus cognitae planeque* Cic. de Orat. 1, 108. Illud quoque plane quantumvis salubriter et in tempore Sueton. Claud. c. 21.

PLANARIS, e. Adi. *Idem quod Planus.* Mart. Capell. 6 *Planaris figura.* 40

PLANARIUS, a, um. Adi. *Ad planum pertinens.* Viri ad planarios conflictus apti Ammian. 19, 5. Interpellatio l. 4 C. de dilat. *quae de plano fit, non pro tribunali.*

PLANVLA, ae. f. *Dolabrae genus. Sed in Onomast. Vet. redditur ἰγυαπίς.* 45

PLANO, are. Corippus 2, 231 *Ante pedes planate vias.*

PLANESCO, ere. *Planum fieri.* Hilarius in Genes. v. 97 *Planescunt campi.* Totum coget planescere mundum Paullin. Nol. 6, 314. *de Io. Baptista.*

PLANILOQVVS, a, um. Adi. [*Φανερολόγος*] *Qui plane et aperte dicit quod sentit, et libere.* Plaut. Truc. 4, 4, 11 *Planiloqua est: paucis ut rem ipsam attigit!* 50

PLANIPES, edis. [*γυμνόπους, δμαλόπους*] *Actoris genus, qui sine cothurnis, ut tragici, et sine foccis, ut Comici actores, in scenam prodiret.* Diomedes l. 3 p. 487 *Putsch.* Planipedem Graece Mimum ait significare: quod actores planis pedibus, id est nudis intrarent proscenium. Donatus: Planipedia dicta ob humilitatem argumenti eius, ac vilitatem actorum, qui non cothurno, aut focco utuntur in scena aut pulpito: sed plano pede. Vel ideo, quod non ea negotia continet, quae personarum in turribus aut in coenaculis habitantium sunt, sed in plano et humili loco. Planipes, impudica et praetextata verba iacians Macrobius Sat. 2, 1. Gell. 1, 11 *Quid enim foret ea re ineptius, si ut planipedi saltanti, ita et Graeco concionanti numeros et modos, et frequentamenta quaedam varia, tibicen incineret?* Quintil. 5, 11 *Vt Cassius quis istam faciem planipedis senis torquens.* v. h. l. Burm. 65  
 Scalig. ad Fest. *Add. Voss. Instit. Poet. 2 p. 157.*

PLANIPEDIVS, a, um. Adi. *Humilis, ut, Comoedia planipedia Diomed. vid. supra in PLANIPES.*

PLANITIES, ei. f. [*δμαλότης, πεδιάς, πεδίων*] *Loci aequalitas, siue complanatio.* Cic. de Divin. 1, 2 c. 1 *Principio Assyrii, ut ab vltima auctoritatem repetam, propter planitiem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, etc.* Liu. 7, 7 *Duum millium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat.* Postquam prima signa planitiem summam ceperunt, sensitque acies, aequo se iam institisse loco Liu. 9, 31. Aequata agri planities Cic. Verr. 4, 107 c. 48. Aprica Claud. in Eutrop. 2, 270. Circumcisa, *vid. CIRCUMCIDO.* Curvata paruo tumore Claud. de Rapt. Proserp. 2, 102. Lata et diffusa Plin. Epist. 5, 6. Panditur planities, *vid. PANDO.* Vincere cursu planitiem Claud. Conf. Hon. 3, 47. *i. quantumvis spatiosam percurrere.* Speculi planities Lucret. 4, 295. 80

PLANITIA, ae. f. *Idem.* Vitruv. 7, 3 *Planitiae coronarum sunt periculosa.* Quae est in planitia Vitruv. 9, 8. Planitiae aequalitatio *ibid.* *Add. Id. 5, 12 et 8, 7.* Vet. Inscript. *apud Vrsin. in Caes. Bell. Civil. 1, 43 CLIVOM IN PLANITIAM REDIGENDVM.* 85

PLANITAS, atis. f. *Orationis virtus, perspicuitas.* Tacit. de Orat. 23 *Is compositionis decor, sententiarum planitas.*

PLANITVDO, inis. f. *Idem quod Planities, δμαλία* Gloss. Latin. Graec. [*δμαλότης*] *Laudatur Columel. 4, 30, 4 Perticae cacuminum modicae planitudinis; quae tamen dipondiarum orbiculi crassitudinem non excedant, optime panguntur.* *Sed legendum haud dubie, ut legitur, plenitudinis.* 90

PLANITVS. Adu. *pro Penitus posuit.* Tertull. de Pallio c. 4 *Planitus adeantur.* δμαλώς Gloss.

PLASEA, siue PALASEA, ae. f. *Nomen sacrificorum, quod explicat Arnob. 7 p. 230 Bous cauda est plasea, filigine et sanguine delibuta.* 95

PLASMA, atis, et PLASMATVM, i. n. [*πλάσμα*] *Figmentum, proprie figlinum opus, deinde fictum a Poeta, ut Auson. Epist. 10 pr. Si qua fides unquam falsis adhibenda figuris Nec plasma semper allinunt.* Sic suam poemam videtur vocare Agreste plasma Mart. Capell. c. vlt. p. 336. ¶ 2

*Pro quodam genere Potionis voci leniendae et velut fingendae apto: a πλάττω, fingo, compono.* Pers. 1, 17 *Liquido quum plasinate guttur mobile colluerit.* Sic explicat etiam Casaubonus. Sed Turnebus, *Quum Plasma pro Potione nunquam legerit, putat esse quandam vocis* 105

*Fictionem et flexionem, quae quod liquida exeat, colluere guttur videatur. Huius rei fidem, inquit, faciunt verba Theophrasti de Histor. Plant. 4, 12 Caedi ait, tempestiue solitas arundines, usque ad Antigenidam, quum adhuc simplicius tibia vterentur, sub Arcturo mense Septembri. Plin. 16,*

36 Caedi solebant tempestiue vsque ad Antigenidam tibicinem, quum adhuc simplici musica vterentur, sub Arcturo. Simplicem musicam dicit, quum adhuc sine plasmate et delicata varietate canerent. Iterum Theophr. Sed postquam varietas fictioque accessit, (ἐπειδὴ τῆς τῆς πλάσσει μετέθεσσαν) caesura mutata est. caedunt enim nostra aetate, 10 mense Maio, et Iunio, quasi paullo ante solstitium, vel sub ipso solstitio: et fieri viles in trimatu referunt, et breui exercitatione egero, linguarumque disiectu deflecli: quod his necessarium est, qui sonos fingant, et multifariam sistant. Plinius loco ante citato: Postquam varietas accessit, et cantus quoque luxuria. caedi ante solstitia coeptae, et fieri viles in trimatu, apertioribus earum ligulis ad flectendos sonos. 15 Fuerit ergo Plasis et Plasma ipsa fictio flexioque vocis. Quintil. 1, 8, 2 Lectio sit virilis, et cum suauitate quadam grauis, non tamen in canticum dissoluta, nec plasmate, vt nunc a plerisque fit, effeminata. b. e. Inclinacione et flexione non sit delicata. 3 Plasma pro

20 Creato corpore seu creatura ponunt Scriptores Christiani. Prudent. hymno Omnis horae, v. 91 Quid tibi, profane serpens, profuit rebus nouis Plasma primum perculisse. Emancipator seruientis plasmatum Prudent. Cathem. 7, 184. Adde Alcim. Auit. 2, 89. Hinc

25 PLASMO, ãre. Fingere, creare. Hieron. Epist. 61 c. 5 Antequam Adam plasmaretur de terra. Terra ex qua homo primum plasmatum est Tertull. adu. Iud. c. 13. Plasmasse corporis effigiem Prudent. Apoth. v. 869. Et Tertull. de Spectac. c. 23 Illi oculos Deus plasmauit.

30 PLASSO, ãre. Formare. Apic. 2, 1 Exinde ificia plassantur, semel formantur. Sunt ergo eiusdem intellectus. Est Gr. πλάσσω.

PLASMATOR, òris. m. Creator. Tertull. adu. Iudaeos c. 2 pr. Deus vniuersitatis conditor, mundi totius gubernator, hominis plasmatum.

35 PLASTES, ac. m. [πλάστης] Fictor, qui figlinam artem exercet, qui et Figulus dicitur. Plin. 35, 12 Plastae laudatissimi fuere Damophilus et Gorgasius Vellei. 1, 17, 4 Eadem euenisse grammaticis, plastis, pictoribus, sculptoribus. Plastes effingit idolum Tertull. de Idol. c. 3. Conf. Petron. c. 88.

40 PLASTICATOR, òris. m. Idem. Firmic. 3, 16 Inauratores, plasticatores.

PLASTICVS, i. m. Idem quod plastes. Firmicus 7, 25 Si enim Venus sic fuerit inuenta, faciet pictores, plasticos, aurifices. Nempe

45 PLASTICVS, a. um. Adi. Ratio plastica, i. Ars ipsa fingendi Vitruu. 1, 1. Manus plastica, i. Vim habens fingendi Tertull. ad Nationes 1, 12.

50 PLASTICE, es. f. [πλαστική] Fictoria vel figlina ars, qua finguntur imagines ex argilla. Plin. 35, 12 De pictura satis superque: contextuisse his et plasticen conueniat, eiusdem operae terrae fingere ex argilla similitudines. Plura toto capite. Conf. Rhodigin. Ant. Lect. 29, 24.

55 PLATAEAE vel PLATAEAE, arum. f. [ἡ Πλάταια, vel αἱ Πλαταιαί] Celebris Boeotiae urbs, praelio, quo Mardonius Persarum dux a Pausania et Aristide victus est. Stat. Theb. 4, 373 Nuntiat excubiis vigiles arsisse Plataeas. Sic scribendum. Male enim Plataeas editur. Sic etiam 7, 332 Aulida qui Graecamque serunt viridesque Platacas.

60 PLATAEENSIS, e. Adi. Nep. 3, 2, 1 Praelium Plataeense.

PLATAGE, es. f. Insula inter Euboeam et Andrum, quondam Patage, nunc Amorgos appellatur Plin. 4, 12.

65 PLATAEA, ae. f. Auis, quae et Platea dicitur. Vid. paullo post in PLATEA.

PLATANISTA, ae. f. Piscis est in Gange Indiae fluuio nascens, Delphino rostro et cauda similis, sed multo maior: vt qui in longitudinem XV cubitorum excrecat Plin. 9, 15.

70 PLATANISTVS, i. m. [Πλατανιστός] Promontorium est Peloponnesi, non procul a Leprio: cuius meminit Plin. 4, 5.

75 PLATANVS, i. f. [πλάτανος] Arbor late spargens ramis: a πλάτος latum. Aëriae platanus. Olim etiam quarta Declinationis fuisse, docet Virg. Cul. 123 vbi Scaliger ita ex antiquis editionibus restituit. Nam primum prona surgebant valle patentes Aëriae platanus. Idem Georg. 2, 70 Et steriles platani. Pilulae platani Scribon. 2. i. bacc. Vid. Plin. 12, 1. Cic. de Orat. 1, 28 Nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, etc. Alta Ouid. Met. 13, 794. Aurea Cyri Plin. 33, 3 l. 15. Conf. 33, 10 l. 47. vbi Dario tribuit. Caelebs platanus

80 Horat. Carm. 2, 15, 4. Diēla autem caelebs, quia non solet adhiberi ad vites sustentandas, vt vlmus, sed ad umbram comparandam, Lambinus. Genialis Ouid. Met. 10, 94. Sic vocat illam, quod sub ea conuiuari veteribus mos esset. Vnde etiam Virg. Georg. 4, 146 Iamque ministrantem platanum potantibus umbram. Nutans Catull. Argon. 62, 290. Umbrifera Cic. de Diuin. 2, 63 c. 30. Ex Homero. Conf. Hor. Od. 2, 2. Burm. aliique ad Petron. c. 131.

85 PLATANETVM, i. n. [πλατανών] Locus platanis consitus. Gloss. πλατανών, platanetum.

90 PLATANINVS, a. um. Adi. [πλατανινός] Quod ex platano est. Columel. 12, 16 Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis seminietas vvas contegunt.

95 PLATANON, ònis. m. Idem quod Platanetum. Plin. Epist. 1, 3 Quid πλατανών opacissimus. Exornant fictae quae platanona feræ Martial. 3, 19. Add. Vitr. 5, 11. Martial. 9, 48. Petron. c. 126 et 131.

PLATEA, ae. f. [πλαταια] Via latior, fereque militaris, Praetoria, Consularisque dicitur. Ter. Andr. 4, 6, 1 In hac habitasse platea, dictum est Chrysidem. Hor. Epist. 2, 2, 71 Purae sunt plateae: nihil vt meditantibus obstet. Penultima correpta, omisso iota diphthongi. Lampridius in Heliogabalo c. 24 Plateas in palatio strauit Lacedaemoniis et porphyreticis faxis. Concelebrare plateam hy-

100 menaeo, vid. CONCELEBRO.

PLATEA, ae. f. [πτελεπᾶνος] Auis. Plin. 10, 40 Platea nominatur aduolans ad eas (Aues) quae se in mari mergunt, et capita illarum morfu corripit, donec capturam extorqueat. Eadem quum deuoratis se impleuit conchis, calore ventris coctas euomit, atque ita ex iis esculenta legit, testas excernens. Cic. Plateam vocat, de Nat. Deor. 2, 124 c. 49 pr. Legi etiam scriptum esse auem quandam, quae platea nominaretur, eam sibi cibum quaerere aduolantem ad eas aues, quae se in mari mergerent: quae quum emerissent,

105 piscem-

piscesque cepissent, vsque eo premere earum capita mordicus, dum captum illae amitterent, id quod ipsa inuaderet. Eademque haec auis scribitur conchis se solere complere, easque quibus stomachi calore concoxerit, euomere, atque ita eligere ex iis quae sunt esculenta. *Arist. Hist. An. 9, 10 πλακῦνα vocat, quam Cicero Plateam, et Plateam Plinius.*

**PLATEAE**, vrbs. vid. **PLATAEAE**.

**PLATESSAE**, arum. f. *Pisces sunt lasi.* Aufon. Epist. 4, 60 Corroco, letalis trygon, mollesque platessae. *Sic Scalig.*

**PLATICE**, es. f. Firmic. 2, 11 Nunc ad platicen, locorumque 10 definitionem reuertamur. Cael. 19, 4 Platicen appellant eruditiores, tractatum quo vniuersim ac pinguis imbuuntur rudes, informanturque, ut mox partiliter subtexatur doctrinae ratio. *Vid. mox PLATICVS et PLATICE, Aduerbum.*

**PLATICVS**, a, um. Adi. Firmic. 3, 2 Et quamuis quidam putent platicam istam dispositionem esse: discantis tamen ingenium facili institutionis magisterio componit, ne quasi in tenebris constitutus mathematicus, caduca erroris confusione turbetur. Sed licet platice definita haec a quibusdam putentur, partiliter tamen in hoc libro multa dicuntur. *Vtrumque ad aspectum facili exemplo sic demonstro; Si stella aliqua cum prima Arietis parte, orientalem angulum teneat, se ab occasu in hemisphaerium inferius praecipitante, altera cum prima parte Librae, aspectus partilis erit, nimirum a parte simili in aliam partem similem; qui vulgo oppositus dici solet. Si vero ascendente eadem parte Arietis cum sua stella, inueniatur a 25 Librae parte altera stella descendens, quia a prima longiuscule distat et dilatatur, nec a parte in partem radios proicit, aspectus et re et nomine platicus esse censetur.*

**PLATICE**. Adu. Firmic. 2, 16 Sed interim platice: nam paullo post partiliter ostendemus rationem, qua possint loca singula secretis inquisitionibus colligi. Debet enim is, qui instituitur, primum platice institui: ut his apertioribus leuioribusque compositus atque formatus, secretiora deinceps geniturae confidentius consequatur. Idem c. 17 et in fine 23 videre poteris.

**PLATO**, onis. m. [*Πλάτων*] Philosophus, ab humerorum latitudine dictus. *Adeo in omni disciplinarum genere, et praesertim in philosophia excellit, ut diuinus Plato, et philosophorum Homerus, quin Deus, vocatus sit.* Quinct. 10, 1, 81 Philosophorum quis dubitet Platonem esse praecipuum, siue acumine differendi, siue eloquendi facultate diuina quadam et Homericam. Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis confedisent, responsum est, singulari illum suauitate orationis fore Cic. de Diuin. 1, 78. Virum vnum totius Graeciae facile doctissimum Platonem iniquitate Dionysii Siciliae tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiisque esse versatum accepimus Cic. pro Rabir. Post. 23. Quasi deus quidam philosophorum Plato Cic. de Nat. Deor. 2, 32. Deus ille noster Plato Cic. Att. 4, 15.

Diuinus auctor Plato Cic. de Opt. gen. Orat. 17. Doctus Plato Hor. Serm. 2, 4, 3. Exagitator omnium rhetorum Cic. in Orat. 42. Grauius auctor et magister intelligenti et dicendi Plato Cic. in Orat. 10. Princeps ingenii et doctrinae Plato Cic. Q. Frat. 1, 1. Princeps omnium longe, quicumque scripserunt, aut locuti sunt, existit et grauitate Plato Cic. in Orat. 62. Vberior quis in dicendo Platone? Iouem siquidem, aiunt philosophi, si Graece loquatur, sic loqui Cic. de Clar. Orat. 121. Errare se male cum Platone, quam cum aliis bene sentire, ait Cic. Tusc. 1, 39.

**PLATONICVS**, a, um. Adi. [*Πλατωνικός*] Quod est Platonis. Numeris Platonis obscurus. *Proverbialis hyperbole videtur, quam usurpat Cic. Att. 7, 13 Aenigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi. est enim numero Platonis obscurus. Id ideo dictum, quod Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiam, ac veluti nebulas quasdam offundit, praecipue in Timaeo. Nam Pythagoras omnem fere philosophiae rationem ad numeros traxit. De quibus permulta Macrobius in Somnium Scipionis. Philosophi Platonici Gell. 15, 2. Sublimitas Platonica Plin. Epist. 1, 10.*

**PLATONIAE**, arum. f. [*πλατωνίαι*] Columnae. Cassiodor. Epist. 3, 9 In municipio vestro iacere comperimus columnas et lapides — Supra memoratas Platonias vel columnas. Anastasii Bibl. loca laudauit Salm. ad Capitolin. Anton. Pi. 9, qui etiam restitui vult hoc nomen Auctori de Limit. p. 248 Goef. In modum platunae eos posuimus. Sed Goef. coniecit pilae imae.

**PLATYCEROTES**, um. m. [*πλατυκέρατες*] Animalia sunt latis armata cornibus. Plin. 11, 37 Aliorum cornua natura finxit in palmas, digitosque emisit ex iis, vnde platycerotas vocant.

**PLATYCORIASIS**, is. f. *Morbis equorum ita dictus.* Vid. Th. Priscian. 9, 29. et Veget. 2, 16.

**PLATYOPHTHALMON**, i. n. Plin. 33, 6 In iisdem argenti metallis inuenitur, ut proprie dicamus, spumae lapis candidae nitentisque, non tamen translucens, stiumi appellant, alii stibium, alii alabastrum, alii iarbafon. Duo eius genera, mas et femina: magis probant feminam, horridior est mas, scabriorque, et minus ponderosus, minusque radians, et arenosior. Femina contra nitet, friabilis, fissurisque non globis dehiscens. Vis eius adstringere, ac refrigerare, principalis autem circa oculos. Namque ideo etiam plerique platyophthalmon id appellauere, quoniam in callibepharis mulierum dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorum, exulcerationesque. *Vulgus appellat Antimonium.*

**PLATYPHYLLON**, i. n. [*πλατύφυλλον*] Genus tithymali, a latitudine foliorum dictum. Plin. 26, 8. Apul. de Herb. c. 7 et 108.

**PLATYS**, [*πλατύς*] Plin. 26, 8 fin. Nervus qui platys dicitur.

**PLAUDO**, si, sum, ère. [*προστώ, ἐπιπροστώ*] Verbum ex ipso sono fictum significat quacumque percussione et subita collisione strepitum edere: speciatim autem manus subito et cum sono committere, quod vel laetitiae, quoties alicui pro re bene gesta congratulamur, laetitiamque ostendimus, vel derisionis causa fieri solet. Populum Romanum manus suas non in defendenda Rep. sed in plaudendo consumere Cic. Att. 16, 2. Idem Q. Frat. 1, 2 Te curaturum, fumo ut combureretur tota plaudente provincia.

His in theatro plaudebatur Cic. pro Sext. c. 49. Natatu aquas plaudere Stat. Silu. 1, 3, 74. Pennis plausit perdix Ouid. Met. 8, 238. i. Alas concussit. Pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt Virg. Aen. 6, 644. Rostro crepitante plaudit sibi ciconia Ouid. Met. 6, 97. Puluereumque fugax hyppodromon Vngula plaudit Martial. 12, 50. Speciatim, ut diximus, ad gaudii et approbationis significationem pertinet. Plaudere sibi, Sibi blandiri et placere, sua nimium amare Plin. Epist. 9, 14. Nec ipse tibi plaudis, et ego nihil magis ex fide, quam de te scribo. Hor. Sat. 1, 1, 66 Populus me sibilat, at mihi plaudo ipse domi, numos simul ac con-

templor in arca. Habet in istis, quod sibi plaudat Apul. Apol. Plaudite, *verbum addi solitum in fine Comoediarum.* Quinctil. 2, 2.

Hor. in Arte Poët. 154 Si plausoris eges aulaea manentis, et vsque Sessuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat. Cic. de Sen. 70 c. 19

5 Neque enim histrioni vt placeat, peragenda est fabula, modo, in quocunque fuerit actu, probetur: neque sapienti vsque ad PLAUDI-TE viuendum. Quinctil. 6, 1, 52 de Epilogo, Tunc est commouendum Theatrum, quum ventum est ad ipsum illud, quo veteres tragoe- diae Comoediaeque clauduntur, PLAUDI-TE.

10 *va*: Plaudere aliquem, *Cum plausulaudare* Stat. Silu. 5, 3, 140. Plaudere equum, Plausibus excitare, ait Lactant. ad Stat. Theb. 4, 11 Plaudit equos, vocat ad portas, etc. Plaudi, *Passive.* [κροῦσαι] Cic. Att. 13, 42 (44) Populum vero praeclarum, quod propter ma- lum vicinum ne victoria quidem plauditur. i. *Plausu excipitur, pro-*

15 *pter imminens malum.* Ouid. Trist. 4, 2, 49 Quaque ibis manibus circum plaudere tuorum. Plauditur, *impersonale* [κροῦσαι] Ouid. Trist. 2, 506 Quumque fefellit amans aliqua nouitate maritum, Plauditur, et magno palma fauore datur.

PLAUDENS, entis. Partic. [κροῦσάν] Ouid. Amor. 3, 13, 13

20 Plaudente populo. Diis hominibusque plaudentibus Cic. ad Qu. Frat. 2, 4. Chorus plaudens Stat. Silu. 1, 2, 252. Columba plaudens alis Virg. Aen. 5, 516. Ebriae mulieres plaudentes Petron. c. 26.

PLAUSVS, a, um. *Aliud* Partic. [κροῦσας] Alis plausis circum- volat remos agmen volucrum Ouid. Met. 14, 507. i. *Cum quodam*

25 *strepitu motis.* Plausa resonabit Aqua Manil. 5, 421. Cervicis Plausae sonitus, *b. e. Tactae per illecebras* Virg. Georg. 3, 186. et Atifon. Lud. 7 Sap. Praef. v. 9. *Conf. Drakenb. ad Sil. 4, 265.* Colla plausa Ouid. de Arte Am. 1, 630. Manibus laceffere pectora plausa Virg. Aen. 12, 85.

PLAUSVS, ūs. m. [κροῦσος] Plaudendi actus tum naturalis ille, tum laudandi causa datus. Cic. de Senect. 63 Quibus quum a cuncto confessu plausus esset multiplex datus. Sic Att. 2, 18. Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica. *Sonora percussio* Plin.

30 10, 21 de gallinaceis, Diemque venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum. *b. e. Alarum concussu.* Plangor et Plausus, *contraria* Cic. Philipp. 2, 85. Plausus et approbatio aliquorum Cic.

35 Att. 14, 18. Populi plausus Ouid. ex Pont. 3, 4, 29. Ambitio- sus in plausus Ouid. Trist. 5, 7, 28. Aequabilis, *vid. A E Q V O.* Clarus, *vid. CLARVS.* Lactifici Stat. Theb. 12, 521. Cic. Att. 2, 19 Caesar quum venisset mortuo plausu, Curio filius est insequutus:

40 huic ita plausum est, vt salua Republica Pompeio plaudi solebat. Mor- tuo plausu, i. *Plausu ita tenui, vix vt exaudiretur.* Acuunt e- quum plausus Stat. Silu. 5, 2, 25. Affectare plausum Quinctil. 3, 11. Attollunt laetos agmina plausus Stat. Theb. 6, 894. Captare plau- sus, *vid. Capto in CAPIO.* Cic. de Diuin. 1, 59 Idque frequentissi-

45 mo theatro, incredibili clamore et plausu comprobatum. Conso- nat nemus plausu, fremituque virum Virg. Aen. 5, 148. Dat plau- sum pennis columba Idem Aen. 5, 215. *Nero instituit,*

vt sibi plausus ex arte Daretur Suet. c. 20. Cic. Att. 4, 1 Quo S. C. recitato, continuo populus more hoc insulto et nouo, plausum

50 eo nomine in recitando dedisset, habui concionem. Dare plau- sum in theatro Hor. Carm. 1, 20, 4. Excipere aliquem plausu Virg. Aen. 5, 575. Excitatus est ex omnibus spectaculis plausus tantus, vt,

etc. Cic. pro Sext. 124 c. 58. Id. Att. 2, 18 Huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica, signa praeterea beneuolentiae per-

55 multa a bonis impertiuntur. Ingeminant plausum Tyrii Virgil. Aen. 1, 751. Persequi plausu effrenatos furores alicuius Cic. de Arusp. Resp. 52. Petere plausum Quinctil. 4, 1. Quererere vel

captare plausum Cic. Tusc. 2, 64. Resonant spectacula plausu Ouid. Met. 10, 668. Sonat aether plausibus Stat. Theb. 9, 31. Sonue-

60 runt ingenti omnia plausu columbae euolantis Virg. Aen. 5, 506. Etiam Plausus fuit Signum supplicantium Flor. 3, 6, 13 Mox vbi circumfusa vni- que rostra viderunt, abiectis statim telis remisque plausu vndique pari, quod supplicantium signum fuit, vitam petiuerunt.

PLAUSIBILIS, e. *Adi. Incundum, populare, quod plausu populi exci- pi potest.* Plausibile, *ἀπειρηκτόν* Gloss. Lat. Gr. Cic. Tusc. 3, 51

65 c. 21 Quoniam haec plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant. Cic. Diuinat. Verr. 8 c. 3 Iudicum culpa atque dedecore etiam Censorium nomen, quod asperius antea populo

70 videri solebat, id nunc poscitur, id iam populare atque plausibile fa- ctum est. Locus laetus atque plausibilis *Argumentum, in quo facile sit plausum mereri* Quinctil. 4, 3, 1. Oratio Sen. Ep. 59.

PLAUSIBILITER. *Adu. apud Diomed. p. 401. Compar. Sidon. Epist. 8, 10 Amplum plausibilis manifestat ingenium.*

PLAUSIBILIS, e. *Adi. Item. Laudantur Vlnae plausiles Sidon. Epist. 9, 14. Sed Sauaro, Quem plausibilibus Roma foueret vlnis.*

PLAUSOR, ōris. m. [κροῦστής] Quinctil. Assiduus plausor. Hor. Epist. 2, 2, 130. Et in Arte Poët. 154. Plausor in scena Petron. c. 5. Sequentibus currum ouantium ritu plausoribus Suet. Ner. c. 25.

PLAUSTRIX, icis. f. Nonius 2, 631.

80 PLAUSDVS, a, um. *Adi. unde, Plaudi canes appellantur, quo- rum aures languidae sunt, ac flaccidae, et latius videntur patere Festus.*

PLAUSITO, āre. [πλαυσιτεύω] *Verbum felicitum a voce pa- lumbis.* Auctor Philomelae v. 21 Plausitat arborea clamans de

85 fronde palumbes.

PLAUSTRVM, antique PLOSTRVM, i. n. [ἀμάξα] Vehi- culum duarum rotarum, quibus onera deferunt Isid. 20, 12. Sed esse

90 tamen ἀμάξας et plaustra quatuor rotarum ostendit Scheffer. de Re vehic. 2, 19. qui de plastro consulendus est. Plaustri bubus iuncti forma in- signis in monumento Liviae Aug. a Gorio edito Tab. XIII. Plostrum, vt diximus, antiqui.

Cato R. R. 2 Vendat — plostrum vetus. Cic. Verr. 1 53 c. 20 Omnia ex fanis — plostris euecta asporta- taque esse. Hinc Florus Vespasianum admonuit. Sed dicamus ver-

95 stra potius quam Plostra dicenda, die postera Flaurum salutauit. A Plostro est Plostellum, quod vix cum dipthongo inuenias, unde etiam illum ei locum reliquimus. Caeterum Plaustrum aliquoties scribitur

Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27. Varro de L. L. 4, 31 extr. Plaustrum ab eo, quod non, vt in his, quae supra dixi, (arceris) sed ex omni par- te palam est; quae in eo vehuntur, quod perlucet, lapides, asseres,

100 tignum. Nec multo certiora alii, a palando s. extendendo, s. a plaudenda terra, quod Scaligero et Voffro placet, quibus fauet, quod Germani plaustra quaedam appellant Rumpelwagen, a strepitu, quem edunt. Schefferus a Plauto s. Ploto b. e. Lato. Maxime rusticum, i. rude, simplex, inornatum fuisse constat. Nec obstat Liu. 5, 25 Ho- norem.

noremque matronis ob eam munificentiam habitura, ut plauastro ad facra ludosque, carpentis festo profestoque traherentur. *Nam optima quaeque editt. ex MSS. pilento habent, non plauastro.* Plaustra vix alia, quam ad onera. Sic Vnda hospita plaustris Virgil. Georg. 3, 361. Grauia Idem Georg. 3, 140. Leuia Claud. Consul. Mall. Theod. 125. al. Plantis. Robusta Hor. Epist. 2, 2, 74. Voluentia Virg. Georg. 1, 163. Hor. Serm. 1, 6, 41 At hic, si plostra ducenta, Concurrantque foro tria funera, magna sonabit Cornua quod vincat etc. Decedunt domum plaustra ex aequore Virg. Georg. 2, 206. Ex aequore, i. ex Agro. Fertur trementi plauastro praeda Senec. Hippol. 1. Impellere plaustrum in terram, vid. IMPELLO. Plaustrum perculi Plaut. Epid. 4, 2, 52 prouerb. i. dumiuuare volui, rem corrupti, sumsum ab eo, qui inclinatum in vnam partem plaustrum excipere et eleuare dum vult nimis enixa et uehementi opera illud euertit. Haec putu. clariora iis, quae habet Festus: Plaustrum perculi dicebant antiqui, ab eo, qui pede onusta plaustra perculit, id est, euertit. etc. Trahunt stridentia plaustra ceruice boues Virg. Georg. 3, 536. Scytharum plaustra rite Trahunt domos Hor. Od. 3, 24, 10. Add. Iustin. 2, 2, 4. Vehere plaustris Quinctil. 5, 13, 40. Hor. Art. Poët. 276 Dicitur plaustris vexisse, poemata, Thespiis, Qui canerent agerentque peruncti faecibus ora. Hinc intelligemus prouerbium Graecum De plauastro loqui, i. conuiciari, a libertate illa antiquae scenae. ¶ 2 Plaustrum de fidere, quod alias Vrsa s. Arctos maior appellari consuevit. Hygin. Poët. Astron. 1, 2 p. 422 Sed maiorem Arcton complures plauastro similem dixerunt, et ἀμαξαν Graeci appellauerunt (Conf. Varro de L. L. 6, 4 p. 77, 20.) — Ex septem stellis, duae quae pariles, et maxime in vno loco viderentur, pro bobus haberentur: reliquae autem quinque figuram plaustri simulant. Sunt ibi plura.

PLAUSTRARIVS, s. PLOSTRARIVS, i. m. Qui plaustrum regit. Vlpian. in l. si seruus §. si cum D. ad legem Aquil. Si ex plauastro lapis ceciderit, et quid ruperit, vel fregerit, Aquiliae actione plaustrarium teneri placet. al. plostrarium, quod legitur et Caton. R. R. II Adiectiue, Asinus plostrarius.

PLAUSTRARATVM, i. n. Aratrum cum rotis. Plin. 18, 18 Quod genus vocant plaustraratum. Ita legit Harduin. Vulgo Planaratum.

PLAUSTRILVCVS, a, um. Adi. Lucens instar fideris, quod Plaustrum dicitur. Mart. Capell. 9 p. 309 Sub te plaustrilucis luminat ignibus. Sed Grotius legit Plaustriducis.

PLAVTIA, Gens, plebeia Romae fuit, ex qua C. Plautius P. F. P. N. Proculus cos. Cum M. Fabio, anno CCC. XCV. Calliodorus. Diodorus lib. 16. Hernicos vicit Liu. 7. Mag. Eq. C. Marcio Dictat. anno CCCXCV. Idem. vid. PLOTIA, idem enim nomen videtur.

PLAVTVS, a, um. [πλατὺς] Latus. Compar. Tertull. de Pallio c. 3 Conchae plautiores. Festus: Plauti appellantur, qui sunt planis pedibus: vnde et Poëta Accius, quia Vmber Sarcinas erat, a pedum planitie initio Plotus, postea Plautus est dictus. Turnebus credit, e Graeco per antisthaechum esse deductum, a calcei genere, qui ab illis ἐλαύτη et ἐλαύτιον dicitur, quod sandaliun est. Sed et a Latinis soleae dimidiatae, quibus utebantur in venando, quo planius pedem ponerent, semiplotia dicebantur, quod est tanquam ἡμιελαύτια. In antiquo tamen lexico Plautus exponitur ἐλαύτιος, ab aurium latitudine: et Festus scribit, Plauti appellantur canes, quorum aures languidae sunt et flaccidae, et latius videntur patere. Haec Turn. Etiam Tertull. de Pallio c. 3 plautiores conchae ex editione principe et scripto exemplari tribuuntur a Salmafio, i. l. tiores, doceturque p. 221 Plautum et Plotum esse πλατὺν, indeque etiam Plautos esse πλατὺπόδας. et eodem referendum illud Isidori in Gloss. Plautos auribus gracili corpore, de canibus dictum.

PLAVTVS, i. m. [Πλαῦτος] M. Accius, Poëta Comicus, cuius viginti fabulae supersunt. Epitaphium quod sibi scripsit, refert ex Varrone Gell. 1, 24. Plautus vrbano, ingenioso, et faceti genere iocandi refertus Cic. Off. 1, 104. Plautus P. Claudio, L. Portio Consulibus mortuus est Cic. de Clar. Orat. 60.

PLAVTIVVS, a, um. Adi. [πλαυτινός] Numeri Plautini, Versus Plautini Hor. in Arte Poët. 270. Plautinissimus, superlativum, quo vsus est Gell. 3, 3. i. Plauti ingenium et dictionem ex asse referens.

## P L E

PLEBS, plebis, vel PLEBES, si. f. [λαός, πλῆθος, χοδαίος, ἄσμος] Idem quod Vulgus, hoc est numerosior, sed eadem vilior pars populi. Plin. 10, 43 Tanta plebei consternatione, ut primo pulsus ex ea regione, mox et interemtus sit. Sallustius in oratione Marci ad plebem Fragm. 3 p. 971 Cori. Ne vos ad virilia illa vocem, quo Tribuni plebei modo Patricium magistratum. Ibidem pr. Docendumque quas iniurias et quoties a Patribus armata plebes secessisset. Plebs ἐπὶ τῶν πλειόνων: hoc est a pluribus dicitur: quod plures sint plebei, quam patricii. Differunt Populus et Plebs, quod illud omnes comprehendit, hoc partem maiorem, sed eandem ignobiliorem. Sic Coel. ad Cic. 8, 8 Ut Consules, Praetores, Tribuni que plebis — ad populum, plebemue referrent. Sic Plebem Capito seorsum a populo diuisit, Gell. 10, 20. Institutionum quoque i De iustit. et iure §. Plebs a populo eo differt, quo species a genere. Nam appellatione populi, vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patriciis et Senatoribus. Plebis autem appellatione, sine patriciis et Senatoribus caeteri ciues significantur. Sic In duas partes ego ciuitatem diuisam arbitrator, patres et plebem Sallust. ad Caes. Orat. 2. ¶ 2 Satis vsitatum est bisyllabum Plebes, ut, Hebraica plebes Alcim. 5, 544. Capit impia plebes, cespit patricio somnos Lucan. 7, 760. Plebes Iudaea Iuuen. 2, 164. Minuta plebes Phaedr. 4, 5, 13. Sic et Cic. et Sall. saepius itemque Liu. 3, 55. Conf. Rittershus. in Phaedr. p. 133. ¶ 3 Quintae Declinationis Genitiuus etiam reperitur, ut, tribunus plebei Liu. 3, 64 et passim. Add. Cic. Fam. 7, 27, 3 et. 10, 16, 4. Sall. in Fragm. c. 23. Genit. pl. Isid. 6, 18 Tunc gradus cum ramis palmarum multitudo plebeium obuiam ei clamauerunt. Sic melius Gothofr. quam Basil. 1589 f. plebeium. ¶ 4 Iam ponemus formulas: Ab infima plebe, vid. INFERVS. Accusator de plebe Cic. de Clar. Orat. 54. Plebs et infima multitudo Cic. pro Milon. 96 c. 35. Antiqua plebs Hor. Serm. 2, 7, 27. Anxia Stat. Silu. 2, 1, 223. Caducae plebis interitus Stat. Silu. 2, 1, 212. Confusa Ouid. Fast. 6, 583 Humili de plebe pars. Claud. in Eutrop. 2, 342. Ieiuna Lucan. 3, 58. Immonsa ac nimia Iuuen. Sat. 11, 194. Infima Cic. Att. 4, 1, 105

- Ingenua Ouid. Met. 9, 670. Misera Hor. Serm. 1, 8, 10. Scelerata Hor. Carm. 2, 3, 18. Scenica Stat. Silu. 1, 6, 7. Ventosa Hor. Epist. 1, 19, 37. *b. e. Lewis et instabilis.* Cic. Att. 7, 3 Omnem illam urbanam ac perditam plebem. *Rufus* Epist. 7 Plebs urbana, tot Tribuniplexis tam perditam iuuentus, etc. Plebs rustica (*sic Paullus Manutius*) laudatur, urbana non item: ut rusticae tribus ingenuorum, urbanae libertinorum. Plebs igitur urbana, infima videlicet, et perditam, ex urbanis tribubus quatuor, in quas transferri ignominiae fuit. Vid. TRIBVS urbanae. Agere plebem, Amplecti, Concidere, Mansuefacere, Permulcere et tractare, vid. ff. *ll. Metaph.* Vos quoque plebs superum, Fauni, Satyrique, Laresque Ouid. in Ibin 81. Plebs, *de uno tantum*, Hor. Epist. 1, 1, 56 Si quadringentis sex septem millia defunt, Est animus tibi, sunt mores, et lingua, fidesque Plebs, eris. *i. (inquit Acron)* In duodecim ordinibus non sedebis. *b. e.* Plebeius eris. Quadringentis. *i.*
- 15 Censui equestri. Sex septem, *i.* Sex septemtie. *Sed Plur.* Recedite a plebibus nostris Augustin. Ep. 166.
- PLEBECULA, ae. f. Dimin. [*πλεβουλῶν*] Cic. Att. 1, 13. et 16, 8. Perf. 4, 6 Ergo ubi commota feruet plebecula bile. Hor. Epist. 2, 1, 186.
- 20 PLEBISCITVM, f. PLEBEISCITVM, i. n. [*τῷ λαῷ θέσιμα*] Plebis statutum. Sciscere enim, statuere est. Vid. Gell. 5, 27. Liu. 3, 55 Omnium primum, quum veluti in controuerso iure esset, tenerentur Patres plebiscitis: legem Centuriatis comitiis tulere, ut quod tributum plebes iussisset, populum teneret: qua lege Tribunicis 25 rogationibus telum acerrimum datum est. Est igitur Plebiscitum, Quod nulla auctoritate Patrum constitutum est. Gell. 10, 20 Plebiscitum est, secundum Capitonem, lex quam plebes non populus accipit. Et paulo post. Et plebiscita et priuilegia translato nomine leges appellauerunt. Cic. Att. 3, 23 Per leges plebisue scita. Plebiscitum, lex, 30 rogatio Cic. pro Domo 44. Decreta est plebiscito a Senatu Consuli quaestio Cic. de Finib. 2, 54. Plebiscitum est factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire iuberent Liu. 31, 50. Auctor ad Herenn. 1, 25 In rem confertur, ut si quis ex testamento, quod facere iussus sit, ex plebiscito vetetur. de 35 remotione criminis. Minuere plebiscitis dignitatem Senatoriam Cic. de Orat. 2, 199 c. 48.
- PLEBEIUS, a, um. Adi. [*λαϊκός, τῷ πλῆθει*] Quod est plebis. Laudatur Liu. 6, 11 Criminando Patres, alliciendo ad se plebeiam auram, non consilio ferri: etc. Verum correctiora exemplaria legunt, Plebem, iam aura non, etc. Vulgaris, Plin. 13, 4 l. 9 Ex reliquo genere plebeiae videntur. de palmis arboribus, quarum aliae sunt clarissimae, quas regias appellauerunt ab honore. Sic 37, 12 Gemmas aliae plebeias vocat, alias nobiles. Plebeiae, Pudicitiae sacellum in vico longo est, Festus. Historiam conditi illius narrat Liu. 10, 23 a Virginia patricia, plebeio consuli nupta, quae conuocatis plebeis matronis aram illi dedicauit. Plaut. Poenul. 3, 1, 12 Heus tu, quanquam nos videmur tibi plebei et pauperes, etc. Plebei contracte pro Plebeii. Amictus plebeius Propert. 2, 25, 45. Domus plebeia Stat. Silu. 4, 6, 86. Idem ib. 3, 4, 37 Nec te plebeia manebunt iura, Palatino famulus deberis 50 amori. Liu. 29, 11 Ludi Romani. Plebeii septies instaurati. Add. Id. 30 c. vlt. Ascon. in Act. 1 in Verr. p. 57. Olla Martial. 13, 8. Cic. Tusc. 1, 55 c. 23 Licet concurrant plebeii omnes philosophi (sic enim ii, qui a Platone et Socrate et ab ea familia dissident, appellandi videntur) non modo nihil unquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc ipsum 55 quidem, quam subtiliter conclusum sit, intelligent. Cic. pro Sext. 19. Vestitus asper nostra hac Purpura plebeia, ac paene fusca. Rogus Ouid. in Ibin 154. Senex Senec. Thyest. l. 4. Cic. Fam. 9, 21 Nonne plebeio Sermone agere tecum videor in epistolis? nec enim semper eodem modo. Vestis Lucret. 2, 36. Obseru. Plebeius 60 potest esse aliquis, nec tamen de plebe, s. pars plebis. Sunt enim gentes plebeiae *i.* non patriciae, et eadem tamen nobilissimae. Vid. NOBILIS. Liu. 22, 34 Nec finem ante belli habituros, quam consulem vere plebeium, id est, hominem nouum fecissent. Nam plebeios nobiles iam iisdem initiatos esse sacris, et contemnere plebem 65 ex quo contemni deserint a patribus, coepisse.
- PLEBICOLA, ae. m. [*δημοτικός*] Qui plebem colit, et plebi seruit. Cic. pro Sext. 110 Qui (ut credo) non libidinis causa, sed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. Tribunus plebicola Cic. Agr. 2 c. 31. Liu. 3, 33 Adeoque nouum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente atque omnis aurae popularis captator euaderet, pro truci infectatore plebis.
- PLEBITAS, atis. f. Propter tenuitatem et plebitatem Cato ap. Non. 2, 619. vid. infra PLEVITAS.
- PLECTO, xui, xum, ere. a verbo Graeco πλέω deductum videtur, quod est Implico; *νεστό, τετα.* Laudatur Lucan. ad Pison. 169 Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes Plectis, et obliquis fugientem cursibus vrges. Sed a Scaligero editur Flectis. De Plecto punio, mox separatim dicemus.
- PLEXVS, a, um. Partic. [*πλεχθεῖς*] Coronae plexae *i.* Vario genere florum implexae. Plexa foramina linguae Lucret. 4, 623. Id. Lucret. 5, 398 Tum caput atque humeros plexis redimire coronis. Plexa, Colligata significat ex Graeco; cui nos etiam Praepositionem adiciimus, quum dicitur Perplexa. Festus.
- PLEXVS, us. m. Manil. 5, 145 Tortosque in plexum ponere 85 crines.
- PLECTYLIS, e. Adi. Nexilis. Plaut. Bacch. 1, 2, 37 Corolla plectylis. Adde Prudent. Apotheos. praef. 2, 23.
- PLECTA, ae. f. Plur. Plectae, crinium collectiones uno fasciculo comprehensae. Vid. Salmaf. de Caes. et Coma p. 570.
- 90 PLECTO, xi, ctum, secundum Priscianum l. 10 p. 903. vel, ut alii volunt, xui, xum, ere. Punire, supplicio afficere. Ter. Phorm. 1, 4, 40 Tu iam lites audies, ego plectar pendens. Cic. pro Cluent. 5 Ut in iudiciis et sine inuidia culpa plectatur, et sine culpa inuidia ponatur. Cic. Off. 1, 89 Cauendum est etiam, ne maior poena quam 95 culpa sit, et ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Plecti, Dare poenas Ouid. Amor. 1, 7, 30. Quidquid delirant reges plectuntur Achiui Hor. Epist. 1, 2, 14. Capite plecti Cic. de Legib. 3, 46 c. 20. Idem Off. 2, 38 Iure igitur plectimur; nisi enim multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad vnum tanta peruenisset licentia. Tergo plecti Hor. Serm. 2, 7, 105. Plecti in re aliqua Nep. 25, 11, 6. *i.* reprehensionem incurrere ob praetermissum officium. Videtur nempe Plecti proprie esse haerere, velut in reti, implicari, teneri, Gr. ἐνέχεσθαι, ἀλώωναι. Ille dicebat leges araneorum telis similes esse, quas percurrant crabrones, cum haereant, implicentur, 105 plectantur proinde, muscae.



**PLECTIBILIS**, c. Adj. *Poenā dignus*. Sidon. Epist. 6, 1 *Recordatio vitæ plectibilis*. Invidia Idem Epist. 4, 6. *Nemo ferme est, qui plectibilibus careat occultis* Sidon. Ep. 4, 13. *Vitium* Claud. Mamert. 1, 1.

**PLECTRUM**, i. n. [*πλήκτρον*] *Instrumentum, quo citharoedi fides percussunt, πλῆκτρον, a quo verbo Πλήκτρον appellatur*. Martial. 14, 167 *Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat, Exornent docilem garrula plectra lyram*. Aureo plectro sonans Hor. Carm. 2, 13, 27. *Degenerum Stat. Silu. 3, 2, 41. Eburnum Tibul. 3, 4, 39. Graue* Ouid. Met. 10, 152. *Imbelle Ouid. Met. 5, 114. Modulans* Senec. Med. 8. *Noua plectra mouere Stat. Silu. 1, 2, 2. Smyr- nea Sil. 8, 596. Add. Hor. Od. 1, 26, 11. et 2, 1, 40. etc. Linguae* plectra titubantia Suet. in Claud. Caes. c. 39. *2 Plectrum est etiam Gubernaculum nauis* Sil. 14, 403 *Deduxit telum et re- fidendis puppe magistri Affixit plectro dextram. Et v. 549 Non ple- ctro ratis, etc.*

**PLECTRIPOŦENS**, entis. Adj. *Musices et Poëticae peritus* Sidon. Epist. 9, 13 *Qua Flaccus lyricen Pindaricum ad melos Frenis flexit equos plectripotentibus*.

**PLECVSA**, ae. f. [*πλέκυσσα*] *Ornatrice ancilla, a πλέκω*. Martial. 2, 66 *Et cecidit seŦris icta plecusa comis*.

**PLEIĀS**, f. *diffyllabice PLEIAS, vel quod fere praeferunt libri optimi PLĪAS, et Plur. PLEIĀDES f. PLĪĀDES* [*Πλειᾶς, Πλειᾶδες*] *Sidus, alio nomine Vergiliae dictum. Audiamus primo Scho- liaŦten vet. Germanici in Arato v. 243 Pleiades a pluritate (πλειονες) Graeci vocant. Latini eo, quod vere exoriantur, Vergilias di- cunt. Dicit autem Pherecydes Athenaeus, septem sorores fuisse Ly- curgi filias, ex Naxo insula, et pro eo quod Liberum educauerunt, a Ioue inter sidera sunt relatae. Harum nomina putantur, etc. Mu- faeus autem refert filias Atlantis fuisse, etc. Haec Latinis Poëtis ra- tio placuit, qui propterea Atlantidas vocant, ubi vid. Ouid. Fast. 4, 169*

*Pliades incipiunt humeros releuare paternos (oriri)*

*Quae septem dici, sex tamen esse solent.*

*Seu quod in amplexum sex hinc (i. earum) venere Deorum:*

*Nam Steropen Marti concubuisse ferunt,*

*Neptuno Alcyonem (Halcyonem Burm.) et te formosa Celaeno,*

*Maian et Electran, Taygetenque Ioui:*

*Septima mortali Merope tibi, Sisypho, nupsit.*

*Poenitet, et facti sola pudore latet:*

*Siue quod Electra Troiae spectare ruinas*

*Non tulit; ante oculos opposuitque manum.*

*Easdem Atlantis ac Pleiones filius enumerat Apollodorus Bibl. 3, 10. Ser- vius ad Virg. Georg. 1, 137 Pleiades signum est ante genua Tauri, quod ortu suo primae navigationis tempus ostendit. Vnde Graece Pleiades dicuntur, ἀπὸ τῆς πλειῆς. Latine Vergiliae, a verni temporis signi- ficatione, quo oriuntur. Iam exempla ponamus, et primo Singularis*

*numeri. Ouid. Met. 1, 670 de Mercurio, Maiæ filio, Quem lucida partu Pleias enixa est. Sed etiam totum sidus Singulari numero indicatur*

*Ouid. Epist. 18, 188 Plias et Arctophylax. Claudian. de 4 Cons. Hon. 438 Madidaque cadente Pliade. Imbrifera Plias Lucan. 8, 852. Claud.*

*B. Get. 209 Vtque sub occidua iactatis Pleiade nautis. Plur. iungit*

*Virg. Georg. 1, 138 Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton. Pro- pert. 2, 16, 51 Non haec Pleiades faciunt, nec aquosus Orion. Add.*

*Id. 3, 5, 35. Stat. Silu. 1, 3, 95 Nec per Aegeas Hyades, Pliadumque niuosum Sidus, etc. Aliquando in Singulari Virg. Georg. 4, 233*

*Plias et oceani spretos pede, etc. al. Pleias. Chorus Pleiadum*

*Hor. Carm. 4, 14, 21. Greges densi latitant Pleiadum Senec. Med. 96. Signa Pleiadum Ouid. ex Ponto 1, 582. Aquosae Stat.*

*Theb. 4, 120. Atlanteae Ouid. Fast. 3, 105. Densae Valer. Ar- gon. 5, 415.*

**PLEIŦONE**, es. f. [*Πλειόνη*] *Nympha, Oceani filia, et vxor At- lantis, ex qua Pleiades suscepit* Ouid. Fast. 5, 83. *Nepos Atlantis et Pleiones, Mercurius* Ouid. Met. 2, 743. *Idem Magnae Pleiones nepos* Valer. Argon. 1, 738.

**PLEMMYRIVM**, i. n. [*Πλημμύριον*] *Promontorium, cui arx im- posita prope Syracusas, vt ex Diodoro Siculo ac Thucydide constat, quod*

*Virg. Vndosum appellauit, verbum de verbo exprimens. Idem enim*

*Vndosum quod Plemmyrium. Seruius enarrans illud Virg. Aen. 3, 693 Sicani praetenta sinu iacet insula contra Plemmyrium vndosum,*

*nomen dixere priores Ortygiam: etc. Insulam aut fluuium putat,*

*ad h. l. Seruius, modo sit annotatio ista Seruii.*

**PLENILVNIVM**, **PLENITAS**, **PLENITVDO**, etc. *Vid. PLENVS.*

**PLENVS**, a, um. Adj. [*ἀνάπλεος, μετὰς, πλήρης, ἄδεδος*] *Quod est Vacuo itemque Raro, Exili, tenui etc. contrarium* Plaut. Truc. 4, 2, 13 *Integrum et plenum adorta est thesaurum. Cadus a summo*

*plenus* Plaut. Mil. 3, 2, 41. *Lacus plenus ad marginem* Plin. 2, 103, *Contraria: Cic. de Diuin. 2, 142 Medici ex quibusdam rebus et adue- nientes et crescentes morbos intelligunt: nonnullas etiam valetudinis*

*significationes, vt hoc ipsum pleni enectiue simus, ex quodam genere*

*fomniorum intelligi posse dicunt. Cic. de Diuin. 2, 20 Sed si eadem*

*hora aliae pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliae horridum et*

*Exile, quid est quod declarari possit habitu extorum et colore? Cic. in*

*Orat. 1, 154 Quasi vero nesciamus in hoc genere et plenum verbum re- cte dici, et Imminutum vsitate. Cic. de Orat. 1, 37 Sed deinceps*

*omnia, nonne plena consiliorum, inania verborum videmus? Cic. de*

*Orat. 3, 16 Quod si quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium*

*ieiuniorum, aut Crassum fuisse pleniorum putet, quam quomodo, etc.*

*Synonyma: Cic. Acad. 1, 17 Sed vtrique Platonis vbertate completi, cer- tam quandam disciplinae formulam composuerunt, et eam quidem ple- nam ac referant. Plenum, cumulatamque, i. Copiosum Liu. 42.*

*2 Substantiua: Acerra plena Virg. Aen. 5, 745. Alueo pleno fluere*

*Quinctil. 2, 1. Hor. Epist. 1, 21, 8 — et scis In breue te cogi, quum ple- nus languet Amator. b. e. Satur languide te amat. Animus humanitatis ple- nus Scribon. Epist. Annus plenus, Completus Hor. Carm. 3, 18, 5. Annis ple- nis nubilis filia Virg. Aen. 7, 53. Annum plenum atque integrum habere*

*ad Praeturam gerendam Cic. pro Milon. 24 c. 9. Argumentatio perfecta et plena ex quinque partibus constat Auctor ad Herenn. 2, 31. Atria plena rosarum Ouid. Met. 2, 113. Auro pleno se proluit Virg. Aen. 1, 743. Calami fistula modice plena Scribon. 47. i. ampla. Cam- pus Virg. Georg. 3, 390. Canistri Idem Georg. 4, 280. Cic. Tusc. 1, 64. Mihi vero ne haec notiora quidem et illustriora carere vi diuina videntur, vt ego aut Poëtam graue, plenumque Carmen sine caelesti aliquo mentis instinctu putem fundere: aut, etc. Corpus plenum, Repletum cibo Hor. Serni. 1, 7, 31. Flumina Virg. Georg. 3, 143, 105*

- Folia pleniora Scribon. 163 i. *crassiora*. Gaudiis perpetuis plenisque vita beata existit Cic. Tusc. 5, 67. Id. Fam. 12, 16 Illum paratum ut video, et ingressum pleno Gradu cohortari non intermitteremus. *Erasm.* Qui leuiter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contra qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu dicuntur ingressi. Vid. GRADVS. Legio plenissima Caes. B. G. 3, 2 numeros omnes habens. Luna plena Virg. Aen. 3, 152. Ouid. Met. 7, 180. Manu plena, pro eo quod est Ampliter, copiose, prolixè, minimeque maligne. Translatum ab iis, qui non minutim et parce, sed plena manu largiuntur. Cic. Att. 2, 25 At hercule alter tuus familiaris Hortensius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit? Manibus plenis dare aliquid Virg. Aen. 6, 884. Merces plenior suo officio Ouid. Epist. 20, 142. Nomen plenum Scribon. Ep. m. i. *perfectum*. Obsequium plenius Quinctil. 1 Prooem. Obsequio pleniori demereri Idem i Prooem. Orationem Latinam legendis nostris efficies pleniorum Cic. Off. 1, 2. Orator plenus et perfectus Cic. de Orat. 1, 59. Id. Off. 1, 61 c. 18 Contraque in laudibus, quae magno animo et fortiter excellenterque gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleniore ore laudamus. Pectus plenum Hor. de Arte Poët. 337. Cic. pro Rosc. Amer. 6 Vt quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque praeclaram nullo iure inuaserit. Plagae Martial. 1, 56. Pocula Virg. Georg. 4, 495. Praefepia Idem Georg. 3, 378. Catull. 13, 8 Plenus sacculus est aranearum. *Homerum imitatus est, qui Odyss. scribit.* Ὀδυσσεὺς δὲ πρὸς τὴν χεῖρα βροτοῦ κἀκ' ἀπάχνια κείτου ἔχουσα. Nam arenis obsidentur et opplentur, quae inania solumque sunt, ut loculi iocose dicuntur aranearum, et cubilia Homerus dixit viuua et diserta. Turneb. Aduers. 2, 10. Sententiae curtae opponitur Perfecta atque plena Cic. de Finib. 4, 36 Eorum omnium multa praetermittentium dum eligant aliquid, quod sequantur, quasi curta sententia. At vero illa perfecta atque plena eorum, qui quum de hominis summo bono, etc. Testimonium plenissimum Plin. Epist. 10, 8. Vber Ouid. Met. 15, 117. Velum Virg. Aen. 1, 404. Velis plenissimis navigare Cic. pro Domo 24 c. 10. Viis plenissimis portari Caes. Bell. Ciuil. 2, 25. Villa plenissima Hor. Serm. 1, 5, 50. *subauditur* Hominiibus. Cic. de Finib. 1, 53 Diligi et carum esse iucundum est, propterea quia tutiorem vitam, et Voluptatem efficit pleniorum. Votum Ouid. Trist. 5, 9, 22. Vocem grandiorum et pleniorum subsellia desiderant Cic. in Brut. 288. ¶ 3 *Constructio varia: Plenus*
 rodunt, vel caput scabunt. Laudat etiam Quinct. 10, 3, 21. Idem  
 ergo dicit Horat. Sat. 2, 3, 6 Culpantur frustra calami, immeritusque  
 laborat iratis natus paries Dis atque Poëtis. ¶ 3 Archi-  
 tecti Pluteos vocabant genus parietis, interiectum columnis. Vitru. 4, 4  
 Item intercolumnia tria, quae erunt inter antas et columnas pluteis  
 marmoreis s. ex intestino opere factis intercludantur, ita uti fores ha-  
 45 beant, per quas itinera prona (in pronaum) fiant. Id. 5, 1  
 Pluteum, quod fuerit inter superiores columnas. Et 5, 7 Pluteum  
 insuper cum vnda et corona inferioris plutei dimidia parte: supra id  
 pluteum columnae quarta parte minore altitudine sint, quam inferio-  
 res etc. Vbiq. intelligi videtur interiectum columnis velut podium, 50  
 interdum continuatio quaedam stylobatae, ea altitudine, quae non im-  
 pediat iustae staturae hominem intus ambulantem prospicere in publicum,  
 et videre, quid infra agatur. ¶ 4 Videntur plutei quo-  
 que armariorum genus fuisse, parietibus applicatum, quibus capita,  
 aut statuas integras imponerent, eorum praesertim, quorum libri essent  
 55 in pluteis. Huc retulerim Iuuenal. 2, 7 Et iubet archetypos plute-  
 um seruare Cleanthas. Vlpian. in l. Fundi nihil §. Quae pi-  
 ctas D. actionibus emti, Reticuli circa columnas, plutei circa parie-  
 tes, Item cilicia vela, aedium non sunt. ¶ 5 Pluteum  
 simpliciter pro tabula posuisse videtur Martialis 8, 44 de mortuo supraque  
 pluteum te iacente vel faxum. Ita pluteus pars vineae est Lucan.  
 3, 488 Tunc adoperta leui procedit vinea terra, sub cuius pluteis,  
 et tecta fronte latentis etc.

PLUTEALIS, e. Adi. Vnde Sigilla plutealia Cic. Att. 1, 10  
 curari sibi iubet, i. parua signa s. statuas, quas pluteo alicui Bibli-  
 65 othecae, de quo genere n. 4. diximus. Sed a Victorio inde edi-  
 tur Putealia sigillata. vid. PUTEAL.

PLUTO vel PLUTON, ōnis. m. [ΠΛῆτων, Ἄδης, Ἄϊδης,  
 Ἄϊδωνεύς] Saturni filius ex Ope coniuge, et frater Iouis atque Neptu-  
 ni: ab opibus nomen habet. Graece enim πλῆτος opulentia est. Qui  
 70 quum ad regni diuisionem venissent, Plutoni, qui natu minor erat, et  
 Agesilaus vocabatur, pars Occidentis obigit, secus inferum mare:  
 Ioui plaga Orientalis: Neptuno insulae. Hinc datus est locus fa-  
 bulae, ut Ioui imperium caeli, Neptuno maris, Plutoni inferorum  
 obtigerit vid. Laëtant. 1, 11, 30. Pluto autem, Summanus, Dis, Or-  
 75 cus, Vadius Iupiter dictus fuit. Idem Quietalis est appellatus,  
 quasi mors quies sit aerumnarum. Huius uxorem fuisse Proserpinam  
 Cereris filiam constat. Mythologiam Pluti incunde discas ex Claudi-  
 ani de Raptu Proserpinae opera, licet imperfecto, Parrhasique et  
 Barthii in illud commentariis. Dis quare Pluton dictus, notat Cic. 80  
 de Nat. Deor. 2, 66 Terrena autem vis omnis atque natura Diti  
 patri dedicata est, qui Dis, ut apud Graecos πλῆτων, quia et  
 recidunt omnia in terras, et oriantur e terris. Illacrimabilem  
 Plutona placare Hor. Carm. 2, 14, 6. Superbus Pluto Senec.  
 Herc. Oet. 11, 43. Toruus Iuuen. Sat. 13, 50. 85

PLUTONIVS, a, um. Adi. Atributum ex Plutone deductum Hor.  
 Carm. 1, 4, 17 Et domus exilis Plutonia Quo simul mearis, etc.  
 Dicitur Exilis, quod inanis et vacua sit, ut apud Virg. Aen. 6, 269  
 Perque, domos Ditis vacuas et inania regna. Quamquam et de  
 sepulcro singulorum potest proprie intelligi. Quare nihil huc facit, quem  
 90 laudant, Hor. Epist. 1, 6, 45 Exilis domus est, cui non et mul-  
 ta superflunt. Turneb.

PLUTONIA, orum. n. Loca quaedam pestifera in Asia. Cic.  
 de Diuin. 1, 79 c. 36 Quid enim? non videmus quam sint varia ter-  
 rarum genera: ex quibus et mortifera quaedam pars est, ut et am-  
 95 sancti in Hirpinis, et in Asia Plutonia quae videmus. Turnebus,  
 Plutonia inquit, Specus sunt in Asia, terrum et pestiferum hulum euo-  
 mentes, omniaque accedentia animalia statim euocantes, ut ad Hierapo-  
 lim Plutonium describitur a Strabone, et Charonium ad Thymbriam  
 vicum Cariae. Spiracula Ditis Maro vocat, Haec ille 5, 22. Haec  
 100 sunt igitur Auerna loca, de quibus Lucret. 6, 740 sqq.

PLVTVS, i. m. [Πλῆτος] a Graecis fingitur esse Diuitiarum  
 deus, quem in aduentu claudum esse voluit, in recessu alatum: hoc  
 nimirum innuentes, serius quidem opes contrahi, parius autem nisi fru-  
 galiter dispenses, velocissime dilabi. Eundem et caecum faciunt, et  
 105

*iudicii expertem, propterea quod indignissimum quemque opibus affluere videamus: probos autem et condignos in re tenuissima versari. Est huius nominis et argumenti Comoedia apud Aristophanem, e qua hausit multa in suo Timone Lucianus. Plutus Cereris ex Iasione filius memoratur Hygin. Poët. Astron. 2, 4.*

PLUVIA, PLUVIALIS, *vid. PLVO.*

## P N

**PNEVMA**, ātis. n. [*πνεύμα*] *Spiritus, flatus.*  
**PNEVMATICVS**, a, um. Adj. [*πνευματικός*] *ut, Organa pneumatica, i. Spirituality, vel Spiritalia; hoc est, quae vi flatus vel spiritus aliquid hauriunt et attrahunt. Plin. 19, 4 E puteo pertica, organisque pneumaticis, vel tollenonum hauustu rigandos. Dicitur et in Musica, Ratio pneumatica. Idem 7, 37 Ctesibius laudatus pneumatica ratione et hydraulicis organis repertis. Res pneumaticae Vitruv. 9, 9.*

**PNEVMON**, ōnis. m. [*πνεύμων*] *Latine Pulmo dicitur, a verbo spiro. Vnde Pneumonia, quae est Peripneumonia, Inflammatio pulmonis de qua Cels. 4, 7.*

**PNIGEVS**, ei. m. *Quasi tu suffocatore dicitur, instrumentum cavum, forma Pyramidulae, quo repente lucerna exstinguitur. Vid. Vitruv. 10, 13.*

**PNIGĪTIS**, īdis. f. *Terra est Eretriae simillima, grandioribus tantum glebis, & glutinosa, cui effectus idem, qui Cimoliae, infirmior tamen. Plin. 35, 16 f. 57.*

## P O C

**POCVLVM**, i. n. [*πόμα, ἕκπομα, ποτήριον, κύλιξ*] *Vas, in quo bibitur. Cic. Verr. 4, 32 In his pocula duo quaedam, quae Heraclia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. Idem pro Cluent. 167 Quae deinde interceptio poculi? Pocula, a potione: unde potatio, et etiam poma, quod haec possunt potum. ἀπὸ τοῦ πότος, Graeca origo potionis Varr. Lingu. Lat. 4, 26. Mensae plenae pocula Virg. Aen. 11, 738. ¶ 2 Poculum sumitur pro Eo, quod bibimus. Virg. Georg. 2, 333 et 128 Pocula si quando saevae infecere nouercae. Pocula sunt fontes liquidi Idem Georg. 3, 529. Cic. Verr. 5. Illis diligenter legibus, quae in poculis ponebantur, obtemperabat. Et sedare sitim prius est, quam pocula, natum Lucret. 4, 848. Vbi essent, prae poculis nescientes Flor. 2, 10, 2. Col. 7, 10, 7 de suis, Puteis extracta et large canalibus immissa praebenda sunt pocula, quibus nisi affatim satientur, pulmonariae fiunt. Apul. Met. 1 p. 111, 5 Auidus affectans poculum, de eo, qui imminet a quae profuendi, et complicitus in genua appronat se. Sic Amoris poculum, Philtrorū Hor. Epod. 5, 38. Desiderii poculum, Philtrorū Idem ib. 17, 80. Sic Pocula frequenter intelligenda esse de venenosis potionibus, obseruat Brouckb. ad Tib. 3, 5, 9. ¶ 3 Epitheta: Ansa fuisse. Dum stupeo visis, (nam pocula forte tenebam,) tortilis e digitis excidit Ansa meis Ouid. Her. 16, 251. Aurea pocula Hor. Serm. 1, 2, 114. Blanda Valer. Argon. 2, 417. Ducentia somnos Hor. Epod. 14, 3. i. potus. Fagina Virg. Ecl. 3, 36. Fictilia Tibul. 1, 1, 40. Immania Cic. Philipp. 2, 63. Infidiosa Circes Ouid. Met. 14, 295. Lactea pocula Stat. Achil. 1, 307, pro lacte. Lacuia Virg. Aen. 5, 91. Marcentia Stat. Silu. 4, 6, 57. Medicata, *vid.**

**MEDICOR**. Plena Virg. Georg. 4, 379. Plena meri Ouid. Met. 9, 238. Sobria pocula supposita aqua Tibul. 1, 6, 28. Vitea Virg. Georg. 3, 379. ¶ 4 Verborum formulae. Administrare pocula, *vid. ADMINISTRO*. Bibere eodem poculo, i. In eandem calamitatem incidere Plaut. Caf. 5, 2, 52. *Vid. Boxhorn. ad Rud. 3, 6, 46.*

**Collucent pocula mensae** Catul. Argon. 62, 45. **Componere pocula de luto** Tibul. 1, 1, 40. **Contingere oras circum pocula liquore aliquo, Imbuere** Lucret. 1, 936. **Dare poculum alicui** Cic. pro Cluent. 30 c. 10. **Demissa ferta in pocula** Propert. 2, 33, 37. **Ducere pocula, Exhaurire.** Hor. Carm. 1, 17, 31 Hic innocentius pocula Lesbii

**Duces sub umbra.** Exhaurire poculum mortis Cic. pro Cluent. 31 c. 11. **Fabricata fago pocula** Ouid. Met. 8, 670. **Finguntur pocula de humo** Ouid. Trist. 2, 488. **Inficere pocula veneno, vid. INFICIO.** Hor. Epod. 5, 78 Maius parabo, maius infundam tibi Fastidienti poculum. *de Veneficio.* **Inuitare aliquem poculis, vid.**

**INVITO.** Poculaque Eoa luxum Irritantia gemma Sil. 13, 355. **Libabant aulai in medio pocula Bacchi** Virg. Aen. 3, 354. **Ministrare pocula, vid. MINISTRO.** **Miscere pocula, aqua temperare vinum.** Ouid. Met. 10, 160. **Mista lactis pocula inero** Tibul. 3, 5, 34. *i. lac.* **Negare porrecta pocula** Hor. Epist. 1, 19, 92. **Perfecta argento, atque aspera signis pocula** Virg. Aen. 9, 264. **Ponere pocula** Id. ib. 1, 706. **Cic. Verr. 1, 66 Discumbitur: sit sermo inter eos, et inuitatio, ut Graeco more biberetur: hospes hortatur: Possunt maioribus poculis: celebratur omnium sermone laetitiaque conuiuium. Sunt, inquit Asconius, qui producta scilicet o litera Possunt legunt, quasi**

**Saepe potant. sed Possunt, Prouocant intelligendum est. ut sit sensus, Prouocant se inuicem. Maioribus autem poculis possunt, i. Petunt; ut subaudiatur Bibere. Haec Ascon.** **Reponere pocula mensis** Virg. Georg. 4, 379. **Restinguere pocula ardentis Falerni lymphae** Hor. Carm. 2, 11, 20. **Spumantia lacte pocula** Virg. Ecl. 5, 67. **Ouid. Amor. 1, 4, 31 Qua tu reddideris, ego primus pocula sumam, Et qua tu biberis, hac ego parte bibam. Superare magnitudine poculorum bibendoque** Cic. pro Flacc. 92. **Hor. Serm. 1, 6, 116 — et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet. Veteres, inquit Turnebus, solebant delphicam mensam multis onerare poculis, numeroque semper pari: duobus contentus est Horatius, et cyatho, quo modum potionis metiebatur, et certis cyathis vini certos aquae cyathos miscbant, quod qui faciebat ad cyathum stare dicebatur. Nam cyatho hauriebant vinum et aquam e vasis, et in pocula fundebant, quod κωστήριον Graeci appellant. Vnde Marcellus, cuius naues machinis Archimedis leuatae in puppim, aut proram, deinde illisae mari, aquam quam plurimam haurirent, aut grauibus libramentis depressae acciperent aquam, ludens dixit, Archimedes suis nauibus pro cyathis uti. Solitos autem esse veteres paria pocula in delphica ponere, declarat Agroetius, sic scribens, Cicero, Iubeo promi utrosque bingos ut habeam: quia in delphica comparia vasa semper sunt: vnde ipse Cicero dicebat, Scyphorum paria complura. Haec Turn. Add. Cic. Verr. 4, 32 et 38 ubi etiam habes Scyphorum paria. Tangere labellis pocula Ouid. de Arte Am. 1, 575. Temperare pocula Hor. Carm. 1, 20, 12. Tingere aliquem poculis, Irrigare aliquem mero Idem ib. 4, 12, 23. Tollere pocula adorandae rubiginis Iuuen. Sat. 13, 148. Torquere pocula, Proicere in aliquem Idem ib. 5, 26. Trahere**

**Collucent pocula mensae** Catul. Argon. 62, 45. **Componere pocula de luto** Tibul. 1, 1, 40. **Contingere oras circum pocula liquore aliquo, Imbuere** Lucret. 1, 936. **Dare poculum alicui** Cic. pro Cluent. 30 c. 10. **Demissa ferta in pocula** Propert. 2, 33, 37. **Ducere pocula, Exhaurire.** Hor. Carm. 1, 17, 31 Hic innocentius pocula Lesbii

**Duces sub umbra.** Exhaurire poculum mortis Cic. pro Cluent. 31 c. 11. **Fabricata fago pocula** Ouid. Met. 8, 670. **Finguntur pocula de humo** Ouid. Trist. 2, 488. **Inficere pocula veneno, vid. INFICIO.** Hor. Epod. 5, 78 Maius parabo, maius infundam tibi Fastidienti poculum. *de Veneficio.* **Inuitare aliquem poculis, vid.**

**INVITO.** Poculaque Eoa luxum Irritantia gemma Sil. 13, 355. **Libabant aulai in medio pocula Bacchi** Virg. Aen. 3, 354. **Ministrare pocula, vid. MINISTRO.** **Miscere pocula, aqua temperare vinum.** Ouid. Met. 10, 160. **Mista lactis pocula inero** Tibul. 3, 5, 34. *i. lac.* **Negare porrecta pocula** Hor. Epist. 1, 19, 92. **Perfecta argento, atque aspera signis pocula** Virg. Aen. 9, 264. **Ponere pocula** Id. ib. 1, 706. **Cic. Verr. 1, 66 Discumbitur: sit sermo inter eos, et inuitatio, ut Graeco more biberetur: hospes hortatur: Possunt maioribus poculis: celebratur omnium sermone laetitiaque conuiuium. Sunt, inquit Asconius, qui producta scilicet o litera Possunt legunt, quasi**

**Saepe potant. sed Possunt, Prouocant intelligendum est. ut sit sensus, Prouocant se inuicem. Maioribus autem poculis possunt, i. Petunt; ut subaudiatur Bibere. Haec Ascon.** **Reponere pocula mensis** Virg. Georg. 4, 379. **Restinguere pocula ardentis Falerni lymphae** Hor. Carm. 2, 11, 20. **Spumantia lacte pocula** Virg. Ecl. 5, 67. **Ouid. Amor. 1, 4, 31 Qua tu reddideris, ego primus pocula sumam, Et qua tu biberis, hac ego parte bibam. Superare magnitudine poculorum bibendoque** Cic. pro Flacc. 92. **Hor. Serm. 1, 6, 116 — et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet. Veteres, inquit Turnebus, solebant delphicam mensam multis onerare poculis, numeroque semper pari: duobus contentus est Horatius, et cyatho, quo modum potionis metiebatur, et certis cyathis vini certos aquae cyathos miscbant, quod qui faciebat ad cyathum stare dicebatur. Nam cyatho hauriebant vinum et aquam e vasis, et in pocula fundebant, quod κωστήριον Graeci appellant. Vnde Marcellus, cuius naues machinis Archimedis leuatae in puppim, aut proram, deinde illisae mari, aquam quam plurimam haurirent, aut grauibus libramentis depressae acciperent aquam, ludens dixit, Archimedes suis nauibus pro cyathis uti. Solitos autem esse veteres paria pocula in delphica ponere, declarat Agroetius, sic scribens, Cicero, Iubeo promi utrosque bingos ut habeam: quia in delphica comparia vasa semper sunt: vnde ipse Cicero dicebat, Scyphorum paria complura. Haec Turn. Add. Cic. Verr. 4, 32 et 38 ubi etiam habes Scyphorum paria. Tangere labellis pocula Ouid. de Arte Am. 1, 575. Temperare pocula Hor. Carm. 1, 20, 12. Tingere aliquem poculis, Irrigare aliquem mero Idem ib. 4, 12, 23. Tollere pocula adorandae rubiginis Iuuen. Sat. 13, 148. Torquere pocula, Proicere in aliquem Idem ib. 5, 26. Trahere**

**Collucent pocula mensae** Catul. Argon. 62, 45. **Componere pocula de luto** Tibul. 1, 1, 40. **Contingere oras circum pocula liquore aliquo, Imbuere** Lucret. 1, 936. **Dare poculum alicui** Cic. pro Cluent. 30 c. 10. **Demissa ferta in pocula** Propert. 2, 33, 37. **Ducere pocula, Exhaurire.** Hor. Carm. 1, 17, 31 Hic innocentius pocula Lesbii

**Duces sub umbra.** Exhaurire poculum mortis Cic. pro Cluent. 31 c. 11. **Fabricata fago pocula** Ouid. Met. 8, 670. **Finguntur pocula de humo** Ouid. Trist. 2, 488. **Inficere pocula veneno, vid. INFICIO.** Hor. Epod. 5, 78 Maius parabo, maius infundam tibi Fastidienti poculum. *de Veneficio.* **Inuitare aliquem poculis, vid.**

**INVITO.** Poculaque Eoa luxum Irritantia gemma Sil. 13, 355. **Libabant aulai in medio pocula Bacchi** Virg. Aen. 3, 354. **Ministrare pocula, vid. MINISTRO.** **Miscere pocula, aqua temperare vinum.** Ouid. Met. 10, 160. **Mista lactis pocula inero** Tibul. 3, 5, 34. *i. lac.* **Negare porrecta pocula** Hor. Epist. 1, 19, 92. **Perfecta argento, atque aspera signis pocula** Virg. Aen. 9, 264. **Ponere pocula** Id. ib. 1, 706. **Cic. Verr. 1, 66 Discumbitur: sit sermo inter eos, et inuitatio, ut Graeco more biberetur: hospes hortatur: Possunt maioribus poculis: celebratur omnium sermone laetitiaque conuiuium. Sunt, inquit Asconius, qui producta scilicet o litera Possunt legunt, quasi**

**Saepe potant. sed Possunt, Prouocant intelligendum est. ut sit sensus, Prouocant se inuicem. Maioribus autem poculis possunt, i. Petunt; ut subaudiatur Bibere. Haec Ascon.** **Reponere pocula mensis** Virg. Georg. 4, 379. **Restinguere pocula ardentis Falerni lymphae** Hor. Carm. 2, 11, 20. **Spumantia lacte pocula** Virg. Ecl. 5, 67. **Ouid. Amor. 1, 4, 31 Qua tu reddideris, ego primus pocula sumam, Et qua tu biberis, hac ego parte bibam. Superare magnitudine poculorum bibendoque** Cic. pro Flacc. 92. **Hor. Serm. 1, 6, 116 — et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet. Veteres, inquit Turnebus, solebant delphicam mensam multis onerare poculis, numeroque semper pari: duobus contentus est Horatius, et cyatho, quo modum potionis metiebatur, et certis cyathis vini certos aquae cyathos miscbant, quod qui faciebat ad cyathum stare dicebatur. Nam cyatho hauriebant vinum et aquam e vasis, et in pocula fundebant, quod κωστήριον Graeci appellant. Vnde Marcellus, cuius naues machinis Archimedis leuatae in puppim, aut proram, deinde illisae mari, aquam quam plurimam haurirent, aut grauibus libramentis depressae acciperent aquam, ludens dixit, Archimedes suis nauibus pro cyathis uti. Solitos autem esse veteres paria pocula in delphica ponere, declarat Agroetius, sic scribens, Cicero, Iubeo promi utrosque bingos ut habeam: quia in delphica comparia vasa semper sunt: vnde ipse Cicero dicebat, Scyphorum paria complura. Haec Turn. Add. Cic. Verr. 4, 32 et 38 ubi etiam habes Scyphorum paria. Tangere labellis pocula Ouid. de Arte Am. 1, 575. Temperare pocula Hor. Carm. 1, 20, 12. Tingere aliquem poculis, Irrigare aliquem mero Idem ib. 4, 12, 23. Tollere pocula adorandae rubiginis Iuuen. Sat. 13, 148. Torquere pocula, Proicere in aliquem Idem ib. 5, 26. Trahere**

here pocula arenti fauce Hor. Epod. 14, 4. Venient cum canibus timidi ad pocula damae Virg. Ecl. 8, 28.

**POCILLUM**, i. n. Dimin. [*πολλικη*] *Paruum Poculum* Cato c. 156, 3 Per linteum exugeto, (f. exurgeto) succum, quasi heminam, in pocillum sicile. Liu. 10, 42 L. *Papirius Cos.* in ipso discrimine (*pugnae*) quo templa Dis immortalibus voueri mos erat, vouerat Ioui Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum nulli priusquam tetentum biberet, sese facturum. Id votum Diis cordi fuit, etc.

**POCILLATOR**, oris. m. [*οινοχοος, πικρέωνος* Gloss. Vet.] *Alias dicitur A cyathis, qui pocula mensae ingerit.* Apul. 6 p. 183 Adfuit rapax aquila: memorque veteris obsequii, quo, ductu Cupidinis, Ioui pocillatorem Phrygium sustulerat, etc. Rursus eodem libro p. 179 Tunc poculum nectaris, quod vinum deorum est, Ioui quidem suis pocillator ille rusticus puer, caeteris vero Liber ministrabat. *Vtrobique Ganymedem intelligit, qui (ait Beroaldus) elegantissimo vocabulo Pocillator dicitur, quasi Poculorum ministrator.*

**POCULENTVM**, i. n. [*ποτόν*] *Quod poculo i. potui est.* Cic. de Nat. Deor. 2, 141 c. 56 Habitat in ea parte oris, quam esculentis et poculentis iter natura patefecit. *Legitur et Potulentis. it. ex optimis MSS. Potulentibus. De gustatu. Gell. 3, 1* Penu est, inquit, quod esculentum aut poculentum est. *Sunt qui Potulentum scribant, ut apud Vlpianum in l. 3 §. potulenta D. de penu legata.*

## P O D

**PODAGRA**, ae. f. [*ποδάγρα*] *Pedum dolor: πῦρ, pes; ἄγρον, captura.* Martial. 1, 93 Litigat, et podagra Diodorus Flacce laborat. *vid. Scribon. 107. 106. 264. etc. Plin. 26, 10* Podagrae morbus rarior solebat esse, non modo patrum auroque memoria, verum etiam nostra, peregrinus et ipse. Nam si Italiae fuisset antiquitus, Latini nomen inuenisset.

Insanabilis non est credendus: quippe quando in multis et sponte desinit, et in pluribus curatur. *Calda podagra Scribon. 158. Calida, Frigida Id. 160. Corpora foeda podagra Tibul. 1, 9, 73. Seneca de Vita beata c. 17* Delinimenta magis omnia remedia podagrae meae compono, contentus si rarius accedit, et si minus Fera minatur. *Locuples Iuuen. Sat. 13, 96. Nodosa Ouid. ex Pont. 1, 3, 23. Tarda Hor. Serm. 1, 9, 32. Turpes Virg. Georg. 3, 299. de morbo quodam ouini pecoris.*

Ardere podagrae doloribus Cic. de Fin. 5, 94 c. 31. *Correpti podagra Scribon. 107. Illam affligit, odore, ipse Perit podagra Catull. 72, 6. Equitare, podagricis alienum est Cell. 4, 27. Crucuari doloribus podagrae complures annos Cic. Tusc. 2, 45 c. 19. Iuuant fomenta podagram Hor. Epist. 1, 2, 52.*

**PODAGRICVS**, a, um. Adi. [*ποδάγρης*] *Qui podagra laborat* Plin. 22, 8 Omnes hae et podagricis viles, et sanguinem reicientibus. *Conf. Id. 28, 9. Homo podagricus Vitruu. 8, 3.*

**PODAGRŌSVS**, a, um. *Aliud* Adi. [*ποδαγρώδης*] *Idem.* Plaut. Merc. 3, 4, 8 Sed tandem si podagrosus pedibus esset Eutycus, etc. *Ad. Lucil. ap. Non. 2, 743. Vopisc. in Saturn. c. 7.*

**PODAGER**, gri. m. [*ποδαγριών*] *Podagra laborans.* Atque nihil prorsus stare putat podager Claud. Epigr. 79, 4. *Sed illinitur et podagris Plin. 35, 15 potest esse a podagra. Certius Enn. ap. Priscian. 8 p. 829 Nunquam poetor nisi podager. Lemma aenigm. Sympos. 91 Miles podager, teste Salmasio ad Lamprid. Elagab. c. 29.*

**PODALIRIVS**, i. m. [*Ποδαλῖριος*] *teste Homero 2 Iliados, Filius fuit Aesculapii et frater Machaonis, qui ob solertiam medicinae artis una cum fratre ex Creta ad Traianum bellum conuocatus fuit Ouid. de Arte Am. 2, 735* Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi.

**PODERIS**, is. m. [*ποδῆρης*] *Tunica corpori adstricta, vsque ad pedes descendens Isidor. 19, 21. Indutus podere Tertull. adu. Iudaeos c. 11. Ad. Id. adu. Marc. c. 7.*

**PODEX**, icis. m. [*πρωκῆδε*] *Posterior pars corporis pudenda.* Iuuen. Sat. 2, 12 Sed podice laeui, Caeduntur tumidae, medico ridente, mariscae. *Sublato podice Martial. 2, 42. Turpis podex Hor. Epod. 8, 6.*

**PODIA**, ae. f. [*πῦρ, ποδῶν*] *Schol. Lucan. 5, 428* Podia est lignum in similitudine pedis, quo vela expanduntur et retinentur. *Rectius Seru. ad Aen. 5, 830* Fecere pedem, id est Podiam, hoc est, funem, quo tenditur velum, quod Graeci *πῶδα* vocant, etc. *Podiam edidit Fabricius. Salmas. ad Solin. p. 400, b. C. Podium legi vult Graec. πῶδιον, quod secutus, ut videtur, Masuicius in Seruio suo Podium dedit. Sed nescio, an πῶδιον suum probare potuerit Salmasius. Podiam certe etiam Lucani Scholiastes, ut vidimus, habet.*

**PODICVS**, a, um. Adi. [*πῶδιος*] *Pe. tester, a πῶδες, pedes.* Martiani. Capell. 9 p. 382 Temporum alia simplicia sunt, quae podica etiam perhibentur.

**PODISMVS**, i. m. *est Dimensio pedibus facta.* Lapides ad suum numerum podismumque constituti Frontin. de Colon. p. 130 *Goef. Conf. ADAERARE. Veget. 2, 7* Mensores sunt, qui ad podismum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel qui hospitia in ciuitatibus praestant.

**PODISMĀTVS**, a, um. Adi. *Pedibus mensuratus.* Frontin. de Colon. p. 132 *edit. Goef.* Alii termini spissiores sunt, id est, sine mensura vel numero podismati sunt.

**PODIUM**, i. n. *est fabrica altitudine circiter media hominis, porticibus praesertim ac theatri imposta, post quam stare, quaque inniti possint, qui prospicere ac despiciere in publicum velint.* *Interdum itaque Podium procurrit inter statuarum Stylobatas earumque velut quaedam continuatio est, quo respectu etiam Pluteus vocatur, v. v. interdum imani Theatri praecinclionem velut lorica munit et continet, interdum columnae vni aut pluribus impostum, interdum proieclura trabium, in-nixum, Moenianum vocatur: interdum continuis tabulis lapideis lignisue constat, quo respectu plutei magis appellationem habet. interdum varie perforatum columellis, balustrisque distinctum, ab hac voce Balustrata recentibus appellatur. Haec ita esse comperies, si contuleris inter se, quae Vitruu. 3, 3 de podiis circa aedes, et 5, 7 de theatri podio praecipit. Ad hoc, tanquam loco ipsis spectaculis proximo spectabant Senatores et primi ordinis homines. Hinc Iuuenal. 2, 146* Omnibus ad podium spectantibus. *Sidon. Epist. 8, 9* Spectare alicuius puluerem, velut coronatus auriga de podio. *Prudent. in Symmach. 1108* An quoniam podii meliore in parte sedentes spectant, etc. *In hoc Podio sibi Imperatores Romani cubiculum aedificauerunt, Suggestum in orchestra vocat Sueton. Caes. 76, et Podium κατ' ἔξοχὴν Neron. c. 12* Caeserum accubans primo paruis foraminibus, deinde toto podio ad aperto spectare consueuerat. *Hoc remouisse Traianum docet Plin. Pan. 51, 4* Aequatus plebis ac principis locus — nec magis proprius

spectandi Caesaris suggestus, quam propria, quae spectet. Licebit ergo civibus tuis invicem contueri (*sublato illo cubiculo, quod pro-  
spectum interciperet*) dabitur non cubiculum principis, sed ipsum principem cernere, in publico, in populo sedentem. *De villa*  
5 sua Plin. Epist. 5, 6, 22 Est et aliud cubiculum, a proxima platano vi-  
ride et umbrōsum, in marmore excultum podio tenus *i. ut nunc, re me-  
lius considerata, interpretor, ad inferius limen fenestrarum, ad me-  
diam altitudinem hominis etc.*  
PODIA. ¶ 2 Podium, pes veli. Vid.

## P O E

POEAS, antis. m. [*Ποῖας*] Pater Philoctetis, qui ab eo POE-  
ANTIVS, et Poentides a Poëtis appellatur Ouid. Trist. 5, 2, 13 Paene  
decem totis aluit Poentius annis Post saeculum tumido virus ab angue  
15 datum. *Add. 5, 1, 61. Et Met. 13, 45 — non te Poentia proles*  
Expositum Lemno, nostro cum crimine haberet. Ouid. Ibide 255  
Quantaque clauigeri Poentius Herculis heres, Tanta venenato vul-  
nere crure geras. *Ποῖας est apud Graecos. Male ergo per ae scri-  
bitur: aut Paean prima positione vocatur. Fuit inter Argonautas.*

POECILE, es. f. [*Ποικίλη*] Porticus fuit Athenis, in qua Stoicū  
philosophabantur. Latine dici potest Varia, sive Variiegata, a multi-  
plici pictura. Graeci enim ποικίλον varium dicunt. In hac autem  
porticu Zenon philosophus discipulos docebat Plin. 35, 9 Hic et Athenis  
pinxit porticum, quae Poecile vocatur, gratuito, quum partem eius  
25 Mycon mercede pingeret. *De Polygnoto Thasio. Fuit et in Helide*  
porticus Poecile, quae a Plinio 36, 15 Heptaphonos appellatur, quoniam  
septies eadem vox in ea reddebatur.

POEESSA, ae. f. [*Ποῖεσσα*] Insula est in mari Carpathio, no-  
tiore nomine Rhodus dicta. Plin. 5, 31.

POEMA, vid. POETA.

POEMENIS, idis. f. [*Ποιμῆνις*] Canis femina ex canum eorum  
numero, qui Aetlaeonem lacerauerunt, dicta a fidelitate quam gregi  
observat, vigilantioris pastoris officio defuncta. ποιμῆνις enim pastorem si-  
gnificat. Ouid. Met. 3, 215 Pecudesque sequuta Poemenis, et natis co-  
35 mitata Harpyia duobus.

POENA, ae. f. [*ποινή, πῶνις, τιμωρία*] Malum quodcumque, qua  
quis ob delictum afficitur. Tria poenarum genera memorantur Gell.  
6, 14 κόλασις, cum poena adhibetur castigandi atque emendandi gratia  
— τιμωρία, cum dignitas auctoritasque eius, in quem est peccatum,  
40 tuenda est — παρὰδειγμα, cum poenitio propter exemplum neces-  
saria etc. Totus enim locus cognitione dignus est. Vlpian. in l. Si  
quis forte D. de poenis, Et sunt poenae, quae quidem vitam aut adi-  
mant, aut seruitutem adiungant, aut civitatem auferant, aut exilium, aut  
coercitionem corporis contineant. Poena, a puniendo, vel a poenitendo,

45 quod post peccatum sequitur Varr. de Ling. Lat. 4, 36. Quin a Poena  
est Poenio s. Punio, et Poenitet. Cic. ad Brut. 15 In Animaduer-  
sione poenaeque durior. Idem de Legib. 3, 6 Quum magistratus iudi-  
casset, interrogassetque, per populum Mulctae poenae certatio esto, *i.*  
multae suae poenae. Ne maior poena quam culpa sit, cauendum  
50 est Cic. Off. 1, 89 c. 25. Naturae poena est mors; iracundiae, tor-  
mentum atque cruciatus Cic. Philip. 11, 3. Periurii poena diuina,  
exitium: humana, dedecus Cic. de Legib. 2, 22. Scelerum poenae  
Virg. Aen. 8, 666. Arbitrator poenarum mearum aditas Sen. Phoeniss.  
166. Causa poenae cruenta Ouid. Trist. 3, 5, 44. Imago poe-  
nae Sil. 16, 70. Inter poenas, vid. INTER. Amara Iuven.  
55 Sat. 13, 247. Crudeles, vid. CRUDELIS. Debitae Senec.  
Herc. fur. f. 9. Grauiissimae legum Cic. in Pison. 50 c. 21. Mar-  
tial. 3, 22 Sirenas Hilarem nauigantium poenam, Blandasque mortes,  
gaudiumque crudele. Indeprecabilis poena Gell. 1, 13. Ingens  
60 Senec. Thyest. f. 1. Lactae Ouid. Epist. Sabin. 1, 79. Lewis  
Quinctil. 7, 3. Meritae Ouid. Fast. 4, 239. Minor poena me-  
rito, nocuit mala lingua duobus Ouid. Amor. 2, 2, 49. Mitior  
Quinctil. 6, 4. Praesens Senec. Hippol. 2. Tardior Quin-  
ctil. 7, 3. Tristis Ouid. Trist. 2, 494. Vehemens Iuven. Sat.  
65 13, 196. Ultimam poenam in aliquem statuere Suet. Caes. c. 14.

¶ 2 Formulae Verborum: Accipere poenas, vid. ACCIPIO. Accipere  
quas merui poenas: en ora fatiscunt, etc. Claud. de Rapt. Proserp.  
3, 107. Addere poenam, vid. ADDO. Officere poena Cic.  
Off. 2, 18 c. 6. Agere poenam, vid. AGO. Adscribere poe-  
70 nam, vid. ADSCRIBO. Audere poenam Tacit. Ann. 2, 40. Sal-  
lust. in Ingurth. 68, 3 Dum pro civibus suis viris fortissimis atque mi-  
serissimis poenas Caperent. Caperent, *i.* Ferrent, subirent. Sed  
Ouid. Met. 2, 832 Has ubi verborum poenas mortisque profanae Ce-  
pit Atlantiades. *i.* percepit, audiuit. Caperere poenam in hostem, *b. e.*

75 Hostem officere supplicio Curt. 4, 6 extr. Cogere in poenam Plin.  
8, 16. Commeruisse poenam Ouid. Trist. 2, 63. Committere  
poenam Quinctil. 7, 5, 20. *i.* Committere, propter quod punientis sis,  
ut committitur sponso etc. Compescere aliquem poenis Hor. Sermon.  
1, 8, 31. Conscripserunt edictum Praetores cum poena et iudicio  
80 Cic. Off. 3, 80. Constituere poenam, vid. CONSTITVO. Con-  
stituta reticentiae poena etiam est a Iurisconsultis Cic. Off. 1, 65.  
Consurgere in poenam Plin. 8, 16. Contineri praemio et poena  
Rempublicam dixit Solon Cic. ad Brut. 15. Contrahere poenam,  
vid. CONTRAHO. Decerni potuit poena decentior Senec. Thyest. 2.  
85 Cic. pro Sext. 140 c. 67 Omnes fere Reipub. poenas aut praesenti mor-  
te, aut turpi exilio Dependendum. Disserre poenas Ouid. Met. 2,  
467. Dare poenas ac Pendere est puniri: orta videtur formula a poe-  
nis sive multis pecuniariis, quae dat qui punitur. Sic exigere, su-  
mere poenas dicitur is, qui punit. Cic. de Clar. Orat. 241 Nisi in  
90 facinore manifesto deprehensus, poenas legibus et iudicio Dedit.

Dare crudeles poenas Virg. Aen. 6, 585. Dare poenas meritas lan-  
guine Ouid. Fast. 4, 239. Dare morte poenas alicui, Occidi ab eo  
Ouid. Met. 9, 578. Dare poenas, temeritatis suae Cic. Att. 9, 12  
(10). Patercul. 2, 4 pr. M. Aquilio, capite poenas Dedit, quum  
95 initio belli Crassum Mutianum Proconsulem interemisset. *de Aristo-  
nico loquitur.* Dare poenas, quas pati meruimus Ouid. Met. 1, 242.  
Dedi satis superque poenarum tibi Hor. Epod. 17, 19. Iustissimas  
optime de se merito viro poenas Dedit Vell. 2, 64, 1. Donat heu  
quantum poenae misero mens conscia Lucan. 7, 784. *i.* infligit. Cic.  
100 Fam. 16, 26 Non potes effugere huius culpae poenam me patrono:  
Marcus est adhibendus, etc. Exerceri poenis Virg. Aen. 6, 739.  
Exhaustum est satis poenarum Virg. Aen. 9, 356. Exigere poenas  
de aliquo Ouid. Met. 8, 531. Exigere poenam Plin. 7, 44. Exi-  
mere aliquem poenae, vid. EXIMO. Exfoluere poenas Catul. Ar-  
105 gon. 62, 77. Exfoluere aliquem poena Tacit. Ann. 14, 12. Expen-  
dere

dere poenas alicui Cic. Tusc. 2, 13. Idem de Arusp. Respons. 43 C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad Expetendas domestici sanguinis poenas excitauit. Cic. pro Domo 134 Poenam hanc maternae teneritatis tulit, vt, etc. Finire poenas Ouid. Met. 1, 735. Fit grauior poena longa mora Ouid. ex Pont. 1, 2, 40. Frangere poenas, *imitigare* Lucret. 4, 1078. Cic. de Legib. 2, 44 Plus poenarum Habeo, quam petiui. Imponere poenas fontibus Ouid. Met. 2, 521. Idem Amor. 1, 7, 26 Et potui poenam fortis Inire meam? *Sed Heins. et Burm. sic*, Et valui poenam fortis in ipse meam? Factorum poenae instant Ouid. Met. 8, 772. Interponere poenas, *vid.* INTERPONO. Ire in poenas Ouid. Met. 5, 668. Irrogare poenam alicui Quinctil. 6, 4. Irrogat nemo nocens sibi ipse poenas Senec. Herc. Oet. 7 v. 899. Irrogare poenas aequas peccatis Hor. Serm. 1, 3, 118. Leuari a poena, *vid.* n. 5. Liberare poena iudiciorum innocentiam Cic. de Orat. 1, 202. Luere poenas, *Puniri* Suet. in Vesp. c. 1. Luere poenas iustas Hor. Epod. 17, 37. Luere poenas facinorum Senec. Octau. 5. Manet cunctos generis poena vna Claud. in Eutrop. 2, 479. Meditari poenam in fratrem, *vid.* MEDITOR. Legitime factum poenam non Meretur L. Gracchus 4 C. ad L. Iul. de Adult. Mouere poenas immeritas Claud. de Raptu Proserp. 3, 139. Multare aliquem multa et poena Cic. pro Corn. Balbo 42. Liu. 6, . . Poenam oblatam oculis deorum. Omitte poenas languidas longae morae Senec. Theb. 1. Patior sine crimine poenam Ouid. Met. 9, 372. Idem ex Pont. 3, 6, 28 Qui poenam culpa non meruere Pati. *Sed Burm.* 25 Pari. Pati genus nouum poenae Ouid. in Ibin 337. Pendere poenas, *dicitur vt* Dare, v. v. Cic. in Pison. 50 Nisi poenas patriae disisque immortalibus eas, quae grauissimae sunt, furore atque infania Penderet. Pendere haud mediocres poenas, *vid.* Mediocris, in MEDIVS. Pendere poenam exilio Ouid. Met. 10, 232. Pendere poenas pro scelere Lucret. 5, 119. Pendere poenas grauissimas stultitiae suae Cic. Att. 11, 8 (11) Id. pro Sext. 145 c. 69 Si scelestum est amare patriam, Pertuli poenarum satis. Perferre omnes acerbissimas poenas impiorum Idem de Lege Agrar. 2, 91. Perpeti poenas pro crimine Valer. Argon. 4, 431. Persequi poenas alicuius, *pro Vlcisci* Cic. Verr. 3, 32 Poenam octupli sine vlla dubitatione commissam non persequebatur. Cic. Philipp. 11, 29 Poenas diis hominibusque meritas, debitasque Persoluat. Persoluit is iustas et graues poenas Reip. Cic. de Amicit. 37. *Add.* Id. ad Brut. Ep. 5. Persolvere poenas capite suo Senec. Agamemn. 13. Peruenit poena ad liberos, qui nihil meruerunt Cic. ad Brut. 15. Petere poenas in imperatorem, *pro Exigere poenas de imperatore* Sallust. in Iugurtha c. 65. *al. aliter.* Petere poenam ab aliquo Cic. de Inuent. 1, 19. Placere poenae Senec. Troad. 11. Poenitet crudelis poenae Ouid. Met. 2, 112. Poscere poenas cum sanguine Virg. Aen. 2, 72. Praecipit magnas poenas, *b. e. De hostibus cepit ante, quam ab eis caperetur* Sil. 6, 299. Vlpian. in l. 1 §. si plures D. de eo, per quem factum erit, etc. Si plures dolo fecerint, omnes tenentur: sed si vnus praestiterit poenam, caeteri liberabuntur. Praetermittere poenam sceleris (id enim est quod vocatur ignoscere) etiam in caeteris rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto Cic. ad Brut. 15. Premittit culpam poena comes Hor. Carm. 4, 5, 24. Vlpian. in l. 1 §. Quum patronus D. de offic. praefecti vrb. Praefectus vrb. aditus, pro modo querelae corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut vterius procedere in poenam eius solet. Promerere poenam Ouid. Trist. 1, 2, 63. Proponere poenam alicui Catul. 96, 15. Quaerit nouamque poenam sceleribus parem Senec. Thebaid. 1. Recipere poenas ab aliquo Virg. Aen. 4, 656. Recusare poenam Quinctil. 4, 2. Reddere poenas Sallust. in Iugurth. c. 14 *adf. i. Grauissime puniri.* Reddere aliquem poenae, *vid.* REDDO. Ouid. Met. 14, 217 Solus, inops, expes, leto poenaeque relictus. Cic. in Pison. 95 Non in eo, cui facta est iniuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris ac conscientiae poena remansit. Remittere poenam Quinctil. 7, 2 (1 *sub fin.*) Cic. pro Rosc. Amer. 67 Hae sunt impiis assiduae domesticaeque furiae, quae dies noctesque parentum poenas a consceleratissimis filiis Repetant. *Conf.* Id. Verr. 5 c. 63. Reposcere aliquem ad poenas Virg. Aen. 2, 139. Repraesentare poenas Suet. Claud. c. 34. Reuersura est poena in caput ista tuum Ouid. de Arte Am. 1, 340. Ruere in poenam suam Senec. Octau. 17. Sancire veterum malorum poenas aliquibus Stat. Theb. 3, 244. Sancire poena obseruantiam Cic. pro Planc. 47. Sequitur poena scelus Id. de Arusp. Resp. 39 c. 18. Seruare poenam Ouid. de Arte Am. 2, 291. Soluere poenas Idem Met. 1, 209. Soluere poenas breues tam magnis sceleribus Senec. Oedip. 12. Soluitur magnis iniuria poenis Ouid. Fast. 5, 303. Statui in eum poena metalli debet Vlpian. in l. 1 §. Quum patronus D. de Off. praef. vrb. *Add.* Suet. Caes. c. 14. Cic. in Pison. 91 Neque vllam poenam, quae tanto facinori deberetur, non maluisti subire, quam, etc. Cic. pro Flac. 96 Summi amoris in patriam vicissim nos poenas, si ita diis placet, Sufferamus. *Conf.* Id. Catil. 2 c. 13. Sum. Poenae fuit ciuitas Sall. Iug. c. 69, 3. *i. punita.* Cic. pro Ligar. 13 Vt ea poena, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamur esse contenti. Eris in poenas non satis vnus Ouid. Epist. 2, 44. Cic. pro Flacc. 48 Poena est, vt opinor, Dorylensium grauior. Sumere poenas Cic. de Inuent. 2, 84. Sumere merentis poenas Virg. Aen. 2, 586. Sumere sceleratas poenas, *Ob perpetratum scelus commertas* Virg. Aen. 2, 576. Cic. pro Lege Manil. 7 Non modo adhuc poenam nullam suo dignam scelere Suscepit. Suscitare poenas alicui Virg. Georg. 4, 455. Cic. pro Domo, 135 Grauissimas poenas affinitatis impurissimae Sustinere. Sustinerem sempiternam poenam mea voluntate susceptam Cic. post red. ad Quir. 90 *pr.* Teneri poena Cic. Q. Frat. 2, 3. Trahere aliquem per omnem poenam Virg. Aen. 5, 786. Transigere aliquod scelus leui poena Quinctil. 7, 3. Venit quae indigne poena, dolenda venit Ouid. Epist. 5, 8. Viuere in poenas alicuius Senec. Troade l. 10. Vrgeri poenis Virg. Aen. 6, 561. ¶ 3 Poena Est etiam Furia Valer. Flac. 1, 726 Vltricesque Deae, fasque et grandaeva furorum Poena parens. *Vid.* Virg. Cul. v. 217 et ibi *Taubm. et* Cic. pro Domo 3 c. 2. et in Pis. c. 37. Plin. 2, 7 l. 5 *pr. Drakenb. ad* Sil. 2, 551. Poena et Beneficium, *pro Diis habitos apud quosdam Aethiopiae populos legimus.* Sunt qui non ab Aethiopia, sed ab Assyriis et Persis Poenam et Beneficium cultos fuisse adserant, illam, quod malorum: hoc quod bonorum largitorem esse opinentur. *Alexand. Alexandrinus* 6 c. vlt. ¶ 4 Vltio, vindicta. Id poenae hostibus redditum Liu. 4, 19 *pr.* ¶ 5 Quoduis malum, calamitas, dolor. Poena in ipsa telis leonis est dolor ex offe, quod morsu auidiore dentibus

- inbaeserat* Plin. 8, 16 f. 21. Mors vltima poena est Lucan. 8, 195.  
 Poenae pariendi Plin. 9, 6 f. 5 i. *dolores partus*. Deus non potest  
 mortem sibi consciscere, si velit, quod homini dedit optimum in tan-  
 tis vitae poenis Plin. 2, 7 f. 5. Id. 28, 4 f. 7 Si quem poeniteat  
 5 ictus — et statim exspuat mediam in manum, qua percussit, leue-  
 tur illico percussus a poena. *Conf. Burm. ad Quinctil.* l. 6 proem.  
 p. 498 Superstes pauens tantum ad poenas.
- POENALIS, e. Adi. Poenalis opera, *Quae ad poenam pertinet*  
 Plin. 18, 11. Aquae Plin. 4, 8 *extr.* Ciuitas Iustin. 38, 9, 9. *in*  
 10 *qua quis exulat.* Claustra Ammian. 15, 5. Exitium Apul. Met. 7 p.  
 197. Ferro poenali cadere, perire Ammian. 27, 26. et 28, 2. Labor Prud.  
 Pass. Laur. v. 192. i. *in poenam impositus.* Opus poenale  
 metallorum Tertull. de Hab. mul. c. 5. *Compar.* Saluian. de Gubern.  
 5 p. 173 Illud indignius et poenalius. Scelera poenalia Id. ib. 6. p.  
 15 220. *Superl.* Idem adu. Auarit. 2 p. 254 Cogitantes quoque inter  
 haec horrenda et poenalissima.
- POENALITER. Adu. Poenaliter interire Ammian. 16, 12. Pec-  
 care poenaliter August. Confess. 10, 33.
- POENARIUS, a, um. Adi. [*ποινωατικός*] Poenaria actio Quin-  
 20 cil. 4, 3.
- POENIO, ire, *pro punio.* ex MSS. hanc vocem tribuit Gell. 20, 1  
 et 11, 18. Cic. pro Mil. c. 31 et Tusc. 1 c. 44 etc. Pareus Lex. Crit.  
 p. 943. *in editis tamen fere legitur punio.* Poenio tamen dedit Lon-  
 gol. Gell. 6, 14, 1. 9, 15, 7. 11, 18, 1 et 2.
- POENITIO, onis, f. Mulctae Gell. 11, 1, 2. Add. 6, 14, 8. *hodie*  
 25 *tamen hic leg. punitio: nisi quod Longolius antiquam scripturam reuocauit.*
- POENITET, uit, ēre. [*μετανόω, μεταμέλω, μεταμέλομαι*] Poe-  
 nitere tum dicere solent, quum quae ipsi fecimus, aut quae de no-  
 stra voluntate nostroque consilio facta sunt, ea nobis post displicere  
 30 incipiunt, et molesta esse, sententiamque in iis nostram demutamus.  
*Sic Asinius Pollio apud Gell. 17, 1. Atque hoc ita se habere, non est*  
*negandum. Sed tamen tum simpliciter, tum cum negandi Aduerbio, non*  
*ad nostra facta modo, sed etiam ad alias res nostras, s. ad nos relatas, bo-*  
 35 *minesque adeo refertur, quos nobis displicere sic indicamus.* Poenitet  
 me (*poena*) huius rei est idem, quod afficit me dolor huius rei, in quan-  
 tum ea res vel factum aliquod meum est, vel alioquin ad me pertinet. Si  
 de interpretandis locis cogitemus, saepe commodum est, vt non poenitet  
 40 me reddas, quasi dictum esset Contentus sum. *Exemplis, quae dicta*  
*sunt, iam probabimus.* Ac primo Poenitet posse etiam cum Nominati-  
 uo poni, docet Plaut. Stich. 1, 1, 50 Et me quidem haec conditio nunc  
 non poenitet. Gell. 13, 2 Ita est, vti dicis, neque id sane me poeni-  
 tet. Id. Gell. 5, 1 Quisquis ille est, qui audit, — et perhorre-  
 scat necesse est, et pudeat tacitus, et poeniteat, et gaudeat, et admi-  
 45 retur. *Ipse Cic. Tusc. 3, 53 c. 18 Sequitur vt nihil poeniteat, nihil*  
*desit, nihil obstat. Et 5, 81 c. 28 Sapientis proprium est, nihil quod*  
*poenitere possit facere. Et de Inu. 1, 43 Vtrum id facinus sit, quod*  
*poenitere sit necesse. Sed haec rariuscula. Ordinarie Nominatiuus*  
*dissimulatur.* Cic. Att. 3, 7 Alterum non potes, vt me non nostri  
 50 consilii vitaeque poeniteat. Ter. Phorm. 1, 3, 20 Ita plerique inge-  
 nio sumus omnes, nostri nosmet poenitet. i. Nostra contemnimus,  
 inquit Donatus. *Dicimus vulgo, Nostra nobis non satisfaciunt. Pro piget*  
*posuit Virg. Ecl. 8, 34 Nec te poeniteat calamo triuisse labellum. Cic.*  
*de Senect. 60 Num igitur si ad centesimum annum vixisset, senectutis*  
 55 *eum suae poeniteret? i. Taederet.* Cic. Att. 2, 22 Sed quod facile  
 sentias, taedet ipsum Pompeium, vehementerque poenitet. Cic.  
 Tusc. 5, 53 Satis est in virtute vt fortiter viuamus: si fortiter, etiam  
 et magno animo, et quidem vt nulla re vnquam terreamur, semper-  
 que firmus inuicti: sequitur vt nihil poeniteat, nihil desit, nihil  
 60 obstat. Quod te offenderim, me poenitet Cic. Attic. 11, 13.  
 Sapientem nihil opinari, nullius rei poenitere, nulla in re  
 falli, sententiam mutare nunquam Cic. pro Muraen. 66. Me haud  
 poenitet eorum sententiae esse, quibus et apparitores, etc. Liu.  
 1, 8. i. *Non nolo.* Gratis poenitet esse probam Ouid. ex Pont. 2,  
 3, 14. Fecisse fortiter vt poeniteat, ne supplicis quidem moueri,  
 65 viri fortis est Cic. pro Milon. 83. Iurasse poenitet Ouid. Met. 2, 49.  
 Quem poenitet Peccasse, paene est innocens Sen. Agam. v. 241. Sen-  
 sisse poenituit eum illa Cic. Acad. 4. . . Nihil me poeniteat sanum pa-  
 tris huius Hor. Serm. 1, 6, 89. i. *Quamdiu sanus sim, nunquam mihi*  
*doleat, aut nunquam mihi parum beatus videar, quod tui patre natus*  
 70 *sim.* Cic. pro Cluent. 80 c. 29. Neque me poenitet hoc potius tem-  
 pore, quam illo causam A. Cluentii defendere. causa enim manet ea-  
 dem etc. i. *Non minus commode nunc et opportune agere puto, quam si*  
*in re recenti egissem.* Acti vos poenitet Valer. Argon. 5, 673. Cic.  
 de Arusp. Resp. 45 Et eo fecisse auctore se diceret, cuius auctoritatis  
 75 neminem posset poenitere, i. *cuius auctoritate quisque posset contentus*  
*esse et acquiescere.* Belli iniusti Ouid. Met. 5, 210. Conuiuiorum  
 Hor. Epod. 11, 12. Dignitatis tuae non me poenitet Cic. Philipp. 3,  
 17. Facti poenitere aliquem Catul. 28, 12. Fortunae, amplitudi-  
 nis, claritatis, gloriae num poenitebat? Cic. Philipp. 1, 33. Curtius  
 80 4, 13, 9 Malo me fortunae poeniteat, quam victoriae pudeat. i.  
*Malo me dolore affici propter calamitosam offensionem, quam pudore ob*  
*victoriam.* Cic. Fam. 6, 1 Etsi ea perturbatio est omnium rerum, vt  
 suae quemque fortunae maxime poeniteat: nemoque fit, quin vbiuis,  
 quam ibi vbi est, esse malit, tamen, etc. Cic. Acad. 4, 69 c. 22. Quid?  
 85 eum Mnesarchi poenitebat? quid? Dardani? qui erant Athenis  
 tum principes Stoicorum? *Non contentus erat illis auctoribus?* Cic.  
 in Somn. Scip. 8 Iam ipsa terra ita parua mihi visa est, vt me im-  
 perii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, poeniteret: idem  
 90 *fere, quod puderet.* Industriae nostrae neque nos, neque alios  
 poenitebit Cic. de Inuent. 2, 9 c. 3. Ineptiarum suarum eos poe-  
 nitet Cic. Fam. 2, 8. Idem Diu. Verr. 69 cuius consuetudinis atque  
 Instituti patres maioresque nostros non poenitebat. Cic. Fam. 1, 7  
 Multum interest, vtrum Laus imminuatur, an salus deseratur: me  
 meae tamen ne nimis poeniteret, tua virtute perfectum est.  
 95 Me, Quantum hic operis fiat, poenitet Ter. Heaut. 1, 1, 20.  
 Non poenitet me, quantum profecerim Cic. Att. 12, 28. Mei  
 memet poenitet Cic. de Orat. 3, 29. Illius malo me quam Mei  
 poenitere Idem Att. 12, 21. Leues, quos paullo post Muneris sui  
 poeniteat Senec. de Benef. 1, 1. Pacis poenitet Liu. 35, 25. Pe-  
 100 coris me poenitet Virg. Ecl. 10, 17. Cic. pro Domino 18 Quarum re-  
 rum si quem poeniteat, eum victoriae Populi Romani poenitere. i.  
*Quas res si quis non euenisse velit, et ob id dolore afficitur.* Scelerum  
 poenitet Hor. Carn. 3, 24, 50. Status sui vehementer poenitet Cic.  
 Att. 2, 22. Idem pro Planc. 76 c. 31 Vide quam me Verbi tui poe-  
 105 nitet, i. *quam mihi non satis graue sit hoc verbum.* Lacrimulam dixerat  
 Lateran-



*Laterensis*; lacrimas multas vult Cicero, et fletum cum singultu. Virium poenitet Liu. 1, 8. Ter. Eun. 5, 7, 11 An poenitebat flagitii, te auctore quod fecisset adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? Donatus interpretatur, Parum videtur? Sic Caes. Bell. Civil. 2, 32 An poenitet vos, quod saluum atque incolumem exercitum nulla naue deliderata traduxerim.

POENITENS, entis. Partic. [μετανοών] Sueton. in Vitell. c. 15 Non multo post poenitens facti. Portus optimus poenitenti, mutatio consilii Cic. Philipp. 12, 6 c. 2. Add. Quinctil. Trib. Mar. c. 6 p. 80 *Burm.* Poenitens de matrimonio Sueton. in Claud. 10 Caes. c. 43.

POENITENTER. Adu. Minucius Felix in Octauio c. 26 Auspicia et auguria poenitenter omiſſa, obseruata feliciter.

POENITENDVS, a, um. [μεταμελητέος] Pudendus, et parui aestimandus. Liu. 1, 35 Sub haud poenitendo magistro. Columel. 2, 2 Itaque hic ager siue exercetur, seu cessat, colono est poenitendus, ac tanquam pestilens refugiendus. Factum Suet. Tito c. 10. Gens Suet. Vesp. c. 1. Tu nunquam poenitenda fecisti Aufon. ad Gratian. *sub fin.*

POENITENDVM. Gerund. [μεταμελητέον] Sallust. in Iugurth. 20 Num eorum poenitendum sit. Ad poenitendum Tacit. Ann. 3, 51. Ad poenitendum properat, cito qui iudicat P. Syrus Mim. Cic. Tusc. 4, 79 Alexandrum regem videmus, qui quum interemisset Clytium familiarem suum, vix a se manus abstinuit, tanta vis fuit poenitendi.

POENITĒRVVS, a, um. [μετανοήτων] Accius apud Non. 2, 685 Quod si procedit, neque te, neque quenquam arbitror poeniturum laudis: quam vt serues vide. Quinctil. 9, 3, 12 Eousque processum est, vt non poeniturum, pro non acturum poenitentiam: et visuros, ad videndum missos, Sallustius dixerit.

POENITENTIA, ae. f. [μετάνοια, μεταμέλεια] Poenitentis conditio vel actus. Plin. 17, 12 Nihil est foedius agricolis, quam gestae rei poenitentia. Dato in poenitentiam spatio Iustin. 1, 9, 19. Liu. 31, 32 *pr.* Celerem enim poenitentiam, sed tandem feram et inutilem sequi. Agere poenitentiam, poenitentiae suae Plin. Ep. 7, 10. Sera poenitentia Subiit regem Curt. 3, 2 *extr.* Pro Contemptu et aspernatione Plin. 5, 17 de *Essenis*, Gens aeterna, in qua nemo nascitur, tam secunda illis aliorum vitae poenitentia est. De Poenitentia sensu theologico: Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit Aufon. Epigr. 12, 10.

POENITĒDO, inis. f. Idem quod Poenitentia. Pacui. Teucro, Quae desideria alumnūm, poenitudines, squalis, scapresque, et incultas vastitudines. Nonius 2, 769. Aufon. in Sap. Thal. v. 22 Praedes vadesque poenitudinis rei. Pro quibus debeas poenitudinem gerere Zeno Veron. Serm. de praecepto ATTENDE TIBI. Subeat animos vicaria poenitudo I. vlt. C. de Feriis. Conf. Hieron. contra Pelag. Dial. 1 c. 9.

POENITENTIARIVS, i. m. Qui consistentes peccata sua absoluit. Hieronymi esse dicitur.

POENVLVS, i. m. Dimin. est a Poenus: unde Plautina fabula nomen sumpsit, in qua Poenus Hanno Punice loquens introducit. Scribitur et Poenolus.

POENI. [Αἰθῶες] Carthaginienses. Poeni (inquit Seruius) ἀντίποινον est, quasi Phoeni, quia a Phoenicibus orti. Virg. Aen. 1, 306 Ponuntque ferocia Poeni Corda volente deo. Calliditate Poenos Romani non superarunt Cic. de Arusp. Resp. 19. Acutus vt Poenus, et valde studiosus ac diligens Clitomachus Idem Acad. 4, 98. Crudelitati Poenorum corpus Reguli praebitum Cic. de Nat. Deor. 3, 80. Ductor Poenorum, Annibal Sil. 7, 530. Ferox Poenus Claud. Conf. Prob. et Olyb. 148. Fulmineus Idem de Bell. Get. 138.

POENVVS, a, um. Adi. [Αἰθωνός] Stat. Silu. 4, 3, 91 Poenos Bagra da serpit inter agros. Leones Virg. Ecl. 5, 27. Sermo Stat. Silu. 4, 5, 45.

POENICVS, vid. PVNICVS.

- Cic. Philipp. 11, 29 c. 12. Ludos flagitio omni Cic. de Arusp. Resp. 27. Ludos lues impura polluit Id. ib. 24. Macula pollui Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 292. Ora cruore polluit Ouid. Met. 15, 98. Sacra Cic. Verr. 4, 99. Sacra marita polluere nouo toro Propert. 3, 20, 16.
- 5 POLLVTVS, a, um. Partic. [*πολυυδής, μιανδής*] Sanguine pollutus Lucan. 1, 429. Amor Virg. Aen. 5, 6. Corpus Catul. 60, 46. Dextra Lucan. 2, 114. Domus Idem 2, 252. Enfes Lucan. 2, 536. Foedera dolis Sil. 11, 323. Hospitium Virg. Aen. 3, 61. Licentia Sallust. in Iugurtha c. 15 extr. i. n. mia. Mensa nullo cruore Sil. 7, 183. Sacra polluta et violata Cic. Verr. 5, 186. *Abolute*: Sallust. in Iugurth. c. 63 extr. Et iam tum alios magistratus plebs, Consulatum nobilitas, inter se per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus, neque tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore, et quasi pollutus haberetur. *Compar.*
- 15 Temeraria pubes delicta augebat, pollutior ipsa senectus Sil. 11, 46. *Superl.* Pollutissimus diues Apul. Met. 9 p. 234.
- POLLVTVM, *vid.* POLLVCTVM, *sub* POLLVCEO.
- POLLVTIO, ōnis. f. Pallad. 9, 10 Aqua omni labe pollutionis aliena.
- 20 POLLVS, f. POLVS, *histrion eximius*: *vid.* Gell. 7, 5.
- POLLVX, ūcis. m. [*Πολυδένκης*] Iouis ex aetere Ladae ouo filius, Castoris frater: *vid.* CASTOR. Hor. Epist. 2, 1, 5 Romulus, et Liber pater, et cum Castore Pollux, Post ingentia facta, deorum in templa recepti. Amyclaeus Pollux Virg. Georg. 3, 89. Aptior
- 25 caestibus Senec. Med. 2. Polluces etiam pro Pollux. Plaut. Bacch. 4, 8, 53 Castor, Polluces, Mars, etc. Varr. de L. L. 4, 20 p. 20, 26 [*Πολυδένκης*] Polluces, non vt nunc Pollux. *Vid.* Seru. ad Virg. Georg. 3, 89.
- POLVBRVM, *vel* POLLVBRVM, i. n. [*ποδώνιτρον* Gloss. Lat. Gr.] Vas pelluuium, quod nos peluim vocamus, inquit Festus. Non. 15, 11 Polubrum, quod Graeci *χίρριβα*, (*in quo manus lauantur*) nos trullam vocamus. Linius, Argenteo polubro, et aureo gutto. Fabius Pictor l. 16 Aquam manibus pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aqua. *Haec* Non. *Conf.*
- 35 Arnob. 2 p. 59.
- POLVS, i. m. [*πόλος*] Quasi Caeli cardo, et Vertex. Duo autem sunt poli: Arcticus, id est Borealis: et Antarcticus, Australis. Et ab altero in alterum protendi animo concipitur axis etc. Virg. Georg. 1, 242 Hic Vertex (*polus arcticus*) nobis semper sublimis; at illum sub pedibus Styx atra videt. Plin. 2, 15 Quoniam terra a Verticibus duobus, quos appellauerunt polos, centrum caeli est, nec non signiferi, oblique inter eos siti. Cic. de Nat. Deor. 2, 105 c. 41 Extremusque adeo duplici de cardine Vertex Dicitur esse polus. *Sollemni Synecdoche pro caelo ponitur, quod nempe totum etiam πολών, verti, circumagi circa hos videtur.* Regna poli Senec. Octau. l. 7. Ardens flammis Lucan. 1, 527. Ater Senec. Herc. furent. 13. Australis Ouid. Met. 2, 132. Austrinum polum Indi Dranasa vocant Plin. 6, 19. Calidus Lucan. 1, 54. Deius Senec. Hippol. f. 10. Extremi Senec. Agamemn. f. 6. Gelidus Ouid. Epist. 16, 152. Glacialis Idem Met. 2, 173. Lucidus Virg. Aen. 3, 585. Nigrans Senec. Agamemn. f. 8. Nitidus Idem Herc. fur. f. 9. Nivalis Senec. Agamemn. f. 2. Occultus et conspicuus Ouid. Trist. 4, 10, 108. Rotati Idem Met. 2, 75. Rotundus Hor. Carm. 1, 28, 6. Signifer polus, *Plaga circuli Zodiaci* Lucan. 3, 254. Stellifer Senec. Hippol. f. 6. Stelligeri iubar poli Stat. Theb. 12, 565. Sidereus Valer. Argon. 4, 643. Umbrans Senec. Hippol. 7, 1. Dimouerat aurora humentem polo umbram Virg. Aen. 3, 589. Fulsero picei poli Valer. Argon. 1, 622. Inhorrescit polus atra nube Senec. Herc. Oet. 9. Intonere poli, et crebris micat ignibus aether Virg. Aen. 1, 94. Inuoluens umbra magna, terramque polumque Idem ibid. 1, 402. Occupato nube polum pater Hor. Carm. 3, 29, 44. Pascit sidera conuexa polus Virg. Aen. 1, 612. Percurrere polum animo Hor. Carm. 1, 28, 6. Deus, cuius legibus Rotantur poli Augustin. Soliloq. 1, 1. Subte-
- 60 65 xit nox atra polos Stat. Theb. 1, 346. Tenebat et nox atra polum bigis subuecta Virg. Aen. 5, 721.
- POLARIS, e. Adi. *Vt*, Stellae polares apud Astronomos.
- POLIOSE. Adu. *Per polos*. Mart. Capell. 1 p. 14 Obliqua decusata polose.
- 70 POLVS, *vid.* POLLVS.
- POLYACANTHOS, i. m. *Herba, cuius Plin. meminit 21, 16 Carduus et folio et caule spinosas lanugines habet. Item acorna, leucacanthos, chaliceos, cegnidos, polyacanthos.*
- POLYAEGOS, i. f. [*πολύαιγος*] Infula vna ex Sporadibus, a
- 75 caprarum multitudine dicta Plin. 4, 12.
- POLYANDRION, i. n. [*πολυάνδριον*] *In Graecis ciuitatibus dicebatur Commune hospitium sepulcrum, ita dictum a multitudine sepulcrorum; πολυάνδριον enim significat populosum.* Arnob. 6 p. 194 Polyandria illa Varronis. Et Lactant. Diu. Inst. Epit. c. vlt. Congerentur
- 80 in ea valle corpora mortuorum, et vocabitur nomen eius polyandrium. *Vid. Elmenb. ad Arnob. l. c. p. 175.*
- POLYANTHEMVM, i. n. *Herba, quam quidam Batrachion appellant, caustica vi; exulcerat cicatrices, et ad colorem reducit* Plin. 27, 12.
- 85 POLYARS, nos. Adi. [*πολύαρς*] *Multorum agnorum, Qui possidet multos agnos.* Varro de R. R. 2, 1 Origo quam dixi, et dignitas quam dicam. De antiquis illustrissimus quisque pastor erat, vt ostendit Graeca et Latina lingua, et veteres Poetae, qui alios vocant *πολύαρνας*, alios *πολυμήλας*, alios *πολυβάτας*, qui ipsas pecudes, propter caritatem
- 90 aureas habuisse pelles tradiderunt, vt Argis Atreus.
- POLYBVS, i. m. *Rex Corinthiorum, qui, cum liberis careret, Oedipum, Laii patris iussu expositum, inuentumque a pastore, pro suo educavit.* *Vid.* Stat. Theb. 1, 64. Senec. Oedip. v. 12. *Alius inter procos Penelopes, apud Ouid. Epist. 1, 91.*
- 95 POLYBVTES, ae. m. Varro R. R. 2, 1. i. qui boum armentis abundat.
- POLYCARPVVS, i. m. *Herbae genus apud Apul. de Herb. c. 18.*
- POLYCHRESTOS, [*πολύχρηστος*] *quod multi usus est, multiplicem utilitatem* 100 *affert. Laudatur Apic. 1, 1. Sed nihil ibi, nec, puto, alias apud Apicium. Medicorum vox de quibusdam Medicamentis usitata. Vtitur Veget. Mulom. 2, 6, 11 ubi vitiose Polycreston editum.*
- POLYCHRONIVS, i. m. [*πολυχρόνιος*] *Diuturnus, longaeuus.* Firmic. 8, 28 In coniunctione spinae et colli Sagittarii qui nati fuerint, 105 nobiles erunt, polychronii quoque, sed qui biathanati moriantur.

Et c. 29 Prima pars Aquarii si in horoscopo fuerit inuenta reges magnos faciet, et gloriosos, polychronios quoque.

**POLYCLĒTVS**, i. m. [*Πολύκλητος*] Statuarius eximius, diligentia et decore supra caeteros, ut ait Quinctilianus 12, 10, 7. Nam ex aere signa fecit, nobilitata scriptorum praeconio. Cum primis fecit astragalizontes: hoc est talis ludentes, quo opere nullum absolutius iudicant. Meminit huius Cic. de Orat. 2, 70. Item de Clar. Orat. 70. et Verr. 4, 5.

**POLYCLETĒVS**, a, um. Adi. [*Πολυκλήτεος*] Stat. Silu. 2, 2, 67 — Quod ab arte Myronis Aut Polycleteo iustum est quod vivere caelo. Idem Silu. 4, 6, 78 Quod Polycleteis visum est spirare caninis.

**POLYCNĒMON**, i. n. [*πολύκνημον*] Herbae nomen: de qua Plin. 26, 14. et Galen. de Simplic. medic. fac. 8, 62.

**POLYCRĀTES**, is. m. [*Πολυκράτης*] Sylofontis frater, Samiorum tyrannus, fortuna opibusque clarus: perpetuaque usus felicitate, quae tandem infelicem exitum habuit, cum postremum a Persarum satrape Oronte dolo captus ac suspensus est. Cic. de Fin. 5, 92 Polycratem Samium felicem appellant, nihil enim acciderat ei quod nollet: nisi quod annulum quo delectabatur, in mare abiecit. ergo infelix vna molestia: felix rursus, quum is ipse annulus in praecordiis piscis inuentus est etc.

**POLYDĀMAS**, antis. m. [*Πολυδάμας*] Pancratiastes, aemulatus Herculem, leonem inermis amplexus superavit: taurum ingentem apprehensis extremis pedibus retro tenebat: currum agitatam sese opponendo altera manū apprehensum ex cursu retrahabat, in equosque insiliebat deiecto auriga. Arcessitus a Dario Artaxerxis Magni filio, ter apud eum ex provocatione victor fuit. Postremo post coenam in cauerna, quum saxum a vertice ruinam minaretur, diffugientibus conuiuis, confisus ipse viribus, ac manibus posse illud sustinere, oppressus est. Auctor Pausanias.

¶ 2 Polydamas Troianus, Panthoi filius, socius et magister, et aequalis Hectoris, ut est auctor Aelianus. Homerus scribit Iliados 18 hunc eloquentia, Hectoris armis valuisse. Dares hunc dicit ad castra Graecorum noctu profectum Troiam prodidisse. Ouid. Met. 12, 547 Sed neque Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipsum Hectora laudamus. Pers. 1, 4 per Antonomastian, Ne mihi Polydamas, et Troiades Labeonem Praetulerint, pro unoquoque nobili Romano. Primam Syllabam, cum producitur, quidam per u malunt scribere, more Graeco.

**POLYDAMANTĒVS**, a, um. Adi. Sil. 12, 212 Polydamanteis iuuenis Pedianus in armis.

**POLYDECTES**, ae. m. [*Πολυδέκτης*] Magnetis filius, rex Seriphi insulae. Hic Perseum Iouis et Danaëis filium educavit. Cuius tandem ingenium veritus, audaciamque et felicitatem, sub praetextu aeternae gloriae illum ad superandam Gorgonem Medusam compulit: qua deuicta, redeunti Perseo quum semper detraheret, conuersus est ab illo in silicem, monstrato capite Medusae. Vid. Ouid. Met. 5, 242.

**POLYDŌRVS**, i. m. [*Πολύδορος*] Priami filius, missus a patre initio belli cum magna vi auri, ad Polymnestorem Thraciae regem conservandus nutriendusque: ut si contingeret Troiam capi, ipse genus et urbem instaurare posset. Sed destructa Troia, auri cupiditate Polydorum interfecit, ut testatur Virg. Aen. 3, 49 Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno, etc.

**POLYDORĒVS**, a, um. Adi. [*Πολυδόρεος*] Ouid. Met. 13, 629 Et Polydoreo manantem sanguine terram.

**POLYGĀLON**, i. n. vel **POLYGĀLA**, ae. f. [*πολύγαλον*] Herba palmi altitudine, in caule summo foliis lenticulae, quae potata lactis vbertatem inducit, a quo affectu nomen accepit. Plin. 27, 12. Dioscor. 4, 14.

**POLYGNŌTVS**, i. m. [*Πολύγνωτος*] Picior antiquissimus, cuius meminit Quinctil. 12, 10. Plin. 7, 56. et 35, 6 et 9.

**POLYGONA**, Figura est ex pluribus triangulis. Euclid. 6. Elementorum Theor. 14.

**POLYGONĀTON**, i. n. [*πολύγωνατον*] Herba sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, eadem quae polygonum, a frequentia geniculorum, teste Plin. 27, 12. Aliam tamen videbis polygonati descriptionem in Dioscoride 4, 7.

**POLYGONIVS**, a, um. Adi. [*πολυγώνιος*] Multorum angulorum. Polygoniae turrets Vitruu. 1, 5. Vid. Bald. Lex. Vitruu.

**POLYGONIVM**, i. n. Herba. Scribon. 2. 83. 193.

**POLYGONOĪDES**, is. f. [*πολυγονοειδής*] Herba est folio lauri, longa tenuisque, aduersus serpentes ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. A quibusdam clematis Aegyptia, ab aliis daphnoides appellatur Plin. 24, 15.

**POLYGŌNVM**, i. n. [*πολύγονον*] Herba, quam nos Sanguinariam dicimus, et geniculatam a multis geniculis, et seminalem a multo semine. Vulgo Centinodia dicitur, Plin. 27, 12 Polygonon Graeci vocant, quam nos sanguinariam: non attollitur a terra, foliis rutae, semine graminis: succus eius infusus naribus supprimit sanguinem, et potus cum vino, cuiuslibet partis profluuium, excreationesque cruentas inhibet. Columel. 6, 12 extr. Sanguinalis herba, quam Graeci polygonon appellant. Al. Polygonia.

**POLYGRAMMOS**, i. m. [*πολύγραμμος*] Gemma est smaragdo similis, per transversum multis albis lineis distincta Plin. 37, 9. Nempe γραμμή linea est.

**POLYGYNĀECION**, i. n. [*πολυγυναικείον*] Mulierum frequentia. Plin. 35, 11 Pinxit in templo Eleusinae Phylarchum, Athenis frequentiam quam vocauere polygynaecon. Al. Gynaeconitum: hoc est, senatulum mulierum. Harduin. legit Syngenicon.

**POLYHISTOR**, ōris. m. [*πολύεως*] Multifcius dicitur. Hoc nomine appellatus fuit Appion, de quo Gell. 5, 14. Solinus quoque ob variarum rerum commemorationem, eo nomine librum suum appellauit. Vid. Suet. Grammat. c. 20.

**POLYHYDION**, i. n. [*πολύυδιον*] Centauria maior. Apul. de Herb. c. 34.

**POLYHYMNIA**, vid. **POLYMNIA**.

**POLYMESTOR**, ōris. m. Milesius, puer quum a matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est: et ob id statim productus a gregis domino Olympiade sexta et quadragesima (vt Bocchus auctor est) victor in stadio meruit coronam Solin. c. 6. vid.

**POLYMNĒSTOR**.

**POLYMĪTVS**, a, um. Adi. [*πολύμιτος*] a πολύ, et μίτος, filium, quod nos licium dicimus: a liciorum multiplici varietate. Vnde Vestis polymita, Quae versicoloribus licis contexta est. Plin. 8, 48 Plurimis vero licis texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit. Ars polymita Hieron. Ep. 8 ad Demetriad. Polymitus Textus mul-

torum colorum est Isidor. 19, 22. Vestis Vulg. Genes. 23, 37.  
*Conf. Salmaf. ad Hist. Aug. p. 310. De polymita cubicularia est*  
*epigramma Martialis. 14, 150 Haec tibi Memphitis tellus dat munera,*  
*vicia est Pectine Niliaco iam Babylonis acus.*

5 POLYMITARIVS, i. m. *Huiusce vestis Textor, cuius fit mentio*  
*Regum 2, 21. Add. Vulg. Exod. 35, 35. Conf. Isidor. 19, 22.*

POLYMNESTOR, s. POLVMESTOR, ðris. m. [Πολυμνήτωρ]  
*Rex Thracum tempore belli Troiani, ad quem Priamus, dubitans de statu*  
*Troiae et belli euentu, filium Polydorum cum magno auri pondere conser-*  
*vandum nutriendumque misit, ut, si contingeret Troiam capi, ipse genus*  
*et urbem instaurare posset. Sed destructa Troia, auri cupiditate Polydo-*  
*rum interfecit. Quod cum cognouisset Hecuba, finxit se illi aliud auri*  
*pondus velle secreto indicare. Quae avarus rex vera esse credens, et in*  
*conspectum Hecubae veniens, ab illa unguibus occaecatus est, ut scribit*  
*Euripides in Hecuba; et Ovidius tetigit Met. 13, 430 Polymnestoris il-*  
*lic Regia diues erat etc. Thrax Polymnestor Propert. 3, 1, 55.*

15 POLYMNIA, sive POLYMNEIA, ae. f. [Πολύμνια] Hor.  
*Carm. 1, 1, 33 diuisit Diphthongum, Euterpe cohibet nec Polymneia.*  
*Vbi etiam Y sequentibus M et N more Graeco corripitur. Fuit autem*  
*una ex Musis: sic dicta, quia cantus suauitate Poetas reddit gloria im-*  
*mortales. Vel a πολὺ multum, μνήα memoria. Vnde praesse rhetoribus*  
*dicitur, quibus opus est multa memoria. Sunt qui a πολὺ et hymnos de-*  
*ducunt, quod est laudatio, quia laudationibus praesit, et scribitur Poly-*  
*hymnia: ut apud Ouid. Fast. 5, 9 Dissensere Deae, quarum Polyhy-*  
*mnia coepit. Et v. 53. Et sic hodie viri docti magno consensu apud*  
*Horatium.*

POLYMYXOS, i. f. [πολύμυξος] *Lucernae epitheton, quae multos*  
*babet angulos, s. nasos, et in his funiculos, illustrandis conuiuio accom-*  
*modata. Lemma Martialis. 14, 41*

30 Lucerna Polymixos,  
 Illustrem quum tota meis conuiuia flammis,  
 Totque geram myxos, vna lucerna vocor.

POLYNICES, is. m. [Πολυνείκης] *Oedipi Thebanorum regis fi-*  
*lius, et Eteoclis frater, qui Oedipo mortuo, de hereditate et ditone dissi-*  
*identes, contractis utrinque copiis, ambo se mutuis vulneribus interfece-*  
*runt; id quod testatur Virgil. in Culic. Vid. Stat. Theb. 7, 689.*

POLYONYMVS, i. m. *Helixine sive Herba perdicatis. Apul. de*  
*Herb. c. 81.*

40 POLYPHAGVS, i. m. [πολύφαγος] *Vorax, multum edens.*  
*Suet. Neron. c. 37 Creditur etiam polyphagò cuidam Aegyptii generis,*  
*crudam carnem et quidquid daretur mandere assuetò, etc.*

POLYPHEMVS, i. m. [Πολύφημος] *Neptuni filius, Cyclops.*  
*De quo Seruius, Multi Polyphemum dicunt vnum habuisse oculum,*  
*alii duos, alii tres: sed totum fabulosum est. Nam hic vir pruden-*  
*tissimus fuit, et ob hoc oculum in capite habuisse dicitur: id est*  
*iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verum Vlysses eum*  
*prudencia superauit, et ob hoc eum caecasse fingitur. Haec Ser-*  
*uius in illud Virg. Aen. 3, 635 Et telo lumen terebramus acuto, etc.*  
*Cicero quoque de Polyphemo Tusc. 5, 115 sic scribit: At vero Poly-*  
*phemum Homerus, quum immanem ferumque finxisset, cum ariete*  
*etiam colloquentem facit, eiusque laudare fortunas: quod quo vellet*  
*ingredi, posset, et quae vellet, attingere. Recte hic quidem; nihilo*  
*enim erat ipse Cyclops, quam aries ille prudentior. Pastor Poly-*  
*phemus Virg. Aen. 3, 657.*

55 POLYPLVSIOS, i. m. [πολυπλάσιος] *Latine Bene numatus di-*  
*citur, sive diues, nam πολὺς multus, et πλάσιος, diues. Plaut. Capt. 2,*  
*2, 27 Quo de genere natus est illic Philocrates? P. Polyplusio. Add.*  
*Ibid. 5, 2, 20.*

60 POLYPODIVM, i. n. [πολυπόδιον] *Herba. Plin. 26, 8 Detra-*  
*hit bilem polypodion, quam nostri filicutam vocant: similis enim est*  
*filici. Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine di-*  
*giti minimi, acetabulis cauernosa ceu polyporum cirri, subdulcis, et*  
*in petris nascens, aut sub arboribus vetustis. Add. Idem ibid. c. 11*  
*et 12. it. 16, 44 f. 92. Conf. Isidor. 17, 9.*

65 POLYPTOTON, i. n. [πολύπτωτον] *Dicitur quod multiplicem*  
*habet casum: ex πολὺ quod est multiplex, et πτώσις casus: Est nempe*  
*Polyptoton, Figura ex pluribus casibus. Hanc figuram vulgo nomina-*  
*uerunt, quod quum saepius initio ab eadem parte orationis stat, illa*  
*ipsa pars Declinationibus Casuum, aut Generibus, aut Numeris immu-*  
*tatur. Casuum Declinationibus hoc modo, Senatus est summi imper-*  
*rii consilium: Senatui Reipubl. cura mandatur: ad Senatum in du-*  
*bis periculosisque rebus omnis ciuitas respicit. Generibus autem*  
*hoc modo, Pulchra autem haec fama contigit ciuitati, si optime mer-*  
*ritum ciuem damnauerimus: pulchrum erat exteris nationes existi-*  
*mare infestiores nos esse bonis quam malis: pulchre communibus*  
*utilitatibus consulamus, si quos oppressos et hostes cupiere, nos cir-*  
*cumuenerimus. Numeris autem sic, Grata semper singulis fuerunt,*  
*quae commodi eorum causa constituta sunt. Gratum ille superior*  
*Africanus Senatoribus fecit, qui primus eius ordinis subsellia a popu-*  
*lo liberauit. Haec Aquila Romanus de Figuris Sentent. p. 21.*  
*Add. Rutil. Lup. p. 3. Quinctil. 9, 3. Diomed. 4 p. 442. Cha-*  
*rif. 1 p. 251. Mart. Capell. 5 p. 175.*

85 POLYPTYCHA, orum. n. *Libri, in quibus res annonaria et ciui-*  
*lis annotatur in l. 13 de indulgent. debit. in C. Theod. Cassiodorus*  
*Varr. 5, 14 extr. et 39. Vid. Veget. 2, 19. Cuiac. Obs. 4, 27.*  
*Stew. ad Veg. l. c. Nempe ut Diptycha sunt libelli duorum folio-*  
*rum aut tabellarum, ita Polyptycha plurimum.*

90 POLYPVS, i. vel ðdis. c. [πολύπους] *Piscis est, ex mollium ge-*  
*nere, a multis pedibus sic appellatus. Plin. 9, 29 Polyporum multa*  
*genera. Terreni maiores quam pelagii, omnes brachiis vt pedibus*  
*ac manibus vtuntur: cauda vero, quae est bisulca, et acuta, in coitu.*  
*Est polypis fistula in dorso, qua transmittunt mare, eam modo in*  
*dexteram partem, modo in sinistram transferunt. Natant obliqui in*  
*caput: quod praedurum est sufflatione viuientibus. Caeterum per*  
*95 brachia velut acetabulis dispersis, eo hausto quodammodo cui adhae-*  
*rescunt, tenent Supini, vt auelli non queant, etc. Polypus fe-*  
*mina Plin. 9, 51. Polypum etiam generis Feminini esse ex Lucilio*  
*ostendit Non. 3, 175.*

100 ¶ 2 Polypi prouerbio dicebantur olim,  
 vel Stupidi, stolidique, vel Rapaces, et unciis unguibus homines. Erasm.  
 Vid. Plaut. Aul. 2, 2, 21.

¶ 3 Polypus, genus vermis.  
 Scribonius Largus 39 Bestiolae multorum pedum, quae tactae condu-  
 plicant se in orbem pillulae rotundissimae similem (κατοικιδίς ὄνυς, aut  
 πολύποδος Graeci hoc genus animalium vocant) oleo domestico com-  
 plures inferuefactae vase ferreo, etc. ¶ 4 Genus morbi.

105 Cels. 6, 8 Polypus est caruncula modo alba, modo subrubra, quae  
 narium

narium ossi inhaeret, et modo ad labra pendens, narem implet, modo retro per id foramen, quo spiritus a naribus ad fauces descendit, adeo increfcit, vti post vnam conspici possit, strangulatque hominem, maxime Austro aut Euro flante: fereque mollis est, raro dura: eaque magis spiritum impedit, et nares dilatat, quae fere *καρκινώδης* est, itaque attingi non debet. *Vid. Scribon. 51. Hor. Epod. 12, 5 Poly-*  
*pus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis. Idem Serm. 1, 3, 40*  
*Balbinum Polypus Hagnae delectat.*

**POLYPŌSVS**, ā, um. Adj. [*πολυπώδης*] *Qui eo morbo laborat.*  
*Metaph. Martial. 12, 37 Nasutus nimium cupis videri: Nasutum vo-*  
*lo, nolo polyposum, i. putidum et rancidum scurram.*

**POLYRRHIZON**, ī. n. *Herba, quam Melampodion nigrum vo-*  
*cant. Plin. de ea eiusque viribus 25, 5. Add. Ib. c. 8. et 26, 12.*

**POLYSIGMA**, atis. n. *Vitium elocutionis. vbi S litera crebrius*  
*geminatur: Sofia in Solario soleas sarciebat suas Martian. Capella 15*  
*5 p. 167.*

**POLYSPASTVS**, ī. m. [*πολύσπαστος*] *Vitruu. 10, 5. Vid. Bald,*  
*Lex. Vitruu. p. 138.*

**POLYSYNDĒTON**, ī. n. [*πολύσύνδετον*] *Quasi multipliciter*  
*coniunctum. Figura, quum sermo multis Coniunctionibus concatenatur.*  
*Virg. Georg. 3, 345 Tectumque, laremque, Armaque, Amycleum-*  
*que canem, Cressamque pharetram. Vid. Quintil. 9, 3 p. 813.*

**POLYSYNTHĒTON**, ī. n. [*πολύσύνθετον*] *Figura, quum*  
*sententiae multorum articulorum conuenienti copia continentur: vt,*  
*Ille hunc poena constrictum trahebat, hic autem vociferabatur: con-*  
*cursus vero non mediocris, quum tamen omnes opitulari vellent, sed*  
*nemo auderet, neque ibi magistratus aderat, neque circumspicientes,*  
*quo potissimum confugeremus, reperiebamus. Rutilius Lupus de*  
*Fig. sent. 1 p. 4.*

**POLYTELES**, is. m. *Sumtuosus, impendiosus. Ita inscribitur*  
*liber septimus Apicii.*

**POLYTRICHON**, ī. n. [*πολύτριχον*] *Herba sic dicta, quod*  
*multitudinem capillorum faciat. Plin. 22, 21. Dicitur etiam Polythrix.*  
*Plin. 26, 12 Polythrix in vino data. Add. Ib. c. 11 et 14. Est et-*  
*siam Gemma, quae defluuia capillorum facere dicitur Plin. 37, 11.*

**POLYXĒNA**, ae. f. [*Πολυξένη*] *Priami regis filia ex Hecuba*  
*coniuge, quae a Pyrrho ad Achillis tumulum iugulata est in Troade. Vid.*  
*Seruium in illud Virg. Aen. 3, 321 O felix vna ante alias Priameia*  
*virgo, etc. Ouid. Met. 13, 448 Placet Achilleos maetata Polyxena*  
*manes. Vid. Euripidis Hecuba, cuius hoc capitale argumentum.*

**POLYXENIVS**, a, um. Adj. [*Πολυξένιος*] *Caedes Polyxenia*  
*Catull. Argon. 62, 368.*

**POLYXO**, ūs. f. [*Πολυξώ*] *Vna Amazonum, et Apollinis vates,*  
*quae Lemniaci sceleris dux et hortatrix existit. Quum enim Lemniacae*  
*mulieres ob spretam Venerem hircum olerent, mariti earum tantam odo-*  
*ris foeditatem exsecrantes, Lemno deserta, Thracas petierunt: ibique*  
*filiis eorum sibi coniugio ascuerunt. Quod vbi Lemniadibus compertum*  
*est, Polyxus impulsu et Venere stimulante, in omne genus virile coniura-*  
*unt: remeantesque ex Thracia viros omnes peremerunt: inter quas Po-*  
*lyxo ducem memorat Stat. Theb. 5, 90 Quum subito horrendas acui-*  
*matura Polyxo, etc. At Valer. Argon. 2, 316 Tunc etiam vates Phoc-*  
*bo dilecta Polyxo.*

**POLYZONOS**, ī. m. *Gemma nigra, a multiplicitate zonarum*  
*sic dicta, candicat enim zonis. Plin. 37, 11.*

## P O M

**POMARIUM**, *vid. POMVM.*

**POMERIDIES**, ei. m. *Legebatur a nonnullis apud Quintil. 9,*  
*4, 39 sed Burm. pomeridiem, i. post meridiem. Hinc*

**POMERIDIĀNVS**, a, um. Adj. [*μεταμεσημέριος*] *Quod post*  
*meridiem fit. Pomeridiana Ambulatio. Cic. de Fin. 5 pr. Et de Orat.*  
*3, 119 c. 30 Atque huius ambulationis antemeridianae, aut nostrae po-*  
*meridianae fessionis. Scholae Quintil. 3, 1. Ceterum nomen ita sor-*  
*reptum praefertur alteri illi postmeridianus a Cic. in Orat. c. 47.*

**POMETVM**, **POMIFER**, *vid. POMVM.*

**POMILIO**, ōnis. *Vid. PVMILIO.*

**POMOERIVM**, ī. n. *Tam intra quam extra murum est, di-*  
*ctum quasi post moerium, hoc est post murum, vt inquit Varr. de L.*  
*L. 4, 32. Liu. 1, 44 Pomoerium verbi vim solam intuentes, post-*  
*moerium (Perizonius coniicit post moerum) interpretantur esse. Est*  
*autem magis circa murum locus, quem in condendis vrbibus quon-*  
*dam Hetrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inau-*  
*gurato consecrabant. Et paullo post, Hoc spatium, quod neque habi-*  
*tari, neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quam*  
*quod murus post id, pomoerium Romani appellarunt, et in vrbis in-*  
*cremento semper, quantum moenia processura erant, tantum termini*  
*hi consecrati proferebantur. Gell. 13, 14 Pomoerium quid esset, au-*  
*gures Populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt, istiusmodi*  
*sententia definerunt, Pomoerium est locus intra agrum effatum, per*  
*totius vrbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus,*  
*qui facit finem vrbani auspicii. Cic. de Nat. Deor. 2, 11 Quod*  
*quum pomoerium postea intrasset habendi Senatus causa, in redeundo,*  
*quum idem pomoerium transfret, auspiciari esset oblitus. Lucan. 1,*  
*589 Longa per extremos pomoeria cingere fines, etc. Ius pomoerii*  
*Cic. de Diuin. 2, 75. Add. Tac. Ann. 12, 23 et 24. et quae viri docti*  
*ad Festum voce Profimurium, etc.*

**POMONA**, ae. f. [*Πωμόνα*] *Pomorum dea, de qua locus classi-*  
*cus Ouid. Met. 14, 623 post mentionem Procae,*

*Rege sub hoc Pomona fuit, qua nulla Latinas*

*Inter Hamadryadas coluit solertius hortos,*

*Nec fuit arborei studiosior altera fetus,*

*Vnde tenet nomen, etc. sunt enim pluscula, et nar-*

*ratur deinde eius cum Vertumno coniugium. Pomorum patrona voca-*  
*tur Varroni de L. L. 6, 3 p. 74, 2. etiam Pomorum prouentus. Solin.*  
*c. 22 Pomona copiosa est. Conf. Elmenhorst. ad Arnob. p. 121. it.*  
*Festus.*

**POMONALIS**, is. m. *Flamen Pomonae apud Varron. de L. L. 6,*  
*3 p. 74, 1.*

**POMPA**, ae. f. [*πομπή*] *Omnis comitatus cum spectaculo et ap-*  
*paratu sollemni, ostentationeque et specie quadam triumphi, tam in ad-*  
*uersis, quam in prosperis et laetis; a Graeco πῆμω, prosequor. Ter-*  
*Heut. 4, 4, 17 Transundem est nunc tibi ad Menedemum, et tua*  
*pompa eo traducenda est. Cic. Off. 1, 131 Cauendum est autem, ne*  
*aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, vt pomparum forculis*

- similes esse videamur. *Add.* Plaut. *Cure.* 1, 1 *pr.* *Pompa Bellorum* Iuven. *Sat.* 10, 281 *Triumphus.* Deorum Ouid. *A. A.* 1, 147. *Funeris* Nep. 25, 22, 4. Cic. *Fam.* 2, 16 *Accedit etiam molesta haec pompa licitorum meorum.* Verum haec ludorum atque pompae: nos autem iam in aciem dimicationemque veniamus Cic. in *Orat.* 42. Idem *Tusc.* 4, 47 c. 21 *Illa quidem ex rhetorum pompa, ardores animorum, cotesque virtutum.* Circus erit pompa celebris, numeroque deorum Ouid. *Fast.* 4, 391. *Decus pompae* Idem *Met.* 2, 725. *Aurea* Ouid. *Amor.* 3, 2, 44. *Eximiae* Idem *Epist.* 9, 83. *Feralis pompa,* *Funus* Lucan. 8, 734. *Flebilis* Ouid. *Met.* 14, 749. *Nigrae sollemnia pompae* Stat. *Silu.* 2, 1, 19. *Sollemnes ducere* Virg. *Georg.* 3, 22. *Ducere pompam* Ouid. *Epist.* 12, 152. *Exsequi ordine sollemnes pompas* Virg. *Aen.* 5, 53. *Parare pompam triumphis* Ouid. *ex Pont.* 3, 4, 95. *Spoliatum exsequiis et pompa cadaver* Cic. *pro Milon.* 34. *In pompa partim eorum, partim acie illustres esse voverunt* Idem *de Orat.* 2, 94. Cic. *de Orat.* 2, 294 c. 72 *Sed adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam.* Vlpian. in l. 3 §. vltim. *D. commodati, Non potest commodari id, quod visu consumitur: nisi forte ad pompam, vel ostentationem quis accipiat.*
- 20 *Qu.* Cic. *de Petit. Conf.* 40 *Postremo tota petitio cura ut pompae plena sit, ut illustris, ut splendida, ut popularis, ut habeat summam spem ac dignitatem.* *Pompae, i. speciosae cuiusdam magnificentiae, et ferientis oculos.* *Detrahere pompam muneri suo, Absque fastu dare* Senec. *de Benefic.* 2, 12.
- 25 **POMPO**, āre. *Sedul. post praefat.* 1, 2 *Grandisonis pompare modis, tragicoque boatu.*
- POMPATVS**, a, um. *Compar.* Tertull. *de Spectac.* c. 7 *Circensium paulo pompator suggestus.*
- POMPABILIS**, e. *Adi.* *Pompae aptus, dignus qui in pompa ducatur.* *Compar.* Treb. *Poll. in Zenob. extr.* *Ducta per triumphum ea specie, ut nihil pompabilius Populo Romano videretur.*
- POMPALIS**, e. *Adi.* Idem. *Capitolin.* in *Gordian.* c. 6 *Erat canitie decora et pompali vultu.*
- POMPALITER**. *Adu.* Idem. Treb. *Poll. in Gallien.* c. 8 *Gla-*
- 35 *diatores pompaliter ornati.*
- POMPALITAS**, ātis. f. *Pompa.* Priscian. *pr. libelli de Vers. Comic.* p. 1320 *Edit. Putsch.* *Sunt tamen qui altitudinis causa etiam et pompalitis, quae stilo elocutionis conuenit Latinae, — id illos fecisse arbitrantur.*
- 40 **POMPATICVS**, a, um. *Adi.* Idem *quod Pompalis.* *Apul. Met.* 10 p. 253 *Pompatico fauore deducor.* *Sermo pompaticus* Hieron. *prooem. in Epist. ad Ephes. Conf.* Tertull. *de Cult. Fem.* 2, 9. *et adu. Valent.* c. 16.
- POMPŌSVS**, a, um. *Adi.* Idem. *Pomposus incessus* Sidon. *Epist.* 4, 9.
- POMPŌSE**. *Adu.* Idem. *Pompose scribere* Sidon. *Ep.* 9, 9.
- POMPEIA** *Gens Plebeia Romae.* Velleius 2, 21 *extr.* *tres Pompeiae gentis fuisse familias tradit: quae vero hae sint non explicat. Quae diligentissime haec perpenderit, iis duae omnino huiusce gentis familiae diuersae memorantur. Prima Ruforum est, quorum quidem tres ante bellum ciuile Sullanum, tres post Pompeianum, curules gessisse magistratus reperies. Neque tamen ignotum, quosdam ex his Bithynicos appellari. Huius familiae auctor est princeps Qu. Pompeius is, qui rem ad Numantiam male gessit, unde a Cicerone de Clar. Orat. 96 Homo per se cognitus: pro Muraena 16 Nouus homo appellatur: atque etiam in Verr. 5, 18 Humili et obscuro loco natus dicitur. Altera familia Pompeii Magni est, cuius pater, quia peruersis esset oculis, Strabo nominatus: ipse vero propter res in prima aetate praeclare fortiterque gestas, primus omnium Magni cognomine est a Sulla decoratus, cuius exstat monumentum apud*
- 50 *Plin. 7, 26 et in libro Epigr. vrbis. Imperator fuit multis felicissime confectis bellis et victoriis clarus, sed victus tandem pugna Pharsalia a Caesare, in Aegyptum fugiens misera morte ac perfide interfectus fuit. Cicero totus est in illius laudibus in Orat. pro Lege Manilia; et in Epist. ad Attic. variis nominibus subobscurè nuncupatur: ut 2, 3 Epicrates; qui omnia teneret, qui dominaretur, et principatum teneret in Repub. Rursus Epist. 7 Megabocchus; quasi magnus Africae rex, quia Domitium et Iubam Sullanis temporibus in Africa vicerat. Bocchus autem in Mauritania Africae parte regnauerat. Et Epist. 9 Hierosolymarius; ab Hierosolymis scilicet captis. Epist. 14 Sampliceranus; a regulo Sampliceramo in Syria deuicto. Meminit Strabo. Et Epist. 17 Arabarches; quod Arabiae partem adiunctam Syriae domuisset. Sed vid. ARA-*
- 65 *BARCHES.*
- POMPEIVS**, a, um. *Adi.* [*Πομπήιος*] *Vmbra Pompeia* *Proper.* 4, 9, 49. *Apud Ouid. ex Pont.* 4, 5, 11 *Domus Pompeia.*
- 75 **POMPEIANVS**, a, um. *Aliud* *Adi.* [*Πομπηϊανός*] *Triumphus Pompeiani* *Lucan.* 3, 166. *Signa* Idem 1, 323. *Vitis Pompeiana, ab insitore dicta* *Columnel.* 3, 2. *Absolute Pompeiani, Qui a partibus Pompeii steterunt* *Vellei.* 2, 15, 3.
- POMPEII**, orum. m. [*Πομπηῖοι*] *Oppidum Campaniae, non procul a Puteolis et Neapoli, ut scribit Pompon. Mela* 2, 4.
- POMPEIOPŌLIS**, is. f. [*Πομπηῖοπολις*] *Ciliciae vrbs, dicente Pomponio Mela* 1, 13 *Deinde vrbs est a Rhodiis, Argiisque, post piratis, Pompeio assignante possessa: nunc Pompeiopolis, tunc Soloë. Quae etiam, Solino teste, postea Traianopolis est appellata, mutato nomine, postquam in ea fato cedere Traianus coactus est.*
- 85 **POMPELONENSES**, um. m. *Populi Hispaniae Segiensibus contermini, qui adhuc Pompelonam inhabitant.* *Plin.* 3, 3.
- POMPEVM**, i. n. [*πομπῆων*] *Locus Athenis erat, ubi pompae parabantur, vasaque afferuari solita ad pomparum sollemnia.* *Vid. Plin.*
- 90 *35, II. Pollux* 9, 5.
- POMPHŌLYX**, ŷgis. f. [*πομφόλυξ*] *Quasi tu bullam aut Spumam adeo aeris dicas, fornicibus officinarum adhaerescens: quid esset audiamus* *Plin.* 34, 13 f. 33 *Etiannum in aerariis reperiuntur, quae vocant Pompholygem et Spodon. Differentia, quod Pompholyx lotura paratur, Spodos illota est. Aliqui id, quod sit candidum leuissimumque, pompholygem dixere, et esse aeris et cadniae fauillam: Spodon nigriorem ponderosoremque esse, etc. Mentio illius est apud Scribon.*
- 95 *49. Lotae* *ibid.* 26. *Cypriae* *ibid.* 220.
- POMPILIA** *Gens patricia Romae, cuius auctor fuit Pomponia vel Pompo, homo in primis nobilis et clarus, vrbe Sabinorum oriundus, auctore Plutarch. in Numa extr. Hinc Pompilius Numa, secundus Romanorum rex, de quo vide NYMA. Regnum quietum Pompili Hor. Carm. 1, 12, 34. Sanguis Pompilius* Idem *de Arte Poët.* 292. *b. e. Pisones, qui a Numa Pompilio originem ducunt.*
- 105 **POMPILIANVS**, a, um. *Adi.* *Ut, Pompiliana curia* *Vopisc. Aureliano* c. 41.

**POMPILVS**, i. m. Piscis genus, qui alio nomine vocatur Nautilus, quod navis speciem prae se ferat. [*ναυτίλος*] Qui semper sequeris spumas, pompile nitentes Ouid. Hal. v. 101. *Add.* Plin. 9, 29. *Add.* Id. 9, 15. et 32, 11.

**POMPONIA** gens Romae, e qua v. g. Pomponia [*Πομπωνία*] *Mater Scipionis, & Ioue in anguem mutato compressa.* Vid. Sil. 13, 670. *Item* Poniponius Atticus, nobilis Eques Romanus, excellenti ingenio, et amicus Ciceronis in primis: unde Atticus Ciceronis est appellatus. *Habemus vitam eius a Nepote scriptam.* Est etiam, ut alios taceamus, nobilis Pomponius Secundus Consularis, Poeta tragicus, Plinii maioris amicus, qui eius vitam scripsit. Vid. Plin. Epist. 3, 5. et Quinctil. 10, 1 p. 912.

**POMPONIANVS**, a, um. Adi. Pomponiana pira, forte quod ea primus insuerit Pomponius: haec et Mammosa dicuntur, quod docet Plin. 15, 15.

**POMPTINVS**, vel **PONTINVS**, a, um. Adi. Pomptina palus, in extrema Italia est, iuxta Circeos. Plin. 3, 5. *De illa exsiccata* Liu. Epit. 47. *Sedes latrunculorum* Iuuenal. 3, 307. *Add.* Lucan. 3, 85. Quinctil. 3, 8. Liu. 6, 6 *De agro Pomptino* ab L. Sicinio Tribunopolebis actum. Ibid. Fugientium ex agro Pomptino agmen repente illatum in urbem. Campi Sil. 8, 381. Tribus Pomptina, vid. TRIBVS.

**POMVM**, i. n. [*ὄπωρα, ἀκρόδρα*] Generale nomen est omnium fructuum, qui ex arboribus esui apti proveniunt, siue mollium, siue durorum. Vid. Paull. ICT. 1. 105 de V. S. Macrobian. Sat. 2, 15. *Verum* Seru. ad Virg. Ecl. 2. et Cascellius ICT. apud Macrobian. Sat. 2, 6 *de mollioribus tantum accipiunt.* Ponamus totum Macrobiani locum: Lapidatus a populo Vatinius, cum gladiatorum munus ederet, obtinuerat, ut aediles edicerent, ne quis in harenam nisi pomum misisse vellet. Forte his diebus Cascellius consultus a quodam, An nux pinea pomum esset? respondit, Si in Vatinium missurus es, pomum est. *Apparet, illum putasse, alioquin in pomis non esse pineam nucem.* Contra ea Plin. 15, 22 *nuces pomorum genere comprehendit:* Solum, inquit, hoc pomum natura compactili operimento clausit. *de nuce iuglandae.* Sic Pomorum appellatione veniunt Nuces pineae, apud Martial. 13, 25 *Poma* sumus Cybeles, etc. *Mora etiam Plinius appellat Poma* 15, 24. *Glandes non item, Sic enim ait ibidem, Glandes inter poma numerari non possunt: quomobrem in sua natura dicuntur.* Ficus poma vocat Columel. 8, 17, 13. *Quod autem vulgus Gallorum pomum vocat, id Latini Malum appellant.* Conf. quos laudamus in *Indice Scriptor. Rei rust.*

Mitibus pomis decorum caput Autumni Hor. Epod. 2, 17. Erat Pirus in vicinia, pomis onusta Augustin. Conf. 2, 4. Arbor fertilis pomis aureis Senec. Agam. f. 9. Bis grauidae pecudes, bis pomis utilis arbor Virg. Georg. 2, 150. Acerba Ouid. Amor. 2, 14, 24. Agrestia Virg. Aen. 7, III. Annua Ouid. de Nuce 6. Cadiua, vid. Cadius, in CADO. Conditiva, vid. Conditivus, in CONDO. Cruda, vid. CRVDVS. Decerpta Ouid. Met. 10, 650. Diuitia Senec. Herc. fur. f. 7. Dulcia Hor. Serm. 2, 5, 12. Felicia Ouid. Met. 9, 92. Generosissimum Quinctil. 5, 11. Gregalia Senec. de Benefic. 1, 12. Immitia, vid. IMMITIS. Pomum lupino simile, Intactum omnibus propter asperitatem Plin. 12, 10. Lapidosa, vid. h. v. sub LAPIS. Mitia Hor. Epod. 2, 17. Nitidum Ouid. Met. 10, 666. Punica Idem Fast. 4, 608. Putria Ouid. Met. 7, 586. Rubens Idem ibid. 10, 101. Vieta Varro R. R. 1, 59. Gell. 13, 2

Poma, quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda: sed quae gignuntur statim victa et mollia, atque in principio sunt viuida: non matura mox fiunt, sed putria. Vilia Virg. Georg. 1, 274. Cadunt poma mensis non interdicta secundis Ouid. de Nuce 71. Carpere poma Virg. Ecl. 9, 50. Decerperat puniceum curua arbore pomum Ouid. Met. 5, 536. Dentum pomum arbore Idem ibid. 11, 60 113. Detrahare arboribus Tibull. 1, 5, 32. Excussa filius Senec. Hippol. 4. Exuberat annus pomis Virg. Georg. 2, 516. Grauantia ramos Ouid. Met. 13, 812. Iacent strata passim sua quaeque sub arbore poma Virg. Ecl. 7, 54. Induit arbor se pomis Idem Georg. 4, 142. Nascencia et florentia Ouid. Met. 14, 763. Pendere cui sua patereris in arbore poma Virg. Ecl. 1, 38. Rubenti pomo onerata arbutus Ouid. Met. 10, 101. Pomum unde dictum, docet Varro de R. R. 1, 31, 6 *Item poma quae insita erunt siccitatibus, aquam addi quotidie vesperi: a quo quod indigent potu, poma dicta esse possunt.*

2 Poma in venustorum hominum nugis dicebantur, quos Latine et proprie appellabant coleos. Lips. Antiqu. Lect. 3 p. 127 huc trahit Propert. 1, 3, 24 *Et modo gaudebam lapsos formare capillos Nunc furtiva canis poma dabam manibus: itemque Priap. 15*

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneida pomis  
Qualibus Hesperidum nobilis hortus erat:  
Qualia credibile est spatiantem rure paterno  
Nausicaan pleno saepe tulisse sinu.  
Quale fuit malum, quod litera pinxit Acontii  
Qua lecta cupido pacta puella viuo est.  
Taliacunque puer dominus florentis agelli  
Imposuit mensae nude Priape tuae.

Plura ibi Lipsius, qui praecceptorem huius nequitiae laudat Seruium ad Ecl. 2, 51 *Ipse ego cana legam tenera lanugine mala, Verecunde rem inhonestam suppressit, quam Theocritus aperte commemorat.*

**POMVLVM**, i. n. Dimin. Paullin. Petrocor. 5, 452 *Pomula mitia.*  
**POMVS**, i. f. Arbor pomifera. Plin. 17, 1 *Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nummum, maiore singularium reditu, quam erat apud antiquos praediorum.* Insita pomus Tibull. 2, 1, 43. Plin. 15, 18 *Attulit quodam die in Curiam praecocem ex ea prouincia ficum: ostendensque Patribus, Interrogo vos inquit, quando hanc pomum dentam putetis ex arbore? vid. Harduin. qui hanc lectionem firmat.*

**POMARIVM**, i. n. Locus arboribus pomiferis confitus. Graeci Paradisum vocant. Columel. 1, 6 *Pomaria quoque et hortos oportet septo circumdari, et esse in propinquo, atque in ea parte, quo possit omnis stercorata colluuius cortis, balineorumque, et oleis expressa amurcae sanies influere.* Locum pomarii, priusquam semina seras circummunire maceris oportet, vel sepe, vel fossa praecipiti Columel. 5, 10. Cic. de Senect. 54 c. 15 *Nec vero segetibus solum, et pratis, et vineis, et arbutis res rusticae latae sunt, sed etiam hortis et pomariis, tum pecudum pastu, et apum examinibus, tum florum omnium varietate.* Oleagineum pomarium Cato c. 48. *Vda pomaria mobilibus niuis* Hor. Carm. 1, 7, 14. *Carpere est aliquid plenis pomaria ramis* Ouid. Epist. 4, 29. *Claudere* Idem Met. 4, 646. *Ponere pomaria* Plin. 34, 14. *Add.* Propert. 3, 1, 51. *Varro R. R.* 105

85  
90  
95  
100

1, 23. Tacit. Germ. 26, 5. ¶ 2 *Locus, in quo poma reponuntur.* Plin. 15, 16 In vniuersum vero de pomis seruandis praecipitur: pomaria in loco frigido ac sicco contabulari, Septentrionalibus fenestris sereno die patere, Austros specularibus arcere.

5 POMARIUS, i. m. [ἐπωροπώλης Gloss. Lat. Gr.] *Pomorum venditor.* Hor. Serm. 2, 3, 227 Edicit piscator uti, pomarius, auceps, Vnguentarius, etc. Et Vet. Inscript. Grut. p. 651 n. II P. CORFIDIO. SIGNINO. POMARIO.

POMARIUS, a, um. Adi. Pomarium seminarium Cato de R. R. c. 48.

POMETVM, i. n. *Idem quod Pomarium.* Pallad. 1, 36 Longe ab hortis vineis, atque pometis. Tertull. de Pallio c. 2 Amoenum Alcinoui pometum.

POMIFER, a, um. Adi. *Ferens poma.* Arbor pomifera Columel. 5, 9. Annus Hor. Carm. 3, 23, 8. Autumnus Lucan. ad Pison. 139. Hor. Od. 4, 7, II. Montes Ouid. ex Pont. 1, 8, 43. al. Piniferi. Rami Senec. Herc. fur. 9.

POMIFERO, are. Gloss. Lat. Gr. Pomiferat, ἐπωροπορεῖ.

POMOSVS, a, um. Adi. Propert. 4, 2, 17 Insitor hic soluit pomosa vota corona. Tibull. 1, 1, 23 Pomosisque ruber custos ponatur in hortis, Terreat ut saeva falce Priapus aues.

## P O N

25 PONDERO, PONDEROSVS, vid. PONDVS.

PONDO. Indecl. n. [μῶν, λίτρα, ὄγκη] *Vulgo putatur nomen indeclinabile utriusque numeri, et idem significare quod libra. Sed potior videtur doctrina Gronouii de Pec. Vet. 1, 6 p. 26 ubi ponit, Pondo semper esse Ablatiui casus ut vulgo a vulgus, et usurpari ut accessionem vocabuli libra, partiumque assis, et significare ponderales intelligi; vel ut accessionem numeri, quae omissa mentione librae non corpora numerata, sed pondera, et quidem librarum, denotari indicet. Fuerit ergo semper idem quod pondere, s. pendendo; et ad numeralia addendae fuerint librae. Iudicent qui possunt. Nos exempla ponemus.* Plaut. Pseud. 3, 2,

30 27 *Et Rud. 4, 3, 9 Neque piscium vllam vnciam hodie Pondo cepi, nisi quod fero hic in rete. Id. Men. 3, 3, 3 Atque huic ut addas auri pondo vnciam. Macrobi. Sat. 3, 15 Plinius Secundus temporibus suis negat facile nullum reperimentum, qui duas pondo libras excederet. Apud Catonem de Re rust.*

40 *illud Pondo litera P. exprimitur. V. g. 48, 1 Casei P. II. S. h. e. pondo s. pondere libras duas semis. et P. — ibid. h. e. pondo quadrantem. Add. c. 85 et 158, 1. Columel. 12, 20, 5 Item myrrhae quincunx, calami pondo libram, casiae selibram, amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripae pampinaceae libram: quam rationem defendit aliis exemplis Gronou. de Pec. vet. 1, 6 p. 28. Nam Liu. 26, 47 Paterae aureae fuerunt ducentae septuaginta sex, libras fere omnes pondo. Festus in Graue Aes, Deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, i. singuli pendentes singulas libras pondo, ut etiam declarat Perizon. ad Sanctii Mineruam 4, 4 p. 598. quo loco Sanctius similia admodum Gronouianis docuit, ut et Rhodius Lex. Scribon. h. v. Pondo manifeste pondere significat Plaut. Men. 3, 3, 18 Inaureis da mihi faciundas pondo duum numum, stalagmia. Columel. 12, 28, 1 Item odoramenta trita, id est irim cribratam, quae sit instar pondo quincuncem, et trientem, foeni graeci pondo quincuncem et trientem, schoeni pondo quincuncem in vnum permisceto. Sed difficilius est illud Columellae 7, 4, 2 Tum etiam cordi foeni septena pondo. Hoc et similia Livii ita interpretatur Gron. l. c. 1, 7 p. 32 sq. ut suppleat, septena pondera librarum pondo, i. pondere s. pendendo. Multum sibi hic scriptores, ut fere in omnium linguarum vocabulis, indulgisse, non est negandum, difficileque esse ad vniam regulam reuocare omnia: Gronouianam tamen rationem vel ubique, vel certe plerisque in locis valere certum est. Ponamus loca quaedam medicorum, Celsi et Scribonii, qui cum ponderali Denario utantur (vid. Cels. 5, 17, 1) semper notam P. id est pondo adiiciunt ad Denarii notam X vel \*.*

45 *Igitur Celsus 5, 18, 2 Singulorum P. \*.*

50 *cerae P. \* — singulorum P. II. \*. Ammoniaci falis P. VI. \* etc. Sunt enim sexcenta exempla. Scribon. 152 Singulorum \* P. trium et victoriati. Idem 70 Costi, apii, anesi — singulorum \* P. binum, git \* Pon. 1. Amomi Victoriati P. vnus, zae quod est semen \* P. duum — Croci \* P. duum, crocomagnatis victoriati pond. Myrrhae Victoriati P. etc. Et 155 Myrrhae \* pon. duum vel vnus. Talia sunt infinita. Sed et cum libra, v. g. 16 Mellis Attici pondo libra. Et statim Comp. 1 Rosae aridae P. quadrans. Liuius 4, 20 Coronam auream libram pondo Ioui dicatam fuisse. Idem 3, 29 Coronam auream libram pondo decreuerit. Non. 2, 622 et 726 Noue dicta putat, cum ait Varro de Vita Pop. Romani, Delphos Apollini munera missa, cornua aurea pondo ducentum. Idem 4 Itaque retulit auri pondo mille octingentum, septuaginta quinque. Graeci enim herona mille dixerunt. Haec Nonius. Colum. 12, 12, 2 Sextarium aquae cum dodrante pondo mellis diluunt. Ibid. c. 20 Amomi pondo quadrans. Et c. 33 Adde pondo libram. Gell. 2, 24 Neque argenti in conuiuio plus pondo quam libras centum illaturos.*

55 ¶ 2 *Interdum pro libra poni videtur, ubi Gronouius nomen illud ait intelligi. Lex XII Tab. apud Gell. 20, 1 Vincito aut neruo aut compedibus quindecim pondo ne minore, aut si volet maiore vincito. Plaut. Asin. 2, 2, 33 Quot pondo te esse censes nudum? Auri quinque pondo abstulit Cic. pro Client. 179 c. 64. Centum pondo vasorum argenteorum Idem de Inuent. 2, 116 c. 40. Quincitil. 6, 3, 79 Torquem aureum centum pondo. Cic. in Parad. 3 c. 1 An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, quum lucrari impune posset, aut si pondo decem reddiderit, si idem in decem millibus pondo auri non idem fecerit? Mellis pondo decem Columel. 12, 41, 1. Ibid. c. 51, 1 Cum olei pondo octoginta. Pependere pondo DCC Plin. 9, 30 f. 48. Sex pondo et selibram debet habere Petron. c. 67. Liu. 22, 23 Argenti pondo bina, et selibras in militem praestaret. Scribon. 266*

60 *Cerae P. dua, resinae frictae P. dua, picis Hispanae P. tria, ammoniaci P. libram, turis pollinis P. semis. Et 267 Ammoniaci guttae pondo 1. cerae pondo 1. axungiae veteris selibram, olei veteris pondo trientem, — pondo vnciam — pondo sextantem.*

65 *PONDVS, eris. n. [βάρος, ἄχος] Grauitas, ipsaque adeo res grauis, in quantum penditur, unde nomen est. Cic. in Somn. Scip. 10 c. 4 In terram feruntur omnia nutu suo pondera. Plin. 12, 5 Ficus ramis diffunditur vastis, quorum pondera in terram curuantur. Materiae infectae pondus: Numerus signatae: Species factae dicitur l. 6 ff. de Rei vindic. Saxi pondus Lucret. 1, 454. Ponderis supra modum portatio Scribon. 101. Virg. Aen. 6, 413 Gemuit sub pondere*

70 *6 C 2*

75 *6 C 2*

80 *6 C 2*

85 *6 C 2*

90 *6 C 2*

95 *6 C 2*

100 *6 C 2*

105 *6 C 2*



dere cymba. Pinus tarda pondere Idem ibid. 5, 153. Cic. de Fato 22 Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitatem putat: itaque tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam: quum declinat atomus interuallo minimo, id appellat *ἐλαχίστον*. Breue, *i. paruum* Hor. Serm. 2, 2, 37. Stat. Theb. 3, 37 Ima Flagellatis signum lugubre malorum Ponderibus trepidauit humus, *i. buc illuc impulsis: describit motum terrae. Vid. FLAGELLO.* Graue Ouid. Met. 7, 118. Iaculabile Stat. Theb. 6, 658. Immane, *vid. h. v. Immensum* Hor. Serm. 1, 1, 41. Iners Ouid. Met. 1, 8. Ingens Idem ibid. 13, 86. Iniquum Virg. Georg. 1, 164. Irreuocabile pondus ancorae, *vid. IRREVOCABILIS.* Iustum Ouid. Met. 2, 163. Leue Idem ibid. 2, 161. Magnum, *vid. MAGNVS.* Maturo pondere grauis venter Ouid. Met. 9, 684. *de grauida.* Muralia pondera vasti saxi Lucan. 6, 199. Rara pondera citri Maurusiaci Martial. 12, 67. Reuolubile Ouid. in Ibin 193. Ruitura Claud. Conf. Hon. 4, 60. Solida Lucret. 1, 986. Vix tractabile Stat. Silu. 5, 1, 84. ¶ 2 *Formulae verborum:* Aggrauare pondus, *vid. AGGRAVO.* Nam cadere aut bruto deberent pondere pressae Lucret. 6, 104 *Quidam legunt.* Abrupto, et Pressi. Cedere ponderi, *vid. CEDO.* Concidit vasto pondere ad terram Virg. Aen. 5, 447. Deducere pondera deorsum Lucret. 2, 205. Ducuntur rostrata ora nauium graui pondere contra latrones Hor. Epod. 4, 18. Senec. Epist. 92 Casura omnia existant, omnes exitus manet, siue interna vis, flatusque praeclusi violenti pondus, sub quo tenentur, Excusserint, siue torrentium; etc. Feret pondera caelesti mente paterna Ouid. Fast. 1, 534. *i. Patrem ipsum. de Aenea, qui patrem tulit.* Lucret. 2, 239 Omnia qua propter debent per Inane quietum Aequae ponderibus non aequis concita Ferri. Habent et grauius iusto pallia pondus Ouid. Ep. 2, 170. Moueatur, et feratur nulla re impediende omne pondus necesse est Cic. de Fato 48. Niti valido sub pondere Virg. Georg. 3, 172. Nutantem aspice conuexo pondere mundum Idem Ecl. 4, 50. Procubuit subito pondere turris Virg. Aen. 9, 540. Subsedit icetaque pondere mollis humus Ouid. Fast. 1, 568. Tolerare pondus tauri ruentis in Venerem Hor. Carm. 2, 5, 4. Voluebant saxa quoque infesto pondere Virg. Aen. 9, 512. ¶ 3 *Formae aliae:* Cic. de Fato 24 Ita dicendum ipsius indiuidui hanc esse naturam, vt pondere et grauitate moueatur. Cic. de Senect. 55 Magnum auri pondus. Grande pondus argenti Cic. de Senect. et pro Caec. 12 c. 4. Ignotum argenti Virg. Aen. 1, 363. Magnum optimi argenti Cic. Philipp. 2, 66 c. 27. Magnam auri Virg. Aen. 3, 49. Pondus, pro Numero aliquando ponitur, Nonio indice 6, 102. Varro de Vita Pop. Rom. E Graecia comportasse magnum pondus omnium artificum. Nempe pondus est quantitas, moles. Pondera pro Dosibus vulgo sic dicitis, sic vt mensurae quoque et numerus comprehendantur, ponuntur apud Scribon. v. g. Ep. fin. it. Comp. 38, 97. Ponderis scientia Scrib. 199. Ponderis fescuniae Idem 50. Pondere victoriati Id. 197. Pari pondere Scrib. 182. Pondera paria Id. 117. 211. 217. Paria pondera miscentur ibid. 91. ¶ 4 *Difficultatis non nihil habere videtur locus* Hor. Epist. 1, 6, 51 Mercemur seruum, qui dicet nomina, laeuum Qui fodicet latus, et cogat trans pondera dextram Porrigere: de candidato sermo est. Negat certe Burmannus ad Nemesian. Ecl. 1, 51 se hoc intelligere. Non obseruauit igitur, aut non probauit interpretationem Cl. Ferrarii 3, 2 de re Vestiaria, qui pondera intelligit togae partem dextrae impositam: candidatos enim, qui tunicati non essent, non exsertos (quorsum aduocat Plutarchum in Coriolano p. 400 H. Steph.) incessisse, sed quoties prensare aliquem vellent, sub toga in brachium sublata manum porrexisset, et ita trans pondera togae in illud collectae. Videndum, an non sit simplicius, quod olim proposuimus in Fabro, Nomenclator astutus fodicando laeuam domini candidati, monet illum, adesse hominem potentem, prensandum diligenter, eaque ipsum admonitione cogit dextram salutandi prensandique causa porrigere trans pondera, *i. ultra aequilibrium illud corporis, vt nimium protendenda manu periculum casus incurrat, linea directionis, quam mathematici vocant, cadente extra basin, quod eo euenire facilius potest, cum a laeuo latere fodicando illum aliquantum nomenclator impellat.* Ad librae pondera etiam pertinet illa Ciceronis metaphora pro Cn. Planc. 79 Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solum quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusque intersit, et quid a me cuiusque tempus poscat. Idem Tusc. 1, 45 Quum enim sui similem et leuitatem et calorem adeptus, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem mouetur. Sic Plenum tibi ponderis aequi pectus erat Nemesian. Ecl. 1, 51. *i. aequalis semper grauitatis.* Ouid. Met. 1, 13 Nec circumfuso pendebat in aere tellus Ponderibus librata suis. Quem locum explicans Turnebus, Cut, inquit, non videatur incredibile, tellurem suo pondere suspensam teneri, quum suo pondere potius in praecipit, et abruptum ire debeat? Sed nec pondere, verum ponderibus dixit. Existimo ab eo significari ita in medio vniuersi cardine pendere terram, vt quum tantundem vndique ponderum habeat, nulla propensio ei in hanc vel illam caeli partem, nullaque inclinatio sit: quam et quietis terrae causam Plato existimat esse, et *ισορροπία* Graeci vocant. Nam sic vndique examinata ponderibus suis, neque in mediae noctis metam, neque in medii diei punctum feretur, nutu ponderum aequaliter vtrunque resistente, obnituntur enim et repugnant: nec in ortum vel occasum propendebit, quum tantundem ponderis retrahentis vndique sit. Itaque si in ortum inclinetur, repugnabunt pondera eius in occasum (vergentia). ¶ 5 *Operae pretium est seorsim metaphoras aliquot Ponderis considerare.* Cic. de Nat. Deor. 3, 85 c. 35 Nisi et virtutis et vitiorum, sine vlla diuina ratione graue ipsius conscientiae pondus esset. Lucan. 9, 951 Caetera curarum proiecit pondera. Adde Stat. Theb. 4 v. 38. Draconib. ad Sil. 3, 61. Famae pondus Lucan. 8, 22. Curarum arcana mearum Expromam, Mentisque meae quo pondera vergant Idem 8, 280 de consilio: mens comparatur librae. Senectae amara pondera Ouid. Met. 9, 437. Supercilii pondus veteris triste, *h. e. Vultus seueritas* Senec. Hippol. f. 6. Idem Epist. 92 Nouitas adicit calamitatis pondus, nec quisquam mortalium non magis quod etiam miratus est doluit. Nec potui coepti pondera ferre mei Ouid. ex Pont. 2, 5, 30. *i. difficultatem superare. De Auctoritate, existimatione grauitate saepe adhibetur. v. g.* Grauior omni pondere habenda est honestas, quam caetera omnia Cic. Off. 3, 35 c. 8. Loquendi dulce pondus Claud. Conf. Mall. Theod. 19. Quid referam expositos, seruato pondere, Mores Stat. Silu. 5, 3, 246. *i. facilitatem cum grauitate.* Sic Mentis amabile pondus Sil. 8, 611. de Bruto. Cic. in Topic. 73 c. 19 Persona autem non qualiscunque Testimonii pondus habet: ad faciendam enim fidem auctoritas quaeritur. Idem de Orat. 2, 73 c. 17 Omnium sententiarum grauitate, omnium Verborum ponderibus est vtendum. Accedit magnum pondus ad tollendam dubita-

tionem, *vid.* ACCEDO. Addere pondus nugis Hor. Epist. 1, 19, 42. Afferre pondus, *vid.* AFFERO. Dare pondera dictis Valer. Flacc. Argon. 1, 39. Habere pondus, *pro Grauem esse et non leuem.* Cic. Att. 11, 6 Addis etiam, caeteris quoque, id est qui pondus habeant, factum nostrum probari. Cic. Verr. 1, 144 M. Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil Habebat. Inest imputabile et grave pondus sanctis verbis Stat. Theb. 1, 212. Nemesian. Ecl. 1, 51 Plenum tibi ponderis aequi Pectus erat, *i. aequitatis in neutram partem propensae vel inclinatae, sed in aequilibrio velut stantis.* Cic. Att. 10, 1 Eius igitur mihi viuit auctoritas, et simillimus eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille. Cic. Fam. 2, 19 Sed tuae literae maximi sunt apud me ponderis. Idem in Vatin. 9 Quid quisque nostrum de se ipse loquatur, non est sane requirendum: boni viri iudicent: id est, maximi momenti et ponderis.

15 PONDVSCVLVM, *i. n.* Dinun. [*βαρῖδιον*] Plin. 14, 16 Inter flores ex rosae foliis tuis in linteolo in mustum colatis cum pondusculo vt fidat, *etc.* Et Solin. de gruibus c. 15 Vigiles ponduscula digitis amplectuntur.

20 PONDEROSVS, *a, um.* Adi. [*βαρὺς, ὑπερβαρῆς*] Quod multum habet ponderis. Varro de R. R. 1, 11 Ex sudore eius lana fit mollior et ponderosior, et colore meliore. Caput ponderosius Val. Max. 9, 4. Spica ponderosior Plin. 18, 10. Epistola ponderosa, *pro Longa, et res magni momenti continente.* Cic. Att. 2, 11 Quare quamquam iam te ipsum exspecto, tamen isti puero, quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum. Piper ponderosum Scribon. 94. Superl. Pyritarum ponderosissimi Plin. 36, 19. Idem 12, 25 Semen ponderosissimum. Vis ponderosissima Valer. Max. 3, 2 pr. Triticum ponderosissimum Plin. 18, 11.

30 PONDERITAS, *ātis. f.* Acc. Pragmatic. 1 Et cuncta fieri caetera iubet illa, non quod ponderitatem, grauitatemque hominis Nonius 2, 671.

35 PONDERO, *āre.* [*ἰσμε, σαθμῶ, σαθμίζω*] Librare. Plin. 18, 7 Si quis granum ipsum ponderet. Pugnos Plaut. Amph. 1, 1, 156 de eo, qui librat brachia, *i. commouet, et ad pugnam aptat.* Sinus ponderare amatorum Propert. 2, 13, 12 recipere eos, prout diuites sunt, multum vel parum afferunt, de puella auara.

40 PONDERARE, *pro considerare et examinare.* Cic. Off. 2, 57 Graui vero homini, et ea quae fiunt, iudicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Cic. pro Font. 11 c. 6 Sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnamquamque rem aestimandam, momentoque suo ponderandam sapientia iudicis tenet, *etc.* Index non solum quid possit, sed etiam quid deceat, ponderare debet Cic. pro Rabir. Post. 12. Causas ponderare Idem pro Planc. 84. Causas ratione, non vocibus Cic. pro Caecin. 60 c. 21. Idem pro Rabir. Post. 1

45 Quamquam hoc plerumque facimus, vt Consilia euentis ponderemus: et cui bene quid processerit, multum illum prouidisse: cui secus, nihil sensisse dicamus. Crimina magnitudine rerum ipsarum Cic. Verr. 1, 42. Idem in Partit. 117 Atque etiam si obscuri testes erunt, et tenues, dicendum erit non esse fidem ex fortuna ponderandam. Fortunam cuiusque non euentis, sed factis ponderari Cic. in Pison. 98. Idem Fam. 2, 5 Ego si mea in te essent officia solum Curio tanta, quanta magis a te ipso praedicari, quam a me ponderari solent: verecundius a te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem. Re, non verbis ponderantur diuitiae, bona valeudo, caeteraque generis eiusdem Cic. Tusc. 5, 120. Voluptatibus et doloribus omnia ponderant Epicurei Idem de Legib. 1, 39 c. 13. Non quantum quisque profit, sed quanti quisque sit, ponderandum est Cic. de Clar. Orat. 257. Virtus sine fortuna ponderanda est Nep. 8, 1, 1. In hoc verborum genere propriorum delectus est quidam habendus, atque is aurium quodam iudicio ponderandus Cic. de Orat. 3, 148 c. 37.

50 PONDERATA, *a, um.* Ponderata proprie Scribon. 106. Compar. Sidon. Epist. 8, 6 Sententia affectu ponderatiore prolata.

55 PONDERATIO, *ōnis. f.* Vitruu. 10, 8 In statera aequipondium cum examine progreditur ad fines ponderationum. Aequa ponderatio Th. Priscian. 1, 13.

60 PONDERATVRA, *ae. f.* Idem. Gloss. Gr. Lat. *σαθμῶς*, ponderatura.

70 PONDERATOR, *ōris. m.* Gloss. Lat. Gr. Ponderator, *σαθμητής ἢ ζυγιστής.*

PONDERABILIS, *e. Adi.* Quod ponderari potest. Claud. Mamert. 2, 4 Corpora numerabilia, ponderabilia et mensurabilia.

65 PONDERAMENTVM, *i. n.* Setarum Prudentii esse dicitur.

75 PONE. [*ὀπίω*] Praepositio antiqua pro Post: Accusatiuo iungitur, contrarium habet Ante. Pone, post: sed loco tantum, non et tempori apponitur Seru. ad Virg. Aen. 2, 725. Plaut. Poen. 3, 2, 34 Pone nos recede. Pone sese locare Idem ibid. v. 35. Liu. 40, 30 Pone castra vtrique pabulatum et lignatum ibant. Cic. de Vniuers. 41

80 Quumque inter se paene contingant, eos, qui prope copulentur, contrariaque regione, aut pone quos, aut ante labantur, quisque temporibus a nostro adpectu oblitescunt. Pone tergum manus vincit Tacit. Hist. 3, 85, 4.

85 PONE RETRO significat, siue a tergo, cum accentu in vltima: Virg. Aen. 2, 725 Pone subit coniunx, ferimur per opaca locorum. Seruius. Val. Max. 1, 7 ext. 1 Mox humani ingenii prona voluntate vetita scrutandi, pone respiciens animaduertit immensae magnitudinis serpentem, concitato impetu omne quidquid obuium fuerat proterentem. Sic Pone versus: Exercitum adduxi pone versus castra hostium Cato apud Charif. p. 191. Nostros pone versus hostes esse ab dextra parte Idem ibid. Ita totum animal mouebatur illud quidem, sed immoderate et fortuito, vt sex motibus veheretur: nam et ante, et pone, ad laeuam et ad dextram, et sursum et deorsum, modo huc modo illuc Cic. in Tim. c. 13. Pone sequens Virg. Aen. 10, 226.

90 PONEROPŌLIS, *is. f.* [*Πονηρόπολις*] Thraciae ciuitas sub Rhodope monte sita, deinde Philippopolis ab instauratore, et postremo Trimontium, a situ dicta Plin. 4, 11.

95 PŌNO, *pōsui, pōsitum, ēre.* [*πίθημι, ἔζω*] Collocare et constituere. Variat autem significationem pro adiuncto sibi nomine, aut pro varia constructione. Cic. Fam. 8, 12 Quibus quum parum procederet, vt vlla lege mihi poneret Accusatorem. Plin. 9, 35 Ex praeepto ministri vnum tantum vas Ante eam posuere aceti. Contra legem loquendi sunt posita in oratione Quinctil. 1, 8. Cic. Verr. 5, 36. Sed quia sic oportuerit, recte Collocata, et iudicio populi digno in loco posita esse videatur. Idem pro Flacc. 3 Totum statum ciuitatis,

100

105

110

115

120

125

130

135

140

tis, omnem memoriam temporum praeteritorum, salutem praesentium, spem reliquorum, in vestra potestate, in vestris sententiis in hoc vno iudicio positam esse et Defixam putetis. Cic. in Paradox. 1; 3 Ponite Ante oculos vnumquemque regum. Idem Verr. 5, 63 Praesertim quum statuisses, vt ais, tibi causam esse dicendam, vt ille Archipirata non potius securi feriretur, quam quod erat Ante oculos positum, etc. Cic. Fam. 13, 65 Hoc in genere, si eum adiuueris eo studio, quo ostendisti, Apud ipsum praeclarissime posueris, etc. Ponere in Admirandis, pro Inter admiranda Plin. 31, 2. In Admiratione aliquid ponere, pro Admirari, vel potius admirandum proponere, facere, vt alii admirentur Plin. 28, 8 f. 27. Cic. de Legib. 1, 38 Vt virtutibus exceptis atque vitiis, caetera in summa Aequalitate ponerent, i. aequalia dicerent. In Aequo aliquem duobus summis Liu. 39, 50 extr. Cic. Fam. 1, 5 Quae autem, posita sunt in Coniectura, quaeque mihi videntur fore, etc. In Conspectu Cic. Tusc. 4 c. 29. Res minime dubitanda in Contentione ponitur Idem pro Cael. c. 22. Cic. de Orat. 2, 199 Non continuo si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario Crimine, atque in fraude capitali esse ponendum. Cic. pro Cluent. 127 Omnes qui Oppianicum condemnarunt, in Culpa sunt et suspicione ponendi. In Discrimine, pro Alicuius momenti facere, i. putare: Liu. 1 praef. Sed haec et his similia, vtcunque animaduersa aut existimata erunt, haud in magno ponam Discrimine. In Dubio Liu. 34, 5 pr. Cic. Fam. 11, 16 Ponam in Extremo quod sentio. Liu. 26, 37 Et vt ad moenia vrbis Romae nullo prohibente se pertuenisse in Gloria ponebant. Cic. Att. 4, 11 Apud Lentulum ponam te in Gratiam, i. dicam Lentulo, me tuo rogatu hoc beneficium illi tribuisse. Idem Q. Frat. 1, 1 Non est enim positum in Labore aliquo, sed in quadam inductione animi et voluntate. Cic. Verr. 3, 212 Num quae in tuo imperio pecuniae cellae nomine coactae? Neque ego hoc in tua Laude pono. Cic. in Topic. 71 Si consilio iuuare ciues et auxilio, aequa in Laude ponendum est, etc. Idem pro Muraena. Summa in vtroque est honestas, summa dignitas: quam ego, si mihi per Seruium liceat, pari atque in eadem Laude ponam. In Legibus, pro Statuere inter alias leges Cato de R. R. in prooem. In Loco beneficii Cic. Fam. 15, 4 i. aestimare. In Lucro; modus loquendi, quum aliquid boni praeter spem euenit. Idem pro Flacco 40 c. 17 Quiescant igitur, et me hoc in Lucro ponere, etc. In Manu alicuius Liu. 8, 13. In Medio ponere sententias philosophorum Cic. de N. D. 1, 13 c. 6. i. proponere omnium conspectui. In Medio posita, pro Manifesta. Cic. Diu. Verr. 26 Atque ego haec, quae in Medio posita sunt, commemoro: sunt alia magis occulta, etc. Cic. Att. 12, 23 Hoc metuere, alterum in Metu non ponere. Idem de Lege Agr. 2 pr. Etsi hoc in More positum Quirites, institutoque maiorum, etc. In Numero oratorum aliquem Cic. de Clar. Orat. 165. In Oratione aliquid, pro Scribere Idem Diu. Verr. 26. In Ordinem Varro de R. R. 3, 13. Cic. Off. 1, 126 Principio, corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem: quae formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in Promptu. Quae partes autem corporis ad naturae necessitatem datae, ad spectum essent deformem habiturae atque turpem, eas contextit atque abdidit. In Solem Cato c. 7. In Spe optima sibi aliquid Cic. Att. 13, 27. In Tumulo eodem poni Ouid. ad Liu. 161. Summum bonum in Virtute Cic. de Amic. c. 6. Scimus, nostris moribus saltare in Vitiis poni Nep. 15, 1, 2. Add. Id. 7, 11, 4. Cic. Tusc. 3, 14 Quoniam edufidens mala consuetudine loquendi in Vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est. In Vltimis Plin. 17, 12. In Vsu et experimentis medicinam ponere Cels. 1 praef. Post aliquem poni, pro Posthaberi alicui Ouid. Met. 2, 564. Nempe, quod pluscula iam exempla docuerunt, Ponere est putare, existimare. Ita hunc primum omnium ponam Nep. 8, 1, 1. Non ei par quisquam in ciuitate ponitur Idem 7, 3, 5. Ea apud nos infamia ponuntur Id. praef. n. 5. Vid. quae modo dedimus sub Ponere In. Pro certo Liu. 10, 9. Sub conspectu Senec. de Benef. . . Quod supra positum Scribon. 230. Quae superius posita sunt Idem 122. 2. Substantia: Amplitudo ac dignitas omnis in virtute posita est Cic. Fam. 1, 5. Animum, curam, cogitationemque suam in omnium laude vndique colligenda ponere Cic. Q. Frat. 1, 1. Add. pro Muraen. c. 22. Aras Virg. Aen. 3, 404. Argumentum Cic. de Orat. 2, 214. Artus et sale tabentes in litore Virg. Aen. 1, 177. Cic. Fam. 13, 27 (26) 70 Seriberem quam id Beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi et te scire considerem. Cic. pro Sull. 26 Ego tantis a me Beneficiis in Repub. positis, si nullum aliud mihi praenium a Senatu Populoque Romano, nisi honestum praenium postularem, quis non concederet? Calculum Columel. 3, 3. Capillos sine arte Ouid. Ep. 4, 77. Caput Virg. Aen. 5, 845. i. Componere ad quiescendum. Carinas nauium Curt. 10, 1, 19. b. e. Exstruere incipere: carina quasi fundamentum nauis. Caes. Bell. Ciuil. 3, 37 Castellaque his locis posuit. Cic. ad Octau. . . In vrbe milites vagantur, in campo Castra ponuntur. Castra apud Corfinium Cic. Att. 8, 19. — in aperto Liu. 36. — in plano ad murum Idem 5, 28. — ad murum Cic. Att. 9, 17. Certamina velocis iaculi ponit in vltimo, b. e. Signum ad iaculandum Virg. Georg. 2, 530. Liu. 10, 9 Id ne pro Certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit. Cervicem inflexam Virg. Aen. 3, 631. Collum posuit puluere Hor. Carm. 4, 6, 85 ii. Comas suas in statione Ouid. de Arte Am. 3, 434. Cic. Att. 14, 18 Vt omne Consilium in fortuna positum videretur. Cum Consilium poneremus, cui nos regioni crederemus Petron. c. 115. Senec. de Benefic. Volo sub Conspectu meo ponere, quae gentium oculos regumque perstringunt. Coronam in caput vel in capite Gell. 3, 15. 90 Corpus ingenuum dura humo Ouid. Amor. 3, 11, 10. Cic. Verr. 2, . . De quo Crimine quid ego disputem, quum totum positum sit in testibus. Virg. Aen. 6, 274 Vestibulum ante ipsum, primisque in faucibus Orci, Luctus, et vltices posuere Cubilia curae. Cic. de Diuin. 1, 93 c. 42 Omnem Curam in siderum cognitione posuerunt. Custodes et limina alicui Propert. 2, 6, 37. Custodias portis Hirt. Bell. Afric. 88. Cic. pro Flacc. 45 c. 19 Custos T. Aufidio Praetore frumento publico est positus. Custodia posita est nostrae puellae Tibull. 1, 2, 5. Diem tecum libentius posuerim, quam omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum viuo necessario Cic. Fam. 5, 21. Diem totum in consideranda aliqua re Idem de Clar. Orat. 87 c. 22. Dies multos in rem aliquam Cic. Att. 11, . . Domos sub terris Virg. Georg. 1, 182. Eloquentiam in orationis celeritate ponunt quidam Cic. in Orat. 53. Epulas Ouid. Fast. 4, 545. Cic. pro Cluent. 133 Neque in re nota consumam tempus Exemplis: 105

- ponam illud vnum, etc. Plaut. Capt. 2, 3, 73 Et meam esse Fidem hic pro te positam pignori, *i. Fidem meam propter te obligatam esse.* Finem scelerum Lucan. 5, 314. Finem vitae sibi posuit Tacit. Ann. 6, 40. de Tiberio. Foedera sunt ponenda prius, signandaque iura Propert. 3, 20, 15. Formidinem improbis Cic. Catil. 4, 8. Idem pro Lege Manil. 28 Non ut in illius potestate Fortunam positam esse dicam. Idem Fam. 10, 25 Cuius est haec summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quam ambitione: maioremque Fructum ponere in perpetuitate laudis, quam in celeritate Praeturae. Cic. in Pison. 9 c. 4 Ergo his Fundamentis positus Consulatus tui, triduo post inspectante et tacente te, etc. Idem de Fin. 2, 86 Quarum omnium Fundamenta vos in voluptate, tanquam in aqua ponitis. Fundamina prima fauis ponere Virg. Georg. 4, 161. Cic. pro Murraen. . . Mihi quidem vehementer expedit, positam in oculis esse Gratiam. Idem Off. 2, 83 Sic par est agere cum ciuibus, non ut bis iam vidimus, Hastam in foro ponere, et bona ciuium voci subiicere praekonis. Humi positus Ouid. Met. 3, 420. Sallust. contra Cic. . . Qui ciuitatis Incommodum in gloriam suam ponit: *i. Conuertit; hoc est, ex incommodo ciuitatis parit sibi gloriam.* Intelligentiam in audiendi fastidio Cic. de Opt. Gen. Orat. 12. Initia ut male posuimus, sic caetera sequentur Idem Att. 10, 20. Idem pro Rosc. Amer. 98 Non illum miserum, ignarum casus sui, redeuntem a coena videtis? non positas Infidias? non impetum repentinum? Cic. de Lege Agr. 2, 48 c. 18 Dum patefacio vobis, quas isti penitus abstrusas Infidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem. *add.* Id. pro Deiot. c. 7. Iuuenem hic agresti sublimem in stramine ponunt Virg. Aen. 11, 67. Ius in natura positum est Cic. de Legib. 1, 24. Latus saxo Valer. Argon. 4, 378. Leges ponere, Condere Hor. Serm. 1, 3, 105. Cic. Att. 9, 19 Legiones singulas posuit Brundusii, Tarenti, Siponti. Libertatem in aliqua re Idem pro Planc. 91. Limina Martial. 9, 49. Cic. Octau. . . Cui hostis relinquitur? cuius hostis Loco ponitur? Idem in Pison. 31 Tu ne etiam inhumanissimum ac foedissimum monstrum ausus es meum discessum illum testem sceleris et crudelitatis tuae, maledicti et contumeliae Loco ponere? Loco celebri Plin. Epist. 3, 6. Loco primo Quinctil. 15, 12. Cels. Prooem. 1 Post quos Scapion primus omnium nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad Medicinam professus, in usu et experimentis eam posuit. Mensam poni iubet Hor. Serm. 2, 3, 148. *conf.* Petron. c. 53. Merum in gemma Ouid. Met. 8, 572. *i. In poculo gemmis ornato.* His ego nec Metas rerum, nec tempora pono Virg. Aen. 1, 282. Modum crescendi Lucan. 1, 82. Modum exitiis Virg. Aen. 7, 129. Modum orationi Tacit. Ann. 4, 9. Moresque viris, et Moenia Virg. Aen. 1, 268. Mortem in malis Cic. de Fin. 3, 29. Idem Acad. 4 Sed quoniam Multum in ea arte ponitis, videte, ne contra vos tota nata sit. Idem de Fin. 5, 52 Qui Multum in fortuna secunda aut aduersa, multum in bonis aut malis corporis ponerent. Multum in fide alicuius Cic. Att. 2, 22. Multum quoque in tua fide ac diligentia positum est Quinctilian. Tryph. 3. Multum in alicuius misericordia Curt. 5, 5, 11. Liu. 34, 49 *extr.* Ut Pop. Romanus dignis datam libertatem, ac Munus suum bene positum sciret. Dum bene ponendi munera tempus habes Ouid. Amor. 2, 3, 18. Niues posuit bruma Seneca Theb. 2. Nomen alicuius Ouid. ex Pont. 4, 3, 1. Nomen alicui Virg. Aen. 7, 63. Nomen alicui infano, *Quendam nomine infanti appellare* Hor. Serm. 2, 3, 48. Cic. de Nat. Deor. 1, 44 Sunt rebus nouis noua ponenda Nomina. Numos in fenore Hor. Serm. 1, 2, 13. Omnia nostra in patria ponere, et quasi consecrare debemus Cic. de Legib. 2, 5. Omnia in voluptate Idem de Fin. 2, 24. Cic. . . Primum enim stante Rep. facere solebamus, ut in agendo, plus quam in scribendo Operae poneremus. Idem de Fin. 1, 1 Quidam autem non id tam reprehendunt, si remissius agatur: sed tantum studium, tamque multam Operam in eo ponendam non arbitrantur. Idem Att. 13, 27 Quidquid erit, Operam Faberio ponamus. Hor. de Arte Poët. 34 Infelix Operis summa, quia ponere totum Nesciet, *i. conficere.* Opus ponere, *Exstruere* Ouid. Met. 8, 160. Cic. de Vniuers. 26 Reliquorum siderum, quae causa collocandi fuerit, quaeque eorum sit collocatio, in sermonem alium differendum est, ne in eo, quod attingendum fuit, quam in eo, cuius causa id attingimus, longior ponatur Oratio. Ordine ponere, *vid.*
- ORDO. Otia recte, *i. Ordinare, disponere* Hor. Serm. 2, 7, 113. Oua ponere, *dicitur gallina* Columel. 8, 2. Ouid. Met. 8, 258. Propter humum volitat, ponitque in sepibus Oua. Partem deo Plin. 12, 19. Cic. pro Flacc. Delectum est oppidum, quo in oppido vno Pecunia a tota Asia ad honores L. Flacci poneretur. Pecuniam, Dare fenori Hor. Epod. 2, 70. Quinctil. Declamat. 9 Nusquam melius ponitur Pecunia, quam vbi fenus bonitatis extenditur. Pedicatas tunc gruibus, et retia ceruis Virg. Georg. 1, 307. Cic. Verr. 1 Eequo in oppido Pedem posuit, vbi, etc. Idem Philipp. 3, 28 Hodierno die primum P. C. longo intervallo in possessionem libertatis Pedem ponimus. Pedem vbi ponat, in suo non habet Cic. Att. 13, 1. Idem de Finib. 4, 69 Sapiencia pedem vbi poneret, non habebat, sublatis officiis omnibus. Potentia in vi et armis posita est Cic. ad Brut. 10. Idem pro Cluent. 57 Itaque tum ille inopia et necessitate coactus, in causa eiusmodi ad Cepasios fratres confugit, homines industrios, atque eo animo, ut quaecunque dicendi Potestas esset data, in honore atque in beneficio ponerent. Praemia ponit et inuitat pretiis animos Virg. Aen. 5, 292. Senec. in Consol. ad Heluiam, Ponere magna Pretia virtutibus et vitiis. Praemia circum compita Virg. Georg. 2, 383. Praesidium in loco aliquo Caes. Bell. Gall. 2, 5.
- Cic. Acad. 4 Quem facile Graeciae Principem ponimus. *de Themistocle.* Quantum in prudentia tua et fide ponam, credibile non est Idem Att. 2, 23. Rationem cum Orco Columel. 1, 3. Cic. pro Cael. 55 Ut Res minime dubitanda in contentione ponatur, vtrum temeraria, etc. Res in minimis Idem Fam. 4, 9. Cic. pro Lege Manil. 28 Nullam Rem declarant positam esse in usu militari, quae huius rei scientiam fugere potest. Retia Ouid. de Arte Ani. 1, 263. Quinctil. Declam. 3 Festinarunt parentes ad nomen liberos mittere, quamuis asperrimo bello, ut sub te virtutis Rudimenta ponere contingeret. Cic. Verr. Act. 1, 9 Ea spe istum fuisse praeditum, ut omnem rationem Salutis in pecunia poneret. Salus nostra in vno te posita est Ouid. Met. 3, 648. Q. Cic. de Petit. Consul. 21 Modo intelligite magni aestimare, ex animo agere, bene Se ponere, fore ex eo non breuem et suffragatoriam, sed firmam et perpetuam amicitiam. Cic. de Vniuers. 39 Quae quum ita designasset, Seseque si quid postea fraudis aut vitii euenisset, extra omnem culpam, causamque posuisset, alios,

alios, etc. Cic. Tusc. 1, 44 Totosque Nos in contemplandis rebus  
 perspiciendisque ponemus. Se toro Ouid. Met. 11, 472. Semina  
 humo Propert. 2, 11, 2. Sententiam suam Quinctil. 3, 1. Sen-  
 tentias philosophorum in medio Cic. de Nat. Deor. 1, 13. Signa nouis  
 praeceptis, *Scribere et consignare* Hor. Serm. 2, 4, 10. Sortes, *pro Facere*  
*sortem* Plaut. Casin. 2, 6, 20. Spem ponere, *Sperare*. Plaut. Capt.  
 5, 2, 4 Neque Spem ponas me bonae frugi fore. Cic. Att. 6, 1 In  
 Pompeio te Spem omnem otii ponere non miror. *conf.* Id. Verr. 5 c. 16.  
 Spem in armis Virg. Aen. 2, 676. Statuam alicui Cic. pro Domo  
 c. 30. *add.* Nep. 12, 1, 3. et 25, 3, 2. *vid. mox* Templum ponere. Cic. 10  
 Fam. 13, 56 Iam apud ipsum gratissimum hominem atque optimum vi-  
 rum, quam bene positurus sis Studium tuum atque officium, dubitare  
 te non existimo. Idem de Fin. 1, 1 Sed tantum Studium, tamque  
 multam operam in eo ponendam non arbitrantur. Studium suum  
 omne in aliquibus artibus cognoscendis atque tractandis Cic. de Orat. 15  
 1, 204. Caes. Bell. Gall. 2, 11 Omnes in fuga sibi subsidium posue-  
 runt. Cic. de Orat. 1, 255 Vt non modo non arbitrer subsidium se-  
 nectutis in eorum, qui consultum veniant, multitudine esse ponendum,  
 sed etc. Summum bonum in animo Idem de Fin. 3, 45. Cic. de  
 Amicit. . . Qui in virtute Summum bonum ponunt, praeclare illi 20  
 quidem, *i. Qui afferunt virtutem esse summum bonum.* Idem Qu. Fratr.  
 3, 1 Sed praestabo, Summum nusquam melius posse poni, *i. fieri.*  
 Tabulas obsignatas in publico lex poni voluit Cic. pro Flacco 21.  
 Templum ponere, *Condere* Virg. Georg. 3, 13. Idem Aen. 6, 19 Po-  
 suitque immania Tempia. *Vnde in antiquis marmoribus legimus,* BE- 25  
 NEMERENTI POSVIT. Plin. Epist. 1, 17 Neque enim magis de-  
 corum et insigne est, statuam in foro Populi Romani habere, quam po-  
 nere. Cic. pro Domo 81 c. 30 Qui Titi ob eam legem statuam in  
 aedibus meis posuit. Templum in oculis et quotidiano adpectu  
 Cic. Verr. 1, . . . Idem Fam. 15, 2 Tempus eius tridui quod in 30  
 his castris morabar, in magno officio et necessario mihi ponendum  
 putavi. Quinctilem in reditu ponere Idem Att. 6, 2. *i. consumere,*  
*transigere.* Tempus in aliqua cogitatione Cic. de Orat. 3, 17. Idem  
 Fam. 5, 21 Vnum mediusfidius diem tecum libentius posuerim, quam  
 hoc omne Tempus cum plerisque eorum, quibuscum viuo necessario. 35  
 Cic. Att. 1, 10 Neque tamen id ipsum certum habeo, quando ad Anto-  
 nium proficiscare, aut quid in Epiro Temporis ponas. Totum in  
 potestate sapientis Idem de Fin. 2, 86. Quod ex praeda Tripodem  
 aureum Delphis posuisset Nep. 4, 2, 3. Tropaeum Idem 14, 8, 3.  
 Venenum alicui cum cibo Liu. 6, 40. Verbum aliquod in oratione 40  
 Cic. in Orat. 26. Verba in usu quotidiano posita minus tinere-  
 mus Quinctil. 2, 10. Cic. in Parad. 6 Quem intelligimus diuitem?  
 aut hoc Verbum in quo homine ponimus? Verba alicuius in re ali-  
 qua, *pro Adducere in testimonium* Plin. 13, 13. Versus et caetera lu-  
 dicra Hor. Epist. 1, 1, 10. Vestem pignori ponere, *i. in pignus dare* 45  
 Scaeuola in l. Vxori §. ult. D. de legat. tertio. Vestigia Hor. Epist.  
 1, 19, 21. Cic. Philipp. 3, 31 Quas fecit strages, vbicunque posuit ve-  
 stigia? Idem de Fin. 5, 5 Quacunque ingredimur, in aliquam hi-  
 storiam Vestigium ponimus. Vim omnem dicendi in arte Idem de  
 Orat. 1, 110. Cic. Fam. 9, 24 Hoc animo sum, si in hac cura atque 50  
 administratione Vita mihi ponenda sit, praeclare actum mecum putem,  
 etiam atque etiam. Vita posita in manu alterius Idem pro Quint. 6.  
 Vitam ponere, *i. Deponere, et depangere* Columel. 4, 1. Vites or-  
 dine Virg. Ecl. 1, 74. Vituperationem grauius ponere: cui Leuius  
 opponitur Quinctil. 6, 3. In vltimis Plin. 17, 12. Ouid. Met. 3, 130 55  
 Quum posuit iussam Phoebeis fortibus Urbem. Urbem in montibus  
 Virg. Aen. 8, 53. ¶ 3 *Formulae aliae, v. g. adhibetur hoc*  
*verbum in mensa.* Mart. 8, 23 Inuitas ad aprum, ponis mihi, Gallice,  
 porcum. *Sic de potulentis appositis: vid. Burm. ad Petron. c. 20 p. 68.*  
*Heinsf. ad Ouid. A. A. 1, 231. et de conuiujs ipsis, Burm. ad Ouid. l. c. 60*  
*De plantis seminibusque dicitur: Arundinetta* Columel. 11; 2. Atque  
 vleris pulli radix lacrimosaeque cepe Ponitur Colum. de Horto v. 122.  
 Post Kal. Ian. confestim recte ponetur Lepadium: mense autem Febru-  
 ario, vel planta vel semine Ruta Idem 11, 2. *De praesidiarijs militi-*  
*bus: Deducita* Orico legione, quam tuendae orae maritimae Posuerat 65  
 Caes. B. C. 3, 34. Ad eas munitiones Caesar Lentulum cum legione  
 X positum habebat Idem ibid. c. 62. Alteram nauem, quae erat ad  
 eustodiam posita Ibid. c. 40. Praesidio perpetuo ibi posito, in obsi-  
 dione Athenas tenuerunt Nep. 7, 4, 7. *Pro Proponere.* Cic. Tusc.  
 1, 7 c. 4 Ponere iubebam de quo quis audire vellet, et id aut sedens, 70  
 aut ambulans disputabam. *Sic solent scholastici declamatores ponere,*  
*An promittente salutem Antonio orationes suas comburat Cicero?*  
*Sen. Suasor. 6 extr.* Breuiter, quae erunt satis aperta, ponemus  
 Cic. in Partit. . . Exempli causa aliquid Idem Off. 3, 19. Sub  
 vno adpectu ratione et distributione, omnia quae in re dispersa atque 75  
 infinita videntur esse ponere Idem de Petit. Conf. 1. Cic. Fam. 9, 15  
 Et quidem quum in mentem venit, ponor Ad scribendum: *i. nomen*  
*meum cum alijs Scto praescribitur inter hos, qui scribendo adfuisse dicun-*  
*tur.* Senec. Epist. 50 Sederem otiosus, et eiusmodi Quaestiones po-  
 nerem. Ille se torquet diu, nec Quaestionis positae causam intelli- 80  
 git Phaedrus 3, 15, 7. Cic. de Orat. 1, 102 Quid mihi nunc vos, in-  
 quit Crassus, tanquam alicui Graeculo otioso et loquaci, et fortasse do-  
 cto atque erudito, Quaestiunculam, de qua meo arbitrato loquar, po-  
 nitis? Ponere est Definere: quoniam quum cessamus ab opere, collo-  
 care quodammodo ac reponere videmur id, quod agebamus: Virg. 85  
 Aen. 7, 27 Quum venti posuere, omnisque repente resedit Flatus:  
 h. e. Quiuere. Seruius. Tum Zephyri posuere Virg. Aen.  
 10, 103. ¶ 4 *Ponitur et pro Deponere.* Idem ibid. 1, 306  
 Ponuntque ferocia Poeni Corda volente deo. *Sic* Cic. Qu. Fratr.  
 1, 1, 8 Quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de ma- 90  
 nibus ponere non solebat. Ambages Ouid. Met. 10, 19. Amorem  
 ponere, *Omittere* Ouid. Rem. Am. 63. Animos feroces Liu. 8, 1.  
 Arma poni iubet, *fatentes se victos* Idem 4, . . . Armis positis  
 substitit pars vtraque Ouid. Met. 12, 147. *conf.* Cic. Fam. 6, 2, 3. et 10,  
 6, 2. Barbam Suet. in Calig. c. 5. Barbam et vngues Hor. in 95  
 Arte Poët. 297. Virg. Aen. 1, 295 Aspera tum positis mitescent sae-  
 cula Bellis. Caput ponere, *Demittere* Hor. Serm. 2, 8, 57. Cli-  
 tellas muli ponunt Idem ibid. 1, 5, 47. Colorem nigrum Ouid.  
 Met. 7, 641. Comas Virg. Aen. 12, 209. Consilium Plin. Epist.  
 1, 22. Coronam, *luctus gratia* Cic. Att. 14, 22. Curam Liu. 1, 100  
 19. Curas graues Ouid. Met. 9, 696. Curae positae pectore Sil.  
 11, 289. Decorem Ouid. de Arte Am. 2, 379. Cic. Tusc. 3, 67  
 Quid est autem, quod plus valeat ad ponendum Dolorem, quam quum  
 est intellectum, nihil profici, et frustra esse susceptum? Exuias  
 Virg. Georg. 3, 436. Fastus Ouid. Met. 14, 761. Fetus varios 105

- Autumnus ponit Virg. Georg. 2, 521. Frondes et iam olim seras posuit quum vinea Idem ibid. 2, 403. Grauitatem Lucan. ad Pison. 259. Imaginem alicuius Ouid. Met. 3, 1. Imperium Martial. 11, 6. Inimicitias Cic. Fam. 8, 6, 4. Idem pro Cluent. 5. Ut in iudiciis et sine Inuidia culpa plectatur, et sine culpa Inuidia ponatur. Iras fideliter Ouid. Fast. 6, 41. Iubas equi posuere Stat. Theb. 3, 265. Labores Ouid. Fast. 6, 549. Librum Cic. Tusc. 1. Metum Plin. Epist. 5, 101. Ouid. Trist. 5, 2, 3. Minas ponit mare Lucret. 5, 1001. Moras Hor. Carm. 4, 12, 25. Cic. in Pison. 31. Tamen illud contentionis Odium simul cum ipsa pugna, armisque ponant. Onus vteri positum est, pro Peperit Ouid. Epist. 11, 64. Pellem dracones posuere senectae Idem Met. 7, 237. Cic. Off. 3, 43. Ponit Personam amici, quum induit iudicis. Pudorem Martial. 11, 28. Questus Ouid. Met. 9, 276. Sensum Idem ex Pont. 1, 2, 32. Spem Idem ad Liu. 37. Spiritum Val. Max. 7, 8, 8. Studium lucri Hor. Carm. 4, 12, 25. Superbiam Idem ibid. 3, 10, 9. Timorem Ouid. Met. 10, 408. Tunicam Cic. Tusc. 5, 60. Tirocinium Iustin. 12, 4, 6. Velamina Ouid. Fast. 2, 169. Verecundiam Plin. Epist. 7, 15. Vires indomitas incendia posuere Virg. Aen. 5, 681. Virginitas posita Ouid. Fast. 6, 128. Vitam, Mori Propert. 2, 16 (13) 3. Cic. Fam. 9, 24, 9. Nep. 4, 4, 3. Cic. de Orat. 3, 46. Idque si feceris, multa (vt arbitror) hic hodie Vitia ponemus. add. Sen. Ep. 11. ¶ 5 *Aliae obseruationes.* Cic. in Brut. 165. Hoc loco ipsum Domitium non relinquo. Nam etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono satis in eo fuisse orationis atque ingenii, quo et magistratus personam, et consularem dignitatem tueretur, *i. arbitror, concedo.* Pro Componere et temperare. Hor. Carm. 1, 3, 16. Quo non arbiter Adriae Maior, tollere ceu ponere vult freta. De operibus artis. Iuuen. Sat. 1, 155. Pone Tigillinum, in Satira, aliquid de illo scribe. Sic pro Pingere et formare, Hor. Carm. 4, 8, 8. Hic saxo, liquidis ille coloribus Solers nunc hominem ponere, nunc deum. Turnebus: Ponere, more Graeco dixit, pro Facere. Nam in eo sensu saepenumero τὸ τίνα ab Homero usurpatur. Sic idem Flaccus, in Arto Poët. 34. Quia ponere totum Nesciet. *i. Facere.* Orpheaue in medio posuit, filiasque sequentes Virg. Ecl. 3, 46. Cum pugna depingere-  
tur, prima Miltiadis imago ponebatur Nep. 1, 6, 3. Ponere pallium, aut aliquid aliud, de pignore, aut sponsione, quod et Deponere dicitur Plaut. Curc. 2, 3, 76. Sic Ponere fagina pocula Virg. Ecl. 3, 36. Pone, eum esse victum, *i. finge* Ter. Phorm. 4, 3, 25. Fingamus, alium creditorem fuisse — ponamus nunc debitorem sine sponsore Quinctil. Declam. 273. vid. Borrich. Vindic. p. 179. Iulianus in l. Si in qualitate D. de act. emt. et vend. Pone enim dixisse eum, quinquaginta iugera vineae esse, etc. Ponunt philosophi, *i. Statuunt, censent, decernunt, scribunt.* Plin. 11, 52. Aristoteles vitae brevis signa ponit raros dentes. Cic. de Fin. 4, 16. Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. Pro instituere, sancire: Quippe Liber festos laetosque ritus posuit Tac. Hist. 5, 5 extr. Longe et retro ponenda omnia, quae sine honestate sunt Cic. Tusc. 5, 87. Positum est in te, vt etc. *i. In te situm est.* Cic. Att. 12, 26. Sed si perficitur de hortis Sili, hoc est, si perficis (est enim totum positum in te) nihil est scilicet, quod de Cotta cogitemus. add. ib. 16, 2. Cic. in Orat. 14 c. 4. Positum sit igitur inprimis (quod post magis intelligetur) sine philosophia non posse effici, quem quaerimus eloquentem. Idem de Fin. 4, 16. Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis etc. *Philosophica locutio est: nam positiones vocant philosophi, eas propositiones, quae sine probatione ponuntur, et quarum in aliud tempus probatio differtur. Graeci θέσεις vocant.* ¶ 6 Positum antiquum Praeteritum, pro Posui Priscian. p. 898. Maiores nostrae in legibus posuerunt Cato R. R. 1, 1. vid. Commentatt. ad h. l.
- 60 **PONENS**, entis. Partic. Corpora ponens in tumulo Ouid. Met. 8, 236. Serta recentia ponens Idem ibid. 8, 723. In gelida ponens corpora ripa Idem ibid. 14, 427.
- POSITVS**, a, um. Particip. [τῆσιν] Ad fores posita Arbor Plin. 16, 10. Causae in obscuro positae Cels. 1 Praef. Curis positis omnium aliarum rerum Liu. 7, 32. *i. Depositis.* Ouid. Fast. 2, 438. Suppliciterposito procubuere Genu. De Conuiuiis Eurm. ad Ouid. A. A. 1, 231. Delos in Aegeo mari posita Cic. pro L. Man. c. 18. Extra omnem ingenii aleam positus Cicero Plin. Praef. l. 3. In illo fortunae gradu positum venerari Curt. 6, 10, 25. Condi-  
70 one tristissimae fortis Quinctil. Decl. 4 pr. Natura posita in conspectu Cic. Tusc. 4, 62 c. 29. Hor. Carm. 3, 10, 8. Et positae vt glaci-  
et Nives Puro numine Iuppiter? *i. e.* (inquit Acron) deorsum missas: post nives enim missas, si fiat Aquilo, eius frigore solidantur. Pax posita, *i. Deposita* Propert. 2, 1, 36. Querelis positis Idem 3, 10, 9. Res ab ostentatione positae Quinctil. 1 Prooem. Res ante  
oculos positae Cic. Acad. 1, 5. Roma in montibus posita, *i. Sita* Idem de Lege Agr. 2, 95 c. 35. Semini-  
80 bus Virg. Georg. 2, 354. In cuius perniciē Spes posita Nep. 18, 11, 2. Statua Idem 13, 2, 3. Terra sub niue posita latet Ouid. Fast. 2, 72. Veste posita, *i. Depo-  
sita* Idem ibid. 2, 284. Extra positum Scribon. 208. de emplastro. Homo extra sensus affectusque positus Quinctil. Declam. 19, 5 extr. Positus, Exanimatus Virg. Aen. 4, 681 — sic te vt posita, crudelis ab-  
esset? Seruius. Ouid. ad Liuiam 135. Tene ego sustineo positum scelerata videre? *i. Mortuum.* Corpus positum, *i. Humatum.* Lu-  
85 cret. 3, 883. Proinde vbi se videas hominem indignarier ipsum Post mortem fore, vt aut putrescat corpore posito, etc. Posito, Posito. Positus super armamentarium, Praefectus armamentario Curt. 6, 7, 22. Hoc autem posito atque concesso, esse quandam vim diuinam Cic. Diu. 1 c. 52. Hoc vno posito, quod est ad cognitionem disciplinae satis  
90 Cic. de Legg. 2 c. 19. vid. Cellar. Cur. Post. p. 415. Borrich. Vind. p. 181.
- POSTVS**, a, um. pro Positus. Corpore posito, *i. Humato* Lucret. 3, 885. In terram posita Idem 1, 1057. Add. Idem 6, 763 et 965. Lucret. 3, 870. Semina saepe in eodem, vt nunc sunt ordine posita.
- POSITVRVS**, a, um. Particip. [ῥήσων] Ouid. Met. 3, 471. Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
- POSITOR**, oris. m. [πρῆσιν] Ouid. Met. 9, 448. Et in Aside terra Moenia constituis, positoris habentia nomen. *i. Conditoris.* Templorum positor Ouid. Fast. 2, 63.
- POSITVS**, us. m. [θέσις] *i. Positio, siue situs.* Ouid. Fast. 4, 420. Trinacria, a positu nomen adepta loci. Celsus 8 pr. Prius positus ossium, figurasque indicabo. Tacit. Ann. 4, 5, 4. Quae positu regionis a tergo illis. Idem ibid. 6, 21, 4. Ille positus siderum, ac spatia dimensus. Adeunda vix moenibus, et positu loci Ouid. ex Pont. 1, 8, 12. Defensa vrbs melius positu Id. ibid. 4, 7, 23. Variare capillos  
105 positu Ouid. de Medic. Faciei 19. Variare comas positu Id. Met. 2, 412.

**POSITIVVS**, a, um. Adj. [*ἰσχυρός*] *Quod primo positum est, nec aliunde derivatum. a quo Grammatici Positivum a Comparatio et Superlativo distinguunt, quod illud sit quasi fundamentum istorum. Vid. Gell. 10, 4. et Isidor. 1, 6.*

**POSITIVA**, ae. f. [*ἰσχυρά*] *Compositio, s. ratio compositionis. Lucret. 1, 818 Magni refert, primordia saepe Cum quibus, et quali positura contineantur. Positurâ discrepant res Idem 2, 1017. Dissoluuntur enim positurae principiorum Idem 2, 946. Gell. 14, 1 Ut animaduertetur, quo habitu, quaque forma, quaque positura stellarum aliquis nasceretur. Ligni Gell. 5, 3. de Protagora.*

**POSITIO**, ōnis. f. [*ἰσχυρά, ἰσχυρά*] *Varietatem verbi sequitur. v. g. Plin. 18, 5 Ut solum sua virtute valeat, qua dictum est, positione. Eadem vocatur Caeli positio, pro Situ, regione, vel statu alicuius rei ad aliquam caeli vel solis partem: Sed generalior est Columel. 1, 6. Loci positio Quintil. 3, 7, 26. Traian. Plin. Ep. 10, 59. Cic. pro Flacc. 62 c. 26 De quorum vrbis positione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuisse proditum est. de Athenis. al. Posessio. Arbustivae positionis exemplo Columel. 4, 1. Praecipua commoda Humilis positionis sunt, quod celeriter adolescant semina Idem 4, 1. Allii et vlpici vltima est huius temporis positio Idem 20, 11, 2. Campestris Columel. 1, 2. (Praef. p. 8) apud Oratores.*

Quintil. 9, 4, 48 *Tempus enim solum (alii Sonum legunt) metitur, vt a sublato ad positionem iisdem sit spatii pedum. Quem locum sic explicat Diomedes 3 p. 471 Pes est sublato et positio duarum aut trium ampliusue syllabarum, spatio comprehensa. Pes est poëticae dictionis duarum ampliusue syllabarum cum certa temporum observatione modus, recipiens ἄρσιν et ἰσχυρά, i. e. qui incipit elatione, et finitur positione. Haec ille. Vitia positionum Quintil. 2, 10, 14 i. Hypothesis f. argumentorum apud rhetores. Add. 7, 4, 40. Rursus Quintil. 1, 4, 24 Aut quae feminina positione mares, aut neutrali feminas significant. Positionem vocat, quam Grammatici vulgo Terminationem vocant. Prima positio Quintil. 1, 5, 60. et 1, 6, 12 est ipsum thema, et Nominativus casus nominis. Soloecismus est in oratione comprehensionis vnius sequentium ac priorum inter se inconueniens positio Idem 1, 5, 51.*

*In prosodia dicitur positio, quum duae Consonantes concurrunt. Quintil. 1, 5, 28 Volucres media acuta legam, quia etsi brevis natura, tamen positione longa est, ne faciat iambum, quem non recipit versus heroicus. Est enim sermo de nomine Volucres in Versu Virg. Georg. 3, 243 Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres. Hic primum intuentibus videri potest Fabius hac significatione Grammaticorum usus esse. Verum accuratius considerantibus apparebit, Positione hic significare simpliciter, quia hic, in hoc loco versus posita est syllaba LV. Si enim posita esset extra versum, vel alio loco versus, correpta maneret. Conf. 9, 4, 85, ubi in nomine Agrestem, gre syllaba facit longam a priorem. Interim illa Grammatica et Prosodica significatio auctores habet sat antiquos, v. g. Diomedem 2 p. 423 ubi septem illius modos enumerat; plures etiam Marius Victorin. 1 p. 2473 etc. Metaphorice Sen. Epist. 64 In quacunque positione mentis sim, i. quomodocunque affectus.*

**PONS**, pontis. m. [*πύργος*] *Per quod super aquas transimus. A Pendeo dicitur, quod veluti in aëre pendeat. Plin. 8, 3 Territos spatio procul pontis a continente porrecti, vt sese longinquitatis aestimatione fallerent, auersos retrorsus isse, de elephantis. Ignotus pons Virg. Georg. 3, 78. Lapideus Curt. 5, 1, 29. Naumachiarius, vid.*

**NAVIS**. Saxeus Lucan. 4, 15. Solutus Claud. Conf. Hon. 4, 404. Interfluentem vrbis Tiberim ponte commisit Flor. 1, 4, 2. Adiungitur et continetur angusto ponte pars oppidi Cic. Verr. 4, 117 c. 52 extr.

Consistere crebris pontibus Virg. Georg. 4, 27. Cic. pro Rosc. Amer. 100 c. 35 Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis sexaginta de ponte in Tiberim Deiecerit. Vid.

**DEPONTANI**. Dissoluere Nep. 2, 5, 1. Distendere pontem in agros Lucan. 4, 140. Disturbare pontes Auctor ad Herenn. 1, 21. Facere pontem Cic. in Vatin. 21. Nep. 1, 3, 1. Planc. ad Cic. Fam. 10, 23.

Imponere fluuio pontem Curt. 5, 1, 29. Indere pontes Tacit. Ann. 12, 57. Iniicere pontem, vid. **INIICIO**. Interrumpi pontes, quos feceram Planc. ad Cic. Fam. 10, 23. Intersecindere pontem a tergo Idem de Legib. 2, 10 c. 4.

Iungere ponte fluuium, Fluuium pontem imponere Curt. 5, 3, 7. Ludere ponte magno Catul. 18, 1. Rescindere Nep. 1, 3, 4. Reuellere pontes Claud. in Ruff. 1, 270. Rupti torrentibus pontes Quintil. 2, 13. Transmittere flumen ponte Plin. Ep. 8, 8. Vellere pontem Virg. Aen. 8, 650.

¶ 2 **Pons mendicorum statio, ob frequentiam.** Iuuen. Sat. 14, 134 Inuitatus ad haec aliquis de ponte. i. e. Mendicus: quia mendici in pontis itinere sedent, vt annotat vetus Scholiastes. conf. Sat. 4, 116 Dirusque a ponte fatelles, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. In Sublicium pontem me transfere, et inter egentes abige: non tamen ideo me despiciam, quod in illorum numero confideo, qui manum ad stipem porrigunt Sen. de Vita beata c. 25. Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat, *Coloniam alloquens* Catul. 17, 5.

¶ 3 **Ob similitudinem formae vel usus, diuersae res aliae Pontis appellationem naturae sunt: vt Pons ille comitorum, de quo Festi et Varronis auctoritates, posuimus in DEPONTANI. Hos pontes ad transeundum factos, suadet ipsum nomen, et Sueton. Caes. c. 80 Cunctati coniurati vtrum illum in campo per comitia tribus ad suffragia vocantem partibus diuisis e ponte deiicerent, atque exceptum trucidarent. Mobiles fuisse, apparet ex A. ad Herenn. 1, 21 c. 12 ubi Coepio impedit comitia Saturnini, Pontes disturbat; cistas deiicit. Hos Pontes lex Maria fecit angustos Cic. de Legg. 3, 38 c. 17 vt, credo, soli per illum transeuntes, tabellam suo arbitratu, nemine alio arbitrante, deligere possent, quam vellent. Nam oppositam ambitioni hanc legem ait Cicero. Conuenit figura in numis, de quibus Spanhem. diff. 10 p. 192. De his Cic. Att. 1, 13 Operae, inquit, Clodianae pontes occupant; tabellae ministrabantur, ita vt nulla daretur, Vti rogas. Pontes (ait Paulus Manutius de Leg. Rom. 9) quibus cistas suffragiorum superimpositae: Pontes igitur occuparunt operae Clodianae, vt ex iis, quas vellent tabellas suffragium laturis, ministrarent, eas inquam dumtaxat, quae inscriptae essent, Vti rogas. Ouid. Fast. 5, 634 Pars putat, vt ferrent iuuenes suffragia soli Pontibus infirmos praecipitasse senes. Pons, via aggerata et lapidibus constrata, propter paludosum solum. Caecina monitus, pontes longos quam maturime superare. angustus is trames, vastas inter paludes, et quondam a L. Domitio aggeratus: caetera limosa, tenacia graui coeno etc. Tac. Ann. 1, 63, 4 seq. Tabulata nauium Pontes vocantur. Multae naues pontibus stratae, super quas tormenta veherentur, simul aptae ferendis equis aut commeatui Idem ibid. 2, 6, 3. Diuersi ab his, et scalarum quoddam instar habent, de quibus Virg. Aen. 10, 288 Interea Aeneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. Ianuae pons**

105

105

105

105

105

105

105

105

105

105

105



Vell. 2, 7, 2 ut quidam volunt, est limen superius arcuatum. Sed recte al. Postem habent. Denique in oppugnationibus turres ad murum promoti, pontibus cum iis iungebantur. Vid. Suet. Aug. c. 20 coll. Plin. 7, 53 c. not. Hard.

5 PONTICVLVS, i. m. Diminut. [*πυγυλίων*] Cic. Tusc. 5, 59 c. 20 Et quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset, etc. Adde Suet. Caes. 31 et Catull. 17, 3 Crura ponticuli asculis stantis.

10 PONTILE, is. n. Aliquid ponti simile, compactum ex roboreis axibus stratum in stabulis. Veget. Mulom. 1, 56, 2 Dabit operam ut stratus pontilis emineat, ipsumque sit non ex mollibus lignis — compactum. Nam hoc genus ligni equorum ungulas — obdurat. add. f. 22 Quo factio in pontili strato collocatur.

15 PONTO, ōnis. m. [*πορταίων*] Pontones, Naues, quibus in traieciendis omnibus loco pontium utimur. Paullus in l. ult. D. de feruit. rust. praed. Flumine interueniente via constitui potest, si aut vado transiri potest, aut pontem habet, diuersum, si pontonibus traiciatur. Caes. B. Ciu. 3, 29 Pontones, quod est genus nauium Gallicarum, Lyssi relinquit.

20 PONTONIUM, i. n. Idem. Isidor. 19, 1 Pontonium, nauigium fluminale tardum et graue, quod non nisi remigio progredi potest. PONTATICVM, i. n. Vectigal, quod in pontis, transitu datur. Ammian. 5, 1.

25 PONTIAE, arum. f. Insulae sunt in mari Tusco, ut scribit Plin. 3, 6 Ab his ultra Tiberina ostia in Antiano, Astura, mox Palmaria, Sinonia, et aduersum Formias Pontiae.

PONTICVLVS, vid. PONS.

PONTICVS, i. m. Poeta quidam, qui de bello Thebano scripsit, ut docet Propert. 1, 7, 1. Ouid. Trist. 4, 10, 47 Ponticus heros, Battus quoque clarus iambis, Dulcia conuictus membra fuere mei.

30 PONTIFEX, icis. m. [*πυγυλαίος, ἀρχιερεύς, ἱεράρχα*] Sacer magistratus, i. sacris peragendis praefectus, ut apud Varr. de L. L. 4, 15 ait Scaeuola, a Possē et Facere dictus: vel, ut ait ipse Varro, a Ponte: quia Sublicius pons a pontificibus factus est primum, et deinde restitutus. A Possē et Facere deriuat Scaeuola, quia ius illis erat sacrificandi. Facere enim apud veteres, Sacrificare est. Varronis etymologiam probat Dionys. Halic. l. 2 p. 132, 37. ubi etiam de officio Pontificis tradit. Nobis satis erit ex Liu. 1, 20 praecipua posuisse: Pontificem

35 deinde Numam (an Numa?) Marcium, Marci filium ex patribus legit, eique sacra omnia exscripta exsignataque attribuit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quae templa sacra fierent, atque vnde in eos sumtus pecunia erogaretur. Caetera quoque omnia publica priuataque sacra Pontificis scitis subiecit: ut esset, quo consultum plebes veniret, ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus peregrinosque adsciscendo, turbaretur. Nec caelestes modo caerimonias, sed iusta quoque funebria, placandosque Manes, ut idem Pontifex edoceret: quaeque prodigia fulminibus alioque quo viso missa susciperentur atque curarentur.

40 Nempe ponitur Pontifex simpliciter pro Pontifice Maximo, ut et Liu. 2, 2, quod obseruat Ez. Spanb. Tom. 2 p. 424. Sed videndum, an eo tempore iam plures fuerint Pontifices? Dion. Halic. p. 132, 35 Pontifices quidem a Numa institutos memorat, sed non ita, ut statim plures fuisse intelligamus. Apud

45 Liuuium prima forte eorum mentio 4, 3 Si non ad factos, non ad commentarios pontificum admittimur. Sed hic intelliguntur plures Pontifices Maximi successores aliorum alii. Liu. 10, 6 Anno V. C. 452 Quum IV augures, IV pontifices ea tempestate essent, — quatuor pontifices de plebe omnes adlegerentur. Id. 22, 57 Minorum Pontificum mentionem facit, hoc modo: L. Cantilius scriba Pontificis, quos nunc minores Pontifices appellant. Ad Pontifices habita Ciceronis oratio pro domo

50 sua etc. Cic. Att. 4, 2 Calendis Octobris habetur Senatus frequens, adhibentur omnes pontifices, qui erant Senatores, etc. Praesunt sacris pontifices, auspiciis augures Cic. de Nat. Deor. 1, 124. Sacerdotes alii diuis aliis, omnibus pontifices, singulis flamines sunt Cic. de Legib. 2, 20. In pontificum libris et in XII Tabulis plurima est antiquitatis effigies Cic. in Orat. 193. Coenae pontificum Hor. Carm. 2, 14, 28. Libri pontificum Idem

55 Epist. 2, 1, 26. Cic. pro Domo 31 Si cuius forte pontificis animum (quod certo scio aliter esse) mea sententia offendit, alio modo sit constituturus aut de Religione pontificum, aut de Republ. etc. Secures pontificum, quibus caeduntur Hostiae Hor. Carm. 3, 23, 12. Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum Pers. 2, 69. Liu. 3, 54

60 Pontifice maximo comitia habente tribunos plebis creauerunt Romani, quod paullo ante ita enuntiatum Factum scitum, ut Q. Furius pontifex maximus tribunos pl. crearet. Maximus pontifex Metellus viginti et duos annos ei sacerdotio praefuit Cic. de Senect. 30.

65 PONTIFICĀTVS, ūs. m. [*ἀρχιερωσύνη*] Pontificis dignitas, sicut Consulatus. Cic. de Arusp. Resp. 18 c. 9 Qui statas sollempnesque caerimonias, pontificatu, etc. contineri putauerunt. Vid. et Valer. Max. 6, 9, 13. Vell. 2, 59, 3.

70 PONTIFICIVS, a, um. Adj. Quod est pontificis. Cic. de Nat. Deor. 3, 43 Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio et more maiorum. Idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio iure, et caerimoniis sepulcrorum intelligi licet. Idem in Brut. 96 Audiui enim nuper studiose, et frequenter Sami, quum ex eo ius nostrum pontificium, qua ex parte cum iure ciuili coniunctum esset, velle cognoscere.

75 PONTIFICIA, orum. n. Pl. Libri pontificii. Cic. de Nat. Deor. 1, 85 Deinde nominum non magnus numerus ne in pontificiis quidem nostris, deorum autem innumerabilis.

80 PONTIFICIUM, i. n. Pro iure et potestate faciendi. Gell. 1, 13 Sunt enim non pauci, qui sententiam suam in vna parte defixerint, et re semel statuta, deliberataque ab eo, cuius negotium id, pontifici-umque esset, nequaquam putauerint, contra dictum eius faciendum esse. Quod quidem fieri oportere consentio, sed non eatenus, ut pontificium tuum in damna nostra protenda. Symmach. Ep. 7, 27. Pater hic duos filios habuit, conditoris pontificio, non necessitate generantis Pet. Chrysolog. Serm. 5. Vid. Iuret. ad Symm. l. c. Barth. Adu. 132, 10.

85 PONTIFICĀLIS, e. Adj. Quod ad pontificem pertinet. Vnde Pontificales libri, in quibus sacrae caerimoniae continentur, s. potius chronica rerum gestarum, qui etiam vocabantur Libri vel commentarii pontificum, et annales maximi: vid. Cic. de Orat. 1, 193, et 2, 52. Idem de Leg. 1, 6. Liu. 4, 3, et 6, 1. Macrobi. Sat. 3, 2 extr. Voss. de Hist. Lat. 1, 7. Auctoritas pontificalis Cic. de Legib. 2, 53 c. 21. Caput pontificale polluerunt interfectores Caesaris Ouid. Fast. 3, 706. Coenas pontificales, olim appellabant sumtuosas, opiparasque: Ad quod

90 abudit Hor. Carm. 2, 14, 28

95 PONTIFICĀLIS, e. Adj. Quod ad pontificem pertinet. Vnde Pontificales libri, in quibus sacrae caerimoniae continentur, s. potius chronica rerum gestarum, qui etiam vocabantur Libri vel commentarii pontificum, et annales maximi: vid. Cic. de Orat. 1, 193, et 2, 52. Idem de Leg. 1, 6. Liu. 4, 3, et 6, 1. Macrobi. Sat. 3, 2 extr. Voss. de Hist. Lat. 1, 7. Auctoritas pontificalis Cic. de Legib. 2, 53 c. 21. Caput pontificale polluerunt interfectores Caesaris Ouid. Fast. 3, 706. Coenas pontificales, olim appellabant sumtuosas, opiparasque: Ad quod

100 abudit Hor. Carm. 2, 14, 28

Et mero

Tinget pauimentum superbo  
Pontificum potiore coenis.

**Macrob. Sat. 2, 9** Accipite, et inter grauissimas personas non defuisse luxuriam. Refero enim vobis Pontificis vetustissimam coenam, quae scripta est in Indice quarto Metelli illius Pontificis maximi in haec verba: Ante diem nonum Kalendas Septembris, quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, domus ornata fuit: triclinia lectis eburneis strata fuerunt: duobus tricliniis Pontifices cubuerunt Q. Catulus, M. Aemilius Lepidus, D. Silanus, C. Caesar rex sacrorum, P. Scaeuola Sextus, Q. Cornelius, P. Voluminius, P. Albinouanus, et Iulius Caesar augur, in tertio triclinio Popilia, Perpennina, Licinia Arruntia virgines vestales, et ipsius (Metelli Pontificis) vxor Publicia Aaminica, et Sempronia socrus eius. Coena haec fuit etc. Memorantur hic IX Pontifices, in his etiam est rex sacrorum, itemque Augur: 15  
Metellus idem fuisse videtur Flamen dialis etc. Honor pontificalis Ouid. Fast. 3, 420. Insignia pontificalia atque auguralia Liu. 10, 7. Ius pontificale Cic. de Legg. 2, 57. Sacrum pontificale Ouid. Fast. 1, 462.

**PONTIFICENSIS**, e. Idem. Plin. 9, 1 Obulcum, quod Pontificense appellatur, oppidi ergo epitheton. 20

**PONTINA, Palus**, vid. **POMPTINA**.

**PONTINA TRIBVS**, vid. **TRIBVS**.

**PONTONES**, vid. **PONS**.

**PONTVS**, i. m. [Πόντος] Generatim Mare significat, ut mox de-  
clarabitur: Proprie autem id mare Pontus appellatur, quod a Palude 25  
Maeotidis vsque in Tenedum protenditur: sed ubi primum se arctat, a  
Tenedo incipiens, post Helles casum, Hellespontus vocatur; ubi expandit,  
Propontis; ubi iterum premit, Thracius Bosphorus; ubi iterum effundit,  
Pontus Euxinus, qui Paludi committitur. Palus ipsa, Maeotis in Ponto  
iuxta Phasidis ostium. Vid. **EVXINVS**, et Plin. 4, 12 et 6, 1. 30

¶ 2 Pontus, ut iam inuimus, etiam Prouincia Asiae Minoris, a Ponto  
Euxino, cui adiacet, sic cognominata. Virg. Georg. 1, 58 Virofaque  
Pontus Castorea, mittit. Alias etiam regiones ad Pontum Euxinum  
sitae, Ponti nomine appellantur. Ouid. Trist. 5, 10 pr. Ut sumus in  
Ponte ter frigore constitit Ister. Quod de Tomitana regione in Moesia 35  
Inferiore intelligendum est. Nempe hic est Vltus ab assiduo frigore  
Pontus, Id. Tr. 3, 2, 8. Hic est Pontus, e quo scripsit epistolas s. libros  
ex Ponto quatuor. ¶ 3 Ut initio diximus, omne mare Poëtis  
Pontus dicitur: Dum longus inter saeuat Ilion Romanque pontus  
Hor. Od. 3, 3, 37. Libyae pontus Virg. Aen. 1, 560. Freta Ponti 40  
Idem Georg. 1, 356. Gurges Ponti Cic. de Diuin. 1, 10. ex Poëta.  
Hiems aspera Ponti Virg. Aen. 2, 100. Imago tristis Ponti Ouid.  
Met. 11, 427. Os Ponti et angustiae Cic. Verr. 4, 129. Angu-  
stus Pontus Nepheloides Helles Ouid. Met. 11, 195 qui vulgo Hellespon-  
tus coniuncta voce dicitur. Apertus Pontus, i. Latus, late patens 45  
Idem ibid. 11, 397. Arduus Valer. Argon. 5, 337. Caeruleus  
Virg. Aen. 12, 182. Curuati Ponti litora Senec. Hippol. l. 1.  
Euxinus Cic. de Orat. 1, 174. Ingens Virg. Aen. 1, 118. Mobilis  
Ponti vaga vnda Senec. Herc. Fur. 12. Niger Valer. Argon. 1, 578.  
Nivalis Stat. Theb. 12, 592. Profundus Virg. Aen. 5, 614. Tran- 50  
quillus Stat. Theb. 6, 578. Vastus Virg. Georg. 4, 430. Ven-  
tosi mulcere pericula Ponti Stat. Silu. 3, 2, 2. Adstringit bruma  
Pontum frigore Lucan. 1, 18. Consistit glacie Pontus Ouid. Trist.  
3, 10, 37. Credere se Ponto Idem Met. 13, 900. Dare nomina  
Ponto Hor. Carm. 4, 2, 4. Ferri Ponto Virg. Aen. 9, 121. Fer- 55  
vet arctatus rapido qua gurgite Pontus Lucan. 5, 234. Feruet ver-  
tigine Pontus Ouid. Met. 11, 553. Legere Pontum pone Virg. Aen.  
2, 208. i. Transire Seruius. Mergere Ponto, vid. **MERGO**.

Miscetur Pontus magno murmure Virg. Aen. 1, 128. Obruerat  
tumulos immensa licentia Ponti Ouid. Met. 1, 309. Pererrare Pon- 60  
tum Senec. Med. 8 v. 650. Ridet quum subdola placidi pellacia  
Ponti Lucret. 2, 559. Saeuit Pontus Hor. Carm. 3, 3, 37. Saeuit  
Pontus minaci murmure Lucret. 1, 277. Transire Pontum per  
vada Idem 1, 201. Transcurrere Pontum Stat. Silu. 3, 4, 1. Val.  
Fl. 8, 180 Crastina namque dies trucidis ad confinia Ponti Cyaneasque 65  
vocat, i. ad eum locum, ubi in angustos fines Pontus Euxinus coit.

**PONTICVS**, a, um. Adi. [Ποντικός] Columel. 12, 35 Pontici  
absinthii pondo libram, etc. Freti Pontici fauces Senec. Med. l. 7.  
Gemmae quaedam Ponticae Plin. 37, 10. Isid. 16, 14. Humus Pon-  
tica Ouid. ex Pont. 3, 5, 56. Mare Hor. Carm. 3, 24, 4. Mures 70  
Plin. 10, 73. Vid. ibi Harduin. Nux Pontica, quae et Praenestina  
dicitur, et Auellana Macrob. Saturn. 3, 18. Praelia Lucan. 1, 336.  
Terra Ouid. Trist. 1, 2, 94. Verba Idem ibid. 3, 14, 59

P O P

**POPA**, ae. m. [Πόπη, ποπαξίδια Gloss. Lat. Gr.] Popae dicebantur,  
Qui victimas habebant venales, et qui ligabant eas ad altare, feriebantque.  
De Popa, apud quem victimae venales erant, vid. Fabrett. Inscr. p. 56. Po-  
pae Licinii, qui dixerit pro testimonio, seruos Milonis apud se ebrios fa-  
ctos, meminuit Cic. pro Mil. c. 24. Propert. 4, 3, 62 Succinctique 80  
calent ad noua lucra Popae. Spartianus in vita Getae c. 3 extr. Per-  
cussit hostiam Popa nomine Antonius. Popae, qui victimas immola-  
bant, alio corpore nudo, ab umbilico ad pedes inuoluti erant veste, quae  
limus dicebatur. Hinc Succincti Suetonio dicuntur Calig. c. 32 extr.

Succinctus, inquit, poparum habitu. Seruius ad Aen. 12, 120 Limus, 85  
vestis est, qua ab umbilico vsque ad pedes teguntur pudenda poparum.  
Venter popa Perf. 6, 74. i. Phago et gulofus, quales erant popae victimarii.

**POPANVM**, i. n. [πόπανον] Placenta lata, tenuis, rotunda, quam  
diis veteres offerebant: sed et pro quocumque Libo capitur. Iuuen. Sat. 6,  
540 Scilicet et tenui popano corruptus Osiris. Graecum est totum. Iu- 90  
lius Pollux ait Placentam esse, qua in sacrificiis antiqui utebantur: cuius  
dictionis frequens est usus apud Aristophanem.

**POPELLVS**, vid. **POPVLVS**, masc. gen.

**POPILIA** Gens, Plebeia Romae fuit, ex qua M. Popilius M. F.  
C. N. Laenas Fl. Carmentalis COS. cum C. Manlio ann. CCCXCIV. 95  
Liu. 7, 12 pr. Hic quum COS. esset, eodemque tempore sacrificium  
cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres  
conciatione nuntiata, ut erat laena amictus, ita venit in concionem,  
seditionemque cum auctoritate, tum oratione sedauit Cic. de Clar.  
Orat. 56. Hinc etiam fuit C. Popilius Laenas, Legatus ad Antiochum, 100  
qui Ptolemaeum regem, amicum Populo Romano, obsederat, missus nuntia-  
tum, ut a sociis Populi Romani abstineret: cunctantem, responsumque dif-  
ferentem, virga circumscripsit, ne ultra spatium illud differendo exiret:  
ex quo territus Antiochus bellum omisit. Vid. Liu. 45, 12. et Valer. Max.  
6, 4, 3. Fuit et Popilius Lanatus, siue Laenas, qui Ciceronem occidit, 105

*patronum suum, in causa capitis. Auctor Valer. Max. 5, 3, 4. Popilia tribus. Vid. TRIBVS.*

**POPINA**, ac. f. a Popa. [*καπηλαῖον, ὀπταναῖον*] *Locus, ubi publice opsonia, caroque cocta, ac delicate confecta venditatur, comediturque: deinde pro domestica etiam sed humili sordidaque luxuria, et beluatione ponitur. Ex posteriori genere est Cic. Philipp. 3, 20 Sed quum tam atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non adfuit? num putatis aliqua re tristi et seuera? vino et epulis retentus, et alea est? si epulae potius, quam popinae nominandae sunt. Prioris autem generis Hor. Epist. 1, 14, 21 — fornix tibi et vncta popina Incutiunt vrbis desiderium. Rursus Cic. in Catil. 2, 4 Quorum aes alienum contractum in popinam, nullum Reipublicae motum afferre poterat. al. Popina. Et pro tricliniis popinae, pro cubiculis stabula in sedibus huius sunt Idem Philipp. 2, 69 c. 28. Nempe triclinia lautorum hominum sunt, popinae humilium luxuriosorum. C. Gracchus apud Gell. 15, 12 Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie stabant, sed in conuiuio liberi vestri modestius erant, quam apud praeceptorem. Arcana popina, vid. ARCANVS. Calida Iuuen. Sat. 11, 81. Diues Martial. 5, 45. Immundae Hor. Serm. 2, 4, 62. Nigra Martial.*

*7, 60. Cic. in Pison. 18 Tu ex tenebricosa popina Consul extractus, cum illa saltatrice tonsa, Senatam Reipublicae occasum atque interitum lugere vetuisti. Tepidae Martial. 1, 125. Cic. in Pison. 13 Et quum isto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalasses. Ambulare per tabernas, Latitare per popinas Adrian. Imp. ap. Spart. c. 16.*

**POPINO**, ōnis. m. [*λαφίσσιος, ἄσπτος*] *Qui in popinis versatur, et beluatur. Suet. de Clar. Grammat. 15 Lurconem, et nebulonem, popinonemque appellans, et vita scriptisque monstrosum. Hor. Serm. 2, 7, 39 Imbecillus, iners: sim quiduis, adde popino. Popino, Tabernarius, qui popinariam exercet. Varr. Modio, Quis poculis argenteis isti chorum introibit? popino. Vid. Non. 2, 705.*

**POPINOR**, āri. [*λαφίσσω, ἄσπτεῖομαι*] *Heluari et indulgere popinis. Iulius Capitol. 30 Tyrann. c. 29 Dum Galienus popinatur, et balneis ac lenonibus reputat vitam.*

**POPINARIVS**, i. m. *Qui popinae praest. Firmic. 4, 6 Faciet pharmacopolas, aut popinarios. Et c. 15 Faciet hospites, popinarios, tabernarios. Vid. Lamprid. in Alex. c. 49. et Casaub. ad c. 33.*

**POPINATIO**, ōnis. f. [*ἀσπτία*] *Nunupata est a Gellio 10, 17, quae alio nomine dicitur Heluatio, quam Graeci Asotiam vocant. Al. Propinatio.*

**POPINATOR**, ōris. m. *Idem qui Popino. Macrobi. Saturn. 7, 14 pr. Apud popinatores proponi.*

**POPINALIS**, e. Adj. [*καπηλικός*] *Quod ad popinam spectat. Columel. 8, 16 Iam enim celebres erant deliciae popinales, quum ab mari deferrentur viuaria. Luxuria popinalis Apul. Met. 8 pr.*

**POPLES**, itis. m. [*ἰγνίς, ἰγνία*] *Pars opposita genu. Dicta videri potest, quod post s. retro plicetur et curuetur: Sed prima corripitur a Lucret. 4, 950 Brachia palpebraeque cadunt poplitesque cubanti. Columel. 6, 12 Si dolore neruorum claudicat, oleo et sale genua, poplitesque, et crura confricanda sunt, donec sanetur. Defectus poples Ouid. Met. 13, 477. Firmus Idem ibid. 15, 223. Lapsus Lucan.*

*3, 254. Mollia nodosus facit internodia poples Ouid. Met. 6, 256. Succiduis Idem ibid. 10, 458. Suspensus Stat. Silu. 5, 4, 19. Tensus Idem Theb. 9, 473. Contendere poplitem, vid. CONTENTO.*

*Deposito victum praebat poplite collum Lucan. 1, 608. Duplicato poplite ad terram incidit Virg. Aen. 12, 927. Excipere se poplitibus Curt. 6, 1, 14. Flexo poplite sidunt Stat. Theb. 6, 590.*

*Proiciet truncum submisso poplite corpus Catul. 62, 370. Succiso poplite Gygen Excipit Virg. Aen. 9, 762.*

**POPPAEA**, ae. f. [*Ποππαια*] *Secunda Neronis Claudii Caesaris uxor. Suet. in Neron. c. 35.*

**POPPAEANVS**, a, um. Adj. [*Ποππαιανός*] *Quod ad Poppaeanum spectat, vel quo Poppaea uti solebat. Iuuen. Sat. 6, 461*

*Ridendaque multo*

*Pane tumet facies, aut pinguis Poppaeanae*

*Spirat, et hinc miseri viscantur labra mariti,*

*65 i. Vnguenta, ex asinae lacte composita ad conciliandum faciei decorem, quibus Poppaea uxor Neronis, ut inquit Plin. 11, 41 utebatur.*

**POPPYSMA**, ātis. n. [*πόπυσμα*] *Dicitur Sibilus tenuis ore emissus, vel vocis blandimentum: quod fit equis indomitis, cum tractatione manuum. Vnde et quae fit manibus complosio laudandi vel probandi et blandiendi causa, Poppysma vocatur. Iuuen. Sat. 6, 583 Frontemque manumque Praebeat vati crebrum poppysma roganti.*

**POPPYSMVS**, i. m. [*ποπυσμός*] a *ποπύζαν*, quod est illis manibus inter se, et palma cum palma collata plausum edere. Plin. 28, 2 Fulgetras poppysmis adorare, consensus gentium est. Poppysmis adorare fulgetras, i. eas adorare leuiter complosis manibus cauis, velut ad deliniendum Iouem iratum. Manus enim cauae complosae poppysmum efficiunt, quae vox ficticia est ad soni expressionem. Turneb. Adu. 4, 15. Alex. ab Alexandr. 5, 13.

**POPPYZON**, ontis. m. *Demulcens, blande attrahens, sibilans. Plin. 35, 10 Quum pingeret poppyzonta retinentem equum.*

**POPVLNVS**, vid. POPVLVS, fem. gen.

**POPVLONIA**, ae. f. [*Ποπλάνιον*] *Hetruriae ciuitas iuxta Pisas, auctore Virg. Aen. 10, 172. et Mela 2, 4.*

**POPVLONIVM**, i. n. [*Ποπλάνιον*] *Eadem ciuitas, Plin. 3, 5 aliter Populonia dicta.*

**POPVLVS**, i. m. [*ῥήμος, λαός, λαός, λήϊρος*] *Singulari Numero, Vnius ciuitatis multitudinem significat. Virg. Aen. 1, 21 Hinc populum late regem, belloque superbum. Populus, Multitudo hominum, iuris consensu et concordia communione sociata. Populum et Plebem distinguit Gell. 10, 20 In populo omnis pars ciuitatis omnesque eius ordines continentur. Plebs vero ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciae non insunt. Humillimus homo de vestra plebe, quam partem, veluti abruptam a caetero populo, vestram patriam peculiaremque rempubl. fecistis Liu. 3, 19, 9. Populus princeps terrarum, Romani dicuntur Plin. 22, 3. Populi, in Plurali, Diuersarum ciuitatum multitudo Virg. Aen. 1, 225. Aethiopum populi Ouid. Met. 2, 236.*

*Hor. Epist. 1, 2, 8 Stultorum regum, et populorum continet Aestus. Fauor populi Ouid. Fast. 4, 867. Idem ibid. 2, 531 Stultaque Pars populi, quae sit sua curia nescit. Rector populorum Ouid. Met. 7, 487. Regnator Hor. Carm. 3, 30, 12. ¶ 2 De parte*

*100 populi, plebe sc. saepissime Sueton. it. Datum congiarium populo Plin. Paneg. c. 25. Dat populus, dat gratus eques, dat tura senatus Martial. 8, 15. Pingui nil mihi cum populo est A. Eleg. ad Val. Mesalam sub f. (in App. Virgiliana Scaligeri.) Distinguitur a gente tanquam latiore. Gens illi triplex, populi sub gente quaterni Virgil. Aen. 10, 202. conf. Plin. 6, 17 et passim. Sigon. et Gronou. ad Liu. 5, 34. Quin-*

Quindecim liberi homines, populus est; totidem serui, familia; totidem vincti, ergastulum Apulei. Apol. p. 304. ¶ 3  
*Epitheta Populi, quatenus simpliciter multitudinem hominum ciuitate coniunctorum notat.* Acres populi Sil. 13, 699. Armati  
 Claud. de Bell. Gildon. 46. Aeger Senec. Oedip. f. 10. Au- 5  
 dax Virgil. Aen. 4, 615. Auritus, vid. AVRIS. Con-  
 tumax Senec. Thyest. f. 8. Degener Lucan. 2, 432. Ex-  
 sanguis Stat. Theb. 12, 22. i. metu territus. Frequens Horat.  
 Carm. 1, 35, 14. Furens Lucan. 1, 68. Hilaris Ouid. de Arte  
 Am. 3, 518. Indomiti Lucan. 4, 146. Innumerus Sil. 13, 525. 10  
 Integerrimi diuturna pace, vid. INTEGER. Lati Virg. Aen. 1,  
 15. Lewis Horat. Epist. 2, 1, 108. Magnus, vid. MAGNVS.  
 Nobilis Iuuen. Sat. 15, 113. Potens Lucan. 1, 2. Praeceptus Id.  
 1, 487. Rudis Ouid. Fast. 1, 38. Silens populus, Inferi Claud.  
 de Rapt. Proserp. 2, 237. Tributus: Horat. Serm. 2, 1, 69 At- 15  
 qui Primores populi arripuit, populunque tributum, i. Summi et in-  
 fimi a Lucilio Stili satirici acerbitate vulnerati sunt. Plerique omnes le-  
 gunt Tributim: at quum primores dixerit, et plebem significare proxi-  
 me debuerit, Tributum Turnebus legendum censet. Tribus enim igno-  
 biliorum erant: et Plinius tribus pro pauperioribus dixit, et ab eodem 20  
 Horatio coniuua tribulis appellatur, non diues. Idem tamen sensus  
 efficitur Tributim legenti, i. per suas tribus diuisum s. totum, vt cre-  
 scat oratio. Itaque relictus est a posterioribus cum sua sententia Turnebus.  
 Trux Stat. Theb. 10, 121. Urbanus opp. exercitui a Nep. 5, 2, 1.  
 ¶ 4 Verborum formae: Compescere populos tumentes, vid. COM- 25  
 PESCO. Concedere populo vsum loquendi Cic. in Orat. 160.  
 Concionari apud populum, vid. Concionor, in CONCIO. Con-  
 scribere populum, vid. CONSCRIBO. Contemnere voces po-  
 puli Horat. Serm. 1, 1, 65. Contundere populos feroces Virg. Aen.  
 1, 268. Conuocare populum in tribus, vid. CONVOCO. In- 30  
 spectante populo, vid. INSPECTO. Lenire feroces populos  
 Claud. de Conf. Hon. 4, 438. Pascere populum frumenti copia Ho-  
 rat. Epist. 1, 15, 14. Profectus ad bella Ouid. Fast. 1, 279. Re-  
 gere populos imperio Virg. Aen. 6, 851. Spectaret populum ludis  
 attentius ipsis Horat. Epist. 2, 1, 197. Tueri populum sub religio- 35  
 ne Virg. Aen. 2, 188. Velit tene magis populus saluum, an popu-  
 lum tu. Seruet in ambiguo qui consulit et tibi et vrbi Iupiter Horat.  
 Epist. 1, 16, 27. ¶ 5 Obseruat. Populus fundus factus,  
 quid significet, vid. FVNDVS. Populus pro quauis Turba, seu  
 multitudine dicitur. Iustin. 10, 1, 6 Vbi in tanto populo (scil. fi- 40  
 liorum) non solum sociari, venum etiam fileri parricidium potuit.  
 Nutaretque ratis populo peritura recepto Lucan. 3, 665. Illic pro-  
 phetarum exultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus  
 Cyprian. Serm. de Mortalitate extr. De apibus. Columel. 9, 13  
 De remediis apum laborantium morbo, Id ne fiat, duo populi coniungi 45  
 debent, qui possint adhuc integras ceras explere, conf. Buchner. ad  
 Venant. de Refurr. v. 81. Dicitur etiam de auibus: vt, Aereos po-  
 pulos Manil. 5, 363. De inanimis: Scelerum populus Sidon. ep. 6, 2.  
 Sed cuius talia non permittenda, praecipue in prosa. Conf. P. Cunaeus ad  
 Nonn. p. 10 seqq. Barth. ad Claud. p. 1233. Voss. Instit. Or. 4 p. 103. 50  
 POPVLVS, i. m. pro Populus dixit Plaut. Amph. 1, 1, 103 The-  
 bano poplo, vid. ibi Taubm. et Camerar. conf. Calin. 3, 2, 6. et Mostell.  
 1, 1, 14.  
 POPLICVS pro publicus Plaut. Trin. 1, 1, 16.  
 POPLICITVS Id. Stich. 3, 2, 35.  
 POPLICOLA Sil. 2, 8. vid. Heinsf. et Drakenb. ad h. l. Graeci vix  
 aliter quam *ποπλικός*.  
 POPELLVS, i. m. Dimin. [*δημίδιον*] Paruus populus, vt plebe-  
 cula. Pers. 4, 15 Ante diem blando caudam iactare popello. Ho-  
 rat. Epist. 1, 7, 65 Vulteus mane Philippus Vilia vendentem tunicato 60  
 scruta popello Occupat.  
 POPVLĀRIS, e. Adi. [*δημοτικός, ιδιαιτικός, λαϊκός, δημοχαριστής*]  
 Quod est populi. Horat. de Arte Poët. 81 Et populares vincentem  
 strepitus, et natus rebus agendis. Cic. de Legg. 2, 20 c. 8 Quique  
 agent rem duelli, quique popolare Auspicium, i. publicum, quod ad so- 65  
 tum populum pertinet. Sed melior altera lectio, quique popularem, au-  
 spicium praemonento: Vt sit popularem rem agere, cum populo age-  
 re. Sic Ouid. Met. 12, 111 Vel cum purpureus populari Caede Cai-  
 cus Fluxit, i. multorum intersectorum sanguine rubuit. Carmen po-  
 pulare Sen. Oed. 2, 402 quod chorus canit. Delectatio Quinctil. 2, 10, 11. 70  
 Error Id. 12, 1, 26. Ouid. Met. 1, 577 Flumina popularia vicina,  
 eiusdem gentis et populi. Laetitiam popularem Cic. de Legg. 2, 22  
 c. 9 dixit, i. populi. Laus Quinctil. 8, 3, 2. Lex popularis Cic. de  
 Legg. 2, 9 c. 4 quam populus sanxit. Nomen popolare Plin. 13, 4 est  
 vulgo vsurpatum a populo. Persuasio Quinct. 2, 15, 19 et 20 Festus, 75  
 Popularia Sacra sunt, vt ait Labeo, quae omnes ciues faciunt, nec cer-  
 tis familiis attributa sunt; fornacalia, parilia, laralia, porca praeci-  
 danea. Sed Populare sacrum praetori faciendum. Martial. 10, 41  
 videtur esse sacrum pro populo. Sermo popularis Sen. Herc. fur. 352.  
 Fama, et rumor publicus. Turbae Quinctil. 2, 16, 2 quibus populus 80  
 commouetur. Verba popularia et vsitata Cic. Off. 2, 35 c. 10. ¶ 2  
 Frequenter admodum ciuili quadam significatione ponitur, quam declarabi-  
 mus loco Ciceronis Classico pro Sext. 96 c. 45 Duo genera semper in  
 hac ciuitate fuerunt eorum, qui versari in republica, atque in ea se  
 excellentius gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se popula- 85  
 res, alteri optimates et haberi et esse voluerunt. Qui ea, quae fa-  
 ciebant, quaeque dicebant, multitudini iucunda esse volebant, popula-  
 res: qui autem ita se gerebant, vt sua consilia optimo cuique proba-  
 rent, optimates habebantur. Post longam de eo disputationem, qui  
 vere optimates, iidemque vere populares essent, addit n. 105 c. 49 90  
 Qui populares erant, offendebant illi quidem apud graues et honestos  
 homines, sed populi iudiciis, atque omni significatione florebant. His  
 in theatro plaudebatur, hi suffragiis, quod contenderant consequen-  
 tur. Horum homines nomen, orationem, vultum, incessum ama-  
 bant. Qui autem aduersabantur ei generi, graues et magni homines 95  
 habebantur; sed valebant in Senatu multum, apud bonos viros plu-  
 rimum: multitudini iucundi non erant: suffragiis offendebatur saepe  
 eorum voluntas: plausum vero etiam si quis eorum aliquando ac-  
 ceperat, ne quid peccasset, pertimescebat. Attamen, si qua res  
 erat maior, idem ille populus horum auctoritate maxime commoue- 100  
 batur etc. sunt enim plurescula. Illud apparet Populare simpliciter saepe  
 dictum, quod populo, i. multitudini placeret. Liu. 2, 10 Nec  
 quisquam malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene  
 imperando vniuersus senatus fuit. Cic. de Legg. 3, 26 c. 11 Sa-  
 pientis ciuis fuit, causam nec perniciosam, et ita popularem, vt non 105

- possit obfisti, perniciose populari civi non relinquere. Cic. Att. 8, 11 Vt mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare, *i. uti populares viderentur, qui me peterent, impetum in me facerent.* Liu. 7, 33 Nihil popularius est, quam quibus artibus petimus magistratus, eisdem gerere. Plin. Panegy. 77 de Traiano Ita vt collegas vocaret Praetores, non quia populare gratumque audientibus, sed quia ita sentiebat. Cic. de Arusp. Resp. 43 Saturninum — scimus dolore factum esse popularem. ¶ 3
- Iam Substantiva ponamus, quibus popularis iungitur, et quidem maxime ea, quam modo explicauimus significatione: nam licet quaedam aliam quoque notionem admittant, in eo tamen conueniunt, quod populo placent, aut placere student. Animus vere popularis, et saluti populi consulens Cic. Catil. 4, 9. Id. de Fin. 3, 4 Item ipse rhetorum Artes, quae sunt totae forenses atque populares. Aura Horat. Od. 3, 2, 20 Virtus — nec sumit aut ponit secures arbitrio popularis aurae *i. suffragiorum populi, aurae instar mobilis.* Sic Cic. de Arusp. Resp. 43 Sulpitium ab optima causa profectum, Caioque Tuscio Consulatum contra leges petenti resistentem, longius quam voluit, popularis Aura prouexit. Et Auris popularibus gaudens Virgil. Aen. 6, 20 816. Auris popularibus impelli Lucan. 1, 132. Coetus popularis et forensis Cic. Acad. 4, 6. Commemoratio Quinctil. 4, 3. Consul Cic. Agrar. 2 c. 4 *i. pacis, libertatis, otii auctor.* Delectatio Quinctil. 2, 10. Cic. in Brut. . . Et vero fuit in hoc et popularis dictio excellens, *i. Ad conciones populares maxime accommodata.* De L. Crasso loquitur. Cic. in Brut. 136 Sp. Torius satis valuit in populari Genere dicendi, *i. Ad popularem sensum accommodato, grato, iucundo, quo populus in primis delectatur: in quo versantur mediocres oratores, et qui populo gratificari volunt.* Cic. de Fin. 2, 48 c. 15 Vt consuetudo loquitur, id solum dicitur honestum, quod est populari Fama gloriosum. Homo maxime popularis Quintius, qui omnes rumorum et concionum ventos colligere consuevit Cic. pro Cluent. 77. Iactatio, *vid. IACIO.* Imperium extraordinarium populare semper atque ventosum est Cic. Philipp. 11, 16 c. 7. Liu. 2, 24 Cui Ingenium magis populare erat. Leges Quinct. 5, 13, 24. et 7, 4, 13.
- Ratio Cic. de Legib. 1. Rem per se popularem dexter egit Liu. 8, 36. Sensum ad vulgarem popularemque accommodata oratio Cic. de Orat. 1, 108 c. 23. Studiis popularibus munitus Claud. in sec. Conf. Stilich. 36. Cic. de Legib. 3 c. 6 Non ad hunc Vsum popularem atque civilem de Republica differabant.
- POPULARIS, *is. m. [δημόσιος, δημοῦρος]* Ciuis, et vnus ex populo. Non popularis alicuius loci, sed ciuis totius mundi Cic. de Legib. 1 c. 23. Terent. Adelph. 2, 1, 1 Obsecro populares ferte misero atque innocenti auxilium. Cic. Acad. 4, 118 c. 37 At hoc Anaximandro populari, et sodali suo non persuasit. Praeparare popularium animos Liu. 34, 61. Impleuit populares laudibus et meritis Scipionis, *vid. IMPLEO.* De gliribus: Plin. 8, 57 Qua in re notatum, non congregari, nisi populares eiusdem siluae: et si misceantur alienigenae, *etc.* Sed redimus ad homines. Liu. 32, 5 Tentando nunc sociorum, nunc popularium animos. de Philippo loquens. Sallust. in Iugurth. c. 74 pr. Dubitare, virtuti an fidei popularium minus crederet. Popularis, *inquit* Donatus, A fortuna eiusdem conditionis, gentisque, fortis, et fortunae. Terent. Phorm. 1, 1, 1 Amicus summus meus et popularis Geta. Sic eiusdem sectae homines populares vocantur: Mea quidem isthaec sententia est, (inuitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicurum et recta praecipere Senec. de Vita Beata c. 13 *i. Stoicis, nostra secta.* Pro Consilio, vel particeps, socio, consorte, vel fautore. Sallust. in Catil. c. 24 Igitur comitiis habitis Consules declarantur M. Tullius, et C. Antonius. Quod factum primo populares coniurationis concusserrat. Paulo ante c. 22 Fuere ea tempestate qui dicerent Catilinam oratione habita quum ad iusiurandum populares sceleris sui conscios addiceret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse, *etc.* In primis Populares sunt ciues. Solon, popularis tuus Cic. Attic. 10, 1. Sic Sueton. in Neron. c. 44 Initio statim tumultus, multa et immania creditur destinasse: quidquid vbique exulum, quidquid in Vrbe hominum Gallicanorum esset, contrucidare: illos, ne desciscantibus aggregarentur: hos, vt conscios popularium suorum atque fautores: Gallias exercitibus diripiendas permittere, *etc.* ¶ 2 Obserua: Populares opponi militibus. Pestilentia multa millia et popularium et militum interemerat Capitolin. in Marco Anton. c. 17. Debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem Vlpian. de Offic. praefecti vrbi. Popularis, Humilis, vilis, e populoque factus, interpretatur Donatus ad Terent. Phorm. 1, 1 pr. laudatque Plaut. Praestat diuitem esse ac popularem, quam nobilem et mendicam.
- POPULARIA, *um. n. Plur.* Loca erant, in quibus populus sedebat in teatro, siue sedilia, in quibus populus sedens spectare consueuerat: sicut Equestria dicuntur, loca, in quibus Equites sedentes spectabant. Sueton. in Domitian. c. 4 Die proximo omne genus rerum mililia sparsit; et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris ac senatorii ordinis pronuntiauit. Add. Id. in Claud. c. 25. Sed ¶ 2 Popularia, Nugatoria, puerilia. Laberius, Popularia agimus per ludum. Nonius 2, 630 al. Populacia.
- POPULARITAS, *atis. f. [δημοῦρος]* Populi coniunctio. Amicitia, quae eiusdem patriae habitatione contrahitur. Si quid opus est, quaeso, dic atque impera, popularitatis causa Plaut. Poen. 5, 2, 80. Sed Plin. 33, 2 Iudicium autem appellatione separari eum ordinem, primi omnium instituere Gracchi, discordi popularitate in contumeliam Senatus. Hic factionem, et studium placendi populo, *i. plebi, significat.* Sic Plin. Epist. 6, 31 Dixit causam Claudius Aristion princeps Ephesiorum, homo munificus, et innoxiae popularitatis, *i. Populo gratus sine damno alicuius.* Quinctil. 5, 9 Vnde Spurii Melii, M. que Manlii popularitas signum affectati regni fuit existimatum. Add. Sueton. Calig. c. 15. Tacit. Annal. 3, 69, 4. Sic Carus popularitate princeps Sidon. Carm. 9, 301. Gratus popularitate Magnus Stat. Silu. 2, 7, 69.
- POPULARITER, *Adu.* Affabiliter, humaniter, et cum gratia populi. Iuuen. Sat. 3, 37 — Et verso pollice vulgi, quemlibet occidunt populariter. Populariter et Moderate, contraria Cic. pro Sext. 37. Item More populi. Id. in Somn. Scip. 17 Homines enim Populariter animum tantummodo Solis, id est vnus astri reditum metiuntur. Sed nimium studium populo placendi notat Cic. Verr. 1, 151 Et me populariter Agere, atque inuidiam commouere, quod puerum producerem, clamitauit, *i. Seditiose et inuidiose in ordinem Senate-*

*natorium.* Ad intelligentiam populi refertur Cic. de Fin. 2, 17 c. 6 Sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est, quum populariter loquatur, esse interdum paullo hebetiorem. Hinc Id. de Finib. 5, 12 Duo genera librorum sunt, vnum populariter scriptum, quod *ἐξωτερικόν* appellabant: alterum limatius.

POPVLĀTIM, Adu. [*κατὰ δέμους*] Per populos. Laudatur Apuleius, Populatim ab omni prouincia reuocatus. Certius est, Poëta placuit populatim omnibus Pompon. ap. Non. 2, 628. It. Populatim, Cateruatim et in vniuersum: Caecilius, Ego perdidici te, qui omnes seruos perdo populatim. Nonius 2, 659.

POPVLIFVGIA, orum. n. Funesta Populi Romani festa, quibus suas fugas Romanus Populus, hostium repentinis incurfionibus exagitatus, testabatur Varro de L. L. 5, 3 et Macrobius Sat. 3, 2. Conf. Ouid. Fast. 2, 496.

POPVLISCĪTVM, i. n. Decretum populi. Nepos 7, 5, 4 Populiscito restituitur. Parere populiscito Id. 15, 7, 4. Sed diuise melius Liu. 45, 25. Vid. SCĪTVM sub SCISCO.

POPŪLO, āre. [*δημαγωγέω*] Amorem populi conciliare. Pacunius Chryse, Atque vt promeruit, pater mihi patriam populauit meam Non. 1, 185. Sed vt certius ita longe vsitatus est

POPŪLO, āre, et POPŪLOR, ari. [*πέρθω, πορθεύω, ἐξαλαπαίζω*] Proprie populo et multitudine hominum, exercituque adeo inducto vastare locum, urbem, regionem: deinde in vniuersum perdere, destruere, vastare. Virg. Aen. 12, 525 Quisque suum populatus iter. Id. Georg. 1, 185 Populatque ingentem farris accruum, add. Id. Aen. 4, 402.

Flamma populat capillos Ouid. Met. 2, 319. Quae non modo nihil cuiquam adimunt, neque vrbes hospitas populant Mamert. Paneg. Iul. c. 8. Hic olim ignaros luctus populauit Achiuos Propert. 3, 18, 29.

conf. Virgil. Aen. 1, 527. Acc. et Quadrigar. ap. Non. 7, 26. Agros populari Cic. Verr. 3, 130. conf. Id. Offic. 1 c. 10. Artus cura populatur Senec. Hippol. f. 4. Formam populabitur aetas Ouid. de Medic. faciei 45. Ferro populari et igni Lucan. 2, 445. Moe-

nia populari deiecto vallo Id. ad Pison. 192. Ora lapis durus pulchra populatur Senec. Hippol. f. 10. Penates ferro populare Virgil. Aen. 1, 531. Vi populare Id. ibid. 12, 263.

POPŪLANS, antis. Partic. Flamma populante capillos Ouid. Met. 2, 319. Igne furtiuo populante venas Senec. Hippol. 278.

POPVLANDVS, a, um. Partic. Tradere terras populandas Ouid. Met. 1, 249.

POPVLĀTVS, a, um. Partic. [*πορθηθεῖς*] Cic. Verr. 3, 122 Eictos aratores esse dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos a Verre: populatam, vexatamque prouinciam. conf. Id. Diu. Verr. c. 3.

Arua populata nostro Marte Horat. Carm. 3, 5, 24. Tempora populata Virgil. Aen. 6, 496. Actiue: Id. ibid. 12, 524

Dant sonitum spumosi amnes, et in aequora currunt quisque suum populatus iter. Et Stat. Theb. 3, 221 Populatus caedibus vrbes, add. Id. Theb. 5, 1 Pulsa fitis fluuiio, populataque gurgitis alueum Agmina.

POPVLĀTVS, ūs. m. [*δηῖωσις*] Lucan. 2, 544 Ardent Hesperii facuis populatibus agri. Et Claud. in Eutrop. 1, 244 Squalent populatibus agri.

POPVLATIO, ōnis. f. [*πόρθησις*] Liu. 3, 2 extr. Aequos populationibus incurfionibusque meliores esse. Terror populationum eo plerosque ex agris compulerat Liu. 21, 57. Plin. 9, 34 Quum

populatio Morum atque luxuria non aliunde maior, quam e concharum genere proueniat. Columel. 3, 21 Aut si maturitatem serotini ex-

spectet, amittat vindemiam praecocem, quae plerumque populationibus volucrum, pluuiisque aut ventis laecessita dilabatur. Esse in populatione Liu. 2, . . . Facere populationem Id. 3, 3. add. Id. 2, 64. et 37, 20. Prohibere populatione Caesar Bell. Gall. 1, 16.

¶ 2 Populatio est etiam Turba. Sedul. in Iohann. 4, 60 275 Flebant germanae, flebat populatio praefens.

POPVLĀTOR, ōris. m. [*πορθητής*] Troiae populator Ouid. Met. 13, 655. Populatores Agrorum nostrorum Liu. 3, 68. Agri sensit Arcadii populator Senec. Agamemn. 9. Ciuitatis populator euerforque Quinctil. Decl. 12, 24 p. 266. Populatur Bruchus Prudent. Hamart. v. 228. Luxus populator opum Claud. in Ruff. 1, 35. Operis nostri viuit adhuc populator Achilles Ouid. Met. 12, 593. add. Lucan. 4, 92.

POPVLĀTRIX, icis. f. [*πορθητρίς*] Martial. 13, 104 Haec tibi Thefei populatrix misit Hymetti, Pallados a siluis nobile nectar ap. Cateruae populatrices Claud. de Rapt. Proserp. 3, 167. vid. Stat. Silu. 3, 2, 86.

POPVLĀBVDVS, a, um. Adi. [*ἐξαλαπαίζων*] Qui populatur. Liu. 1, 15 In fines Romanos excurrerunt, populabundi magis, quam iusti more belli. Adde 2, 60. Et cum Casu verbi, Populabundus agros Sifenna ap. Gell. 11, 15.

POPVLĀBĪLIS, e. Adi. [*πορθητός*] Populationi obnoxium. Ouid. Met. 9, 262 Interea quodcunque fuit populabile flamma, mulciber abstulerat.

POPVLĪTO, āre. Frequentat. Lege 21 D. §. de Appellationib. Cum popularentur ab aduersario.

POPVLONIA, ae. f. et Fulgora, nomina Dearum. Seneca in libro contra superstitionem apud Augustin. de C. D. 6, 10 Quosdam Deos tamen caelibes relinquimus, quasi conditio defecerit: praesertim cum quaedam viduae sint, vt Populonia, vel fulgura, et diua Rumina quibus non miror petiorem defuisse. Haec ultima indicant, non a populo sed a populando dictam Populoniam. add. Macrobius Sat. 3, 11. Mart. Capella 2 p. 38. Arnob. 3 p. 118.

¶ 2 Populonia, vel Populonium est Oppidum Hetruriae iuxta Pisas, vid. supra. Plin. 3, 5 et Virgil. Aen. 10, 172. Hinc POPVLONIENSES Liu. 28, 45.

POPVLŌSVS, a, um. Adi. Apulei. Met. 8 p. 212 Ciuitas populosa. Tota curatur populosum funus in vrbe Alcim. Auit. 5, 295. Comparat. Veget. de Re Milit. 3, 19 Populosior (militum) globus. Superlat. Solin. c. 52 In Gange insula est populosissima. Cappadocia populosissima Auth. 20 pr. conf. Borrich. Cogit. p. 197.

POPVLŌSĪTAS, ātis. f. Arnob. 3 p. 102 Populositas summa, vid. Fulgent. Mythol. 1.

POPŪLVS, i. f. [*αἴγυγος, λευκή, ἀχερῶς*] Arbor. Plin. 17, 11 Populos et fraxinos, quia festinantius germinant, disponi quoque maturius conuenit. Cic. de Legib. 1, 15 Sic nos inter has pro-

risimas populos in viridi opacaque ripa inambulantes, etc. De populo Alba, Nigra, Libyca Plin. 16, 23 pr. Populus in fluuiis, abies in montibus altis Virgil. Eclog. 7, 67. Alba Horat. Carm. 2, 3, 9. Alta Tibull. 1, 4, 30. Ardua Claud. de Rapt. Proserp. 2 praef. 21. Candida Virgil. Eclog. 9, 41.

105

- POPVLEVS, a, um. Adi. [*αἰγερνός*] *Quod est populi arboris, aut ex ea factum.* Virgil. Georg. 4, 511 *Qualis populea moerens philomela sub umbra.* Horat. Carm. 1, 7, 23 *Tempora populea fertur vinxisse corona.* *Populo autem Teucer se potius coronauit, quam alia fronde, vel quod ea arbor esse Hereuli sacra, magnis aerumnis laboribusque perfuncto: vel ad bacchantium coronas, et genio indulgentium respexit.* *Et sane probabilius est, ut laetitiam prae se ferret, aliosque bene sperare iuberet.* Demosthenes pro Ctesiphonte, τὰς ἐσεφαιωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ. ubi Grammatici annotant, ἐσέφοντο οἱ τὰ Βακχικὰ τελέμενοι τῇ λεύκῃ, διὰ τὸ χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτόν, χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περσεφόνης Διόνυσον. Τὴν δὲ λεύκην πεφυκέναι φασὶ πρὸς τῷ ἀχέρντι, ὄψεν καὶ ἀχερνίδα καλεῖσθαι αὐτὴν παρ' Ὀμήρῳ. Ex Turneb. II, 26. Frondes populeae Virgil. Aen. 8, 32. Umbra Id. Georg. 4, 511.
- POPVLNVS, a, um. Aliud Adi. [*αἰγερνός, λευκός*] Id. Plaut. Casin. 2, 6, 32 *Nam ista aut populna fors, aut abiegna est tua?*
- POPVLNEVS, a, um. Adi. [*αἰγερνός*] Id. Columel. 6, 3 *Pro-baturque maxime vlnca, post fraxinca, et ab hac populnea frons.*
- POPVLIFER, a, um. Adi. [*αἰγερφόρος*] Padus populifer Ouid. Amor. 2, 17, 32. Populifer Spercheos Ouid. Met. 1, 579.
- POPVLĒTVM, i. n. [*αἰγερών*] *Locus populis confitus.* Plin. 14, 6 *Antea caecubo erat generositas celeberrima in palustribus populetiis.*
- POPVS, vid. PVPVS.
- POPYSMA, vid. POPPY SMA.

## P O R

- POR pro puer, v. v. mutat autem Declinationem et fit tertiae; ut Marcipores, Lucipores.
- PORCA, PORCELLVS, vid. PORCVS.
- PORCELLIO, ōnis. m. Vermiculus. Caes. Aurel. Tard. 1, 4 *Porcelliones, id est onisci, animalia quae humectis locis nascuntur.*
- PORCEO, ēre. [*βιαζομαι* Gloss. Lat. Graec.] *Pro Porro arcere, dictum ab antiquis, teste Festo: siue Prohibere, ut ait Nonius 2, 696 qui laudat ex Pacuio, Ut verear loqui: porcet pudor: ex Accio, quod iam ab armis anni porcent: ex Ennio, Deum me sentit facere pietas, ciuium pudor: ex Varrone, Hunc Cereris tibi ministra frugibus suis porcet; ex Lucil. lib. 6 Non te porro procedere porcent. Obsoletum verbum, syncopatum ex Porro et Arceo.*
- PORCIA, ae. f. [*Πορκία*] *Gens Plebeia Romae fuit, Tusculo oriunda, auctore Plutarcho in Catone Censorio, et Tacit. Annal. 11, 24. Est autem M. Porcius Cato princeps huius gentis, qui Priscus primo, deinde quia multarum rerum usum haberet, Cato, teste Plutarcho, appellatus est, quod cognomen posterius retinuerunt. Idem quoque a Censura se- vere administrata Censorius dictus est, et in summa senectute, quia multa eius in senatu, multa in foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acute ferebantur, Sapientis cognomen adeptus est Cic. in Laelio 6 c. 2 conf. de Offic. 3, 16 c. 4. Porcia Lex a M. Porcio Laeca dicitur, qui Leges Valerias de prouocatione ad populum renouauit, et grauiore poena animaduertit in eos, qui ciuem Romanum verberassent vel necassent, vid. Liu. 10, 9. conf. Cic. pro C. Rabir. 8. et in Verr. 3, 144.*
- PORCVLĒTVM, i. n. Plin. 17, 22 s. 35, 9 *Interesse medio temperamento inter binas vites oportet pedes quinos. Minimum autem laeto solo, pedes quaternos, tenui plurimum octonos. Umbri et Marsi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his, quae vocant porculeta. Res ipsa ostendit, fuisse arua frumentis confita, interpositis vitibus.*
- PORCVS, i. m. [*χοῖρος*] *Notum animal. Porcus inquit Varro de R. R. 2, 4 Graecum nomen est antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον. Idem de L. L. 4, 19 p. 25, 34 Porcus quod Sabini dicunt de aprino porco poridus, inde porcus: nisi a Graecis, quod Athenis in libris sacrorum scriptum est, κάπρω καὶ πόρρω. Coagulum porci Scribon. 188. Bimestris Horat. Carm. 3, 17, 15. Delici Varro R. R. 2, 4. i. a mamma depulsi. Sacri porci, i. Puri, integri, et idonei sacrificiis Plaut. Rud. 4, 6, 4. et Men. 2, 2, 16. conf. Varro R. R. 2, 1 et 4. Saginatus Propert. 4, 1, 23. Cato de R. R. c. 150 Mense decimo ab coactore releget porcos serarios, in oues denas singulos pascat. Turnebus Adu. 7, 5 eos intelligit, Qui sero ouium nutriuntur. Denae enim oues sero lactis sui porcos singulos pascere possunt. Abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle, villa locuples Cic. de Senect. 56. Dare piaculum porco femina Cic. de Legib. 2, 57 c. 22. Add. Cat. infra in PORCA. Immolare porcum Horat. Serm. 2, 3, 165. Porcus [*χοῖρον*] pro Porculo et lactente. Columel. 7, 9 *Quum iam herbae solidiores sunt, ut et firma lactis maturitas porcis contingat. Candidulus porcus Iuuen. Sat. 10, 355. Lactens, vid. L. A. G. ¶ 2 Obseruat. Tralate de Homine pingui, vel voluptuario. Epicuri de grege porcus Horat. Epist. 1, 4, 19. Aut porcus Umber aut obesus Etruscus Catull. 39, 11. Voss. leg. passus. Porcus Troianus, qui mensis inferebatur aliis animalibus factus. Macrobi. Sat. 2, 9 Cincius in suasionem legis Fanniae obiecit saeculo suo, quod porcum Troianum mensis inferant, quem illi ideo sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus grauidum, ut ille Troianus equus grauidus armatis fuit. Festus: Porci effigies inter militaria signa quintum locum obtinebat: quia confecto bello inter quos pax fieret, caesa porca foedus firmari solebat. ¶ 3 Varro de R. R. 2, 4, 9 *Nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Hetruria in coniunctione nuptiali noua nupta et nouus maritus primum porcum immolant. Prisci quoque Latini et etiam Graeci in Italia idem factitasse videntur. Nam et nostrae mulieres, maxime nutrices, naturam qua feminae sunt, in virginibus appellant porcum, et Graece χοῖρον, significantes esse dignum insigni nuptiarum. conf. PORCA.***
- PORCA, ae. f. [*χοῖρος*] *Femina eiusdem animalis. Cato 134 Priusquam messim facies, porcam praecidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porca praecidanea, porco femina — priusquam porcum feminam immolabis. Porca igitur est Porcus femina. Sic certe optimi libri. Et quid opus erat feminam addere, si porcam dixisset? Virgil. Aen. 8, 641 Stabant, et caesa iungebant foedera porca. Dixit autem Porcam feminino genere, pro Porco, ut et Seruius annotauit, et meminit Quinctil. 8, 3 *Quaedam non tam ratione quam sensu iudicantur: ut illud, Caesa iungebant foedera porca. Fictio nominis. Quod si fuisset porco, vile erat. conf. Commentatt. ad Quinctil. 8, 3 p. 684 Burmann. et Festi locus quem damus in PORCVS n. 2. Auream porcam et argenteam dici ait Capito Ateius, quae etsi numero hostia-**



- hostiarum non sint, nomen tamen earum habere, alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi sacrificio Ceriali. Festus. Auida porca Horat. Carm. 3, 23, 4. Lactens Ouid. Fast. 2, 656. Praecidanea vid. b. v. ¶ 2 Porcam in agro explicat Varro de R. R. 1, 29 Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit. Porca (male ed. Porta) τὸ μεταξὺ τῶν ἀυλάκων ἕψος, it. τὸ μεταξὺ τῶν κνυμάτων Gloss. Vet. Columel. 2, 4, 8 Liras rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos, medius cumulus siccam sedem frumentis praebet. Vet. Auct. de limit. Goef. p. 292 Porca est, quod in arando exstat, quod defossium est Lira. Columel. 11, 3, 44 In locis siccis partibus sulcorum imis disponenda sunt femina, ut tanquam in alueolis maneant: at vliginosis e contrario in summo porcae dorso collocanda, ne humore nimio laedantur. Id. 11, 2, 47 Cum in subacta iam terra latiores porcae sulcantur. Conf. Non. 1, 305. et 2, 644 Vbi ex Varrone, Tabernas, qua populus ambulando perinde ut in (f. vti vel vtei) aratro porcas reddit. Paulo aliter Festus, Porcae appellantur rari sulci, qui ducuntur aquae deriuandae gratia, dictae quod porceant, id est, prohibeant aquam frumentis nocere. Sed et ¶ 3 Triginta pedum latitudinem, 20 CXXV longitudinem, Porcam vocabant eodem auctore 5, 1, 5. Campani (inquit Hermolaus Barbarus) hodie Porcas vocant Puluinos siue hortulos, in quibus veluti sulcatim sua cuiusque generis olera feruntur. Id genus et Areae dicuntur apud Columellam. ¶ 4 Porca pro natura muliebris virginum, vid. PORCVS n. 3. 25
- PORCETRA, ae. f. Porca, quae semel tantum peperit, ut Scrofa, vel scrophā, quae saepius. Gell. 18, 6 ex Antonii Melissi libro de Loquendi proprietate, Matrona est, quae semel peperit; quae saepius, mater familias: sicuti sus quae semel peperit, porcetra; quae saepius, scrophā. De Porcetra etiam alios auctores laudat Gellius: 30 De Matrona fictum putat.
- PORCVLVVS, i. m. Dimin. [δέλφωξ] Plaut. Men. 2, 2, 38 Iubeas si sapias, porculum afferri tibi: Nam tu quidem Hercle certo non sanus satis. Sacrificant ergo porcellum ad expiendam insaniam et intemperias. ¶ 2 Porculus marinus, apud Plin. 2, 15 f. 17 35 Piscis nomen. ¶ 3 Porculus, in torculari vinario, vocatur Batillus aut uncus in media circiter fucula, qui figebatur; ut teneret funem, et dum versabatur fucula, circumplicabatur. Cato de R. R. c. 19 Porculum in media fucula facito. Iterum, Vbi porculum figere oportebit. Monuit Turnebus Adv. 7, 25. 40
- PORCVLA, vel PORCVLENA, ae. f. Plaut. Milit. 4, 2, 68 Nisi huic verri affertur merces, Non hic suo feminio quamquam porculam impertiturus est. MSS. Porculem. Edd. veteres Porculenam, vid. Voss. Etymol. p. 19 in Alius.
- PORCILIA, pro PORCVLA vel PORCA posita videtur in Inscript. Fratrum Arual. ap. Phil. a Turre Monum. Vet. Antiq. p. 290 IISDEM COS. XIII. KAL. IVN. IN LVCO DEAE DIAE Q. LICINIUS NEPOS MAG. AD ARAM IMMOLAV PORCILIAS PIACVLARES. 45
- PORCELLVS, i. m. Idem. [δέλφωκιον] Varr. de R. R. 2, 4 50 Subulcus facile despiciere possit, ne quis porcellus a matre opprimatur. Et Suet. Neron. c. 33 Porcello oblectit.
- PORCELLINVS, a, um. Adi. Caro porcellina, Th. Priscian. de Diaet. c. 6. vid. Apic. 4, 3.
- PORCINVS, a, um. Adi. [χοίρειος] Quod est ex porco. Plaut. 55 Capt. 4, 2, 69. Vox porcina Senec. de Ira 2, 12.
- PORCINARIVS, i. m. [χοιρεισιπώλης] Qui carnes porcinas vendit. Plaut. Capt. 4, 3, 5 Quanta laniis lassitudo, quanta porciniis? add. Cod. Theod. l. 14 t. 4.
- PORCINARIVM, i. n. ὑποφωβείον Gloss. Graec. Latin. Locus 60 ubi sues pascentur.
- PORCARIVS, a, um. Adi. [χοίρειος] Idem quod Porcinus. Porcaria vulua Plin. 11, 37 f. 84.
- PORCARIVS, i. m. [χοιροβότης] Porcorum custos. Iul. Firmicus 3, 6, 7 Faciet etiam armentarios, bubulcos, pastores, equorum 65 domitores, porcarios, et his similes.
- PORCVLATIO, ōnis. f. [χοιροτροφία] Porculorum lactentium nutriticus, Antiquis dicebatur. Varro de R. R. 2, 4 In nutritatu, quam porculationem appellabant, binis mensibus porcos sinunt cum matribus: sed eos, quum pasci iam possunt, secernunt. 70
- PORCVLATOR, ōris. m. [χοιροτρόφος] Qui curat porcellos lactentes. Columel. 7, 9 Itaque porculatoris maximum officium est, ut vnamquamque cum prole claudat. Sic Id. in Praefat. i. Porculatoris vero et subulci diuersa professio, diuersae pastiones.
- PORCILACA vel PORCVLACA, ae. f. Herba, al. Portulaca 75 ca, vid. Plin. 20, 20 pr. c. not. Hard. Voss. Etymol. p. 402.
- PORDACA, ae. f. Vasis genus. Ammian. 28, 4 Lucanicus cum pordaca et falsula.
- PORDOSELĒNE. [Πορδοσελήνη] Insula est ante Ephesum, cum urbe eiusdem nominis, quam nonnulli aeschrologiam fugientes Porofelenē appellarunt. Stephan. et Plin. 5, 31. 80
- POREASTRVM, i. n. Portulaca Apulei. de Herb. c. 103.
- PORNAE, arum. f. [πόρνοι] a Iustiniano titulo de Consulib. in Nouell. §. ac primus quidem, iuxta Haloandri interpretationem commemorantur inter spectacula, quasi Floralia, quae per meretrices et perditissimorum hominum genera celebrabantur. 85
- POROCELA, vid. INTEROCELA.
- PORPHYRA, ae. f. [πορφύρα] Latine dicitur Purpura. Diosc. 2, 4 Porphyras Romani purpuras dicunt. Hinc
- PORPHYRION, f. PORPHYRIO, ōnis. m. [πορφυρίων] Auis, 90 de qua Plin. 10, 46 f. 63 Bibunt aues suctu: ex his quibus longa colla intermittentes, et capite resupinato velut infundentes sibi. Porphyrio solus morfu bibit. Idem est (edit) proprio genere, omnem cibum aqua subinde tingens, deinde pede ad rostrum veluti manu afferens. Laudatissima in Commagene. Rostra iis et praelonga 95 crura rubent. ¶ 2 Est etiam Porphyrion vnus ex gigantibus, itemque nobilis aurigae tempore Martialis, qui de aue Porphyrione 13, 78 Nomen habet magni volucris tam parua gigantis, et nomen Prasini Porphyrionis habet. De gigante Horat. Carm. 3, 4, 54.
- PORPHYRIS, idis. f. [Πορφυρίς] Insula in sinu Laconico sita, 100 quinque millibus passuum a Malcaea promontorio distans: postea Cythera dicta, ob memorabile templum, quod in hac Insula est Veneri sacrum Plin. 4, 12. ¶ 2 Est et altera eiusdem nominis insula, duodecim non amplius passuum millibus distans a Cnido, alio nomine Nisyros appellata Plin. 5, 3. 105

**PORPHYRITES**, ac. m. [*πορφύριτης*] Lapis in Aegypto rubens, candidis interuenientibus punctis, ut ait Plin. 36, 7. Propterea leucostictos appellatus, quod λευκός, album dicimus, σίξαν pungere.

**PORPHYRETICVS**, a, um. Adi. Purpureus, sed vix de alia re, quam de marmore. Sueton. in Neron. c. 50 In eo monumento solum porphyretici marmoris superstanti Lunensi ara circumseptum est lapide Thasio. Saxa Lamprid. Elagab. c. 24. conf. Capitol. in Anton. Pio c. 11.

**PORPHYRITIS**, tidis. f. Genus fici. Plin. 15, 18 a colore purpureo.

**PORPHYRIACVS**, a, um. Adi. Purpureus. Et Porphyriacis figere labra genis Ouidii esse dicitur. Non agnoscit Burmannianus index.

**PORRACEVS**, vid. PORRVM.

**PORRICIAE**, arum. f. Extae, quae in arae fœco ponuntur, quod diis porriciantur, i. porrigantur, a Solino vocata volunt quidam c. 11 Nec ignis, inquit, in hanc congeriem apponitur, quum porricias intulerint, i. Quum intulerint exta arae, quod sponte illa lignorum strues flammam concipiat diuino quodam miraculo. Sed proficias probant ex 20 libris Vossius Etymol. vid. PROSECTA, et Salmaj. ad Solin. p. 90 a F. vid. PROSICIAE.

**PORRICIO**, ere. Porro iacere, interpretatur Festus. Extae autem porrici dicuntur, quando porriguntur diis. Locus classicus est Macrob. Sat. 3, 2 Vbi ad Virgil. Aen. 5, 238 Extaque falsos Porriciam in fluctus, ita disputat: Ex disciplina Aruspicum et ex praeccepto Pontificum verbum hoc sollemne sacrificantibus est, sicut Verranius ex primo libro Pictoris ita dissertationem huius verbi exsecutus est, Extae porriciunt, diis danto, in altaria aram, focum, eoue, quo exta dari debent. Porricere ergo, non proicere, proprium sacrificii verbum est, et quia dixit Verranius, in aram, focum, eoue, quo exta dari debent, nunc pro ara et foco mare accipiendum est, cum sacrificium diis maris dicatur. Ait enim, Di, quibus imperium est, pelagi, etc. Ex his docetur, in mare rite potuisse porrici exta, non proici. Haec Macrobius. Sic et Liu. 29, 27 Secundum eas preces 35 cruda exta victimae, vti mos est, in mare porricit, quam lectionem tulerunt Gronou. et Perizon. Virgil. Aen. 5, 237 Stans procul in prora pateram tenet, extaque falsos Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit. Et b. l. Virgilii et quem tractari a Macrobio vidimus fluctuant codices et Seruius, qui Extae, inquit, proiciuntur in fluctus: aris 40 porriciuntur, h. e. porriguntur. Nisi forte dicamus, etiam fluctibus maris offerri. Quod si ita est, Porriciam legendum est, id est, porro iaciam. Non. 2, 660 Laudatur e Fenestella, Et quaedam exta praesente suis, quaedam absente proiecissim. Gothofr. exta es porrecissim suspicatur. Varro de R. R. 1, 29, 3 Quod est inter 45 duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit. Sic quoque exta DIS cum dabant, porricere dicebant. Forte legendum, Popma monitore, dant, dicitur. Hoc apparet Porricere Varroni esse dare, praebere, porrigere. Plaut. Pseud. 1, 3, 32 Nam si sacrificem summo Ioui, atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci, Si lucri quid detur, potius rem diuinam deseram. Varro de L. L. 5, 7 p. 54, 33 Pollutum (s. Polluctum) quod a porriciando est fictum. Cum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in ara, tum pollutum (polluctum) est.

**PORRECTVS**, a, um. Part. Vt, Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 18 Inter cuius exta caesa et porrecta. Et c. 4 p. 50, 17 Inter hostiam caesam et exta porrecta. Inter Caesa et Porrecta, vid. CAEDO. Etiam Caton. 134, 4 legunt quidam post Ienson. Vbi exta porrecta erunt. Sed maior, ut videtur, auctoritas ibi tuetur prosecta.

**PORRIGO**, rexi, rectum, ere. [*ὀρέγω, πορεύω, ἐκτρένω, παρατρένω*] Extendere, extensa manu dare conari. Plinius. . . Facilius quippe radices porrigunt solo subacto. Plin. Epist. 5, 6 Sub his per 60 latum omne vineae porriguntur, vnamque faciem longe lateque contexunt. Id. 11, 45 Dextra in fide porrigitur. In longitudinem porrigere Liu. 25, 21. In ordinem se porrigere Plin. 17, 11.

**PORRIGERE** Id. 11, 52. Cubiculum porrigitur in solem Id. Epist. 2, 17, 23. In tabulas vineae siccandae porriguntur Columel. 12, 16, 1. In tempus aliquod porrigi Cels. 2, 5. Per humum vites porriguntur Columel. 5, 4, 2. Aciem latius porrigere Ouid. Epist. 2, 128. Bellum porrigere in Lucanos Liu. 9, 20.

**PORRIGERE** Cic. de Nat. Deor. 3, 84 Esse stultitiam, a quibus Bona precaremur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere. Brachia porrexit caelo Ouid. Met. 1, 767. Collum longe porrigitur a pectore Id. ib. 2, 375. de Cygno Ligurum rege in auem mutato. Corpus porrigitur per nouem iugera Virgil. Aen. 6, 597. Dextram porrigere 75 alicui Cic. pro Deiot. 8 c. 3. Id. de Fin. 3, 57 Chrysiptus quidem et Diogenes detracta utilitate, ne Digitum quidem porrigendum in eam esse dicebant. de bona fama loquitur. Id. Post Red. in Senat. 24 c. 9 Qui mihi primus afflicto et iacenti consularem Fidem dexteramque porrexit. Id. in Verr. 5, 153 c. 58 Cui cui supplicii non illa dextra iniuncta, et fidem porrexit, et spem salutis ostendit?

**PORRIGERE** Flores ad candida porrigit ora Ouid. Met. 2, 861. Frontem scopulus porrigit in apertum aequor Id. ibid. 4, 526. Gladius nobis ad occidendum hominem aliquando ab ipsis porrigitur legibus Cic. pro Milon. 9. Herbam porrigere, Victum se faceri. Plin. 22, 85 4 Summum apud antiquos signum victoriae erat, herbam porrigere victos, h. e. Terra et altrice ipsa humo, et humatione etiam cedere. Horas sol porrigit, i. Producit Ouid. Met. 4, 199. Horat. Serm. 2, 8, 30 Ingustata mihi porrexit ilia rhombi. Iudicium hoc Praetor latius porrexit Vlpian. in l. 6 mensur D. si mens. fals. mod. dixer.

**PORRIGERE** Lacertos aequales porrigit Ouid. Met. 15, 731. Lucem ingenii et consilii porrigere atque tendere sui cunctis prope ciuibus Cic. de Orat. 1, 84. Manum porrigere, Opem ferre. Id. pro Flacco 15 c. 7 Sic sunt expressa ista praecleara, quae recitantur psephismata, non sententiis, neque auctoritatibus declarata, nec iureiurando constricta: 95 sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatae. Et mox n. 17 Porregerunt manus: psephisma natum est: ἐξαπορήσασθαι. Manus porrigere aduersus aliquem dicuntur Iudices, quum suam sententiam aduersus eum exsequuntur. Vlpian. in l. a Diuo Pio §. si emtor D. de re iudic. Sed si emtor, cui pignora sunt addita, exsequente iudice pretium non soluat: vtrum aduersus emto-

**PORRIGERE** rem porrigere manus debeant iidem iudices, qui sententiam exsequuntur, videndum est: et non puto eos ultra procedere. Cic. pro Cacl. 63 Licinium autem, quum iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse. Manus porrigere aliquo Ouid. Trist. 4, 9, 105 10. Manum in mensam Cic. Tusc. 5, 62. Neque, quo Ma-

nus porrigeret, suppetebat Nep. 10, 7, 2. *i. unde sumeret, de quo largiretur.* Manum porrigere gratulantibus A. ad Her. 4, 69. Membra quo vult fleat, contorquet, porrigit, contrahit animal Cic. de Diuin. 2, 120. Membra in spatium Ouid. Met. 2, 197. Munera porrexit dextra Id. ibid. 8, 95. Oscula alicui Id. ibid. 3, 451. Martial. Spectac. 15 Et volucrum longo porrexit vulnere pardum *i. deiecit, confecit.* Pedem finistrum ad osculandum Senec. de Benef. 2, 10. Pocula Ouid. de Arte Am. 2, 335. Radices porrexit arbor in fundum vicini Caius in l. si plures D. arborum furt. caesar. Umbras porrigit campus murorum Stat. Theb. 12, 251. Porgo pro Porrigo legitur apud Virgil. Aen. 8, 274 Cingite fronde comas, et pocula porgite dextris. Pro munere carmina porgo Coripp.

PORRIGENS, vel PORGENS dextram Cic. N. D. 2, 114, 44 *in versu.*

PORRECTVS, a, um. Partic. [*πορρεταμένος*] Extensus. Plin. 15 10, 33 Hirundines faucibus porrectis in angustum. Ante fores porrectus Horat. Carm. 3, 10, 3. *i. iacens.* Tityus porrectus per nouem iugera terrae Tibull. 1, 3, 75. Multa porrectum extendit Arena Virgil. Aen. 9, 589. *i. prostravit.* Arena porrectus Propert. 2, 8, 34. Hostis porrectus somno sub frondibus Stat. 20 Achill. 2, 75. Iugulum porrectum Horat. Serm. 1, 3, 89. Scythia in orientem porrecta Iustin. 2, 2, 1. Non est aptus equis Ithacae Locis, vt neque planis porrectus spatiis Horat. Epist. 1, 7, 41. Litora porrecta Ouid. Epist. 10, 93. Loca porrecta Caes. de Bell. Gall. 2, 19 Neque montibus intersepta, neque siluis impedita; sic enim loquitur ille, quum se illi identidem in siluas ad suos reciperent, ac rursus e silua in nostros impetus facerent, neque nostri longius, quam, quem ad finem porrecta atque aperta loca pertinebant, etc. Horat. Carm. 4, 15, 15 Famaque et imperi Porrecta Maiestas ad ortus Solis ab Hesperio cubill. Manu porrecta statua est in Cerami-30 co Chryssippi sedentis Cic. de Fin. 1, 39. Manibus Id. de Nat. Deor. 3 c. 34. Mora porrecta Ouid. ex Pont. 4, 12, 14. Series longe porrecta viarum Stat. Silu. 3, 3, 102. Somno porrectus Stat. Achill. 2, 75. Stabula porrecta in latitudinem Columel. 7, 3. Tellus Horat. Epod. 5, 80. Comparat. Por-35 rectiore fronte loqui, *b. e. Hilariore* Plaut. Casin. 2, 4, 3. Deus porrectiores longioresque plantas pedum humanorum formauit, vt stabile corpus efficerent planitie sua Lactant. Opif. D. c. 20. Acies porrectior, *vid. ACIES.*

PORRECTVM, i. n. Plin. 4, 9 Thessaliae in porrectum Ion-40 gitude. Corporum porrecta Minuc. Felix c. 17, 11 *conf. Apic. 5, 4. Gaius ICt. D. l. 8 t. 3 l. 8.*

PORRECTA ex PORRICIO, *vid. supra.*

PORRECTE. Adu. Comparat. Ammian. 29, 32 Sago Puni-60 co porrectius panfo.

PORRECTIO, ōnis. f. [*ἐπέκτασις, παράτασις*] Cic. de Nat. Deor. 2, 150 c. 60 Digitorum enim contractio facilis, facilisque porrectio, propter molles commissuras, et artus nullo in motu laborat. Brachii porrectio Auctor ad Herenn. 3, 27 c. 15. Porrectionibus ad centrum Vitruu. 10, 8 *extr.* 50

PORRIGO, inis. f. [*περρῖγαισις, ἰτ. πέρρῖγα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ*] Gloss. Latin. Graec.] Genus morbi, vbi inter pilos quaedam quasi squamulae surgunt: eaeque a cute resoluuntur, et interdum madent, multo saepius siccae sunt. Saepius fit in capillo, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio, vt ait Celsus 6, 2 *add. Ser. Sammon. c. 4 it. 55 Scribon. 243. Corruptus scabie et porrigine plenus Lucil. ap. Non. 2, 701. Iuuenal. Sat. 2, 80*

Sicut grex totus in agris

Vnius scabie cadit, et porrigine porci,

Vuaque conspecta liuorem ducit ab vua. 60

Quibusdam in libris Prurigine legitur: vt et in Iustin. 36, 2 de Iudaeis, Quum scabiem et pruriginem paterentur. Porrigo autem habere potius hoc nomen a porro olere, quam a porrigendo, syllaba originem ostendente, videtur. Turneb. 15, 17. *conf. Columel. 7, 5, 6 et Rhod. ad Scribon. 243 p. 319. vbi haec orthographia asseritur.* Impexa 65 porrigine foedum caput Horat. Serm. 2, 3, 126.

PORRIGINOSVS, a, um. Adi. Qui porrigine infestatur Plin. Valer. 1, 4. Porriginosum caput.

PORRIMA, ae. f. [*Πόρριμα*] Soror, siue comes Carmentae matris Euandri. Ouid. Fast. 1, 633 70

Porrima placatur, Postuentaue siue sorores

Siue fugae comites, Mauali Nympha, tuae

Altera quod porro fuerat cecinisse putatur

Altera versurum postmodo quidquid erat.

Probabiliora de his sororibus Varro apud Gell. 16, 16. 75

PORRINA, *vid. in PORRVS.*

PORRO. Adu. Idem fere quod Longe significat, et vel distantiam solum indicat, idque varius, vt Plaut. Rud. 4, 3, 95 Vbi tu hic habitas GR. Porro illic longe, vsque in campis vltimis. Virgil. Aen. 6, 7, III Quae sint ea flumina porro? Seru. Longe remota: et est Graecum Aduerbiu, scilicet *πρόσω*. Sed hoc rariu sculum est. Tamen hoc etiam referas Terent. Hec. 3, 1, 18 Noua res orta est, porro ab hac quae me abstrahat. ¶ 2 Ordinaria significatione continuationem motus, spatii, temporis, notat, et vel actionis de qua sermo est, vel solius orationis continuationi seruit. Cic. pro Planc. 81 Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere vt beneficio non dicam indignus, sed victus esse videre. Virgil. Aen. 9, 190 Percipe porro quid dubitem. Perge porro: nam de isto magna dissensio est Cic. de Fin. 4, 75 c. 27. Agere porro armentum Liu. 1, 7 et 9, 2. Aut si ire porro pergas. 80 Virgil. Aen. 5, 600 Hinc maxima porro Accepit Roma, et patrium seruauit honorem. Seru. Porro, per longum interuallum: et est Aduerbiu temporis. Sic dicimus, Lycurgus non porro ab Homeri temporibus fuit. Terent. Andr. 4, 4, 10 Moue ocuis te, vt, quid agam porro, intelligas. Cic. Fam. 4, 9 Non est porro 95 tuum vno sensu solum oculorum moueri. Terent. Hec. 3, 1, 20 Quod quum ita esse inuenero, quid restat, nisi porro vt fiam miser? Sic, Me sollicitum habitum esse, atque porro fore Cato ap. Charif. 2 p. 190. *add. Afran. ibid. et Liu. 40, 36. Quincil. Decl. 13, 7 Porro, qui confessum defendit, non absolutionem sceleris petit, sed li-* 100 *centiam.* Cic. pro Milon. 25 c. 9 Occurrebat mancam, ac debilem praeturam suam futuram Consule Milone, eum porro summo consensu Pop. Rom. Consulem fieri videbat. Terent. Andr. 1, 5, 45 Adeon' me ignauum putas, adeon' porro ingratum, aut inhumanum, etc. Age porro tu, qui te tam religiosum existimari voluisti in- 100

- terpretem foederum, cur Taurominitanis, etc. Cic. Verr. 5, 55  
 Iam porro videte caetera Iudices Id. pro Rosc. Amer. 116 c. 40 pr.  
 Mihi porro, vt ego non dicam, quis omnium mortalium non intelli-  
 git, quam longe progredi sit necesse? Cic. Verr. 5, . . . Terent.  
 5 Phorm. 1, 1, 12 Porro autem Geta ferietur alio munere vbi hera pe-  
 pererit: Porro alio autem vbi erit puero natalis dies. Sallust.  
 in Catil. c. 46 pr. At illum ingens cura atque laetitia simul occupa-  
 vere. Nam laetabatur, intelligens coniuratione patefacta ciuitatein  
 periculis ereptam esse. Porro autem anxius erat, dubitans in maxi-  
 10 mo scelere tantis ciuibus deprehensis quid facto opus esset. Ca-  
 toni porro assensus est Fauonius Cic. Attic. 7, 1. Sequitur por-  
 ro nihil deos ignorare Id. de Diuin. 2, 105. Id. Verr. 1, 121  
 Neque enim perfacete dicta, neque porro hae seueritate digna sunt.  
 Id. de Finib. 5, 78 Ea nos mala dicimus, sed exigua et porro minima.  
 15 Porro ita intelligo, si porro progrediare, et illis etiam, quae exigua di-  
 ximus, minora incommoda fingas; ea nos dicemus minima. Id. de  
 Senect. 43 Saepe a maioribus natu audiui, qui se porro pueros a fe-  
 nibus audiuisse dicebant. ¶ 3 Porro Quirites! vox erat  
 quiritantium, et auxilium populi implorantium. Laber. apud Ma-  
 20 crob. Sat. 2, 7 Porro Quirites! libertatem perdimus. Scipio  
 Gent. ad Apulei. Apol. n. 810 Pro! Pro! Quirites legi vult. Sed si-  
 ne varietate Apulei. Met. 8 p. 215, 19 Nec diu tale facinus (obscenum)  
 meis oculis tolerantibus Porro Quirites! proclamare gestiui. Priap.  
 25 pr. Porro (nam quis erit modus?) Quirites. Sciopp. ad h. l.  
 legi vult etiam ex vet. libro apud Plaut. 1, 1, 220 Porro fidi Thebani  
 ciues! Sed libri, quod sciam, meliores Proh habent: quod etiam car-  
 minis rationi melius accommodatum est. Eadem est ratio alterius loci  
 Rud. 3, 2, 1 vbi recte legitur Proh Cynerenfes populares! vestram ego  
 imploro fidem, quod etiam in Porro mutatum iure. Certius est illud  
 30 Tertull. in Valentinian. 1, 14 Vt etiam inclamauerit in eam Iao, qua-  
 si porro Quirites! aut fidem Caesaris! Vet. Schol. ad illud Iuuenal. 3,  
 60 Non possum ferre, Quirites! ait, Exclamatio, vt Porro Quirites!  
 PORRVS, i. m. vel PORRVM, i. n. [πράσιον] Genus oleris  
 noti. Martial. 13, 18 sub lemmae, Porri sectiui, Fila Tarentini  
 35 grauius redolentia porri Edisti quoties, oscula clausa datu, ne tetra  
 odore ructus molestus sis. Idem 13, 19 cuius lemma Porri capitati,  
 Mittit praecipuos nemoralis Aricia porros, in medio virides stipite  
 cerne comas. Porrum sectiuum et capitatum sunt etiam Colum-  
 40 mel. 11, 3, 30. Tarentinum Id. 8, 11, 14. Plin. 19, 6 Por-  
 rum feritur semine ab aequinoctio Autumno, si sectiuum facere libue-  
 rit, densius. In eadem area secatur donec deficiat, stercoreturque  
 semper, si nutritur in capita ante quam secetur. Quum increuit, in  
 aliam aream transfertur, summis foliis leuiter recisis ante medullam,  
 45 et capitibus retractis, tunicisue extremis. Et paulo post, Sectiui duo  
 genera, Herbaceum folio incisuris eius euidentiibus, quo vtuntur me-  
 dicamentarii. Alterum genus suauioris folii, rotundiorisque, inci-  
 suris leuioribus. Porrus Capitatus, κεφαλωτόν Gloss. Vet. Ho-  
 rat. Serm. 1, 6, 115 Inde domum me ad porri et ciceris refero lagani-  
 que catinum. De parabili cibo frugique mensa. Sectile porrum  
 50 Iuuenal. Sat. 3, 293. Sectiui porri fila Id. ibid. 14, 133. Id.  
 15, 9 Porrum et caepe nefas violare, aut frangere morsu apud quor-  
 dam Aegyptios.  
 PORRACEVS, a, um. Adi. [πράσιος] Quod est porri. Plin.  
 21, 18 Folia ima porraceis exiliora. Porraceus color, Porri co-  
 55 lore referens Id. 37, 10.  
 PORRINA, ae. f. Locus porris confitus, vel porrorum vno in loco  
 confistorum multitudo. Scaeuola in l. Defuncta D. de usufruct. Sem-  
 pronio do lego ex reditu fructum oleris et porrinae, vid. Cato de R.  
 R. 47. Arnob. 2 p. 85.  
 60 PORSENA, ae. m. [Πορσίνος] Rex Tusciae, qui urbem Romam  
 obsedit. Martial. 1, 106 Vre re quem potuit contempto Mucius igne,  
 hanc spectare manum Porsena non potuit. Addi nonnunquam N,  
 Porsenna, vt producat, ait Seru. ad Virgil. Aen. 8, 646 Nec non  
 Tarquinium eiectum Porsenna iubebat, etc. Quam geminationem  
 65 plerique libri MSS. sequuntur, etiam solutae orationis et sine metro, vt  
 vult Gronou. ad Liu. 2, 9. Sed res oppido inconstans et incerta, vt re-  
 ctius putarit Porsena vno N ubique edere Drakenborchius. Apud Dio-  
 nys. Halicarn. Πορσίνος est; Plutarcho Πορσίνος, vt longe videatur utique  
 penultima, etsi non geminetur n; vt in Murena, Aufilena, similibus.  
 70 Sed corripuit eam etiam Horat. Epod. 16, 4 Minacis aut Etrusca Por-  
 senae manus. Sunt omnes Iambi puri in hoc carmine.  
 PORTA, ae. f. [πόρτη] Omnis exitus, quo potest importari vel  
 exporari aliquid, unde etiam a portando dicta est: quod videtur Isido-  
 ro Orig. 15, 2 qui tamen eod. loco laudat verba Catonis, Qui urbem no-  
 75 vam condit, tauro et vacca aret, vbi arauerit, murum faciat: vbi  
 portam vult esse, aratrum sustollat et portet, et portam vocet. Al-  
 ludit etiam Varro R. R. 2, 1, 10 Et quod vrbs cum condita est, tauro  
 et vacca qui (MS. quae forte leg. qua) essent muri et portae defini-  
 tum. Eleganter Donatus ad Terent. Adelph. 4, 2, 44 Porta autem  
 80 dicta est, quod in eo loco coloniae deductor et conditor subiunctis  
 vacca et tauro, aratrum, quo urbem designat suspendit manu, ne im-  
 primat fulcos, vbi ciuitatis aditus relinquendi sunt. Priorem ratio-  
 nem Isidori firmat, cui illam debere videtur Varro de L. L. 4, 32  
 pr. Qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent, por-  
 85 tas. Sunt autem portae quaelibet loca, per quae aditus est. Hac vbi  
 se primum porta mare fudit ab alta Manil. 4, 604. Portis an-  
 gustioribus relictis Caes. B. G. 7, 70. add. infra Portae Caspiae, etc.  
 Virgil. Aen. 1, 87. Buchner. ad Venant. de Refurr. v. 2. Iam de por-  
 tis proprie dictis videamus. Claustra ingentia portarum Virgil.  
 90 Aen. 7, 185. Fornice aduerso portae Id. ibid. 6, 574. Mo-  
 rae portarum Stat. Theb. 11, 244. Vigiles portarum Virgil.  
 Aen. 2, 335. Aeratae Ouid. Met. 8, 785. Athena Stat.  
 Theb. 10, 257. Bipatens Virgil. Aen. 2, 330. Cornea Stat.  
 Silu. 5, 3, 289. Decumana, vid. Decumanus, in DECEM. Ebur-  
 95 na Virgil. Aen. 6, 899. Ferrata Stat. Theb. 10, 504. La-  
 xata Claud. in prim. Conf. Stilich. 2, 193. Reclusa Stat. Theb.  
 11, 421. Rudis Ouid. Epist. 7, 122. Scaee, v. v. Stabiles  
 Claud. de Rapt. Proserp. 2, 143. Porta tenuis Tacit. Ann. 3, 5. Vr-  
 banae Ouid. de Nuce 137. Arietare in portam, vid. ARIETO.  
 100 Astant sublimibus portis Virgil. Aen. 12, 133. Clausae portae  
 Horat. Carm. 3, 5, 23. Caesar B. G. 6, 37 Capit arma a proximi-  
 mis, atque in porta Confisit. Diffindere portas urbium Horat.  
 Carm. 3, 16, 14. Qua Data qua porta ruunt, et terras turbine  
 perflant Virgil. Aen. 1, 83 sc. venti. Efferre sese portis Id. ibid.  
 105 12, 441. Efferre pedem porta Cic. Attic. 8, 2. Erumpunt  
 portis,

portis, concurratur Virg. Georg. 4, 78. Exierat portis equita-  
 tus apertis Virg. Aen. 8, 585. Exspectare comites ad portam Cic.  
 Fam. 15, 17. Explorare portas Virg. Aen. 9, 169. Imponere  
 portam in aliquam regionem, *vid.* IMPONO. Instant Rutuli  
 sternere caede viros portis circum omnibus Virg. Aen. 10, 118. Introi- 5  
 re porta Cic. in Pison. 55. Irrumpere portas patentes Virg. Aen.  
 11, 879. Moliri portas Tacit. Hist. 2, 22. Obiicere portas  
 Virg. Aen. 9, 45. Obsidere portas Stat. Theb. 10, 264. Obstre-  
 pere portis, *vid.* OBSTREPO. Obstructas portas praebere re a-  
 liqua Sil. 11, 198. Occupare portas vrbis Cic. Philipp. 14, 15. 10  
 Panduntur portae sacrae Virg. Aen. 6, 27. Pandere portas  
 alicui Virg. Aen. 12, 584. Patet porta aliquibus Cic. in Pison. c. 23.  
 Perfringere Ouid. Met. 6, 597. Perfringere portas vi Lucan. 3, 343.  
 Recludere Ouid. Met. 8, 41. Referare portas alicui Ouid. de Arte  
 Am. 3, 577. Ruere portis Virg. Georg. 4, 185. Substare in ipso 15  
 limite portae Virg. Aen. 2, 242. Esse ad portam praesto lictores Cic.  
 in Pison. c. 23. Tenere limina portarum obfessa Virg. Aen. 2,  
 803. Qui portas Tuetur Sen. de Tranq. an. c. 11. ¶ 2 Quod  
*initio statim monuimus, porta generaliter locum apertum notat. Sic*  
 Portam caeli fingunt Poetae, per quam veniunt etiam fulmina. Virg. Georg. 3, 20  
 261 Quem super ingens Porta tonat caeli, et scopulis illisa reclamant Ae-  
 quora. Grammaticus apud Sen. 108 Ennium hoc ait Homero surri-  
 puisse, Ennio Virgilium. Est enim apud Ciceronem in his ipsis de  
 Rep. hoc Epigramma, si fasendo plagas caelestum ascendere cuiquam,  
 Mi foli caeli maxima porta patet. Cic. de Nat. Deor. 2, 137 Per vi- 25  
 as quasdam a medio intestino vsque ad portas iecoris. Venam por-  
 tae vulgus vocat, vel Venas portarum. Portam pro Femineis genita-  
 libus dici voluit Prop. 4, 8, 48 Cantabant surdo, nudabant pectora cae-  
 co. Lanuuii ad portas, hei mihi, solus eram. Sed refellerunt  
 viri docti spurcum commentum. *viu. Brouckb. Neque tamen non in obsce- 30*  
 nis est Porta. Catull. 15 extr. Quem attractis pedibus patente porta  
 Percurrent raphanique mugilesque. Et Priap. 52 Porta te faciet pa-  
 tentiorem: quamquam hic cum porta tantum comparatur ὁ πνευρός.  
 ¶ 3 Geographis notabiles Portae Ciliciae Nep. 14, 7, 2. ii. Portae Caucasiae,  
 locus in Albania, quo se Caucasus mons findens, ad amnis diri odoris 35  
 transiit, portarum speciem refert. Caspias quidam eas portas nun-  
 cupant, sed errore inducti. *vid.* Plin. 6, 11 et 12.

PORTŪLA, ae. f. Dimin. [πυλίη] Liu. 25, 9 Conuenerat  
 autem, vt Philomenes portula assueta venationem inferens, armatos  
 induceret, parte alia portam Temenitida adiret Annibal *etc.* Liu. 25, 40  
 24. Prope hexapylon est portula magna vi refringi coepta. Aperit-  
 tur portula Liu. 25, 9.

PORTELLA, ae. f. Aliud Dimin. Gloss. Lat. Gr. Portella,  
 πυροπόλιον.

PORTARIUS, i. m. - Ianitor. Vulg. Interpr. 2 Reg. 7, 11. 45

PORTENDO, di, tum, ěre. [προσημαίνω, ἰσημαίνω, προφαίνω]  
 Porro, hoc est e longinquo, certe ante tendere, praed'ce'e; praemon-  
 strare. Cic. de Nat. Deor. 2, 7 Praedictiones vero et praesensiones rerum  
 futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea quae sint ostendi,  
 monstrari, portendi, praedici, ex quo illa ostensa, monstra, por- 50  
 tentia, prodigia dicuntur? *conf.* de N. D. 1, 93 c. 42. Cladem portende-  
 re alicui Sil. 4, 133. Commutationem rerum populo portendere Cic.  
 de Diuin. 1, 45. Gener alicui portenditur Virg. Aen. 7, 256. Lae-  
 ta omnia prosperaque portendere Liu. 1, . . Metus nox portendit Stat.  
 Theb. 9, 583. Metus ex ostentis magnorum periculorum portenditur 55  
 Cic. Verr. 4, 108 c. 49. Noua superi portendunt Claud. in Eutrop.  
 1, 14. Periculum principibus dii portendunt Cic. de Arusp. Resp.  
 53. Regnum portendere Liu. 1, 8. Significationes rerum futura-  
 rum vigilantibus et dormientibus portenduntur Cic. de Nat. Deor. 2,  
 166. Spem portendere Liu. 29, 11. Significatione passiva vsus est 60  
 Plaut. Curc. 2, 2, 22 Pacem ab Aesculapio petas: ne forte tibi eueniat  
 magnum malum, quod in quiete tibi portentum est. i. Praemonstra-  
 tum est.

PORTENTVM, i. n. [τέρας, τερατολογία] Quod portendit  
 et praemonstrat aliquid futurum. Laudatur e Varrone In caelo, me- 65  
 morabile existit portentum. Locus classicus est Cic. de Nat. Deor. 2,  
 7 et 14. Non. 5, 31 Portentum non solum quod portendat, sed quod  
 etiam apporet et faciat ex his significationibus, quae in auspiciis,  
 auguriis, extispiciis ostenduntur. Portenta, ostenta, monstra,  
 prodigia dicuntur, quia portendunt, ostendunt, monstrant, praed- 70  
 dicunt Cic. de Diuin. 1, 93 c. 42. Portenta existimarunt quidam  
 graua esse, Ostenta bona: alii Portenta quaedam bona, Ostenta  
 quaedam tristia appellari. Portenta, quae quid porro tendatur,  
 indicent: Ostenta, quae tantummodo ostendant monstra, praecip-  
 ant quoque remedia. Portenta porro fieri di- 75  
 cuntur, cum solita corpora raro se ostendunt, vt cometae,  
 turbines, barathra, sereno caelo facta tonitrua. Paullus Festi. Ex-  
 planationes portentorum, Hetruscorum disciplina continentur Cic.  
 de Arusp. Resp. 18. Hominum pecudumque portenta praeter na-  
 turam Cic. de Nat. Deor. 2, 14. Interpretes portentorum Cic. de 80  
 Diuin. 2, 61. Idein de Prouinc. Conf. 2, c. 1 Quod si ille, et paullo  
 ante, et quotiescunque ei locus dicendi potestas fuit, Gabinium  
 et Pisonem duo Reipub. portenta, ac paene funera, cum propter a-  
 lias causas, tum maxime propter illud insigne scelus eorum, *etc.*  
 Fatale portentum, prodigitumque Reip. P. Clodium vocat Cic. in Pi- 85  
 son. 9 c. 4. Multa donanda ingeniis puto, sed donanda vitia,  
 non portenta sunt Sen. Controu. 5 praef. Magica portenta, *vid.* MA-  
 GVS. Ferunt casum aliquem portenta Virg. Aen. 8, 533. Lo-  
 qui monstra ac portenta Lucret. 4, 594. Obstant sed variis por-  
 tentis deum terroribus Virg. Aen. 7, 58. Pro Bono ordine: Virg. 90  
 Aen. 8, 553 Ne quaere profecto Quem casum portenta ferant.  
 Sed etiam de fictionibus audacioribus Poetarum: Cic. Tusc. 1, 11. Aut  
 quid negotii est haec Poetarum et pictorum portenta conuincere?

PORTENTOSVS, a, um. Adi. [τερατώδης] Quod portentum fa-  
 cit. Cic. de Diuin. 2, 60 c. 28. An vero illa nos terrent, si 95  
 quando aliqua portentosa aut ex pecude, aut ex homine nata dicun-  
 tur? Suet. Domit. c. 4 Ante pedes eius stabat puerulus coccinatus  
 portentoso paruoque capite. Mendacia Graeciae portentosa Plin.  
 5, 1. Compar. quo quid fieri portentosius potest Sen. Ep. 87. Plin.  
 24, 17 Portentosiora tradit. Signa Tertull. de Ah. c. 57. *aud.* c. 32. 100  
 Superl. Oratio portentosissima Sen. ep. 114. Opus portentosissimum  
 Plin. 36, 13.

PORTENTIFICVS, a, um. Adi. [τερατοπιδικ] Venena  
 portentifica, Portenta ac monstra facientia. Ouid. Met. 14, 55. Hein-  
 sus legit PORTENTIFERA. Figurae portentificae Lactant. 2, 13. 10

**PORTENTILOQVIVM**, i. n. [*τερατολογία*] Sermo portentosus Vulg. Interpr. Irenaei 3, 4.

**PORTHMOS**, i. m. [*Πόρθμος*] Fretum, maris inter duos continentes angustiae, Budaeus in l. Lucius De seruit. rustic. praed. in Pand. Plin. 3, 5 f. 10 Qua intrat (mare Atlanticum) Porthmos a Graecis, a nobis fretum Gaditanum etc. ¶ 2 Est et oppidi in Euboea nomen Plin. 4, 12.

**PORTHMEVS**, Ëi. m. [*πορθμεός*] Transfretator, ad verbum, qui nauigio vehit, et qui exigit portorium: πορθμεός enim, fretum est, ut modo vidimus. vid. FRETVM. Iuuen. Sat. 3, 266 Iam sedet in ripa, tetrumque nouitius horret Porthmea.

**PORTICVS**, ūs. f. [*πόρτις*] Columnarum series aperta, cui tectum impostum est, Egregium aduersus tempestates, ac feruorem Solis receptaculum, quo includi areae solent: quae propter repentinos imbres, et umbrarum ac deambulationis gratia aedificatur. Ouid. de Arte Am. 1, 67 de porticu Pompeiana, Tu modo Pompeia lentus spatia sub umbra, Quum Sol Herculei terga Leonis adit. Cic. pro Domo, 126 Vix pars aedium mearum decima ad Catuli porticum accessit, causa fuit ambulatio, et monumentum, et ista Tanagrea oppressa libertate Libertas. In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus pavimentatum trecentum pedum concupierat. Porticuum contignationes Vitruv. 5, 1. Amplae porticus Virg. Aen. 3, 353. Circumacta porticus in D literae similitudinem Plin. Epist. 2, 17, 4. D inquam, non O. Vid. quae post Cortium ea de re monuimus. Duplices Vitruv. 5, 9.

Cic. Att. 4, 15 In campo Martio septa tributis comitiis inarmorea sumus et tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticu. Longae porticus Virg. Aen. 2, 528. Persusa luto Iuuen. Sat. 14, 66. Poecile Nep. 1, 6, 3. De hac Pers. 3, 53 Quaeque docet sapiens braccatis illita Medis Porticus. Nempe ut docet Nepos l. c. in Poecile tecta eras pugna Marathonica. In eadem disputabant Philosophi, Stoici praesertim, inde dicta Sapiens. Prop. 2, 33, 45 Scilicet vmbrosos fordet Pompeia columnis Porticus auleis nobilis Attalicis. Spatiofa Ouid. de Arte Am. 1, 491. Triplices Suet. Ner. c. 16. Vacuae Virg. Aen. 2, 761. Coire in porticum, vid. COËO. De-

ambulantes in porticibus disputabant philosophi Cic. de Orat. 2, 20. Idem Acad. 4, 75 Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Quint. 12, 2, 8 Studia sapientiae non iam in actu suo atque in hac fori luce versantur, sed in porticus et Gymnasia primum, mox in conuentus Scholarum recesserunt. Integebantur porticus lignis coniunctis inter se; vid. INTEGEO. Spatiari porticibus Ouid. Epist. 21, 97. Chrysippi porticus, i. Stoica schola; sicut enim porticus est. Hor. Serm. 2, 3, 44. Ipse Cicero in Academicis apud Augustin. lib. 3 contra Acad. Clamat Zeno, et tota illa porticus tumultuatur: et iterum totam illam porticum insanam.

Octauii porticus Sueton. de Clar. Grammat. c. 21. vid. Ordino in ORDO. Pompeii porticus, amphitheatrum erat Romae amplissimum; cuius meminit Plin. 36, 15 Cauea ipsa cepit hominum LXXX. millia: quum Pompeii amphitheatri toties multiplicata vrbe, tantoque maiore populo sufficiat XL. M. Meminit et huius Plutarchus in vita Bruti. Plin. interdum

Theatrum, interdum Aedem Pompeii nominat: nempe erant haec coniuncta omnia. ¶ 2 Porticus, significat Tabernaculum, siue tensorium Cic. Tusc. 2, 38 c. 16 Namque Aesculapii liberorum faucii opplent porticus. Loquitur de Podalirio et Machaone, qui ad Troiam tendebant, et tabernacula habebant: quorum tabernaculo fingit adstructa esse quaedam sauciorum receptacula in longum producta instar porticus.

**PORTICATIO**, ōnis. f. Macer in l. funeris sumtus D. de religiosis, et sumt. fun. Itaque si amplum quid aedificari testator iusserit (veluti in circuitu porticationes) eos sumtus funeris causa non esse.

**PORTICŪLA**, ae. f. [*πασάδια*] Dimin. a Porticu, Varro dixit, teste Budaeo, et Cic. Fam. 7, 23 In porticula Tusculani.

**PORTIO**, ōnis. f. [*πορτιονία*] quasi Partio, significat Partem. Cic. Verr. 5, 54 c. 21. Nunquam in Sicilia frumentum publice est emtum, quin Mamertinis pro portione imperaretur, Breuissima vitae portio Iuuen. Sat. 9, 128. Portionem seruare ad decem homines eandem Curt. 7, 11, 12. Centena vicena, ac deinde Ad has portiones Plin. 31, 6 f. 31. Portio ex re aliqua Plin. 12, 18. Id. 8, 28 Siquidem et pericula praemonent non fibris modo extisque, circa quod magna mortalium portio haeret, sed, etc. ¶ 2 Analogiam et relationem ad totum et partes notat, cum Pro praemissum habet. Cic. de Orat. 2, 220 Sed oportet, ut in aedibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia pro portione rerum proponere. Pro portione etiam alia ex multitudine funera multa fuere Liu. 7, 1. Pro portione aut gradus aut nauatae operae Curt. 9, 1, 6. Pro rata portione aliquid distinguere Cic. in Somn. Scip. 11. Pro virili portione Tacit. in vita Agric. 45. Columel 7, 1 de asinis loquens, Huius animalis tam exiguae tutelae plurima et necessaria opera supra portionem respondent. i. Maiorem utilitatem praebent, quam pro cura et tutela sui. Plin. 11, 37 Cerebrum omnia habent animalia quae sanguinem. Sed homo portione maximum.

**PORTIUNCŪLA**, ae. f. Dimin. [*πορτιονκιδιον*] Apuleius. . . Qui quum a me portiunculam posceret. Historiae Suetonii competentes portiunculas decerpimus Orof. 6, 7. Portiuncula contentus Vlp. l. 4. ff. de vsu et hab. c. 1. Id. ff. 39 t. 2 l. 15 §. 13 et t. 31. 10.

**PORTIONALIS**, e. Adj. Idem quod Particularis. Tertull. de Virg. Veland. c. 4 Subiectum est portionale vniuersali. add. Id. de Resurr. Carn. c. 57. et adu. Hermog. c. 31.

**PORTISCŪLVVS**, i. m. Festus: Portisculus est, ut scribit Aelius Stilo, qui in portu (ubi maxime exercentur nauatae et instituuntur) modum dat classi. Id autem est malleus: cuius meminit Cato in dissuasiōe de rege Attalo et vestigalibus Asiae, C. Licinio praetore remiges scripti ciues Romani sub portisculum (ad remos, ut remiges fierent, et sub portisculo ut sub sceptro essent) sub flagrum conscripti veniere passim. Plaut. Asin. 3, 1, 15 Et meam partem loquendi et tuam trado tibi. Ad loquendum atque ad tacendum tute habeas portisculum. Hunc locum laudans Isid. Orig. 19, 12 ait, Porticulus (leg. Portisculus) malleus in manu portatus (Gronou. malit hortatoris) quo modus signumque datur remigantibus. Aldhelmus de Laudibus virginitat. Agens Liburnicam aut lintrem, instanter hortante proreta, et crepitante nauclero portisculo. Hoc igitur certum, Portisculum esse instrumentum, quo signum datur nautis. An ipse quoque Hortator, qui signum illud tenet? Suadet Vet. Onom. Portisculus

καλαυσης. vid. CELEVSTES. Nonius 2, 637 Portisculus ait, pro-

prie est hortator remigum, id est qui eandem perticam tenet, quae

6 F

portisculus dicitur, qua excursum et exhortamenta moderatur. *Fa-*  
*tetur ergo ipse quoque, portisculum esse instrumentum, cuius pulsu signum*  
*dari possit. Nam pergula, quam perticae quidam substituunt, commen-*  
*tum esse videtur. Vtitur deinde testimonio Plauti, quod posuimus.*  
*Addit ex Ennio, Tonsumque tenentes Parent, obseruarent, por-*  
*tiscula signum Cum dare coepisset. Nempe Portisculus signum dat,*  
*ut tuba canit: non tamen tuba est tubicen. Denique laudat Laberiu-*  
*um, Nec palmarum pulsus, nec portisculi: quo loco manifeste instru-*  
*mentum est. De portisculo igitur persona fides sit penes Nonium, et*  
*auctorem Onomastici. Scripse ista, lectis, quae viri docti ad locos*  
*veterum citatos, et quae ad Sil. 6, 361 Heinsf. et Drakenb. quaeque Gro-*  
*nou. Obs. 4, 26 post Vossium in Etymol. disputarunt.*

**FORTITOR**, oris. m. [τρωίτης] a portu, cui impostus, vel prae-  
 est, nomen habet. **Ti. Donat. ad Virg. Aen. 6, 298** ubi Charon  
 portitor describitur; Portitores, inquit, dicuntur, qui portus ob-  
 seruant idcirco, ut sine ipsorum iussu nullus transeat in alienas regio-  
 nes. His igitur aquis, tam grauibus odore, tum horrendis aspe-  
 ctu praecerat fordibus par — Charon. Portitor igitur est Charon,  
 quia portum illum et traiectum obseruat et neminem non excussum et sine  
 nauo transire patitur. Hic est de quo Prop. 4, 11, 7 Vota mouent superos.  
 Vbi portitor aera recepit, obserat herbosos lurida porta rogos. Hic est Letaei  
 portitor annis Stat. Theb. 12, 559. Orci Virg. Georg. 4, 502. Auarus Albinou.  
 ad Liu. 358. Niger Val. Fl. 1, 784. Adii. Ouid. Met. 10, 73. Redimus ad Por-  
 titores ordinarios. Non. 1, 95 Portitores dicuntur telonearii, qui portum ob-  
 fidentes omnia sciscitentur, et ex eo vectigal accipiant. Cic. de Rep. 4 Nolo e-  
 nim eundem populum imperatorem et portitorem esse terrarum (f. or-  
 bis terrarum) Optimum autem et in priuatis familiis et in rep. vecti-  
 gal duco esse parsimoniam. Varró mysteriis, Aes defraudasse  
 cauponem, bonam (an lenam?) luto obleuisse, tum portitores erram  
 duxe. Sic ex libris Mercer. Vid. leg. circum duxe i. defraudasse,  
 quod Mercerio etiam sic visum deprehendo. Alia, quae laudat Noni-  
 us, loca ex ipsis scriptoribus dabuntur. Plaut. Afin. 1, 3, 7 Lena ad a-  
 dolescentem, Remigio yeloque, quantum poteris, festina et fuge:  
 Quam magis te in altum capellis, tam aestus te in portum refert. A-  
 DOL. Ego pol istum portitorem (lenam, quae e domo meretricia, quam  
 portum vocat, lucrum captat) priuato portorio. Id. Menaech. 35  
 1, 2, 8 obiurgans uxorem

Nam quoties foras ire volo, me retines, reuocas,  
 Rogitas, quo ego eam, quam rem agam, quid negotii geram,  
 Quid petam, quid feram, Quid foris egerim.  
 Portitorem domum duxi. Ita omnem mihi  
 Rem necesse loqui est, quidquid egi atque ago.

*Habes descriptionem hominis Accifam s. Licentiam quam hodie vocant tra-*  
*stantis. Id. Plaut. Trin. 3, 3, 65 Iam si obsignatas non feret (litteras*  
*tabellarius) dici hoc potest (excusandi causa) Apud portitorem eas resi-*  
*gnatas sibi inspectasque esse. Ter. Phorm. 1, 2, 100 Epistolam ab eo al-*  
*latam esse, audiui modo, Et ad portitores esse delatam. Donat-*  
*us ad h. l. More veterum magistrum tributorum, i. e. publicani, operam in*  
*portu dabant inferendarum rerum et efferendarum vectigal exigentes.*  
*Huius ergo rei causa potestatem videntur habuisse, aut sibi arrogasse certe*  
*litterarum, quas negotiales esse putarent, examinandarum. Vid.*  
*in hanc rem locus Plut. περί πολωπρωίτης, quem laudat quoque Burm. de*  
*Vectig. c. 5 p. 57. Iterum Plaut. Trin. 4, 4, 15 Curre in Pirae-*  
*eum — videbis iam illic nauem, qua aduecti sumus, Iubeto Sang-*  
*arionem quae imperauerim, curare, ut efferantur: et tu ito simul.*  
*Solutum est portitori iam portorium. Potest hoc ad ministrum et operam*  
*publicanorum pertinere; sed potest etiam referri ad alterum genus, de quo sta-*  
*tim n. 2. Cic. Off. 1, 150 c. 42 Primum improbantur ii quaestus,*  
*qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum.*  
*Cic. Agr. 2, 61 c. 23 Sin est iniquum, Quirites, si turpe, si into-*  
*lerandum, hos decemuiros portitores omnibus omnium pecuniis con-*  
*stitui, qui non modo reges, atque externarum nationum homines,*  
*sed etiam imperatores nostros excutiant etc. Nota hoc verbum, et*  
*confer, tum quae praecedunt apud Ciceronem, tum locum Plauti Men. 1, 2,*  
*8 et portitores plane cognosces. Sic Cic. in Vat. 12 c. 5 Quaero abs te*  
*— missusne sis a Consule Puteolos, ut inde aurum exportari argen-*  
*tumque prohiberes? (Quaestori facto aquaria prouincia forte obtige-*  
*rat.) In eo negotio, cum te non custodem ad continendas, sed*  
*portitorem ad partiendas merces missum putares, cumque omnium*  
*domos, apothecas, naues, furacissime scrutarere, hominesque*  
*negotia gerentes iudiciis iniquissimis irretires, mercatores e nauu e-*  
*gredientes terreres, conscendentes morarere etc. Hi portitores*  
*cum obseruare et custodire negotiatores deberent, hinc Stat. Theb. 1, 693*  
*Sed iam temone supino Languet hyperboreae glacialis portitor vrsae,*  
*i. custos vrsae Arctophylax, qui alias Bootes, de quo Ouid. Met. 10,*  
*447 Tempus erat, quo cuncta silent, interque triones Flexerat o-*  
*bliquo plaustrum temone Bootes.*

¶ 2 Portitor est etiam  
 qui traicit vectores nauu: ipse quoque a portu dictus, et forte primum  
 inde, quod eiusdem hominis esset traicere vectores et exigere vectigal,  
 quod portorium vocatur. Hinc Charonta illum inferorum portitorem  
 dictum puto, quem rationes nauu referre ad Plutonem ex Luciano constat.  
 Sed hac neglecta significatione vectigalis exigendi, non nunquam ad so-  
 lum traiectum referri apparet. Sen. de Benef. 6, 18 Plato cum flumen  
 naue transisset, nec ab illo quidquam portitor exegisset, honori hoc  
 suo datum credens, dixit, positum illi esse apud Platonem officium.  
 Deinde paullo post cum alium atque alium gratis eadem transueheret  
 sedulitate, negauit illi apud Platonem iam positum officium. Colum-  
 mella 10, 155 Mox ubi nubigenae Phryxi, nec portitor Helles i. Aries, qui  
 Phryxum transuexit, delabi passus est Hellen. Hilasius de signis cae-  
 lest. in catalectis p. 162 Proditor est Helles: est portitor Europai: Et  
 gemini iuuenes: et pressus ab Hercule Cancer. i. aries, taurus, gemini, can-  
 cer. Sic. leg. ostendit Gronou. Obsf. 3, 20 p. 616 cum edatur veroque  
 Portitor. Nec enim, ut ex Columella dedimus Portitor Helles fuit  
 aries, sed illam prodidit, i. effudit.

¶ 3 Recentiores, vo-  
 ce non iam a portu, sed a portando deriuata, portitorem vocarunt;  
 qui literas, aut quodcumque id esset, perferret. Illustrat hanc  
 significationem in primis Sauaro ad Sidon. 6, 4 p. 371 cui saepe portitores  
 et baiulatores sunt, qui epistolam perferunt. Iam ad 4, 5 annotauerat  
 locum Hieronymi, quem habet etiam Isid. Orig. 6, 8 cuius summa, epi-  
 stolarum portitores tabellarios esse dictos. Laudat porro Arnob. 10  
 1. . . Muneris portitorem: et ex Martian. Capella 2. . . Tunc por-  
 titores Diuae correpta lectica magno eam molinine subuexere. Et  
 Claudian. de mirac. Christi extr. Mirandum, lecti portitor ipse sui. etc.  
 Frumenti portitores l. vn. C. ne quid oneri publ. imp. Coruus Eliae da-  
 tus olim Ciborum portitor Prudent. Pass. Vincent. v. 405. Harum 105



(literarum) portitorem ad excellentiae vestrae beneficia destinavit Casiod. Var. 10, 8. *conf.* Isidor. 6, 8. Apicum portitor Apollinar. Epist. 6, 3.

**PORTORIVM**, i. n. [*τέλος ἐν λιμένι* Gloss. Lat. Gr.] Vectigal, quod soluitur portitori, *ut ait* Nonius 1, 169. Lucilius 27 Facit idem quod illi, qui inscriptum ex portu exportant, ne portorium dent, *i. non scriptum.* *Conf. quae modo dicta sunt in PORTITOR.* Cic. Att. 2, 16 Illud tamen quod scribit, animaduertas velim, de portorio circumuectionis: ait se de consilii sententia rem ad Senatum reie-

cisse. De portorio et nonnullis iniuriis portitorum conqueri Cic. Q. Frat. 1, 1. Idem Verr. 2, 176 His pro rebus quod portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium. Erant omni-

bus ostiis Nili custodiae, Exigendi portorii causa dispositae Hirt. B. Alex. c. 13. Exigere nomine portorii in singulas amphoras vini quatuor denarios Cic. pro Font. 9. Cum vehiculum pontem transiret, redemptor eius pontis portorium ab eo exigebat L. 60 D. Loc. cond. §. vehiculum 8.

Exportare aliquid sine portorio Cic. Verr. 2, 183. Imponere portorium singulis rebus quaecunque venirent Cic. in Pison. 87. Instituire portorium vini Cic. pro Font. 9.

Ire magnis portoriis illo mercatores consueverunt Caes. Bell. Gall. 3, 1. Locarunt portorium fruendum Liu. 32, 7 *pr.* Locare et conducere portorium Cic. de Inuent. 1, 47. Sublata portoria Italiae Cic. Att. 2, 16.

Tollere portoria Italiae Cic. Q. Frat. 1, 1. *Hinc Vectigal, et Portorium, pro eodem dixit Plin. de macello loquens, et rebus hortensibus, 19, 4. conf. Plaut. Trin. 4, 4, 15. Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum Cic. de Prou. Conf. 5.*

**PORTITORIVM**, *τελωνεῖον* Gloss. Lat. Gr. **PORTO**, āre. [*φέρειν, βασίζω, κομίζω,*] est Baiulare corpore iumentis, aut suo, vel etiam interdum Animo ferre et pati, *ut exemplis patebit.* Plaut. Aul. 2, 2, 53 In mentem venit, Te bouem esse, et me esse asellum, Vbi onus nequeam portare pariter iaceam ego asinus in luto. *Sed Ferre Gronou.* Cic. pro Domo 62 Columnae marmoreae ex aedibus meis inspectante Pop. Rom. ad foerum Consulibus portabantur. Plin. 12, 17 Mihi et ad Persas etiam prius ista portasse, quam in Syriam aut Aegyptum videntur. Portare ex toto Plin. 11, 17.

Exercitum portare Sallust. in Iugurth. c. 39 *intell.* nauibus. Fasciculum librorum portare sub ala Hor. Epist. 1, 13, 13. Frumentum portare Hor. Epist. 1, 16, 72. Frumentum domum ad aliquem portare Cic. Att. 14, 5. Fustes portare Hor. Carm. 3, 6, 41. Hum-

meris portare aliquid Hor. Serm. 1, 5, 90. Legatos portabant naues Liu. 23, 38 *pr.* Quo portas Puerum Ter. Andr. 4, 3, 4. Quae regi portarentur, abripiebat Nep. 14, 4, 2. In triumpho Massiliam portari ad exemplum amissa imperii vidimus Cic. Off. 2, 28. Collo portare aliquid Columel. 9, 8. Lectica portari Cic. Att. 10, 16. Pelago portare opes Virg. Aen. 1, 367. Venti portant nubila per caelum Lucret. 4, 445.

¶ 2 *Formulae metaphoricæ:* Apul. Me. 5 p. 173 *(An, quod Aetatem portat bellule, puer tibi semper videtur? de Cupidine pulchro senec. vid. FERRE aetatem. Auxilium portare alicui, Adiuuare Sallust. in Catil. 6, 5. Bellum portare Virg. Aen. 3, 539. Consul impeditus, ne copias secum portaret Sall. Iug. 39, 4. Ter. Andr. 2, 2, 1 Dii boni, boni quid porto. Dolorem portare secum Stat. Theb. 11, 508. Fallaciam portare alicui Ter. Andr. 2, 6, 2. Infidias portare Ouid. Trist. 2, 272. Insomnia quum satis vna tuis portet ocellis Propert. 2, 25, 47. Iurgium portare ad aliquem Ter. Hec. 3, 5, 63. Nuntium portare Plin. 9, 25. Omnia mea mecum porto, inquit Bias Cic. in Parad. 1. Ontis molestum Hor. Serm. 1, 6, 99. Peccatum portare Ter. Heaut. 4, 1, 12. Preces ad aliquem Valer. Argon. 2, 326. Rugas in vertice frontis Ouid. Amor. 1, 8, 45. Timores ne qua tibi insolitos portarent visa Propert. 1, 3, 29. Verba iussa Ouid. Met. 2, 744. Lucret. 6, 586. Versabundaque portatur post incita quum vis Exagitata foras erumpitur, etc. Portatum, portatu; *Supina.* Plin. 23, 7 Mala piraque portatu iumentis mire grauia sunt, vel pauca.*

**PORTANS**, antis. Partic. [*κομίζων*] In totum portans incendia mundum Manil. 5, 29. Verba portantia salutem Ouid. ex Pont. 3, 4, 1. Ferrum et arma portantes Iustin. 1, 3, 3. Munera portantes Virg. Aen. 11, 333.

**PORTANDVS**, a, um. Partic. [*κομίζεος*] Cadavera portanda in arca vili Hor. Serm. 1, 8, 8. Mandata portanda alicui dare Virg. Aen. 9, 312.

**PORTATVS**, a, um. Partic. Vulg. Interpr. Ierem. 10, 4 Porta-ta tollentur. In humeris portatus *ib.* Ezech. 12, 7.

**PORTATVS**, ūs. m. *Afferrebat ex Sil. Ital. 12, 441* Inclusas igitur, quibus haud enare dabatur Arce superposita, claustris maris extulit aestu, Perque auersa tulit portatus in arua carinas. *De nauibus loquitur, quae vehiculis impositae, per campum in mare rursus vehebantur. Sed Nic. Heinsf. et Cellar. et Drakenb. legunt Portatas arua carinas. Ap. Plin. 9, 35 f. 56 etiam perperam lectum est Perditio-re portatu, pro quo Hard. ex MSS. perditio nepotatu.*

**PORTATIO**, ōnis. f. *Idem.* Vitruu. 10, 1 Portationes eorum non essent, etc. Armorum atque telorum portationes Sallust. Catil. c. 42.

**PORTABILIS**, e. Adi. *Quod portari potest.* Sidon. Epist. 8, 11 Portandus quidem, sed portabilis. *Compar.* August. Epist. 34 ad Paulin. Onus tolerabilius et portabilis.

**PORTATORIVS**, a, um. *Idem.* Sella portatoria Cael. Aurel. Tard. 1, 1, 15. *vid.* August. Serm. 7.

**PORTITO**, āre. Frequent. [*συχνῶς κομίζω*] Gell. 20, 1 Crumenam plenam asium portitas.

**PORTVLA**, *vid.* PORTA.

**PORTVLACA**, ae. f. [*ἀνθεράχνη*] Herba, acetariis adhiberi solita: est (*inquit* Plin. 20, 20 f. 81.) quam Peplin vocant, non multum fatiua efficacior. Cuius memorabiles vsus traduntur. Sagittarum venena et serpentium haemorrhoidum et presterum restringit, pro cibo sumta, et plagis imposita extrahit. *add.* Plin. 13, 22 et 27, 13. *conf.* PORCILACA, quam scripturam praefert Hard. Sed 19, 8 f. 53 Portulaca dedit. *vid.* Cels. 2, 20 et 33. *it.* 4, 9. Columel. 12, 13. Apul. de Herb. c. 103. Scribon. 158.

**PORTVMNVS** f. **PORTVNVS**, i. m. Deus marinus, *vide in dictione PALAEMON.* Portunus a portu, sicut Neptunus a nando, paullum primis literis immutatis, dicitur Cic. de Nat. Deor. 2, 66 c. 26. Pater Portunus Virg. Aen. 3, 241. Deus marinus qui portubus praefest. Seruius.

**PORTVMNALIA** f. **PORTVNALIA**, um. n. [*Ποσειδώνια*] Dicitur

*Dici possunt Isthmia, quae inter quatuor Graeciae celeberrima certamina numerantur, in honorem Palaemonis, quem Latini Portunum vocant, instituta. Est autem Romanum quoque sacrum.* Varro de L. L. 5, 3 p. 48, 7 Portumnalia a Portumno dicta, cui eo die aedes in portu Tiberino facta, et feriae institutae.

**PORTVS**, ūs. m. *Ablatiuo Portubus et Portibus; [Λουρῶν] dicitur* Locus conclusus, quo importantur merces, et inde exportantur, *ut ait Vlpian. in l. Portus D. de verb. et rer. significat. et vbi naues hiemant.* Cic. Verr. 5, 95 Quem posteaquam inanem locum offenderunt, et Praetorem commouisse ex eo loco castra senserunt, statim sine vlllo metu in portum ipsum penetrare coeperunt. Quum in portum dico Iudices (explanandum est enim diligentius eorum causa qui locum ignorant) in urbem dico, atque in vrbis intimam partem venisse piratas. Non enim portu illud oppidum clauditur, sed vrbe portus ipse cingitur et clauditur: non vt alluantur a mari moenia extrema, sed influat in vrbis sinum portus. Quum Phalereo portu neque magno neque bono Athenienses vterentur, huius consilio triplex Piraei portus constitutus est Nep. Themist. f. 2, 6, 1. Propter portus suos, multis et variis mercatorum sermonibus ad studium fallendi vocabantur Carthaginenses fraudulentum et mendaces Cic. de Lege Agrar. 2, 94. Ostium et Aditus portus Cic. Verr. 4, 118. Id. Verr. 5, 30 In ipso Aditu atque ore portus, vbi primum ex alto sinus ad urbem ab litore inflectitur, tabernacula carbasseis intenta velis collocabat. *Portibus apta sunt ostia fluminum.* Hinc per septem Nilus portus emissus in aequor Ouid. Her. 14, 107. *i. ostia. v. h. l.* Burm. *idemque ad Amor. 2, 13, 10.* ¶ 2 *Epitheta:* Altus Virg. Aen. 5, 243. Amoenus Stat. Silu. 4, 7, 18. Celeberrimus, *vid. CELEBRIS.* Celeberrimus et plenissimus nauium Cic. pro Lege Manil. 33. Fluminei Claud. Conf. Hon. 6, 495. Immotus portus ab accessu ventorum Virg. Aen. 3, 570. Infidi Ouid. Met. 13, 710. Manufacti Cic. Off. 2, 14. Rudis vndarum Stat. Theb. 3, 24. Tranquillus et tutus Cic. pro Planc. 94. Tutus et clausus Id. de Prouinc. Consul. 31 c. 12. Vacui sine remige Virg. Aen. 4, 588. ¶ 3 *Verborum formulae:* Accipere aliquos portu tuto Virg. Aen. 3, 78. Capere portum *vid. GAPIO.* Eincta portubus duobus insula Cic. Verr. 4, 118. Cogere in portum Cic. de Inuent. 2. Committere portibus, *vid. COMMITTO.* Compellere in portum Caes. de Bell. Ciuil. 1, 58. Condita inerti portu ratis. Lucan. ad Pison. 214. Coniicere in portum Cic. de Inuent. 2, 98. Deferre in portum, *vid. DEFERO.* Deferri in portus Virg. Aen. 7, 22. Distincta portubus regio Cic. pro Flacco, 27. Efficit insula portum obiectu laterum Virg. Aen. 1, 163. Effodere portus Virg. Aen. 1, 431. Facere portum. Quintil. 2, 21. Intrare portus Virg. Aen. 3, 254. Intra- mus amicos portus Virg. Aen. 5, 57. Inuehi ex alto in portum *vid. INVEHO.* Inuectus portum, *vid. INVEHO.* Linque- re tum portus iubeo, et considere transtris Virg. Aen. 3, 289. Occu- pa portum fortiter Hor. Od. 1, 14, 2. Patefcit portus propior Virg. Aen. 3, 530. Penetrare in portum, *vid. PENETRO.* Per- venire ad portum Cic. de Senect. 71. Petere portum Virg. Aen. 1, 198. Praecludere portus classi Lucan. 9, 39. Premit Classis portus Ouid. Epist. 2, 93. Progredi portu Virg. Aen. 3, 300. Re- cipere se in portum Caes. de Bell. Ciuil. 2, 22. Relinquere por- tus Virg. Aen. 3, 10. Soluere e portu Cic. pro Muraen. 4. Tan- gere portus Virg. Aen. 4, 612. Tetigere carinae quum iam ceu pressae portum Virg. Georg. 1, 303. Tenere portum si nequeas, na- vigando, tempestatu obsequi artis est Cic. Fam. 1, 9. ¶ 4 *Metaphoricae formulae:* In portu impingere, *est apud* Quintilianum 4, 1. *pro eo, quod est, Statim in ipso operis ingressu peccare.* Portus et ara fugae, *metaphoricis* Ouid. ex Pont. 2, 8, 68. *conf. Id. Her. 1, 110.* Cic. Fam. 5, 15 Sed nescio quo modo ipsae illae excludere me a portu et perfugio videntur. Cic. ad Brut. 5 Quamquam tum et fugae portus erat in tuis castris, et subsidium salutis in tuo exercitu. Mul- torum, qui aliqua componunt, portus, sinus, praemium; omnium exemplum Plin. Ep. 8, 12. *de Capitone, de quo modo dixerat, Colit studia, studiosos amat, fouet, prouehit.* Nationum portus et refugium Senatus Cic. Off. 2, 26 c. 8. Idem Att. 4, . . . Quid si ces- sare libet, et in otii portum confugere? Cic. Fam. 7, 31 Sunt innu- merabilia generis eiusdem, quae quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiae portum contuliffem. Supplicii perfugium portusque exilium Cic. pro Caecin. 100 c. 34. Placidus portus aeterna quiete, *Mors* Senec. Agamemn. f. 7. Res est in portu, *i. In tuto; prouer- bialis locutio* Plaut. Merc. 4, 7, 49. Expectare tanquam portum so- litudinem Cic. de Orat. 1, 155. Navigare in portu, *est A periculo abesse; prouer- bialis locutio: propterea quod qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorum, et aestus arbitrio nauigant: contra, qui iam intra portum sunt, nihil habent negotii cum vndis ac ventis.* Ter. Andr. 3, 1, 22. Virg. Aen. 2, 598. Nunc mihi parta quies, omnisque in limine portus. Paratam nobis portum et perfugium mortem putemus, quo vtinam velis passis prouehi liceat Cic. Tusc. 1, 118. Venire in portum aliquando ex longa nauigatione Cic. de Senect. 71. ¶ 5 Portum veteres pro Domo posuisse Festus et Paullus aiunt, et sic in XII. Tab. positum esse Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obuagulatam ito.

**PORTVOSVS**, a, um. Adi. [Λιμνωδης] *Vt, Portuosus lo- cus, Portuosum mare, Multos portus habens.* Sallust. in Iugurtha 17. Cic. de Orat. 3, 66 c. 19. Vt philosophi tanquam in superum- mare Ionium defluerent, Graecum quiddam et portuosum. Naui- gatio minime portuosa Cic. Fam. 6, 20. Compar. Sallust. Iugurth. c. 16 Pars Numidiae portuosior. Superl. Plin. 4, 12 Insularum por- tuosissima.

**PORVS**, i. m. [Πῶρος] *Rex Indiae fuit, non tam ingentis cor- poris, quam animi magnitudine praeditus, quem Alexander deuicit.* *vid. Curtium 8 circa finem.* Eous Porus Claud. Conf. Hon. 4, 374. Nigri Pori regia Claud. Conf. Mall. Theod. 32. Porus alius, Me- tidis filius, de quo in PENIA.

**PORVS**, i. m. *Lapis arenarius, facile friabilis.* *vid. Plin. 34, 17. 36, 6. et 17 pr.*

## P O S

**POS**, videtur potius significare Pontem, quam Potentem, *inquit* Varro de L. L. 4 pr.

**POSCA**, vel **PVSCA**, ae. f. [ὀψύρατον] *Vi- num in torculari aquatum, ut quidam putant, quod apud Plinium,*

Varronemque, et alios Lora dicitur. Scribon. 46. 104. etc. Plaut. Truc. 2, 7, 48 Tum tantuli doni causa, holerum atque escarum, et poscarum, etc. Quidam potionis genus esse dicunt, quam Graeci oxycraton vocant, quae ex aquae acetique mixtura fit. Plin. 30, 7 Tormina sanat palumbus ferus ex posca decoctus. Celsus 2, 30 Altum astringunt merulac, palumbus, magisque si in posca decoctus est. Id. 4, 6 Dandus panis ex posca frigida. vid. Suet. in Vitellio c. 12. Plin. 20, 4. Spartian. in Hadr. c. 20. Taubm. ad Plaut. p. 846.

POSCO, poposci, ère. [αἰτιάουμι, ἀξίω] Rem debitam et honestam petere. Varro ap. Seru. in Aen. 9, 193 Poscere est quoties aliquid pro merito nostro deposcimus. Donat. in Andr. 2, 5 Poscimus imperiose: Postulam iure. conf. Valla 5, 77. Haec tamen differentia saepe confunditur; nam pro Petere etiam Posco accipitur. Cic. Verr. 4, 44. Nemo tam audax, qui posceret, nemo tam impudens, qui postularet, ut venderet. Ne poposcisses, ego me tibi non offerbam Cic. Att. 2, 1. Idem Pr. Aet. in Verr. c. 15 Quam quum poscebat, verbo illam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat. Cic. Verr. 4, 46 Qui pro testimonio dixit, te, quum inspiciendum poposcisses, avulso emblemate remisisse. Poscere ad raium Plaut. Aul. 2, 5, 10. Cic. Verr. 5, 70 Reliquos non desideraret solum, sed etiam posceret et flagitaret. Cic. Tusc. 3, 7 c. 3 Ut enim in Academiam descendimus, poposci eorum Aliquem qui aderam causam (i. argumentum) differendi. Plaut. Curc. 3, 8

Habent hunc morem plerique argentarii, Ut alius alium poscant, reddant nemini. Pugnâ rem soluant, si quis poscat clarius.

Causas veniendi poscere Virg. Aen. 1, 418. i. interrogare. Deos posci Quintilium non ita creditum, tanquam debitum. Hor. Carm. 1, 24, 12. Honorem deum sibi poscere Virg. Aen. 6, 589. de Salmoneo, qui honorem Ioui debitum sibi volebat tribui. Hor. Serm. 2, 3, 1 Sic raro scribis, ut toto non quater anno Membranam poscas scriptorum quaeque retexens.

Quo loco Turnebus, Poscere membranam ille videtur, qui ea scripsit, quae in membranam efferenda sint, nec retinenda in aduersariis, aut palimpsesto, nec delenda sint, sed edenda, et hominum lectioni committenda. Reprehendit igitur Damasippus Horatium, quod quae scribebat, retenebat omnia, aut debebat: neque quidquam eorum dignum membrana putabat, et hominum lectione. Cic. Verr. 2, 117 c. 47 Si hoc a me muneris, non vniuersa prouincia poposcisset. Numina tua posco supplex et ad te confugio Virg. Aen. 1, 670. Opem

poscere Hor. in Arte Poët. 411. Opem posci solitam (esse a diis) Cels. Praef. Oracula precibus Virg. Aen. 3, 456. Varro apud Non. 4, 377 In argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in Sermonibus Plautus. Partes audaciae sibi Cic. pro Rosc. Amer. c. 13. Poenas cum sanguine Virg. Aen. 2, 72. Potum posce-

re Varr. de L. L. 4, 26. Pretium pro sepultura aliquorum Cic. Verr. 1, 7. Pugnâ dicitur miles Liu. 2, 45. Cic. de Fin. 2, 1 Quorum e numero primus est ausus Leontinus Gorgias in con-

uentu poscere quaestionem: id est iubere dicere, quae de re quis vellet audire. vid. modo Causam. Rationem cuiuscunque tribus poposceris, me redditurum contendo Cic. pro Planc. 48. Reum poscere Liu. 9, 26. b. e. Accusare. Sumtum iam-

ne poscet ad id Scaptius? Al. Sumtu iam nepos euadat Scaptius? Cic. Att. 6, 2. Veniam peccatis poscere Hor. Serm. 1, 3, 75. Vitam poscere Ouid. Met. 9, 605.

2 Formulæ aliae. Cum duobus Accusatiuis Cic. Verr. 1, 7 c. 3 Rapiunt eum ad supplicium dii patrii, quod iste inuentus est, qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, & parentes pretium pro sepultura liberum posceret. Puerum poscere aliquid Ouid. Amor. 1, 4, 30. Munus amantem poscere Ouid. de Arte Am. 3, 805. Numos ma-

60 gistratum Sicyonium poposcit Cic. Verr. 1, 44. Veniam deos poscere Virg. Aen. 4, 50. Idem Aen. 8, 614 Aut acrem dubites in praelia poscere Turnum. Clamore aliquem poscere Plaut. Curc. 5, 3, 5. Olympo poscor Virg. Aen. 8, 533. h. e. Aut de Olympo poscor, aut certe In Olympum poscor. Seruius. Poculis maio-

65 ribus poscere vid. POCVLVM. Posci in certamen Virg. Aen. 11, 221. Sic Poscor, i. poscitur a me Ouid. Fast. 4, 721. Palilia poscor, Non poscor frustra Ouid. Fast. 4, 670. Grauidae posceris exta bovis Id. Met. 4, 274. Poscitur Alcathoe Prop. 4, 1, 76. Auerfus Apollo Poscitur inuita verba pigenda lyra Ouid. Met. 2, 144. Non est

70 mora libera nobis: Poscimus Sil. 2, 44. Poscimus o socii. Sed Horat. Od. 1, 32, 1. Poscimus, si quid vacui etc. probat quidem Brouckh. ad Prop. l. c. Sed Bentleius dedit Poscimus. Plin. 18, 28 Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit. Vbicunque causae, locusque poscebant Plin. 30, 1. Poscit vsus Caes.

75 Bell. Gall. 4, 2. Nulla est poscendi, nulla est reuerentia dandi Propert. 3, 13, 13. Peposci, in Praeserito, non Poposci, antiquum. Valerius Antias Annal. 45 Denique Licinius Trib. pleb. perduellionem ei diem dixit; et comitiis diem a Q. Martio Praetore peposcit. Laudat Gell. 7, 9 ubi et Memordi, Pepugi.

80 POSCENS, entis. Partic. [αἰτῶν] Negare aliquid poscenti Ouid. Amor. 1, 10, 64. et Met. 7, 376. Adde Met. 4, 334 et Hor. Epist. 2, 2, 62.

POSCINVMIVS, a, um. Adi. Apul. Met. 10 p. 248 Poscinumia meretricum basia, quibus numos ab amatoribus poscunt.

85 POSEA vel POSIA, ae. f. Oleae vel oliuae genus. Cato R. R. c. 6. Varro 1, 24. Colum. 12, 47. Scribitur et Pausia.

POSIDON, [Ποσειδών] Neptuni nomen apud Graecos, unde variae appellationes.

POSIDIANA, ae. f. In Baiano sinu sunt Aquae calidissimae, nomine accepto a Claudii Caesaris liberti, ut ait Plin. 31, 2.

POSIDIVM, s. POSIDEVM, i. n. [Ποσειδώνιον] Oppidum in finibus Macedoniae, non procul a Strymone amne, cuius meminit Plin. 4, 10. Est eiusdem nominis Oppidum in Syria Libano monti subiecta, cuius meminit idem Plin. 5, 20. Est item Posidium Ioniae promontorium, cum

95 oppido eiusdem nominis, quod olim Branchidarum, et postea Didymaei Apollinis oraculum fuit appellatum Plin. 5, 29.

POSIDONIA, ae. f. [Ποσειδωνία] Oppidum in litore Lucaniae, postea Paestum appellatum Plin. 3, 5. Troezen quoque Peloponnesi urbs eo nomine appellata est, quod τῶ Ποσειδώνι, id est Neptuno sacra

100 esset. Strab. 8.

POSIDONIVS, i. m. [Ποσειδώνιος] Philosophus Stoicus Apamiensis ex Syria (ut Strab. 14 auctor est) sed Rhodius existimatus, quia Rhodi vixit, ac philosophatus est. Fuit admodum familiaris Ciceroni, ut Idem testatur de Nat. Deor. 1, 6.

105 POSSESSIO, POSSESSOR. vid. POSSIDEO.

POSSIBILIS, *vid.* POSSVM.

POSSIDEO, sēdi, fessum, ēre. [ἐξέχει, κατέχει] *In potestate sua habere, et tenere tanquam rem suam.* Ter. Andr. 4, 6, 15 Quae illius fuerunt, possidet. Cic. pro Quint. 89 Omnia autem bona possessa non esse constitui, quod bonorum possessio spectetur, non in aliqua parte, sed in vniuersis quae teneri ac possideri possint. Sua esse omnia, atque a se possideri sicut propria volunt philosophi Cic. de Orat. 1, 217 c. 50. Ab aliquo possidere, *vid.* Vti via ab aliquo, *in* VTOR.

¶ 2 Rerum quae dicuntur possideri nomina: Ouid. Met. 4, 689 Latum sub pectore possidet Aequor *i. occupat, tegit pectore: De belua, cui Andromeda fuit exposita, estque emphasis, qua beluae magnitudo monstratur.* Agros Cic. de Lege Agrar. 1, 10. Bona alterius possidere ex edicto, *res acerbissima* Cic. pro Quint. 25 Antequam doceo id factum non esse: libet mihi C. Aquili ex officii ratione, atque ex omnium consuetudine rem ipsam et factum simul Sexti Naeui considerare. Ad vadimonium non venerat, ut ais, is quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant. Illicone ad Praetorem ire conuenit? continuone verum fuit postulare, ut ex edicto bona possidere liceret? ad haec extrema et inimicissima iura tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in posterum, quod grauius atque crudelius facere posses, reseruares? nam quid homini potest turpius, quid vero miserius, aut acerbius usu venire? quod tantum euenire dedecus? quae tanta calamitas inueniri potest? Pecuniam si cupiam fortuna ademit: aut si alicuius eripuit iniuria: tamen dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem, at non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis quidem suis vitur: alterius opes, id quod miserrimum est, non exspectat: hoc tamen in miseris adiumento et solatio subleuatur. *Igitur ad publicationem etiam bonorum pertinet.* Cic. Philipp. 11, 15 Itaque non assentior solum, sed etiam gratias ago Quint. Fusio; dixit enim seueram, grauem, Republica dignam sententiam: iudicauit hostem Dolabellam, bona eius censuit publice possidenda. Bona sine diminutione *v. g. vicefima hereditatum non soluta* Plin. in Paneg. c. 38. Cic. pro Rosc. Amer. 108. Cur quae reliqua sunt, iste Roscius omnia cum Chryfogono communiter possidet? Domum alterius Cic. pro Domo 110. Plaut. Epid. 3, 4, 33 Tuas possidebit mulier ferias *i. tua liberta erit. vid. FERIAE.* Fiduciam sibi commissam tenere ac possidere Cic. pro Flacc. 51. Forum armatis ceteris hominum perditorum Cic. pro Domo 110 c. 42. Idem Verr. 3, 158 Quibus rebus non sensim, atque moderate ad istius amicitiam arreperat, sed breui tempore totum hominem, totamque eius Praeturam possederat. Imaginem item nomen alterius Plaut. Amphit. 1, 1, 303. Ingenium inuerecundum animi Cic. de Invent. 1, 73, c. 45. Plin. Epist. 1, 3 Quid balineum illud, quod plurimus sol implet, et circumit? quid triclinia illa popularia? illa paucorum? quid popinae? quid cubicula diurna, nocturna? possidentne te, & per vices partiuntur? Mores possidere Plaut. Truc. prol. 13. Multa Hor. Carin. 4, 9, 45. Opes Ouid. Amor. 3, 8, 54. Palmam Plaut. Mostel. 1, 1, 31. Plus fidei quam artis, plus veritatis quam disciplinae possidet in se, quem Populus Rom. meliorem virum quam histrionem esse arbitratur Cic. pro Rosc. Com. 17 c. 6. Regnum Ouid. Fast. 3, 631. Vim magnam, magnam necessitatem, magnam religionem possidet paternus maternusque sanguis Cic. pro Rosc. Amer. 66. ¶ 3 Obserua: Possidam, *Futurum a* 55

Possido, possidis, *tertiaie Coniugationis, quousque sunt veteres.* Lucret. 1, 388 Nempe aer omne necesse est Inter corpora quod fiat, possidat inane. *i. Possideat, occupet.* Add. 1, 946. Passuum Cic. Att. 2, 18 Habet etiam Campana lex execrationem in concione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur. Omnia possideantur Lucret. 1, 391. Cic. Verr. 2, 46 c. 18 Quae bona, is, qui testamentum fecit, huic Heraclio, antequam est mortuus omnia vtenda ac possidenda tradiderat. Liu. 38 *extr.* In bona deinde L. Scipionis possessum publice Quaestor misit.

POSSIDENS, entis. Partic. Hor. Carm. 4, 9, 45 Non possidentem multa vocaueris Recte beatum. Italiani possidentes Iustin. 20, 1, 4.

POSSESSVS, a, um. Partic. [ἐξέχει] Amore alienae coniugis possessus Aur. Victor. Epit. c. 1. Id quemque, quod occupasset, habiturum arbitrabatur, velut certo iure possessum Curt. 4, 1, 27. Tetrarchia occupata et possessa paucis ante annis a Deiotaro Hirt. B. Alex. c. 78 *extr.* Noua semper amare, et mox possessa relinquere Petron. c. 120. Lucan. 2, 610. Vrbs est Dictaeis olim possessa colonis Ouid. Amor. 1, 2, 8 Et possessa ferus pectora versat amor.

POSSESSVS, us, m. Apul. Apol. p. 282 Plurimis rebus possessu careo, usu fruor.

POSSESSIO, onis, f. [ἐξέχει, κατέχει] *Et actum possidendi, et rem possessam vulgo notare solet.* Pro rebus posuisse videtur ipse Cic. in Parad. 6 Etenim si isti callidi rerum aestimatores prata et areas quasdam inagno aestimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest. *Et sic saepe ipse pariter atque alii.* Sed accuratius Possessio est, ut definit Gallus Aelius, usus quidam agri, aut aedificii, non ipse fundus, aut ager. Non enim possessio est, nisi in iis rebus, quae tangi possunt. Auctore Praetore qui dicit se possidere, is vere potest dicere. Itaque in legitimis actionibus, nemo ex reliquis possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, ut praetor his verbis vtatur, Vti nunc possidetis eum fundum, Q. D. A. (quo de agitur) quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis, aduersus ea vim fieri veto. Possessiones tamen appellantur et agri late patentes, publici, priuati, quia non mancipatione, sed usu tenebantur: et ut quisque occupauerat, collidebat, f. colebat. Haec Festus ex emendat. A. Augustini. Posteriora etiam habet Vet. Auct. de Limit. apud Rigalt. p. 292 Edit. Goef. Ad res quae tangi non possunt, transfert Cic. de Orat. 3, 120 Nostra est, inquam, omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines quasi caducam, et quasi vacuum abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt. Consistere in possessione iudicii et defensionis Cic. de Orat. 2, 200. Non est diuturna possessio, in quam gladio Inducimur Curt. 8, 8, 11. Mittere in possessionem *vid.* MITTO. Mittere in bonorum alicuius possessionem Cic. Diu. Verr. 1, 56. Occupare possessionem laudis Cic. Fam. 10, 7. Permanebit in possessione victoriae Respublica Planc. ad Cic. Fam. 10, 21. Permanet certa et stabilis sua cuique possessio amicitiarum Cic. de Amicit. 55. Ponere in libertatis possessionem pedem Idem Philip. 3, 28. Reti-

Reti-

- nuerunt in possessione sua iuris Ciuilis cognitionem atque interpretationem principes Cic. Off. 2, 65. Spectatur bonorum possessio non in aliqua parte, sed in vniuersis quae teneri et possideri possunt Cic. pro Quint. 89. Sum. Esse in possessione bonorum Cic. pro Caecin. 16. Sic et Quinct. 12, 2, 5. Cic. Acad. 4, 132 Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio. Tenere possessionem Siciliae Nep. 20, 2, 4. Pro ipsis Bonis immobilibus aliquando sumitur, sive pro Fundo Cic. Fam. 13, 5 Is habet in Volaterrano possessionem. Militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur Caes. B. C. 1, 17. Cui tanta possessio est, ut liberaliter possit viuere, diues est Cic. in Parad. 6. Liuius 32, 38 pr. Nabidi eam tyranno velut fiduciarium dare optimum visum, ut victori sibi restitueret: si quid aduersi accidisset, ut ipse haberet. de Corintho loquens, quam Philippus Nabidi ea lege dederat, ut si victor ex bello rediisset, Nabidi ei restitueret. Incerta possessio, vid. INCERTVS. Paternae possessiones Cic. de Lege Agr. 2, 83. Idem de Lege Agr. 1, 3 Vtrum tandem hanc siluam in relictis possessionibus, an in Cenforum pascuis inuenisti? Vacua Caesar Bell. Ciuil. 3, 112. Cic. Att. 12, 25 Voluptarias enim possessiones nolet Silius. Cedere possessione, vid. CEDO. Decedere de possessione Cic. de Lege Agr. 2, 67. Depelli possessione sua Cic. de Orat. 3, 106 c. 27. Detrahare aliquid de possessione, ac fidem acquirere Cic. Catil. 2, 28. Deturbari non solum spe, sed certa re et possessione Idem Fam. 12, 25. Dimouere et deicere aliquem de possessione Cic. de Lege Agr. 2, 80. Id. in Topic. 50 Si statuissimus ex edicto Praetoris secundum eas tabulas possessionem dari, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset. Dare ex edicto possessionem bonorum alicuius Cic. Fam. 7, 22. Datae haereditatum possessiones Cic. Philip. 1, 62. Exturbare e possessione aliquem Cic. pro Sulla 71 c. 25. Habebat in Italia pretiosas possessiones Nep. 25, 12, 3. Irruere temere in alienas possessiones Cic. de Orat. 1, 41 c. 10. Mouere possessione, vid. MOVEO. Notare urbanas et rusticas possessiones, et aliorum pecunias aestimare Cic. Philipp. 5, 20. Pellere aliquem possessione Cic. pro Milon. 75. Recuperare possessionem amissam Id. de Orat. 3, 108 c. 28. Proficisci in possessionem Cic. pro Quint. 85. Retinere aliquem in sua possessione Id. Att. 1, 16. Tenere possessiones paternas Id. Fam. 7, 21. Tueri latitudinem possessionum Cic. de Lege Agr. 2, 67. Idem Off. 1, 134 Nec vero tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios, sed cum reliquis in rebus, etc. Vsurpare possessionem Cic. de Orat. 3, 108.
- POSSESSIVNCŪLA**, ae. f. Diminut. [*πυροδίου*] Cic. Att. 13, 23 Omni enim asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensionem esse, quam delectationem possessiunculas meas.
- POSSESSOR**, oris. m. [*κτήτωρ*] Cic. Off. 2, 78 c. 22 Aut agrariam rem tentant, ut possessores pellantur suis sedibus. Agelli possessor Virg. Ecl. 9, 3. Bonorum acerrimus possessor, expulsor, ereptor Cic. pro Quint. 30. Italici litoris possessor Petron. c. 175. Habebat tantum quisque possessor, quantum diuisor reliquerat Antonius Cic. Philipp. 5, 20.
- POSSESSORIVS**, a, um. Adi. Tryphoninus in l. pen. §. Sed numquid D. de bon. libert. Sed numquid Praetor ei denegare possessorias actiones debeat. Libro quinto Pandectarum titulus est, De possessoria haereditatis petitione. add. ff. l. 37 t. 10 l. 4.
- POSSESSIVVS**, a, um. Adi. [*κτήτωρ*] Quod possessorem indicat. Vtuntur grammatici. Quinctil. 1, 5, 45 In quibus patrium pro possessiuo dicitur.
- POSSESTRIX**, icis. f. A Possidendo. Afran. Liberto, Tui monilis possesticem. Ita Tonstrix, ita Impulstrix, etc. Nonius 2, 631.
- POSSVM**, potes, potui, posse. [*δύναμαι, κερταίω, ἰσχύω, ἔχω, ἔστιν, εἶναι ἢ εἶναι*] Facultatem habere. Possum est velut Potis, contrahit Pos sum etc. vid. FOTIS, e. Ter. in prol. Heaut. 27 Ne plus iniquum possit quam aequum oratio. Asssequi nullis literis possum ut exprimam Cic. ad Brut. 15. Idem de Diuin. 1, 16 Quid scammoniae radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentium possit. Cic. in Orat. 69 Is qui in foro causisque ciuilibus ita dicit, ut probet, ut delectet, ut flectat; probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere victoriae. nam id vnum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. Cic. Verr. 3, 130 Loquebantur decumani palam, et praeter caeteros is, qui apud istum plurimum poterat, maximosque agros populabatur, Apronius. Apud aliquem amicitia beneficiis, dignitate plurimum posse Cic. pro Rosc. Amer. 4 c. 1. Plaut. Poen. 5, 6, 26 Trecentos numos credo, corradi potest. Sed tamen quod fieri poterit, non negligam Cic. Q. Frat. 3, 5. Fieri nihil potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi, etc. Cic. de Diuin. 2, 19. Ter. Andr. 4, 2, 16 Si poterit fieri, ut ne pater per me stetit credat, quo minus haec fierent nuptiae, volo. Fieri potest ut fallar Cic. Fam. 13, 74. et Phil. 13. Nempe fortuitum et eam, quae Philosophis appellatur contingentiam, vel casum adeo ita eloquuntur. Sen. Ep. 49 Dic mihi dormituro, Potes non expergisci: dic experrecto Potes non dormire amplius. Dic exeunti, Potes non reuerti: dic redeunti, Potes non exire. i. Fieri potest, ut non expergiscare, dormias, reuertaris, exeat. Nominare possum ex agro Sabino rusticos vicinos et familiares meos, quibus absentibus nunquam fere vlla in agro maiora opera fiunt, non ferendis, etc. Cic. de Senect. 24. Nescire non possum diutius quomodo iam se habeat tota res Brundusina Cic. Att. 9, 3. Non possum quin exclamem Cic. de Orat. 2, 39 c. 10. Idem de Orat. 2, 66 De musicis rebus non poterit quin dicat, hoc onere suscepto recusare. Non potuit quin suo sermone aliquem familiarium participauerit, Subaud. Continere se Plaut. Milit. 2, 2, 107. Ter. Phorm. 2, 1, 72 Non non sic futurum est: non potest. Non omnia possumus omnes Virg. Ecl. 8, 63. Cic. de Amicit. 26 Quod quisque minus per se ipse possit, id acciperet ab alio, vicissimque redderet. Per se posse minus, vid. Minor, in PARVVS. Cic. pro Quint. 69 Qui tum et poterant per vim, et scelus plurimum. Numquid tu melius dicere vis Quam potes? ap. Quinctil. 10, 3, 14. Quam maxime poteris, dabo operam, ut breue id faciam Pseudo-Cic. in Sallust. . . . Quam possum maxima voce dico Cic. pro Domino 95. Quam possunt mollissime substernunt nidos aues Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Quoad possem et mihi liceret, a senis latere nunquam discederem Cic. de Amicit. 1. Idem Att. 2, 7 Incende hominem amabo te, quoad potes Ter. Eun. 5, 1, 20 Comprehendi iube quantum potest. Quantum potui per aetatein,

tem, audidissime contuli Plin. Epist. 2, 16. Possum scire quo profectus, cuius sis, aut quid veneris? Plaut. Amphit. 1, 1, 190. *Add. Id. Caf. 3, 5, 25.* Possimne ego hodie ex te exculpere verum? Ter. Andr. 4, 4, 45. Si potes iuua me consilio, et tamen ista quantum potes prouide Cic. Att. 7, .. Si quid poteris Ter. Andr. 4, 2, 29. Dignitatem nostram, vt potest in tanta hominum perfidia, retinebimus Cic. Fam. 1, 2. Sic tueor, vt possim, concordiam Cic. Att. 1, 14. Diligentissime gravissimeque vt potui, sic te Caesari commendavi et tradidi Cic. Fam. 7, 17. *Cum Ablatiuo:* Caesar Bell. Gall. 1, 8 Gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat. *Nonnunquam cum Praepositione:* Ter. in prol. Heaut. 13 Sed hic actor tantum potuit a facundia, quantum ille potuit cogitare commode. Qui neque vsu satis, et ingenio parum possum Cic. pro Quint. 1. Quinctil. 10, 5 Nobiscum contendere Possumus, cum aliis non possumus. Tantum potest in dicendo haec res, vt ad id vincendum nulla plus possit Cic. de Orat. 2, 180. ¶ 2 Possim simpliciter dictum, certum tamen genus facultatis designat. Sic Cic. Att. 4, 5 Sed quoniam, qui nihil possunt, il me nolunt amare; demus operam, vt ab iis, qui possunt, diligamur: *de opibus in republica.* Sic fere Fam. 4, 13 Etiam illa, quae minimum nunc quidem potest, sed possit necesse est, res publica, quascunque vires habeat — de te impetrabit. *Ad generandi facultatem pertinet* Ter. Eun. 4, 3, 23 *de Eunuchis,* At pol ego Amatores mulierum esse audieram eos maximos, sed nihil potesse. Cic. Acad. 1 c. 3 Immo vero et haec (*Latina legent*) qui ista (*Graeca*) non poterunt, et qui Graeca poterunt, non contemnent sua. Potest, *pro Potest fieri* Plaud. Pseud. 2, 2, 38 Potest vt alii ita arbitrentur, et ego vt ne credam tibi. Si quid potest Liu. 10, 23. Cic. Fam. 1, 7 Poterat vtrumque praeclare, si esset fides, si grauitas in hominibus Consularibus. Cic. Att. 2, 9 Festiue, mihi crede, et minore sonitu quam putaram, orbis hic in Repub. est conuersus: citius omnino quam potuit: id culpa, Catonis. Quam potuit, *subaudi,* Per publicas rationes. *Ad id, quod saluis legibus fieri potest, respicit* Cic. Att. 2, 16 Potuerit intercedi nec ne, nihil ad se pertinere. Id. pro Domo 11 Nam quum ingrauesceret annona, vt iam plane inopia ac fames, non caritas timeretur: concursus est ad templum Concordiae factus, Senatum illuc vocante Metello consule; qui si verus fuit, ex dolore hominum et fame, certe Consules causam suscipere, certe Senatus aliquid consilii capere potuit. *Pro Valere et bene habere.* Cic. Tusc. 2, 44 Nihil enim dolet nisi pes: possunt oculi, potest caput, latera, pulmones, possunt omnia. ¶ 3 *Formae antiquae ex Potis sum.* Ter. Andr. 2, 6, 6 Potin' es mihi verum dicere? Idem Adolph. 4, 1, 23 Potin' es, vt desinas? Plaut. Amph. 3, 2, 22 Potin' es, vt abstineas manum? Idem Epid. 11, 60 Potin' vti molestus ne sies. Potis sunt est Plaut. Poen. 1, 2, 17. Ter. Eun. 4, 3, 23 At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos, sed nihil potesse. Plaut. Aulul. 2, 4, 30 Censen' talentum magnum exorari potesse ab isto sene? *Conf. Id. Cist. 1, 1, 32. Luer. 2, 1008. Par. Lex. Cr. p. 959 et 961.* Potessem, potesses, potesset; *Optatiuus antiquus.* Potessit Plaut. Pers. 1, 1, 41. Lucil. 5 Nam si quod satis est homini, id satis esse potesset Hoc sat erat: nunc quum hoc non est, qui credimus porro Diuitias vllas animi mi explere potesse?

Potestur, [*δύναται*] *pro Potest, poteratur pro poterat* frequens apud antiquos, teste Nonio 10, 33 seq. Pacuuius, Si qua potestur inuestigari via. Lucret. 3, 1023 Quod tamen expleri nulla ratione potestur. *Conf. Fest. Sic Possitur pro possit.* Apud forum palam, vnde de plano recte legi possitur Lex. Vet. ap. Cuiac. Obs. 7, 29.

POTENS, entis. Partic. [*δύναμενος*] Vlpian. in l. Si ambo D. de compensatione. Si quis igitur compensare potens soluerit: condicere poterit, quasi indebito soluto. *Sed multo frequentius Adiectiui* (*δυνατός*) *Nominis naturam habet.* Ter. Adolph. 3, 4, 58 Quam vos facillime agitis, quam estis maxime potentes, dites, fortunati, nobiles. Cic. pro Quint. 70 Si propter partium studium potens erat Alfenus. Corporis potens Curt. 9, 5, 13. Cypri potens Diua, *i. Domina* Hor. Carm. 1, 3, 1. *A Graecis sumtum, qui ita loquuntur; ηγεμονία κόρης.* Sic Id. Carm. 1, 5, 15 Potens maris Deus est Neptunus, et Frugum potens Ceres Ouid. Amor. 3, 10, 35. Imperii potens, *Qui imperium obtinet* Tacit. Ann. 11, 31. Mentis nec potens truculentus Atreus Senec. Thyest. 7 v. 547. Nemorum potens virgo Stat. Theb. 9, 608. *epitheton Dianae.* Pugnae et fugae potens Liu. 8, 39 pr. Regni potens, *i. Regno maturus* Liuius 24, 4 extr. Scelerum potens Stat. Theb. 11, 57. Sui potens Liu. 26, 13. Tempestatum potens Virg. Georg. 1, 27. Idem Aen. 1, 84 Nimborumque facis tempestatumque potentem. Voti aliquem potentem facere Ouid. Met. 8, 80. Plin. Pan. 78 extr. Quibusque apud Deos adesse consuesti, quorum potens es Votorum compotes facias. Vteri diua potens Ouid. Met. 9, 315, *Iuno Lucina.* *Ablatiuo iunctum:* Armis potens Virg. Aen. 1, 535. Classe virisque potens Ouid. Epist. 13, 59. Ferro potentes Propert. 3, 22, 21. Muneribus Veneris potens Hor. Carm. 4, 10, 1. Nobilitate Ouid. Met. 13, 22. Opibus potens Roma Idem Fast. 4, 255. Oppidis centum potens Crete Hor. Carm. 3, 27, 33. Pietate potentes Propert. 3, 22, 21. Proditione potens Ouid. Met. 8, 56. Venere turpi potens libido Senec. Octau. f. 7. ¶ 2 *Substantiua, quibus iungitur:* Ciuis potens Hor. Epod. 2, 8. Ciuitas ampla et potens Cic. de Inuent. 2, 169. 85 Dextra Virg. Aen. 7, 234. Dominator Senec. Herc. fur. 13. Dominus Virg. Aen. 6, 621. Factum Claud. Conf. Hon. 4, 220. Herbae Virg. Aen. 7, 19. Ignis sacer, nimiumque potens Senec. Hippol. f. 3. *de igne amoris.* Iustitia Hor. Carm. 2, 17, 15. *Fatum intelligit, Themidem, cuius antiquissimum oraculum.* Manus potentes terra marique Hor. in Carm. saecul. 53. Matrona potens Hor. de Arte Poët. 116. Nomen potens maris Senec. Hippol. f. 5. Populus Ouid. Fast. 5, 729. Regna Ouid. Amor. 1, 1, 13. Tactus Ouid. Met. 11, 308. Verba Idem Am. 3, 11, 31. *Compar.* Tanto potentior Ouid. Met. 14, 657. Arma feliciora potentioraque domi Liu. 31, 7. Ar- 95 mis potentior Ouid. Met. 6, 678. Potentiora et efficaciora Scribon. Ep. de medicamentis. Vltus potentior Id. 103. Quinctil. 6, 1 Tanto sunt quadam portione ad efficiendum potentiora, quam velut ipsorum ore dicuntur. Auro nihil potentius Ouid. Amor. 3, 8, 29. *Superl.* In affectibus potentissimus Quinct. 6, 2 *sub fin.* Argumenta potentissima Quinct. 6, 4. Potentissimus odor Plin. 13, 2. Potentissima in toto orbe terrarum Graecia Plin. 18, 7. Contumaciam potentissimorum virorum nunquam tuli Cic. Att. 6, 3. ¶ 3 Potens, entis. *Substant.* certe simpliciter positum Lucan. 1, 271 Libertatemque tueri Ausus, et armatos plebi miscere potentes. Ex humili 105

- potens Hor. Carm. 3, 30, 12. Cic. pro Domo 49 c. 19 Itaque quum tu Florens et potens per medium forum popularis volitares, etc. Cic. Off. 2, 69 Sed quis est tandem, qui inopis et optimi viri causae non anteponat in opera danda gratiam fortunati et potentis? Auctor ad Herenn. 2, 40 Vt si quis potens ac factiosus in concione dixerit, fatius est vti regibus, quam malis legibus. Potens, graciosus, disertus homo Cic. pro Cael. 22. Contra potentes ne quid stulte, ne quid temere dicam aut faciam reliquum est. Cic. Fam. 9, 16. Contra potentes nemo est munitus satis Phaedr. 2, 7, 1. Tribuere infinita potentibus Cic. ad Brut. 4. Maxime potens, vid. MAGIS. Fortuna potentem me fecit Ouid. Met. 10, 603. ¶ 4 Potens, qui rivalibus praefertur. sis felix, Caeli, sis in amore potens Catull. 101, 8. Nunc adirentur, quod tam mihi pulchra puella Seruiat, et tota dicar in vrbe potens Prop. 2, 26, 21. Quis is est tam potens cum tanto munere hoc? Ter. Eun. 2, 3, 61. Potentior largis muneribus aemuli Hor. Od. 4, 1, 7. Sic quam multi amant: Mea est potens, magnifica, procax, sumtuosa, nobilis Ter. Heaut. 1, 2, 53.
- POTENTER**, Adu. [*κατὰ δύναμιν*] Res potenter lecta, b. e. Juxta vires electa Hor. de Arte Poët. 407. Compar. Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa, potentius Ictu fulmineo Hor. Od. 3, 16, 9. Quinctil. 6, 4 Quod in altercatione fit potentius. Superl. Quinctil. Decl. 274 Potentissime dicere.
- POTENTIA**, ae. f. [*δύναμις, ἕκτρος*] Facultas, opes, vires agendi. Contrarium Impotentia. Virg. Georg. 1, 92 Ne tenues pluuiae, rapidiue potentia Solis Acrior. Inque feris subiti deprensa potentia morbi est Ouid. Met. 7, 537. Ventosa potentia Neptuni Idem Amor. 2, 16, 27. Potentia oculi, vid. OCVLVS. Potentia, i. Facultas Scribon. Ep. in. Virtus, med. Pro auctoritate et opibus ciuilibus, Cic. de Inuent. 169 Potentia est ad sua conseruanda, et alterius obtinenda idonearum rerum facultas. Cupido potentiae Tacit. Hist. 2, 38. Promta potentia Tacit. Ann. 12, 44. Subiecta inuidiae Iuuen. Sat. 10, 56. Sempiterna Tacit. Ann. 3, 30. Vasta Ouid. Met. 2, 520. Potentia in vi posita est et armis Cic. ad Brut. 10. Idem Off. 3, 36 Hinc Opum nimiarum potentiae non ferendae. Et Off. 3, 82 Qui omnia certa et honesta negligunt, dummodo potentiam Consequantur. Concupiscere opes violentas, et minime ferendam potentiam Cic. Philipp. 1, 29 c. 12. Criminari inuidiose potentiam alicuius Cic. pro Milon. 12. Dimicant de sua potentia homines Cic. Att. 7, 3. Idem pro Caecin. 71 Nimia ista quae Dominatur in ciuitate potentia. Cic. pro Muraena 25 c. 11 Erant in magna potentia, qui consulebantur: a quibus etiam dies tanquam a Chaldaeis petebantur. i. In auctoritate magna in Repub. Esse sine potentia Plin. Epist. 3, 7. Cic. pro Domo 80 Quae nec vis temporum, nec potentia magistratuum, nec res tum iudicata, nec denique vniuersi Populi Rom. potestas, quae caeteris in rebus est maxima, labefactare possit.
- POTENTIALIS**, e. unde
- POTENTIALITER**, Adu. Sidon. Epist. 7, 14 Cui me animus potentialiter notum facit.
- POTENTATVS**, ūs. m. [*δυναστεία*] Idem. Caes. Bell. Gall. 1, 50 Hic quum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse, etc. Aemulo potentatus inimicus Liu. 26, 38. Quod tuis sit viribus potentatuique conueniens Arnob. 1 p. 31. Add. Vulg. Sirac. 10, 11.
- POTENTATOR**, ōris. m. Tertull. de Resurr. Carn. c. 23 Solus potentator et rex regnantium.
- POTESTAS**, ātis. f. [*δύναμις, ἔκτρος, αὐθεντία*] Potestas, ut ait Paullus De Verb. signific. 1. Potestatis, plura significat. In persona magistratum, imperium: in persona liberorum, patriam auctoritatem: in persona seruorum, dominium. At quum agimus de noxae deditioe cum eo, qui seruum non defendit, praesentis corporis copiam et facultatem. Potestates, ut Magistratus, interdum ipsi, qui habent potestatem: Plin. 29, 4 Mites praestare dominos potestatesque exorabiles. Nempe potestas magistratus est, aut imperium adeo. Mansuetus et misericors in potestatibus fuit Auctor ad Heren. 3, 25. Cic. de Inuent. 2, 24 Sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur, aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut voluntas. Neque enim sunt motus in nostram potestatem Quinctil. 6, 2. v. Burm. Potestas adipiscendi, etc. Plaut. Epid. 1, 1, 13. Quae in nostra sita potestate, reddenda assensio est Cic. Acad. 4 c. 12. Hic me magnifice effero, qui vim tantam in me et potestatem habeam tantae astutiae Ter. Heaut. 4, 2, 31. Quocumque tempore mihi potestas praesentis tui fuerit, tu eris, etc. Cic. Fam. 1, 9, 72. i. copia: cum te praesentem habuero. Quilibet audendi aequa Poëtis et pictoribus potestas Hor. de Arte Poët. 10. Plumbi potestas, pro Plumbo: Lucret. 5, 1241. Et simul argenti pondus, plumbique potestas. Sic Virg. Aen. 4, 132 Odora canum vis, pro Canibus posuit. Cic. in Catil. 3, 18 Hanc urbem deorum immortalium nutu atque potestate administrari. Cic. in Vatin. 41 An erit haec Optio et potestas tua, vt, etc. Vis omnis ac potestas deorum Cic. de Nat. Deor. 3, 88. Idem ibid. 2, 29 Itaque necesse est illud etiam, in quo sit totius naturae principatus, esse omnium optimum, omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum. Idem de Lege Agr. 2, 37 Hoc paruum argumentum vobis erit, a certis hominibus Dominationem potestatemque omnium rerum quaeri, quum videatis eum, etc. Idem ibid. 2, 36 Si hoc fieri potest, vt in hac ciuitate, quae longo iure libertatis caeteris ciuitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis Imperium aut potestatem assequi possit: quid, etc. Cic. Tusc. 1, 74 Sed tanquam a Magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic a Deo euocatus atque emissus exierit. de Catone. Praeditus summa potestate homo Cic. pro Domo 110 c. 42. Compacta potestas Centaurorum ex membris alienigenis Lucret. 5, 878. Igitur de robore corporis etiam accipitur. Decemuiralis Tacit. Ann. 1, 1. Extraordinariae Cic. pro Domo 22. Firma rerum Valer. Argon. 4, 12. Fracta et paene translata Claud. Conf. Stil. 2, 125. Immensa deum Lucret. 5, 1208. Inuidiosa Claud. in Eutrop. 2, 554. Iusta potestas est illi in ambos Hor. Serm. 2, 7, 62. Iusta et legitima, vid. LEX. Lenis Claud. in primo Conf. Stil. 2, 167. Naturalis potestas, pro Natura: Vitruu. 2 Namque in his locis ita naturalis potestas architectata est. Quo genere circuitionis Lucretius utitur et Ferri potestatem, pro Ferro dicit. Turnebus. Regia Cic. de Legib. 3, 4 c. 2. Summa Senec. Thyeste 5. Tranquilla Claud. Conf. Mall. Theod. 239. Violenta Idem ibid. 240. Viuata corporis atque animi Lucret. 3, 557. Al. Anima innata potestas. ¶ 2 Formae Verborum: Abrogare potestatem, vid. ABROGO. Cic. de Legg. 3 c. 10. Accipere, vid. ACCIPIO. Aur. Victor in Vir.



Vir. Illustr. in Scaeuola. Adimere, *vid.* ADIMO. Cic. pro Quint. c. 2. Auferre per potestatem aliquid alicui Cic. Verr. 4, 52. Cadere in potestatem, *vid.* CADO. Concedere peccandi potestatem alicui Cic. Philipp. 11, 16. Continere in sua potestate aliquos Idem in Catil. 2, 26 c. 12. Deducere alicuius potestatem, *vid.* DEDUCO. Cic. pro Corn. Balb. 37 Potest esse vlla denique maiestas, si impedimur, quo minus per Pop. Rom. beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem imperatoribus nostris Deferamus? Divisa spatio potestas Lucret. 3, 264. Cic. Fam. 10, 13 Vt primum potestas data est augendae dignitatis tuae, nihil praetermissi, etc. Dare respirandi potestatem Cic. pro Quint. 87. Dare eligendi potestatem Idem de Inuent. 2, 2. Eripere potestatem Cic. in Vatin. . . Exisse de potestate proprie iratos dicimus, id est de consilio, de ratione, de mente Idem Tusc. 4, 77. Idem in Catil. 1, 11 Si quid de his rebus dicere vellet, Feci potestatem. Facere conueniendi sui potestatem omnibus Idem Philipp. 8, 31 c. 10. Facio interpellandi tibi potestatem Cic. pro Rosc. Amer. 73. Facta est libera mihi potestas loquendi Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 27. Facere potestatem scriptorum Scribon. Ep. 11. Cic. Q. Frat. 1, 2 Quod quum Gabinius de ambitu vellet postulare, neque Praetores diebus aliquot adiri possent, vel potestatem sui Facerent, in concionem ascendit. Auctor ad Heren. 3, 14 In diuitiis qualis, aut paupertate cuiusmodi fuerit, quemadmodum habuerit in potestatibus Gerendis animum. Gliscit potestas Tacit. Ann. 3, 69. Cic. pro Corn. Balb. 37 Si praemii tribuendi potestatem nullam haberemus. Habuit regalem potestatem Idem de Arusp. Resp. 54. *de Sulla.* Habere summam potestatem in aliquo loco Idem Q. Frat. 1, 1, 10. Idem in Sallust. 13 Qui eo tempore summam tui potestatem Habuit. Habere aliquem in sua potestate Idem ad Brut. 4. *Et Verr. 4, 135* Quaedamplatorum quidquid erat, Habebat in potestate. Habere vitae necisque potestatem in aliquem Cic. pro Domo 77 c. 29. Habeo ducendi liberum spiritum nullam potestatem Idem Anteq. iret in exil. 27. Habere ius potestatemque imperandi Idem Philipp. 11, 30. Nacti summam potestatem, *vid.* NANCISCOR. Cic. Phil. 1, 3 Dictaturam, quae vim iam regiae potestatis Obsederat, funditus ex Repub. sustulit. Ostendere suam potestatem in aliquem. *vid.* OSTENDO. Patet late potestas eius Cic. Fam. 4, 7. Idem Q. Frat. 1, 1 Vt ea potestate, quam tu ad dignitatem Permisisse, ad quaestum vteretur. Permittere decernendi potestatem aliquibus Idem Post red. in Senat. 3. Permissa potestas Valer. Argon. 8, 424. Cic. pro Lege Manil. 32 Quum duodecim secures in praedonum potestatem Peruenerint. Idem de Fin. 2, 86 Si modo sit aliquid esse beatum, id oportere totum Poni in potestate sapientis. Priuare aliquem potestate faciendi aliquid Cic. Fam. 5, 2. Idem Verr. 4, 64 Neminem, qui cum potestate aut legatione in prouinciam esset Profectus, tam amentem fore putauerunt. Prorogata fortunae potestas in nos Idem Q. Frat. 1, 1. Recisa orandi potestas Quinctil. 2, 16. Reddere potestatem certaminis victo Quinctil. 1, 2. Cic. Philipp. 5, 46 Equites, sagittarios, elephantos in suam Populique Rom. potestatem Redegerit. *Add. Nep. 16, 5, 1.* Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatem Cic. de Lege Agr. 73. Redire in suam potestatem dicitur, *Qui e potestate exierat: apud Gellium 7, 3 ex Catonis oratione ita legitur,* Suadetque vti haec res dies aliquot proferatur, dum tanto ex intervallo in potestatem nostram Redeamus. Retinere in potestate Cic. Fam. 12, . . Sum: Esse in potestate alicuius Plaut. Mostel. 1, 2, 54. Cic. pro Quint. 6 Omnes, quorum in alterius manu vita posita est, saepius illud cogitant, quid possit is, in cuius ditione ac potestate sunt, facere, quam, etc. Esse in potestate alicuius, *Ex eius voluntate pendere, et obtemperare.* Liu. 40, 46 *Censores rogati, vt inimicitias mutuas ponant,* Ambo significare, si alter vellet, se in potestate tot principum ciuitatis Futuros, *i. precibus illorum et suasioni obtemperaturos.* Asinius ad Cic. Fam. 10, 31 Pansa hortatur me, vt Senatui scribam, me et exercitum in potestate eius Futurum. Idem Q. Frat. 2, 9 Totum ei negotium permisi, meque in eius potestate dixi Fore. Omnibus in rebus me Fore in tua potestate, tibi confirmo Cic. Fam. 5, 4. *Conf. Graen.* Magnopere credo, illum Fore in officio et in nostra potestate Cic. Att. 1, 10. Idem Verr. 2, 135 Petis a me, quod in tua potestate Est, vt id tibi facere ne liceat? Non Est in potestate nostra Scribon. 172. Esse in potestatem, *vid.* IN. Esse cum potestate, *vid.* CVM. Esse sub potestate alicuius Liu. 24, 42. Est malefaciendi mihi potestas Plaut. Stich. 1, 2, 60. Est potestas tibi seruandi illum Ter. Andr. 3, 3, 10. Fuit potestas liberius viuendi Idem ibid. 1, 1, 25. Fuit potestas tibi quotidie hominis admonendi Cic. pro Quint. 46. Non Fuit potestas mittendi Cic. Att. 11, . . Est potestas certorum hominum, *h. e. Habeo certos homines ad manum.* Idem Fam. 1, 7, 2 Quoties mihi certorum hominum potestas Erit, quibus recte dem, non praetermittam, etc. Est integra nobis iudicandi potestas Idem Acad. 4, 8. Est sita in eorum potestate nostra salus Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 12. Ter. Heaut. 4, 3, 42 Quasi non ea potestas Sit tua, quo velis in tempore vt te exoluas, rem facias palam. Cic. Att. 16, 19 Praefertim quum tota potestas huius rei tua Sit. Idem pro Cluent. 75 Conspicitur in consilium, quum sententias Oppianicus, quae tum Erat potestas, (*i. quod tum fieri per leges poterat*) palam ferri velle dixisset, vt Stalenus scire posset, quid cuique deberetur. Est summa omnium rerum potestas Populi Romani Cic. de Arusp. Respons. 11. Subiicere se sub potestatem A. ad Heren. 2, 50. Cic. pro Caecin. 98 Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem Susceperat, ex potestate dimittit. Tenere aliquem in sua potestate et ditione Idem Verr. 1, 97. *Et Q. Frat. 1, 1* Tenere motum animi in sua potestate. Idem de Orat. 1, 216 Cui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem quasi quasdam habenas Tradidit. Venire in arbitrium ac potestatem alicuius Cic. Verr. 1, 150. Versari cum imperio et potestate in Repub. Idem Philipp. 118 c. 7. Potestas sine adiuncto, *pro Magistratu, vel, vt vocant, Officio, quod quis sub principe gerit.* Quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. A. ad Herenn. 3 c. 7. Tunc illi pauperes magistratus opulentam habebant remp.; nunc autem diues potestas pauperem facit esse Remp. Salu. de Prouid. l. 1. *Add. Iuuenal. 10, 99.* Plin. in Paneg. 142 c. 67 *pr.* Ciuile hoc erat, et parenti publico conuenientissimum nihil cogere: semperque meminisse, nullam tantam potestatem cuidam dari posse, vt non sit gratior potestate libertas. *Et Suct. Caes. c. 17* Eodem Nouium Quaestorem, quod compellari apud se maiorem potestatem passus esset. *Et Claud. c. 23* Iurisdictionem de fidei commissis quotannis et tantum in Vrbe delegari magistratibus solitam in perpetuum, atque etiam per prouincias potestatibus demandauit.

**POTESTATIVVS**, a, um. Adi. Tertull. aduers. Hermog. c. 19  
 ἄρα non tantum ordinatum, sed et potestatum capit principatum.

**POSSIBILIS**, e. Adi. [duvards] *Quod fieri potest. Laudant Plaut.*  
 Stich. 5, 6, 4 Possibile est tandem, stantem stanti fauorem dare, amicum  
 amicae? Sed vid. **PROSTIBILIS**. *Certior est auctoritas* Quinctil. 3, 8, 25  
 Melius ergo qui tertiam partem fecerunt duvards, nostri possibile nomi-  
 nant, quae ut dura videatur appellatio, sola tamen est. Sic Con-  
 ditio possibilis, cui opponitur Impossibilis Pomponius in l. Quum in  
 10 secundo D. iniusto, etc.

**POSSIBILITAS**, ātis. f. *Pro potestate et potentia alicuius proinde,*  
 Arnob. aduers. Gentes 1 p. 25 Atqui constitit Christum sine ullis admi-  
 niculis rerum, omnia illa quae fecit, nominis sui possibilitate fecisse.  
 Et Ammian. 19, 2 Medebatur quisque vulneribus pro possibilitate vel  
 15 curantium copia.

**POST**. [μετά, ὡς, κατόπιν, ὕστερον] *Præpositio loci et temporis,*  
*Accusatio casui iungitur, et contrarium quam Ante significat.* Virg.  
 Ecl. 1, 70 Post aliquot, mea regna videns, mirabor, aristas. Annum  
 post quintumdecimum creati Consules: i. *Cum intervallo XV annorum*  
 20 *fuisse Tribuni militum Consulori potestate* Liu. 5, 29 pr. Ablato  
 post undecimum annum a plebe consulatu Liu. 7, 18 pr. Diem  
 post hunc Plaut. Rud. 5, 3, 60. Cic. Att. 3, 7 Eo die pueri tui mihi  
 a te literas reddiderunt: et alii pueri post Diem tertium eius diei lite-  
 ras alias attulerunt. b. e. *Tertio die postquam priores acceperam; an-*  
 25 *tiqua figura, ut* Pridie eius diei, Postridie eius diei, Post diem tertium, et  
 Post diem quartum eius diei. Cic. Att. 9, 10 Hoc scribis post Diem quartum,  
 quam ab urbe discessimus. Dies post paucos castra habuimus Idem ibid.  
 5, 20. al. *omittunt* Post. Post Dies triginta Scribon. 269. Post  
 hoc Id. 156. 210. 212. Post haec ib. 227. i. *postea.* Post Horas tres  
 30 quatuorue Id. 100. Genus post Hominem natum pauci reperti sunt, qui  
 nullis praemiis propositis vitam suam hostium telis pro patria obiecer-  
 rint Cic. pro Corn. Balb. 26 c. 10. Post id locorum, *pro Postea*  
 Plaut. Trucul. 3, 1, 15. Iudicia post haec constituta, i. *Ex quo iu-*  
 35 *dicia constituta sunt* Cic. Verr. Act. 1, 17. **Fraetereo**, atque alii  
 post me memoranda relinquo Virg. Georg. 4, 148. Cic. in Pison.  
 65 Instant post hominum Memoriam paratissimi, magnificentissimique  
 ludi. Conf. Nep. 2, 5, 3. et 3, 1, 2. Post hominum Memoriam  
*significat, quantum retro memoria repetere, vel ex literarum monumentis*  
*intelligere licet.* Hoc post hominum Memoriam contigit nemini Cic.  
 40 Catil. 1 c. 7. Quod nemo unquam post hominum Memoriam fecit  
 Idem Verr. 3 c. 17. Sic Idem de Opt. gen. Orat. c. 6 Optimus  
 longe post homines Natos. Duo haec capita nota sunt post homines  
 Natos teterrima et spurcissima Cic. Phil. 11 c. 1. Menses post aliquot  
 is occisus est Idem pro Rosc. Amer. 128. Moram postque breuem  
 45 rescribe Ouid. de Arte Am. 9, 473. Orationem post Omnia con-  
 cludere Cic. in Orat. 122. Post Tempus venis Plaut. Capt. 4, 2, 90.  
 Cic. pro P. Quint. 19 Ego pro te nunc hoc consulo, post Tempus, in  
 aliena re, quod tu in tua re, quum tempus erat, consulere oblitus es.  
 Post Terga Virg. Aen. 11, 81. *Nempe ad locum referri iam monui-*  
 50 *mus: Post Montem se occultavit* Caes. B. G. 7, 83. Virg. Ecl. 3, 20  
 Tu post carecta latebas. Caes. Bell. Gall. 7, 88 Repente post tergum  
 equitatus cernitur. *Add. ib. c. 84.* ¶ 2 Post, suo Casui  
 non seruiens, *Aduerbiū est.* Ter. Hec. 4, 4, 78 In culpa non est:  
 post de matre videro. Virg. Aen. 1, 140 Post mihi non simili poena  
 55 commissa luetis. Post ubi confecti cursus, et dona peregit Virg.  
35 **PRAEBIBO**, ēre. Offer parasito meo, simul, quod ei praebibebim, commoneto Apul. 10 p. 246. *Vtitur et Scribon. 135.*

**PRAEBITO**, ēre. [*ἀναίρειν*] Pro Perimere, *vsurpauit* Plaut. Pseud. 3, 1, 10 Interminatus est a minimo ad maximum, si quis non hodie munus misisset sibi, eum cras cruciatu maximo se praebitere. Plautus pro Praeterire, in Poen. 5, 3, 44 Quid si camus illis obuiam? P. at ne inter vias praebitamus metuo. *Sed Gron. Praeterbitamus.*

**PRAEBLANDVS**, a, um. Adi. Strab. Gall. Hort. praef. Tenuesque fouet praeblanda vicissim Luna comas.

**PRAECALIDVS**, a, um. Adi. Tacit. Ann. 13, 16, 3 Praecalida potio. Prudent. contra Symmach. 2, 320. et in Symmach. praef. 1, 47.

**PRAECALEFACTVS**, a, um. Adi. Caes. Aurel. Acut. 1, 17. Scrib. Larg. Compos. 156 et 238. Marc. Emp. c. 25. Praecalefactus, a: est apud Scribon.

**PRAECALVVS**, a, um. Adi. [*προφάλακτος*] Caluus in anteriore capitis parte. Suet. de Galba c. 21 Statura fuit iusta, capite praecaluo.

**PRAECANO**, ēre. Tertull. adu. Marc. 4, 40. et adu. Iud. c. 10.

**PRAECANTO**, āre. Lucil. apud Non. 2, 260.

**PRAECANTATVS**, a, um. Part. Praecantati lapilli Petron. c. 134.

**PRAECANTATOR**, ōris. m. *Qui suis incantamentis mala ab hominibus amoliri posse creditur. Vid. Gronou. Obseru. p. 94.*

**PRAECANTATIO**, ōnis. f. [*προσπωδή*] a Praecantando. Quintil. Decl. 14 Diris vtique carminibus, et feralium praecantationum terrore permistum. *Herba praecantationibus legitimis consecrata Solin. c. de Africa.*

**PRAECANTATRIX**, f. **PRAECANTRIX**, icis. f. [*προσπωδός*] Varro de Liberis educandis, Vt faciunt pleraeque, vt adhibeant praecantrices, nec medico ostendunt Non. 8, 92. Plaut. in Milit. 3, 1, 99 Praecantrici, collectrici, ariolae, atque haruspicae. al. praecantatrici. *Nempe sic dicitur, quae cantionibus utitur, id est carminibus et incantamentis, quibus plurimum superstitiosi veteres tribuebant. Turneb.*

**PRAECANVS**, a, um. Adi. [*προπολιός*] *Qui ante annos iustos canus esse incipit.* Hor. Epist. 1, 20, 24 Corporis exigui, praecanum, solibus aptum.

**PRAECARVS**, a, um. Adi. *Nimis, siue multum carus.* Ter. Phorm. 3, 3, 25 Quantum opus est tibi argenti? eloquere. P. solae triginta minae. G. triginta? hui, praecara est. P. istaec vero vilis est. *Quaedam exemplaria Praecara legunt.*

75 **PRAECAVEO**, cāui, cautum, ēre. [*προφυλάττωμαι*] *Ante cauere.* Ter. Andr. 3, 5, 18 Namque hocce tempus praecauere mihi me, haud te vlscisci finit. Praecauere ab insidiis Liu. 9, 17. Cic. pro Rosc. Amer. 116 Atqui ea sunt animaduertenda peccata maxime, quae difficillime praecauentur. Idem Att. 2, 1 Quod a me ita praecautum atque ita prouisum est, non vt ego de optima illa mea ratione decederem. Astutia intelligendi ad praecauendum quibus abest, sibi iniecto terrore mortis, horrescunt Cic. de Fin. 5, 31. Ex Pacuuiō.

**PRAECAVENS**, entis. Partic. [*προφυλάττων*] Cic. pro Planc. 53 c. 22 Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerunt, prouidentem ante et praecauentem nunquam certe mouebunt.

**PRAECAVTVS**, a, um. Partic. [*προφυλαχθείς*] Cic. Verr. 4, 90 c. 42 Veruntamen ita res mihi tota prouisa atque praecauta est, vt si maxime esset inuentus, qui, etc. Discessu praecauto Iuuen. 1, 259. Praecauto opus est Plaut. Merc. 2, 2, 62. Peritia praecauta medicorum P. Chryzolog. Serm. 156 pr.

**PRAECAVTOR**, ōris. m. [*προφυλακτήης*] Plaut. Pseud. 2, 2, 12 Nam ego praecautor, et patronus foribus processu foras. *sed melius leg. preicator.*

**PRAECAVTIO**, ōnis. f. *Passionis auertendae praecautio* Caes. Aurel. Acut. 1, 15 n. 131.

**PRAECATECHIZATVS**, a, um. Adi. Praecatechizatus a prophetis Vet. Interpr. Iren. 4.

**PRAECĒDO**, ūi, ūum, ēre. [*προάγω, προβαίνω, προέρχομαι*] *Antecedere.* Plin. 11, 37 Nulla praecedente iniuria. *Praetoriturum.* Varr. de Ling. Lat. 5, 5 Vt enim cessit atque recessit, sic successit, et decessit, et concessit, et praecessit. Agmen praecedere Virg. Aen. 9, 48. *Per translationem, pro Praecellere.* Plaut. Afin. 3, 3, 39 Vt vestrae fortunae meis praecedunt Litane longe, etc. Praecedere auctoritate, sapore, suauitate, et similibus Plin. 29, 1. Idem 4, 6 Vnum aliud alterum germanitate praecedit. Columel. 3, 2 Tam venerabile

nerabile erat praecedere quatuor Annis Iuuenal. 13, 58. Armorum decus praecedere actis forensibus Lucan. ad Pison. 34. Caeteras (arteriacas) praecedere Scribon. 75. *i. superare.* Famae priscae titulos praecedere Stat. Silu. 2, 2, 146. Praecedere in re aliqua Plin. 18, 3. Longe praecedere, *vid. LONGVS.*

**PRAECEDENS**, entis. Partic. [*προερχόμενος*] Instare praecedentibus Hor. Epist. 1, 2, 71.

**PRAECESSOR**, oris. m. Tertull. adu. Prax. c. 1. Hieron. adu. Rufin. 3, 6. Rufin. *apud* Hieron. Ep. 63.

**PRAECELER**, celēris, et celēre. Adi. [*πολυταχὺς*] Valde celer. Plin. 9, 46 f. 70 Vt prope carinam ventum est, nisi praecelerī vi repente rapiant, absumi spectant. Viri praeceleres Stat. Theb. 6, 550.

**PRAECELERO**, are: [*προτρέχω*] Praecurrere. Stat. Theb. 4, 799 Pars arcta plebe sequuntur, Praecelerantque ducem, medium subit illa per agmen. *Neutraliter.* Idem Theb. 2, 497 Fert via per dumos propior; qua calle latenti Praecelerant.

**PRAECELLEO**, ēre. *Antique.* Plaut. Pseud. 2, 3, 14 Vt quisque fortuna vitur, ita praecellet. *Vsitatus est*

**PRAECELLO**, cellui, cellum, ēre. [*προέχω, διαφέρω*] Praecedere et superare. Plin. 12, 3 Malus Assyria odore praecellit foliorum. Mobilitate praecellere Lucret. 2, 160. Claritudine generis Tacit. Ann. 16, 7, 2. Robore mentis Sil. 3, 603. Silanus per insignem nobilitatem et eloquentiam praecellebat Tac. Ann. 3, 24, 6. Praecellere alicui, *pro Imperare, et dominari* Idem Ann. 12, 15.

**PRAECELLENS**, entis. Adi. [*προεχής*] Iuuenis praecellens robore mentis Sil. 3, 603. *Compar.* Plin. 12, 6 pr. Maior alia pomo et suauitate praecellentior, quo sapientes Indorum viuunt. *Superl.* Omnibus rebus praecellentissimus vir Cic. Verr. 6, (4) 97 c. 44.

**PRAECELLENTIA**, ae. f. Tertull. Apol. c. 23.

**PRAECELSVS**, a, um. Adi. [*ὑπερψηλός*] Valde excelsus. Cic. Verr. 4, 107 c. 48 Enna autem ubi ea, quae dico gesta esse memorantur, est loco praecelso atque edito. Moles praecelsae Stat. Silu. 1, 5, 27. Rupes Virg. Aen. 3, 245. Fortuna Stat. Silu. 3, 3, 85. *Compar.* Saluian. 6 p. 226 Omnes ferme praecelsiores viros calamitatibus suis factos esse peiores.

**PRAECENTIO**, *vid. PRAECINO.*

**PRAECEPTIS**, cipitis. Adi. [*προηής, ἀπότομος, κρημνώδης, παράκρημος, ἀπορριπτός*] a Prae et Caput componitur; significatque proprie motum animalis, ubi caput periculo primum offertur, praefertim in lapsu. Martialis de urso 1, 11 Praeceptis sanguinea dum se rotat versus arena. Virg. Aen. 3, 598 Mox sese ad litora praecipis. Cum fletu precibusque tulit. h. e. Sine respectu salutis, inquit Seruius. Hinc de nimia celeritate etiam animi. Praeceptis in auaritiam et crudelitatem animus Liu. 26, 38. h. e. *Promptus et procliuis.* Praeceptis ingenio in iram Idem 23, 7, 45 Cic. pro Milon. 86 c. 31 Albanorum obrutae arae sacrorum Populi Rom. sociae et aequales: quas ille praecipis Amentia, caesis prostratisque sanctissimis lucis, substructionum infans molibus oppresserat, etc. Consiliis omnibus praecipis et deuius homo Cic. Philipp. 5, 37 c. 13. Praeceptis animi Virg. Aen. 9, 685. Idem ibid. 2, 516 Praecipites atra ceu tempestate columbae. Ter. Andr. 1, 3, 92 Quo iure, quaeque iniuria, praecipitem me in pistrinum dabit. In praecipis raperet, *pro Deorsum* Virg. Georg. 1, 203. Cic. de Arusp. Resp. 51 c. 24 An ille demens, et iam pridem ad poenam, exitiumque praecipis, foedior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quam in vniuerso Senatu vituperando fuit? In omnia praecipis Lucan. 2, 656.

¶ 2 Locus etiam praecipis dicitur, vnde lapsus in caput facilis ac periculofus est. v. g. Virg. Aen. 2, 460 Turrim in praecipiti stantem. Hinc *Metaph.* Praecipis velut substantiue ponitur pro periculo. Ex praecipiti leuari, *E magno periculo* Hor. Sermon. 2, 3, 293. Petere aliquid ex praecipiti Ouid. Met. 13, 378 summo cum periculo. In praecipiti est aegrotus: *i. In summo discrimine* Cels. 2, 6. In praecipis peruenire Patere. 2, 3, 4. Omne in praecipiti vitium stetit Iuuen. Sat. 1, 147. Numerofa parabat Excelsae turris tabulata, vnde altior esset Casus, et impulsae praecipis immane ruinae Iuuenal. 10, 105. *Apud* Stat. Silu. 1, 4, 51 Praecipis iuuenile, praecipitantia.

¶ 3 *Iam ordine elementari Substantiua ponemus, e quibus ipsis, quam varie significet nomen hoc, poterit intelligi.* Aestas Sall. ap. Seru. ad Virg. Georg. 1, 43. *i. fini proxima, ut Annus, Dies, Hiems, Nox, Senecta, Ver.* Alea praecipis Hor. Epist. 1, 18, 21. *i. periculofa.* Amentia Stat. Theb. 12, 765. Annus Senec. Herc. fur. f. 3 exiens. Audacia Claud. in Ruff. 1, 34. Celeritate quadam dicendi praecipiti volubilis homo Cic. pro Flacc. 48. Certamen Virg. Georg. 3, 103. Currus Idem ibid. 3, 358. Currus Lucan. 3, 391. Dies Liu. 4, 9 extr. Dici praecipis in notem tempus caufatus est Curtius 4 extr. Fossae praecipites, *In quas quis potest praecipitari, Profundae* Virg. Aen. 11, 888. Fossae praecipites nondum cingebant oppida Ouid. Met. 1, 97. Frigor Oceani Valer. Argon. 3, 404 *ex lapsu profundo.* Cic. pro Domo 91. Nullo labore, tuo praecipiti Furori atque impio sceleri restitissim. Gloria Stat. Theb. 10, 834 *cum periculo alta petens.* Gradu praecipiti secreta mentis exserere Sen. Herc. Oct. f. 4. Hiems Sall. apud Seru. ad Virg. Georg. 1, 43 *ut Aestas etc.* Ira Senec. Hippol. f. 4. Ouid. Trist. 4, 3, 74 Ardua per praecipis gloria vadit Iter. Letum Senec. Hippol. 2. Locus Cels. 3, 23. Locus decliuis et praecipis Caes. Bell. Gall. 4, 33. Cic. Acad. 4, 68 Vt tamen in praecipitem Locum non debeat se sapiens committere. Locos praecipites vitare Lucret. 4, 512. Murus praecipis in salum pedestre interceperat iter Curt. 4, 2, 9. Nimbus Valer. Argon. 1, 83 *impetuofus.* Nox fuit praecipis Ouid. Met. 9, 485. Palmites praecipites Columel. 5, 6, 33 qui de hornotinis virgis enati, in duro alligantur, *vid. mox Praecipitare palmitem.* Periculum Cels. 2, 11. Procellae Stat. Theb. 5, 419. Profectio praecipis et subitus discessus Cic. Att. 9, 12. Saxum Ouid. in Ibin 495. Senectus praecipis, *i. Decrepita:* Pseudo-Cic. ad Octau. O meam calamitosam et praecipitem senectutem! Sententiae praecipites vel obscurae Quintil. 7, 2. Sol praecipis in Occasum Liu. 10, 42. Ouid. Fast. 2, 400 In tam praecipiti Tempore ferret opem. Ver Seru. ad Virg. Georg. 1, 43 *ut Aestas etc.* Via Quintil. 6 prooem. *Contraria.* Cic. pro Flacc. 105 c. 42. Quem posthac fore tam amentem putatis, qui non illam Viam vitae, quam ante praecipitem et lubricam esse ducebat, huic planae et stabili praepionendam esse arbitretur? Vitia praecipitia Scribon. Ep. m. Vnda Stat. Theb. 6, 774.

¶ 4 *Verborum formulae:* Abire praecipitem Sallust. in Catil. c. 25. Adigere praecipitem Virg. Aen. 6, 594. Cic. Verr. 1, 7 c. 4 Agunt enim praecipitem poenae ciuium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit.

Virg. Aen. 5, 456 Praecipitemque Daren ardens Agit aequore toto. Agere aliquem de fundo praecipitem Cic. pro Caecin. 60 c. 21. Cadunt apes praecipites Virg. Georg. 4, 80. Capessere se praecipitem ad malos viros, vid. Capesso in CAPIO. Currimus praecipites Iuven. Sat. 10, 85. Decidere in praecipitem Ovid. Met. 12, 339. Defensor praecipitem Virg. Eclog. 8, 59. Deturbat ab alta puppi praecipitem in mare Idem Aen. 5, 175. Dare praecipitem, pro *deicere et excludere*: Ter. Phorm. 4, 3, 20 Nam caeteri quidem hercle amici omnes modo, vno ore auctores fuere, vt, praecipitem hanc daret. Dare praecipitem in terram Liu. 31, 37. Dare praecipitem e turri Sen. Troad. 621. Dedit se praecipitem testo Hor. Serm. 1, 2, 41. Cic. Verr. 6 (4) c. 40 Quum iste imperat historibus, vt Sopatrum de porticu, in qua ipse sedebat, praecipitem in forum deiciant. Catull. 18, 9 Quendam municipem meum de tuo volo ponte Ire praecipitem in lutum per caputque, pedesque. Imus praecipites Perfl. 3, 42. Exturbatus e prouincia praecipitem Cic. Verr. 4, 67. Idem de Amicit. 91 Obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens, praecipitem amicum Ferri sinit. Fertur praecipitem in hostem Virg. Georg. 3, 236. Caecum et praecipitem me Ferri confitear in causa Cic. pro Planc. 6. Idem Verr. 5, 20 Errabas Verres, et vehementer errabas, quum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare, praecipitem amentia ferebare, qui te existimares avaritiae vulnera crudelitatis remediis posse sanare. Fugit praecipitem in exilium Iuven. Sat. 10, 160. Iacere aliquem in praecipitem Tacit. Ann. 4, 22. Labuntur stellae praecipites caelo Virg. Georg. 1, 366. Mittere praecipitem de muro, vid. MITTO. Mittere se toto corpore praecipitem ad vndas Virg. Aen. 4, 253. Patet in praecipitem Idem ibid. 6, 578. Perturbare aliquem praecipitem ex ciuitate Auct. ad Heren. 4, 13. Proficere praecipitem in vndas Virg. Aen. 5, 860. Rapere aliquem praecipitem Ovid. Met. 3, 694. Ruunt praecipites pariterque Virg. Aen. 11, 673. Idem ibid. 2, 307 Praecipitesque Trahit siluas. i. *Secum deorsum rapit arbores*. Ovid. Met. 2, 320 Voluitur in praecipitem, etc. Vrgere populum praecipitem Lucan. 1, 486. ¶ 5 Praecipites, pro Praecipitem, et pro Anceps, Ancipes olim dicebatur. Plaut. Rud. 3, 3, 8 Quin scelestus sacerdotem anum praecipites. Sic legit Turnebus ex veteri codice. Gron. anum praecipitem Repulit. Vid. Priscian. 6 p. 725, qui laudat etiam Liuuium Andron. et Enn.

PRAECIPITO, are. [*πρηνυίζω, καταπρηνυίζω*] In praecipitem deicere, sed etiam ire in praecipitem, vel se deicere, ruere etc. Ter. Adelph. 4, 2, 37 Vbi eo veneris, cliuos deorsum vorsum est, hac te praecipitato, i. *celeriter descendito: sed studiose et malitiose verbo male ominato vititur*. Pondera praecipitant ex supero Lucret. 2, 247. h. c. Praecipitanter ruunt. Imbres praecipitare in gremium matris Terrae Lucret. 1, 251. Quum vero deorsum per fauces praecipitauit Idem 4, 632. de cibo. Vitis in occultas praecipitatis aquas Ovid. in Ibin 328. Cedentem iuuenem retro praecipitat Stat. Theb. 6, 789. Ad terram se praecipitare de montibus Lucret. 4, 1015. Praecipitare sese de turri Liu. 23, 37. Praecipitare se ex aliqua rupe Plin. 8, 36. Praecipitare se in flumen Caes. Bell. Gall. 4, 15. Praecipitare palmitem, flagellum, et huiusmodi, pro *Deorsum deflexum pendere pati, quare fertilitas promouetur, sed cum periculo vitis*. Columel. 4, 24, 19. it. 5, 6, 26 et 33. Cato c. 32 Vites bene nodentur per omnes ramos, diligenterque cauet, ne vitem praecipites, et ne nimium perstringas. Nempe vitis capiti periculosa est illa praecipitatio. Praecipitem agere. Cels. 6, 7 non procul ab initio, Aurium inflammationes doloresque interdum etiam ad dementiam, mortemque praecipitant. Ex altissimo dignitatis gradu praecipitari Cic. pro Domo 98 c. 37. Idem Att. 3, 15 Quod si fuisset, fidem eandem, curam maiorem adhibuisses: me certe ad exitium praecipitantem retinuisses. Praecipitari in insidias Liu. 25, 16. Curae praecipitant Virg. Aen. 11, 3. i. *Vrgent*. Cursum praecipitare Iuven. Sat. 15, 78. Fata sua Lucan. 7, 51. Ira et furor mentem praecipitant Virg. Aen. 2, 316. Moras praecipitate Idem ibid. 8, 443. Praecipitanter, id est festinanter abiicite Seruius. Spem Ovid. ex Pont. 3, 1, 140. Tu magna gerendi Praecipita Tempus Sil. 13, 774. Hiems praecipitat Caes. Bell. Ciu. 3, 25. h. e. *Ad finem vergit*. Lux praecipitatur aquis Ovid. Met. 4, 92. Nilus praecipitat, Praecipitem ruit, et ex alto dilabitur: Cic. in Somn. Scip. 13 Nec est vllus hebetior sensus in vobis, sicut vbi Nilus ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altissimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. h. e. Praecipitanter et festinanter cadit: ut est apud Virg. Aen. 2, 9 Et iam nox humida caelo Praecipitat, suadentque cadentia sidera somnos. Praecipitauerunt in insidias Liu. 3, 51. Hinc Praecipitare, inconsiderate agere. Plaut. Trin. 2, 1, 30 Nam qui in amore praecipitauit, peius perit, quam si saxo saliat. Cic. de N. D. 1, 89 c. 32 Praecipitare istuc est, non descendere, de saltu quem vocant in demonstratione commissio. Cum Infinitiuo: Sil. 3, 165 Priscosque referre labores Praecipitat. h. e. *Festinat*.

PRAECIPITANS, antis. Partic. [*πρηνυίζων*] Gubernaculum praecipitans traxi mecum Virg. Aen. 6, 351. Discrimine nullo se praecipitans Valer. Argon. 4, 297. Impellere praecipitantes, aut vrgere iacentes, certe est inhumanum Cic. pro Rabir. Post. 2. h. e. Ruentes in praecipitem. Conf. pro Cluent. c. 26. Cic. de Orat. 3, 184 c. 48 Quem in cadentibus guttis, quod interuallis distinguuntur, notare possumus, in anni praecipitante non possumus. Cic. pro P. Sulla 1 Improbi ac perditii ciues, re domiti ac victi, praecipitante Republica vehementem me fuisse atque fortem: conseruata mitem ac misericordem faterentur. i. *Corruente*. Conf. ib. 87 c. 31. Cic. pro Domo 40 Tu tuo praecipitante iam et debilitato Tribunatu, auspiorum patronus subito exististi.

PRAECIPITANDVS, a, um. Partic. [*καταβροχιστός*] Dare pectora praecipitanda faxis Ovid. Epist. 15, 192.

PRAECIPITATVS, a, um. Partic. [*κατακρημνιστός*] Qui se praecipitatos ex locis superioribus dicerent Cic. pro Caec. c. 17. Idem Fam. 11, 28 An quod adolescens praestiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc aetate praecipitata commutem, ac me ipse retexam? i. *Decrepita*. Morte praecipitata fungi Paterc. 2, 49, 1. Iamque morae spatium nox praecipitata negabat Ovid. Trist. 1, 3, 47.

PRAECIPITANTER. Adu. [*πρηνυιδώς*] Temere, inconsiderate. Lucret. 3, 1075 Currit agens mannos ad villam praecipitanter.

PRAECIPITANTIA, ae. f. [*καταβροχισίς*] Gell. 6, 2 Sicut lapidem cylindrum si per spatia terrae prona atque derupta iacias, causam quidem ei et initium praecipitantis feceris, mox tamen ille praecipitem voluitur.

**PRAECIPITATIO**, ōnis. f. [*κατακρημνις*] Senec. de Ira 1, 12 Sed consilium omne et poenitentiam irrevocabilis praecipitatio abscondit.

**PRAECIPITIVM**, i. n. [*κηρυξ*] Locus praeruptus, unde praecipitari facile potest. Lactant. 2, 3, 16 Dum aliorum praecipitium vident. Deferrī per praecipitia Quinctil. 1, 10. Peruenire in praecipitia Patere. 2, 10, 1. Conf. Id. 2, 112, 7. In praecipitia cursus iste deducit Sen. Epist. 8.

**PRAECEPTIO**, **PRAECEPTOR**, **PRAECEPTVM**, vid. **PRAECEPTIO**.

**PRAECERPO**, psi, ptum, ěre. [*προσέρπω*] Ante carpere. Plin. 18, 19 Ne germinum tenera praecerpant. Valer. Max. 2, 3 Nimirum non plura praecerpens quam acciderant. Praecerpunt iubas leonī Stat. Theb. 9, 193. Cic. Verr. 4, 80 c. 37 Non praecerpo fructum officii tui, non alienam mihi laudem appeto. Reperitur etiam Praecarpo, apud Macrob. Saturn. 2, 15 Mala citrea alia praecarpuntur, alia interim maturefcunt.

**PRAECERPTVS**, a, um. Partic. Liu. 45, 1 Victoriae nunciū praecerptam eius rei laetitiam inuenerunt.

**PRAECERTATIO**, ōnis. f. [*προερτία*] a Praecerto. Auct. ad Heren. 4 c. 30 Mihi tecum praecertatio non est, etc.

**PRAECIA**, ae. m. a Prae et Cieo; Praeclamator. Apul. Met. 11 p. 261 Praeciae, qui facilem sacris viam dari praedicarent. Festus, Praecias dicebant, qui a Flaminiis praemittebantur, ut denuntiarent opificibus, manus abstinere ab opere, ne si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur. Conf. **PRAECLAMITATOR**.

**PRAECIAMITATOIRES** corrupta vox apud Festum, pro qua leg. Praeclamitatores, quod vid. f. 1.

**PRAECIDO**, cidi, cĭsum, ěre. [*ἀπορέμω, ἐκκόπτω*] Ante caedere, ante immolare, inquit Festus. Sed hoc pertinet forte ad solam hostiam Praecidaneam, de qua mox: et, si vera est lectio quorundam MSS. ad Ouid. Her. 20, 141 Praecidere messes pro quo legitur Praecerpere eodem intellectu. Sollemni quidem intellectu amputare, obtruncare significat. Plin. 16, 30 Etsi infra quam rami fuere, praecidatur, quod superest, vivit. Cic. pro Rabir. 51 Etsi C. Marius quod fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iouis Opt. Max. templis ac sedibus praecidi imperarat, etc. Petron. 140 Quod manus irata praeciderat. Ancoras praecidi imperat Cleomenes Cic. Verr. 5, 87. Aures praecidere Iustin. 1, 9, 17. Capillos praecidere Petron. 105. Caput praecidi collegae sui Consulis C. Octavii iussit Cinna Cic. Tusc. 2, 55. Capita patrum ut praecidant filii iubent piratas Petron. 1. Cotem nouacula praecidere Cic. de Diuin. 1, 32. Linguam Plaut. Aul. 2, 2, 12. Et Metaphor. Idem Mil. 4, 6, 55. Manum alicuius gladio praecidere Cic. de Inuent. 2, 59 c. 20. Medium aliquem praecidere Lucret. 3, 636. Liu. 5, 24. Medium Mare Quinctil. Decl. 12, 22 p. 263. i. breui cursu mare transmittere. Vid. Burm. not. Sed melius videtur illum locum sic emendare: Non praecides medio mare? ini. cursum, vel tale quid. Auct. ad Her. 4, 67 c. 54 Per abscisionem significamus, si, cum incipimus aliquid dicere, praecidimus, et ex eo, quod iam diximus satis relinquatur suspicionis. Praecidere est medium sermonem, ut ibi mediam navigationem abrumpere.

¶ 2 Nempe Metaphoras frequentes patitur hoc verbum, quae hanc vim habent, ut subitum et abruptum velut finem rei significant. Sic Cic. Off. 1, 120 c. 37 Ut amicitias, quae minus delectent, et minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissiuere, quam repente praecidere. Causam belli Hor. Epist. 1, 2, 9. Cic. Verr. 3, 51 Postremo illa quidem certe tibi praecisa defensio est, in qua tu semper omnia tua furta atque flagitia latere posse arbitratus es. Idem ibid. 2, 151 Velim quaerere nunc ex ipso Metello, quidnam sua vi et auctoritate ex hac oratione mihi praeciderit. Cic. de Orat. 2, 28 Et simul praecisa, inquis, mihi quidem dubitatio est, quoniam neque domi imperaram, etc. Idem Q. Frat. 2, 10 Tenediorum igitur libertas securi Tenedia praecisa est, quum eos praeter me et Bibulum, et Callidium, et Fauonium nemo defenderet. Licentiam libertatemque viuendi sibi Cic. Verr. 3, 3. Lucan. 6, 340 Et maturato praecidit vespere Lucem. Cic. Verr. 2, 161 Da mihi hoc, iam tibi maximam partem defensionis praecideris. Idem in Pison. 51 De reditu Gabinii omitamus: quem etsi sibi praecidit, ego tamen os ut videam hominis expecto. Conf. Id. Verr. 1, 20 c. 7 Spem iudicii corrumpendi reo praecidere. Breui praecidam Cic. de Sen. 57 c. 16. i. paucis dicam. Id. Acad. 2, 133 c. 43 Placet Stoicis, omnia peccata esse paria: at hoc Antiocho vehementissime displicet. Liceat tandem mihi considerare vtram sententiam sequar. Praecide, inquit, statue aliquando quid libet. i. simpliciter, sine conditione, dic sententiam. Vid. Cic. Att. 8, 4 quem laudamus in **PRAECISE**. Interdum Praecidere est negare, i. spem impetrandi, et ultra rogandi voluntatem amputare. Cic. Att. 10, 16 Quod quia plane quum in Formianum venisset praeciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. Vid. paullo post **PRAECISE**, Dure.

¶ 3 Castrare significat, quae quidem elliptica potius quam metaphorica ratio est. Martial. 9, 3 I nunc et miseros, Cybele, praecide cinaedos, Haec erit, haec cultris mentula digna tuis. Vid. **PRAECISVS**. Hinc

¶ 4 Turpitudinem eam notat, quam verbum Paedicare: ut videtur ideo, quia qui mare vitur pro femina, castrare illum, et virilibus muneribus privare videtur. Passim sic Martialis v. g. 6, 39. 4, 48. 9, 48. 7, 61. 11, 29. Priap. 12 et 14. Videtur aut idem esse Percidere, aut in Vet. Gloss. Percidit et Percifus prima syllaba emendandum esse. Nempe sic dedit Labbaeus, Percidit, *περσάϊες, ὡς ἐν ἀρχαῖς*, et Percifus Paedicatus, *περσυσμένος*.

¶ 5 Praecidere, i. os obturare etiam sensu obsceno, videtur ad **PERCIDO** pertinere v. v.

**PRAECISVS**, a, um. Partic. [*ἀποτεμνημένος, ἀπότομος*] Praecisum caput Plin. 11, 37. Stramenta intra dies triginta sublatae messis praecisa Colum. 6, 3, 1. Canis media praecisa Liu. 40, 6. Cornu Claud. de Bell. Get. 595. Defensio tibi praecisa est Cic. Verr. 3, 51. Digni ferro praecisi Obsequ. c. 20. Dubitatio mihi praecisa est Cic. de Orat. 2, 28 c. 7. Itinere praeciso commeantes Plin. 8, 22. Libertas Tenediorum securi Tenedia praecisa est Cic. ad Qu. Frat. 2, 11. Narratio praecisa, Concisa, et quod vulgus dicit abbreviata Quinctil. 4, 2. Potestate opitulandi praecisa Cic. ad Brutum 15. Terra, quae primum coli coepta est: vid. Goef. Auct. Rei Agrar. c. 8 p. 71. Verba praecisa, interruptaque Gell. 7, 2 ad fin. Cic. ad Brut. 15 Oppressa ab impiis ciuitas opitulandi potestate praecisa. Praecisum, Abruptum, et abscissum. Quinctil. 10, 2 Qui praecisis conclusionibus obscuri, Sallustium atque Thucydidem superant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

ferant. Et 7, 3 Praecisam verborum comprehensionem appellant dif-

finitionem dialecticam, quae difficilior est tractatu oratoria finitione. *Metaphora inde tracta, quod quae praecisa sunt, ea sunt iusto concisiora et breviora, indeque obscuriora. Vel a saxis praeruptis, quae ἀπόρημα dicuntur, unde descensus durior est. Conf. Burm. ad Quinctil. Decl. 12, 22 p. 264.* Praecisus castratus Sen. de Tranq. 5 Interim in vrbe se-curos esse praecisos et professos impudicitiam. Lamprid. Heliog. 7 Iactavit autem caput inter praecisos fanaticos. ¶ 2 Praeci-sum dicitur Pars carnis et viscerum. Naeuius, Praecisum, omasum, pernam, etc. Lucilius 20 Illi praeciso atque epulis capiuntur opi-mis. Nonius 2, 633.

PRAECISE, Adi. [ἀποτόμως] Abrupte et abscisse. Gell. 3, 16 Obscure hoc et praecise dictum. *Metaphor. breuiter et abrupte, ad inhumanitatem significandam: Cic. Att. 8, 4 Quibus literis ita respon-dit, ut ego memini, cuius causam non reciperem, nunquam reo cui- quam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam praecise negaui, quam hic mihi: plane sine vlla exceptione praecidit, nihil cognoui ingratus. Sed etiam alias Praecise dicere, est compendio ser-monis uti, ut aliquid omittas. Cic. de Nat. Deor. 2, 74 c. 29 Sed id praecise dicitur, ut si quis dicat Atheniensium Remp. consilio regi, desit illud Areopagi: sic cum dicimus, prouidentia mundum admini-strari, deesse arbitror, deorum.*

PRAECISIO, ōnis. f. [ἀποτομή, ὑποτομή] Proprie Vitruu. 4, 2 Praecisiones tignorum. Idem 5, 7 Praecisio inferiorum sedium. *Metaph. Cic. de Orat. 3, 202 c. 53 Et huic contraria saepe praecisio est, et plus ad intelligendum, quam dixeris, significatio, et distincte concisa breuitas. Nempe Praecisio est, quum dictis quibusdam, re-liquum quod coeptum est dici relinquitur inchoatum, sic: Mihi te-cum praecertatio non est, ideo quod Pop. Rom. me: nolo dicere, ne cui forte arrogans videar: te autem semper ignominia dignum puta-uit Auct. ad Heren. 4, 42. Add. Quinctil. 9, 1.*

PRAECISOR, ōris. m. Isidor. 11, 1 Dentes praecisores, qui vulgo Incisores.

PRAECISVRA, ae. f. Apic. 4, 2 Asparagorum praecisura. Frontin. de Colon. p. 102 etc. Ager in praecisuras assignatus. Vid. ib. Gies. c. 8 p. 71.

PRAECIDANEVS, a, um. Adi. Praecidendum, inquit Nonius 2, 724. Varro de Vita Pop. Rom. 3 Quod humatus non sit, heredā porca praecidaneā fuscipienda Telluri, et Cereri, aliter familia pura non est. *Sed locus classicus est Gell. 4, 6 Praecidaneae hostiae dicun-tur, quae ante sacrificia sollemnia pridie caeduntur. Porca etiam Praecidanea appellata, quam piaculi causa ante fruges nouas captas immolari Cereri mos fuit, si qui familiam funestam aut non purga-verant, aut aliter eam rem, quam oportuerat, procurauerant. Hinc melius intelligas Festum, Praecidanea porca, quae Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset: quod mos erat eis facere prius, quam nouas fruges gustarent. For-mulam porcae praecidaneae faciendae praescribit Cato de R. R. 134. Huc respicit Cic. de Legg. 2, 55 c. 22 Neque necesse est edisseri, — quemadmodum os reiectum terrae obtegatur, quaeque in porca con-tracta iura sint: de praecidanea loquitur. Agna praecidanea vocaba-tur, Quae ante alias caedebatur Festus. Sunt et Ferae praecidaneae Gell. 4, 6 Feras praecidaneas dici, id (opinor) a vulgo remotum est: propterea verba Atteii Capitonis ex quinto librorum, quos de Pontifi-cio iure composuit, scripsi. Tib. Coruncanio Pont. Max. Ferae praecidaneae in atrum diem inauguratae sunt, Collegium decreuit, non habendum religioni, quin eo die ferae praecidaneae essent.*

PRAECIMITATOR corrupta lectio Festi. Vid. PRAECLA-MITATOR.

PRAECINGO, cinxi, cinctum, ěre. [ἐπιζώνω, περιζώνω] Videtur augere significationem simplicis Cingere. Suet. Caes. c. 45 Vnde emanasse Sullae dictum constat, optimates saepius admonentis, ut male praecinctum puerum cauerent. Ense praecingi Ouid. Trist. 2, 271. Auro fuluo praecingitur ceruix Idem Met. 14, 395. Ca-stris praecingere fluium Claud. de Bell. Get. 298. Litora muro Sil. 3, 243. Conf. dicta in PERCINGO. Plaut. Mil. 4, 4, 45 Id (pallium) connexum in humero laeuo, expapillato brachio, praecin-ctus aliqui, simulato, quasi gubernator fies. Conf. Senec. Epist. 12. et Fest. in Cingulum. Qui solerent praecingi apud antiquos explica-uit Gonsaluis ad Petron. c. 19 p. 83 Ed. Burm.

PRAECINCTVS, a, um. Partic. [περιζωμένος] Capilli praecincti flore Ouid. Epist. 4, 71. Hic est Euphrates praecinctus arun-dine frontem Idem de Arte Am. 1, 223. Praecincti parietes opere testaceo, Obducti Plin. Epist. 10, 39. Hor. Serm. 2, 8, 70 Vt omnes Praecincti recte pueri contique ministrent. Ad strenuam celeritatem refert idem Hor. Serm. 1, 5, 5 Hoc iter ignaui diuisimus, altius ac non Praecinctis, vnum. Macrobi. Saturn. 2, 3 narrat, Sullam Pompeium, (Suet. vero Caes. c. 43 Optimates) saepius admonuisse de Caesare, ut male praecinctum puerum cauerent. Laxiore enim tunica utebatur Caes-ar, quam non satis adstringeret. Ad tunicam enim referendus cinctus, quod monuimus etiam ad Quinctil. 11, 3, 140. Vid. PRAECINCTVRA. Silua praecinctus opaca lacus Ouid. Fast. 3, 265. Praecincta dixit Plin. 11, 1 Insectorum membra, i. Diuisa et tenui tantum canaliculo co-haerentia.

PRAECINCTIO, ōnis. f. Vitruu. 5, 3 Diuisio graduum in theatro, in orbem facta, siue altior latiorque reliquis gradus, ut expo-nit Lips. de Amphitheatro c. 13 extr. Idem 2, 8 Per mediam praecin-ctionem collis platea facta est.

PRAECINCTVS, ūs. m. Varro apud Non. 16, 5 Castula est palliolum praecinctui, quo nudae infra papillas praecinguntur.

PRAECINCTVRA, ae. f. Idem. Macrobi. Saturn. 2, 3 Prae-cinctura me decipit. Dicitio Ciceronis de Caesare.

PRAECINCTORIUM, i. n. Gloss. Cyrill. Praecinctorium, ὑποζώνιον. Vitruu. 10, 21 Funes praecinctoriis transuersis erant reli-gati. Fecerunt praecinctoria de foliis fici Augustin. de Genesi cont. Manich. 2, 21.

PRAECINO, cinui, centum, ěre. [προείπω] Ante canere, item praedicere, praediuinare. Cic. Tusc. 4, 4 c. 2 Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod et deorum puluinari-bus, et epulis magistratum fides praecinunt. Tibull. 1, 5, 12 Car-mine cum magico praecinuisse anus. Genitum praecinere Stat. Silu. 5, 3, 59. Cic. de Arusp. Resp. 20 Quis est ex gigantibus illis, quos Poetae ferunt bellum diis immortalibus intulisse tam impius, qui hoc tam nouo tantoque motu non magnum aliquid deos Popula Romano praemonstrare et praecinere fateatur?

PRAECENTIO, ōnis. f. [πρόσμα] Praecinendi actus vel ratio.

*ratio.* Cic. de Arusp. Resp. 21 c. 10 Tui sacerdotii sunt tensae, curricula, praecentio, iudi, libationes, epulaeque ludorum. Gell. 1, 11 Tibicines inter exercitum positi canere inceperant. Ea illi praecentione tranquilla et venerabili, ad quandam quasi militaris musicae disciplinam vis et impetus militum, ne sparsi dispartique prouerent, cohibebatur. Quapropter et exordium, siue initium, siue principium, siue proloquium, siue antiloquium, quidam praeludium, alii Praecentionem ad similitudinem Graecorum, qui id Prooemium nominant: propterea quod *οἶον* cantus est.

**PRAECENTOR**, oris. m. Apul. de Mundo p. 74 Quod praecentor in choris, lex in vrbe, dux in exercitu; hoc est in mundo Deus.

**PRAECENTORIVS**, a, um. Adi. Praecentoria tibia Splin. c. 5 al. 11.

**PRAECIPIO**, cēpi, ceptum, ēre. [*προλαμβάνω*] *Ante capere, praevinire, praecoccupare.* Virg. Ecl. 3, 98

Cogite oves, pueri: si lac praeeperit aestus,

Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis. Idem Aen. 11, 491

Exsultatque animis, et spe iam praecipit hostem.

*Vbi Seruius: Praecipit, mente praecoccupat hostis aduentum. Sed quod laudatur Columel. de Arboribus c. 6, 1 Quamobrem neque fructum vberem praecipies, et nihilominus celeriter confenescet: legitur, quod sciam, ubique, et recte quidem percipies.* Vlpian. in l. Si filia

D. Famil. herciscund. Si filius iussu patris obligatus sit, debet hoc debitum praecipere. Sed etsi in rem patris vertit, idem placet. Et si de peculio: peculium praecipiet. Hoc amplius filius familias heres institutus, dotem vxoris suae praecipit, nec immerito: quia ipse onera matrimonii sustinet: integram igitur dotem praecipiet. Euentum animo praecipere Liu. 7, 26. Florus 3, 9 Et ille quidem ad rei famam veneno Fata praecipit. Gaudia praecipere Cic. Philipp. 13, 45.

Liu. 3, 46 Icilius sedulo tempore terens, dum praeciperent iter nuntii missi in castra, etc. Lucan. 6, 15. Florus 4 c. vlt. de Cantabris loquens, Postquam extrema Barbari vident, certatim igne, ferro inter epulas, venenose, quod ibi vulgo ex arboribus taxis exprimitur, praecipere Mortem: seque pars maior a captiuitate, quae videbatur, vindicauerunt. Poenas Sil. 6, 300. Victoriā Antonius praecipit praelio festinato Tacit. Hist. 3, 15, 3. Lucret. 6, 803

Carbonumque grauis vis, atque odor insinuat Quam facile in cerebrum, nisi aquam Praecipimus ante? *i. Ante hausimus et bibimus. Sic Praecipere est ante videre,* Virg. Aen. 6, 105 Omnia praecipi, atque animo mecum ante peregi. al. Percepi. Euentum vtraque acies Animis praeeperat Liu. 7, 26. Idem 38, 20 pr. Consul, quia non cominus pugnam, sed procul locis oppugnandis futuram praeeperat Animo. Cic. Off. 1, 81 c. 23 Quanquam hoc animi, illud etiam ingenii magni est, praecipere Cogitatione futura, et aliquanto ante constituere, quid accidere possit in vtramque partem. Idem Bell. Gall. 7, 9 Quod haec de Vercingentorige vsu ventura Opinione praeeperat. Spem vniuersae victoriae, tentato paulatim euentu certaminum, praecipere Liu. 4, 27.

¶ 2 Praecipere est vel voce vel exemplo, quid agendum sit, praevire, atque ostendere. (*ἐπιτέλλειν, παραγγέλλειν*) estque tum magistrorum, tum magistratum, et superiorum personarum. De medico Scribon. 20. 80. 199. Sallust. in Iugurth. 14 pr. Micipsa pater meus moriens mihi praecipit. Iam tunc praemonente fortuna, vt diu penitusque perdisceres, quae mox praecipere deberes Plin. Paneg. c. 15. Ter. Adelph. 3, 3, 70 Conferuis ad eundem illis praecipio modum. Reliqui legati vt tum exirent, cum satis altitudo muri extructa videretur, praecipit Nep. 2, 6, 5. Cic. Catil. 3 c. 5 Orare vt item illi facerent, quae sibi legati praecipissent. Caes. Bell. Gall. 5, 56 Quae fieri vellet, praecipit. Quidquid praecipies, esto breuis, vt cito dicta Percipiant animi dociles teneantque fideles Hor. A. P. v. 335. Plin. 18, 24 Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura praecipit. Facile de aliqua re praecipere Cic. de Orat. 1, 132. Praecipere aliquid operose, vid. Operosus, in OPVS.

Praecipere artem oratoriam Quintil. 3, 1. Hic artem nandi praecipit, ille trochi: *i. Docet* Ouid. Trist. 2, 486. Cic. Fam. 5, 13 Nos erimus etiam in omni desperatione fortes, vt tu tamen idem et Hortaris et praecipis. Sic de opere praceptoris: Scholam aperuit, sed ita, vt paucis, et tantum adolescentibus praeciperet Sueton. de Ill. Gramm. c. 16. Ferunt, Senecam proxima nocte visum sibi per quietem C. Caesari praecipere Idem Ner. c. 7. Praecepta lugubres cantus Melpomene Hor. Carm. 1, 24, 2. *i. Praemonstra, et doce, non vt vulgus putat, Iube et impera.* Lambinus. Idem Sat. 2, 2 pr. Nec meus hic sermo, sed quem praecipit Ofellus Idem Arte Poët. 335. Cic. de Amicit. 77 Recte etiam praecipere potest in amicitia, ne quis intemperata quadam benevolentia (quod per saepe fit) impediatur magnas utilitates amicorum. Idem ibid. 91 Illud potius praecipendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitia comparandis, etc.

¶ 3 *Obserua, Praecepti, antiquum Praeteritum, pro Praecepti.* Cato de R. R. 142 Villici officia quae sunt? quae dominus praecipit. Quod quidem valet, quae dominus praeeperit, vt capis pro ceperit, a veteribus est saepe vsurpatum. Turnebus. Sed praecipit fere omnes. Praecipitur, Imperf. Plin. 15, 16 In vniuersum de pomis feruandis praecipitur.

**PRAECIPIENS**, entis. Particip. *Ante capiens.* Curt. 9, 6, 2 Aliquantum interualli a caetera classe praecipiens.

**PRAECIPIENDVS**, a, um. Partic. Columel. 10 Pr. 3 Quare cultus hortorum diligentius nobis, quam tradiderunt maiores, praecipendus est.

**PRAECEPTO**, are. Frequent. [*ἐπιτέλλομαι*] *Saepe praecipere.* Festus: Praeceptat in Saliari carmine.

**PRAECEPTVS**, a, um. Partic. [*προληψθεῖς*] *Ante captum, praeventum.* Liu. 1, 7 Tempore illi praepro. Cic. Tusc. 3, 38 Haec cogitantem fore beatum, praesertim si et ante praepro bonis contentus esset, nec mortem, nec deos extimesceret. Praecepta beneficia Nepos 25, 11, 5. Gaudia praecepta Ouid. Epist. 17, 107.

**PRAECEPTVM**, i. n. [*παραγγέλλω, ἐπιτολή*] *Monitum, imperium, doctrina etc.* Cic. Off. 1, 6 Neque vlla officii praecepta firma, stabilia, etc. Idem Fam. 5, 13 Tuis monitis praeproque omnis est abiiciendus dolor. Nep. 18, 9, 5 Quibus imperatum erat, diligenter praepro curant. Tacit. Agric. 37, 2 Transuectaeque praepro ducis. Arcana praepro, vid. ARCANVS. Mira Horat. Serm. 2, 3, 34. Patria Lucret. 3, 10. *i. Paterna.* Cic. de Claris Orat. 263 Hermagorae disciplina ea dat Rationes certas et praepro dicendi, quae, si minorem habent apparatus, (sunt enim exilia) tamen habent ordinem, et quasdam errare in dicendo non patientes



vias. *add.* Id. de Orat. 2, 152 c. 36. Cic. Off. 1, 1 Abundare oportet Praeceptis institutisque philosophiae. Periculosissimum praceptum Quintil. 1, 6. Vniuersalia vel perpetua Idem 2, 13. Contrita praepcepta, *vid.* CONTERO. Cic. de Fato, 11 Etenim si est diuinationo quaelibet natura, a Praeceptis artis proficiscitur. Praecepta appello, quae dicuntur Graece *διδασκαλία*. Sunt igitur astrologorum praepcepta huiusmodi: si quis, verbi gratia, oriente Canicula natus est, in mari non morietur. *al.* Percepta. Abundare praepceptis et institutis philosophiae, *modo vidimus ex* Cic. Off. 1, 1. Accelerare, 10 Accipere praepcepta, *vid.* *hb. vv.* Adiunare nequitiam praepceptis Quintil. 2, 15. Agitare praepcepta, *vid.* Agito, *in* AGO. Alligare praepceptis Quintil. 5, 13. Amplecti praepcepta Claud. de Bell. Gild. 322. Contrahere praepcepta in vnum Ouid. Remed. Amor. 523. Curare praepcepta, *vid.* CVRO. Demonstrare aliquid praepceptis 15 Quintil. 6, 5. Discere contrita et communia praepcepta Cic. de Orat. 1, 137. Dare praepcepta Virg. Georg. 4, 398. Dare praepcepta alicuius rei Quintil. 3, 3. Dare praepcepta de aliqua re Cic. Tusc. 2, 58. Dare viuendi praepcepta Idem pro Flac. 106. Edocere praepcepta Virg. Aen. 5, 747. Exsequi praepcepta alicuius Idem 20 *ibid.* 6, 236. Faceffere praepcepta alicuius, *Facere* Virg. Georg. 4, 548. *et* Aen. 9, 45. Formare pectus alicuius amicis praepceptis Hor. Epist. 2, 1, 128. Horrere praepcepta alicuius Catul. Argon. 62, 159. Instillare praepceptum auriculis Hor. Epist. 1, 8, 16. Nihil opus est praepceptis Varr. de L. L. 7, 17. Ponere signa nouis praepceptis Hor. 25 Sern. 2, 4, 2. Referre veterum praepcepta Virg. Georg. 1, 176. Respuere praepcepta alicuius Claud. Conf. Hon. 6, 108. Sancire praepcepta Quintil. 2, 13. Sequi praepcepta deum Virg. Georg. 4, 448. Suppeditare praepcepta Lucret. 3, 10. Tenendum est hoc officii praepceptum, ne quem vnquam innocentem iudicio capitis accersas 30 Cic. Off. 2, 51. Idem in Orat. 114 Aristoteles Tradidit praepcepta plurima differendi. *conf.* Id. de Fin. 5 c. 4. Praepcepta et quasi vias, quae ad eloquentiam ferrent, Tradere Cic. in Orat. 141. Tradere praepcepta volandi Ouid. Met. 8, 208. Vti praepceptis alicuius Idem de Arte Am. 3, 440.

35 **PRAECEPTIO**, ōnis. f. [*ὑποθήκη*] *pro* Praecepto. Cic. Off. 3, 6 c. 2. Itaque propria est ea praepceptio Stoicorum, etc. Lex est recti praepceptio prauisque depulsio Cic. N. D. 1 c. 31. ¶ 2. *Ex prima verbi significatione* Plin. Epist. 5, 7 Saturninus, qui nos reliquit heredes, quadrantem Reipublicae nostrae: deinde pro quadrante Praeceptionem quadringentorum millium dedit. *b. e.* *Vt in primis, et* 40 *(quod aiunt)* ante omnia daretur Reipublicae summa quadringentorum millium. Papinian. in l. 2 D. de fundo instruct. et Vlpian in l. Item Labeo D. Fam. erciscund.

45 **PRAECEPTOR**, ōris. m. [*καθηγητής, διδάσκαλος*] *Doctōr, institutor.* *Maiores* Praeceptorem sancti voluere parentis esse loco Iuuenal. 7, 209. Vt praepceptori verborum regula constet Idem 7, 230. Cic. de Orat. 3, 54 Neque disiuncti doctores, sed iidem erant viuendi praepceptores atque dicendi. Ouid. de Arte Am. 1, 17 Aca- 50 cidiae Chiron, ego sum praepceptor Amoris. Arandi praepceptor Idem Fast. 6, 13. Cael. Tard. 3, 6 f. 87 Sed haec erunt adhibito Vnctio- nis praepceptore faciendā, quo secundum proprias mutationes omnium partium motus aequaliter, ac totius corporis integret exercitium. Artium magistros liberalium et viuendi praepceptores habere Cic. de Inuent. 1, 35 c. 25. Auctorem et praepceptorem omnium consiliorum 55 aliquem habere Idem Philipp. 2, 24 c. 6. Eloquentiae praepceptor Quintil. 2, 8. Acer et subtilis Idem 1, 4. Adidius potius, quam immodicus Idem 2, 24. Domesticus Quintil. 1, 2. Idem 2, 2, 6 Praepceptor in laudandis discipulorum dictionibus nec malignus nec Effusus. Latini dicendi praepceptores Idem 2, 4, 30. Mali- 60 gnus, *e* Quintil. 2, 2, 6 *modo vidimus.* Peridoneus, *vid.* PERIDONEVS. Publici Quintil. 1, 2. Sanctissimus Idem 1, 2. Turpis praepceptor, *b. e.* *Flagitiosus* Idem 1, 2. Abducere discipulum a praepceptore, *vid.* ABDVCO. Plin. Epist. 4, 13 Quantulum est ergo collata pecunia Conducere praepceptores? *Paullo post,* Praepceptores pu- 65 blice conducuntur: id est publico stipendio merces et salarium constituitur.

70 **PRAECEPTRIX**, icis. f. [*καθηγήτρια*] Cic. de Fin. 1, 43 c. 13 Sapientia enim est vna, quae moestitiam pellat ex animis, quae nos exhorrescere metu non sinat, qua praepceptrice in tranquillitate viui potest. Praepceptrice et magistra mundi versatione omnis machinatio instituta est Vitruu. 10, 1.

95 **PRAECEPTIVVS**, a, um. Adl. [*παραίτητος*] Senec. Epist. *pr.*

**PRAECEPTIVE**. Adu. Tertull. adu. Marc. 5, 10.

75 **PRAECEPTORIVS**, a, um. Adl. Praepceptoria epistola laudatur ex Plin. Epist. 4, 13 Interim ne quid festinationi meae pereat, quod sum praesens petiturus, hac quasi Praepceptoria epistola rogo. Sed editur praecursoria.

80 **PRAEICIPVVS**, a, um. Adl. [*ἔξαιρετος, πρόμαχος*] Quod ante captum est, *inquit* Festus, *ut in hereditate.* Sumitur etiam *pro* Magno et singulari, et non communi cum aliis. Ter. Adelph. 2, 3, 5 Itaque vnā hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror, Fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem. Vir in eloquentia praecipuus Quintil. 6, 3. *de Cicerone.* Circumueniendi Sabinī praecipuus Tacit. Ann. 6, 4. *i.* Princeps, cuius primae ea in re partes fuerant. Cic. de Fin. 3, 5 Quoniam autem omne quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est, nec bonum esse, nec malum hoc, quod praepositum vel praecipuum nominamus. Non debes aut propriam fortunam et praecipuam postulare, aut communem recusare 90 Idem Fam. 4 Ep. vlt. Cic. Verr. 3, . . . Quum ab omnibus non solum id, quod commune est propter imperium, sed etiam (id quod istius praecipuum est) propter crudelitatem metueretur. Praeter caeteros praecipuum quod mihi Consuli fuit, priuato cum caeteris commune est Cic. pro Sulla 9. Idem pro Ligar. 27 Vt caetera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium, (quae nequaquam fuerunt) hoc certe praecipuum Tuberonis fuit, quod iusto cum imperio, ex S. C. in prouinciam suam venerat. Amorem quendam, praecipuum, in eos, qui procreati sunt, ingenerat natura Cic. Off. 1, 12. Artis praecipuae opus Ouid. de Arte Am. 1, 266. Bonitas praecipua, *Singularis* Plin. 12, 19. Coenationum praecipua, *i.* 95 *Praecipua coenatio* Suet. in Neron. c. 31. Decus praecipuum Ouid. Met. 14, 833. Dolor in hoc casu praecipuus est Celsus 8, 20. Dolor quodam praecipuo angī Cic. Fam. 4, 3. Eo praelio praecipua equitum Gloria fuit Liu. 1, 37. Cic. Att. 11, 14 Quod negas praecipuum mihi vllum Incommodum impendere, etsi ista res nihil habet 100 *conso-*

consolationis, tamen etiam praecipua multa sunt, quae tu profecto vides et grauissima esse. Cic. Att. 6, 6 Decevit Senatus, ut Ius diceretur ista syngrapha, nunc ista habet iuris idem quod caeterae, nihil praecipui. Ouid. ex Pont. 3, 4, 16 Praecipuum veniat ius habet ille liber. Laborem praecipuum impendere Virg. Georg. 3, 74. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 17 Neque vero M. Tullius suum animum a vestra abalienauit potestate, quum praecipuum vobis Obsidem animi sui vestram reliquerit libertatem. Opera singularis et praecipua Cic. Fam. 10, 9. Partes meae in ea causa praecipuae fuerunt Idem pro Domo 10 c. 5. Remedia praecipua, *Omnium longe vtiuissima* Plin. 10, 11, 49 Ossea sunt lupis, vulpibus, mustelis, viuerris, vnde etiam calculo humano remedia praecipua. *de genitalibus.* Cic. de Prouin. Consul. 2 Praecipuum illum et proprium sensum doloris mei, etc. *ad vlciscendi tempora reseruabo.* Praecipuum ad serpentis ictus, *Optimum* Plin. 8, 27. Praecipuum contra morsus remedium, *Saluberrimum* Idem 8, 22. Rerum praecipua Tacit. Ann. 4, 40. Vitium praecipuum Scribon. 118. *i. Perniciosissimum.* ¶ 2 Praecipuum, *absolute, Iurisconsultis nominatur, quod alias Legatum per praecipuam dicunt.* Scaeuol. in princ. l. vlt. D. de legat. 2 Testamento suum, etc. et adiecit, se praecipua sui iuris, et post mortem suam habere velle. Sidon. Apollinar. 6 Epist. vlt. Illud autem deberi tibi quodam, ut Iurisconsulti dicunt, praecipui titulo, etc. Suet. Galb. c. 5 n. 3 Namque quingentes H. S. cum praecipuum inter legatarios habuisset, quia notata non perscripta erat summa. *conf. Turneb. Aduers. 5, 2. et Barth. Aduers. 20, 5.* ¶ 3 Praecipua a Stoicis dicuntur, quae al. bona, Cic. Tusc. 5 c. 16 *προηγμένα, producta.*

**PRAEDICTIO**, ōnis. f. [*προβήσις, προαγορεύσις*] Quod praedictum, siue praenuntiatur, vel diuinatur. Cic. de Diuin. 1, 4 c. 2 Ex quo genere saepe hariolorum etiam et vatum furibundas praedictiones. Idem de Nat. Deor. 2, 7 Praedictiones vero et praefensiones rerum futurarum. Praedictio et notatio cuiusque vitae ex natali die Idem de Diuin. 2, 87. Mali praedictio tum probatur, quum ad praedictionem cautio adiungitur Idem ibid. 2, 54. Fatorum veteres praedictiones Cic. de Arusp. Resp. 18. Praedictiones diuinae Plin. 7, 37. Diuina praedictione qui non vteretur, quis rex unquam fuit? Cic. de Diuin. 1, 95. Habet fidem nostra praedictio Idem Fam. 6, 6.

**PRAEDICTIVVS**, a, um. Adi. Cael. Aurel. Acut. 1, 12 Libro praedictiuo.

**PRAEDIFFICILIS**, e. Adi. Valde difficilis. Praedifficilia penes homines, facilia penes deum Tertull. de Bapt. c. 2.

**PRAEDIGESTVS**, a, um. Ante digestus. Bibi debet medicamen praedigesto corpore Cael. Aurel. Tard. 5, 2, 41.

**PRAEDIRVS**, a, um. Adi. Valde dixus. Tunc erat spectare cum gemitu facta, dictu visuque praedira Ammian. 31, 24 (Vales. c. 8)

**PRAEDISCO**, didici, ěre. [*προμαθήτω*] Ante discere. Plin. 18, 24 Et confitendum est caelo maxime constare ea, quippe Virgilio iubente praedisci ventos ante omnia. Virg. Georg. 1, 51 Ventos et varium caeli praediscere morem, Cura sit. Hos versus citat Columel. 1, 4. Praediscere et meditari aliqua Cic. de Orat. 1, 147 c. 32.

**PRAEDISPOSITVS**, a, um. Nuntios praedispositos misit ad regem Liu. 40, 56. Quibusdam placet per dispositos. Sic misit fueris scripsit, epistolam misit, ἐπέστειλεν. Et tamen transposita Per praeter morem.

**PRAEDITVS**, a, um. Quasi ante datus participiali forma et significatione: daemonem, qui nobis praeditus fuit Apul. de Deo Socr. p. 68. Sed ¶ 2 multo vsitatius Praeditus vocatur, ut donatus cui aliquid datum et attributum est. Valla 5, 15 Praeditus sum (inquit) bono dicitur, et praeditus sum malo: sicut Affectus sum malo, et affectus sum bono. i. (vs breuiter magis, quam optime dicam) Habeo bonum, et habeo malum. ut, Praeditus sum humanitate, virtute, diuitiis, dignitate, viribus: qui sermo est vsitatissimus. Nunquam tamen cum Ablatiuo et Praepositione A vel Ab, ut fit in Affectus, veluti, Ego sum a rege magnis honoribus affectus: non autem, Sum praeditus a deo magnis viribus. Haec Valla. Iam ponamus nomina earum rerum, quibus aliquis Praeditus esse dicitur, vnde apparebit, bonis rebus plerum-

que, sed tamen etiam vitiis quibusdam Praeditos inueniri. Cic. Verr. 3, 62 Homo quid ageret, taceret, responderet, quid faceret denique illa Auctoritate; et Aetate praeditus nesciebat. Amentia et audacia Idem ibid. 2, 104. Animo et sensibus praeditus mundus Idem de

5 Nat. Deor. 1, 18. Arte nulla, aut humili aliqua praeditus, et mediocris homo Idem pro Arch. 10. Audacia Idem pro Rosc. Com. 4. Auctoritate et miseria Idem Verr. 5, 107. Auctoritate praeditus et potestate Idem pro Rosc. Amer. 154. Beneficiis summis maximisque rebus gestis, summo ingenio et prudentia praeditus C. Curio

10 Cic. pro Lege Manil. 68. Bonitate singulari et modestia Id. pro Domo 110. Crudelitate et Immanitate singulari Idem pro Sulla 7 c. 3. Cupiditate singulari, audacia, scelere praeditus homo Idem

Diu. Verr. 6. Dignitate magna praeditus puer Idem de Inuent. 2, 2. Diuinitate praeditae imagines Idem de Nat. Deor. 1, 121.

15 Gloria ingenii summa Idem pro Arch. 10. Iudicio minus firmo Id. in Orat. 24. Leuitate praeditus, egestate, perfidia Idem pro Flacc. 6 c. 3. Luctu praeditus miser laudatur Cic. pro Rosc. Amer. 23. Sed leg. Perditus. Magistratu summo praeditus vir Idem Verr. 4, 86.

20 Medicamentis praeditum cornu Plin. 8, 32. de cornu cerui. Mente praeditus Cic. Acad. 4, 126. Mente diuina et consilio praediti homines Idem de Lege Agrar. 2, 89. Sapiens et alta mente praeditus homo Idem pro Milon. 21. Metu non vt paruo praeditus, sed vt

25 nullo Idem Tusc. 5, 41 c. 14. Morbo praeditum Scaeuolam aduocant quidam ex Cic. pro Rabir. perd. 21 c. 7. Sed Grut. praepeditus, Graeu. perditus. Multitudine infinita, varietate admirabili praediti siderum errores Idem de Vniuers. 29. Natura immortal

Lucret. 1, 237. Opibus paruis ac facultatibus Cic. Diu. Verr. 69. Ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii praeditus vir. Idem pro Lege Manil. 51. Potestate summa praeditus vir Idem pro Do-

30 mo 110. Prudentia et exercitatione praeditus vir Idem pro Cluent. 84. Religione summa et auctoritate praeditus homo Idem ibid. 53. Sacerdotio amplissimo Idem Att. 8, 3. Sapiencia praeditus prope singulari Idem Fam. 4, 3. Singulari cupiditate, audacia, Scelere praeditus homo Idem Diuin. Verr. 3, 6 c. 2. Sensu diuino

35 Lucret. 5, 145. Cic. pro Flacc. 2 Vnum illud intelligo, quod Praetor in reiectione iudicum iudicauit, ea Spe istum fuisse praeditum, vt omnem rationem salutis in pecunia poneret. Spe summa et animi et ingenii praeditus adolescens Idem Philipp. 2, 46. Studio opti-

40 mo, iudicio minus firmo praeditos docere, non alienum est Idem in Orat. 24. Studiis rectissimis atque optimis artibus praeditus adolescens Idem pro Cacl. 24 c. 10. Studio venandi, vel pilae praeditus Cic. de Amicit. 76. Studiis literarum doctrinaque Idem Fam. 13, 31. Tumore praeditum, deformatum et decoloratum corpore mortuum constat esse Auctor ad Heren. 2, 44. Virtute singulari,

45 constantia, grauitate praeditus vir Cic. pro Domo 29 c. 15. Vitio perspicuo et grandi praeditum posuimus exemplum Idem de Inuent. 1, 88.

PRAEDIVES, itis. Adi. [πολυπλοῖος] Valde diuus. Plin. 34, 3 Praediuus numinum vice illud candelabrum coluit. Aula praedives Claud. in Ruff. 2, 142. Cornu praediuus Ouid. Met. 9, 91.

50 PRAEDIVINO, are. [προμαντεύομαι] Ante diuinare, diuinando praedicere. Plin. 11, 10 Praediinant enim apes ventos, imbresque. Quod futurum cum praediinasset Caesar Frontin. Strat. 2, 5, 38. Plaut. Truc. 2, 3, 17 Iam quasi vulturii, triduo potius praediinant

55 quo die esuri sient. Non simpliciter otiosa est in hoc verbo Praepositio: cum diuinare etiam ad praesentia vel praeterita adeo referri queat. PRAEDIVINANDVS, a, um. Varro de L. L. 5, 7 pr. Qui futura praediinando solent fari, fatidici dicti etc.

PRAEDIVINATIO, onis. f. [προμαντεύσις] Plin. 8, 25 de crocodilo, Parit oua quanta anseres, eaque extra eum locum transfrens semper incubat praediuatione quadam, ad quem summo auctu eo anno egressurus est Nilus.

60 PRAEDIVINVS, a, um. Adi. [ζάδειος] Valde diuinus. Plin. 37, 10 f. 60 Promittitur praediuina somnia repraesentare. ead. Solin. c. 40. (ol. 27.)

65 PRAEDIVM, i. n. [πρωτεύ, κτάρα] a Praeda dictum volunt, eo quod capti ab hostibus agri militibus distribuebantur. Vel dicitur a Praestando, vt ait Varro de L. L. 4, 4 extr. p. 11, 35 quod ea pignori data publice mancupes (f. mancupis) fidem praestent. Vetus

70 auctor de Limitibus apud Rigalt. p. 299 Praedium, quod ex omnibus patris familias maxime prouidetur, id est apparet quasi praeuidium, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, praedae nomine habebant. Optime Asconius ad illa Cic. Verr. 1, 142 c. 54 Populo praediis et praedibus cautum est, Praedia, inquit sunt res ipsae, praedes homines fidei iussores,

75 quorum res, bona, praedia nunc vno nomine dicuntur. Et paullo ante, ad verba In bonis praediis praedibusque vendendis, sic ait, Bona praedia dicuntur bona satisfactionibus obnoxia, siue sint in mancipiis, siue in pecunia numerata: praedia vero domus, agri. Haec omnia venduntur, si rationi publicae locator sartorum tectorum non responderit. Conf. Salmas. de Modo Vsur. c. 16. Cic. Off. 3, 31

80 Ac de iure quidem praediorum sanctum est apud nos iuro. Ciuili, vt in his vendendis vitia dicerentur, quae nota essent venditori. Praedium et Fundum idem esse, vid. FVNDVS. Bona praedia, vid. BONVS. Continentia praedia fundo, vid. CONTINEO. Culta

85 Claud. in Ruff. 1, 188. Dotalia Cic. Att. 15, 20. Libera, vid. LIBER, Adi. Paterna Quinctil. 6, 3. Rustica Cic. pro Rosc. Amer. 42. Triquetra praedia nulla sunt. Nam Hor. Sermon. 2, 6, 55. Quid? militibus promissa Triquetra Praedia Caesar, an est Itala tellure daturus? Triquetra tellure est in Sicilia. Vlpian. l. 198 D. de

90 verbor. signific. Urbana praedia omnia aedificia accipimus: non solum ea, quae sunt in oppidis, sed et si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, et vicis, vel si praetoria voluptati tantum deseruientia, quia vrbantum praedium non locus facit, sed materia. Proinde hortos quoque, si qui sunt in aedificiis constituti, dicendum in vrbantum appellacione contineri. Plane si pluriuim horti in reditu sunt (vinearii forte, vel etiam olitorii) magis haec non sunt vrbanta. Quo in loco stabula dicuntur, diuersoria, et quae tabernas vocamus. Praetoria sunt, Ornatiores domus, in quibus patres familias ruri habitant. ¶ 2 Iam Formulas videamus. Accipere praedia in

95 aestimationem ab aliquo, vid. ACCIPIO. Abeunt fructus praediorum in sumtus Cic. Att. 11, 2. Aedificare praedia, vid. AEDIFICO. Colenda fructuosa praedia ac tuenda pater filio tradiderat Cic. pro Rosc. Amer. 41 c. 15. Diuidere praedia Hor. Sermon. 2, 3, 168. Emere ab aliquo Cic. Fam. 13, 9. Mancipare paterna praedia Quinctil. 6, 3. Fructum Reddunt praedia Ter. Phorm. 4, 3, 75. Vendere Cic. Verr. 1, 142.

100 PRAEDI-

105

**PRAEDIOLVM**, i. n. Dimin. [*πραιδιον*] Cic. Fam. 2, 15 Sed mea praediola tibi nota sunt. Aedificata belle praediola nostra, et satis amoena Cic. Att. 16, 3. Add. Id. de Orat. 3 c. 27.

**PRAEDIATVS**, a, um. Adi. *Praediis diues*. Apul. Flor. 2 p. 349, 40 Ipse bene vestitus, bene praediatus. ¶ 2 Praediatus *lepida metaphora ad ipsum Iouem retulit* Martian. Cap. 1 p. 16 In secunda (mansione) itidem mansitabant praeter domum Iouis, quae ibi quoque sublimis est, ut est in omnibus praediatus etc. *Jupiter domos et velut praedia habet in omnibus regionibus caeli.* ¶ 3

Praediatus est, cuius bona publico sunt obligata. Vet. Gloss. Praediatus *ὄπις φόβου δῆμῳ ἐνδεδικταμένος.* Sic legendum censet pro Praedicator et *δῆμῳ, Salmasius de modo Vsur. p. 738.* Nempe Graeca formula illum speciatim notat, qui propter uectigalia, quae redemit, praedia sua obligavit populo.

**PRAEDIATOR**, oris. m. Testibus glossis veteribus *ὄπις φόβου ἐπιμαχόντων, praediorum emtor.* Arctius includit hoc nomen Salmasius de modo Vsur. p. 738. et iis tantum tribuit, qui praedia publico obligata et proscripserunt, vel bona praedia emebant. Et videntur sane in his vel maxime se iactasse, cum spes lucri maior, ut in sectionibus, ibi affulgeret: non tamen excludendam puto aliam in praediis emendis et vendendis negotiationem. Cic. Att. 12, 14 Procuratores Cornificii et Appuleium praediatorem videbis. Ibid. Ep. 17 Praedicator liberalis vocatur Appuleius.

Idem pro Corn. Balbo c. 20 Q. Scaeuola ille augur, cum de iure praedicatorio confuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos non nunquam ad Furium et Cascellium praediatorem reiciebat. Expungi vult praediatorem Salmasius l. c. p. 740 ne censeamus, inquit cum doctissimis Ictis, praediatorem dictos, qui iuris ad praedes et praedia pertinentis erant periti. Quod est ineptissimum. Haec Salmasius. Sed violentum est, vocem omittere, quam habent omnes libri, quaeque hic potest vim modo indicatam seruare planissime. Icti erant Furius et Cascellius, sed iidem praediatorem quoque, in praediis emendis et vendendis versati, et rem sic augentes. Ad hos Ictos alioquin multo minores, sed hac in re versatos ablegat suos consultores Scaeuola. Furius et Cascellius non quia Icti, ideo praediatorem: Sed quia praediatorem erant, ideo iura illa praediorum melius nouerant Ictis, multum alias se peritioribus. Hoc series orationis apud Tullium firmat planissime. Ergo ut

fenerator est, qui in fenore collocavit pecuniam suam, ut aratores, pastores, sectores dicuntur, qui arando, pascendo, sectionibus redimendis rem faciunt, ita praediatorem, qui pecunias collocarunt suas in praediis. Caeterum l. 54 ff. de iure dotium laudatur Gaius ad edictum Praetoris urbane titulo de praedicatoribus: ubi adscriptis Gothofr. ex Boethio ad Topica Ciceronis, Vindex est, qui alienam causam suscipit vindicandam, veluti quos nunc praediatorem vocamus. Sed editio Glareani Bas. 1570 f. p. 773 recte habet procuratores. Praediatorem emendauit ex vest. libris Cuiac. Obs. 5, 29. Dubitare tamen licet, an Boethii aetate praedicatorum appellatio obtinuerit? et an non potius vindicem parum accurate cum suae aetatis procuratore contulerit.

**PRAEDIATORIVS**, a, um. Adi. [*πραιατικός*] Cic. pro Corn. Balb. 45 c. 20 Etenim si Q. Scaeuola ille augur, quum de iure praedicatorio confuleretur, homo iuris peritissimus consultores suos nonnunquam ad Furium et Cascellium praediatorem reiciebat. Eadem Val. Max. 8, 13, 1. Suet. Claud. 9 Ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam aerario fidem liberare non posset, in vacuum lege praedicatoria venalis pependerit. Vbi Lex praedicatoria. Tor-

rentio, quae de praediis cauebat; Salmasio, quae agebat de praediis, id est obligatis publico.

**PRAEDO**, are. unde

**PRAEDATVS**, a, um. i. Ante datus. Praedato oleo C. Aurel. Acut. 3, 17, 163. Praesentientes iam fuisse digesta praedata Id. Ac. 2, 37, 213. Add. Id. Tard. 1, 1, 21. Reines. Varr. Lect. 3, 17 p. 657.

**PRAEDO**, onis. m. Vid. PRAEDA.

**PRAEDŌCEO**, ere. Prudent. Cathem. 12, 72 Myrreus Puluis sepulchrum praedocet.

**PRAEDŌCTVS**, a, um. Partic. Sallust. Iugurth. c. 94 Praedoceti a duce. Plin. 18, 34 Praedocetus esto.

**PRAEDŌMO**, ui, are. [*πραιδομάζω*] Ante domare, sedare, comprimere. Senec. Epist. 113 Et omnes casus antequam exciperet, praedomuit meditando.

**PRAEDOR**, are. Vid. PRAEDA.

**PRAEDVCO**, xi, ctum, ere. [*ἔμπροσθεν ποῖω*] Ante ducere. Creta circumducere Plin. 35, 11. Ibidem 35, 16 Probatur mollitiae, et quod si aera praeducantur, violaceum reddit colorem, de terra Eretria Hard. aere perducatur. Tutam castris praeducere Fossam Tibull. 4, 1, 83. Fossam praeducere Tacit. Ann. 14, 32, 5. Sil. 10, 411. v. Drakenb. ad h. l. Praeducere fossam homini obfesso, pro fossa circumuallare Senec. de Ira 2, 8. Praeductis Sulcis Prudent. Apoth. v. 356. Vallum praeducere Tacit. Ann. 14, 32, 5.

**PRAEDVCTAL**, vel **PRAEDVCTALE**, vel etiam **PRAEDVCTILE**, is. n. in Gloss. *παραγγραφεός*, erat Stilus vel plumbum, quo lineae praeducebantur in membrana ad scripturam dirigendam. Vid. Salmasius ad Solin. 643.

**PRAEDVCTORIVS**, a, um. Adi. Lora praeductoria Cato de R. R. c. 135, 5. obscurum est, quid sibi velint. Al. productoria.

**PRAEDVLCIS**, e. Adi. [*πολυγλυκός*] Valde dulcis. Plin. 12, 5 Fructus per folia solibus coctus praedulci sapore. Luxuries praedulce malum Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 132. Esse aliis quidpiam praedulce Lucret. 4, 639. Tibia Nemesian. Ecl. 1, 23. Tyrrhenae volucres nautis praedulce minantur Stat. Silu. 5, 3, 82. i. Sirenes.

**PRAEDVRO**, are. [*ἐπισκληρόω*] Valde durum facere. Laudatur. Columel. 3, 11 extr. de rubrica, Verum, est in opere difficilius, quod neque humentem fodere possis, quod sit glutinosissima: nec nimium siccam, quia nimium praeduratur. Sed editur Praedura

Apic. 2, 1 extr. Adipes phasiani praedurato. Id. 7, 8 Lumbuli praedurentur.

**PRAEDVRATVS**, a, um. Partic. Plin. 23, 7 Aliqui myrrha adiecta et cupresso praeduratum vas sole torrebant.

**PRAEDVRSVS**, a, um. Adi. [*ἐπισκληρός*] Valde durus. Aetas praedura, cui opponitur Tenera Columel. 6, 2. Corpora Virg. Georg. 2, 531. Gemma praedura Plin. 37, 10. Labor Valer. Argon. 1, 235. Os praedurum Quinctil. 6, 4. Tempora praedura fregit nodoso robore Ouid. Met. 12, 349. Viribus praedura

Virg. Aen. 10, 749.

**PRAEELIGŌ**, ere. Ego tamen morum illius aemulator esse praeligigerem Sidon. Ep. 7, 4.

**PRAEEMINEO**, ere. Tacit. Ann. 12, 12 pr. Cassius caeteros praeminebat peritia legum al. Praeinentes. Albutium, qui Graecis

praeceminet Sen. Contr. 1, 4 extr. In quo intelligentia praeceminet Varro in fragm. August. Confess. 6, 9 Ad cancellos plumbeos, qui vico argentario desuper praecminent. *al.* Praeminent.

5 PRAEEMINENTIA, ae. f. Claud. Mamert. 1 Praef. Ad negotii praecminentiam spectare.

PRAEEMTOR, oris. m. προαγορευτής Gloss. Gr. Lat.

PRAEEO, iui, itum, ire. [προάγω, πρέβχομαι, προηγύμαι] Ante ire. Liu. 2, 1 Praeierat Aruns Tarquinius filius regis, rex ipse cum legionibus sequebatur. Praei verbis quod vis, i. Dic primum verba, quae vis me referre Plaut. Rud. 5, 2, 48. Plin. Ep. 10, 60 Praeiimus commilitonibus iusiurandum praestantibus. Add. Ep. 61, 97, 102. Et vid. ad Pan. 64, 3.

10 Mihi praecire digneris quid me putes observare debere Plin. Epist. 10, 47. Hic docere est. Nempe qui docent, praecire solent verba. Valer. Max. 4, 1 de Africano posteriore.

15 Qui Censor quum lustrum conderet, inque solito sacrificio scriba ex publicis tabulis sollempni eius precationis carmine praeciret, quo dii immortales, ut Populi Rom. res meliores amplioresque facerent, rogabantur: satis (inquit) bonae ac magnae sunt: itaque precor, ut eas perpetuo incolumes seruent. Praeciret, i. Recitaret, et praelegeret

20 verba concepta et praescripta lege, ac proinde sollempnia. Varr. de L. L. 4, 14 Praetor dictus, qui praeciret iure et exercitu, etc. Obscrationem praecire, pro Dictare Suet. Claud. c. 22 extr. Liu. 8, 9 Agedum Pontifex publicus Populi Rom. praeci verba, quibus me pro legionibus deuocem. Idem 31, 17 Praeuntibus execrabile carmen sacerdotibus. Voce praecire alicui quid iudicet Cic. pro Milon. 3 c. 2.

25 Plin. 28, 2 Vidimus certis precationibus obscrasse summos magistratus, et ne quid verborum praetereatur, aut praeposterum dicatur, de scripto praecire aliquem. Praecire alicui de re aliqua Gell. 14 2. i. Pronuntiare quod sequatur. Quinctil. 2, 5 Non videntur

30 suffectura tempora, si legentibus singulis praecire semper ipsi velint. h. e. Ante pronuntiare, et praedictare et praelegere. Nam statim sequitur, Et hercle praeelectio.

PRAEIENS, untis. Partic. [προερχομενος, προηγυμενος] Ouid. ad Liu. 408 Et venit stella non praeeunte dies. Praeeunte natura de-

35 duci ad cognitionem aliquam Cic. de Fin. 2, 58. Liu. 39, 18 Qui ex carmine sacro praeeunte verba sacerdote precationes fecerant, de Bacchanalibus.

PRAEXERCITAMEN, inis. n. Praeexercitamina puerorum Sarisb. Metal. 1, 24.

40 PRAEXERCITAMENTVM, i. n. sic Graecum προγυμνάσιον reddidit Priscian. in tit. libri.

PRAEFACILIS, e. Adi. [πᾶν ἁδύος] Valde facile. Plaut. Epid. 5, 2, 21 Te profecto Apoecides nihil moror mihi. P. de praefacili exoras Epidice. Vid. Taubm. not. p. 532.

45 PRAEFAMEN, inis. n. Symmach. Epist. 2, 34 Recordaris hoc te praefamine epistolam texuisse.

PRAEFARIS, vel praefare, praefatus sum, praefari [προλογίζω, προημιάζω, προημιάζω] Ante fari, proloqui. Maiores nostris omnibus rebus agendis, quod bonum faustum, felix, fortunatumque sit, praefabantur Cic. de Diu. 1 c. 45. Columel. in praef. Quas ordine suo tunc demum persequar, quum praefatus fuero, quae reor ad vniuersam disciplinam maxime pertinere. Cic. de Vniuers. 33 Sed haec satis sunt dicta nobis, quae de deorum qui cernuntur, quique sunt orti, natura praefati sumus, habeant hunc terminum. Plin. 28, 2

50 Attalus affirmat scorpione viso, si quis dicat duo, cohiberi nec vibrare ictus. Et quoniam scorpio admonuit, in Africa nemo destinat aliquid, nisi praefatus Africam. In caeteris vero gentibus deos ante obtestatur ut velint. His postquam verbis declarat seipsum Plinius. Carmen praefari Liu. 5, 41. Diuos praefatus folio rex insit ab alto

60 Virg. Aen. 11, 305. More antiquo: nam maiores nullam orationem, nisi inuocatis numinibus, inchoabant. Nec hoc de antiquis illis exordiis interpretandum censeo, quibus orationes auspiciari solebant veteres oratores, ut, Deos immortales iudices precor, deasque omnes, etc. Sed de precatione, quam facere antequam concionarentur, aut in senatu loquerentur, solebant. Id ex ea concione intelligi potest, in qua Gracchus occisus est, de qua sic

65 Cornificius scribit ad Her. 68. Quum Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt. i. Quum antequam populum alloqueretur, precaretur deos. Turneb. 14, 13. Etiam in sacrificiis locum habet. Cato R. R. 134 Ture, vino, Iano, Ioui, Iunoni praefato. Meursius legi

70 vult praefamino, ut 141, 2 Ianum Iouemque vino praefamino. Singularem postulat oratio. Etiam Festus famino interpretatur dicitur. Sensus igitur in his est, ubi vinum fundis, ubi tus in ignem das, praefare Dei nomen, cui des. Honorem praefari: est quum quid turpe dicturi, solemus duobus aut tribus verbis deprecando honorem habere

75 pudori audientium. Cic. Fam. 9, 22, 12 Nos autem ridicule si dicimus, ille patrem strangulauit, honorem non praefamur. sin de Aurelia, aliquid, aut Lollia, honos praefandus est. Conf. de Fin. 2, 29 c. 10 Caetera addit, quae si appelles, honos praefandus sit. V. mox separatim PRAEFANDVS et PRAEFATVS. Stat. Achil. 2, 53 Ostensa Pacem praefatur oliua.

PRAEFANS, antis. Partic. [προλογίζων] Catul. Argon. 62 (64) 382 Talia praefantes quondam felicia Pelei Carmina, diuino cecinerunt peccore Parcae.

PRAEFANDVS, a, um. Partic. Plin. 8, 16 l. 17 Vir quem magna secuturus ex parte, praefandum reor, i. statim initio huius disputationis cum honore appellandum puto. Cic. Fam. 9, 22 Si de Aurelia aliquid aut Lollia, honos praefandus est. Honos auribus praefandus est, domus eius tota lenonia Apul. Apol. Praefandi humoris effluuium

80 Plin. 7, 51 pr. In praefanda verba incidere Quint. 8, 3, 45 ut Gesnerus post Obrechtum edidit. Praefata al.

PRAEFATVS, a, um. Partic. pass. Praedictus. Apic. 4, 5 Cucurbitae iam praefatae. Sic Vopisc. Aurel. 1, it. Cod. Iustin. l. 1 t. 9 l. 13. et t. 5 l. 4. ¶ 2 Ut praefandus, de his, quae saluo pudore nominari vix possunt. Quinctil. 8, 3, 45 In praefata videtur incidere vid. PRAEFANDVS. Partes, quas inter aures castas fine

90 venia nefas est ac sine honoribus appellare praefatis Arnob. 5 p. 176.

PRAEFATIO, onis. f. [προλογος, προημιον] Id quod praequimur ante, quam ad rem veniamus. Cic. Verr. 3, 187 c. 80 Quae porro praefatio tuae donationis fuit? Adhibere praefationem Suet. in Claud. c. 25. Dare praefationem Quinctil. 4, 1. Praefationes

95 Caius in l. 1 D. de origin. iuris. Alia significatio Varr. de L. L. 6, 3 extr. Ostendit a Praefatione praeficam dictam. Iucundissime Imperator, sit enim haec tui praefatio verissima Plin. praef. pr. i. appellatio, nomen honoris. Praefatio vitionis, i. Titulus supplicis

100 Valer. Max. 6, 3, 1.

**PRAEFATIVNCVLA**, ac. f. Hieronym. Epist. 89, 6 ad Augustin.  
**PRAEFATVM**, i. n. Symmach. Epist. 6, 3 Praefato opus est, si ar-  
 dua postulentur.

**PRAEFATVS**, ūs. m. Symmach. Epist. 10, 29 Comperit meo  
 praefatu, *i. Praedictione.*

**PRAEFASCINVS**, a, um. πᾶν βῆσανος Gloss. Gr. Lat.

**PRAEFECTVS**, vid. PRAEFICIO.

**PRAEFĒRO**, fers, tūli, lātum, ferre. [προνομίζω] *Ante ferre.*  
 Quid. Fast. 2, 336 Et praefert cautas, subsequiturque manus. *i. Ante*  
*se manus fert, ut solent ii, qui in tenebris ambulanti.* Cic. Verr. 4, 74

Sinistra manu retinebat arcum, dextra ardentem Facem praeferebat.  
 Cic. in Catil. 1, 13 c. 6 Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum il-  
 lecebris irretisses, num ad audaciam ferrum, ad libidinem facem  
 praetulisti? Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 9 Vos vos obtestor dii

immortales, qui meae menti lumina praetulistis, quum consensum  
 extinxi coniurationis. Opem praeferre Stat. Theb. 6, 476. Prae,  
 hoc loco nihil significare aliud videtur, sed augere tantum. Taedas

praeferre Cic. Verr. 4, 106. ¶ 2 Est etiam ante habere  
 [προτιμᾶν, προτιμῆναι] Praeponere Liu. 1, 2 pr. Turnus rex Rutu-  
 lorum, cui pacta Latijna ante aduentum Aeneae fuerat: Praelatum

sibi aduenam aegre patiens, simul Aeneae, Latinoque bellum intulerat.  
 Cic. pro Rosc. Amer. 87 Avaritiam praefers, qui societatem coieris  
 de municipiis, cognatique fortunis cum alienissimo. Quid. Met.

4, 56 Altera quas Oriens habuit, praelata puellis. Caes. B. Ciu.  
 1, 47 Haec eius diei praefertur opinio. *i. a pluribus probatur.* Se aliis

praeferre Cic. de Orat. 2, 342 c. 84. Ius imperii amori patrio praef-  
 erre Idem de Finib. 1, 24. Salutem Reipublicae suis commodis praef-  
 erre Idem pro Lege Manil. 71 f. extr. Hominem a se ortum ho-

minibus nobilissimis, omnibus honoribus praeferre Idem Philipp. 6, 17.  
 Alicui neminem praeferre fide, constantia, magnitudine animi Nep. 30  
 8, 1, 1. Bonitate praefertur Plin. 12, 21. Cum Infinitiuo. Columel.

1, 3 Vt multi Praetulerint carere poematibus. ¶ 3 Prae  
 se ferre, Ostendere. Modestiam praeferre et lasciuia uti Tac. Ann.  
 13, 45 de Poppaea. *i. praese ferre.* Plin. Ep. 1, 22 In summa, non

facile quis quenquam ex istis, qui sapientiae studium habitu corporis  
 praeferrunt, huic viro comparari. Vultus tuus nescio quod in-  
 gens malum praefert Curt. 4, 10, 26. Planc. ad Cic. Fam. 10, 8

Cum praeferremus sensus aperte. ¶ 4 Liu. 39, 5 Ne plus  
 in triumpho certaminum, quam in bello haberet, praetulit triumphū  
 diem. *i. occupavit, prius quam statuerat triumphauit.* Conf. Turneb. 40  
 Aduers. 30, 25.

**PRAELATVS**, a, um. Partic. Hostes praeter castra sua fuga  
 praelati Liu. 7, 24 med. Vt effusa fuga castra sua praelati, urbem  
 peterent Liu. 5, 26, 7. Praelatus honor Virg. Aen. 5, 541. vid. supra.

**PRAELATIO**, ōnis. f. Val. Max. 7, 8, 4 Praelatio contumeliosa  
 videri posset. Charif. i. c. de Gradibus, Praelatio omnium. Add. Tertull.  
 Apol. c. 13.

**PRAELĀTOR**, ōris. m. Tertull. de Pudic. c. 2.

**PRAEFERICVLVM**, i. n. Vas aeneum sine ansa patens, vel-  
 uti peluis, quod praeferre in sacrificiis solebant veteres. Festus. Conf.  
 omnino Lex. Pitisc.

**PRAEFERMENTO**, āre. legitur a nonnullis ap. Plin. 18, 11 ubi  
 Hard. f. 26 fermentabatur.

**PRAEFĒROX**, ōcis. Adi. [πολύθυρος] Valde ferex. Liu. 5, 36  
 Mitis legatio, ni praeferoces legatos, Gallisque magis quam Romanis  
 similes habuisset. Ibid. l. 3 Praeferocis animi. Conf. Suet.  
 Caes. c. 35.

**PRAEFERRĀTVS**, a, um. Adi. [προσασιδημένως] Quod fer-  
 rum habet in cacumine. Plin. 18, 10 Quippe et Hetruria spicam far-  
 ris tosti pinsente pilo praeferrato, fistula ferrata, et stella intus den-  
 ticulata, ut nisi intenti pinsant, concidantur grana, ferroque fran-  
 gantur. Ferro vincius. Plaut. Pers. 1, 1, 22 Plusculum annum fui  
 praeferratus apud molas Tribunus vapularis.

**PRAEFERTĪLIS**, e. Adi. Valde fertilis. Prudent. adu. Sym-  
 mach. 2, 1025 Quoniam praefertile germen Luxuriat. Alcim. Auit. 5,  
 119 Praefertilis vberere terra.

**PRAEFERVĪDVS**, a, um. Adi. [πολύζυγος] Valde feruidum  
 significat. Columel. 3, 1 Et omni declinatione mundi, nisi tamen gla-  
 ciali, vel praeferuuda, curae mortalium respondet. Ira praeferuuda

Liu. 9, 18.

**PRAEFESTĪNO**, āre. [προσπεύγω] Ante tempus festinare.  
 Plaut. Rud. 1, 2, 31 Qui praefestinet, ubi herus adsit, praeloqui. Liu.  
 23, 14 Concedendo plebi Senatum, ubi velint, defecuros se, ne defi-  
 cere praefestinent, effecisse. ¶ 2 Praefestinare, Tacito

Ann. 5, 10, 4 est Festinando praecurrere: ut, Quo vera seu falsa praer-  
 teriret Toronaeum Thermaeumque finem praefestinans, mox Euboe-  
 am, etc. euadit.

**PRAEFESTINĀTVS**, a, um. Partic. [προσπευγμένος] Quid.  
 de Nuce 98 Et tamen inuenias qui me iaculetur, et icstu Praefestinato  
 munus inane petat. Opus praefestinatum Columel. 11, 2.

**PRAEFESTĪNE**. Adu. [προσπεύχως] Celeriter. Plaut. Rud.  
 2, 5, 4 Vt sine labore extraxi hanc praefestine satis!

**PRAEFESTINĀTIM**. Adu. [προσπευγμένως] Idem. Sisenna  
 Hist. 4 Iidemque perseverauerunt, uti lex perueniret ad Quaestorem,  
 ac iudices quos vellent instituerent praefestinatum et cupide. Vid.  
 Non. 2, 708.

**PRAEFĪCA**, ac. f. [ἡ πρὸ τοῦ κλήρος, ἐν τῇ ἐπιφορᾷ, κοπτομένη,  
 θεμώδης ἐστὶ ἐπιφορὰ] Gloss. Lat. Gr.] Nonius 1, 340 Praeficae diceban-  
 tur apud veteres, quae adhiberi solebant funeri, mercede conductae,  
 ut fierent, et fortia facta laudarent. Plaut. Truc. 2, 6, 14 Praefica,  
 quae alios collaudare, a se vero non potest. Lucil. 22 Mercede  
 quae Conductae sient alieno in funere praeficae Multo, et capillos  
 scindunt, et clamant, magis. Varro de L. L. 6, 3 p. 76, 31 Prae-  
 fica, ut Aurelius scribit, mulier ab luctu, quae conducetur, quae  
 ante domum mortui laudes eius caneret. Et paullo post, Claudius,  
 scribit, quae praeficerentur ancillis, quemadmodum lamentarentur,  
 praefica est dicta. Vtrumque ostendit a Praefatione Praeficam di-  
 ctam. Forte leg. praefectione: sed nec praefatione a Varronis ingenio ab-  
 horret. Festus: Praeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mor-  
 tuum conductae, quae dant caeteris modum plangendi, quasi in hoc  
 ipsum praefictae. Naeuius, Haec quidem me hercle, opinor praef-  
 ica est, quae sic mortuum collaudat.

**PRAEFĪCIO**, fēci, fectum, ēre. [ἐπίστημι, προϊσάμαι] ex Prae  
 et Facio, est facere, ut aliquis praeficit negotio, ut praepone.

Colu. 105

mel. 1, 7 Ne talis praeficiatur negotio. Ouid. de Arte Am. 1, 7 Me Venus artificem tenero praefecit Amori. Cic. Verr. 2, 144 An aliquem Curatorem praeficere, qui statuis faciundis praefecisset? Custodem praerogativae aliquem comitiis praeficere Cic. Post red. in Senat. 16. Custos praeficitur lateri Claud. Conf. Mall. Theod. 43. Deum praefecit mundo Aristoteles Cic. de Nat. Deor. 1, 33. Ducem populo Id. pro Domo 89 c. 33. Exercitui praeficere ducem Nepos 11, 2, 4. Elephantis quem Indicis praefecerat Ter. Eun. 3, 1, 23. Imperio pari praeficitur Nepos 7, 5, 4. Imperatorem alicui bello Cic. pro Lege Manil. 49 c. 16. Legatos praeficere legionibus Caes. Bell. Gall. 5, 24. Cic. de Legib. 2, 66 Hunc procuratori certum Magistratum praefecerit. Pecori aliquem Idem pro Planc. 62. Regioni alicui, aut negotio praeficere aliquem Idem Att. 10, 3. Reipublicae seditiosos homines Id. pro Flacc. 16. Stationibus viarum aliquem praeficere

15 Stat. Silu. 4, 9, 19. Add. Iust. 5, 5, 1 etc.  
 PRAEFECTVS, a, um. Adi. Ouid. Epist. 12, 87 de Iunone, Sacris praefecta maritis i. maritalibus, coniugalibus, Iuno Zygia s. coniuga.  
 PRAEFECTVS, i. m. [πρωστάρχης, ἀρχιστάρχης] Qui alicui rei gerendae praeficitur. Praefectus moribus, intell. componendis, et corrigendis Cic. Fam. 9, 15 Quamdiu hic erit noster hic praefectus moribus, parebo auctoritati tuae. Moribus praefectus mulierum Plaut. Aul. 3, 5, 30.

¶ 2 Nobilissimus inter eos, qui hoc nomine vocantur, magistratus est Praefectus Praetorio, qui et Praefectus Praetorianorum dicitur apud Suet. Claud. c. 21. it. Praefectus praetorii 25 mediocris initio dignitas, ab Augusto instituta, qui duo equites Romanos praetorianis cohortibus praefecit, teste Dionel. 52 p. 480, B. et 55 p. 555, A. Sed a posterioribus in immensum prope aucta. Sueton. Titoc. 6 Praefecturam quoque praetorii suscepit, nunquam ad id tempus, nisi ab equite Rom. administratam. De hac re Plin. Praef. operis, Triumphalis ac censorius tu — et, quod his nobilius fecisti, dum illud patri pariter et equestri ordini praestas, Praefectus Praetorio eius. Capitolin. Pertin. 2 M. Aurelium palam doluisse scribit, quod eum, cum Senator esset, praefectum praetorii facere non possit. Interim cum ipsa nempe Praetorianorum militum potentia crevit etiam Praefecti praetorio dignitas in tantum, ut iam Aur. Victor de illa Tibi Praefectura dicat, Unde etiam honos is, ingens a principio, tumidior, atque alter ab Augusto imperio fuit. Auxit eam dignitatem procul dubio illa vox Traiani, ad quam alludens Plin. Pan. 67, 8 ex persona ipsius Traiani dicit, Ego quidem in me, si omnium utilitas ita posceret, etiam praefecti (κατ' ἐξουσίαν intell. Praetorio) manum armaui. Vid. Dio ap. Xiphilin. p. 778, A. Traianus ad Plin. 10, 65 Quia a Iulio Basso in perpetuum relegatus est — vincetus mitti ad Praefectos Praetorii mei debet. Imp. Iustin. de Confirm. ff. §. 9 Rhetores (advocati) quidem sunt gloriosissimorum praefectorum sacrorum nostrorum Praetorianorum. De Praefecto Praetorii senioris aetatis locus velut classicus est Cassiod. Varr. 5, 3. v. g. Quid est, quod non habeat commissum, cuius est vel ipse sermo iudicium? Paene est, ut leges possit condere, quando eius reverentia potest negotia sine appellatione finire. — Potestate igitur nulla dignitas est aequalis. Viae sacrae ubique iudicat. — Et licet aliae dignitates habeant titulos praefinitos, ab ista totum paene geritur, quidquid in imperio nostro acquabili moderatione tractatur. Nempe omnis et bellicarum rerum et iuris dicendi summa potestas lapsu temporis in hoc munus est collata. Hinc est titulus Pandectarum 1, 11 de officio Praefecti Praetorio. Et Cod.

55 Iust. 12, 4 itemque Theod. 6, 7 de Praefectis Praetorio. Vid. Gothofredi Notitia Dignitatum Cod. Theod. Fab. Semestr. 1, 1 etc.  
 ¶ 3 In re militari Praefecti de sociis auxiliisque intelligendi, non de legionibus, et quidem de pedestribus copiis pariter atque equestribus. sic, Praefecti alarum, cohortis ap. Plin. Tac. Suet. passim. Sic Tribuni militum (legionariorum) ac praefecti (auxiliarium) Caes. B. G. 1, 39. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit Cic. pro Marc. c. 2.

¶ 4 Alii Praefecti ordine literarum. Aerarii praefectus, vid. Aerarius praefectus, in AES. Aeronae praefectus Liu. 4, 12. Classis praefectus Plin. 6, 65 17 et 29. Dux praefectusque classis Cic. Verr. 5, 88. Ante solem exorientem nisi in palaestram veneras, Gymnasii praefecto haud mediocres poenas penderes Plaut. Bacch. 3, 3, 21. Conf. Turneb. Adu. 2, 30. Legionis Veget. 2, 9 i. tribunus ap. Tac. Hist. 1, 82, 1 sic appellatur tribunus militum legionariorum, ut a tribuno praetorianorum, ibidem memorato, distinguatur. Cic. post redit. in Senat. 14 His vitur quasi praefectis Libidinum suarum. Orae Ponticae praefectus Plin. Epist. 19, 21. Regii praefecti Liu. 36, 11. Vigilum praefectus Paullus, D. De offic. praefect. vigil. Vrbi Gell. 13, 16. de bis omnibus, et aliis, quorum in libris et lapidibus antiquis mentio est, non tam nostrum est agere, quam eorum, qui antiquitatis explanationem promittunt. Quare multa sunt de iis in Lexico Pitisci.

PRAEFECTIANI, orum, m. Apparitores praefecti praetorio, l. 2 et 3 C. De apparit. praefecti praetor. Amunianus Marcellinus 17, 3 Ut nec praefectianus, nec praesidialis apparitor ad soluendum quenquam vrgeret.

PRAEFECTVRA, ae, f. [πρωστάρχης, ἀρχιστάρχη] Munus et administratio Praefecti. Speciatim Praefecturae eae appellabantur in Italia, in quibus et ius dicebatur, et mundinae agebantur, et erat quaedam earum respub. neque tamen magistratus suos habebant, in quas legibus praefecti mittebantur quotannis, qui ius dicerent. Quarum genera fuere duo: Alterum, in quas solebant ire praefecti quatuor sex (viginti sex I. F. Gron. ad Gell. 1, 12) virum pro populi suffragio creati (erant) in haec oppida, Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatiam. Alterum, in quas ibant quos Praetor urbanus quotannis in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Cere, Venafrum, Allifas, Priuernum, Anagninam, Firusionem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaque complura. Haestenus Festus. Plin. 5, 9 Diuiditur in praefecturas oppidorum, quas nomos vocant. Cic. pro Sext. 32 Nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla praefectura, nulla Romae societas vestigalium, etc. Speciali nempe nomine Praefectura vocatur pars agri coloniae vicinae assignata. Vid. Sic. Flaccus p. 21 et Wil. Goef. Antiquit. Agrar. c. 12 p. 110. Siculi verba sunt: Illud praeterea comperimus, deficiente numero (hic Davinus Casus est) militum veteranorum agro, qui territorio eius loci continetur, in quo veterani milites deducebantur, sumtos agros ex vicinis territoriis conditorem diuississe et assignasse. Horum quoque agrorum proprias esse formas, ut suam quaeque regio formam habeat: quae singulae Praefecturae appellantur. Sic Mantuanum Campum Cremonensi coloniae attributum docet Seruius ad illud Ecl. 9, 28 Mantua

80 vrgeret.

85 genera fuere duo: Alterum, in quas solebant ire praefecti quatuor sex (viginti sex I. F. Gron. ad Gell. 1, 12) virum pro populi suffragio creati (erant) in haec oppida, Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Atellam, Calatiam. Alterum, in quas ibant quos Praetor urbanus quotannis in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Cere, Venafrum, Allifas, Priuernum, Anagninam, Firusionem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaque complura. Haestenus Festus. Plin. 5, 9 Diuiditur in praefecturas oppidorum, quas nomos vocant. Cic. pro Sext. 32 Nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla praefectura, nulla Romae societas vestigalium, etc. Speciali nempe nomine Praefectura vocatur pars agri coloniae vicinae assignata. Vid. Sic. Flaccus p. 21 et Wil. Goef. Antiquit. Agrar. c. 12 p. 110. Siculi verba sunt: Illud praeterea comperimus, deficiente numero (hic Davinus Casus est) militum veteranorum agro, qui territorio eius loci continetur, in quo veterani milites deducebantur, sumtos agros ex vicinis territoriis conditorem diuississe et assignasse. Horum quoque agrorum proprias esse formas, ut suam quaeque regio formam habeat: quae singulae Praefecturae appellantur. Sic Mantuanum Campum Cremonensi coloniae attributum docet Seruius ad illud Ecl. 9, 28 Mantua

90 tiam. Alterum, in quas ibant quos Praetor urbanus quotannis in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Cere, Venafrum, Allifas, Priuernum, Anagninam, Firusionem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaque complura. Haestenus Festus. Plin. 5, 9 Diuiditur in praefecturas oppidorum, quas nomos vocant. Cic. pro Sext. 32 Nullum erat Italiae municipium, nulla colonia, nulla praefectura, nulla Romae societas vestigalium, etc. Speciali nempe nomine Praefectura vocatur pars agri coloniae vicinae assignata. Vid. Sic. Flaccus p. 21 et Wil. Goef. Antiquit. Agrar. c. 12 p. 110. Siculi verba sunt: Illud praeterea comperimus, deficiente numero (hic Davinus Casus est) militum veteranorum agro, qui territorio eius loci continetur, in quo veterani milites deducebantur, sumtos agros ex vicinis territoriis conditorem diuississe et assignasse. Horum quoque agrorum proprias esse formas, ut suam quaeque regio formam habeat: quae singulae Praefecturae appellantur. Sic Mantuanum Campum Cremonensi coloniae attributum docet Seruius ad illud Ecl. 9, 28 Mantua

100 Dativus Casus est) militum veteranorum agro, qui territorio eius loci continetur, in quo veterani milites deducebantur, sumtos agros ex vicinis territoriis conditorem diuississe et assignasse. Horum quoque agrorum proprias esse formas, ut suam quaeque regio formam habeat: quae singulae Praefecturae appellantur. Sic Mantuanum Campum Cremonensi coloniae attributum docet Seruius ad illud Ecl. 9, 28 Mantua

105 tua

tua, vae, miserae nimium vicina Cremonae. *Alioqui latius patet, ut Praefecti, sic Praefecturae appellatio.* Sic Multas consulum praetorumque praefecturas delatas sic Accepit etc. Nep. 25, 6, 4. Cic. Att. 5, 21 Praefecturam petiuit: negavi me cuiquam negotianti dare: quod idem tibi ostenderam. Suscipere Caes. B. G. 8, 12. Pro-mittere praefecturam alicui Cic. Att. 6, 1.

**PRAEFECTIO**, ōnis. f. *Actus praeficiendi.* Mundana praefectio Mart. Capell. lib. 6 p. 239.

**PRAEFECTOR**, ōris. m. *Idem quod Praefectus esse dicitur apud Iustit. de Confirm. Digest. §. 9 et Ferret. Mus. Lapid. p. 276. Sed 10 de priore loco certe falsum. De altero iam non vacat quaerere.*

**PRAEFECTORIVS**, a, um. Adj. [*ἐπιστάτης*] Praefectura functus. Vlpian. D. de Senatoribus l. 1 Consulari feminae utique Consularem virum praefendum esse nemo ambigit. Sed vir praefectoris an feminae Consulari praeferatur videndum est. 15

**PRAEFIDENS**, tis. *Valde fidens* Cic. Off. 1, 90 c. 26 Sic homines secundis rebus effrenatos, sibi que praefidentes, tanquam in gyrum rationis et doctrinae duci oportere.

**PRAEFIGO**, xi, xum, ěre. [*προσφυῶν*] *Ante figere.* Plin. 33, 4 Lineas itineri praefigunt. Arma praefigere puppibus Virg. Aen. 20

10, 80. Capita in hastis praefigere idem ibid. 9, 466. *Praefigere* Idem Georg. 3, 399 Multi iam excretos prohibent a matribus haedos Prinaque ferratis praefigunt ora capistris.

**PRAEFIXVS**, a, um. Partic. [*προσχυθῆς*] Plin. 16, 4 Antea rostra navium Tribunali praefixa foro decus erant. Caput hasta 25

praefixum circumtulit Suet. Caes. c. 24. Veru praefixa latus Tibul. 1, 6, 49. Hastilia praefixa ferro Virg. Aen. 5, 557. Robur praefixum ferro Idem ibid. 10, 479. Praefixa ferro iacula, *Quibus affixum est ferrum acutum* Liu. 26, 4. Praefixum, *Praeclusum*: Caius, l. 6 de Seruitut. vrb. praediorum, Si ego per statutum tempus fenestras meas praefixas habuero, vel obstruxero.

**PRAEFIGVRO**, ěre. Se quisque pro sexu in illis imaginibus praefigurat Lactant. 6, 20. *de pueris et puellis, impudicos ludos comicos spectantibus.*

**PRAEFIGVRATIO**, ōnis. f. Sine vlla praefiguratione futurorum Augustin. C. D. 16, 2. i. *designazione, descriptione.*

**PRAEFINIO**, iui, itum, ĩre. [*προορίζω*] *Praescribere, praescribere.* Cic. Fam. 7, 2 Sed eo vidisti multum, quod praefinisti, quo ne pluris emcren. Tu vero, ut videtur: nam praefinire, non est meum Cic. Tusc. 5 c. 8. Idem Verr. 5, 173 Neque de illo quid-

quam tibi praefinio, quo minus ingenio mecum atque omni dicendi facultate contendas. Calendas Ian. tibi praefinitas esse scito Cic. Fam. 6, 8. Idem de Provinc. Consul. 37 Legem quam non putat, eam quoque servat; praefinit enim successori diem. Idem de Legib. 2,

45 Sed ego caetera non tam restricte praefinio, vel hominum vitiis, vel subsidiis temporum victus. Praefinire sumtum funerum ex censibus Idem ibid. 2, 68. Idem de Leg. Agrar. 1, 10 Quod superiore parte legis praefinitum fuit, Sulla et Pompeio Consulibus, id rursus liberum infinitumque fecerunt.

**PRAEFINITIO**, ōnis. f. Iulianus in l. Quum sine D. Quand. dies leg. vel fidelcom. ced. Quum sine praefinitione temporis legatum ita datum fuerit, Vxori meae penum heres dato. Marcellus in l. proxima, Si cum praefinitione annorum legatum fuerit, velut Titio dena ad annos decem, etc. Secundum praefinitionem Tertull. de Monog. c. 2. *Add. Vulg. Ephes. 3, 11.* 55

**PRAEFINITO**, Adii. [*προορισμένος*] Donatus dicit deesse Tempore: ut dicamus Praefinito tempore. Ter. Hec. 1, 2, 19 Nam illic haud licebat, nisi praefinito loqui.

**PRAEFINITVS**, a, um. Part. Scaeuola l. 47 D. de Pactis, Intra praefinitum tempus. *Add. Vulg. Dan. 12, 4. Galat. 4, 2.* 60

**PRAEFISCINE**, *vel PRAEFISCINI*, a Fascino est, quasi dicas Praeter fascinum, [*ἀσκαίνων*] Nempe formula est fascinum i. fascinationem, illam praefertim, quae ex laude intempestiva est, deprecandi et depellendi, de qua Muret. Var. Lect. 9, 3. Plaut. Afin. 2, 4, 84

Praefiscine hoc nunc dixerim, nemo etiam me accusavit merito meo. 65 *Add. Apul. Flor. 3. Scalig. ad Fest. Praefiscine, Veteres ad fascinum depellendum dicere solebant.* Afranius s. Titinn. op. Charis. 2 p. 189. Paulla mea amabo, pol tu ad laudem addito praefiscine, ne puella fascinetur. Praefiscine, *de praesenti*; praefiscini, *de futuro dici, obseruat Scalig. v. Stewech. ad Apul. Flor. p. 398.* 70

**PRAEFLETVS**, a, um. Diutine visū praefletō Apul. Miles. 2 p. 125. *Perfletō Elmenb. i. lacrimis rigato.*

**PRAEFLŌREO**, ui, ěre. [*προανθῆω*] *Ante florere.* Plin. 16, 29 Ideoque et praeflorent talia, et praegerminant.

**PRAEFLŌRO**, ěre. [*προφῆνω*] *quasi Praelibare.* Gell. 14, 175 extr. Et futuri gaudii fructum spes tibi iam praeflorauerit.

**PRAEFLORĀTVS**, a, um. Part. Praeflorata virgo Apul. Apol. p. 332 Elm. Praeceptum praefloratumque Plin. Paneg. c. 58. Gloria praeflorata Liu. 37, 58. *Vid. Gronou. ad loc.*

**PRAEFLVO**, xi, xum, ěre. [*προφύω*] *Ante fluere.* Plin. 4, 580 Praefluente Alpheo amne. Idem 5, 30 Pergamum quod intermeat Silenus, praefluit Cetiis profusus Pindaso monte. Hor. Carm. 4, 3, 10 Sed quae Tibur aquae fertile praefluunt. Flumen castra praefluabat Tacit. Ann. 15, 15. *Conf. Burm. ad Quinctil. 2, 5 p. 151.*

**PRAEFLVVS**, a, um. Adj. Plin. 19, 4 Hortos esse riguos habendos praefluo amne.

**PRAEFŌCO**, ěre. [*ἀφύω*] *Spiritum faucibus claudere.* Ouid. in Ibin 558 Praefocent animae Gnosia mella viam, Praefocari Scribon. 179. 184. 196. i. *suffocari.* Praefocari videntur 94.

**PRAEFOCĀTVS**, a, um. Partic. Calpurn. Ecl. 4, 115 Praefocata malignum Mellis habet lolium. Praefocati videntur Scribon. 47.

**PRAEFOCABILIS**, e. Adj. Cael. Aurel. Acut. 2, 27, 143 Praefocabilis iacendi difficultas *actiue*, quae videtur praefocare. Praefocabilis sensus Idem 3, 2, 16 cum sibi quis praefocari videtur. Id. Acut. 2, 55, 185 Grauantur quidam thorace, atque praefocabili spiramento respirant. Et 2, 37, 193 Conuenit, neque maiora loca esse — sed neque plus satis breuia; sunt enim praefocabilia, *actiue hic quoque.*

**PRAEFOCATIO**, ōnis. f. Scribonius Largus Comp. 100 Facit hoc medicamentum ad subitas praefocaciones. *Vid. INCVBO, onis.*

**PRAEFOĎIO**, fōdi, fossium, ěre. [*προοφύρω*] *Fodere ante, siue loci respectu s. temporis.* Plin. 17, 11 Praefodere serobes ante. Praefodiunt portas Virg. Aen. 11, 473. i. *Ante portas, fossas faciunt, quae res nimiam indicat desperationem.* Ouid. Met. 13, 60 Fictumque probavit Crimen, et ostendit quod iam praefoderat aurum. i. *Quod iam antea absconderat, seu defoderat.* 105



**PRAEFOECUNDVS**, a, um. Adi. [ πολυγύνμος ] *Ante consuetum tempus et nimis foecundum significat* Plin. 16, 27 l. 51. *Omnia autem celerius senescunt praefoecunda.*

**PRAEFOR**, non dicimus, vid. **PRAEFARIS**.

**PRAEFORMĪDO**, āre. [ καταφοβῆμαι ] *Valde formidare.* Quinctil. 4, 5 *Quum index si prouidet, non aliter praeformidat, quam qui ferrum medici ante quam curetur, aspexit.*

**PRAEFORMO**, āre. [ προμορφῶ ] *Ante vel prius formare.* Sil. 7, 385 *Atque his praeformat dictis fingitque monendo.* Animos ad humanitatem praeformare Scribon. Ep.

**PRAEFORMATVS**, a, um. Partic. Quinctil. 2, 6, 5 *Namque incipientibus danda erit velut praeformata materia secundum cuiusque vires.* i. *Declamationis formam dare debet praefceptor, diuidendo, et dictionem incipiendo.* Et 5, 14, 31 *Praeformatae infantibus literae, quas imitentur.*

**PRAEFORMATOR**, ōris. m. Tertull. de Praescr. Haer. c. 30 *Marcion institutor et praeformator Apellis.*

**PRAEFORTIS**, e. Adi. Tertull. de Resur. Carn. c. 5 *Hinc infirmum, inde praefortem.*

**PRAEFOVEO**, ēre. *Vnde*

**PRAEFOTVS**, a, um. Praefotae partes aqua marina vel aceto falso Cael. Aurel. Tard. 4, 2.

**PRAEFOMENTO**, āre. Praefomentare vulnera Theod. Prisc. 1, 21. *Add. Octau. Horat. 1, 19.*

**PRAEFRIGĪDVS**, a, um. Adi. [ πολυψυχρος ] *Valde frigidus.* Plin. 17, 20 *Septentrionali et praefrigido situ.* *Auster praefrigidus* Ouid. ex Ponto 4, 12, 35. *Vinum Cels. 4, 5.*

**PRAEFRINGO**, frūgi, fractum, ēre. [ προαγνῶ ] *Frangere partem priorem, eminentiorem.* Columel. 2, 2 extr. *Et praefractas stirpes, summasque radices, quibus ager arbusculo consitus implicatur, omnes refodiat ac perfequatur.* Liu. 8, 10 *Et hastas aut praefregissent, aut hebetassent.*

**PRAEFRACTVS**, a, um. Partic. [ προκαταγνόμενος ] Cels. 5, 26, 35 *Surculus corpori infixus si praefractus est, vel altius descendit, quam ut manu aut ferro eiici possit, medicamento euocandus est.* Ligna praefracta, i. *In prima fronte, et in summo quasi cortice fracta.* Lucret. 1, 891 *Postremo in lignis cinerem, fumumque videri* Quum praefracta forent. *Pinus praefracta* Ouid. Met. 12, 358.

**PRAEFRACTVS**, a, um. Partic. *Metaphor. Durus et inflexibilis.* Huic contrarius Aristo Chius, praefractus, seuerus Cic. ap. Non. 2, 664. Val. Max. 6, 5 ext. 4 *Praefractior atque abscissior iustitia.* Cic. in Orat. 40 c. 13 *Thucydides autem praefractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus.* Praefractior, i. *Asperior et durior.* Praefractus enim est, *Qui flecti non potest, sed potius frangitur: unde et pro Obstinato ponitur.* In hoc autem Ciceronis loco *Breuis et concisus potius denotatur, ut abruptus, confragosus.*

**PRAEFRACTE**. Adu. [ ἀσθαδῶς ] *Obstinate.* Cic. Off. 3, 88 c. 22. *Nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere.* Compar. Val. Max. 9, 7 extr. *Disciplinam praefractius et rigidius adstringere.*

**PRAEFVGIO**, ēre. Tertull. de Anima c. 35.

**PRAEFVLGIO**, ſi, tum, īre. [ προεξίδω ] *Praemunire, praefruere.* Plaut. Pseud. 3, 1, 6 *Vbi ego omnibus paruis, magnisque miseris praefulcior.* Cic. Att. 5, 13 *Per fortunas (quoniam Romae manes) primum illud praefulci atque praemuni quaeso, ut simus annui, ne intercaletur quidem.*

**PRAEFVLGEO**, ſi, ēre. [ περισσολαγίζω ] *Praeter modum fulgere.* Auctor ad Herenn. 3, 33 *Tum nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne aut obcaecentur tenebris imagines, aut splendore praefulgeant.* Sen. de Benef. 1, 6 *Auro praefulgent.*

**PRAEFVLGENS**, entis. Partic. [ περισσολαγίζων ] *Murice aurato praefulgens* Sil. 4, 326. *Pellis praefulgens vnguibus aureis* Virg. Aen. 8, 553. *Memoria Poppaei Sabini consulari et triumphali decore praefulgentis* Tacit. Ann. 13, 45, 2.

**PRAEFVLGĪDVS**, a, um. Adi. apud Firmic. *Et Iuenc. 3, 330 Praefulgida nubes.*

**PRAEFVLGŪRO**, āre. [ προαεράω ] *Ante fulgurare.* Valer. Argon. 3, 119 *Strictoquo vias praefulgurat ense.* h. e. *Coruscare facit.* Stat. Theb. 17, 502 *Multoquo latus praefulgurat ense.* al. *Perfulgurat.*

**PRAEFVRNĪVM**, ā. n. [ προφυρῆιον ] *Os patens fornacis, quo ligna in fornacem induntur, et deinde obstruitur.* Cato c. 38 *Ventus ad praefurnium caueto ne accedat.* Sic c. 38. et *Vitruuius 5, 10.*

**PRAEFVRO**, ēre. *Ante vel valde furere.* Stat. Theb. 4, 821. *Agmina bello Decertare putes, iustumque in gurgite Martem Praefurere.* Toruus praefuris Idem Theb. 2, 420.

**PRAEFVSCVS**, a, um. Adi. *Terrae praefuscae* Manil. 4, 715 i. *valde fuscae.*

**PRAEGELĪDVS**, a, um. Adi. [ πολυκενώδης ] *Qui multum aut nimis frigidus est.* Columel. 2, 9, 7 *Ea locis praegelidis ac nitiosis, vbi aestas humida et sine vaporibus, recte committitur.* Idem 11, 2 *Praegelidum et pluuium caelum.* conf. Id. 5, 6. *Riuū* Sil. 4, 226. *Frigora* Colum. 4, 8. *In locis praegelidis* Liu. 21, 54.

**PRAEGENERO**, āre. Prosper. Aquitan. Epitaph. haeres. Nestor. et Pelag. pr. *Nestoriana lues successit Pelagianae, Quae tamen est vtero praegenerata meo.*

**PRAEMONITOR**, oris. m. Apul. de Deo Socr. p. 51 Elm. Invertis prospector, dubiis praemonitor, periculosis tutator.

**PRAEMONITORIVS**, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 3 99 Praemonitorium edictum.

**PRAEMONSTRO**, are. [ὑποδεικνύω] Ante monstrare, Docere, ostendere. Plaut. Perf. 1, 3, 68 Praemonstra docte: praecipe astu filiae quid fabuletur, vbi se natam praedicet. Cic. de Diuin. 1, 13 c. 7 Atque etiam ventos praemonstrat saepe futuros Inflatum mare. Ex Poeta.

**PRAEMONSTRANS**, antis. Part. [ὑποδεικνύων] Stat. Theb. 1, 67 Si Sphingos iniquae Callidus ambages te praemonstrante resolui.

**PRAEMONSTRATOR**, oris. m. [ὑποδεικτής] Qui praemonstrat, et docet, quid faciendum sit ante periculum. Ter. Heaut. 5, 1, 2 Sed hic adiutor meus, et monitor, et praemonstrator Chremes, hoc mihi praestat. Vid. Guyet. ad h. l.

**PRAEMONSTRATIO**, onis. f. Lactant. 7, 14, 12 Saepè diximus minora et exigua magnorum figuras et praemonstrationes esse.

**PRAEMORDEO**, di, sum, ere. [προδάκνω] Gell. 7, 9 Plau-

tus in Trigeminis, non Praemordisset, neque Praemomordisset dixit, sed Praemorisset; Ni fugissem, inquit, medium credo praemorisset.

5 PRAEMORIOR, iris vel eris, mori. [προτελευτάω] Quasi Ante tempus mori. Ouid. Epist. 8, 121 Aut ego praemoriar, primoque extinguar in aevo, Aut ego Tantalidae Tantalidis vxor ero. Plin. 29, 2 Traduntque quod extra nodum sit, e cauda praemori.

PRAEMORTVVS, a, um. Partic. Membra praemortua, ante fatum scilicet totius hominis Ouid. Amor. 3, 7, 65. Liu. 3, 72 Scaptium ipsum id quidem, etsi praemortui iam sit pudoris, non fatum. Sic autem forte vocat, ut notet in sene decrepito paullo ante vitam extinctum esse pudorem.

PRAEMOVEO, ere. Cael. Aurel. Tard. 1, 5, 168 Quoties partes longe remotae praemouentur.

15 PRAEMOTVS, a, um. Partic. Idem ibid. 2, 1, 46 Praemotis vel exercitis, vt supra dictum est, consilium dabimus.

PRAEMVLCEO, ere. Vnde

20 PRAEMVLSVS, a, um. Partic. Apul. Florid. 1 p. 342 pr. Crines eius praemulsis antiis, et promulsis caproneis anteuentuli et propenduli. Praemulsis, vt frontem tegant aliquantulum, Promulsis vt ad latus dependeant.

PRAEMVND0, are. Octau. Hor. 1, 10 Praemundare oculos molli penicillo.

25 PRAEMVNIO, ire. [προοχύρω, προοχύρω] Prius munire. Cael. Bell. Ciuil. 3, 55 Isthmum praemunire instituit. Ibid. 58. Per translationem, pro praeparare, praestruere, etc. Cic. pro Cael. 19 c. 8 Quamobrem illa, quae ex accusatorum oratione praemuniri iam et fingi intelligebam, fretus vestra prudentia, Iudices, non pertimesco. Cic. in Orat. 137 c. . Vt diuidat in partes, vt aliquid relinquat ac negligat, vt ante praemuniat, vt in eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in aduersarium transferat. Cic. Att. 5, 13 Primum illud praefulci atque praemuni, quaeso, vt simus annui, ne intercaletur quidem.

PRAEMVNITVM genus dicendi et ex omni parte causae septima Cic. de Orat. 3 c. 9.

35 PRAEMVNITIO, onis. f. [προοχύρωμα] Praeparatio, qua facimus, ne secus accipiantur, quae dicere volumus. Cic. de Orat. 2, 304 c. 75 Quid? si in homines caros, iudicibusque iucundos, sine vlla praemunitione orationis acerbis, et contumeliosius inuehant, nonne abs te iudices abalienes?

40 PRAENARRO, are. [προαναγγέλλω] Ante narrare. Ter. Eun. 5, 3, 12 Recte sane interrogasti, oportuit rem praenarrasse me.

PRAENASCOR, eris, nasci. Commodian. Instruct. 6 Illum non aliquis prophetauit praenasci.

45 PRAENATO, are. [προναίχομαι] Ante natate. Plin. 9, 45 f. 68 Praenatante piscicula frondem suam spargit: de urtica, pisce. Praenatat amnis domos Virg. Aen. 6, 705. Seruius: Praenatat praeterfluit. Et contrarie dictum est: nam non natant aquae, sed nos in ipsis natamus. Ennium igitur sequutus est, qui ait, Fluctusque natantes. Vid. similia in NATO.

50 PRAENAVIGO, are. [προναίγω] Praeternaigare, vel ultra nauigare. Plin. 6, 23 Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, vt XX dierum spatio praenaugauerint. Mela 2, 3 Ad Sunium tendentibus illa praenauganda.

PRAENAVIGATIO, onis. f. Plin. 6, 31 A Gorgonum insulis praenaugatione Atlantis dierum quadraginta, etc.

55 PRAENECTO, vid. PRAENEXVS.

PRAENESTE, is. n. et PRAENESTIS, is. f. [Πραίνεστος] Nomen urbis in Latia, non longe ab urbe Roma, quod locus in quo sita est, montibus praestet Fest. ex Catone: vid. Seru. ad Aen. 7, 682. Et sic cum Dipthongo scribitur. Seruius ad Aen. 7, 278 ἀπὸ τῆς πάλιν, hoc est ab ilice, quae ibi abundat, deducit. Solinus c. 8 A Praeneste Vlyssis nepote, et Latini regis filio. Olim Polystephanos dicta: id est, multarum coronarum. Lege Plutarchum in Parall. Gr. Rom. extr. Quidam a Caeculo Vulcani filio conditam ferunt super Aetino monte; quod sequitur Virg. vid. CAECVLVS. In hac fuit Fortunae templum illustre: unde certa edebantur oracula. Huius meminit Cic. de Diuin. 2, 187 Quod Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum nusquam se fortunatiorem, quam Praeneste, vidisse Fortunam. Vid. PRAENESTINA Dea, Fortuna. Altum Praeneste Virg. Aen. 7, 682. Frigidum Hor. Carm. 3, 4, 22. Sacrum Stat. Silu. 4, 4, 15.

70 PRAENESTINI, orum. m. Pl. [Πραίνεσται] Habitatores Praeneste. Cic. de Diuin. 2, 85 Numerium Suffucium Praenestinarum monumenta declarant, honestum hominem et nobilem somniis crebris, etc. Praenestinos, refert Gell. maximo opere a Tiberio imperatore petisse orasque, vt ex Colonia in municipii statum redigerentur: idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse, quod in eorum sinibus sub ipso oppido, ex capitali morbo reualuisset. Haec ille 16, 13.

75 PRAENESTINVS, a, um. Possessiu. [Πραίνεσταιός] Braetiae Praenestinae Plin. 33, 3. Dea Ouid. Fast. 6, 62. Fortuna Lucan. 2, 195. Montes Liu. 3, 8. Nucum Praenestinarum meminit Cato v. g. 8. it. 143, 3 Eae sunt, quae et Ponticae vocantur, et Auelanae. Auctor Macrob. Saturn. 3, 18. Sorores Stat. Silu. 1, 3, 80 videntur Parcae esse sortium praesides. Cic. de Diuin. 2, 87 c. 41 Fani pulchritudo et vetustas Praenestinarum etiamnum retinet sortium nomen, atque id in vulgus. Sed totum illud caput earum sortium historiam et rationem continet. Vrbs Virg. Aen. 7, 678.

PRAENEXVS, a, um. Obligatus. Praenexo obsignatoque ore simulacrum Solin. c. 2.

PRAENIMIS. [μέγα λίον] Quasi dicas Valde nimis. Gell. 19, 10 Hoc praenimis plebeium est.

80 PRAENITEO, ui, ere. [παισιδίζω] Valde nitere et resplendere. Paterc. 2, 39, 2 Deuictarum gentium titulis forum Augusti praenitet. Cur tibi iunior laeta praeniteat fide Horat. Od. 1, 33, 4. i. pulchrior videatur.

85 PRAENITENS, entis. Part. Paterc. 2, 35, 1 Virtus Catonis multis in rebus conspicua atque praenitens. Luna Plin. 2, 9.

PRAENOBILIS, e. Adi. Compar. Apul. Florid. 3 Praenobilior proprio ingenio, quam patrio consulatu.

90 PRAENOMEN, inis. n. [πρώτον ὄνομα] Quod distinctionis causa praepositur nomini, vt Marcus, Publius, Titus, Quintus. Et raro plene scribitur, sed aut unica litera, vt A, id est Aulus. C, id est Caius: ubi scribitur C et pronuntiat G: vt in Cn, duabus literis, id est Cneus. Sic Sex. id est Sextus: Sic M. Marcus, sed M' Manius, T. Titus, Ti. Tiberius, etc. In Praenomibus non seruari analogiam vt in Nominibus, scribit Varro de L. L. 8, 38 p. 113, 4 quod sint instituta ad vsum singularia, quibus discernentur nomina gentilicia; vt a numero

mero in feminis, Prima, Secunda, Tertia. In viris, vt Quinctus, Sextus, Decimus. Sic ab aliis rebus, quum essent duo Terentii, aut plures, discernendi causa, vt aliquid singulare haberent, notabant: forsitan ab eo, qui mane natus diceretur, vt is Manius esset: qui luci, Lucius, qui post patris mortem Postumus. E quibus, quae cum item accidissent feminis, proportione appellata: declarant praenomina mulierum antiqua, Mania, Lucia, Postuma. Videmus enim Maniam matrem Iarum, et Luciam Volumniam Saliorum carminibus appellari. Postumam a multis post patris mortem (*natum*) etiam nunc appellari. Haec Varro. *Classicus locus est Auctoris Epitomes de Nominum ratione, quae Valerio Max. subiici solet: unde quaedam delibamus: Animaduerto in consulum fastis perplexum usum praenominum et cognominum: fuisse dictum Postumum Coninium Auruncum, et Postumum Aebutium Eluam, et Vopiscum Iulium, et Opitrem Virginium Tricostum, et Paullum Fabium Maximum. (Nempe Postumus, Vopiscus, Opiter, Paullus etiam cognomina sunt) — Gentilia nomina Varro putat fuisse innumera, et praenomina circa triginta. Pueris, non priusquam togam virilem sumerent; puellis non antequam nubarent, praenomina imponi moris fuisse, Q. Scaeuola auctor est. Quae olim praenomina fuerunt, nunc cognomina sunt, vt Postumus, Agrippa, Proculus, Caesar. Enarrat deinde praenomina Opiter, Vopiscus, Hostus etc. quae nos suis locis explicamus. Qui plura, et in unum locum congesta cupit, illi adeundus est liber Caroli Sigonii de Nominibus Romanorum: quem correxit, et suppleuit Ez. Spanhem. de Vsu et praest. Num. diff. 10, 2 p. 23-41. Nos non totam antiquitatem, sed linguam potissimum tractamus. Itaque unum alterumque locum bonorum scriptorum subiiciemus.* Quinctil. 3, 7, 20 Et post mortem adiecta quibusdam ignominia est, vt — Marcoque Manlio, cuius praenomen a familia in posterum exeritum est. Vid. Spanh. l. c. p. 33. et add. Tacit. Ann. 3, 17. Hor. Sat. 2, 5, 32 Senibus blandiri et ad repere Vlysses docet Tiresias, Quincte, puta, aut Publi (gaudent praenomine molles Auriculae) tibi me virtus tua fecit amicum. Nempe cum fratres, et familiarissimi adeo solis se praenominibus appellarent, cumque facilius scirent externi, esse v. g. aliquem Tullium ac Ciceronem, quam Marcum aut Quinctum; hinc interioris notitiae signum est, Praenomine aliquem appellare. Cic. Fam. 1, 9 ubi rationem reddit novae cum Vatino familiaritatis, laudato Terentii loco de Phaedriae opposita Pamphila, Sic petiui a iudicibus, vt quoniam quidam nobiles homines — nimis amarent inimicum meum — quoniamque illi haberent suum Publium (Clodium, quem blande solo praenomine appellarent) darent mihi ipsi alium Publium (Vatinum ipsis exosum) in quo possem illorum animos, mediocriter lacescitus leuiter repungere. Contra qui se satis alteri notos putabant, ii Praenomen suum in praescriptione literarum omittebant. Cic. Fam. 7, 32 pr. Quod sine Praenomine, vt debebas, ad me epistolam misisti, primum addubitavi, num a Volumnio senatore esset, quocum mihi est magnus vsus: deinde οὐτροπείλια literarum fecit, vt intelligerem, tuas esse.

**PRAENOMINO**, ãre. Epit. de Nom. rat. vulgo Val. Max. adscripta, Tullus praenominatus est omnis gratia, quasi tollendus. Qui celeriter erant nati, fere Numerios praenominabant Varro apud Non. 4, 319.

**PRAENOSCO**, nõui, nõtum, ãre. [*προγνώσκω*] Ante noscere. Plin. 19, 12 Vera autem cuiusque natura non nisi medico effectu praenosci potest. Idem 18, 24 Quae futura praenosci non possunt. Verum in his duobus Plinii exemplis al. Per nosci. Futura Cic. de Diuin. 1 c. 38. Laborem venturum praenosce Stat. Theb. 3, 490. Signum hoc veniens poterunt praenoscere nautae Cic. in Arat. 75. Omnia praenosces mater Sil. 16, 124.

**PRAENOSCENTIA**, ae. f. Sarisb. Metalog. 4, 27 Praenoscentia futurorum.

**PRAENOTIO**, õnis. f. [*πρόγνωσις*] Notio et intelligentia institutionem praecedens. Cic. de Nat. Deor. 1, 43 c. 17 Fateamur constare illud etiam, hanc nos habere siue anticipationem, vt ante dixi: siue praenotionem deorum.

**PRAENOTO**, ãre. Signo aliquo vicinae stirpis aut arboris praenotabit (locum) Pallad. 9, 8. Euagrius librum primum defensionis Origenis, Eusebii Caesareensis, nomine Pamphili Martyris praenotavit Hieron. ad Ctesiph. adu. Pelag. c. 2. Add. ibid. paullo ante. Apuleius de Deo Socratis praenotavit librum, quem appellare de Daemone Socratis debuit Augustin. de Ciu. D. 8, 14.

**PRAENOTATVS**, a, um. Part. Crux praenotata, crux adumbrata est prius Prudent. in Rom. v. 629. i. praefigurata in Vet. Testam. Libri literis ignorabilibus praenotati Apul. Met. 11 p. 268. Liber hoc titulo praenotatus Augustin. Retr. 2, 14.

**PRAENUBILVS**, a, um. Adi. [*προνυβίλος*] Significat idem quod valde nubilus et obscurus. Ouid. Amor. 3, 13, 7 Stat vetus, et densa praenubilus arbore lucus.

**PRAENUNCVPO**, ãre. Ante nominare, id enim est nuncupare. Prudent. Hymn. Ieiun. 179 Praenuncupatus ore qui prophético Emanuel est.

**PRAENUNTIO**, ãre. [*προαγγέλλω*] Ante nuntiare. Ter. Phorm. 5, 2, 12 Geta, abi, praenuntia hanc venturam. Cic. de Diu. 1, 11 c. 6 Inflatuque diuino futura praenuntiat. Praenuntiandae futurae res Augustin. Ep. 19, 3.

**PRAENUNTIVS**, a, um. Adi. [*προαγγελτικός*] Qui rem nuntiat ante quam fiat. Cic. de Nat. Deor. 2, 14 Quae nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum praenuntiae. de cometis. Plin. 2, 27 Quippe ingentium malorum fuere praenuntia, sc. chasmata. Ales lucis praenuntius, Gallus Ouid. Fast. 2, 567. Aurora solis praenuntia Cic. in Arat. 66 (Grot. 300.) Clamor Plin. in Paneg. . . Hirundo Veris praenuntia Ouid. Fast. 2, 153. Ortus praenuntius solis Idem Trist. 3, 5, 55. Veneris praenuntius Zephyrus Lucret. 5, 736 qui spirat ante ver, et genitalem illam anni horam. Verba praenuntia cladis futurae Ouid. Met. 3, 191.

**PRAENUNTIVM**, i. n. Procellarum sunt quaedam praenuntia Sen. de Ira 3, 10. Nunquam vrbs Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id praenuntium esset Plin. 2, 84. Add. Id. 2, 27.

**PRAENUNTIATIVVS**, a, um. Adi. Ignis praenuntiativus Plin. 2, 71 de ignibus, qui accenduntur in turribus, siue speculis ad maris litus exstructis.

**PRAENUNTIATIO**, õnis. f. Augustin. Retract. 1, 22. Tertull. de Anima c. 46.

**PRAENUNTIATOR**, õris. m. προάγγελος Gloss. Cyrill. Augustin. Confess. 9, 5. et de Genes. 8, 4 extr.

**PRAENUNTIATRIX**, icis. f. Prudent. pass. B. Laurent. 29, 105

PRAEOBTURO, ãre. Partic. *usus est* Vitruv. 10, 12 Praeobturantes foramina.

PRAEOCCIDO, cãdi, cãsum, ãre. [*προπίπτω*] *Ante occidere.* Plin. 18, 29 Cui praeoccidere Caniculam necesse sit.

5 PRAEOCCVPO, ãre. [*προφθάνω, προκαταλαμβάνω*] *Ante occupare.* Caes. Bell. Civil. 2, 17 Praeoccupatum sese legatione ab Cn. Pompeio teneri obstructum fide. *Est autem in hoc Caesaris exemplo, Hominem beneficio irretire. Loquitur de Varrone, quem Pompeius sibi per eam legationem obligauerat, antequam bellum foret.* Liu. 4, 48

10 Vbi videant Collegas principes agenda rei gratiam omnem ad plebem praeoccupauisse, nec locum in ea relictum sibi. Ne cum inter se timerent, alter alterutrum praeoccuparet Nepos 10, 4, 1 *de insidiis et morte adeo inferenda.* Saltum Datames praeoccupare studet Idem 14, 7, 2. Praeoccupauit animos timor Caes. Bell. Gall. 6, 40.

15 Cic. Philipp. 10, 2 c. 1 Quas partes mihi sumseram, eas praeoccupavit oratio tua. Praeoccupauit ferre legem Liu. 4, 30 pr. Praeoccupari viceribus Columel. 7, 12.

PRAEOCCVPATVS, a, um. cum *Infinitiuo.* [*προληψις*] Asia Vell. 2, 69, 2. Senec. Epist. 50 Omnes praeoccupati sumus Virtutes discere, vitia dediscere — *debemus.* Liu. 21, 20 Praeoccupatos iam ab Annibale Gallorum animos esse.

PRAEOCCVPATIO, õnis. f. [*προληψις*] Nepos 18, 3, 6 Locorum praeoccupatio. *Est etiam apud Rhetores Schema, quum aliquid nos reticere dicimus, et tamen tacitum intelligitur, quod sit, vel quum rem notam esse putamus auditoribus, vel quum suspicionem excitare maiorem reticendo volumus: a Graecis dicitur Apostrophe.* Beda Presb. de Schem. et Trop. pr.

PRAEOPIMVVS, a, um. Adi. *Valde pinguis.* Tertull. de Poenit. c. 8 Inmolat vitulum praepimum.

30 PRAEOPTO, ãre. [*μᾶλλον εὐχομαι*] *Potius optare, vel valde optare.* Ter. Hec. 4, 1, 17 Adeon' peruicaci esse animo, vt puerum praepares perire? Liu. 23, 43 Punicam Romanae societatem atque amicitiam praepandam esse. Conf. Id. 9, 45. Liu. 28, 21 extr. Mortem in certamine, quam vt alter alterius subigeretur imperio,

35 praepantes. Praepare equitis Romani filiam generosam nuptiis Nepos 25, 12, 1.

PRAEORDINATVS, a, um. [*τεταγμένος*] Vulg. Interp.

PRAEOSTENDO, ãre. *Vnde*

PRAEOSTENSVS, a, um. Praeostensa sacrificia Tertull. contra Iud. c. 5 pr. Add. Ambros. de Diuinit. Filii c. 6 extr.

PRAEPALPO, ãre. Molli manu ante praepalans Paullin. Nol. Ep. 49 (al. 36) n. 3.

PRAEPANDO, pandi, passum, ãre. [*προπεινάω*] *Praetendere.* Plin. 11, 24 Maiores aranei in terra cauernarum exigua vestibula praepandunt. *Praeperire.* Lucret. 1, 144 Quo carmine demum Clara tuae possim praepandere lumina menti, etc. Lambin. Praeferendo *facies lumen aperire.* Et post hiberni praepandens temporis ortus Cic. in Arat. v. 274.

50 PRAEPARCVS, a, um. Adi. [*πάνν φειδωλός*] *Valde parcus.* Plin. 11, 19 Aliquando et ipsae contrahunt mortis sibi causas, quum sensere eximi mella, auide vorantes. Caetero praeparcae, et quae alioquin prodigas atque edaces, non sectus ac pigras, et ignauas proturbent. Animi esse humilis et praeparci Plin. 22, 24.

PRAEPARO, ãre. [*κατασκευάζω, καταρτίζω, παρασκευάζω, προτιμαίω*] *Ante parare quae nobis utilia credimus.* Cic. Off. 1, 12 c. 4 Facile totius vitae cursum videt, ad eamque degendam praeparat res necessarias. Cic. de Legib. 1, 28 Sunt haec maiora, quae aliorum causa fortasse complecteris, quam illa ipsa, quorum haec causa praeparantur. Amicitias praeparare Cic. de Amicit. . . Idem Tusc.

60 2, 13 Cultura animi philosophia est, quae extrahit vitia radicitus, et praeparat Animos ad satus accipiendos. Arma Claud. Conf. Hon. 4, 192. Hiemi cibos Plin. 8, 37. Hortos certo loco diligenter Cic. pro Caes. 36 c. 15. Puppis Lucan. 3, 16. Se praeparare aduersarium alicui Paull. in l. 3 §. si seruus D. de acquir. possess. Vl-

65 mos Hor. Epist. 1, 7, 84. Praeparo te huic Quinctil. 7, 2. Cic. de Diuin. 2, 119 Pythagoras et Plato locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent. Ad mediam aetatem declinauit, animi magis causa, quam quod foro aut scholae praepararet Vet. Schol. Iuuenal. in Vita. Ambitiosae sunt curae, foroque se et honoribus praeparant Sen. Contr. 2 prooem.

PRAEPARATVS, a, um. Partic. [*προκατασκευαδεις, προτιμασμένος*] Pectus bene praeparatum Hor. Carm. 2, 10, 13. Animo cum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis praeparato, qui se ita quieti tradet, certa et vera cernit in somniis Cic. de Diuin. 1, 121. Auribus non praeparatis qui inflammare rem coepit, furere videtur Idem in Orat. 99. Otio nisi praeparato institui historia nec potest, nec exiguo tempore absolui Cic. de Legib. 1, 9. Poenae apud inferos sunt impiis praeparatae Idem de Inuent.

80 1, 46 c. 29. Praeparato, *Ablatiuus*: Praeparato facere Quinctil. 4, 2, 58. *i. Ex praeparatione.* Et Non ex praeparato locutus est Sen. Epist. 11.

PRAEPARATVS, us. m. [*παρασκευή*] Gell. 10, 11 Namque in praeparatu rei rusticae, per tempestates pluuiasque, quum otium est, maturari potest. Patere. 2, 76, 3 Aduentus in Italiam Antonii praeparatusque contra eum Caesaris habuit belli metum.

PRAEPARATVRA, ae. f. Tertull. adu. Marc. 4, 13 Spiritus S. in Ioanne egerat praeparaturam viarum Domini.

PRAEPARATOR, õris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 33.

90 PRAEPARATORIVS, a, um. Adi. Vlpian. in l. deinde D. de liber. exhib. Itaque prius interdictum, quod est de liberis exhibendis, praeparatorium est huius interdicti.

PRAEPARATIO, õnis. f. [*προκατασκευή*] Quinctil. 4, 2 Narabimus cum praeparatione quadam. Diligens praeparatio in omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est Cic. Off. 1, 73 c. 24 extr. Prouiso animi et praeparatio multum potest ad minuendum dolorem Cic. Tusc. 3, 30. Praeparatio bibendi Pomponius in l. In argento D. de aur. et arg. leg. In argento potorio vtrum id duntaxat sit, in quo bibi possit: an etiam id, quod ad praeparationem bibendi comparatum est, veluti colum niuarium, et vrceoli: dubitari potest. Praeparationum liber Asclepiadis Scribon. Epist. m.

PRAEPARVVS, a, um. Adi. Simile est, cordis si panditis aures, Praeparui grano regnum caeleste sinapi Iuuen. lib. 2 extr.

PRAEPEDIO, iui, itum, ire. [*πυδω, ἐμποδίζω*] Prius pedibus deuinire. *Per translationem vero, quasi Pedibus vehementer obligare, Impedire.*

**Impedire.** Ter. Heaut. 3, 1, 101 An eo fit, quia in re nostra aut gaudio fumus praepediti nimio, aut aegritudine? Praepeditus latera forti ferro, apud Plaut. in Poen. 4, 2, 6. Liu. 8, 38 extr. Sine modo inquit sese praeda praepediunt. Idem 9, 6 Pudor praepediebat. Qua praepediuntur soni Acc. apud Non. 2, 583. Crura praepediuntur vacillanti Lucret. 3, 477. Lumina luminibus praepediuntur Idem 3, 365. Tremor subitus praepedit ossa Ouid. Epist. 14, 18. Cic. pro Rabir. 21 c. 7 Confectus senectute, praepeditus morbo, etc. Mentis praepedire timore Hirt. Bell. Hisp. c. 31.

**PRAEPEDIMENTVM**, i. n. [*ἐμπόδιον*] *Impedimentum.* Plaut. Poen. 3, 2, 28 Ne fallaciae praepedimentum obiciatur. Sidon. Epist. 7, 6 Praepedimento alicui esse.

**PRAEPENDEO**, di, sum, ēre. [*προκρεμάζω*] *Ante pendere.* Ancones exsculptae dextra ac sinistra praependeant Vitruv. 4, 6. Martial. 9, 50 (48) Praependet mento nec tibi barba minor. Caes. Bell. Civil. 2, 9 Circum turrem praependentes. Item Tegumenta praependent Idem ibid. 2, 9.

**PRAEPES**, ētis. Adi. [*ἄκρητος*] *Velox.* Cic. de Diuin. 1, 106 Praepetibus pennis, lapsuque volantem. Ex Poeta. Alae praepetis plausus Stat. Theb. 2, 39. Adunca praepes Iouis, Aquila Ouid. Fast. 6, 196. Auis Cic. de Diuin. 1, 106. Si diuus, si diua sibi praepetem misisset Liu. 7, 26. de coruo Valerii. Poëtis est saepemimero, qui a Graecis vocatur οἰώρως, id est auis rapax, ut aquila et accipiter, quod volatu valeant. Virg. Aen. 5, 254 Quem praepes ab Ida Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis. i. Auis armigera: sed et in Marone tantum accipi et exponi potest Armiger, Volans. At multo clarius ita a Valerio usurpatur 8, 32

Ecce autem pauidae virgo de more columbae

Quae super ingenti circumdata praepetis umbra

In quemcunque tremens hominem cadit, etc.

**Nomen habere videntur Praepetes** a προπέτεσαι, quod est praeuolare. Haec aues a Latinis Magnae vocantur. Plaut. Rud. 3, 4, 65 Teque ambustulatum obiciam magnis aibus pabulum. Aues praepetes, inquit Festus, quidam dici aiunt, quia secundum auspiciam faciunt. Alii, quod antea quam petamus, indicent: aut quod praeteruolent. Aut ex Graeco tractum putant, quod ante conspectum volent nostrum: inepte scilicet, ex Praepositione Latina componentes, et Graeco vocabulo. Caeterum Poëtae promiscue omnes aues ita appellant. Curfuts praepes Claud. in Ruffin. 1, 262. Loci praepetes metaphorice dicuntur ab Auguribus, quod velut aues, quae prosperius praeuolant, praepetes vocantur, sic loci, quos capiunt, quod idonei felicesque sunt. Ennius, Praepetibus hilares sese, pulchrisque locis dant. Haec Gell. 6, 6 qui laudat etiam Ennii Brundisium pulcro praecinctum praepete portu, i. felici, idoneo. Subitae praepetes Ouid. Met. 15, 617. Virg. Aen. 3, 361 Et praepetis omina pennae. Quem locum Seruius exponens sic ait: Aues aut oscines sunt, aut praepetes. Oscines, ore futura praedicunt, ab os et cano: Praepetes, volatu significant. Sed praepetes aut superiora tenent, et praepetes vocantur, aut inferiora, et dicuntur inferae. Praepetes autem ideo, quia omnes aues superiora petunt volantes. In illud vero Aen. 6, 15 sic, Praepetibus pennis, h. e. Felicibus. Praepetes enim sunt aues boni augurii: quod huic dat, quia peruenit. De Daedalo loquitur. Similia Gell. 6, 6. Add. Auson. Epigr. 1, 2 Victoria praepes, i. Volucris. Mattius apud Gellium 6, 6 in secundo Iliados, Dum dat vincenti praepes victoria palmam.

**PRAEPETO**, ūi, ūum, ēre. [*πρόαγω*] *Ante, vel prius petere, id est ire.* Festus in Praepes: Praepetere dicebant veteres pro Anteire. **PRAEPIGNERO**, āre. Partic. usus est Ammian. 29, 12 Colloquiis praepignoratus abstrusis.

**PRAEPILĀTVS**, a, um. Adi. Pilae instar rotundus in altero extremo, pilam habens pro acumine vel mucrone. Plin. 8, 6 Ab operariis hastas praepilatas habentibus per circum totum actos. Idem 9, 30 f. 50 de locustis, Si nullus ingruat metus, recto meatu corribus, quae sunt propria rotunditate praepilata, ad latera porrectis, etc. Vid. Lips. Poliorc. 4 Dial. 4. et Cellar. ad Hirt. Bell. Afric. 72. Liu. 26, 51 Tertio die milites radibus inter se in modum iustae pugnae concurrerent, praepilatisque missilibus iaculati sunt. Metaphorice, Quinctil. 5, 12, 17 Declamationibus exerceri ad pugnam forensis velut praepilatis, ubi Burman. p. 455 laudat Salmaf. de Cruce, qui p. 301 ostendit, esse tela quae pilas, i. σφαίρας in extremo haberent, ne laederent.

**PRAEPILO**, āre. Pilis tactis praelio praeludere. Romani praepilatis missilibus per procuratores principii pugnae tentatis Ammian. 24, 7. Idem 16, 29 (Gron. 12 p. 157) Praepilabantur missilia, de principio pugnae. Sed Gron. Propilabantur, ut et Lindebr. Praepilabantur Sylburg. Vid. Lips. Poliorc. 4 Dial. 4 p. 172. Alia sunt Praepilata missilia Liuii, de quibus modo dictum in PRAEPILATVS.

**PRAEPINGVIS**, e. Adi. [*πρόπιον*] *Valde pinguis.* Colum. 3, 2 Itaque non est vineis apta: vix etiam arbusculo, nisi praepingui et viuida terra. Solum Virg. Aen. 3, 698.

**PRAEPOLLEO**, ūi, ēre. [*πλέον δίνωμαι*] *Ante alios vel plurimum pollere.* Liu. 1, 57 Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea regione, atque in ea aetate diuitiis praepollens. Idem 5, 34 Virtute et fortuna praepollens. Compar. Augustin. de Ciu. Dei 22, 29 Praepollentior vis oculorum.

**PRAEPONDERO**, āre. [*προσάθμιω*] *Prius ponderare, seu examinare.* Stat. Theb. 8, 615 Quem vicisse velint: tacite praeponderat exul. ¶ 2 Grauiorem esse: Natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat, ne, portionum aequitate turbata, mundus praeponderet Sen. Q. N. 3, 10. i. pondere vincat, descendat in bilance. Hinc per translationem, Pluris esse, siue pluris aestimari debere. Gell. 1, 3 Nam quum in rebus aut paribus, aut non longe secus, utilitas amici, aut honestas nostra consistit, honestas procul dubio praeponderat. Cic. Off. 3, 18 c. 4 Qui autem omnia metiuntur emolumentis et commodis, neque ea volunt praeponderari honestate. Accipitur et pro Anteferre. Quinctil. Declam. 8 Inter duos filios pari desperatione languentes da bonum patrem: non praeponderabit alterutrum, non eliget. Alia constructione apud Senec. de Clementia 1, . . . Quidquid plus aequo futurum est, in partem humaniorem praeponderet.

**PRAEPONDERĀTVS**, a, um. Partic. Solin. c. 11 Praeponderatis sinibus alueos vertunt.

**PRAEPONDERATIO**, ōnis. f. Gloss. Lat. Gr. Praeponderatio, ὀπή.

**PRAEPONO**, pōsui, pōsitura, ēre. [*προτίθημι*] *Ponere ante.*

- Sallust. in Iugurth. . . Vbicunque res postulabat, praesidium est praepositum. Praeposui, *pro Praeposui*. Plaut. Rud. 4, 1 ( ) II Lucrum praeposui sopori et quieti. Aditus aedibus praepone, *vid. Aditus, in ADEO, ire.* Cic. de Arusp. Resp. 25 c. 12 Quid magis inquinatum, deformatum, peruersum, conturbatum dici potest, quam omne seruitium permissu magistratus liberatum in alteram scenam immisissum, alteri praepositum, *etc.* Vltima primis praepone Hor. Serm. 1, 4, 59. Toro Effigies praeposita Tacit. Ann. 3, 5, 7. Via praeposita Ouid. Trist. 1, 3, 54. *forte fuerit praeposita iniuncta. Sed*
- 10 *Burm.* Proposita. [*προποσιν, προτιμα, προκτασαι*] Antepone, *praeferre.* Ter. Andr. 1, 1, 38 Nunquam praeponeus se aliis. Idem Eun. 1, 2, 59 Ait, si fidem habeat, se iri praepositum tibi apud me. Amicitiam patriae praepone Cic. pro Rabir. perduel. reo 23. Multos sibi Ouid. Trist. 4, 10, 127. Hominem Ioui Idem Fast. 2, 676.
- 15 Vis tu homines, vrbeque feris praepone filius Hor. Serm. 2, 6, 92. *Add. Id. Od. 1, 7, 7.* Salutem Pop. Rom. vitae suae praeposuit Cic. Philipp. 9, 15 c. 7. Idem Fam. 15, 4 Quintum fratrem negotio praeposui, vt in vicis aut captis, aut male pacatis exercitus collocaretur. *i. praefeci.* Bello praeposuit imperator Cic. pro Lege Manil. 20 28. Idem de Inu. 1 c. 34. *Conf. ib. 63 c. 22.* Exactioni praepositi equites Tacit. Hist. 1, 20, 4. Exercitui praepone imperatorem sapientem et callidum Cic. de Inuent. 1, 68. Muneri alicui quendam Idem de Orat. 2, 41 c. 10. Nauibus aliquem Cic. Verr. 5, 99. Negotio publico praeponi Idem Fam. 8, 5.
- 25 PRAEPOSITVS, a, um. Partic. Multum (vt inter Germanos) rationis ac solertiae, praepone electos, audire praepositos, nosse ordines, intelligere occasiones Tacit. Germ. 30, 3. Toti officio maritimo praepositus Caes. Bell. Ciuil. 3, 5. Oraculo praeposita sacerdos Cic. de Diuin. 1, 76 c. 34. Quaestioni praepositus qui haec iuste sapienterque disceptet Idem pro Milon. 23. Supplicio praepositus centurio Sen. de Ira 1, 16. Tyranni praepositi a Lacedaemoniis Nep. 8, 1, 5. Praeposita, *per synaeresim pro Praeposita, et vt vulgus loquitur, Praemissa:* Lucret. 6, 996 Quapropter bene vbi haec confirmata, atque locata Omnia constiterint nobis praeposita, parata, *etc.*
- 35 ¶ 2 Praeposita dicta Latinis, itemque Producta, vel Praecipua, quae *προσημύενα* appellabant Stoici. Locus classicus Cic. de Fin. 4, 71 c. 26 Valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam Graece *προσημύενα*, Latine autem producta: sed praeposita aut praecipua malo. sic tolerabilius et mollius. Illa autem, egestatem, morbum, 40 dolorem, non appello mala, sed, si libet reiectanea. Itaque illa non dico me expetere, sed legere, nec optare, sed fumere: contraria autem non fugere, sed quasi fecernere. — Aut doceat, paratiorem me ad contemnendam pecuniam fore, si illam in rebus praepositis, quam si in bonis duxero, fortioremque in patiendo dolore, si eum 45 asperum — quam si malum dixerō. Facete M. Piso — Stoicos irridebat. Quid enim? aiebat, bonum negas esse diuitias, praepositum esse dicis. Quid adiuuas? avaritiamne minus? Quod si verbum sequimur, primum longius verbum (*plurium syllabarum*) praepositum, quam bonum. Nihil ad rem. Ne sit sane: at certe grauius. Nam 50 bonum ex quo appellatum sit nescio: praepositum ex eo, credo, quod praeponatur aliis *etc.* *Add. 3 c. 16 et 17. it. Acad. 1 c. 10.*
- PRAEPOSITVS, i. m. Praefectus militaris. Gregarius miles caeteri insuper praepositos iubebat Tacit. Hist. 1, 36, 2. Ausus milites quosdam, quod motu Camilli ex poenitentia praepositos suos occiderant, capite punire Suet. Oth. c. 1. *Conf. Burm. ad Quinctil. Declam. 3, 15 p. 72.* Praepositus nomen generale variorum officiorum partim Imperii Rom. sequioris aevi, partim domus Augustae. Dabimus hic speciminis causa nomina cum indicio, unde petita sint. Gruteri corpus Inscriptionum, et Notitiam Dignitatum Imperii, breuiter modo breuitatis causa indicamus, cum facile sit volentibus indicis ope loca propria inuenire. Occurrunt igitur Praepositus, vel PP. Arcarius, Grut. Argenti potorii, *ibid.* Ab Argento scaenico Reines. Inscr. 1, 293. Auri escarii, Grut. — potorii, *Id.* Ab Auro gemmato, Grut. Bastagae, ubi vid. Barbaricarium, *vid. f. l. et in Not. Dig. Imp.* Cellarii 65 Grut. A Crystallinis, *vid. supra in A, n. 34.* Cubiculi, *f. Sacri Cubiculi Cod. Theod. 6, 8.* Ammian. Marcell. 14, 11, qui thalami custodem vocat 22, 4. *Add. Not. Dig. Imp.* Cursorum, Grut. Equitum N. D. I. Gregum N. D. I. Laborum, *f. Laborum a. Laborum, de his plena manu Iac. Gothofredus ad C. Theod. 6, 25.* Laetis ubi vid. l. 6 C. de Censibus et Censitor. Largitionum l. 10 C. Th. de Veteranis. Legionum, N. D. I. Limitum, N. D. I. Militum, N. D. I. Numerorum, N. D. I. Opificibus Domus Augustanae Fabrett. Inscr. p. 297. Stabulorum, N. D. I. Tabularum Rationis Castrensis, Aug. Lib. Reines. 9, 28. Thesaurorum, *varii generis,* 75 N. D. I. Velariorum Domus Augustanae Grut. Vestis albae triumphalis, *Inscr. apud Gorium in Monum. Liu. p. 135.* De Praepositis Ecclesiarum et Coenobiorum hic non agimus.
- PRAEPOSITIO, onis. *f. [προποσιν]* Actus ipse praeponendi. Vlpian. in l. 1 §. Igitur D. de exercit. action. Igitur praepositio certam legem dat contrahentibus. quare si eum praeposuit naui ad hoc solum, vt vecturas exigat, *etc.* Cic. de Fin. 3 c. 16 Neque tamen illa praepositio ad eum quem dixi finem pertinebit. ¶ 2 Pars orationis apud Grammaticos: de qua abunde apud Priscianum et alios. Cic. in Topic. 48 c. 11 Praepositio enim IN, priuat verbum ea vi, 85 quam haberet, si IN praepositum non fuisset. Sic ABS praepositio vna est, eaque nunc tantum in accepti fabulis manet, ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est Cic. in Orat. 158 c. 47. Corrumperet praepositiones, *i. mutare, ut in corrigo, illustris, etc.* Quint. 1, 5. *Add. ibid. c. 4. Gell. 15, 3.*
- 90 PRAEPOSITIVVS, a, um. Adi. Quod praeponi potest. Vocales praepositivae Priscian. 1 p. 561. Coniunctio praepositiva Diomed. 1 p. 409. *ed. Putsch.*
- PRAEPOSITIVA, ae. *f. Officium et dignitas praepositi.* Lamprid. Heliog. c. 6 Militaribus etiam praepositis et tribunatibus et legationibus et ducibus venditis. Idem Alex. c. 46 Dabat praepositorum locorum ciuiliu, non militum. *Vid. Salmaf.*
- PRAEPORTO, are. [*προπορτω*] Ante se ferre, vel portare. Cic. in Arato 434 E quibus ingenti existit cum corpore prae se Scorpions, infesta praeportans flebile acumen. Telaque praeportant violenti signa furoris Lucret. 2, 621. Catull. 65, 194 Frons exspirantis praeportat pectoris iras.
- PRAEPOSSVM, potes, potui, posse. [*προποσσω*] Praepollere, praeualere. Tacit. Hist. 5, 8, 4 Postquam Macedones praepotuerunt, rex Antiochus demere superstitionem et mores Graecorum dare 105 adnixus.

**PRAEPOTENS**, entis. Adi. [*πολύ δυνατός*] *Valde potens.* Praepotens Deus Cic. de Nat. Deor. 2, 77. Praepotens et gloriosa Philosophia Cic. de Orat. 1, 193. Idem de Fin. 2, 57 Praepotentem, vt M. Crassus fuit. Domus Seneca Octau. f. 2. Imperia Valer. Max. 7, 2. de Appio Claudio. Opibus praepotens Plin. 36, 5. Terra praepotens marique Carthago Cic. pro Corn. Balb. 34 c. 15. Compar. Saluian. de Gubern. Dei 4 p. 144. Cum victus cuiusdam pauperis prece praepotentiori cuiusdam supplicarem.

**PRAEPOTENTIA**, ae. f. Tertull. adu. Marc. 2, 7 Deus per praescientiam et praepotentiam suam intercessisse potuisset.

**PRAEPOSTERVS**, a, um. Adi. [*ὑστεροπρότερος*] *Peruersus et inuersus.* Vt posterum sit, quod praecedere debebat. Cic. Fam. 15, 17 Praeposteros habes tabellarios, etsi me quidem non offendunt, sed tamen, quum a me discedunt, flagitant literas. Cic. de Orat. 3, 48 Non discerpitis sententias, non praeposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. Cic. pro Cluent. 71 Vt erat semper praeposterus et peruersus, initium facit a Bulbo. Idem pro Rabir. Post. 37 Quid tam insolens, tam peruersum praeposterumve dici, aut excogitari potest? Omnia peruersa praepostera sunt ratione Lucret. 4, 831. Perturbatum ac discrepans, aut praeposterum ne quid sit conseruemus Cic. de Orat. 3, 37. de ordine orationis.

Ambitio praepostera, importuna, tempori non accommodata Tacit. Ann. 16, 17. Consilia praepostera, Quae ad tempus non dantur. Cic. de Amicit. 87 c. 22 Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et deligendis et colendis: praeposteris enim vtimur consiliis, et acta agimus, quod vetatur veterere proverbio. Cic. pro Sulla 91 O praeposteram gratulationem: quam cito illa omnia ex laetitia et voluptate ad luctum et lacrimas reciderunt! Cic. in Pison. 92 Quae bellicae laudis victoriaeque omnes gentes insignia et monumenta esse voluerunt, noster hic praeposterus imperator amissorum oppidorum, caesarum legionum, prouinciae praesidio et reliquis militibus orbatae ad sempiternum dedecus sui generis et nominis indicia constituit. Obsequio praepostero crimen meruit, i. Importuno et exitioso Tacit. Hist. 3, 78.

Ordo praeposterus Lucret. 3, 621. Verbis praeposteris quaedam pronuntiare Cic. pro Domo 140 c. 55. Contrarius, vel aduersus. Ouid. Trist. 1, 7, 5 Omnia naturae praepostera legibus ibunt.

**PRAEPOSTERE**. Adi. [*ὑστεροπρότερος*] *Ordine contrario.* Cic. Acad. 4, 67 c. 20 extr. Quod quoniam a te probatur, vt praepostere tecum agam: iam enim referam me ad ordinem. Contraria. Cic. Att. 7, 16 pr. Omnes arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas praepostere, reliquas ordine quo sunt missae per Terentiam. Cic. de Diuin. 2, 146 Nihil tam praepostere, tam incondite, tam monstrose cogitari potest, quod non possimus somnariare. Praepostere inducere calcem Plin. 2, 7.

**PRAEPOSTERITAS**, atis. f. Arnob. 3 p. 118 Graeci nominis praeposteritate repetita, i. nomine Ἡρα ita frequentato, vt tandem nescias, utrum Ἡρα dicatur an ἄηρ.

**PRAEPOSTERO**, are. *Peruertere.* Quinct. Trib. Mar. c. 9 Ordinem iudiciorum militis praeposteravit impietas.

**PRAEPOTENS**, vid. in PRAEPOSSVM.

**PRAEPRIMIS**. Vox barbara: vid. Vorst. de Latin. Susp. c. 32 edit. poster. Cellar. Antib. p. 82. et Cur. Poster. p. 363.

**PRAEPROPERO**, are. Praeproperat, προπετεύεται Gloss. Vet.

**PRAEPROPERVS**, a, um. Adi. [*μάλα ἐπισπερχής*] *Valde celer.* Cic. Fam. 7, 8 Sed ex tuis literis cognoui praeproperam quandam festinationem tuam. Amor Val. Max. 6, 3, 6. Celeritas Liu. 31, 42. Hastam praepropero nisu iacit Sil. 15, 757. Ingenium Liu. 22, 41. Ingenia praepropera ac feruida Liu. 27, 33 extr.

**PRAEPROPERE**. Adi. [*λίαν ἐπισπερχής*] *Nimum celeriter.* Liu. 22, 3 Itaque satis apparebat, nec deos nec homines consulentem; ferociter omnia, ac praeproperere acturum. Id. ib. c. 19. it. 2, 45. Festinans Idem 37, 23.

**PRAEPROPERANTER**. Aliud Adi. idem significans. Lucret. 3, 781 Innumero numero, certareque praeproperanter, etc.

**PRAEPLUCHER**, a, um. Adi. Iuuen. 1, 430.

**PRAEPLURGO**, are. Cael. Tard. 1, 4, 128 Vt saepe imminente accessione per somnum iactu feminis aegri praepurgentur.

**PRAEPLVTIVM**, i. n. [*ἀκροβυστία, πόδιον*] *Pellis, quae glandem, hoc est summam colis partem tegit.* Iuuen. Sat. 14, 99 de Iudaeis loquens, Mox et praepudia ponunt. Idem Sat. 6, 237 Impatiensque morae pauet, et praepudia ducit. Deriuatur a Graeco προπύδιον, ita enim et a πόδιον putus est; et puta, πόδιον, mentula. Vid. Scalig. Catalect. et Voss. Etymol. p. 406.

**PRAEPLVTIATVS**, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 5, 9 Praeputiati sacerdotii Pontifex.

**PRAEPLVTIATIO**, onis. f. Idem ibid. et c. 4 et 13. et de Refur. Carn. c. 23. et de Monog. c. 6.

**PRAEQVAM**, vid. Prae quam, in PRAE.

**PRAEQVESTVS**, a, um. Partic. *Ante questus.* Ouid. Met. 4, 251 Multaque praequessus, tanges tamen aethera dixit. Alii legunt, Multaque conquestus, etc.

**PRAERABIDVS**, a, um. Adi. Sen. de Ira 1, 12 Ira praerabida et amens. al. Praerapida.

**PRAERADIO**, are. [*προακτιβολέω*] Ouid. Epist. 6, 115 Praeradiant stellis signa minora suis. i. Praeluculent. Conf. Claudian. Nupt. Honor. 287.

**PRAERADO**, si, sum, ere. [*ἔπροξέω*] *Radere ab anteriore parte.* Cato c. 41 Si vitis vitem contingat, vitis vtriusque latus alterum praeradito oblique, et inter sese medullam cum medulla libro colligato.

**PRAERASVS**, a, um. Partic. Paullin. Nolan. Epist. 22 n. 2 (al. Ep. 7) Inaequaliter semitonis (i. capilli) et destituta fronte praerasi.

**PRAERANCIDVS**, a, um. Adi. [*πολύσαρκος*] *Valde rancidus per translationem, pro obsoleto et iam ingrato.* Gell. 13, 20 Non finitiones illas praerancidas, neque foetutinas grammaticas spectaueris.

**PRAERAPIDVS**, a, um. Adi. [*πᾶν θοός*] *Valde celer: Fuga praerapida* Sil. 16, 363. Add. Sen. de Ira 1, 12.

**PRAERIPPIO**, ripui, reptum, ere. [*προαρπάζω, προλαμβάνω*] *Ante quam alter capere possit rapere, celeriter praecoccupare.* Plaut. Caf. 1, 14 Huc venisti sponsam praeriptum meam? Coniugem praeripere Virg. Aen. 9, 138. Cic. Off. 1, 108 c. 30 Facile celare; tacere, dissimulare, insidiari, praeripere hostium consilia. i. Praeoc-



cupare, siue praenoscere, aut praevenerire. Cic. Off. 3, 81 c. 20 Vt Mario praeripere Collegis et Trib. Pleb. popularem gratiam, non ita turpe. Iter praeripere, Praeoccupare Liu. 3, 9. Cic. de Arusp. Resp. 9 c. 3 Cui me praeripere desponsam iam, et destinatam laudem, quum ipse eius opera et dignitatem et salutem recuperarim, valde est iniquum. Oscula Lucret. 3, 909. Cic. Att. 4, 5 Viaticum Crassipes praeripit, tu de via recta in hortos. Hieron. Epist. ad Nepotian. de Cicerone, Demosthenes tibi praeripuit ne esset primus orator: tu illi (non praeripuisti, sed omissa notione τῆς πρᾶξ, rapuisti) ne solus.

**PRAEREPTVS**, a, um. Partic. [*προαπταδεις*] Praereptus immatura morte Aur. Vict. de Viris illustr. c. 5. Cupidis praereptus ab astris Claud. de B. Gild. v. 253. Virtus praerepta Sil. 4, 840.

**PRAERIPIA**, ōrum. n. Pl. *Loca vicina ripis.* Praeripia fluminis Apul. Apol. p. 278 *Elmenb.* Vid. Gronou. *Observat.* 1, 20 qui corrigat etiam Seruivm ad Virg. Aen. 6, 704.

**PRAERIGIDVS**, a, um. Adi. Quintil. Decl. 17 p. 227 Vos ignotos praerigidae mentis adfectus vocabulo molliore lenitis.

**PRAEROBORATVS**, a, um. Praeroboratum corpus Cacl. Aurel. Chron. 4, 1.

**PRAERODO**, si, sum, ěre. [*καταβρωσκω*] De extremo aut summo rodere. Columel. de Arb. c. 18 pr. Nam si saepius cacumina manu praeracta, aut a pecore praerosa fuerint, in perpetuum corrumpuntur. Add. Idem R. R. 5, 10 pr. Columel. de Arboribus c. 15 Genus est animalis, volucria appellatur, id fere praerodit teneros adhuc pampinos et vuas. Idem 5, 6 Ne prodeuntia cacumina seminum ab auibus praerodantur. Caudam Plin. 9, 62. Digitos Plaut. Pseud. 3, 2, 94. Hamum Plin. 9, 43.

**PRAEROSVS**, a, um. Partic. [*καταβρωδεις*] Hamus praerosus Hor. Serm. 2, 5, 25.

**PRAEROGO**, ěre. [*προκρηματιζω* Gloss. Cyrilli, quod corruptum videtur ex προκρηματιζω] Ante alios rogare sententiam. Vid. PRAEROGATIVA. Suet. Aug. c. 35 Sententias de maiore negotio, in ore atque ordine, sed prout libuisset, praerogabat.

¶ 2. *Est etiam Praerogare contracte, h. e. ante tempus soluere.* Vlpianus, Locati et conducti l. Sed addes, Nam inter eum, qui per errorem soluit, et eum, qui pensionem integram praerogavit, multum interest. Add. Cod. 10 t. 3 l. 20.

**PRAEROGATIVS**, a, um. Partic. Comititia comitiis praerogata Cic. pro Planc. c. 20. Al. Praerogatiua. Eadem certe sententia.

**PRAEROGATIVVS**, a, um. Adi. Praerogatiua tribus dicebatur, Quae prima rogata ferebat suffragia: et Praerogatiua centuria, itidem. Liu. 26, 22 Fulvius Roman comitiorum causa accersitus, quum comitia consulibus rogandis haberet, praerogatiua Veturia iuniorum declaravit T. Manlium Torquatum, et T. Octacilium. Cic. pro Planc. 49 c. 20 An tandem vna centuria praerogatiua tantum habeat auctoritatis, ut nemo vnquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit? tu aedilem Plancium factum miraris, cuius in honore non vnus tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint praerogatiua? Cic. pro

Muraen. 38 c. 18 Si tanta in illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit praerogatiuum: quid mirum est in hoc felicitatis famam, sermonemque valuisse? Nempe, ut ait idem de Diuin. 1, 103 c. 45 extr. Praerogatiuum maiores omen iustorum comitiorum esse voluerunt. Repetit 2 c. 40 Tribus praerogatiua est Liu. 10, 22.

¶ 2. Praerogatiua, substantiue etiam dicitur, tum centuriam vel tribum praerogatiuam, tum sententiam notat, quam sequuntur, ut omen quoddam, reliquae partes Populi. Cic. Ver. Act. 1, 26 c. 9 Qui autem Metellus quam isti sit amicus, attendite. Dedit enim praerogatiuam suae voluntatis eiusmodi, ut isti pro praerogatiuis eam reddidisse videatur. i. Aperte fauere se ostendit Verri, et sententiam de eo fert, cuius auctoritatem sequi optat alios, ut hoc beneficium rependere videatur pro pecunia a Verre accepta, qua tribus corripit ut Consul crearetur ambitu. Huc redit etiam Alconii interpretatio. Propius etiam ad rem accedit Gronou. Obs. 4, 1 p. 16 cum monet, ex eo, quod praerogatiuae

tribus vel centuriae tantus erat suspectus et reuerentia apud iure vocatas in comitiis, factum, ut vox ipsa Praerogatiuae acciperetur pro secundo omine, certo signo indicioque et pignore ac quasi arrhabone futurae rei optatae vel secundae. Cato ad Cic. Fam. 15, 5 Quod si triumphum praerogatiuam putas supplicationem; — neque supplicationem sequitur semper triumphus etc. Liu. 3, 50, 8 Icilius ubi audiuit tribunos militum in Auentino creatos, ne comitiorum militarium praerogatiuam urbana comitia iisdem Tribunis Plebis creandis sequerentur.

Idem 21, 3 In Asdrubalis locum haud dubia res fuit, quin praerogatiuam militarem, qua extemplo iuuenis Hannibal — imperator — appellatus erat, fauor etiam plebis sequeretur. Idem 28, 9 extr. cum in triumpho Liuii et Claudii equites praeter caeteros celebrassent et plebi commendassent Veturium et Caecilium, ut eos Consules in annum proximum crearent, addit, Adiecisse equitum praerogatiuae auctoritatem consules, postero die in concione etc. Sed redimus ad tribum vel Centuriam Praerogatiuam. Sortitio praerogatiuae

Cic. Philipp. 2, 8 c. 33. primum eorum, quae in comitiis aguntur, ubi nempe sorte deciditur, quae tribus, quae centuria, prima debeat sententiam ferre. Cic. de Diuin. 103 c. 45 Praerogatiuam etiam maiores omen iustorum comitiorum esse voluerunt. Custodem praerogatiuae (tribus vel centuriae) comitiis praeficere Cic. post redit. in Senat. 16. Cic. de Diuin. 2, 74 At aruspices diuini, quos quum Tib. Gracchus propter mortem repentinam eius, qui in praerogatiua referenda subito concidisset, in Senatum introduxisset etc. Quod pro signo et pignore rei futurae optatae poni monuimus, illud aliis quoque

exemplis ostendi potest. Sen. Controv. 1, 2 ad fin. Etiam habemus quandam praerogatiuam sacerdoti ab ipso numine datam. Licet isti obiciant illi fuisse captiuum, lenoni postea seruuisse, causam nouissime dixisse: inter tot pericula non seruassent illam dii nisi sibi. Praerogatiua est pignus voluntatis diuinae: quo ipso etiam honos illi habitus.

Plin. 7, 16 Fecunditatis in feminis praerogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis saluam infici. Idem 27, 1 Candidarum (gemma-rum) dux est Paederos: quamquam potest quaeri, an in colore numerari debeat toties iactati per alienas pulchritudines nominis: adeo decoris praerogatiua in vocabulo facta est. Ipsum nomen Paederos iam spondet insignem pulchritudinem eius gemmae, cui tribuitur. Vlpian. l. 9 ff. de iure iur. Hoc duntaxat aduersus eum, qui iusiurandum detulit — caeterum aduersus alium si velis praerogatiua iurisiurandi uti, nihil ei proderit. Vopisc. Probo c. 6 Isti enim sunt, qui quadam felicitatis praerogatiua praesules nisi futuros principes habere non

norunt. Ambros. in Hegeippo 1, 32 Nunc mihi trepidatio vestra

fra vadatur praerogatiuam victoriae. Symmach. 3, 91 Promptam fore in eum praeclearae tuae mentis adfectionem, quam illi et decus proprium, et meae amicitiae praerogatiua conciliat. Et 7, 115 Quem ego in numerum bonorum esse referendum, priusquam morum ipsius periculum facerem, ex praerogatiua tui testimonii iudicavi. Et 125 Magna enim praerogatiua est placuisse sapienti. Est igitur Praerogatiua praerogatiua, sed optabile et in bonam partem. Eumen. Paneg. Constantin. l. 6, 2, 3 Quin immo patrem tuum ipsum vetus illa imperatoriae domus praerogatiua prouexit. Imperatoris filius habet iam magnam suffragationem, magnum pignus, futurum, ut ipse quoque imperet. ¶ 3 Quod autem praecellentiam quamcunque, commodum, honorem, quem quis prae aliis habet, vulgo hoc nomine significant, illius quoque rei quaedam exempla videamus. Vlpian. in l. 4 Obseruare §. 5 de Offic. Procons. Magni enim faciunt prouinciales seruari sibi consuetudinem istam, et huiusmodi praerogatiuas. Veteranorum privilegium etiam in delictis habet praerogatiuam Appius l. 1 ff. de Veter.

**PRAEROGATIVARIUS**, a, um. Adi. Praerogatiuarii dicuntur Cassiod. Var. 11, 27 Veterani, quod iis praerogatiua debetur, vt protectorum dignitas iis tanquam pretium longi laboris accedat. Vid. Synon. Epist. 3, 67. Item Guther. de Off. Dom. Aug. 2, 15.

**PRAEROGATOR**, oris. m. Redditur dispensator in Gloss. Isidor.

**PRAERVMPPO**, rūpi, ruptum, ēre. [καταβήγγυμι] Abrumpere ab extremo praefertim. Ouid. Met. 14, 547 Stuppea praerupit Phrygiae retinacula puppis.

**PRAERVPTVS**, a, um. Partic. [καρημώδης, ἀπόκαρημνος] Abruptus, Praeceptus, locorum epitheton, cum non continenti itinere licet progredi, sed hiatus magni et subiti intercedunt. Columel. 3, 13 Praeruptior vero collis, vel in quatuor pedes vertendus. Caeli praerupti vertex Valer. Argon. 2, 88. Imber Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 462. Locus Caes. B. C. 1, 45. Moles Ouid. Epist. 2, 132. Montes Catul. Argon. 62, 126. Mons aquae praeruptus Virg. Aen. 1, 105. Oppidum Caes. Bell. Gall. 8, 40. Rupes Ouid. Met. 1, 719. al. Cautes. Cic. Verr. 5, 144 Sinus quosdam obsedisse maritimos, aut aliqua promontoria, aut praerupta saxa tenuisse dicuntur. Praeruptum hoc loco Arduum significat, non sensim accliuē, quod ἀρόρομον Graece dicitur. Praeruptissimis saxis esse munitas omnes oppidi partes Caes. Bell. Gall. 8, 33. Add. Liu. 5, 46. Vertices praerupti Catul. Argon. 62, 297.

**PRAERVPTA**, orum. n. Pl. pro Rupibus. Plin. 8, 32 Ad praerupta ducunt, saltumque demonstrant.

**PRAERVPTA**, Adu. [καρημώδης] Abrupte, et sine cliuo. Plin. 34, 14 Mons praerupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materie est.

**PRAERVTVLVS**, a, um. Adi. Omnia praerupta miscet non inuida luce Tertull. j. Cyprian. de Iudic. Dom. c. 8.

Apul. Met. 8 p. 212 Emtor is nimio praestinandis studio, praekonem rogat cuiatis essem. Idem Apolog. p. 553 Quantulo pretio mulier locuples Agellum suum praestinauit. Idem Florid. p. 346 Fateor me fellularias quidem artes minus callere, vestem de textrina emere, buxas istas de futrina praestinare. Puellam magnis talentis Idem Met. 7 p. 192.

**PRAESTINATVS**, a, um. Partic. Apul. Met. 4 p. 149 Caue a modico praestinata pretio.

**PRAESTITOR**, ōris. m. Apul. in Asclep. p. 92 Mundus praestitor est et tributor omnium.

**PRAESTITVO**, uī, ūtum, ěre. [*προσπίσω*] Prius statuere, praescribere. Ter. Phorm. 3, 2, 38 Certe hercle si satis commemini, tibi quidem olim est dies, quam ad dares huic praestituta. Tempus quamdiu dicat, alicui praestituere Cic. pro Quint. 35 c. 9. Add. Idem in Verr. de praet. Urb. c. 36. Regula animali homini praestituta Ter-

tull. adu. Valent. c. 30. conf. l. 57 ff. loc. cond. Cic. Tusc. 1, 93 c. 39 Quod tempus? naturaene? at ea quidem dedit vsuram vitae tanquam pecuniae nulla praestituta Die. Diem certum Chabriae praestituerunt Nepos 12, 3, 1.

**PRAESTO**, stiti, stitum et statum, are. [*πρόσχω, ἐπιτελέω*] pro-

prie Ante stare. Lucan. 4, 28

Prono tum Caesar Olympo

In noctem subita circumdedit agmina fossa,

Tum primae praestant acies, hostemque fefellit.

Sic Cort. Sed perstant tamen Burm. Quod nec damnat Oudendorp. licet dederit praestant. Vtrumque verum, et conuenit cum narratione ipsius Caes. Bell. Ciuil. 1, 41.

¶ 2 Praestare significat facere, ut alter habeat aliquid, vel frui aliqua re possit: itaque est commodare, tribuere, impartiri, praebere, procurare cum quadam constantiae et firmitatis significatione. Sed exempla rem vnicè declarant. Actiones suas alteri praestare aduersus debitorum Africanus in l. Si seruus legatus §. Qui margarita D. de legat. 1. Alimoniam parenti relegato praestare Paul. in l. Mutus D. de iure dotium. Add. Plin. Pan. 31, 3. Cic. in Catil. 4, 23 Habetis consulem, qui et parere vestris decretis non dubitet: et ea, quae statueritis, quoad viuet, defendere, et per se ipsum praestare possit. Ad quendam modum gestum et motum praestare debet orator Quinctil. 1, 11, 3. Amorem praestare, i. re ipsa constanterque ostendere, siue amicum se exhibere Ouid. Trist. 3, 4, 61. Sic Hor. Sat. 1, 1, 87 Si nemo praestet, quem non merearis amorem. Animum debitum praestare Cic. Fam. 1, 9. Balb. ad Cic. Att. 9, 10

85 Nam non mediocriter laboro, vtrique vt vis, tuam Beneuolentiam praestare

praestare possis, quam me hercule te praestaturum confido. Benevolentiam memoriamque, quam debet, tibi praestat Pontinus Cic. Fam. 3, 10. Candorem praestare Scribon. Ep. . . Caput fulminibus et ruinae praestare, *i. Vitam exponere, etc.* Lucan. 5, 771. Consilium suum fidemque in Senatu, et apud populum, et in causis amicorum, et domi et militiae praestare Cic. de Orat. 3, 132. Dentis et speciem et usum praestare Scribon. 53. Dignum praestabo me etiam pro laude merentis Hor. Epist. 1, 7, 24. Cic. Fam. 14, 3 Pudet me vxori meae optinae, suauissimis liberis, virtutem et Diligentiam non praestitisse. Favorem praestare et voce et mente Ouid. Met. 15, 632. Fidem Idem Fast. 3, 497. Cic. Att. 9, 9 Nunc Romae omnia negotia Lentuli procuro, sustinco, meumque officium, Fidem, pietatem iis praesto. Idem Fam. 5, 11 Quamcumque ei Fidem dederis, praestabo Conf. et n. 3 Fidem praestare. Plin. Paneg. Praestabitque Gaudium quantum ipse percipiet, etc. Honorem alicui Ouid. Fast. 6, 57. Honorem debitum patri Cic. Philipp. 9, 12 c. 5. Humanitatem Scribon. Ep. . . Id praestant medicamenta Scribon. Ep. . . Et Idem praestat 163 *i. efficit.* Indemnem aliquem African. in l. Tutor, in princ. D. ad Senatufc. Velleian. et in l. Si a pluribus D. de legat. 1. Intellectum euidentiore praestare Caius in l. 1. in fine D. De orig. iur. *i. Rem euidentius explicare.* Iter tutum alicui Cic. pro Planc. 97. Iusiurandum Plin. Epist. 269. Cic. pro Flacc. 51 Qui quum praedonem nullum cepissent, Mare tamen tutum praestiterunt. Misericordiam Scribon. Ep. . . Molestiam Id. 199. Mors Omnia praestat Vitalem praeter sensum, calidumque vaporem Lucret. 3, 215. *i. Mors omnia relinquit integra, nihil demit, nihil detrahit.* Munus suum Cic. de Orat. 2, 38. Plin. Epist. 10, 2 Et ciuis, et senatoris boni partibus functus es, Obsequium amplissimi ordinis, quod iustissime exigebat, praestando. Cic. Fam. 14, 4 Neque legis improbiissimae poena deductus est, quo minus hospitii et amicitiae Ius, Officiumque praestaret. Caes. Bell. Ciuil. 3, 83 Qui Romae remansissent, neque inter praesidia Pompeii fuissent, neque Operam in re militari praestitissent. Otia Ouid. Trist. 2, 235. Pacem Idem ex Pont. 2, 7, 67. Pecuniam praestare, *i. Soluere* Suet. Domit. c. 9. Pietatem non tam fratri quam patriae Cic. de Clar. Orat. 126 c. 33. Principem praestare, *Facere quae sunt principis, exhibere se principem* Suet. Tiber. c. 33. Cic. pro Quint. 95 Funestum est a forti atque honesto viro iugulari: funestius ab eo, cuius vox in praconio Quaestum praestitit. Quae ratio et doctrina praescripserit, arbitramur ea nos praestitisse Idem de Nat. Deor. 1, 7. Quod petebat praestiti Plin. Epist. 205. Quod promisi, vix video praestare posse Cic. ad Brut. 18. Quod factum est impensae in bellum praestare Liu. 2, 18 extr. Quod potes praestare satis id magnum est Cic. de Orat. 1, 44 c. 10. Reuerentiam marito praestare, *Reuereri maritum* Plin. Epist. 158. Robur praestare alicui Claud. Conf. Mall. Theod. 153. Salutem praestare Lucret. 4, 154. Salutem communem integram in periculo meo praestate Pseudo-Cic. Antequ. iret in exil. 16. Cic. Fam. 5, 16 In qua non est iam grauitatis et Sapientiae tuae, quam tu a puero praestitisti, ferre immoderatus casum incommodorum tuorum. Plin. Pan. 83, 3 Quanto magis arduum est alios praestare, quam Se: tanto laudabilius, quod, quum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti. Cic. Fam. 16, 9 In hoc omnem diligentiam si adhibueris, teque nobis incolumem praestiteris, omnia a te habebō. Idem ad Brut. 11 Veteris Antistii talis animus est in Rempubl. vt non dubitem, quin et in Caesare et Antonio Se praestaturus fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis. Conf. Suet. Caes. c. 16. Sedulitatem praestare alicui, *Sedulo alicuius negotium agere* Plin. Epist. 3, 18. Sententiam suam Senatui Cic. in Pison. 80. Silentium Liu. 29, 25. Ouid. de Arte Am. 2, 603 Eximia est virtus praestare silentia rebus. Saluos socios suos auctoritate nominis sui praestabant Romani Cic. pro Lege Manil. 55. Sollicitudinem praestare Plin. Epist. 1, 29. Spem suam praestare deis Lucan. 5, 42. Te praesta eum, qui mihi a teneris (vt Graeci dicunt) vnguiculis es cognitus Cic. Fam. 1, 6. add. *ib.* 5, 16. Titillationem praestare Scribon. 199. Vicem alicuius rei praestare, *pro-Esse vice alicuius rei* Plin. 20, 27. Vim omnem, cui resisti non potest, dominus colono praestare debet Vlpian. in l. Ex conducto §. 1 D. Locat. Vires praestare Ouid. ex Pont. 1, 7, 37. Vitam praestare Hor. Epist. 1, 11, 14. Voluntatem suam alicui rei praestare. Cic. Fam. 1, 9. Voluptatem illam quis potest praestare sapienti? Idem de Fin. 2, 89. Vsuram triplicem Iuuenal. 9, 6. *i. dare.* Vtrumque praestari potest Scribon. 41. Plin. Epist. 8, 19, 1 Studia praestant, vt aduersa magis intelligam, sed patientius feram. Cic. Qu. Frat. 1, 1, 3 extr. Quanta sit in quoque fides, tantum cuique committere. Atque inter hos eos, quos tibi comites et adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa Respublica, duntaxat finibus his praestabis, quos ante praescripsi: *i. continebis intra hos fines, efficies, vt intra hos fines maneat.* ¶ 3 Praestare, (*ἀναδέχεται, ἐγγυῶνται*) interdum est, *Exitum rei in se recipere, quasi tu stes ante alterum, et hostem in ipsum irruentem, molem in ipsum cadentem excipias: quod Germani etiam dicimus, davor stehen.* Valla 6, 16. Praestare, est Prohibere, ne alicui fiat aliquid incommodi: et si non prohibuerint, satisfacere: vt venditor debet praestare vitium rei, quam vendit, *i. prohibere atque efficere, ne emtor damni quid faciat, alioqui satisfacere.* Cic. de Orat. 171. Defendebamus, quidquid fuisset incommodi in mancipio, id si venditor scisset, neque declarasset, praestare debere. Vid. Manut. ad Cic. Fam. 4, 8. Burm. ad Quinctil. Decl. 338 p. 704. Caes. Bell. Ciuil. 3, 7 Neque periculum praestare eorum, sed totam rem ad Pompeium reicere. Sen. de Clem. 1, 10 Quos ob adulterium filiae suae damnauerat, adeo non occidit, vt dimissis, quo tutiores essent, diplomata daret. Hoc est — non dare tantum salutem, sed praestare, *i. efficere, vt ab aliis quoque tutus sit.* Casum communem et incertum neque vitare quisquam nostrum, neque praestare villo pacto potest Cic. Fam. 5, 17. Et ibid. 2, 17 Perferto et vltima expectato, quae ego tibi et iucunda et honesta praestabo: ita certe polliceor, vt teneri velim ipse, si mentiar. Nihil vita nobis praestandum praeter Culpam putemus Cic. Fam. 6, 1. Idem de Orat. 1, 113 Perge vero Crasse, inquit Mutius. Istam enim Culpam quam vereris, ego praestabo. Damnum praestare Idem Off. 3, 66 c. 16. Felicitatem de se praestare nemo potest Cic. pro Lege Manil. 47. Idem de Diuin. 2, 78 Virtutis auspiciis video esse usum Deiotarum, quae vetat spectare fortunam, dum praestetur Fides. Fidem promissi Liu. 30, 12. Fidem publicam Idem 2, 28. Quinct. 7, 4, 35 An Fides praestari debeat tantum, non etiam Consilium, et Euentus? Periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligauit Cic. pro Muraen. 3. Pronissum Liu. 33, . . . *it.* 7, 16.

- Sumtum nusquam melius posse poni praestabo Cic. Qu. Frat. 3, 1. Idem Fam. 9, 16 Caetera vero quid quisque me dixisse dicat, aut quomodo ille accipiat, aut qua fide mecum uiuant ii, qui me adfidue colunt et obseruant, praestare Non possum. Praedones nullos fore quis praestare poterat? Cic. pro Flacc. 31. Me non ingratum esse praestabo Idem de Prouinc. Consul. 47. Quod de te sperare, de me praestare possum Idem Fam. 5, 15. Cic. Qu. Frat. 3, 1 Ego Trebaticum ad Caesarem misi, qui mihi iam satisfecit: si ipsi minus, praestare nihil debeo. Ego Messalam Caesari praestabo, quasi Fide iubebo Caesari pro Messala Idem ibid. 3, 8. Praestare aliquem dicimus, quum efficiamus, ne quid is committat, secus quam volumus. Cic. Qu. Frat. 1, 1 Iam te vsus ipse erudiuit, nequaquam satis esse; ipsum hasce habere virtutes, sed esse circumspiciendum diligenter, vt in hac custodia prouinciae non te vnum, sed omnes ministros imperii tui sociis et ciuibus, et Reipubl. praestare videare. Idem Att. 6, 3 Quem tamen ego praestare non poteram. Huc potest etiam referri, quod n. 2 dedimus. Plin. in Paneg. c. 83 pr. Quanto enim magis arduum est alios praestare, quam se: tanto laudabilius, quod quum ipse is optimus, omnes circa te similes tui effecisti. Cic. Att. 10, 4 Hac igitur conscientia comite proficiscar, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me aut propter fratrem meum, quorum iam acta actas, quam propter pueros, quibus interdum videmur praestare etiam Rempublicam debuisse, i. cauere illius damna. ¶ 4 Praestare, (*διεπέμν*) cum Datio, Melius esse, vel antecellere significat, vt Antestare. Ter. Eun. 2, 2 pr. Di immortales, homini homo quid praestat? stulto intelligens quid interest? Virtus praestat caeteris rebus Cic. de Fin. 4, 51 c. 18. Culta incultis praestant Lucret. 1, 209. Intelligens praestat imperito Cic. de Clar. Orat. 199. Imperatoribus minutis praestat orator Idem ibid. 255. Contemplatio rerum cogitatioque longe omnibus studiis in vita praestat Cic. Tusc. 5, 9. Idem Off. 1, 64 c. 19 Difficile est, cum praestare omnibus concupieris, seruare aequitatem. Doctus auditor indocto praestat Idem de Clar. Orat. 199. Datio aliquando regit rei, quae superatur, et Ablatium rei, in qua quis excellit. Cic. pro Deiot. 5 Tanto ille superiores gloria vicerat, quanto tu omnibus praestitisti. Quinctil. 1 Eloquentia caeteris praestet. Cic. de Clar. Orat. 161 c. 43 Haec Crassi quum edita oratio est, quantae saepe legisse certo scio; quatuor et triginta tum habebat annos, totidemque annis mihi aetate praestabat. Lepore et humanitate omnibus praestitit Socrates Idem de Orat. 2, 270 c. 67. Prudentia caeteris praestare Cic. de Orat. 1, 197. Res praestant rebus pondere Lucret. 1, 359. Suauitate et breuitate dicendi aliis praestitit Aristoteles Cic. de Inuent. 2, 6. Plaut. Bacch. 4, 9, 49 Sed Priamus hic multo illi praestat. Datio nonnunquam tacetur: Cic. Off. 1, 116 c. 33 Quorum vero patres aut maiores aliqua gloria praestiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere. Arte bellandi praestabat Claudius Sil. 13, 149. Caritate patria praestat Cic. de Legib. 2, 5. Facie praestare Hor. Serm. 2, 4, 71. Fortunis praestare, absolute, pro Longe fortunatissimum, et beatissimum esse Lucret. 5, 1178. Honore et aetate Cic. Qu. Frat. 1, 1. Ingenio Lucret. 5, 1106. Iuris Ciuilis intelligentia, atque omni prudentiae genere Mutius praestitit Cic. de Clar. Orat. 102. Literis doctrinaque Idem de Orat. 3, 135. Mobilitate Lucret. 3, 430. Numero militum praestabant Caes. Bell. Ciuil. 3, 44. Accusatum cum Ablatio aliquando regit: Praestate virtute peditem, vt honore atque ordine praestatis Liu. 3, 61. Ciuitas, quae antiquitate, humanitate, doctrina praestaret omnes Nep. 25, 3, 3. Qui honore rerumque gestarum amplitudine caeteros Romani Populi praestiterunt Idem ibid. c. 18, 5. Liu. 5, 36 Vt nuntiare domum possint, quantum Galli virtute caeteros mortales praestarent. Ablatium subicit Virg. Aen. 11, 438 Vel magnum praestet Achillem, i. antecellat: vel, vt quidam volunt, Repraesentet, exhibeat, vel aequalis sit. Cum Praepositione item construitur: In arte aliqua praestare Lucret. 5, 1355. Caes. Bell. Gall. 2, 15 Quod ciuitas magna et inter Belgas auctoritate, ac hominum multitudine praestabat. Inter suos aequales longe praestare Cic. de Clar. Orat. 230 c. 46 extr. ¶ 5 Praestat, (*προῖσταν*) impersonaliter, pro Melius est, et Datio construitur. Cic. pro Sext. 146 Si hoc non est satis, quod haec omnia delata videntur reditu meo, multo mihi, multo inquam Iudices praestat, in eandem illam recidere fortunam, quam tantum importare meis defensoribus et conseruatoribus calamitatem. Datio raro exprimitur. Virg. Aen. 1, 139 Sed motos praestat componere fluctus. Emori potius, quam seruire praestat Cic. in Pison. 15 c. 7. Mori milies praestitit quam haec pati Idem Att. 14, 9. Tacere praestat philosophis, quam loqui Idem de Nat. Deor. 3, 77 c. 31. Longe multumque praestat, vid. sub LONGVS. ¶ 6 De Praeterito huius verbi Diomed. 1 p. 361 Praesto, praestiti, ait, et laudat Senecam de Officiis, Si cernicem praestitero, pro Praebuero. Addit, Est autem hodie horum verborum ista diuisio, vt sit praeebo patientis, praesto facientis, ac perinde, praebui occasionem aut operam, praestiti fidem ac rem dicamus. Gerund. Vires praestandi habere Ouid. ex Pont. 1, 7, 38. PRAESTATVS, et PRAESTITVS, a, um. Partic. Brutus in Epist. apud Priscian. 9 p. 863 Occiso C. Caesare, postquam mare transierat, praestatum est. Interim ipse Priscian. l. c. Praestitum et Praestatum vetustissimos protulisse affirmat. PRAESTATURVS, et PRAESTITVRVS, a, um. Partic. Vitruv. 1, 1 extr. Polliceor, me sine dubio praestaturum. Cic. Fam. 6, 8 Se praestaturos. Sic MSS. quidam praestituros. Id. ibid. 10, 11 Id me praestaturum spero. Add. 12, 16. Liu. 30, 15 Masinissam libenter primam ei fidem praestaturum fuisse. Add. Balbus ad Cic. sub Att. 9, 10. Sen. Controu. 1 Praef. Iphis quoque multum praestaturus videor, quibus obliuio imminet. Sed Cic. Fam. 6, 8 Se praestituros, nihil ex eo te offensionis habiturum. Sed quidam libri praestaturos. PRAESTANDVS, a, um. Partic. Amor praestandus Ouid. ex Pont. 4, 10, 81. Cic. pro Sext. 62 Designatus Tribunus plebis obtulit in discrimen vitam suam: dixit eam sententiam, cuius inuidiam capitis periculo sibi praestandam videbat. PRAESTANS, antis. Partic. vel Nomen adeo, quod Ablatium et Genitiuum regit. [*ὑπερέχων*] Praestans virtute homo Virg. Aen. 8, 548. Viri cum Claritate tum vsu belli praestantes Nep. 18, 3, 3. Corpore et armis praestans Sil. 5, 175. Grauitate et prudentia praestans homo Cic. pro Corn. Balb. 50 c. 22. Longe praestans omnibus ingenio et diligentia Idem Tusc. 1, 22 c. 10. Ingenio, iustitia, integritate, omnibus praestans vir Idem pro Planc. 33. Literis doctrinaque praestans vir Cic. de Orat. 3, 135. Idem Tusc. 5, 26 An dubitas, quin praestans valetudine, viribus, forma, acerrimis, etc.

Duo Vsu et sapientia praestantes Nep. 13, 3, 2. In oculis praestans, vid. OCVLVS. Praestantes in eloquentia viri Quintil. 12, 2, 25. Virg. Aen. 12, 19 Praestans animi. Cum Infinit. Idem ibid. 6, 164 Quo non praestantior alter Aere ciere viros, Martemque accendere cantu. Sapientiae praestantissimus Tacit. Ann. 6, 6. Cic. de Amicit. 1. Quo mortuo, me ad Pontificem Scaeuolam contuli, quem vnum nostrae ciuitatis et ingenio et industria praestantissimum audeo dicere. Nec videri potest optimus, nisi qui est omnibus Optimis in sua cuiusque laude praestantior Plin. Paneg. c. 88. Numero praestantior omni Stat. Achil. 1, 512. Studio ac doctrina praestantissimi Xenocrates et Aristoteles Cic. Acad. 1, 17. Totum hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum tuam istam victoria et fide praestantem Idem Fam. 7, 5. Virginibus praestantior omnibus Herse Ouid. Met. 2, 724. Cic. Fam. 5, 8 Itaque et praestantissima omnium feminarum vxor tua, et eximia pietate etc. Hoc certe praestantioribus, quo nihil nouere nisi commune Plin. 11, 5. Atque hoc mihi fuerit ad laetitiam animi praestantius Cic. Fam. 5, 12. Nihil praestantius Idem de Fin. 3, 2. Aliis aliud praestantius Lucret. 2, 506. Solidae laudis ac verae dignitatis praestantius quid mihi potuit accidere? Cic. in Vatin. 8. Praestantia debent ea dici, quae habent aliquam comparationem Cic. Tusc. 5, 38. Nec, si quaesieris Odium Cyclopi Amorne Acidis in nobis fuerit praestantior, edam Ouid. Met. 13, 756. al. Praesentior. Consilio et virtute praestanti exstiterunt Cic. pro Sext. 86. Corpore praestanti Nymphae Virg. Aen. 1, 75. Labor praestans Lucret. 2, 12. Munere praestanti donare aliquem Virg. Aen. 5, 361. Natura excellens et praestans Cic. de Nat. Deor. 1, 55. Nomina praestantia Ouid. Trist. 2, 467. Ordo praestantior Stat. Silu. 5, 1, 97. Victima labe carens, et praestantissima forma Ouid. Met. 15, 130. Viri praestantes Stat. Theb. 6, 295. Praestantissimi, epitheton honoris, ergo Imperatoribus tributum. Tertull. de Coron. Mil. pr. Nazar. Paneg. Constantin. c. 26 extr.

PRAESTANTER. Adu. Priores gradus nondum habemus repositos: Superlatiuo vsus Plin. 28, 12 Praestantissime vincit.

PRAESTANTIA, ae. f. [ἐξοχή, ὑπεροχή] Excellentia. Cic. de Amicit. 70. Fructus enim ingenii et virtutis omnisque praestantiae, tum maximus accipitur, tum in proximum quemque confertur. Idem Off. 1, 97 c. 28 Nobis personam imposuit ipsa natura, magna cum Excellentia praestantiaque animantium reliquorum. Excellens in animorum laude praestantia Idem de Fin. 5, 36. Altercandi praestantia Quint. 6, 4, 5. Animi praestantia Idem 6, 1, 25 et 27. et 12, 5, 1. Dignitatis aut fortunae suae praestantia, aequabilitatem communis iuris transeunt quidam, et intolerantius se iactant Cic. de Orat. 2, 209. Idem de Fin. 4, 3 Quam summum bonum posuisset in Ingenii praestantia, quam virtutem vocamus. Mentis praestantiam habet homo, cui tota illius natura pareat Cic. de Fin. 5, 34. Add. Quintil. 6 Pr. 7. Cic. Acad. 1, 10 c. 5 Valetudinem, vires, pulchritudinem in toto: in Partibus autem, sensus integros et praestantia aliquam partium singularum, vt in pedibus celeritatem, etc. Remedii praestantia Plin. 12, 3. Rerum omnium praestantia excellentes dii immortales Cic. de Diuin. 2, 129. Virtutis, ingenii, fortunae praestantiam consequi Idem de Amicit. 72 c. 19.

PRAESTATIO, ōnis. f. [παροχή] Paulus de legatis 3 l. Si plures gradus sint heredum, et scriptum sit, Heres meus dato: ad omnes gradus hic sermo pertinet: sicuti haec verba, Quisquis mihi heres erit. Itaque si quis velit, non omnes heredes onerare legatorum praestatione, sed aliquot ex his, nominatim damnare debet. Fiscalium praestationum exactores Firmic. 4, 3, et 6, 3. Familiae erciscundae iudicium ex duobus constat, id est, rebus, atque praestationibus: quae sunt personales actiones Vlp. in l. Item Labeo §. Famil. ercisc. D. Famil. ercisc. et sic passim ap. Ict. Vt concedas, omnia eos fide bona dicere, vt ad praestationem scribant Seneca de Breuit. Vitae c. 14. i. quasi praestare cogantur veritatem eorum, quae narrant.

PRAESTABILIS, e. Adi. [ἐξοχος] Excellens Gell. 1, 3. Chilo praestabilis homo sapientiae Add. Id. 18, 3. Cic. de Fin. 1, 30 c. 12 Quem tandem hoc statu praestabiliorem, aut magis expetendum possumus dicere? Nihil melius mundo, nihil praestabilius, nihil pulchrius Idem de Nat. Deor. 2, 18 c. 7. Dignitas praestabilis Idem de Prouinc. Consul. 38. Cic. de Orat. 2, 347 c. 85 Sumendae res erunt magnitudine praestabiles, aut nouitate primae, aut genere ipso singulares; neque enim paruae, neque vilitatae, neque vulgares admiratione, aut omnino laude dignae videri solent. Praestabilis et insignis alicuius virtus Idem de Arusp. Resp. 41 c. 19. Nil mente praestabilius natura homini dedit Idem de Sen. 40.

PRAESTANA, ae. f. Dea, de qua Arnob. 4 p. 128 Praestana est dicta, quod Quirinus in iaculi missione cunctorum praestiterit viribus.

PRAESTATOR, ōris. m. Frontin. de Colon. p. 351 (Goef. p. 128) Qui aduocantur vt praestatores, i. praestandi auxilii et patrocinii causa. Sic Goef.

PRAESTO. Adu. vel quod placet aliis, Nomen indeclinabile omnis generis. Certe Praesto sum significat Praesens sum. Plaut. Epid. 5, 1, 46 Tibi quidem quod ames, domi praesto est. Cic. Fam. 3, 5 pr. Tralleis veni ad VI. Calend. Sextiles: ibi mihi praesto fuit L. Lucilius cum literis, mandatisque tuis. i. me adueniente adfuit, meque expectavit. Adire praesto, vid. ADEO, ire. Ter. Eun. 5, 9 (8) 20 Sed vbi est frater? C. praesto adest, pro Praesto est, per Pleonasmum. Simpliciter Praesto est Ter. Phor. 3, 3, 29. Rursus Ter. Heaut. 1, 1, 120 Iam dudum domi praesto apud me esse aiunt. Praesto esse alicui, vt Adeste, pro Praesidio esse, fauere, iuuare. Cic. pro Muraen. 19 c. 9 Ius Ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit, praesto multis fuit. conf. Bos. ad Cic. Att. 10, 8 p. 143. Sed simpliciter Aduerire, comparere est Auctori ad Herenn. 4, 62 c. 48 Hirundines aestiuo tempore praesto sunt, frigore pulsae recedunt. De aduersariis quoque, qui insidias strunt, vt de accusatore Cic. Verr. 3 c. 25 extr. Idem ibid. 2, 92 c. 38 Iste homo certus, et diligens ad horam octauam praesto est. Cic. Verr. 1, 78 Tune quod videris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum praesto fuerit; nisi libidini tuae, cupiditatisque paruerit. Locus est praesto Lucret. 2, 1067. intellig. commodus et aptus rei. Cic. de Fin. 2, 69 Praesto esse virtutes vt ancillulas, quae nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi vt voluptati ministrarentur. Ter. Andr. 2, 5, 4 Ipsum adeo praesto (esse) video.

PRAESTOLOR, ōri. [ὑπομένω, περιμένω] Praesto esse, manere, expectare. Festus: Praestolari is dicitur, qui ante stando ibi, quo ven-

turum excipere vult, moratur. Non. 2, 709 Occulte taciteque aduentum hostium praestolari. *Penultimam corripit Beermannus, quem et analogia tueri videtur: cum sit ex diminuto Praestulus s. praestolus. Producit Taubman.* Ter. Eun. 5, 5, 5 Quem praestolare Parmeno hic ante ostium? Sic Caes. Bell. Civil. 2, 23 Huius aduentum L. Caesar filius cum decem longis nauibus praestolans, etc. Plaut. Casin. 3, 3, 15 Te praestolabor. Sic Epid. 2, 2, 37. *Datiuo iunxit Cic. in Catil. 1, 24 c. 9 Qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur armati. Praestolari inquit Donatus ad Ter. l. c. Praesto esse, et apparere, hoc est obsequi.*

**PRAESTOLO**, Ære. *Idem apud Non. 7, 67 ubi Turpilius, Ego praestolabo illi. Et Liuius Andr. Nimis imprudenter seruis praestolaras.*

**PRAESTOLATVS**, a, um. Partic. Apul. Met. 5 p. 160 Voces cubiculo praestolatae nouam nuptam curant.

**PRAESTRANGVLO**, Ære. Ne anxium oratorem praestrangulet inuidia Quinctil. Trib. Mar. c. 3 p. 77 Burm.

**PRAESTRENVE**. Adu. *vid. PERSTRENVE.*

**PRAESTRINGO**, strinxi, strictum, Ære. [*ἀποζύω, περιστέλλω*] *Valde stringere, vel occupando constringere.* Plin. 18, 34 Praestringit enim atque percellit hic radices arborum. *De Borca vento loquitur. Tempora praestrinxit fertis Stat. Silu. 5, 3, 112. Fauce praestrieta laqueo Ouid. in Ibin 551.*

*Stringendo et vehementius contingendo hebetare atque acie sua priuare.* Plin. 7, 15 *de mensuris mulierum, Praestringitur acies ferri, eborisque nitor. Et 15, 14 de pomis acerbis, Vis tanta, ut aciem gladii praestringat.*

*3 Sollemni metaphora ad Aciem oculorum, ac mentis adeo refertur, ut hebetare, obtundere, quoties oculi luce, mens perturbatione terroris, admirationisue cuiuscunque impedita verum non potest videre: pro hoc interdum est Perstringere, ut dubium sit, ipsine veteres promiscue adhibuerint nonnunquam, an confusio sit a librariis. Praestringo autem, de quo s. l. fere soli ingenio Lambini videtur debitum. Plaut. Mil. pr. Curate, ut splendor meo sit clipeo, — ut oculorum praestringat Aciem in acie hostibus. Multa hic ad hanc lectionem contra Lambini vehementes conatus defendendam*

*Taubmannus. Non. 1, 149 et b. l. laudat, et addit Lucil. Praestringat oculorum aciem splendore micanti. Varro, Non mirum, si caecutis: aurum enim non minus praestringit oculos, quam ὁ πῶδός ἀναγῶρος. Cic. de Fato et de Finib. 4 Aciem animorum nostrorum virtutis splendore praestringitis. Liu. 40, 58, 4 Cum ingenti fragore caeli tonitribusque et fulguribus praestringentibus aciem oculorum Sic etiam Drakenb. Cic. in Vatin. 25 c. 10 Cuius dignitas et splendor praestringebat, credo oculos Vatinii: quidam perstringebat. Lux athena praestringit oculos Claud. Conf. Hon. 3, 134. Cic. de Nat. Deor. 3, 73 c. 29 Ita omnes meos dolos, fallacias, Praestigias*

*praestrinxit commoditas patris. ex Poëta. Sine vlla varietate sic legitur. Alludi videtur ad etymon praestigiarum, de quo in PRAESTINGVO. Hic praestrinxit breuiter est retudit, ut sua et quasi acie priuauit. Cic. Phil. 12, 3 c. 2 Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem; praestrinxerat enim aciem animi D. Bruti salus. Sic optimi MSS. Quidam*

*perstrinxerat. Grut. nescitur unde restrinxerat. Sic praestrinxerat animi aciem Vell. 2, 118, 4. Sil. 1, 358 Qualis sanguineo praestringit lumina crine Ad terram caelo decurrens ignea lampas: ad quem locum praclare de hoc verbo meritis est Drakenb. Add. Oudendorp. ad Lucan. 1, 154. Id. Lucan. in Pison. 89 Insigni praestringit imagine visus. Cic. Diu. Verr. 46 c. 14. Mihi videtur periculum fore, ne ille non modo verbis te obruat, sed gestu ipso ac motu corporis praestringat aciem ingenii tui, teque ab institutis tuis cogitationibusque abducatur. Afcon. Ped. ad h. l. Vel a praestigiatoribus transtulit verbum, vel a tironibus, qui ignari ac rudes, pugnae etiam vano armorum fonitu terrentur praestrieta luminibus. Praestringuntur igitur secundum Afconium lumina, cum ad magnum splendorem, vel terrorem adeo, subito clauduntur. Aciem mentis praestringere solet inopia et satietas Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29. Id. Cato. 42 c. 12 Impedit consilium voluptas, ac mentis praestringit oculos. Quidam perstringit, al. praestringit.*

*4 Add. Sen. de Benef. 7, 9 Edit. Gron. et de Tranqu. 1. Praestringi etiam res dicitur, quae latet ob splendorem alterius. Quinctil. 10, 1, 92 Dicent haec plenius futura saecula. Nunc enim caeterarum fulgore virtutum laus ista praestringitur. Aufon. de Urb. 2, 5 Novisque Excellens meritis veterem praestringit honorem. Conf. PRAESTINGO et PERSTRINGO.*

**PRAESTRINGENS**, entis. Partic. Liu. 40, 58, 4 Tonitribus et fulguribus praestringentibus aciem oculorum. Ammian. 31, 3 Ad vsque Danubium terras praestringens. Conf. Claudian. i Conf. Stilic. 200 quem locum damus in PERSTRINGO.

**PRAESTRICTVS**, a, um. Partic. Fauce laqueo praestrieta Ouid. in Ibin 549. Nazar. Paneg. Constant. 5 Praestrieta acie, videnti facultate caruerunt. Nimio splendore praestrietus Sen. Ep. 71. Ianuis palatii praestrieta Ammian. 14, 7.

**PRAESTRICTIO**, ðnis. f. Sensus praestriectio Tertull. Ref. Carn. c. 49. al. Praestriectio.

**PRAESTRVO**, xi, ctum. Ære. [*προσικοδομῶ, προκατασκευάζω*] *Prius ordinare, aedificare, munire.* Columel. 1, 5 Quippe ab imo praestrueta, valenter resistent contra ea, quae postmodum superposita incumbent. Plin. Epist. 5, 8 Illud quaeso praestruas, ad quod hortaris. Prius agmina duris Exerte studiis, et saeuo praestruere Marti Claud. Conf. Hon. 4, 370. i. praepara. Praestruere sibi fidem Liu. 28, 42. Pro Obstruo: Aditum montis praestruere obiice Ouid. Fast. 1, 563. de Caco.

**PRAESTRVENS**, entis. Partic. Ammian. 31, 7 Id scilicet praestruentes.

**PRAESTRVCTVS**, a, um. Partic. [*προκατασκευαδεις*] Hostis praestruetus bellis civilibus Claud. de Bello Get. 187. *Arte praeparatus, et ex-composito siue ex-industria factus.* Suet. Tiber. c. 53 Quondam vero inter coenam porrecta a se poma gustare non ausam, etiam vocare desiit, simulans se veneni crimine arcessitum: quum praestruetum vtrumque consulto esset, ut et ipse tentandi gratia offerret, et illa quasi certissimum exitium caueret. Cunctis praestruetis stabant omnes armati Ammian. 20, 6. Ab imo praestrueta valenter resistent Columel. 1, 5.

**PRAESTRVCTIM**. Adu. Tertull. de Pall. c. 3 Multa dicendum fuit, ut ad hominem praestruetum perueniretur, i. praeparatione quadam, et gradibus.

**PRAESTRVCTIO**, ðnis. f. Tertull. aduers. Marc. 4, 14 Augustin. Epist. 112 c. 1.

**PRAESTRVCTVRA**, ae. f. Tertull. aduers. Marc. 4, 2.

PRAESTVLTVS, a, um. Adi. Πάνυ ἀνόντος Gloss. Graec. Latin.

PRAESTVPIDVS, a, um. Adi. Altera praestupido pars est stolidissima corde Iuenc. 4, 200.

PRAESTVS, a, um. Adiect. Laudatur ex Vet. Inscript. OFFICIO PRAESTVS FVI.

PRAESVDO, are. [προιδρώ] Ante sudare, ante exercere se. Stat. Theb. 6, 4 Ludumque super quo Martia bellis praesudare paret, se-  
teque accendere virtus. add. Claudian. de Rapt. Proserp. 2, 120.

PRAESVL, ūlis. m. [χοροδάτης Onom. vet.] teste Phoca, a Praesilio, ire fit, quod est Ante salio: Is appellabatur apud antiquos, qui primus erat inter Salios Martis sacerdotes, a saliendo dictos, in portandis ancilibus. Valla 5. conf. Turneb. Aduers. 19, 10. Lucil. ap. Fest. in Redampruo. f. Redentruo. Item generaliter Qui aliis praest.

Capitol. Anton. Philos. c. 6 Fuit in eo sacerdotio et praesul et vates, et magister. vid. Casaub. et Salmas. Buchn. ad Prud. hymn. de Natali Christi fm. Vfus et Cic. de Diuin. 1 c. 26. et 2 c. 66. Si quibusdam libris fides est. vid. PRAESVLTOR.

Praesulem cum respectu ad hanc historiam Arnob. 7 p. 216 et 244. Testis Roma sui praesulis esse potest Rutil. Itin. 1, 550 de Protadio, quem iunios honores gessisse constat. Praesul fori Sidon. Epist. 4, 14. Praesulem agri ponere Pallad. 1, 6, 18. i. villicum. Femin. apud Anien. Descript. Orbis 519 Et Iunone calent hic arae praesule semper.

Pallad. R. R. 1, 6, 14 Graeci iubent oliuam, cum plantatur et legitur, a mundis pueris atque virginibus operandum: credo recordati, arbori huic praesulem esse Castitatem. i. Mineruam Virginem.

PRAESVLTOR, ōris. m. [ὁ ἐν τοῖς ἑργοῖς προσηχόμενος Gloss. Latin. Graec.] Idem qui et Praesultator. Cic. de Diuin. 1, 55 c. 26 Exin quidam rustico Romano dormienti visus est venire, qui diceret Praesultorem sibi non placuisse ludis etc. conf. Id. ibid. 2 c. 66 Vtroque loco Praesulem habent quidam MSS. Lactant. 2, 7. Val. Max. 1, 7, 4. al. Praesultator.

PRAESVLTOR, are. [προπηδάω] Ante saltare. Liu. 7, 10 Si tu permittis, volo ego illi beluae ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.

PRAESVLTATOR, ōris. m. Liu. 2, 36 Visus Iupiter dicere, sibi ludis praesultatorem displicuisse. Praesultatorem vocat eum, qui quasi ludorum prima pars fuerit: qui, antequam ludi committerentur, saltauerit. Eundem Praesultorem et Praesulem dici in eadem historia modo obseruatum est.

PRAESVLSVS, a, um. Adiect. [πολύλιχος] Valde falsus, vel ante falsus. Columel. 6, 2, 7 Libralesque offas in praesulfae adipis liquamine tinctas.

PRAESVM, es, est, fui, esse. [προέημι, ἐπίσταμαι] Praesectum esse. Cic. de Finib. 4, 76 Omnibus enim artibus volumus attributam esse eam, quae communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuique artificio praesunt, debent habere. Id. pro Rosc. Amer. 50 Qui praesesse Agro colendo flagitium putes. Faciendae alicui rei publice praesesse Id. Verr. 5, 46. Interesse alicui rei et praesesse Id. Fam. 1, 8. Exercitui praesesse Id. ibid. 10, 8. Nepos 7, 6, 2. Ignibus aeternis Ouid. Fast. 3, 421. Imperio Praetorio Cic. de Diuin. 1, 68. Magistratibus leges, populo magistratus praesunt Id. de Legib. 3, 2. Nauibus et classi Id. Verr. 5, 81. Nepos 10, 6, 3. Officiis alicuius Ouid. Fast. 4, 382. Prouinciae Cic. Fam. 1, 9. Id. pro Rosc. Amer. 11 Quum huic idem Quaestioni iudex praesesses. Reipublicae Id. Off. 1, 79. Sacerdotiis Id. pro Domo 10. Sacris Id. de Arusp. Resp. 14. Studio alicui Cic. de Orat. 1, 235. Summae imperii Nepos 2, 4, 2. Cic. de Amicit. 37 Non paruit ille T. Gracchi Temeritati, sed praesefuit. Templo Ouid. ex Pont. 3, 2, 65. Particip. futur. Ducem fortem et prudentem regis opibus praesuturum videbant Nepos 9, 4, 3. ¶ 2 Praesesse veteres dixisse pro Praesentem esse Vossius in Etymol. p. 406 probat ex illo Ausonii in dictis Sapient. 19 Spondere qui nos, noxa quod praesest, vetat: Hinc remansit

PRAESENS, entis. Partic. a Praesesse, ut modo vidimus, [παρών ἐνδημῶν] Qui adest. Plaut. Stich. 1, 3, 67 Agite si vultis, praeda erit praesentium. i. Eorum, qui hic adsunt. Contraria. Terent. Eun. 1, 2, 112 Cum milite isto praesens absens, ut fies, i. licet praesens corpore, animo tamen absens. Id. Adelph. 1, 1, 49 Praesens, absensque idem erit. Praesens praesenti adsum Plaut. Mostell. 5, 1, 27. Terent. Adelph. 4, 5, 34 Quum hanc sibi videbit praesens praesenti eripi, abduci ab oculis. Id. Eun. 5, 9, 29 Postulo, ut mihi tua domus te praesente absente pateat. i. siue adsis, siue absis. Facultas optabilis tui praesentis si mihi esset, nunquam a tuis consiliis discreparem Cic. Fam. 10, 4. Cognoscent omnes tui praesentis amorem Id. ibid. 1, 1. Praesentem atque audientem, vita priuandum esse dixit Id. in Catilin. 4, 13. Id. Offic. 1, 136 Neque solum viui atque praesentes studiosos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur. Id. de Orat. 2, 9 Duos summos viros, iis, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores, cogniti sint, viuorum et praesentium memoria teste, commendemus. Praesente hoc, nolebam dicere Ter. Hec. 4, 4, 90. Dicerem de eius virtute eo praesente timidius Cic. pro Caecin. 77. Id. de Orat. 2, 233 Quanquam soles, inquit, saepe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectante Roscio Id. pro Quint. 77. Hic est vnus homo ex omnibus, quo praesente minime ineptus esse vellem Id. de Orat. 1, 112. ¶ 2 Praesente nobis, pro Praesentibus dixerunt veteres. Plaut. Amph. 2, 2, 194 Neque nobis praesente, aliquis, nisi seruos Sofia adfuit. Sed versus est inter suspectos, quamquam laudat eum Nonius 2, 66. Idem 2, 660 ista habet: Pomponius Syris, qui apud forum praesente testibus mihi vendidit. Et ex Accio laudat Praesente his, atque ex Nouio Praesente omnibus. Donat. ad illud Terent. Eun. 4, 3, 7 Absente nobis, laudat Pomponii versum, Siue ergo istuc praesente amicis inter coenam, Et Varronem in Marcellum, id praesente legatis omnibus, exercitu pronuntiat. vid. Absens in ABSVM. ¶ 3 Formulae: Cic. Off. 1, 11 Ad id solum quod adest, quodque praesens est, se accommodat. de belua. Adest praesens, vid. ADSVM. Praesens non Ades Plaut. Amphit. 3, 3, 22. Egi tecum praesens, itemque petiui saepe per literas Cic. Fam. 2, 6. vid. Sermo praesens n. 4. Exponere commodius aliquid praesenti Id. Attic. 1, 14. Hortatur praesens Horat. Epist. 1, 1, 69. Interfuit, et praesens vidit Cic. de Inuent. 1, 104. Liu. 1, 57 Quin si vigor iuuentae inest, conscendimus equos, inuisimusque praesentes nostrarum ingenia? Sit tibi credibilis sermo, consuetaque verba, blanda tamen praesens ut videre Loqui Ouid. A. A. 1, 46. i. ex tempore. Cic. Off. 2, 60 Quanquam quod praesens tanquam in manum datur,



iucundius est: tamen haec in posterum gratiora. Praefens ingenio Plin. 17, 1. *vid.* Animus praefens n. 4. ¶ 4 Substantiua: Aetias praefens Horat. Epist. 2, 1, 42. [παρσισημος] Terent. Phorm. 5, 8, 64 Animo virili praefentique vt sis, para. 5 Virgil. Aen. 5, 363 Nunc si cui virtus, animusque in pectore praefens. Vbi Seruius, Praefens, fortis: ac si diceret, si adsit quis plenus animi. *Melius ita puto Praefens animus, qui statim videt quid agendum sit, statim audet agere: vt Praefens Deus, medicina, de quibus n. 6.* Cic. de Orat. 2, 84 Sed animus acer et praefens, et acutus, idem atque versutus inuictos viros efficit. Animo praefentiore aliquid 10 facere Liu. 31, 46. Cic. Off. 1, 80 c. 23 Fortis animi et constantis est, non perturbari in rebus, asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur, sed praefenti animo vti et consilio, etc. Animo praefenti dicere Terent. Eun. 4, 6, 31. *Dicitur etiam praefens, ipse, qui Animo praefenti est.* Ouid. Am. 2, 8, 17 At quanto, si forte refers, praefentior ipse Per Veneris feci numina magna fidem. Argento praefenti, vel Pecunia mercari vel vendere Plaut. Poenul. Prol. 89. Id. Men. 5, 9, 97. *Idem est Repraefentare pecuniam.* Casus praefentis immemor Ouid. Trist. 4, 1, 40. Dolor praefens 20 Lucret. 6, 1275. Forma dei praefens Stat. Silu. 1, 1, 62. Gratiam praefentem refero Cic. pro Planc. 131. Hora Horat. Carm. 3, 8, 27. Terent. Phorm. 5, 2, 16 Praefens quod fuerat Malum, in diem abiit: plagae crescunt, nisi prospicis. Mors 25 Virgil. Aen. 1, 91. Pastum ad praefentem mendicitatis suae agros populari Cic. Philipp. 11, 4. Id. Attic. 2, 4 Pro eo tibi praefentem Pecuniam solui imperavi, ne tu expensum muneribus ferres. Pecuniam praefentem non debitam soluit mulieri Id. pro Cluent. 34. Pignore praefenti firmat animum Virgil. Aen. 3, 611. Cic. de Diuin. 2, 122 Atqui ne si nauigare quidem velim, ita gubernarem vt 30 somniauerim: praefens enim Poena sit. *Vtitur etiam Tacit. de German. 19, 2.* Re praefenti Liu. 40 . . . Esse in Re praefenti Plaut. Amphit. 1, 1, 93. et Plin. Epist. 10, 85. Ips in Re praefenti fui, et vidi tuam quocumque statuam in bibliotheca sitam. Cic. Offic. 1, 32 c. 10 Vt si constitueris te cuiuspiam aduocatum in Rem praefentem esse venturum, atque interim grauius aegrotare filius coeperit, non sit contra officium, non facere quod dixeris. Id. de 35 Orat. 1, 250 c. 58 An vero si de re ipsa, si de finibus, quum in Rem praefentem non venimus, si de tabulis et praescriptionibus controversia est etc. *vid. Burmann. ad Quinctil. Decl. 369 p 762.* Quinctil. 4, 3, 123 Multum confert adiecta veris credibilis rerum imago, quae velut in Rem praefentem perducere audientes videntur. Et 7, 10, 11 Oeconomica totius causae dispositio, quae constitui nisi velut in Re praefenti non potest. Et 9, 4, 112 Cum Re praefenti delibere, i. ita vt totum negotium cum omni sua circumstantia animo obuer- 45 setur. Caetera praefenti Sermoni reseruantur Cic. ad Qu. Frat. 2, 6. i. coram de iis agemus. Id. in Catil. 1, 22 Quanta tempestas inuidiae nobis, si minus in praefens Tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendat. Horat. A. P. 41 Pleraque differat, et praefens in Tempus omittat. Tempus ad 50 praefens dissimulato dolore, odium regis in vindictae occasionem ditulit Iustin. de Harpago 1, 5. Testibus praefentibus liberam ceteronem cognoscere Cic. Attic. 13, 44. ¶ 5 Obseruentur et illi: Cic. pro Domo 12 Erat igitur et praefens caritas, et futura fames. Praeteritum meminit, praefentia cernit, futura praevidet animus Id. de Diuin. 1, 63. Horat. Carm. 16, 26 Lactus in praefens animus, quod ultra est oderit curare. *conf. Tacit. Hist. 2, 70. Interdum praefens de re, quae modo, cum loquimur, praeterit, dicitur, cum respectu nempe ad superiora.* Cic. Fam. 1, 1 Exarsi non solum praefenti credo iracundia. b. e. Quae 60 mihi tunc ex re praefenti obuenerat. ¶ 6 Saepe praefens non tantum ad locum aut tempus refertur, sed hoc significat, statim et continuo vim suam siue ad iuuandum siue ad nocendum, aliquem exserere. De Animo praefente iam diximus n. 4. Ouid. Met. 13, 756 Nec, si quaesieris, Odium Cyclopi, Amorae Acidis in nobis fuerit praefentior, edam. 65 Par vtrisque fuit. Pfoh! quanta potentia regni, Est, Venus alma, tui etc. Hor. Carm. 1, 35, 1 de Fortunae potentia, O diua, gratum quae colis Antium, Praefens vel imo tollere de gradu Mortale corpus, vel superbos 70 Vertere funeribus triumphos. i. quae potes statim et sola voluntate tua: nutuque. Hor. Carm. 4, 14, 43 Augustus vocatur, Tutela praefens Italiae dominaeque Romae. Virg. Georg. 1, 10 Et vos agrestum praefentia numina Fauni: i. qui vim diuinam 75 rebus, subito praefertim interuentu, declaratis. Ter. Phorm. 2, 31 Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praefentem deum? Denatus; Praefentes dii sunt, vel qui statim praefant: vel qui coluntur, et videntur, vt Sol et Luna. Hercules tantus et tam praefens habetur Deus Cic. Tusc. 1 c. 12. Add. Stat. Theb. 8, 459. Virg. Aen. 9, 404 80 Tu, Dea, tu praefens nostro succurre labori, i. e. illico statim, vt ait Seruius. Cic. Verr. 4, 107 c. 49 Multis saepe in difficillimis rebus praefens auxilium eius oblatum est, de Cerere. Deos immortales huic inuicto populo contra tantam vim sceleris praefentes auxilium esse laturos Cic. Cat. 1 c. 9. Nec tam praefentes alibi cognoscere diuos Virg. Ecl. 1, 41. Deus praefens ac praepotens Cic. de Nat. Deor. 2, 77. Deos praefentes videre Idem ibid. 3, 1. Plin. Paneg. 1, 5 Eodemque loci (de Capitolio loquitur) quem Deus ille (Iupiter) tam manifestus ac praefens, quam caelum ac sidera infedit. Numen praefentius Quinctil. 4 prooem. 5. Depellens tetros praefenti Numine morbos Ser. Sammonic. prooem. Medicamento efficaci dato, protinus velut praefenti Numine omni dolore periculoque liberasse aegrum Scribon. Larg. Ep. p. 1. Virg. Georg. 2, 127 de malo Medico, Quo non praefentius vllum — Auxilium venit, ac 90 membris agit atra venena. Virg. Aen. 12, 245 Dat signum caelo, quo non praefentius vllum Turbauit mentes Italas. Infidiae praefentes iam erupturae Cic. Fam. 15, 4. Praefens Medicina: b. e. Quae praefens et festinum remedium adfert Columel. 2, 14. Pests, quae statim perdit Cic. Philipp. 3, 25 Nimirum recte veneficum appellat, a quo tibi praefentem pestem vides comparatam. Praefentissima Pericula Quinctil. 10, 7 pr. Praefentissimum Remedium, sanguis de aure emissus Columel. 6, 14. Add. Plin. 28, 4. Vires ad nocendum praefentes Cic. Att. 15, 6. ¶ 7 Praefentia, Pl. Tacit. Hist. 3, 69, 4 Sabinus re trepida quod tutissimum e praefentibus, arcem Capitolii infedit. Idem Hist. 4, 59, 6 Veniam ostentantes, si praefentia 105 sequerentur, i. praefentem rerum statum ac fortunam. ¶ 8 Praefens

*Praefens idem esse quod Praefes, vult Salmf. ad Lamprid. Alex. Seu. 32. Praefectis autem semper detulit — Si vnquam alicui praesentium successorem dedit, semper illud addidit, Gratias tibi agit respublica, etc. Eo refert etiam Spartian. Get. 5 Si quid acciperet a praesentibus, id ad suum contulit cultum: itaque illud Iustiniani . . . In 5 Berytensium autem ciuitate tam vir clarissimus praefens (quid si modo librarii error est pro praefes?) Poenicae maritimae, quam beatissimus eiusdem ciuitatis episcopus, et legum professores. Sed Iac. Gothofredus ad l. 1 C. Theod. de domesticis et protectoribus Praesentes interpretatur proprie, de his, qui praesentes praesenti principi adessent, vel, 10 ut ait Imperator Iulianus leg. cit. in praesenti esse. Dicti iidem Praesentales, ut Curiosi Praesentales in Notit. Imp. f. 42. Milites praesentales, it. Magistri militum praesentales s. praesentum, de quibus Not. Imp. f. 20. it. 159 sq. Caeterum Praefectus Praetorio praefens est Ammian. Marc. 14, 1. et 23, 5. Sic l. 17 C. Th. de re milit. Si qui 15 miles, ex his, qui Praesentes diuino obsequio nostrae clementiae deputati sunt, etc. ¶ 9 Vet. Gloss. laudatae Salmasio ad Pol- lion. Claud. 14 p. 394, b. Hack. Praefens, ἐπιφανής, καὶ παρών, καὶ εὐχάλοος, quod vltimum ita interpretatur, qui magnam vim habeat pecuniae praesentis, i. numeratae.*

**PRAESENTIA**, ae. f. [παρσία] Ter. Heaut. 3, 3, 12 Multa fert libido: ea prohibet facere tua praesentia. In praesentia Quin- 20 ctil. 5, 7, 15 et alias. In praesentia, i. mox Scribon. 101. 105. i. Statim 122. vid. IN. In praesentia et ante oculos proponere periculum Cic. pro Domo 11. Desiderium praesentiae tuae meo labore 25 minuam Idem Fam. 5, 8. Deorum praesentiae Idem de Nat. Deor. 2, 166. Declarant praesentiam suam saepe diui Idem ibid. 2, 6. Formae aberat praesentia Ouid. Fast. 2, 777. Paullus in l. de vno- quoque D. de re indicat. Si saepe conuenti, praesentiam sui facere no- 30 luerint. Hermogenianus in l. contumacia eod. tit. Praesentiam sui facere contemnit. Praesentia animi, [παρίστημα] Praefens animus, qui statim videat, quid e. re sit, et facere audeat. Cic. pro Milon. 63 c. 23 Neque vero sine ratione certa causa Milonis semper a Senatu probata est: videbant enim sapientissimi homines, facti rationem, praesentiam animi, defensionis constantiam. Cic. de Fin. 5 c. 8. 35 Conf. Quinctil. Decl. 6, 14.

**PRAESENTO**, are. [παρίστημι, προβάλλω] quasi Praefens face- 40 re. Quinctil. 11, 2 pr. Frustra docemur, si quidquid audiuius, praeterfluat: et exemplorum, legum, responsum, dictorum, beneque factorum velut quasdam copias, quibus abundare, quasque in promptu 45 semper habere debet Orator, eadem illa vis praesentet. Sic primae edit. Sed nunc editur Repraesentat. Aur. Vict. de Viris illustr. 77, 13 Caput Pompeii ab Achilla Ptolemaei satellite, Aegyptio velamine in- uolutum, cum annulo Caesari praesentatum est. Neque forma tan- 50 tum in te patris, sed etiam continentia, fortitudo, iustitia, prudentia sese votis gentium praesentant Paneg. Maximini et Constantini c. 3 extr. Referre, speciem praebere, et quod Repraesentare dicitur. Plin. 37, 10 f. 67 Sarcitis bubulas carnes praesentat. Sic etiam Elzeu. Sed Harduin. repraesentat, ne mentione quidem facta alterius lectionis. Laudatur etiam Frontin. Strat. 1, 11, 2 Quantum quisque numeratae 55 pecuniae haberet, conferret, ut praesentari merces proditoribus posset. Sed pro sphalmate Scriuerianae edit. habet Oudendorp. pro repraesentari. Apuleium quoque frustra laudari arbitror. Sed sequior aetas frequenta- vit. Vid. Iac. Gothofr. ad l. 3 C. Th. de Aquaeductu.

**PRAESENTANS**, antis. Partic. Plin. 20, 19 Foliis speciem pas- 55 serum praesentantibus. Sic etiam Elzeu. Sed Hard. f. 79 praesentibus. MS. Repraesentantibus.

**PRAESENTATIO**, onis. f. Etiam Tironis praesentationem agnoscant Constantin. Imp. 12 Cod. t. 29 l. 2.

**PRAESENTANEVS**, a, um. Adi. [παραστανικός] Quod prae- 60 sentem habet efficaciam. ut, Praesentanei boleti, apud Senec. Epist. 95 qui cito enecant. Medicamentum Plin. 38, 13. Remedium praesen- taneum ad dentium mobiles firmandos Idem 21, 31. Gell. 6, 4 Id quoque addidisse venenum sibi Carthaginenses dedisse, non praesenta- 65 neum, sed eiusmodi, quod mortem in diem proferret, etc. De Re- gulo loquitur. Add. Plin. 24, 1. Virus praesentaneum paro Quin- ctil. Decl. 17.

**PRAESENTANEE**. Adu. Oct. Hor. 1 praef. Praesentaneae con- ficere libellos.

**PRAESENTARIVS**, a, um. Adi. Praesentaneus. Plaut. Poen. 3, 3, 70 92 Quid ita? L. quia aurum poscunt praesentarium. Idem Most. 2, 1, 14. et Trin. 4, 3, 74. Apul. Met. 10 p. 242 f. 34 Venenum praesentarium. quod p. 19. 30 Peremptorium vocat: Praesentarium etiam p. 240, 21.

**PRAESENTALIS**, e. Adi. Milites praesentales l. vlt. §. 1 de re 75 mil. Praesentales domestici l. vlt. Cod. de Domest. i. Praesentes cir- ca principem. Vid. PRAESENS n. 8.

**PRAESENTIALITER**. Adu. Sarisb. 5, 8 Praesentialiter ex- aminare.

**PRAESŪMO**, sumsi, tum, ere. [προλαμβάνω]. Prius sumere. 80 Sinendi modo haec legati verba sunt, Ille heres meus rem illam il- lum permittite praesumere Caius 2 Inst. t. 5 §. 6. Conf. Vlpian. tit. 25 §. 2 ed. Iul. Pacii. Plin. 36, 11 Theophrastus auctor est, potores in certamine bibendi praesumere farinam eius scil. Lapidis. Antidotos praesumta Scribon. 167. Cogitare futura ac praesumere Sen. Epist. 85 107. Dapes praesumere Ouid. de Arte Am. 3, 757. Praesumere animo Valer. Max. 1, 5, 3 extr. Aeternitatem famae spe praesumere Tacit. Ann. 11, 7, 1. Virg. Aen. 11, 18 Arma parate animis, et spe praesumite Bellum. Vbi Seruius, Aut hypallage est, pro Aruiis pa- 90 rate animos; aut certe est mutanda distinctio; ut sit, Animis et spe praesumite bellum: Mente praecoccupate. Verba poetica libertate au- daciore non praesumunt eadem proprie dicendi facultatem Quinctil. 10, 5, 4. i. interceptiunt, praeripiunt, sed relinquunt integram. For- 95 tunam praesumere Tacit. Hist. 1, 62, 3. Plin. Epist. 2, 10 Vt tan- dem percipias Gaudium, quod ego olim pro te non temere praesumo. 95 i. Quibusdam signis intelligo ante tempus. Quinctil. 2, 4, 7 Illa mihi natura in pueris minimum spei dederit, in qua Ingenium iudi- cio praesumitur, i. ubi prius iudicium et seuera quaedam prudentia, quam laeta ingenii ubertas deprehenditur. Laetitiam praesumere Plin. in Paneg. c. 79. Hor. Sat. 2, 2, 86

Tibi quidnam accedet ad istam,  
Quam puer et validus praesumis, Mollitiem? seu  
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus.

Officia heredum praesumere, pro Agere, dum superstites sumus, quod beredum esse Plin. Epist. 6, 10. Partes iudicis praesumere Quin- 100

**Stil. H. 1, 27.** *i. iudicare de causa ante sententiam iudicis.* Quantum in infantia praesumptum est Temporis, adolescentiae acquiritur Quinctil. 1, 1, 19. Remedia praesumere Tacit. Ann. 14, 3. Supplicium in aliquem Id. ibid. 1, 48. *b. e. Ante sumere.* ¶ 2  
 5 **Praesumere pro audere sequioris aevi est.** Sulpic. Sev. Hist. Sacr. 1, 47 Elatus secundis rebus, illicita praesumens. Vid. Vorst. hic et ad c. 33. Sext. Ruf. c. 7 Epirotae ad Italiam transire praesumserant. vid. Cellar. it. Def. Herald. ad Tertull. Apol. c. 49. Barth. in Phoebad. p. 85. De venia nihil praesumit, *i. spe venias nihil audet*  
 10 **Pet. Chrysol. Serm. 158.**

**PRAESUMTVS, a, um. Partic. [προληψεις]** Diadema praesumptum Claud. Conf. Honor. 4, 168. Desperatio praesumpta Quinctil. prooem. 1. Id. 2, 17 Nihil invidia valeat, nihil gratia, nihil Opinio praesumpta. Apud Tacit. Annal. 2, 73, 5 Praesumpta suspicio, *pro eodem dicitur.* Piacula Sil. 5, 213. Quies Tacit. in Vita Agricol. 18. Spes Id. Annal. 3, 46. Ammian. 22, 6. Praesumptum est enim, ea mancipia quae rudia sunt, simpliciora esse Vlpian. in l. praecipiant D. de aedil. edict. *i. vulgo putatur.* Praesumptum habere Tacit. Ann. 14, 64, 5.

20 **PRAESUMTE. Adu.** Vopisc. in Caro c. 4 Cari patria sic ambigue a plerisque proditur, Vt praesumte veritatem dicere nequeam, quae illa vera sit: *i. cum fiducia quadam, sine metu falsi.*

**PRAESUMTIO, ònis. f. [προληψις]** *Ante-sumtio, vel anticipatio.* Plin. Epist. 9, 3, 1 Alius alium: ego beatissimum existimo, qui bonae, mansuraeque famae praesumptione perfruitur, certusque posteritatis cum futura gloria vivit, *i. fama quam praesumit, ante capit.* ¶ 2 Cic. de Divin. 2, 108 c. 55 *Assumptionem s. minorem propositionem syllogismi aut illud adeo, quod antecedens vocant in syllogismo conditionali, videtur notare: Sed demus tibi istas duas*  
 25 *sumtiones, ea quae λήμματα appellant Dialectici: praesumptio tamen, quam προληψιν iidem vocant, non dabitur. Adsumit autem Cratippus hoc modo: Sunt autem innumerabiles, etc.* ¶ 3 Praesumptio, *apud Rhetores, dicitur, quum id, quod in aduersarii causa, vel in iudicis opinione contrarium nobis esse aut fore arbitramur, praecoccupamus*  
 30 *dicere, et cum ratione dissolvere.* Quinctil. 9, 2, 16 Mire vero in causis valet praesumptio, quae προληψις dicitur, quum id, quod obici potest, occupamus, quae praecipue prooemio convenit. ¶ 4

*Apud sequioris aevi scriptores nimiam spem et fiduciam denotat. ἀνθάδεια*  
 35 *Gloss. Graec. Latin.* Spartian. Hadrian. c. 2 Habuit autem praesumptionem imperii mox futuri. vid. Salmas. ibid. Ammian. 26, 10 Cognita leui praesumptione Marcelli. Sulpic. Sever. Histor. Sacr. 1, 33 Illicita praesumptione rex ad vicem sacerdotis holocaustum obtulit.

**PRAESUMTOR, òris. m.** Ammian. 26, 8. Tertull. de Poenit. c. 6. et de An. c. 4. Hieronym. Epist. 89. Sedul. 2, 4 pr. Paullin. Natal. Fel. 9, 225.

**PRAESUMTORIE. Adu.** Tertull. contra Marc. 4, 41.  
**PRAESUMTVOSVS, a, um. Adi.** Sidon. Epist. 1, 1 et 11. Id. Epist. 7, 4. Saluan. 7 p. 258.

50 **PRAESUMTVOSE. Adu.** Sidon. Epist. 7, 7 (6) Hoc ipsum praesumtuose arroganterque loquor.

**PRAESVO, ui, utum, ère. [προβόαρω]** *Ante suere, a prima vel extrema parte assuere aliquid.* Plin. 12, 19 Consecant furculos longitudine binum cubitorum. Mox praesuunt recentibus coriis quadrupedum  
 55 *ob id interenturam, etc.* Hasta praesuta foliis Ouid. Met. 11, 9.

**PRAESVRGO, ère.** Interdum tenuis praeuertere nubes Visa deum (solem): haec celeris si praesurrexerit ortum etc. Auien. Prognost. Arat. v. 272.

**PRAETACTVS, a, um. Ante affectus.** Cael. Aurel. Acut. 1, 10, 71 Plus tamen in phreniticis afficitur male praetacta neruositas, *i. Partes neruosae morbo iam laborantes.* Et 2, 11, 79 Sed praetactis  
 60 *membris; quae frigido mortis torpore afficiuntur: ubi non bene Ammanus explicat, ante omnia curatis.* Praetactus ad vim et velut ictum morbi pertinet, ut Tactus et Attactus de fulguritis, ut nostra Germanorum consuetudine tactum fulmine tactum, aut paralyti membrum dicitur.

**PRAETÈGO, xi, òrum, ère. [προσπεσσω]** *Idem quod Tegere.* Plin. Panegy. c. 15 Veniet ergo tempus, quo posteri visere, visendumque tradere minoribus suis gestient, quis sudores citos hauserit campus, quae refectiones tuas arbores, quae somnum saxa praetexerint, quod denique tectum magnus hospes implueris. Sed vid. leg. praetexerint.

**PRAETECTVS, a, um. Partic.** Cael. Aurel. Acut. 1, 9 Ligationibus vtimur, sed praetectis lana aut veste locis. conf. Reines. Var. Lect. 3, 18.

75 **PRAETECTIO, ònis. f.** Oculorum praetectio Ibid.

**PRAETENDO, di, tum et sum, ère. [προβταμοις, προβδλω]** *Ante tendere, opponere.* Virgil. Aen. 9, 599 — Et morti praetendere muros, *i. post moenia confugere, et iis se defendere.* Vestem ocellis Ouid. Amor. 3, 6, 79. Plin. Epist. 7, 27, 8 Initio quale

80 *vbique silentium noctis, deinde concuti ferrum, vincula moueri: ille non tollere oculos, non remittere stilum, sed affirmare animum, auribusque praetendere, tum crebrescere fragor, aduentare, et iam, etc.* Al. Auribusque manum praetendere, *i. Opponere, ne spectri aduentantis tumultum audiret.* Sed praetendere animum auribus est obstinatione quadam studendi impedire, ne audire nobis videamur. Sic neque Marklandi emendatione opus est, acriusque pertendere, quod elegans oppido, sed non ideo Plinii. Plin. 9, 8 Qua de causa praetendi non  
 85 *queunt retia, quae molem ponderis vilo modo tolerant.* Praetendere sepem segeti Virgil. Georg. 1, 270. Seruius, Circumdare, et opponere. Et Georg. 4, 230 Fumosque manu praetende sequaces. Ramum manu praetendit oliuae Virgil. Aen. 8, 116. Id. ibid. 4, 339 Nec coniugis vquam Praetendi taedas, aut haec in foedera veni. Negat Aeneas, se iustas et sollemnes cum Didone nuptias ce-

90 *lebrasse.* ¶ 2 Pro Obtendo, et praetexo. Plin. Epist. 4, 16 Studeamus ergo: nec desidiae nostrae praetendamus alienam. Quinctil. 1 Praefat. de falsis philosophis, Sed vultum et tristitiam, et dissentientem a caeteris habitum pessimis moribus praetendebant. Ignorantia praetendi non potest Id. 7, 2. Legem postulationi suae Liu. 3, 45, 1. Cic. in Vatin. 14 Volo vt mihi respondeas  
 95 *tu, qui te Pythagoricum soles dicere, et hominis doctissimi nomen tuis immanibus et barbaris moribus praetendere, quae te tanta, etc.* Speciem laetam praetendere fraudi Claud. in pr. Conf. Stilich. 2, 474. Titulum belli Liu. 37, 54. Verba culpae praetendere Ouid. Rem. Amor. 240.

100 *Quinctil. 8, 5, 15 Qui quum loricatus in foro ambularet, praetendebat se id metu facere.* Amicitiam, ac studium

105 *ambulare, praetendebat se id metu facere.* Amicitiam, ac studium

- dium alicuius praetendere Tacit. Histor. 4, 13. ¶ 3 Sed etiam ad veram causam significandam adhibent ICti. v. g. L. 9 ff. de pactis, Vnus tutor plurium pupillorum nomine, vnum debitum praetendentium: qui locus fauere videtur nouae significationi, qua barbaris Praetendere est postulare tanquam iure sibi suo debitum. Sed tutius est illum intelligere, ex dicta ratione ICtis alias usitata V. g. L. 7 ff. ad SC. Vellei. Fideiussor non potest facti ignoracionem praetendere, i. allegare in iure. L. 6 ff. de re milit. §. 7 Si nihil tale praetendat (i. alleget, excusandi causa proferat) capite puniatur. Vlpian. l. 1 ff. de Vacat. et excus. mun. Si praetendentibus aliquod (f. aliquid) i. excusationis loco allegantibus, sine iudice credatur, — non erunt, qui munera necessaria in rebus publicis obeant. L. 74 ff. ad SCtum Trebell. §. vltim. Tutores Valeriae filiae Antonini egestatem eius praetendebant. ¶ 4 Est et militare verbum, et ponitur pro Custodire limites. Tacit. Histor. 2, 6, 5 Quidquid castrorum Armeniis praetenditur. Nempe tentoria quoque a tendendo dicta: it. praetendere sepem. — Ammian. Marc. 16, 21 Dum castrorum opera mature consurgunt, militisque pars stationes praetendit agrarias, alia frumenta — colligit caute etc. vid. mox PRAETENTURA. conf. Salmaf. in Solin. p. 295. 20
- PRAETENDENS, entis. Part. Velamenta manu praetendens Ouid. Met. 11, 279. Funis praetendens Iul. Obsequ. c. 132 tentorii. Causas belli praetendentes, quod etc. Iustin. 24, 1, 3.
- PRAETENTVS, a, um. Partic. [προσαρτεις] Cuspide praetenta retardat Cadmus instantia ora Draconis Ouid. Met. 3, 83. Ve- 25 ste praetenta lacrimas coortas obtegis Senec. Hippol. 885. Inter praetenta foribus Vela Sueton. Claud. c. 10. Locus praetentus aquis Claud. in Ruffin. 1, 124. Praetenta sinu iacet insula contra Plemmyrium Virgil. Aen. 3, 692. Arua praetentaque Syrtibus Ibid. 6, 60. Adde Drakenb. ad Sil. 16, 253. Ex militari usu 30 Tacit. Annal. 2, 56, 1 Gens prouinciis late praetenta. Legio praetenta Britannis Claud. de Bell. Get. 416. i. opposita.
- PRAETENTA, ae. f. Nomen, quod eo intellectu, quem mox assignabimus Praetenturae, Manilio tribuebat in prima edit. Lib. 4 p. 104, 28 Vbi legebat Gallia praetentis, Hispania maxima bellis. Prae- 35 tentas inquit, vocat, quas alii praetenturas, b. e. equites exploratores. Sed post ex Gemblacensi cod. dedit, Gallia per census; Hispania maxima belli; quod seruauit Bentlei. 4, 693.
- PRAETENTURA, ae. f. a tendendo, t. tentoriis, (quae a tendendo dicta et ipsa) castrisque habendis dicta in re militari Romanorum 40 duplici ratione accipitur. Apud Hyginum de castrametat., ut ostendit Schel. p. 30 seq. commentarii, et in diagrammate castrorum p. 2 Praetentura est tota illa pars castrorum, quae est inter viam principalem et portam praetoriam: quemadmodum Retentura est pars castrorum auersa ab hoste, inter viam Quintanam et portam Decumanam. Cum igitur 45 Praetentura sit hosti obuersa, habeatque in prima sui parte exploratores: Hinc ¶ 2 Praetenturae etiam dictae, quae alias agrariae stationes, nempe praesidia militum, quae castellis et aliis locis extra castra, tuendae regionis causa imponebantur, ipsaque loca adeo, in quibus haec stationes, haec praesidia collocata erant, ac tendebant. Vid. Lindebrog. 50 ad Ammian. 14, 2 p. 10 Gronou. Ibiq. densis inter sepientes itinera praetenturis, prouincialium et viatorum opibus pascebantur. Iterum 14, 3 p. 15 Et quia Mesopotamiae tractus omnes crebro inquietari sucti, praetenturis et stationibus seruabantur agrariis vid. hic Valesius. Rursus, 25, 4 Salubriter et caute castra metata, praetenturae stationesque agrariae totis rationibus ordinatae. Ammian. 19 extr. 55 Per furta et latrocinia finitimos adflictabant, et eo praetenturas militum, vt montani fallentes, perque rupes et dumeta ex vsu facile discurrentes. Id. 21, 13 p. 308 Gronou. Non vt lacerarent Persas in praelia, sed praetenturis iuncturos citiores Tigridis ripas, et speculatos, quoniam rex erumperet violentus. 60
- PRAETENSURA, ae. f. 1. Praetentura. Hygin. de Limit. p. 197. Goef. Frontin. de Colon. p. 134 Quamquam h. l. praecensura legitur. Neque scio, an satis huic Praetensurae coloniarum cum illa militari conueniat Praetentura. 65
- PRAETENER, era, erum. Adi. Valde tenerum. Plin. 25, 13 f. 99 Similis et nomine et effectu, sed alia est capnos, fruticosa, praetenera, foliis coriandri. vid. Idem 14, 2.
- PRAETENTO, are. [προπειράομαι] Prius tentare. Plin. 11, 37 Cornua sunt cochleis ad praetentandum iter. Calliope que- 70 rulas praetentat pollice chordas Ouid. Met. 5, 339. Calcatur si pigra palus, tuus ante Profundum Praetentet sonipes Claud. Conf. Hon. 4, 346. Vires Ouid. Met. 8, 7. add. Id. ib. 9, 588. Miseri- cordiam iudicis Quinctil. 4, 1, 28. Loca castris ipse capere, aestuaria ac siluas ipse praetentare Tacit. Agric. 20, 2. conf. Annal. 75 1, 29, 3. Et Histor. 2, 49, 3.
- PRAETENTATVS, a, um. Partic. Tacit. Annal. 1, 73, 1 Praetentata crimina. Sueton. August. c. 35 Cordus Cremutius scribit, ne admissum quidem nunc quemquam Senatorum, nisi solum, et praetentato sinu. Cic. de Orat. 2, 318 Idcirco tota causa Prae- 80 tentata atque perspecta, locis omnibus inuentis atque instructis, considerandum est quo principio fit vtendum.
- PRAETENTATVS, us. m. [προπειρασμός] Plin. 11, 37 Cochleis oculorum vicem cornicula bina praetentatu adimplent.
- PRAETENVIS, e. Adi. Valde tenue significat. Plin. 11, 15 85 Mel thymosum non coit, et tactu praetenuia fila mittit. Id. 8, 50 Solertium eius animalis Mutianus visam sibi prodidit in ponte praetenui. de capris. Laminac Id. 16, 43. Membrana Id. 11, 37. Spiritus Quinctil. 11, 3, 4.
- PRAETÉPEO, ui, ere. [προχλαίνομαι] Idem quod Ante tepere. 90 Ouid. Amor. 2, 3, 6 Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esses, si tuus in quauis praetepuisset amor.
- PRAETER, Praeposit. [πλὴν, ἐκτός, παρὰ, παρῆξ] Accusati- 95 vo semper iungitur, primoque ad locum refertur, a quo excludit; aliud enim est per siluam ire, aliud praeter siluam. Deinde habet vim excipiendi siue simpliciter, vt cum omnes praeter vnum aliquid fecisse dicimus, siue vt eminentiam significemus, vt cum praeter alios vel praeter omnes aliquem amare aut odisse dicimus. Deinde his, quae adsunt, aliquid velut ad latus adiungit, vt cum praeter ingenium etiam pecuniam habere aliquis dicitur. Denique etiam simpliciter negare et excludere vi- 100 detur, vt cum praeter voluntatem aliquid accidisse dicimus: quae quidem omnia cum illa prima loci exclusione conueniunt ex aliqua parte, et inde deriuari possunt. Exempla, etiam promiscue posita, facile hoc ostendunt. Omnibus sententiis praeter vnam condemnatus est Cic. pro Cluent. c. 20. Id. Attic. 7, 3 Qui omnes praeter eum, de quo 105

- per te egimus, reum me facere rentur. *add.* Id. Fam. 1, 5. Auctor ad Herenn. 4, 1 In superioribus libris nihil, neque ante rem, neque praeter rem locuti sumus. *add.* Cels. 2, 1 et 2 et 4 etc. Terent. Adelph. 2, 3, 5 Itaque vnam hanc rem me habere praeter alios
- 5 praecipuam arbitror. Praeter auctoritatem vires quoque ad coercendum habet Caes. Bell. Ciu. 3, 57. Romanos praeter infamam industriam animis fortuna quoque cunctari prohibebat Liu. 23, 14. *add.* Plin. 14, 19 pr. Praeter ripam ire Liu. 38, 18. Praeter moenia ipsa fluere, Praeter Caralliten paludem agmen ductum,
- 10 Praeter Thebas Demetriadem cursum dirigerent, Praeter oram Hetrusci maris Neapolim transmisit, dixit Liu. 38, 15. 29, 25. 40, 41. Lucret. 4, 389 Quae manet in statione, ea praeter creditur ire. *de nauis.* Terent. Hec. 2, 1, 29 Mèo labori haud parcens praeter aequum atque aetatem meam. *add.* n. 3. ¶ 2 *Ponemus*
- 15 *elementari ordine Substantiua, quibus diuersa illa significatione iungitur:* Praeter Aequum et bonum nimium durus Terent. Adelph. 1, 1, 39. Plaut. Epid. 1, 2, 3. Praeter Aetatem et virtutem stultus es, *b. e.* *Dedecet aetatem tuam, te stultum esse.* Id. Heaut. 1, 1, 7 Videre mihi praeter Aetatem tuam facere. Vnam me hanc rem habere praeter
- 20 Alios praecipuam arbitror Id. Adelph. 2, 3, 5. Praeter Caetera, *Plus quam caetera:* Id. Andr. 1, 1, 31 Horum ille nihil egregie praeter Caetera studebat. *add.* Id. ibid. v. 94. Cic. Offic. 2, 26 Testis est Phalaris: cuius est, praeter Caeteros, crudelitas nobilitata. *Pro eo quod est, Praeter caeterorum crudelitatem.* Id. pro Sulla 9 c. 3 Quod mihi Consuli praecipuum fuit praeter Alios. Hoc mihi praecipuum est praeter Caeteros Id. Attic. 1, 15. Id. ibid. 3, 23 In altera epistola, praeter Consuetudinem tuam, diem non adscribis, sed satis significas tempus. Praeter Consuetudinem si acciderit aliquid, praeter naturam tamen non possit existere Id. de Diuin. 2, 60 c. 28. Nihil magis ridetur, quam quod est praeter Expectationem Cic. de Orat. 2, 287. Praeter Fatum, *vid. paulo post, Praeter Naturam.* Fidem communem praeter quae omnibus debetur, praetera nos isti hominum generi praecipue debemus Id. Quint. Fratr. 1, 1. Praeter Hoc Scribon. 187. Praeter Haec, *z.*
- 35 *Ultra, amplius.* Plaut. Stich. 2, 2, 21 *vt Posthac.* Sic Rud. 4, 4, 74 Si praeter Haec tu verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput. Praeter Haec Quintil. 4, 5, 8. Praeter Id Id. 5, 10, 45. Terent. Heaut. 1, 2, 27 Fortasse aliquando iniquior erat praeter eius Libidinem. Praeter quoduis aliud Medicamentum
- 40 Scribon. 206. *i. prae alio qu. med. vel, ultra q. a. m.* Cic. pro Planc. 82 Quem qui reprehenderit, in eo reprehendit, quod gratum praeter Modum dicat esse. Id. Tusc. 5, 105 Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria, quod praeter Modum iustus esset? Praeter Modum creuit laevis Albanus Cic. de Diuin. 1, 100
- 45 Id. Offic. 2, 36 Voluptates blandissimae dominae, maiores partes animi a virtute detorquent: et dolorum quum admouentur faces, praeter Modum plerique exterrantur. *add.* Id. de Fin. 5 c. 36. Praeter Morem atque legem ciuium, Contra consuetudinem, *inquit* Donatus Terent. Andr. 5, 3, 8. Cic. Philipp. 1, 10 Multa autem impendere videbantur praeter Naturam etiam praeterque Fatum: *de Violenta morte et inopinata. vid. Gell. in haec verba 13, 1.* Quem amo praeter Omnes Plaut. Amph. 2, 2, 10. Praeter Opinionem, Contra, *inquit* Donatus: Terent. Hec. 5, 1, 37 Nunc quum ego te esse praeter nostram Opinionem comperi: fac eadem vt sis porro. *i.*
- 55 *Aliam quam credebamus.* Praeter Opinionem aliquid accidet Cic. pro Planc. 15. Id. in Pison. 46 Vt amitteretis exercitum nunquam mehercule optauit: illud et iam accidit praeter Optatum meum, sed valde ex voluntate. Praeter Sententiam omnia eueniunt Plaut. Merc. 4, 7, 20. Praeter Solitum laetus Virgil. Georg. 1, 412.
- 60 Non praeter Solitum leues Horat. Od. 1, 6, 20. Terent. Andr. 2, 6, 5 Praeter spem euenit, sentio: hoc male habet virum. *vid. P. Faber Semestr. 2, 18. add. Gell. 15, 11.* Praeter Spem si quid erit, facies vt sciam Cic. Attic. 15, 13. Praeter Spem aliquid dicere Id. Fam. 4, 4. ¶ 3 *Ad locum refertur, et idem fere quod*
- 65 *Præ vel Ante significat, in istis:* Via vna, et ipsa praeter hostes erat Liu. 10, 35. Cic. Verr. 3, 61 c. 25 Serui autem eius, qui et moribus iisdem essent, quibus dominus, et eodem genere ac loco nati, praeter oculos Lolii haec omnia ferebant. Praeter oculos eunt Senec. de Ira 2, 8. Praeter ora Tacit. Histor. 4, 30. Praeter pedes mustela mihi murem abstulit Plaut. Stich. 2, 3, 7. Sueton. Caligul. c. 36 Quas plerumque cum maritis, praeterque pedes suos transeuntes considerabat. Lucret. 4, 142 Montibus anteire, et Solem succedere praeter, *i. Ante solem; vel e regione solis.* ¶ 4
- 75 *Obseruari ista merentur:* Quidquid nascatur in naturae parte vlla, et in mari esse; praeterque multa, quae nusquam alibi Plin. 9, 21 *praeterea et ita passim.* v. g. 8, 42 *ad finem* Equo fere qui homini morbi, praeterque vesicae conuersio. Id. 11, 4 *extr.* Habent autem oculos, praeterque e sensibus tactum atque gustatum. Nec praeter quod in bullis, cingulis, atque annulis erat, quidquam sibi auri reliquere Flor. 2, 6, 24. *Sed hic etiam subaudi potest omissum, id.* Caipuen. Ecl. 4, 27 Certe mea carmina nemo Praeter ab his scopulis vertosa remurmurat Echo, *i. praeterquam.* *vid. Gronou. ad Gell. 1, 23* Pueri in curiam ne introeant, praeter vnus Papirius. Columel. 3, 2 Omnis incommodi patientes praeter calor. Cic. Q. Fratr. 1, 1 At-
- 85 qui etiam e Graecis ipsis diligenter cauendae sunt quaedam familiaritates, praeter hominum perpaucorum, si qui sunt vetere Graecia digni. Sueton. Neron. c. 56 Religionum vsquequaque contemtor, praeter vnus Deae Syriae. Varr. R. R. 1, 41 Grana de fico expedit obuere praeter si aliter nequeas. *add.* Sallust. Catil. c. 36. Praeter
- 90 propter: Gell. 10, 10 *ex Ennii Iphigenia, quos ponemus, vt sunt ex coniectura emendati a Voss. ad Fragment. Tragicor. p. 34.* Otio qui nescit vii, plus negotii habet, Otii minus, quam quum est negotium in negotio. Nam cui quod agat institutum est, is nullo negotio
- 95 Id agit: studet ibi, mentemque atque animum delectat suum. Otioso in otio animus nescit, quid quidem velit. Hoc ita est; neque nunc domi nos, nec militiae sumus, Imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illinc lubet, Incerta errat animus, praeter propter vitam viuatur.
- 100 *Laudandis Ennii versibus occasionem dederat formula, qua quis usus erat.* Et praeter propter alia quinquaginta sestertia, *i. circiter, plus minus.* *Sed Enniani dicti haec sententia videtur, quam declarauit etiam Salmaf. ad Solin. c. 42 p. 617, b.* Temere nunc propter vitam et prope illius scopum, nunc praeter eam, non habita ratione finis illius, viuatur.
- 105 Praeterpropter vt alia eiusmodi *auvderus iuncta plus minus, ultra citra,* serius

serius ocius. Praeter propter, *ubi non habetur ratio praeter an propter eas: prope an longe absis, etc.*

**PRAETERAGERE.** [*πέραν ἄγειν*] ut *Circumagere.* Horat. Epist. 1, 15, 10 Mutandus locus est, et diuersoria nota praeteragendus equus. *i. inquit interpres, Agendus est equus praeter diuersoria nota, id est ultra: quod equi inuitissimi solent facere. Sed nihil impedit, quo minus dicamus, Praepositionem simpliciter suo Casui postpositam: agendus equus praeter diuersoria.*

**PRAETERBITO,** ère. [*παραβίβω*] *Praeterire, antiquum.* Plaut. Epid. 3, 4, 1 Caue praeterbitas illas aedes, quin roges, senex hic ubi habitat Periphanes Platenius.

**PRAETERCAPVT SAXI,** ex tribus verbis unum nomen, quo iter ad Garamantas apud Plinum appellatur, 5, 5.

**PRAETERCVRRO,** ère. Veget. 3, 24 Equis praetercurrentibus.

**PRAETERCVRSVS,** ſis. m. Ammian. 22, 22 (Valef. c. 9) 15

*Praetercurfa Chalcedonia et Libyssa.*

**PRAETERDVCO,** ère. [*παραδύω*] Plaut. Milit. 1, 1, 67 Vt te hodie quasi pompam illac praeteducerem.

**PRAETEREA.** Adu. [*πρόσέτι*] *i. Praeter ea, quae dicta sunt.* Terent. Adelph. 2, 2, 16 Age, noui tuum animum, quasi iam quidquam tibi sint viginti minae, dum huic obsequare, praeterea autem te aiunt proficisci Cyprum. *Ubi Donat. Praeterea autem ἀρχαϊσμός*

*figura; nam veteres libenter coniunctiones multiplicabant.* Virgil. Aen. 1, 657 — Et quisquam numen Iunonis adoret Praeterea? aut supplex aris imponat honorem? *b. e. Postea, ait Seruius. add.* Id. ibid. 8, 355.

*Addebant praeterea Rempublicam conuenturam Calendis Sextilibus* Cic. Philipp. 1, 8. Prudentiam tuam mihi exposuit, et praeterea mihi non ignotam, in consuetudine et familiaritate suauitatem tuam adiunxit: praeterea summam erga se liberalitatem Id. Fam. 10, 3.

*Lyriadem Atheniensem plerique nouimus: est enim Phaedri philosophi nobilis filius, homo praeterea festiuus* Id. Philipp. 5, 13.

*Interdum habet Pronomen tam singularis quam pluralis Numeri inclusum.* De Singulari: Virgil. Aen. 11, 285 Si dno praeterea tales Idaea tulisset terra viros. *i. Praeter eum Aeneam.* Cic. Fam. 4, 3 A me vero sic diligitur, vt tibi vni concedam, praeterea nemini. *i. Praeter te.*

*Sic Populus Roman. deligit magistratus quasi Reipubl. villicos, in quibus, si qua praeterea est ars, facile patitur* Id. pro Planc. 62. Non possumus huius ciuitatis et cuiusis praeterea esse ciues Id. pro Corn. Balb. 29.

*Expedito homine nobis opus est, et eo, qui imperium legitimum habeat, qui praeterea auctoritatem, nomen, exercitum, etc.* Id. Philipp. 1, 25. Nihilne vobis in mentem venit, quod praeterea a Crasso requiratis? Id. de Orat. 1, 160.

*De Plurali:* Cic. Fam. 1, 7 Praeterea quidem de Consularibus, nemini possum aut studii animi erga te, aut officii, aut amici esse testis. *i. Praeter eos.* Duo praeterea testes nihil dixerunt Id. pro Caecin. 27.

*Agroetius p. 2272 esse ait praeteriti temporis illud Sallustii Catil. 19 Nunquam Hispanos praeterea tale facinus facere ausos. Sed Cortius modo transpositum ait Praeterea, quod ante nunquam poni debuerit.*

**PRAETEREO,** ſui, vel ii, itum, ire. [*παρερχομαι*] *iuxta et ultra ire, non intrare, transire.* Ter. Eun. 4, 2, 5 Dum haec puto, praeterii imprudens villam. Id. Adelph. 4, 2, 35 Praeterito hac recta platea fursum. Aures nostras audita velocius quam lecta praetereunt Auson. praef. Eidyll. 4. Praeterire per vias Plaut. Merc. 5, 4, 46. In platea modo huc, modo illuc praeterire Catull. 16, 8.

*Aetas praeterit* Virgil. Georg. 2, 322. Aetas praeteriit ad ducendum Terent. Phorm. 2, 3, 76. Dies praeteriit Id. ibid. 3, 2, 40. Hora Ouid. A. A. 3, 64.

*Tempus non legis, sed libidinis tuae praeteriit* Cic. Attic. 7, 9. Vnda praeteriit Ouid. de Arte Am. 3, 63.

*Praeterire malum, Effugere, vitare* Terent. Hec. 3, 4, 5. Praeterire aliquid, *Nullam de re aliqua facere mentionem, et quasi obliuisci.* Terent. in prol. Adelph. 14. Pernoscite, furtumne factum existimetis, an locum reprehensum, qui praeteritus negligentia est. Cic. de Prouinc. Conf. 6 Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges, Senatusque consulta, caedes relinquo, libidines praetereo, etc. Et, quod bene praeterii, Bruti tui causa feci omnia Id. Attic. 6, 3.

*Non praetereundum est ne id quidem* Id. Verr. 1, 155. De hoc iure nulla praetereo Id. pro Caecin. 101. Id. ad Brut. 15 Tantum omnium laudum excellentiam non queo silentio praeterire. conf. Id. ibid. c. 22 extr. Caesar Cic. Attic. 9, 6 Praeterire sament non potui, quin et scriberem ad te, et illum mitterem. Non praeterit me Scribon. 38. *i. Scio.* Terent. Hec. 5, 4, 37 An temere quidquam Parmenonem praetereat quod factio vsus sit? Non te praeterit, *b. e. Scis.* Cic. Attic. 8, 20 Etsi conuenient, quantum iis committendum sit, quod inter se ne noti sint, contra legiones, non te praeterit. *add.* Id. Fam. 1, 8. Id. ibid. 1, 3, 66 Non me praeterit, nos eam rem Ephesi expertos esse. Animo praeterire suos annos, *Animum annis maiorem habere* Ouid. ex Pont. 2, 2, 73. Cic. Tuscul. 5, 4 c. 19 Sed quum sapiens, et bonus vir, qualis fuit ille, suffragiis praeteritur, non populis a bono Consule potius, quam ille a bono populo repulsam fert, suffragiis praeteritur? conf. Ouid. Fast. 6, 418.

*Dignos praeterire nonnunquam populus solet* Cic. pro Planc. 8 c. 3. Filium fratris praeterire, *pro Nihil ei in testamento relinquere:* Id. Philipp. 2, 41 Vide quam te amarit is, qui albus aterue fueris ignorans, fratris filium praeteriit Q. Furi honestissimi Equitis Romani sui que amicissimi: quem palam heredem semper faclitabat, ne nomen quidem praescripsit: quem nunquam viderat, ac nunquam salutauerat, fecit heredem. *Pro Antecellere, Vincere.* Varro de R. R. 1, 1 (praef.) Hos nobilitate Mago Carthaginiensis praeteriit Poenica lingua. Cic. in Sallust. 2 Neque ab alio vinci potest, neque ipse se omnino reliqua aetate praeterire. Martial. 12, 36

Vis cursu pedibusque gloriari?  
Tigrim vince, leuemque passarinum.  
Nulla est gloria praeterire asellos.

**Passium.** Cic. de Legib. 2, 60 Ne sumtuosa resperione longae coronae, nec acerrae praetereantur. Praeterit, *pro Praeteriit, vel praeteriuit, syncopa poetica.* Ouid. Fast. 1, 43 At Numa, nec lanum, nec auistas praeterit umbras. *i. Praetermissit.*

**PRAETERIENS,** euntis. Partic. [*παρερχόμενος*] Cic. (Diuin.) Verr. 1, 50 c. 15 extr. Quasi praeteriens satisfaciam vniuersis. conf. Terent. Andr. 1, 5, 19. Vno aspectu, et praeteriens de aliquo iudicat Cic. de Clar. Orat. 200. Populus Ouid. Amor. 3, 1, 54.

**Currus** Tibull. 2, 6, 124.

**PRAETERITVS,** a, um. *Aliud Partic.* [*παρεληλυθώς*] *Τυμιο*

qui praeteriit, tum quem alii praeterierunt s. omfere. Aetas praeterita quamuis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem Cic. de Senect. 5. Virg. Aen. 8, 560 O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos. Labores praeteritos meminisse Sil. 3, 477. Opus praeteritum retexere Ouid. de Rem. Amor. 12. Pudor praeteritus Id. Trist. 2, 409. Spatium temporis praeteritum Lucret. 3, 868. Tempus praeteritum nunquam reuertitur Cic. de Senect. 69 c. 19. Id. de Diuin. 1, 63 Tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura praevidet. Memoria praeteritorum, futurorum prudentia Id. de Senect. 78 c. 21. Converti praeterita in falsum e vero non possunt Id. de Fato 14. Mutare praeterita non possumus Id. in Pison. 59 c. 25 pr. In praeteritum, vid. IN. Praeteritus dolus est ante litem contra commissus, Praesens vero est post litem commissus Vlpian. in l. apud Cels. §. quaesitum est an D. de doli mali et metus except. Praeteriti sunt mortui Propert. 2, 10, 52 Fas est praeteritos semper amare viros. ¶ 2 Passive. V. g. Cic. Acad. 4, 45 c. 14 Quae ab his dicuntur sic persequamur, vt nihil in praeteritis relinquamus. i. praeteritum. Suo praeteritum loco referre Vellei. 2, 68, 1. i. illud, quod supra dicti debebat, nec dictum est. Sic Praeteriti, [ἀποδοκιμασθέντες, ἀμνημόνευτοι] Qui in petitione magistratum repulsam habuerunt, vt saepe apud Ciceronem inuenies. Festus: Praeteriti Senatores quondam in opprobrio non erant, quod vt reges sibi legebant, sublegebantque quos in consilio publico haberent, ita post exactos eos, Consules quoque, et Tribunos militum Consulari potestate coniunctissimos, sibi quosque patriciorum et deinde plebeiorum legebant, donec potestas Tribunicia interuenit, qua sancitum est, vt Censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatu legerent: quo factum est, vt qui praeteriti essent, et loco moti, haberentur ignominiosi. Aedilitate praeteritos scimus Consules esse factos Cic. pro Planc. 51 c. 21. Sic Venter praeteritus l. Ventre ff. de acquirenda vel omitt. hered. i. non institutus heres.

PRAETERITVRVS, a, um. Partic. [παρλενοσόμενος] Ouid. de Arte Am. 3, 612 Quaque vigil custos praeteriturus eram.

PRAETEREVNDVS, a, um. Ouid. Fast. 6, 418 Caetera iam pridem didici puerilibus annis, Non tamen id circo praetereunda mihi. i. omittenda, non dicenda.

PRAETERITIO, ōnis. f. Cod. 6 tit. 29 l. 4 Poenam pati praeteritionis. Est etiam apud Rhetores eadem figura, quae Paralipsis dicitur.

PRAETEREQVĪTO, āre. [παρρηπάζομαι] Equitando praetergredi, vel currere. Liu. 3, 91 Praeterequitantesque absterrent.

PRAETERFEROR, ferris, lātus sum, ferri. [παρφέρομαι] Praetergredi. Liu. 21, 55 Sed et Balcares pulso equite iaculabantur in latera, et elephantiam iam in mediam peditum aciem sese tulerant: et Mago Numidaeque, simul latebras eorum improvida praeterlata acies est, exorti a tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere.

PRAETERLĀTVS, a, um. Partic. [παρφερόμενος] Lucret. 4, 573 At quae pars vocum non aures accidit ipsas, praeterlata perit, frustra diffusa per auras.

PRAETERFLVO, xi, etum, ěre. [παρῆέω, παρῆέω] Ultra, vel iuxta fluere. Varro de R. R. 3, 16 Cibi pars quod potio, et ea iis aqua liquida, vnde bibant, esse oportet: eamque propinquam, quae praeterfluat, aut in aliquem locum influat. Per metaphoram, pro

Elabi, pertransire. Cic. Tusc. 5, 69 c. 33 Quocirca corpus gaudere tamdiu, dum praesentem sentiret voluptatem; animum et praesentem percipere pariter cum corpore, et prospicere venientem, nec praeteritam praeterfluere sinere. i. memoria retinere quasi praesentem.

PRAETERFLVENS, entis. Partic. Liu. 41, 11 Annem praeterfluentem moenia, nouo alueo auertit.

PRAETERGEO, si, sum, ěre. Lucret. 4, 250 de Aere, Isque ita per nostras acies perlabitur omnis, et quasi praeterget pupillas, atque ita transit, al. perterget. Ibid. 253 Et nostros oculos praeterget longior aura. h. e. Praestringit, praelambit, et sensum titillando sensim pertransit. Sed et hic al. perterget.

PRAETERSVS an PERTERSVS, a, um. Restituendum videtur Plaut. Pseud. 1, 2, 32 Facite — Vorfa, praeterfa (pro vulgato praeterfa) strata, lautaque cocta omnia uti sint.

PRAETERGRĒDIOR, ěris, gressus sum, grēdi. Dep. [παρῆαίνω] Ultra transire. Cic. Fam. 3, 7 Currens Lepta venit, mihique nuntiauit, te iam castra praetergressum esse.

PRAETERGREDIENS, entis. Partic. Tacit. Annal. 14, 23, 4 Illum fines suos praeterredientem, incurfauere Mardi.

PRAETERIENS, PRAETERITVS, vid. PRAETEREO.

PRAETERINQVĪRO, ěre. Ammian. 15, 10 Statuit in negotium praeterinqui.

PRAETERLĀBOR, ěris, lapsus sum, lābi. [παρολιθαίνω] Iuxta labi. Cic. de Orat. 2, 109 c. 25 extr. Tum et in sensum et in mentem iudicis intrare non potest: ante enim praeterlabitur, quam percepta est. Tumulum praeterlabi Virgil. Aen. 6, 874. Terram pelago praeterlabi Id. ibid. 3, 478.

PRAETERLĀMBO, ěre. Mosa fluuius praeterlambit Ammian. 17, 4. (Valef. 2)

PRAETERLVO, ěre. Praeterluens fluuius Apulei. Met. 6 p. 685.

PRAETERMEO, āre. [παρμπορέομαι] Iuxta meare. Lucret. 1, 319 Saepe salutantum tactu, praeterque meantum. Pro Praetermeantium, causa metri. Ammian. 31, 23 Quos Ister praetermeat.

PRAETERMITTO, mīsi, missum, ěre. [παρλιμπάνω, παρλίπω] Intactum relinquere, omittere, praeterire. Terent. Adelph. 3, 3, 60 Nihil praetermitto: consuefacio, etc. Cic. de Arusp. Resp. 21 Si quid est praetermissum aut commissum afferunt. Praetermitti dicitur, quod aut ignorantia, aut obliuione, aut negligentia praeteritur?

Id. Offic. 3, 9 c. 2 Minime vero assentior iis, qui negant, eum locum Panaetio praetermissum, sed consulto relictum. In annalibus res praetermissa Liu. 8, 30. Id. de Orat. 2, 126 Quare Crasse neque tu tua suauitate nos priuabis, vt si quid ab Antonio aut Praetermissum, aut relictum sit, non explices. Cic. Philipp. 13, 13 Ac ne illud quidem silentio, P. C. praetermittendum puto, quod, etc.

Sine nefario scelere quaedam praetermitti non possunt Id. Fam. 1, 9 de studiis erga amicum. Nihil quod ad rem pertinet, praetermittere Id. ibid. 1, 5. Ne hoc quidem praetermittendum duxi, te vt hortarer, vt, etc. Id. ibid. 5, 17. Id. Offic. 1, 18 Praetermittendae defensionis deserendique officii plures solent esse causae.

Ne illud quidem praetermittam, Hortensius filius fuit, etc. Id. Attic. 6, 3.



6, 3. Diem nullum praetermittebat Nepos 5, 4, 3. Nera-  
tius in l. qui patri D. de acquir. vel omitt. hered. Qui patri heres  
existit, si idem filio impuberi substitutus est, non potest hereditatem  
eius praetermittere. Locum nullum laudandi tui praetermitto  
Cic. Fam. 12, 24. Id. ibid. 11, 21 Quid? tu illum tecum solum, 5  
aut cum Caesare, qui Neminem praetermiserit, quicum loqui potue-  
rit, cui non eadem ista dixerit? Id. ibid. 10, 13 Vt primum potestas  
data est augendae dignitatis tuae, Nihil praetermisi in te ornando,  
quod positum est aut in praemio virtutis, aut honore verborum.  
Nihil praetermisi quantum eniti potui, quin Pompeium a Caesaris 10  
coniunctione auocarem Id. Philipp. 2, 23. Occasionem praeter-  
mittere Liu. 25, 28 extr. Neque vllum Officium erga te homi-  
nis amantissimi praetermisi Cic. Fam. 1, 8. Id. ad Brut. 15  
Sed sceleris Poenam praetermittere (id enim est, quod vocatur igno-  
scere) etiam si in rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum pu- 15  
to. Id. Attic. 9, 11 Quid tu illuc Scipionem, quid Faustum, quid  
Libonem praetermissurum Sceleris putas? quorum creditores conue-  
nire dicuntur: quid eos autem, quum vicerint, in ciues effecturos?  
Vitia animi praetermittere Lucret. 4, 1145. Voluptates praetermit-  
tere Cic. de Nat. Deor. 3, 38. 20

PRAETERMISSIO, ōnis. f. [παράλειψις] Cic. in Topic. 31  
c. 7 Formae igitur sunt haec, in quas genus, sine vllius praetermis-  
sione diuiditur.

PRAETERMONSTRO, āre. i. ultra monstrare apud alium, quod  
ipse defugias, interpretatur Oijelius apud Gell. 20, 10 Sed Gronou. 25  
Pater adscripsit Praemonstr.

PRAETERNAVIGO, āre. [παραπλέω] Iuxta, vel ultra na-  
vigare. Vet. Gloss. Praeternauigo, παραπλέω. Scyllam praeter-  
nauigauit Apulei. de Deo Socrat. extr.

PRAETERNAVIGATIO, ōnis. f. [παραπλῆσις] Plin. 4, 12 30  
Ab hac Aegina liberae conditionis XVII M. P. cuius XX M. P. praer-  
ternauigatio est.

PRAETERŌRO, trīui, trītum, ēre. Plin. 11, 37 f. 63 Timar-  
chus Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarium. Fra-  
ter eius non mutauit primores, ideoque praetriuit. - Hard. sollicitat 35  
hanc lectionem, et legere tentat pertriuit. Sed aequè commodum est  
praetriuit, cum de primoribus dentibus sermo sit, quos, cum sponte non ce-  
derent successoribus, lima praerastit. Vt tunicam, quamuis illico,  
vt acceperam, tibi destinatam, meo tamen vestitu initiando praer-  
tererem Paullin. Nol. Ep. 29 (al. 10) ad Seuerum c. 5. 40

PRAETERPROPTER, vid. PRAETER.

PRAETERQVAM. [πλήν, πλήν ἄλλὰ, ἄλλ' ἢ] Vna dictione, ex-  
sipiendi particula est, quae requirit semper praecedentem casum, quia idem  
verbum subintelligitur: Terent. Andr. 4, 5, 14 Verbum si mihi  
vnum praeterquam quod te rogo, faxis: caue. Nullas iis praer- 45  
terquam ad te dedi literas Cic. Fam. 3, 7. Pro tantis rebus nul-  
lum a vobis praemium postulo, praeterquam huius diei memoriam  
sempiternam Id. in Catil. 3, 26. Liu. 1, 9 Vocata ad consilium  
multitudine, quae coalescere in populi vnus corpus nulla re, praeter-  
quam legibus, poterat, iura dedit. conf. Sueton. Aug. c. 45 in MSS. 50  
Praeter quam disionxit Plautus, interposita altera dictione, in Persa 3,  
1, 38 Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala, quae praeter sa-  
pient, quam placet parentibus. Praeterquam quod, idem quod Ni-  
si quod. Terent. Heaut. 2, 4, 19 Nam, dum abs te absum, omnes  
mihi labores fuere, quos cepi leues: praeterquam tui carendum quod 55  
erat. Praeterquam quod Reipubl. consulere debemus, tamen tuae  
dignitati ita fauemus, vt omne nostrum consilium, studium, officium,  
operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus Cic.  
Fam. 10, 1. Non faciam, neque, quod displiceat, committam,  
praeterquam quod hominis mihi coniunctissimi doleo grauem casum 60  
Matius ad Cic. Fam. 11, 28. Cic. de Fin. 5, 61 Hoc autem loco  
tantum explicemus, haec honesta quae dico, praeterquam quod nos-  
metipfos diligamus: praeterea suapte natura per se esse expetenda in-  
dicant pueri, in quibus vt in speculis natura cernitur. Terent.  
Eun. 1, 1, 32 Neque praeterquam quas ipse amor molestias habet, ad 65  
das. Plin. 8, 25 Tergoris ad scuta, galeasque impenetrabilis,  
praeterquam si humore madaeat. Praeterquam semper, pro Quum  
semper: Gell. 15, 1 Declamauerat Antonius Iulianus rhetor, praer-  
terquam semper alias, tum vero minimum quam delectabiliter et fe-  
liciter. Cels. 1, 9 Aqua vero frigida infusa, praeterquam capi- 70  
ti, etiam stomacho prodest. i. Non tantum capiti, sed etiam, vel praer-  
terquam quod capiti prodest. Liu. 4, 17 Cum Veientibus Fide-  
natibusque praeterquam populis finitimis, ab causa etiam tam nefaria  
bellum exorsis, atrox dimicatio instabat.

PRAETERRADO, rāsī, ēre. [παραζίω] Idem quod Radere 75  
in transitu. Lucret. 4, 531 Praeterradit enim vox fauces saepe.  
Legitur et Praeterea radit vox, etc. Sed rectum praeterradit. vid. Lu-  
douic. Crescoll. Vacat. Autumn. 3, 8.

PRAETERSVM, esse. Absum. Tertull. Apolog. c. 38 Iphis re-  
bus, de quibus transiguntur spectacula, praetersumus. 80

PRAETERVEHO, vexti, vectum, ēre. [παραλείνω] Trans, vel  
ultra vehere. Cic. Verr. 5, 87 Tandiu in imperio suo classem iste  
Praetor diligens vidit, quamdiu conuiuium eius flagitiosissimum praer-  
teruecta est. Id. de Finib. 5, 49 c. 18 Neque enim vocum suauita-  
te videntur, aut nouitate quadam et varietate cantandi reuocare eos 85  
solitae, qui praeteruehebantur: sed quia multa se scire, profiteban-  
tur. de Sirenium cantibus. Classis praeteruecta continentis oras  
Liu. 22, 20. Litora praeteruectus aquis Stat. Theb. 5, 473.  
Ostia praeteruehi Virgil. Aen. 4, 688. Praeteruehere, pro Praer-  
teruehi. Sueton. August. c. 93 C. Nepotem, quod Iudaeam praer-  
teruehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit. Id.  
Caes. c. 37 Triumpho die Velabrum praeteruehens. Et c. 78  
Subsellia tribunicia, praeteruehens. Liu. 22, 49 Praeteruehens  
equo. Praeteruecta scopulos oratio, per translationem, pro Dif-  
ficiliora explicauit, et percurrit. Cic. pro Cael. 51 c. 21 Sed quo- 95  
niam emeruisse iam e vadis, et scopulos praeteruecta videtur oratio  
mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Id. pro Corn.  
Balb. 4 c. 1 Etenim ei succedo orationi, quae non praeteruecta sit au-  
res vestras, sed in animis omnium penitus infuderit. Praeterue-  
here aliquid silentio; idem quod Praeterire silentio. Id. Philipp. 7, 100  
8 c. 3 Magna spe ingredior in reliquam orationem, P. C. quoniam  
periculosissimum locum silentio sum praeteruectus.

PRAETERVECTIO, ōnis. f. Cic. Verr. 5, 170 c. 66 extr. Monu-  
mentum sceleris audaciaeque suae voluit esse in conspectu Italiae, vesti-  
bulo Siciliae praeteruectione omnium, qui vltro citroque nauigarent. 105

**PRAETERVERTO**, ti, sum, ẽre. *Huius verbi auctor quidem laudatur Cic. de Diu. , 10 c. 6 De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam: ita tamen si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermone praeteruertendum putes. Sed recte legitur Praevertendum. Certius forte illud Plin. 2, 71 Philonides solem obuium contrario praeteruertebat cursu. Et hic tamen al. Praeuerterebat.*  
**PRAETERVŪLO**, ẽre. [*πρὸς ἵπτανας*] *Celeriter praeterire, et quasi ultra volando effugere. Cic. de Orat. 3, 221 c. 59 Sententiaeque saepe acutae, non acutorum hominum sensus praeteruolant. Id. Acad. 4, 24 c. 13 Haec duo proposita non praeteruolant, sed ita dilatant, vt non mediocrem curam adhibeant et diligentiam. Id. in Arat. 412 Hic se iam totum caecas Equus abdit in umbras, Quem rutila fulgens pluma praeteruolat Ales. Parua puppe lacum praeteruolat ocuis Claud. de Bell. Get. 321. Hacta praeteruolat au-*  
 15 *ras Sil. 10, 114.*

**PRAEDESTOR**, ẽri. Tertull. adu. Marc. Carm. 3 c. 6 v. 4.  
**PRAETEXO**, texui, textum, ẽre. [*προκαλύπτωμαι, οὐκῆω*] *Proprie est telae extremae limbum aut oram attexere. Sed frequentior fere metaphora. v. g. Ausonius in Gratiarum actione ad Gratianum imperatorem pro Consulatu, Tu Auguste venerabilis, districtus maximo bello, assultantibus tot millibus Barbarorum, quibus Danubii ora praetexitur. Ouid. de Arte Am. 1, 255 Quid referam Baias, praetextaque litora velis? Plinius quoque Praetexta tuguriorum posuit 16, 9. Cortex e fago, tilia, abiete, picea in magno vsu agrestium. Vasa corbesque, ac patentiora quaedam, messibus convehendis, vindemiisque faciunt, atque praetexta tuguriorum. Septimenta s. consuepra intelligo. Litora praetexere Virgil. Aen. 6, 5. Praetexere piscibus retia Plin. 16, 1. Cic. de Orat. 2, 317 c. 78 Sic omnia quae fiunt, quaeque aguntur acerrime leuioribus principis natura ipsa praetexit. Plin. 6, 25 Semper fuit Parthia in radicibus montium saepius dictorum, qui omnes eas gentes praetexunt. Procera suo praetexitur alga profundo Rutil. Itin. 1, 537. Arundine praetexit ripas Mincius Virgil. Eclog. 7, 12. Ea Germaniae velut fons est, quatenus Danubio praetexitur Tacit. German. 42, 2. Rheno praetextuntur nationes Idem 34, 2. Praetextimus auctores quos sequamur, i. in principio libri ordine nominauimus Plin. 18, 3 l. 5. ¶ 2 Noua Metaphora Praetexere [*προφασίζεν*] est obtendere, colorem quaerere. Virgil. Aen. 4, 500 Non tamen Anna nouis praetexere funera sacris Germanam credit. Id. ibid. 40 172 Coniugium vocat: hoc praetexit nomine culpani. Cic. in Pison. 56 c. 24 Neque enim quisquam potest exercitium cupere, aperteque, vt non praetextat cupiditatem triumphi.*

**PRAETEXENS**, entis. Partic. [*προκαλυπτόμενος*] Tibull. 1, 4, 37 Quamuis praetexens picta ferrugine caelum, Venturam admittat imbrifer arcus aquam. Paterc. 2, 62, 3 Vbicunque ipsi essent, praetexentes esse rempublicam.

**PRAETEXTVS**, a, uni. Aliud Partic. [*προκαλυφθεὶς*] Templum praetextum Augusto nomine: i. Inscriptum nomine Augusti Caesaris, siue Augusto dicatum Ouid. Fast. 5, 567. Cic. in Caril. 2, 50 4 c. 2 Tongillum mihi eduxit, quem amare in praetexta calumnia coeperat. Sed quae sit praetexta calumnia nemo facile dixerit. Nisi calumnia plane est e margine antiquissimi codicis, cui hanc indignationis notam aliquis commisit: non improbabilis est coniectura alumnium. Illud quidem mihi certum, in praetexta hic ad aetatem significandam pertinere. Praetexta pubes i. praetextata Auson. 18, -. Togam praetextam texi Oppio, puto te audisse, i. Magistratum maiorem parauit Cic. Fam. 2, 16, 19.

**PRAETEXTVS**, ũs. m. [*περίφρασμα*] Pro Obtentu ponitur, quod Cicero Per causam, et per simulationem dicere solet. Sueton. in Tiber. c. 28 Omnium inimicitiae hoc praetextu ad vos deferentur. Tacit. Histor. 1, 77, 2 Praetextu veteris amicitiae. conf. Ibid. 1, 76, 4. Agitatum secreto num Piso proficisceretur, maiore praetextu, i. Splendore, dignitate Id. ibid. 1, 19, 4.

**PRAETEXTVM**, etiam neutro genere dicitur, nempe vestimentum vel insigne. Sueton. Caes. c. 30 Et praetextum quidem illi ciuiliu armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur etc. vid. Casaubon. p. 25. conf. Tacit. Histor. 2, 100, 4. Praetextum triumphu pro Insignibus triumphu dixisse Valer. Max. 7, 1, 1 obseruauit Salmas. ad Vopisc. p. 405. Valer. Max. 2, 10 pr. de maiestate: Grato et iucundo introitu animis hominum illabatur admirationis praetexto velata. Sic optimi quique libri, probante etiam Gronou. ad Senec. Epist. 71 ubi pulcherrimum Reipubl. praetextum (i. ornamentum ac decus) optimates, vno praelio profligabantur. Valer. Max. 7, 5, 6 M. Porcius Cato plus moribus suis praeturae decoris adiecturus, quam praetexto eius splendoris ipse laturus. Id. 7, 3, 8 Quid illa necessitate miserius, quae magistratum Populi Roman. abiectione honoris praetexto, alienigenae religionis obscuratum insignibus, per urbem iussit incedere. Manil. 131 Honoris Conditio, et famae modus, et specioso Gratia praetexto. Sic MS. apud Gronou. l. c. conf. Rupert. Dissertat. ad Valer. Max. 7, 3 p. 442.

**PRAETEXTA**, ae. f. [*περίφρασις*] Substantiue s. per ellipsin: est enim Praetexta purpureo limbo toga, qua pueri utebantur vsque ad annum decimum septimum: quo tempore togam virilem sument, deposita praetexta puerili. Puerorum amores saepe cum ipsa praetexta ponuntur Cic. de Amic. c. 10. Locum Liu. 34, 7 max dabimus. Apud Etruscos originem inuenit Plin. 8, 48. Lucil. Sat. 1 apud Non. 14, 1 Praetextae ac tunicae Lydorum opus sordidum omne. Add. Flor. 1, 5, 6. Fuit autem praetexta puerorum ingenuorum. Cic. in Pison. 8 Qu. Metellus designatus consul, quum quidem tribunus pl. suo auxilio magistrum ludos contra Scrum facere iussisset, priuatus fieri vetuit. — Tu, quum III calendae Ianuar. compitaliciorum dies incidissent, Sex. Clodium, qui nunquam antea praetextatus fuisset, ludos facere, et praetextatum volitare passus es; quibus verbis Paedianus haec subiungit, Solebant magistri collegiorum ludos facere, faciebant compitalicios praetextati. Illud nunquam praetextatus fuisset indicat, Sextum Clodium nullo antea magistratu functum, nullo honore usum, qui ius praetextae daret. Festus, vt e vestigijs scripturae conicit Scalig. Praetexta pulla, nulli alii licebat uti, quam ei, qui funus faciebat. Idem ius magistratus habebat, qui in aliquo loco publico ludos faciebat. Nam is praetexta vitur — Praetextae ius datum est item Consulibus et Praetoribus vota nuncupantibus etc. Ludis Senatores omnes Praetextis vsos, docere videtur Cic. Philipp. 2, 110 de Senatoribus, Nescis, heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, vt quintus praeterea dies Caesari tribueretur? cur non sumus praetextati?

ti? cur honorem Caesaris tua lege datum, deferri patimur? **Fa-**  
**cibus** maritis cessit praetexta Propert. 4, 12, 33. *h. e. Praetexta, qua in*  
*aetate induerbar puerili, cessit nuptiis, in quibus faces adhibebantur.*  
 Mutare praetextam paludamento, *vid. M V T O.* **Quintil.** 5, 13,  
 39 **Habitus** recte incusari solet. **Vt** aduersus Quintium Cicero, non  
 haec solum, sed ipsam et praetextam demissam ad talos insectatus est.  
 Praetextam *ingenuorum fuisse tam mulierum, quam virorum, auctor est*  
**Cic. Verr. 1, 113 c. 44** Eripies igitur pupillae togam praetextam? de-  
 trahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? Prae-  
 textam Cicero pupillae tribuit, quam nubentes deponebant, *inquit Fe-*  
**stus.** *Rursus Cic. Verr. 1, 152 c. 58 de Iunio pupillo.* Neque te  
 tam commouebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bul-  
 la venerat. Vestitus enim neminem commouebat is, quem illi mos  
 et ius ingenuitatis dabat: quod ornamentum pueritiae pater dederat,  
 indicium atque insigne fortunae (*bullam*) hoc (*cum opibus*) ab isto  
 praedone ereptum esse, grauius et acerbè homines ferebant. *Erat*  
**sua magistratum praetexta.** **Ouid. ex Ponto** 4, 9 *qua Graecino*  
*Consulatum gratulatur, v. 42* Praetextam, fasces adspiciamque tuos.  
**Tacit. Histor. 3, 31** Sed ubi Caecinna praetexta et licioribus insignis  
 dimota turba Consul incessit, exarsere victores. *Sic apud Cic.*  
**pro Domo 98** Videre praetextatos inimicos, *i. In magistratu positos.*  
*Ad ea, quae dicta sunt, pertinet illud Plin. 9, 36 de purpura loquentis,* Huic  
 fasces securesque Romanae viam faciunt: idemque pro maiestate in  
 pueritia est: distinguit ab equite curiam: diis aduocatur placandis,  
 omnemque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. *Allu-*  
**sit enim his verbis Plinius ad Purpuram magistratum: et ad eam, qua**  
**pudor ingenuitatis significatur, ut inquit Macrob. Saturnal. 5, 6 et**  
**ad sacerdotalem praetextam, qua sacris operantes utebantur: et ad trium-**  
**phalem, et ad latumclauum, quod insigne est Senatoriae dignitatis, discrim-**  
**inans Senatum ab equestri ordine: eratque non toga, sed tunica.** *De*  
**triumphali Sueton. Tiber. c. 17** Triumphum ipse distulit, moesta ci-  
 uitate clade Variana: nihilominus urbem praetextatus et laurea coro-  
 natus intrauit. **Lucius Valerius apud Liu. 34, 7 in oratione, quam**  
**habuit pro feminis, ius auri ac purpurae postulantibus a Senatu, M. Cato-**  
**ne reclamante.** **Purpura,** viri utemur, praetextati in magistrati-  
 bus, in sacerdotiis: liberi nostri praetextis purpura togis utentur:  
 magistratibus in coloniis, municipiisque, hic Romae infimo genere  
 magistris vicorum, togae praetextae habendae ius permittemus: nec  
 id vt viui solum habeant tantum insigne, sed etiam vt cum eo crementur  
 mortui. feminis duntaxat purpurae usum interdicemus? *Qui-*  
**bus verbis omnem praetextae usum complexus Liuius, eo etiam amplius**  
**docuit eos, qui in magistratu moriebantur, praetextatos in rogam ferri,**  
**cum praetextaque cremari solitos esse Romae.** *Ex Valerio item intelligere*  
*datur, hunc morem fuisse, vt Praetor, qui iudex quaestionis, et quaesitor*  
*rerum capitalium dicebatur, non ante sententiam in reum noxae capitalis*  
*pronuntiaret, quam praetexta exuta.* *Sic enim ait 9, 12* Consimili  
 impetu mortis **C. Licinius Macer, vir Praetorius, Repetundarum reus;**  
 dum sententiae dicerentur, in Menianum descendit. Siquidem  
 quum **M. Ciceronem,** qui id iudicium cogebat, praetextam ponentem  
 vidisset: misit ad eum, qui diceret, se non damnatum, sed reum peris-  
 se, nec sua bona hastae posse subiici: ac protinus sudario, quod forte  
 in manu tenebat, ore et faucibus suis coarctatis, incluso spiritu, mor-  
 te poenam praecurrit. ¶ 2. Praetextae fabulae *f. Prae-*  
*textae simpliciter vocantur, vt ait Festus Paulli, quae res gestas Roma-*  
*norum continent scriptas.* **Horat. A. P. 288** Vel qui praetextas,  
 vel qui docuere togatas: *fabulas nempe Romani argumenti, Comici*  
*quidem et personarum humilium, togatas, sed Tragici et nobilium perso-*  
*narum Praetextas.* **Afin. Pollio ad Cic. Fam. 10, 33** Ludis praetextam  
 de suo itinere ad **L. Lentulum** proconsulem sollicitandum, po-  
 suit. *vid. FABVLA.* **Consularis praetexta** **Patercul. 2, 65, 3.**  
*fuit igitur Praetexta insigne Romanum, quod supra tunicas honorati*  
*quique sumunt Non. 14, 29.*

**PRAETEXTATUS,** a, um. **Adiect.** [*πρεπτόσφωρος*] Prae-  
 textati pueri dicebantur, *Qui praetexta adhuc et bulla utebantur, quod*  
*fiabat usque ad annum decimum septimum: quo tempore togam virilem*  
*sumebant, deposita praetexta puerili, vt meminit Cic. de Amicit. 34*  
**Ego autem,** inquit, a patre ita eram deductus ad Scaeuolam, sumta  
 virili toga. **Hinc Praetextati ponuntur ab auctoribus pro Pueris.**  
*vid. Macrob. Saturn. 1, 6. Manut. Epist. Lipsf. ad Tacit. p. 86, et*  
*Guther. de Iure Pontific. 1, 28. vid. etiam infra.* **Maritis e plebe**  
 proprios ordines assignauit, praetextatis cuneum suum, et proximum  
 paedagogis **Sueton. August. c. 44.** **Amicitia praetextata dicta,**  
*Iam inde a puero coepta, apud Martial. 10, 20, 4.* **Filii trium-**  
**phantum praetextati** **Cic. pro Muraen. 11 c. 5.** **Patercul. 2, 59, 2.**  
**Pueri et puellae, Praetextati et Praetextatae, Ingenui et ingenuae:**  
*qua dictione usus est auctor Institutionum iuris, De iniuriis, Sive*  
*quis matrem familias, aut praetextatum, praetextatamue affectatus*  
*fuerit. Iuuenal. 10, 308* **Nec praetextatum rapuit Nero lo-**  
**ripedem, vel Strumosum.** **Catull. 59, 182** Mitte brachiolum te-  
 res, Praetextate, puellulae. **Pupillus praetextatus** **Cic. Verr. 1,**  
**15.** **Illo die magnus praetextatus fui ludens** **Id. Attic. 6, 1 p. 593.**  
*i. praetexta, magistratus insigni, indutus.* **Affectari praetextatum**  
**vel praetextatam iniuriae genus, de quo f. l.** **Anni praetextati a**  
**Plinio dicuntur, 33, 1 pro Annis pueritiae.** **Aetas praetextata** **Gel-**  
**lio 1, 23.** **Sic praetextatos referunt Artaxata mores** **Iuuen. Sat.**  
**2, 170.** **Romanorum puerorum corruptos.** **Festus Paulli non au-**  
**diendus cum ait,** Praetextatis nefas erat obsceno verbo uti, ideoque  
 praetextatum appellabant sermonem, qui nihil obscenitatis haberet.  
**Verus Festus ita:** Praetextatum sermonem quidam dici putant, quod  
 praetextatis nefas sit obsceno verbo uti. **Alii,** quod nubentibus de-  
 positis praetextis, a multitudine puerorum obscena clamentur. **Suet.**  
**in Vespas. c. 22** Erat enim dicacitatis plurimae, et sic scurrilis ac fordi-  
 dae, vt ne praetextatis quidem verbis abstineret. **Macrob. Saturn. 2, 1**  
**Haec nobis sit literata lactitia, et docta cauillatio vice planipedis et su-**  
**bulonis impudici, et praetextata verba iacientis.** **Gell. 9, 10** Tot vero et  
 tam euidentibus ac tam (*f. tamen*) non praetextatis, sed puris honestis-  
 que verbis venerandum illud concubii pudici secretum neminem dixisse.

¶ 2. **Praetextatus, cognomen Papirii fuit, quod in aetate praetextata**  
**summam prudentiam ostenderit.** *Fabulam notam vid. apud Macrob. Sa-*  
*turn. 1, 6. et Gell. 1, 23. Vnde familiae cognomen. Sed etiam aliarum.*  
**V. g. Sulpicia Praetextata Crassi, int. vxor Tac. Hist. 4, 42.**  
**PRAETIMEO,** ui, ere. [*πρετιμειω*] **Timere ante tempus.** **Plaut.**  
**Amph. prol. 29** Mirari non est aequum si sibi praetimet. **Tibull.**  
**3, 4, 14** Et frustra immeritum praetinuuisse velit. **Sen. Epist. 98** Nil  
 est nec miserius nec stultius quam praetimere, 105

PRAETIMIDVS, a, um. Adj. *Valde timidus*. Tertull. Carm. de Iona 65.

PRAEINCTVS, a, um. Semina mollit humus valido praetincta veneno Ouid. Met. 7, 123. *i. ante tincta*. Truci praetinctus cruore Caes. Aurel. 1, 4.

PRAETONDEO, ēre. Cum eius pinnas praetotonderim Apul. Met. 5 p. 172. *i. ab extremo tototonderim, ut praefecare, praecacuere: partem anteriorem et extimam indicat.*

PRAETOR, ōris. m. [*πραητωλάτης, πραητωός*] Omnis magistratus appellabatur, cui pareret exercitus, ut ait Afcon. in Verr. 1, 36 c. 14. Varro de L. L. 4, 16 p. 23, 22 In re militari Praetor dicitur, qui praerit exercitui. Et c. 14 p. 22, 12 Praetor dicitur, qui praerit iure et exercitu. Add. Non. 1, 91. Epaninondas, Thebanorum imperator, ei, qui sibi ex lege praetor successerat, non tradidit exercitum Cic. de Inu. 1 c. 33: *ad quem locum* Victorinus, notare, inquit, debemus, omnes magistratus Praetores et Imperatores appellatos etc. p. 171 Pitboei. Sic Nepos Praetores appellat Graecorum duces s. *πραητωός*. v. g. 2, 2, 1. 3, 2, 1. *it.* Hannibalem 23, 7, 4 etc. Add. Liu. 21, 3. Hinc Iuuenal. 10, 36 quem Praetorem vocavit, eundem diserte Consulibus nomine appellat v. 41. Antiquissima fuit haec ratio. Liu. 3, 55 ad A. V. C. 306 His temporibus nondum consulem iudicem, sed praetorem appellari mos fuit: *b. e. qui nunc Consul vocatur, ille ea aetate non Iudex sed Praetor appellatus est.* Idem 7, 3 Lex vetusta est prisca literis verbisque scripta, ut qui praetor maximus sit, Idibus Septembribus clauum paret — A Consulibus postea ad Dictatores, quia maius imperium erat, sollemne clauum figendi translatum est. Cic. de Legg. 3, 8 c. 3 Regio imperio duo sunt, iique praecundo, iudicando, consulendo. Praetores, Iudices, Consules appellantur. Etiam Cic. Fam. 2, 17 Quod ego officio quaestorio te adductum reticere de praetore tuo non moleste ferebam. Loquitur de Bibulo, Proconsule Syriae. Vid. PRAETORIA porta. Quin Vett. Infer. Grut. p. 318, 6. et 398, 7 Praetor Sacris Volcani memoratur, si Scatigerum audimus in Indice. Sed refellitur ab Heineccio Hist. edictor. 1, 6 p. 74 sq. qui ostendit, illud modo dici in inscriptionibus, qui tum praetura fungerentur, eosdem Sacerdotes Vulcani fuisse.

¶ 2 Sed fuit etiam peculiaris magistratus nomen, de quo Cic. de Legg. 3, 8 c. 3 Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicariue iubeat, Praetor esto. Is iuris ciuillis custos esto. Liu. 6 extr. A. V. C. 389 Concessum a plebe nobilitati de praetore vno, qui ius in vrbe diceret ex patribus creando. Et l. 7 pr. Annus hic erit insignis — novis duobus magistratibus, praetura, et curuli aedilitate. Idem 8, 15 Eodem anno (418) Q. Publilius Philo, Praetor primum de plebe — est factus; senatu, cum in summis imperiis id non obtinuisset, minus in praetura tendente. Idem 8, 32 Consules, regia potestas, praetores, iisdem auspiciis, quibus consules, creati. Et 7, 1 iam memorauerat Praetorem iura reddentem, et collegam consulibus, atque iisdem auspiciis creatum. Videndus hoc de collegio atque bis de auspiciis locus insignis Messalae auguris seruatus a Gell. 13, 15. Add. Plin. Pan. 77, 4. Numerus Praetorum subinde auctus. Pompon. l. 2 de Or. iur. §. 27 Cumque Consules auocarentur bellis finitimis, neque esset, qui in ciuitate ius reddere posset: factum est, ut praetor quoque crearetur, qui urbanus appellatus est, quod in vrbe ius redderet. §. 28 Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo Praetore, quod multa turba etiam peregrinorum in urbem veniret; creatus est et alius Praetor, qui Peregrinus appellatus est, ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat. §. 32 Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia, totidem praetores, quot prouinciae in ditionem venerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus praesent. Deinde Cornelius Sulla quaestiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis, de iniuriis, et Praetores quatuor adiecit. Deinde Gaius Iulius Caesar duos praetores, — constituit. Ita duodecim praetores — sunt creati. Diuus deinde Augustus sedecim praetores constituit. Post deinde diuus Claudius duos praetores adiecit, qui de fideicommissio ius dicerent: ex quibus vnum diuus Titus detrahit, et adiecit diuus Nerua, qui inter fiscum et priuatos ius diceret. Ita decem et octo Praetores in ciuitate ius dicunt. Vid. viri docti ad b. 1. Pomponii, et qui de magistratibus Pop. Rom. egerunt, praeter ceteros Manut. ad Cic. ad Q. Fr. 2, 1. et Heinecc. Histor. edictor. 1, 6.

¶ 70 Nos pauca, quae ad Latinitatem pertinent, adiiciemus. Cic. Fam. 10, 12 Placuit nobis, ut statim ad Cornutum Praetorem urbanum literas deferremus; qui, quod Consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. Liu. 24, 9 Comitibus Praetorum perfectis Senatusconsultum factum est, ut Q. Fuluius extra ordinem urbana prouincia (isque adeo Praetor urbanus) esset: isque potissimum consulibus ad bellum perfectis vrbi praesent. Liu. 22, 35 Inde Praetoria comitia habita. Creati M. Pomponius Matho, et P. Furius Philo. Romae iuri dicundo urbana sors Pomponio, inter ciues Rom. et peregrinos P. Furio Philo euenit. Additi duo praetores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Postumius Albinus in Galliam. Gron. legi vult iure dicundo ut Sueton. Caes. c. 7 Vbi cum mandatu Praetoris iure dicundo conuentus circumiret. Varro de L. L. 5, 4 p. 50, 6 Dies nefasti, per quos dies nefas fari praetorem, Do, Dico, Addico. Itaque non potest agi. Necessè est aliquo eorum vti verbo, cum lege quid peragitur. Quod si tum imprudens id verbum emisit, aut quem manumisit, ille nihilominus est liber, sed vitio etc. Hinc Ouid. Fast. 1, 52 finiens diem fastum, Verbaque honoratus libera Praetor habet. Illa tria verba Praetoris luculenter declarat Heinecc. in Histor. edictor. 1, 6 §. 8. 9. 10 p. 83 sq. Opusc. postumorum. Ab hoc honore Praetoris venit ius honorarium, quod edicta Praetorum constituerunt Pompon. l. 2 de Or. iur. §. 10. Cic. Att. 9, 14 Praetores ius dicunt? Aediles ludos parant? Idem pro Muraena 41 Sapiens Praetor, qualis hic fuit, offensionem vitat aequalitate discernendi, benevolentiam adiungit lenitate audiendi. Praetor Iustissimus Cic. pro Flacc. 8. Maior Praetor qui esset, audiamus Festum, Maiorem Consulem L. Caesar putat dici vel eum, penes quem fasces sunt, vel eum, qui prior factus sit: Praetorem autem maiorem urbanum, minores ceteros. Mercenarii Praetoris decretum, vid. MERCES. Palae- stricus Praetor, vid. Palae- stricus, in PALAESTRA. Urbani Praetores iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre Cic. pro Cluent. 121. Citare per praetorem, vid. CITO. Praetores Aerarii Tac. An. 1, 75. et Hist. 4, 9. Praetores etiam duumviri municipiorum et coloniarum: vid. ad Petron. c. 65 p. 324 Burm. Vid. etiam Tit. C. Theod. 6, 4 de Praetoribus et Quaestoribus, et ibi Iac. Gotthofr.

¶ 20

¶ 25

¶ 30

¶ 35

¶ 40

¶ 45

¶ 50

¶ 55

¶ 60

¶ 65

¶ 70

¶ 75

¶ 80

¶ 85

¶ 90

¶ 95

¶ 100

¶ 105

¶ 110

¶ 115

¶ 120

¶ 125

¶ 130

¶ 135

¶ 140

¶ 145

¶ 150

¶ 155

¶ 160

**PRAETORIVS**, a, um. Adi. [*σπαρηνικός*] *Quod est Praetoris, seu quod ad Praetorem pertinet.* V. g. Festus: Praetoria cohors, quae a Praetore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent, et certo munere militiae vacarent, et sesquiplez stipendium acciperent. Hor. Serm. 2, 2, 50 Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido, Donec vos auctor docuit Praetorius, *sc. edere utrumque genus.* Vet. Schol. Afellius Sempronius Rufus instituisse creditur, ut ciconiarum pulli manducarentur: isque quum in Praetura repulsam retulisset, tale epigramma meruit,

Ciconiarum Rufus iste conditor,  
Hic est duobus elegantior Plancius.  
Suffragiorum puncta non tulit septem.  
Ciconiarum Populus vltus est mortem.

**Candidatus Praetorius**, *vid. f. l.* Classica praetoria Propert. 3, 3, 41.  
**Cognitio Quinctil.** 3, 6, 69. Cohors Cic. in Verr. 1, 36 c. 14  
*quos Comites consulares interpretatur ad h. l. Afconius.* Cic. in Catil. 2, 24 c. 10. Tacit. Ann. 1, 7, 5. *Conf. Spanh. de Num. diff. 10.*  
**Collegium Praetorium** Cic. Off. 3, 80. *Legunt alii Praetorium.* Comititia Praetoria Liu. 22, 35. *quibus Praetores creantur.* Domus Cic. Verr. 5, 20  
144 c. 56. Homo praetorius Scrib. 146. Cic. Verr. 5, 27 Vt quum penes te Praetorium Imperium ac nomen esset, ad illam paruum manum extinguendam, ducem te principemque praebes. Insignia praetoria etiam non praetoribus data honoris causa. *Vid. Tac. An. 12, 21, 2. 12, 53, 2. it. Hist. 4, 4, 3.* Ius Cic. Off. 1, 32 c. 10. Ius praetorium ad legem, censorium iudicium ad aequum aestimabatur Varr. de L. L. 5, 7. **Navis Praetoria**, *Qua dux belli siue imperator vehebatur* Liu. 26, 39. *it. 29, 25.* Porta praetoria, qua exercitus in praelium educitur: quia initio Praetores erant, qui nunc Consules, et ii bella administrabant: quorum tabernaculum quoque dicebatur Praetorium. Festus. *Meminit etiam Afcon. ad Verr. 1, 36 c. 14.*  
**Vir Praetorius**, *Qui Praeturam gessit.* Cic. pro Planc. 15 Cedat Consulari generi Praetorium, nec contendat cum Praetorio Equester locus.  
**Viri Consulares et Praetorii** Cic. Att. 16, 7. *Conf. Vell. 2, 48, 1.*

**PRAETORIVM**, i. n. [*σπαρηνίον, παραιώριον*] *Domus vel tabernaculum in quo Praetor est.* Initio praetores erant, qui nunc consules: et ii bella administrabant; quorum tabernaculum quoque dicebatur praetorium. Fest. *Eadem Afcon. ad Verr. 1, 36 c. 14.* Deinde duci praetorium eiusque comitibus praeparatur, ac tribunis tabernacula collocantur Veget. de Re mil. 3, 8. Nulli iudicium, qui prouincias regunt, in ciuitatibus, in quibus sacra palatia siue praetoria sunt, liceat, his relictis, priuatorum sibi domos ad habitandum, velint praetoria, vindicare l. 14 C. de offic. rectoris prouinc. *Ipse Cic. Verr. 4, 65 c. 28* Antiochus imperat suis, ut candelabrum in praetorium deferrent. Liu. 3, 25 Quercus, ingens arbor, Praetorio imminabat: cuius umbra opaca sedes erat. *Hoc alio nomine a Quinctiliano dicitur Augurale.*

¶ 2 Praetorium, *magnifica et ampla domus in agro et ruri exstructa; in quae aedificia pecunias ingentes effundebant.* Suet. Calig. c. 37 In exstructionibus Praetoriumum atque villarum omni posthabita ratione, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod effici posse negaretur. Idem in August. c. 72 Ampla et operosa Praetoria grauabatur. *Add. Suet. Aug. c. 63. et Tit. c. 8.* Stat. Silu. 1, 3, 25 Alternas seruant praetoria ripas. *Conf. Aufon. Mosell. 286.*

¶ 3 Praetorium est *locus, in quo Praetor ius dicit; et ipsum adeo consilium Legatorum, Tribunorum, amicorum: unde dicunt Dimitti Praetorium, sicut Dimitti Senatium.* Liu. 26, 15 Fuluius ne id ipsum impedimento incepto foret dimittens Praetorium, Tribunis militum ac praefectis fortiorum imperauit, etc. *Conf. Idem 30, 5. 21, 54. 37, 5. et Liv. de Mil. Rom. 5, 2.* Cic. Verr. 5, 91 Curritur ad Praetorium. *Ibid. Procedit iste repente e Praetorio.* *Sed Verr. 5 c. 72 ubi Castor et Pollux celeberrimo in loco Praetorii locati esse dicuntur, legendum Graeuio auctore P. R. id est Populi Romani. Vide obseruationem supra ad notas PR. et P. R. propositam.*

¶ 4 Praetorium etiam dicebantur Praetoriae cohortes, quas habebat Imperator custodiam corporis et aduersus subita remedium, Quibus qui praerat Praefectus Praetorio appellabatur. *Vid. Onuph. de Rep. Rom. 1 p. 22.* Suet. Neron. c. 9 Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis e Praetorio. Tacit. Hist. 4, 46, 9 In praetorium accepti. *i. Praetorianis adscripti.* Hic et praefecti nutu praetoria rexit Rutil. It. 1, 273. *Vid. Iac. Perizonii disquis. de Praetorio, eiusque defensio contra Hibernum. De Praefecto Praet. supra f. l. dictum est.*

¶ 5 Praetorium, *iurisdictio, iudicialis potestas etc.* Vt, praetorium Africae, Galliarum, Illyrici, Italiae, Orientis etc. in Cod. et Notitia Vtriusque Imperii.

**PRAETORIANVS**, a, um. Adi. *Qui apud Praetorem, seu in Praetorio versatur, ut Praetoriani milites.* Plin. 6, 29 Nuper renuntiauerunt principi Neroni, missi ab eo milites Praetoriani cum Tribuno ad explorandum, inter reliqua bella et Aethiopicum cogitanti. *Conf. Tacit. Hist. 2, 44, 5.* *Sed Liu. 22, 35* Inde Praetoriana comitia habita. creati M. Pomponius Matho, et P. Furius Philus, at Praetoria comitia, et sic hodie editur.

**PRAETORICIVS**, a, um. Aliud Adi. Martial. 8, 34 (33) Praetoricia corona, *qualem de tenui lamina factam ludis donare solent Praetores victoribus.*

**PRAETVRA**, ae. f. [*σπαρηνία*] *Ipsa Praetoris dignitas.* Plin. 14, 22 Ad Proconsulatum vsque e Praetura honoribus gestis. Calamitosa Praetura, *vid. CALAMITAS.* Continua, *vid. CONTINVS.* Manca et debilis, *vid. MANCVS.* Probata in iure grata in munere, ornata in prouincia Praetura Muraenae Cic. pro Muraen. 15. Abdicare se Praetura, *vid. ABDICO.* Consequi aliquem in Praetura, *vid. CONSEQVOR.* Egredi Praeturam Tacit. Ann. 3, . . .

**PRAETORQVEO**, ēre. *Intorquere aliquid primore parte.* Praetorquere collum Plaut. Rud. 3, 2, 12.

**PRAETORTVS**, a, um. Columel. 3, 18 pr. Iulius Atticus praetorto capite et recuruato, ne pastinum effugiat, semen demersit.

**PRAETORRIDVS**, a, um. Adi. *Valde torridus, aestuosus.* Calpurn. Sicul. Ecl. 2, 80 Quos etiam praetorrida munerat aestas.

**PRAETRACTATVS**, ūs. m. Tertull. de Fuga in Persec. c. 4.

**PRAETREPIDANS**, antis. Partic. Catul. 47, 7 Iam mens praetrepidans auet vagari, *festinans.* Ignis praetrepidans Paulin. Petroc. 6, 492.

**PRAETREPIDVS**, a, um. Adi. *Valde trepidus.* Lactari pra-

trepidum cor Perf. 2, 54. Suet. Tiber. c. 63 Non modo iniustus ac detestabilis, sed praetrepidus quoque atque etiam obnoxius vixit.

PRAETRUNCŌ, āre. [κατακοπῆ] Trunco, proprie parte primore. Plaut. Capt. 4, 4, 7 Arripuit gladium, praetruncavit tribus tergoribus glandia. Idem Mil. 2, 3, 47 Nonne tibi istam praetruncari linguam largiloquam iubes?

PRAETVMĪDVS, a, um. Adi. Valde tumidus. Furor Claud. in Ruff. 1, 225. Iactantia Iuuen. 1, 583.

PRAETVTIVM, i. n. Oppidum est in Piceno. Plin. 14, 7.

Hinc  
PRAETVTVS, a, um. Adi. Sil. 15, 570 Tum qua vitiferos domitat Praetutia pubes Laeta laboris agros.

PRAETVTIANA regio. Plin. 3, 13. Ager Praetutianus Liu. 22, 9. et 27, 45.

15 PRAEVALĒO, ui, ēre. [επιερικῶ] Plus valere, antecellere, in maiori pretio esse, vel meliorem esse. Plin. . . . Vtraeque in pretio sunt, sed tamen praevalent margaritae. Idem 10, 6 Vulturum praevalent nigri. Oppida praevalent Idem 6, 10. Id. 21, 21 f. 88 Trifolium scio credi praevalere contra serpentium ictus. Stat. Achill.

20 2, 122 Quisquis equo, iaculoque potens, qui praeualet arcu. Conf. Catull. 6, 12. Fata praeualebant consiliis Paterc. 2, 118, 4. Sapientia semper praeualet Phaedr. 1, 13, 14. Sententia Seruii praevaluit Vlpian. in l. Etfi forte §. Etiam D. Si seruit. vindicet. Vlpian. in l. Quaeritur D. de statu hominum, Quaeritur hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto eius Sexus existimandum, qui in eo praeualet. Praeualet, Imperf. Catul. 6, 12 Nam nil praeualet ista, nil, tacere. i. nihil est, cur illa potius taceas, quam dicas. Praeualet, cum Infinitiuo. Paullus in l. Eum, qui §. Si iniuria D. de iniuriis, Si iniuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus; aut si quis putat me Lucium Titium esse, quum sim Caius Seius: praeualet. (quod principale est) iniuriam eum mihi facere velle.

25 PRAEVALĒNS, entis. Partic. Liu. praef. Praeualentis Populi vires. Corpore praeualens Paterc. 2, 108, 2. Flamma praeualente Plin. 7, 52 pr.

30 PRAEVALENTIA, ae. f. Paullus in l. In rem actio D. de rei vindicatione.

PRAEVALESCO, ēre. pro Inualefcere. Columel. 5, 6 Vitem quoque antequam ex toto praeualefcet arbor, conferere conuenit. Paullin. Epist. 49 n. 1.

40 PRAEVALĪDVS, a, um. Adi. Praeualida vrbs, quae et Praepotens dicitur. Liu. 26, 16. it. 40, 47. Iuuenis Idem 27, 43. et 3, 43. Legiones Paterc. 2, 69, 2. Manus Ouid. Epist. 9, 80. Tellus Virg. Georg. 2, 253. Vires Manil. 5, 75. Vites Virg. Georg. 2, 190. Vitia praeualida et adulta Tacit. Ann. 3, 53, 2.

45 Praeualidi prouincialium, pro Praeualidi prouinciales Facit. Ann. 15, 29. Superl. Praeualidissimi ad vinum Salu. de Gub. 6 p. 228.

PRAEVALĪDE. Adu. [πολυκαρτεῖς] Plin. 17, 14 Hoc maxime praecauendum, vt praeualide accipientis trunco in media fissura relinquatur.

50 PRAEVALLO, āre. Hirt. Bell. Alex. c. 19 Caesar imperat pontem aduersus hostem praeuallari.

PRAEVAPŌRO, āre. Praeaporare loca Cacl. Aurel. 1, 3. i. ante vaporare.

PRAEVAPORATVS, a, um. Praeaporatis locis, aspergere Oct. Horat. 1, 2.

55 PRAEVARĪCOR, āri. [καθυφίεμαι, ἐθελουκῆω, ὑποσέλω, προσέλω] Proprie nimis distendere pedes, atque sic a statu vel in cursu recto discedere. Plin. 18, 19 f. 99, 2 Arator, nisi incuruus praearicatur. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caveatur, vbi inventum est. Praearicari, inquit Brasim. in proverb. est a recto sulco diuertere. Vnde et in causis praearicari dicuntur, qui causam diuerjam adiuuant. Nempe qui praearicant inter eundem, illi viis velut duabus incedunt, ponunt vestigia ita a se inuicem remota, vt duo ea iusse videantur. Vlpianus De iis, qui notantur infamia l. Athletas, Qui praearicatur, ex vtraque parte consistit, quin immo ex aduersa. Cic. de Arusp. Resp. 42 c. 20 A Catilina pecuniam accepit, vt turpissime praearicaretur. Et Att. 4, 16 Ominino accusatorum incredibilis infamia, id est L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes praearicatum. Quinctil. 9, 2, 87 Ego neque oratoris puto esse vnquam praearicari, neque litem intelligo, in qua pars vtraque idem velit. Cic. pro Cluent. 58 c. 21 Hoc quanquam sedulo faciebat, tamen interdum non defendere, sed praearicari accusationi videbatur. i. Praearicando subservire. Sic Grut. quid. accusatori.

60 PRAEVARICO, āre. Augustin. Tract. 99 in Ioh. Adam quod audiuit praearicauit. Nempe vt ψυβ, vt παραβαίνεν late patet recentioribus, quoties a recto deflectitur. In vna eademque significatione protulisse antiquos Praearico et Praearicor testatur item Friscianus p. 799.

65 PRAEVARICATVS, a, um. Partic. Isidor. 10 lit. P. Praearicatus est malae fidei aduocatus.

PRAEVARICĀTOR, ōris. m. [καθυφειής, ἐθελουκῆος] Qui vtrique litigantium inservit perfide. Martianus, D. Ad S. C. Turpilianum, l. i Praearicatore esse eum ostendimus, inquit, qui colludit cum reo, et translaticie munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero rei excusationes admitteret. Vlpianus in l. Athletas D. de his, qui notantur infamia, sic definit, Praearicator autem est quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua: allegatque Labeonem, qui hoc nomen a varia certatione tractum fensit. Cic. Diu. Verr. 58 Vtrum te perfidiosum, an praearicatore esse existimari mauis? Conf. Idem Partit. c. 36. Praearicator Catilinae quondam, nunc vltor Cic. in Pison. c. 10. Cacl. ad Cic. Fam. 8, 11 Ne quod furore Paulli adeptus esset boni, sua culpa videretur amisisse, et praearicator causae publicae existimaretur. Cic. Philipp. 2, 25 c. 11 Iam vereor, Patres

70 Conscripti, ne (quod turpissimum est) praearicatore mihi apposuisse videar, i. subornasse accusatorem non id agentem serio. Conf. Plin. Epist. 3, 9, 30. vbi Praearicator est, qui mala fide accusat. Quinctil. 12, 1, 24 Sed proditorem, transfugam, praearicatore donabimus oratoris illo sacro nomine?

75 PRAEVARICATRIX, icis. f. Hieron. Proem. Dial. extr. Ambros. Epist. 33 Praearicatricis conscientiae reus. Generali significatione.

PRAEVARICATIO, ōnis. f. [καθύφεισις] Crimen causam pro-

80 dentis, nec serio agentis. Plin. Epist. 1, 20 Alioqui praearicatio est transire dicenda: praearicatio etiam cursum et breuiter attingere, quae

85

90

95

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145

150

155

160

165

170

quae sint inculcanda, insigenda, repetenda. *In iure*: Cic. in Partit. 124 c. 36 Vt si in reo pecunia absoluto, rursusque reuocato, praeuariationem accusator esse definiat omnem iudicii corruptelam ab reo: defensor autem non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo. *Vid. totus ille locus.* Idem Q. Frat. 2, 16 Quo die haec scripti, Drusus erat de praeuariatione a Trib. aeriarii absolutus. Praeuariationis nomen, significat eum, qui in contrariis causis, quasi varie esse positus videatur Cic. in Partit. 126 c. 36 *quid si vare? i. varts pedibus et nimium diuariatis, ut in utraque causa stare videatur.* Crimina praeuariationum Quinctil. 7, 1, 32. Absoluere de praeuariatione, *vid. ABSOLVO.* Cic. de Diuin. 2, 41 At ego id ipsum, quod vir optimus Diogenes Chaldaeis quasi quadam praeuariatione concedit, nego posse intelligi. Damnare aliquem praeuariationis, *vid. DAMNO.* Dicere causam praeuariationis Cic. Fam. 8, 8. Idem pro Cael. 24 c. 10 At praeuariatione est Ascitius liberatus.

**PRAEVAVVS**, a, um. Adj. *Valde tortus et obliquus.* Apul. Florid. 4 p. 362 Vt qui animaduertit venarum pulsus inconditos vel praeuavos. Cic. apud Isidor. c. 10 Quid tam praeuavum?

**PRAEVATICINOR**, ari. Praeuaticinatus est de industria Sarrisb. Metal. 1, 4.

**PRAEVĒHO**, xi, ctum, ěre. [*προάγω*] *Ante s. Praeter vehere.* Liu. 9, 35 Sed equites Romani praeuecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent. Idem 24, 44. Equo praeuectus Sil. 7, 117. *Translate*: Plin. Epist. 1, 16 Omnia haec mire placent, cum impetu quodam, et flumine praeuehuntur, placent si retractentur. *Vid. Tacit. Hist. 4, 71, 9* Missilia hostium praeuehi, *i. ita prope subire, ut missilium non amplius usus sit.* Itaque ait, Paullum morae in ascensu, dum missilia hostium praeuehuntur. Vt ventum ad manus etc.

**PRAEVELLO**, ěre. Labor. apud Diomed. p. 369 Aliqua parte praeuulserat. Tertull. adu. Gnost. c. 13 extr.

**PRAEVELO**, aere. [*προκαλύπτω*] *A parte anteriore operire.* Claud. de Rapt. Proserp. 2, 325 Flammea sollicitum praeuelatura pudorem.

**PRAEVELOX**, ocis. Adj. *Valde velox.* Plin. 11, 31 Formicae odore sollicitatae prouolant, crebroque lacerant, quamuis praeuelocibus camelis fugientes.

**PRAEVENIO**, vĕni, ventum, ĩre. [*φθάνω, προλαμβάνω*] *Ante venire, occupare.* Liu. 24, 21 Caeterum praeuenerat non fama solum, qua nihil in talibus rebus est celerius, sed nuntius etiam ex regis seruis. Praeuenire desiderium alicuius Liu. 8, 16. Praeuenit germinatione arbor Plin. 16, 26. Idem 11, 52 Oculi quibuscunque sunt longi, maleficos esse indicant. Qui carnosos a naribus angulos habent, malitiae nota praeuenti. Candidi pars extensa notam impudentiae habet. *Correctiora tamen exemplaria habent, Malitiae notam praebent.*

**PRAEVENIENS**, entis. Partic. Ouid. Fast. 5, 548 Candida Luciferi praeueniente dies. *Interposita dictione.* Virg. Ecl. 8, 17 Nascere, praeque diem veniens age Lucifer alnum.

**PRAEVENTVS**, a, um. Partic. Tacit. Hist. 1, 5 Praeuentamque gratiam intelligit. Ouid. Trist. 5, 4, 32 Quod non praeuentum morte fuisse dolet. Rumore praeuento Claud. Conf. Honor. 4 v. 10. Praeuentis pauca dicenda sunt, *i. Nobis, qui praeuenti sumus* Patercul. 2, 59, 1.

**PRAEVENTVS**, ūs. m. Mortis praeuentu Tertull. adu. Marc. 5, 12.

**PRAEVENTOR**, oris. m. Ammian. 18, 9 Praeuentores et superuentores. *Ordines scil. militares.*

**PRAEVERBIA**, orum. n. *Sunt quas vulgo Praepositiones vocamus.* Varro de L. L. 5, 8 p. 61, 7 Spectare, dictum ab antiquo specio, etc. Consuetudo autem communis, quae cum praeverbiis coniuncta sunt, etiam nunc seruant: ut aspicio, conspicio, respicio, suspicio, despicio. *Sic alibi frequenter. Conf. Charis. p. 175.*

**PRAEVERNO**, aere. *Dicitur impersonaliter, ut pluit, etc.* Plin. 18, 26 s. 65, 2 Siue ante, quando praeuernat, (*i. ver praematurum est*) siue post, quando hiemat, innumera rusticorum cura distringit.

**PRAEVERRO**, ěre. *Ante verrere.* Qua ventura Dea est, iuuenes timidaeque puellae Praeuerunt latas veste iacente vias Ouid. Amor. 3, 13, 24.

**PRAEVERTO**, ti, sum, ěre. Actiu. et **PRAEVERTOR**, ěris, verti. Depon. *Praeterire, praecedere, anteuertere.* Flammea praeuertet celeris vestigia ceruae Catull. 65, 337 de Achille. Virg. Aen. 1, 321 Volucrumque fuga praeuertitur Hebrum. Pro Praevertit, id est Transit, *ut ait Seruius.* Tacit. Ann. 4, 32 Aut si quando ad interna praeuertent. Praeverti foras Plaut. Amph. 4, 3, 24. Cic. pro Sulla 46 Nemo vnquam me tenuissima suspitione perstrinxit, quem non praeuertent. Praevertent vxorem prae Repub. Plaut. Amph. 1, 3, 30. *i. Praeferre Reipublicae.* Add. Id. Capt. 2, 3, 99. Cursu pedum praeuertent ventos Virg. Aen. 7, 806. Ipse pedes praeuertit volentem equum Sil. 8, 559. Fata praeuertunt me Ouid. Met. 2, 657. Lassitudinem praeuertent pigritiae, *i. praetexere* Plaut. Mercat. 1, 2, 3. Praevertent alicui poculum Plaut. Mil. 3, 1, 58. *i. ante ipsum bibere.* Praevertent animos amore, *Praeoccupare* Virg. Aen. 1, 725. Praevertent metum supplicii fuga Liu. 24, 5. Lucretium metus praeuertit Ouid. ad Liu. 397. Herilis Metus praeuertit Plaut. Amph. 5, 1, 17. *i. plus metuo herae meae, quam mihi, plus illius causa sollicita sum, quam mea.* Nefas praeuertent morte Senec. Hip. 85 pol. 254. Plaut. Merc. 2, 3, 40 Ergo edepol, si sapias eas, ac decumbas domi. C. otium non est: mandatis rebus praeuerti volo.

*i. Transigere volo prius, quae mihi mandata sunt, quam ut meum procurerem corpus. Familiare est Plauto verbum. Significat autem Praevertent, Aliquid caeteris rebus antepone, vel magis alicui rei operam dare.* Ciff. 5, 8 Praeuerit hoc certum est rebus aliis omnibus. *Hadrianus Cardinalis, Praevertent et praeuerit, non id significat, quod praecedere, sed id, quod praepone, praeuenire, sed non suo, immo potius praepostero ac peruerso ordine: id est, ut quod erat in animo, ut postea fieret, fiat antea: et contra, quod ante erat faciendum, postea fiat. Sed id quoque praecipue notandum est, Datium post se plerumque trahere, ac Deponens idem verbum etiam fieri.* Liu. 2, 24 Nec posse, quum hostes prope ad portas essent, bello praeuertisse quidquam. *Ibid.* Aegre impetratum a Tribunis, ut bellum praeuerit sinerent. Idem 9, 17. *Vid. Gronou.* Plaut. Amph. 3, 2, 39 Si quid dictum est per iocum, Non aequum est id te serio praeuertier. Serio Datium est; serio sermone praepone iocum, et plus illi tribuere. Sed quoniam pietatem amori tuo video praeuertent, *i. Praeualere* Plaut. Pseud. 1, 3, 59. Illuc praeuertamur Hor. Sermon. 1, 3, 38. *b. e. potius nos conuertamus. Sic Praeuerit ad ea* Plin. Ep. 5, 15, 7105



*potius me conuerto.* Nunc tempus est ad epistolas Pudentillae praeuertit Apul. Apol. p. 357 *Colu.* Nunc praeuertemur ad nostrum orbem Plin. 28, 8 *extr. ut legit Gron. vulgo, etiam Hard. reuertemur.* Columel. 3, 7, 3 Non intempestiuum est, nos ad ea praeuerti, quae videntur hunc publicum errorem corrigere posse. *Praepondere:* Anacharxis regno Scythiae philosophiam praeuertit Tertull. de Pallio c. 5 *pr.* Gell. 4, 3 Iusiurandi religionem animo atque amori praeuertisse, quod iurare a Censuribus coactus esset, uxorem se liberorum quaerendorum gratia habiturum. Cic. de Diuin. 1, 10 c. 6 De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam; ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni praeuertendum putes.

PRAEVERTVS, a, um. Partic. Praeuersum fulgur. *Vid. PROVERTVSM.*

PRAEVĒTO, vetui, vetitum, āre. *Ante vetare.* Sil. 13, 155 Praeuetitum capitis poena committere Martem, Sponte viria. *Vetitum ante fuerat, ne quis iniussu ducis pugnaret sub poena capitis.*

PRAEVEXATVS, a, um. Partic. Praeuexatae vires Cael. Aurel. Acut. 2, 32. Passione praeuexatus Idem Tard. 1, 1.

PRAEVĪDEO, vidi, visum, ēre. [*προορίζω*] *Ante videre.* Ter. Andr. 1, 2, 9 Herus est, neque praeuideram. *al. prouideram.* Cic. de Diuin. 1, 63 c. 30 Tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura praeuidet. Ictum venientem praeuidit Virg. Aen. 5, 445. Hor. Epist. 1, 7, 68 Ille excusare — quod non Praeuidisset eum. *Al. Prouid.* Cic. de Diuin. 1, 77 Ita futura eloquentia praeuisa in infante est. *al. Prouisa.* Cunctaque mens oculis praeuidet illa suis Ouid. ex Ponto 1, 8, 34. *al. Peruidet.* Vidit autem vir omnium callidissimus, magno se fore in periculo, nisi quid praeuidisset Nep. 23, 9, 2. *al. Prouidisset.*

¶ 2 Pro praeteruidere, *παρὰ βλέπειν, i. negligentia quadam non obseruare, quod tamen oculos incurrit, posuisse Rutgersio, Heinsio, Bentleio, Cuningamo videtur* Hor. Sat. 1, 3, 25 Cum tua praeuideas oculis male lippus inunctis; Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? *al. Peruideas.* Meruill. Praeterea ex coniectura.

PRAEVĪSVS, a, um. Partic. [*προοριζέεις*] Cultros praeuisos timet hostia Ouid. Fast. 1, 327. Hor. Art. Poët. 311 Verbaque praeuisam rem non inuita sequentur. *Al. prouisam, quod etiam probat Bentl. Adeo vix quidquam plane certi in hoc verbo est ob illam viciniam cum Prouideo.*

PRAEVINCIO, vinxi, vinctum, īre. *Strangulare.* Gell. 15, 10 Decruisse Milesios, vt virgines, quae corporibus suspensis demortuae forent, vt eae omnes nudaee cum eodem laqueo, qui essent praeuinctae, efferrentur.

PRAEVIRIDIS, e. Adi. Frontin. de Aquaeduct. 1 p. 223 *Keuch.* Stagnino colore praeuiridi.

PRAEVIRIDANS, antis. Laber. apud Macrob. Saturn. 2, 7 Cum vigebam membris praeuiridantibus.

PRAEVITIO, āre. [*προκαταίχνομαι*] *Ante vitare.* Ouid. Met. 14, 55 Hunc dea praeuitiat, portentificisque venenis Inquinat. *b. e. Circe gurgitem venenis inficit ante quam Scylla in eum lotura descendat.*

PRAEVIVS, a, um. Adi. [*πρόδος*] *Quod antecedit.* Cic. apud Non. 1, 330 Alcion genuit claris delapsus ab astris, Praeuius Aurorae, Solis, Noctisque satelles. *ex Poëta.* Ouid. Met. 11, 65 Nunc praecedentem sequitur, nunc praeuius anteit. *Agmina Stat. Silu. 2, 1, 175.* Turba Ouid. de Arte Am. 1, 542.

PRAEVIQ, unde Partic. Homo viam non potest adoriri, nisi dominum habeat praeuiantem Ambros. in Luc. 3, 21.

PRAEVL CERATVS, a, um. Loca praeulcerata Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 18.

PRAEVM BRO, āre. [*προσκιάζω*] *Tegere, caligine offundere, et inuoluere* Tacit. Ann. 14, 47, 1 Fama, in quantum praecumbrare imperatoris fastigio datur, clarus. *Hic praecumbrare dicitur imperatoris fastigium: quia primatium magnitudine superius, splendorem eius obfuscat: quemadmodum praecelsae arbores fulgore in se recepto, alias obscurant inferiores.*

PRAEVNGO, ēre. Octau. Horat.

PRAEVNCTVS adipe anserino Cael. Aurel. 4, 3.

PRAEVOLO, āre. [*προπέτομαι*] *Ante volare.* Plaut. Mil. 1, 1, 41 Curamque adhibere, vt praeuolet mihi quo tu velis. *Acidalius coniecit praeuelim, quod tu velis.* Cic. de Nat. Deor. 2, 125 c. 49 Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, ea tanquam a puppi ventis adiuuatur, caeque in tergo praeuolantium colla et capita reponunt.

PRAEVOLO, velle. *i. malle.* *Vid. modo PRAEVOLO, āre.*

PRAEVRQ, ulli, ustum, ēre. [*προκατακαίω*] *Ante vel primoribus partibus vrere.* Plin. 3, 20 Caeteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Graeci nominis credunt, praeustis intra sinus Alpium niue membris. *b. e. quorum primores partes erant ustae.*

PRAEVSTVS, a, um. Partic. [*προκυσθείς*] Liu. 1, 32 Vt Fetalis hastam ferratam, aut sanguineam praeustam ad fines eorum ferret. *b. e. Cuius extremitas erat ustulata.* Virg. Aen. 7, 524 Stipitibus duris agitur sudibusque praeustis.

PRAEVT, *vid. Prae vt, in PRAE.*

PRAEMA, ātis. n. [*πράγμα*] *Latine dicitur Actio, siue negotium.* Plaut. Caf. 3, 6, 9 *Πράγματα μοι παρέχες, faceffis mihi negotium, molestus es.*

PRAEMĀTĪCVS, a, um. Adi. [*πραγματικός*] *Negotialis.* Pragmatici erant homines quidam forensis professionis, qui causarum actores, interdum iuris ignaros monebant, iuris responsa, formulasque actionum subministrantes, quasi admonitores postici, dicendorumque suggestores, quum ad iuris disceptationem ventum erat. *De Graecis oratoribus* Cic. de Orat. 1, 253 c. 59 Iuris utilitas ad quamque causam quamvis repente vel a peritis, vel de libris, depromi potest. Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos, cum ipsi sint imperitissimi (*sic leg. cum Lambino, pro peritissimi*) et qui, vt abs te paullo ante dictum est, pragmatici vocantur. *Respicit ad 1, 198 c. 45* Itaque non vt apud Graecos infimi homines mercedula adducti ministros se praebent in iudiciis oratoribus, ii, qui apud illos *πραγματικοὶ* vocantur: sic in nostra ciuitate, etc. *Postea tamen id factum docet* Iuven. Sat. 7, 123 Si contigit aureus vnus: Inde cadunt partes in foedera pragmaticorum. *Quintil. 3, 6, 58* Graeci *πραγματικοὶ* vocant iuris interpretes. *Et 12, 3, 4* Neque ego sum nostri moris ignarus, oblitusque eorum, qui velut ad arculas sedent, et tela agentibus subministrant: neque idem Graecos quoque nescio factitalis, vnde nomen his pragmaticorum datum est. *Ad arculas respicit in curru militari positas, quibus qui assident, iis inelamās heros* Aen. 10, 333 Suggere tela mihi.

mihi. Pragmatici igitur in ipso velut conspectu adsunt monitores. Caeterum Adiectivum est. Pragmaticus locus Quinctil. 2, 21, 3 quem ipse interpretatur negotialem. Martial. 12, 73 Frumentum, milium, ptisanamque, fabanisque solebas Vendere pragmaticus, nunc emis agricola. Quaestio Quinctil. Decl. 299. Pragmatica sanctio, quae esset, potest intelligi e l. ult. C. de divers. refer. princip. Pragmaticas functiones non ad singulorum preces super priuatis negotiis proferri; sed si quando corpus, aut schola, vel officium, vel provincia, vel quaedam vniuersitas hominum, ob causam publicam fuderit preces, manare decernimus, vt in his etiam veritatis quaestio referuetur. Pragmatici homines, h. e. Rebus gerendis exercitati. Cic. Att. 2, 20 Pompeius amat nos, carosque habet. Credis? inquires. Credo: prorsus mihi persuadet. Sed quia, vt video, pragmatici homines omnibus historicis praeceptis, versibus denique cauere iubent; et vetant credere: alterum facio, vt caueam: alterum, vt non credam, facere non possum.

PRAGMATICVM, i. n. [*πραγματικόν*] Cic. Att. 14, 3 Tu si quid pragmaticon habes scribe. h. e. Quod in Repub. gestum sit.

PRAGMATICARIVS, i. m. Pragmaticarii l. ult. C. de divers. rescript. princ. videntur, quorum opera uterentur Imperatores ad pragmaticas functiones condendas.

PRAMNION, i. n. Gemma, morion dicta. Plin. 37, 10.

PRAMNIVM Vinum, [*πράμνιος οἶνος*] Generosi vini genus, quod in Smyrnaeorum agro nascebatur iuxta delubrum matris deum, etiam Homeri carmine celebratum. Auctor Plin. 14, 4.

PRANDIVM, i. n. [*ἀριστον*] Cibus, qui ante meridiem sumitur. Hinc a *πρὸ* et *ἔσθιον*, ut vult Plutarch. in Problem. Vel dicitur quasi Parandium, quia debemus accipere quod paratum est Isidor. 20, 2. vel Quia pransi iterum ad opus sunt parati: vid. Iul. C. Scal. Poët. 1, 5. Militare prandium, quod dictum est prandium ab eo, quod ad bellum milites parat, a cinctis initum Trebell. in Gall. c. 2. Cic. Att. 5, 1 Quod ante cesserat Statius, vt prandium nobis videret. Suet. in Vitell. c. 13 Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam disperiebat, in ientacula, et prandia, et coenas, comessationesque. Apparatus prandiorum Cic. Philipp. 2, 201. Abstemium prandium, In quo nihil vini potatur Gell. 13, 29. Caninum, vid. CANIS. Passerinum prandium e Pomponio apud Non. 2, 335 Turneb. Aduers. 29, 23 interpretatur in minutas adeo particulas concisum, quasi cibum passeribus velis obicere. Verba sunt: Et te obiectes frustatim passerinum prandium. Plebeia Perf. 5, 18. Accurare prandium, vid. AC-CVRO. Adducere ad prandium, vid. ADDVCO. Commemorare prandia et coenas alicuius Cic. Verr. 1, 49. Conficere, vid. CONFICIO. Curare, vid. CVRO. Finire prandia nigris moris Hor. Serm. 2, 4, 22. Opsonare, vid. OPSONO. Ornare, vid. ORNO. Prandere calidum prandium, vid. CALIDVS. Magno honori prandia Orestis fuerunt Cic. Off. 2, 58. Vocare vulgo ad prandium aliquos Idem pro Muraen. 72 c. 34. Prandium, non fuisse praecipuum cibum antiquis, ex sequentibus apparet. Cels. 1 praef. extr. Famem facilius fert adolescens quam puer, et vno cibo quam prandio quoque assuetus. Eodem pertinet id, quod dicit 1, 3 de hieme loquens, Si prandet aliquis, vtilius est exiguum aliquid, et ipsum ficum sine carne, sine potionem sumere. Martial. 13, 30 cuius lemma, Caseus Lunensis, Caseus Etruscae signatus imagine Lunae Praestabit pueris prandia mille tuis. De prandiis eorumque hora, vid. Marci. ad Hor. Epist. 1, 2, 30.

PRANDICVLVM, i. n. [*ἀρσιδιον*] Festus, Prandicula antiqui dicebant, quae nunc ientacula.

PRANDEO, prandi, et pransus sum, ēre. [*ἀρσιόω*] Prandium sumere. Prandeo, poto, cano etc. Martial. 4, 90. Plaut. Rud. 4, 2, 33 Sed hic rex cum aceto pransurus est atque sale. Cic. Att. 5, 1 Sed prandimus in Arcano. Prandi in naue, inde huc egressus sum Plaut. Men. 2, 3, 50. Luscinius soliti impenso prandere coemtas Hor. Serm. 2, 3, 245. Oulus prandere Idem Epist. 1, 17, 13. Tesseram vesperi per castra dedit, vt ante lucem viri equique curati et pransi essent Liu. 28, 14. Conf. Gell. 2, 25 et Borrich. Cogit. p. 279. Quinctil. 6, 3, 63 Eques Rom. ad quem in spectaculis bibentem cum misisset Augustus, qui ei diceret, Ego si prandere volo domum eo: Tu enim, inquit, non times, ne locum perdas.

PRANDENS, in fictilibus Plin. 1, .

PRANSVS, a, um. Partic. [*ἄρσιτος*] Hor. Serm. 1, 6, 127 Pransus non auide. Ducis pransi, poti, oscitantis inscitia Cic. pro Milon. 57 c. 21. Conf. Plaut. Men. 3, 2, 11. Pransi, inquit Nonius 659 non solum qui pranderent, dicuntur, sed etiam quibus nihil desit. Varro, Quare o Marce, pransum, ac paratum esset, hoc minime oportet.

PRANSITO, āre. Frequent. [*ἀρσιτωμαι*] Plaut. Asin. 1, 1, 18 Vbi sient nequam homines, qui polentam pransitant. Eruditi fere omnes contra fidem exemplarium, Pansitant esse scribendum contendunt: quum praesertim sequatur, Vbi sit polenta te fortasse dicere. Turnebus contra, Pransitant, retinet: hac ratione, quod putet, molitores seruos non pane, sed polenta nutritos fuisse in pistrino: vel potius miseros illos pistores, inter agendas molas, quum famelici essent, furtim solitos esse de polenta, id est de hordei farina esitare. Quae causa frequentationis Plauti fuit, vt Pransitare potius, quam Prandere diceret: etsi desiderandi potius videri possit, vt sit Pransitare, Prandere cupere. Haec ille, et pluribus, vt videre poteris. Gron. conic. Ni pol. pransitant. Vitruu. 8, 3 Accumbentes viatores pransitare solent. Conf. Macrob. Saturn. 3, 15.

PRANSITANS, antis. Part. Lamprid. Heliog. c. 27 Pransitans et coenitans.

PRANSOR, ōris. m. [*ἀρσιτηρ*] Qui prandet, aut qui inuitatus est ad prandium. Plaut. Menaech. 2, 2, 2 Bonum anteponam prandium pransoribus, i. apponam. Macrob. Saturn. 3, 6 Cum iam manus pransores lauarent.

PRANSORIVS, a, um. Adi. [*ἀρσιτηρικός*] Vnde Pransorium candelabrum, apud Quinctil. 6, 3, 99. ioco ficta appellatio. Nempe aliquis, mirantibus quod humile candelabrum emisset, Pransorium erit, inquit Scilicet humile candelabrum non potest illustrare mensam, prandentibus luce opus non est. Similis ergo iocus ei, si quis rimosum et inhabile nauigium excusaturus diceret, terrestre est.

PRAPEDION, et PRAPEDILON, i. n. Flammula Veneris dicta alias herba Apul. de Herb. c. 7.

PRASINVS, a, um. Adi. [*πράσινος*] Viridis ad similitudinem porri. Nam *πράσον*, Latine porrum dicitur. Hinc Vestes e viridi lana, Prasinae dicuntur. Martial. 10, 29 De nostra prasina est synthelis

emta toga. Plaut. Prasina, coccina, tyria, focale, focos, monilia amittit. Prasina viriditas Cassiodor. Epist. 12, 12. Prasina fascia inuolueret Petron. c. 64. Prasina agitatorum factio, qui et ipsi Prasini Suet. Calig. c. 55. et Neron. c. 22. vid. hic Torrent.

5 PRASINVS, i. m. Gemma. Tertull. Cypr. de Iudic. c. 8 Inde nitet prasinus, illinc carbunculus ardet.

PRASIANVS, a, um. Adj. [πρασιανός] Qui prasinae factioni fauet. Erant enim qui in circense certamen descendebant, per factiones diuisi, quas suo quamque nomine vocabant. Antonius Imperator in

10 vita sua, παρά τῷ τροφῆως, τὸ μῆτε πρασιανός, μῆτε εὐνετιανός, μῆτε παλιμαλάριος, ἢ σκυτάριος γενέσθαι. Classicus de his factionibus locus est Cassiod. Var. 3, 51. Vid. FACTIO. Plinius Ep. 9, 6 Nunc fauent panno, pannum amant, et in ipso cursu, medioque certamine, hic color illuc, ille huc transfertur. Vid. Petron. c. 70. PRASINIANOS vocat Iul. Capitol. in

15 Vero c. 6.

PRASINATVS, a, um. Adj. Prasina indutus. Petron. c. 28 In aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino succinctus cingulo.

PRASIVM, i. n. Herbae nomen. Marrubii speciem Dioscorides statuit 3, 119. vid. Plin. 20, 17 et 22. Apul. de Herb. c. 45.

20 PRASIVS, i. m. [πράσιος] Gemma quaedam e viridantium genere Plin. 37, 8.

PRASOIDES, is. m. [πρασοιδής] Gemma est ex genere Topaziorum, a porri colore nomen habens. Nam πρασοιδής Graecis idem est quod purracus. vid. Plin. 37, 8.

25 PRASON, i. n. Aliis nominibus Phycos, Zostera frutex est marinus, foliis latis, colore viridi, de quo Plin. 14 c. vlt. et 13, 25.

PRATVM, i. n. [λειμών] Locus herbosus, qui herbae et graminis causa submittitur. Vlpian. l. 31 D. De verbor. signific. In quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est: ex eo quod paratum sit ad fructum capiendum. Columel. 2, 17 Et ideo necessarius

30 ei cultus est agri, cui veteres Romani primas in agriculturae tribuerunt partes: nomen quoque indiderunt ab eo, quod primum esset paratum, nec magnum laborem desideraret. Prata ficta ab eo, quod sine opere parata Varr. de L. L. 4, 4. et R. R. 1, 7, 10.

35 Viriditas pratorum Cic. de Senect. 57. Floridior prato Ouid. Met. 13, 790. Instar triginta iugera prati Catul. 112, 1. Arida, vid.

ARIDVS. Asia Virg. Georg. 1, 384. Crocea Claud. Conf. Prob. et Olyb. 273. Florida et gemmea Plin. 5, 6. Irrigua et sicca Cato R. R. 8, 1. Mollia Virg. Georg. 2, 384. Idem Ecl. 10, 42. No-

40 vella Ouid. de Arte Am. 2, 698. Vetera vt excolantur, nouella formantur Pallad. Sept. 10. Viride pratium Ouid. Met. 1, 297. 2

Verborum formulae: Albicant pruinis nec prata canis Hor. Carm. 1, 4, 4. Caedere vel secare prata Plin. 8, 28. et Varr. de R. R. 1, Carpere prata fuga, vid. CARPO. Colere Colum. 2, 18. Conuestiuntur

45 herbis prata, vid. CONVESTIO. Cratire pratium Plin. 18, 18. Facere prata ex segetibus contra leges Varr. R. R. 2 pr. 4. Formare Pallad. Sept. 10. Non prata viridi facie laeta germinant Senec. Herc. fur. 9. Irrigare iugera prati Cic. Q. Frat. 3, 1, 2. Lu-

50 dere aperto prato Senec. Herc. fur. 2. Obducta situ vetustatis prata, vid. OBDVCO. Pascit ovis pratium Ouid. Fast. 1, 204. Renouare vel restituere pratium Columel. 2, 18. et Plin. 18, 28. Rigent

prata Hor. Carm. 4, 12, 3. Rubeant ante nouis quam prata coloribus Virg. Georg. 4, 306. Sicilire pratium Varr. de R. R. 1, 49. Stercorare Cato 50. Suberat area gramineo viridissima prato Ouid.

55 Amor. 3, 5, 5. Subsecare prata tenerrima Idem de Arte Am. 1, 299. Ouid. Fast. 4, 695. Haec modo Verrebat cum raro pestine pratium. Aldinum exemplar legit, quod sequitur etiam Burm. Haec modo verrebant stantem tibicine villam.

PRATVLVM, i. n. Dimin. [λειμώνιον] apud Plin. Epist. 5, 6. Cic. Att. 12, 6 Pro isto asse sole, quo tu abusus es in nostro pratulo.

PRATENSIS, e. Adj. [λειμώνιος] Quod est ex prato. Columel. 6, 3 Pratenfe foenum. Plin. 21, 8 Flores. Fungi Hor. Serm. 2, 4, 20.

65 PRAVVS, a, um. Adj. [Prauæ, σκολιαί Gloss. Vet.] Quod non est rectum. Cic. Acad. 1, 19 Quid rectum in oratione, prauumque. Add. ib. 4 c. 11 pr. Artus in prauum elapsi, vid. ARTVS. Frangas citius quam corrigas, quae in prauum induruerunt Quintil. 1, 3. Recta praua faciunt Ter. Phorm. 5, 2, 6. Talis prauis male fultus Hor. Serm. 1, 3, 48. Prauo naso viuere Idem in Arte Poët. 36. Regula praua Lucret. 4, 516. Ad animum refertur; [σκυδός, φαῦλος

70 Gloss. Lat. Gr.] Ter. Adel. 5, 8, 22 Etsi hoc mihi prauum, ineptum, absurdum atque alienum a vita mea videatur. Cic. Tusc. 4, 29 Non omne vitium partes habet dissentientes: vt eorum, qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa dum est insipiens, sed non distorta, nec praua. A vitiis in praua, a prauis in praecipitia peruenitur Vell. 2, 10, 1. Malus prauisque Plin. Epist. 3, 9. Cic. pro Rosc. Com. 30 Nihil ab hoc prauum et peruersum produci posse arbitrabantur. Ambitio Hor. Serm. 1, 6, 51. Ingenia Quintil. 1, 6, 32. Praui Iudices Quintil. 4, 1, 18. Iudicia Id.

80 10, 1, 19. Stultitia Hor. Serm. 2, 3, 220. Prauus, dicitur Senecae non Improbus, nec malus: sed Praefractus de Ira 1, 6 Cn. Piso vir fuit memoria nostra integer: sed prauus, et cui placebat pro constantia rigor. Sed malus eidem H. 1, 47 extr. Audax callidus, promptus, et, prout animum intendisset, prauus aut industrius eadem vi

85 Tac. H. 1, 47 extr. Prauus maius est quam Deprauatus. Cic. de Fin. 2, 33 Bestiarum vero nullum iudicium puto; quamuis enim deprauatae non sint, prauae tamen esse possunt. Deprauatus enim est tantum animi, quo bestiae carent: prauus autem et corporis et animi. Tenax prauus Virg. Aen. 4, 188. Praua iuventium ardor civium Hor. Carm. 3, 3, 2. Obnoxius prauis Hor. Serm. 2, 7, 8. Compar. Quo prauius nihil esse possit Cic. Tusc. 3 c. 33. Superl. Prauissima consuetudinis regula Cic. de Cl. Orat. c. 74. Homo prauissimus Vell. 2, 80, 3. Tacit. Ann. 15, 19 Praeualuerat ea tempestate prauissimus mos.

95 PRAVE. Adv. [πονηρῶς, σφραβλῶς] cui Recte opponitur. Cic. de Fin. 2, 25 Quia quod bene, id recte, frugaliter, honeste: ille porro male, prave, nequiter, turpiter coenabat. Praue pudens Hor. A. P. v. 88. Praue colere religiones Liu. 1, 32. Praue facta, Peccata, Cic. Acad. 1, 26 c. 10 Recte facta sola in bonis actionibus ponens: prave, id est peccata, in malis. Superl. Prauissime adhuc tutus fuit Sallust. Fragm. 1 c. 3. Prauissime religiones suscipere Laelant. 2 pr.

PRAVITAS, atis. f. [πονηρία, φαυλότης] Vitium proprium eorum, quae recte esse debent: vt Pravitas curuaturae Pall. Mart. 11, 2. Columel. 4, 20 Pravitas statuuminum. Cic. Tusc. 4, 29 c. 15. Vitium.

6 R



- ciatum precarer, etc. Et 33 c. 14 An quod tibi proficiscenti euenit, ut omnes execerarentur, male precarentur, vnam tibi illam viam et perpetuam esse vellent? Pergin' precari pessimo Plaut. Afin. 2, 4, 71 pro pessimum, *fr vera est lectio.* Preco, *actiua forma,* apud Priscian. p. 799. Tentare iterum precando Virg. Aen. 4, 413.
- 5 **PRECANS**, antis. Partic. [*δέομενος*] Tange manu mensam, quo tangunt more precantes Ouid. Amor. 1, 4, 27. Mitis precanti Stat. Theb. 1, 189. Dextra precans Virg. Aen. 12, 930. Oliuae precantis ramus Stat. Theb. 2, 478. Verba precantia Ouid. Met. 7, 590.
- 10 **PRECANDVS**, a, um. *Aliud* Partic. [*δέυτος*] Modestiam precandam, ut contentus esset Tacit. Ann. 4, 7.
- PRECATVRVS**, a, um. *similiter* Partic. [*δέουόμενος*] Ouid. ad Liuiam 193 Larga precaturi fumite vina manu. *Add.* Ouid. Fast. 15 2, 636.
- PRECATVS**, a, um. Partic. Precati Deos viam ingredimur Petron. c. 117. Supplex per vota precatus Virg. Aen. 3, 624. *Pas-sive legitur apud* Iuenc. 3, 85 Suspiciensque dehinc caelum, genitorē precato.
- 20 **PRECATIO**, ōnis. f. [*δέσις, εὐχή*] Cum bonis omnibus votisque ac precationibus Liu. praef. Cic. pro Muraen. 1 Quod si illa sollempnis comitorum precatio Consularibus auspiciis consecrata, etc. Idem de Nat. Deor. 2, 67 c. 27 Itaque in ea dea, quod est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio externa est. Vt 25 noua precatione Quinctil. 4. Prooem. Precatione rem transfigere Liu. 9, 5. *i. petitione.* Idem 30, 5. Faustis precationibus Tacit. Ann. 4, 9, 1. *De precatione maxima vid. Lex. Pitisc.*
- PRECATVS**, ūs. m. Sidon. Epist. 4, 2 Precatu Deum placare. Idem Epist. 8, 15. et 9, 3. Ammian. 24, 22 (6) Cum concordi precatu prohibere tentarent. Stat. Theb. 11, 103 Blanda precatu Antigone. *Conf.* Idem Silu. 5, 2, 81. Sedul. in Luc. c. 14.
- 30 **PRECATIVNCVLA**, ae. f. Gloss. Gr. Lat. *δέουσιδιον*, Precatiuncula, petitiuncula.
- PRECATOR**, ōris. m. [*δέυτης, ιερέης*] Qui pro altero intercedit, vel postulat. Ter. Heaut. 5, 2, 22 Nemo accusat Syre te, nec tu aram tibi, neque precatorem pararis. Idem Phorm. 1, 2, 90 Ad precatorem adeam credo, qui mihi sic oret, Nunc omitte quaeso hunc; caeterum posthac si quidquam, nihil precor. *Vid. Scalig. ad Tibull. 4 extr.*
- 40 **PRECATRIX**, icis. f. Asconius in Verr. 1, 14 De nominibus Sabinarum plures tribus factae, quibus precatricibus bellum parentum maritorumque finitum. *Al.* Deprecatricibus.
- PRECIS**, i, em, e. [*δέμα, ιερότα*] *Pluraliter* PRECES, um, ūbus. *ab antiquo* Prex. Quinctil. 3, 10 Hac illi opus est occasione, ne cum talium precum pudeat. Nullus locus precī Ter. Andr. 3, 4, 22 Nihil est precī loci relictum: iam perturbavi omnia Idem Phorm. 3, 3, 14. Tempus aptum precibus Ouid. ex Pont. 2, 2, 69. Cic. pro Planc. 97 Eorum Preces et vota de meo reditu exaudiens, Dyr-rhachium, quod erat in fide mea petere contendi. Idem Verr. 4, 94.
- 50 In precibus et gratulationibus non solum id venerari, verum etiam id osculari solent. *de simulacro Herculis.* Blandae iuuenum preces Hor. Carm. 4, 1, 8. Docta prece blandus chorus Caelestes implorat aquas Hor. Epist. 2, 1, 135. Exiguae preces Ouid. de Arte Am. 1, 440. Graues Propert. 1, 6, 6. Humiles Claud. de Rapt. Proserp. 3, 295.
- 55 **INFRACTVOSVS**. Irritae, *vid.* IRRITVS. Cic. ad Brut. 13 Noli exspectare longas preces, intuere me ipsum, qui, etc. Omnibus precibus aliquid petere, *vid.* OMNIS. Pudicā Ouid. Epist. 1, 25. Quomodo in Quotidiana prece vnquam diximus, dimitte nobis debita nostra Hieron. Epist. lib. 1 Ep. 39. Sacrificae 60 Senec. Med. 2. Spretae Ouid. Met. 1, 701. Thyesteae Hor. Epod. 5, 86. *i. imprecationes.* *Add.* Cic. in Pison. 43 c. 19. Accipere preces, *vid.* ACCIPIO. Accipere superbis alicuius preces Tacit. Ann. 2, 37. Addere precibus lacrimas Ouid. Epist. 4, 175. Addere minas precibus Ouid. Met. 2, 397. Adduci precibus, *vid.* ADDVCO.
- 65 **ADIRE** templa castis precibus Senec. Hippol. 2. Adhibere preces, *vid.* ADHIBEO. Admittere preces, *vid.* ADMITTO. Admouere, *vid.* ADMOVEO. Prece numen Adora Virg. Aen. 3, 437. Quinctil. 4, 1 Cuius animus spe, metu, admonitione, precibus, vanitate denique, si id profuturum credimus, Agitandus est. *de iudice.* Ambire aliquem sollicita prece Hor. Carm. 1, 35, 5. Annuere precibus Ouid. Met. 8, 352. Assentire iustis precibus Idem ib. 3, 406. Audire preces Cic. in Pison. 43. Auerlari preces, *vid.* AVERSOR. Blandiri alicui precibus Ouid. de Arte Am. 2, 527. *Al.* Postibus. Carent sine vanae preces Idem ex Pont. 3, 7, 2. Cedere precibus alicuius, *vid.* CEDO. Cogere aliquem prece Hor. Epist. 1, 9, 2. Ouid. Met. 10, 481 Atque inter mortisque metus, et taedia vitae, Est tales Complexa preces: O si qua fauetis, etc. *i. Tales preces concepit, sic orauit.* Concipit illa preces, et verba precantia dicit Ouid. Met. 14, 365. Concipere preces per noua vota 80 Ouid. Amor. 3, 7, 44. Concipere caducas preces Idem Fast. 1, 182. Consumtis precibus violentam transit in iram Ouid. Met. 8, 106. Decurrere ad miseras preces Hor. Carm. 3, 29, 59. Deduci oportere ostendimus nec prece, nec pretio, nec gratia, nec similitate a via recta Auctor ad Heren. 3, 4 c. 3. Demittere se in preces humiles 85 Claud. de Rapt. Proserp. 3, 295. Descendere ad preces Senec. Hippol. f. 5. Descendere in preces Virg. Aen. 5, 782. Despuere preces alicuius, *Contemnere* Catul. 48, 18. Detestari aliquem hostili prece Ouid. Met. 15, 505. Valer. Argon. 2, 336 — Date vina precesque. Dare preces alicui Quinctil. 6, 1, 27. *i. illum precantem* 90 *introducere, s. ex persona alicuius precari.* Dare manus precibus Ouid. Fast. 3, 688. *i. exaudire.* Erubescere preces, dicitur quem pudet precari Claud. de Rapt. Proserp. 1, 67. Excipere preces blandas molliter Ouid. de Arte Am. 1, 710. Exposcere pacem precibus Virg. Aen. 1, 261. Extendere preces, *vid.* EXTENDO. Fatigare 95 aliquem prece Hor. Carm. 1, 2, 26. Liu. 1, 11. Ferre preces alicui, *Precari aliquem* Virg. Aen. 8, 60. Flectere supplici prece Senec. Herc. furent. 7. Flecti precibus Virg. Aen. 2, 689. Frangi precibus Ouid. Epist. 1, 85. Fundere preces Virg. Aen. 5, 234. Immiscere preces Idem ibid. 10, 153. Impetrare precibus salutem 100 alicui Cic. ad Brut. 16. Implorata prece Pollucis Catul. 66, 65. Indulgere precibus, *vid.* INDVLGEO. Mouere preces sollempnes satis est voce Ouid. Fast. 6, 622. Moueri prece Idem Epist. 7, 5. Obliquare preces, *est Per ambages aliquid rogare, ut solent qui rem vel inhonestam, vel factu difficilem impetrare volunt* Stat. Theb. 3, 382. 105 Cic. de Nat. Deor. 1, 36 Nihil sentiens deus, qui nunquam nobis Occurrit

currit neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. Plaut. Capt. 2, 1, 47 Quod antea iure imperitabam meo, nunc te Oro per precem. Ouid. Fast. 5, 680 Et Peragit solita fallere voce preces. *h. e. Eadem voce preces peragit et precatur mercator Deum, qua et fallere consuevit emtorem.* Prece haut degenerare Permotus Tacit. A. 12, 19, 1. Cic. pro Sul. 55 Literae sunt Fauusti, per quas ille precibus a Sulla petit, vt emat gladiatores. Petere aliquid infimis, precibus Liu. 8, 2. *Vid. INFERVS.* Petere aliquid tacita prece Hor. Epist. 1, 14, 14. Placare prece caelites Senec. Agamemni. f. 7. Placare precibus diuinum numen scelere violatum Cic. pro Domo 140. 10 Postere aliquid emaci prece Perf. 2, 3. Prosequi aliquem prece Hor. Carm. 4, 5, 33. Repugnare precibus Ouid. Met. 11, 239. Resistere precibus Senec. Hippol. 8. Retentare preces, *Iterum precari* Ouid. Met. 14, 382. Cic. Att. 11, 15 Quintus non modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime Scripsit. Succumbere precibus 15 Ouid. Epist. 3, 91. Totus est in prece Idem Fast. 6, 251. Tentare precibus Idem Amor. 2, 3, 17. Tolle preces, *Desine precari* Idem Fast. 3, 198. Vinci precibus Senec. Hippol. f. 2. Vocare aliquem precibus Virg. Aen. 7, 133. Cic. de Inuent. 1, 22 Si prece et obseruatione humili ac supplici Vtemur. Festus, precem singulariter Cato dixit. *Pro Exsecrationibus diris,* Caes. Bell. Gall. 6, 30 Catiuulcus rex dimidiae partis Eburonum omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui eius consilii auctor fuisset, taxo se exanimavit. Iratis precibus vrgere Hor. Serm. 2, 6, 30.

PRECICVLAE, arum. f. Pl. Dimin. Symmach. Auctor. 25 Epist. 14.

PRECABILIS, e. Adi. Gloss. Lat. Gr. Precabile, *δευτικόν, ευκτικόν.*

PRECABVNDVS, a, um. *Ad precandum compositus.* Pacat. Paneg. Theodos. c. 36 Manus illa (*multitudo militum*) submissis precibus vexillis petiit veniam necessitatis. 30

PRECARIVS, a, um. Adi. [*πρεκαριος*] est, *vt ait* Vlpianus De verbor. signific. l. Pratum: Quod precibus petenti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur. *Vid. eundem* Vlpian. D. de precario. *Hinc* Precarium, *Quod non nostri iuris est, sed alieni.* Sen. de Tranqu. anim. c. 11 pr. Non mancipia tantum possessionesque et dignitatem, sed corpus quoque suum et oculos et manum et quidquid est cariorem vitam facturum, seque ipsum inter precaria numerat (*sapiens*) viuitque vt commodatus sibi, vt resposcentibus sine tristitia, redditurus. Tacit. Ann. 1, 42, 6 Meque precariam animam inter infensos trahere. Auxilium precarium, non iustum ferre, *i. Precari pro aliquo, non patrocinari.* Sic exponit Budaeus Liu. 8, 35. Castitas precaria, *quam non diutius seruare licet, quam alii preces audiunt* Senec. in Declamat. 2. Ouid. Met. 9, 76 *De Achello sub anguis forma certante cum Hercule,* Quem forma precaria celat. *i. Aliena.* Imperium Tacit. Hist. 1, . . . Ius Tacit. de German. 44. Libertas Liu. 39, 37. Opem non orare precariam, sed pro debita petere Liu. 3, 47. Pseudo-Cic. ad Octau. extr. Cuius auus fuerit argentarius, ad stipulator pater, vterque vero precarium fecerit Quaestum. Regnum precarium Curt. 50 5, 8, 12. Cic. ad Brut. 16 Nempe quia postulabat haec, Salutem abs se peti precariani, nos, etc. Spiritus precarii dicitur esse homo a Seneca, lib. De consol. ad Martiam c. 11 *quasi commodati, et quem ea lege accepimus, vt reddamus quum primum resposcet qui commodauit.* Vita Tacit. Hist. 4, 76, 5. Vfuram si precariam vocis 55 sumeres Apul. 7 extr. *verba sunt ad asinum, h. e. Si usus vocis tibi ad tempus concederetur, vt loqui posses?*

PRECARIO. [*πρεκαριος*] Nomen, ipsa terminatione Ablatiui, pro Adverbio accipitur. Vlp. l. 2 Ait pract. §. 3 Habere lib. 43 D. t. 26 de precario, precario habere videtur, qui possessionem corporis vel iuris adeptus, ex hac solummodo causa, quod adhibuit preces, et impetrauit, quod sibi possidere aut vti liceat: *ib. t. seq.* Veluti si me precario rogaueris per fundum meum ire, vel agere liceat: vel vt in tectum meum stillicidium, vel tignum in parietem immissum habeas. Aur. Vict. de Vir. Illust. c. 7 Seruius Tullius quasi precario regnare coepit: sed recte imperium administravit. Cic. pro Caecin. 92 Ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedisse, vt nec vi, nec clam, nec precario possederit. Cic. Verr. 5, 58 Quo tempore in tanta inopia nauium, tantaque calamitate prouinciae, etiam si precario essent rogandi, tamen ab his interpretatur. Precario 70 mox praesuit Tacit. Agric. 16, 5. Mori praestat quam precario imperatorem esse Curt. 9, 2 extr. Precario Possidere s. Venire in possessionem Cic. Agr. 3 c. 3. Seu vi, seu clam, seu precario Ter. Eun. 2, 3, 27. Petere precario Plaut. Amph. prol. 24.

PRECARIVM, i. n. *Pro Sacratio seu templo domestico apud Peronem.* c. 30. *Vid. viri docti ad locum, et Barth. in Claud. de Consul. Honorii 4, 3. Nihil certi.*

PRECATIVVS, a, um. Adi. Vlpian. titulo 24 libri, qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Legatum, est quod legis modo, id est imperatiue, testamento relinquuntur. Nam ea, quae precatiuo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur. Pax precatiua Ammian. 16, 9, et 17, 10. *i. precibus impetrata.*

PRECATIVE. Adu. Vlpian. titulo 25 libri, qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Fideicommissum, est quod non ciuilibus verbis, sed precatiue relinquuntur: nec ex rigore iuris ciuilibus proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. 85

PREHENDO, di, sum, ere. [*λαμβάνωμαι, πιδω*] Capere. Dicitur, a Poëta praesertim et Prendo per syncopeam. Camerario placuit Praehendo, quod ex Prae et antiquo inusitato Hendo, siue Fendo compositum esset. Cic. de Legib. 1, 61 Quid diuinum aeternumque sit viderit, ipsumque ea moderantem et regentem paene prehenderit. Idem Acad. 1, 41 c. 11 Sed quum acceptum iam et approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus, quae manu prehenderentur: ex quo etiam nomen hoc duxerat. Plin. 20, 17 Et orthopnoicis, quod ternis Digitis prehenderit seminis, tantundem hyoscyami cum lacte 95 asinino. Cic. de Diuin. 1, 59 c. 28 Quumque te tua patria vi pulsum esse dixisses, prehensisse eum dextram tuam, et bono animo te iussisse esse. Oculorum Lumine aperto innumerabilia Lucret. 4, 136. Manu prehendere aliquem Cic. de Orat. 2, 140 c. 56. In primis magistratum est cum venire detrectantem prendi adducique iubent. 100 Gell. 12, 12 ex Labeone Antistio, Possit igitur eos (tribunos pl.) venire et prendi se iubere, sed vocandi absentem ius non habere. Et ex Varrone, Qui vocationem habent, iidem prendere, tenere, abducere, possunt. — Nam iure prendi qui potest, etiam in vincula duci potest. Add. c. 13. Poma prendere fugientia Ouid. Epist. 18, 181. 105

- Stirpes tellus amplexaprehendit Cic. in Arat. 116. Oras prendimus fugientis Italiae Virg. Aen. 6, 61. Sen. Medea 104 Effrenae solitus Pectora coniugis (Medeae) Inuita, trepidus prendere dextera, Felix Aeoliam corripere virginem. Portus prendere i. intrare Stat. Silu. 1, 2, 203. et Val. Fl. 7, 83. Cic. de Clar. Orat. 93 Dein quum otiosus Stilum prehenderat, motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio. Laudatur ex Plin. Ep. 2, 9 Prendo amicos, supplico, ambio, domos stationesque circum: quantumque vel auctoritate, vel gratia valeam, precibus experior.
- 10 Sed recte legitur Preaso, v. v. Et tamen Cael. ad Cic. Fam. 8, 11 Prendimus eum est rogauimus prehensa dextera. Sic Ter. Phorm. 4, 3, 15 Visum est mihi, ut eius tentarem sententiam. Prehendo hominem solum, i. colloqui causa Seduco. Prendere auriculis Plaut. Afin. 3, 3, 77. et Poen. 1, 2, 163. Prehendere ut comprehendere, in-
- 15 tell. terram, dicuntur plantae transpositae aut insitae, cum conualescunt, et succum trahere incipiunt Pallad. Febr. 25, 3. Sic sine ambiguitateprehendendi Febr. 10, 7 sine metu ne non conualescant. Perf. Prendidi laudatur ex Sil. 15, 635 de telo, Fert letum cuicumque viro, quem prendidit ictus. Sed diu est, cum ex MSS. restitutum est prenderit.
- 20 PRENDENDVS, a, um. Partic. [ ληψόμενος ] Ouid. ex Pont. 2, 6, 13 Brachia da lasso potius prendenda natanti. Ter. Heaut. 3, 1, 89 Syrus est prendendus atque adhortandus. vid. Guyet. ad h. l.
- PREHENSVS, siue PRENSVS, a, um. Aliud Partic. [ λη-
- 25 φαις ] Seneca Troade 1095 Sic ille dextera prensus hostili puer ferrox. Prehensus manifesto furto Gell. 11, 18. Prehensus furti manifesti Idem 11, 18. Corpora presa manu Virg. Aen. 3, 624. Dextraque prehensum continuit Idem ibid. 2, 592. Quid. Am. 2, 9, 31 Prope iam presa Tellure, de nauae. Otium diuos rogat in
- 30 patenti prensus Aegeo Hor. Carm. 2, 16, 1.
- PRENSVRVS, a, um. similiter Partic. [ ληψόμενος ] Ouid. Epist. 10, 10 Incertum vigilans, an somno languida, moui Thesea prensuras semisopita manus. Sed Burm. pressuras semi supina.
- PREHENSIO, f. PRENSIO, ōnis. f. Ius erat magistratibus concessum. Varro apud Gellium 13, 12 In magistratu, inquit, habent alii vocationem, alii prehensionem, alii neutrum: vocationem, ut COSS. et caeteri, qui habent imperium: prehensionem, ut trib. pleb. et alii, qui habent viatorem: neque vocationem, neque prehensionem, ut Quaest. et caeteri, qui neque licitorem habent, ne-
- 40 que viatorem. Qui vocationem habent, iidem prehendere, tenere, adducere possunt: et haec omnia, siue adfunt quos vocant, siue acciri iusserunt: Trib. Pleb. vocationem habent nullam. Neque minus multi imperiti, perinde atque haberent, ea sunt vsi. Haec Varro. Cur autem Tribuni, qui habebant summam coërcendi potestatem, ius vocandi non habuerint, ibidem disputatur. Add. c. 13. Genus machinas apud Caes. Bell. Ciuil. 2, 9. Vid. Hotoman. Lips. Poliorc. 2 Dial. 4.
- PREHENSO, siue per Syncopam vsitatus
- PRENSO, āre. Frequent. Conatum vehementiorem prehendi
- 50 significat: ac propriam sese sedem habet in precibus, cum dextera prehensa alios rogamus, quod δεξιόσπασσι Graeci dicunt. Cic. de Orat. 1, 112 c. 24 Crassus Equidem, ait, cum peterem magistratus, solebam in prensando dimittere a me Scaeuolam, cum ita ei dicerem, me velle esse ineptum; id erat petere blandius, quod nisi inepte fieret, bene non possit fieri. Conf. Q. Cic. de petit. Consul. 32 c. 11. Liu. 1, 47 His muliebribus instinctus furis Tarquinius, circumire, et prehensare minorum maxime gentium patres, admonere paterni beneficii. Idem 3, 12 Caeso, reus, cum multa indignitate prensabat singulos. Et 3, 47 Virginus circumire et prensare homines coepit; et non orare solum precariam opem, sed pro debita petere. de candidatis. Cic. Att. 1, 1 Prensat vnus P. Galba, sine furo ac fallaciis more maiorum. Brachia manu prensare Hor. Serm. 1, 9, 64. est familiaris clanculum rogantis. Genua circumstantium Tacit. Ann. 1, 21. Pectora commanipularium prensare Tacit. Hist. 4, 46, 7.
- 65 Initium prensandi Cic. Att. 1, 1. Arma, genua, vestigia prehensando flexere militum animos Tacit. Hist. 1, 66, 1. Add. ib. 3, 28, 3. Dicitur tamen etiam de aliis. Virg. Aen. 2, 444 Prensant fastigia dextris ascendere molientes. Liu. 22, 51 Ad consilium prensandum temporis opus esse. Vid. statim PRENSANS.
- 70 PRENSANS, antis. Partic. Virg. Georg. 4, 501 Prensantem nequidquam vmbra. Tumulos prensans Ouid. Met. 13, 424. Lubrica prensantes effugit vmbra manus Ouid. Fast. 5, 476. Prehensantes manum gratantesque Tacit. Ann. 4, 10, 2.
- PRENSATIO, ōnis. f. Studium ambitionis, quod in PRENSO descripsimus. Cic. Att. 1, 1 Fuit illius haec praepropera prensatio.
- PRENSITO, āre. Sidon. Epist. 2, 8 Cum Libitinam ipsam flentes omnes externi quoque prensitarent, i. feretrum attingere studebant honoris mortuae causa.
- PRENSORIVM, i. n. Gloss. Lat. Gr. Prensorium, πρως. Fuerit
- 80 igitur laqueus, decipula.
- PRELVM, i. n. [ πρως, πρωςήσιον ] Trabs est, qua vna vel oliua premitur, auctore Seruio, a premendo dictum. Alii a praeluendo formant, et ideo scribunt Praelum. Virg. Georg. 2, 243 — tu spisso vimine qualos, Colaue prelorum, et reliqua. Torcular si
- 85 non cochleis torquetur, sed restibus et prelo premitur Vitr. 6, 9. Colum. 12, 39, 1 de vuis passis, in fiscellam conferre et prelo premere. Martial. 1, 27 Non haec Pelignis agitur vindemia prelis. Vina prelis elisa Falernis Propert. 4, 6, 73. Add. Stat. Silu. 2, 2, 5. Praela, etiam dicuntur Instrumenta pressoria alia, Plin. 13, 12 de char-
- 90 tis loquens, Premitur deinde prelis, et siccantur sole plagulae, atque inter se iunguntur. De vestibis vide post. Cato de R. R. c. 12 In torcularium quae opus sunt vasis quinque? Praela temperata quinque, superuacanea tria. Praela temperata vocat, Quae apta sunt et accommodata ad torquendum et premendum; Superuacanea vero, Nihil agentia et cessantia: quae si superiora illa deficient, operosa esse possint, et in vicem succedere. Ex Turneb. Aduers. 8, 6. Praelum vestibis adhibebatur, ne nitorem amitterent. Martial. 2, 46, 3 Sic tua suppositis pellucet prela lacernis Sic micat innumeris arcula synthetibus. Claud. Epithal. Pallad. 100 Ornatum formae, prelisque solutae Mira
- 100 Dioneae fumit velamina telae. Conf. Sen. de Tranq. An. c. 1.
- PREMA, ae. f. Dea mater, culta, ut subacta a sponso virgo ne se commoueat, quum premitur. Augustin. de Ciu. Dei 6, 9.
- PREMELLERE, Litem promouere, Paullus apud Festum habere dicitur. Ego non praesto.



**PREMO**, pressi, pressum, &c. [*πίεω, πίεσις*] Calcere, et alicui rei inniti cum pondere, *ut ait Nonius 4, 353.* Virg. Aen. 10, 495 Et laeui pressit pede talia fatus, Exanimus, rapiens inuania pondera baltei. Plin. 28, 2 Pollices, quum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. *vid. POLLEX.* Arctē premere Lucret. 4, 1173. Premere omnia deorsum Idem 1, 363. *¶ 2 Metaphoras parit elegantes:* Cic. de Lege Agrar. 1, 16 Ne urbem hanc alia premere, atque vrgerē possitis? *nimis in propinquo collocare.* Nepos 17, 6, 1 Cum a plerisque ad exeundum premeretur. *i. Impellere-sur.* Pro diffidentia premitur absentia Quinctil. 5, 7 *pr. i. commemoratur cum inuidia, certe suspicione.* Id. 7, 2, 12 Euerfo vno quo defendimur, reliquum est quo premimur. *Sic 5, 7, 23 etc.* Virg. Aen. 10, 375 Numina nulla premunt, mortali vrgemur ab hoste Mortales. Caes. Bell. Ciuil. 3, 46 Pompeiani hoc insolentius atque audacius nostros premere et instare coeperunt. Nepos 1, 3, 2 Male rem gerere Darium premique a Scythiis. Senec. Epist. 22 Premeris, accelera et euade. *Quod ex Festo hic ponitur premere pro prohibere, ad Peremere pertinet, v. v. Sed pro Instare, et dicendo immorari.* Plin. Epist. 3, 9 Quum Castam accusarem, nihil magis pressi, quam quod accusator eius, praenaricationis crimine corruisset. *Superare antecellere* Stat. Silu. 1, 2, 115 Quantum Latonia Nymphas Virgo premit, quantumque egomet Nereidas exfo. *Add. Pallad. de Insit. v. 69. Vid. Barth. ad Stat. Silu. p. 68. Reprehendere, maledicere.* Quinctil. 12, 10 de Cicerone, Praecipue vero presserunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupiebant. *Verbum venatorium, ut et Agitare et Excitare.* Virg. Aen. 1, 328 Ut spumantis apri cursum clamore prementem. *Et Georg. 3, 413 Ingentem clamore premes ad retia ceruum.* Sic de bello Virg. Aen. 1, 471 Hac fugerent Graii, fugeret Troiana iuuentus. *Add. Draconib. ad Sil. 5, 281. et Isidor. 10 lit. V. In his omnibus premere ita accipitur, ut aliquam molestiam inferre significet his, qui premi dicuntur.* *¶ 3 Sunt aliae quoque formulae, vel a metaphora, vel a peculiari usu notabiles. V. g. est Venerum verbum:* Caligula apud Suet. c. 25 Noli vxorem meam premere. *vid. Dea PREMA.* De Aeolo Virg. Aen. 1, 63 Legemque dedit ventis Iupiter, qui foedere certo, Et premere et laxas sciret dare iussus habenas. *Nempe Hic vasto rex Aeolus antro Luctantes ventos tempestatesque sonoras Imperio premit, ac vinculis et carcere frenat.* Id. 11, 600 Pressas habenas dixit adstrictas ad retinendum equum. *Id. Significat etiam Occultare, tegere.* Virg. Aen. 9, 612 Canitiem galea premimus. Id. ibid. 1, 213 Premit altum corde dolorem. Hor. Carm. 3, 4, 18 Ut premeret sacra Lauroque collataque Myrto Non sine Diis animosus infans. *Conf. Seuer. in Aetna v. 205. Pressa est insignis gloria facti, i. Auctor ignoratur* Virg. Aen. 12, 322. Hor. de Arte Poët. 45 388 de carmine Nonumque prematur in annum Membranis intus positus. *Nescio quid sibi velit laudatus Varro, Inuitamque pressit ab aedibus.* *¶ 4 Sed, age, ordine elementari ponamus Nomina, quibus varie admodum hoc Verbum iungitur.* Cic. Att. 7, 3 Omnes qui Aere alieno premantur. Alas premunt cantu plausuque galli Cic. de Diuin. 2, 57. Virg. Aen. 2, 379 Veluti qui sentibus Anguem Pressit humi nixens *i. calcavit.* Annos facta premunt, *i. Superant* Ouid. Met. 7, 449. Angustiis premi Caesar Bell. Gall. 3, 18. Argumentum hoc etiam atque etiam est premendum Cic. Tusc. 1 c. 36. Arte sua premi Ouid. Trist. 2, 450. Arua aliena iugo premere Virg. Aen. 10, 78. Arua premere dicitur pelagus Idem ibid. 1, 250. *i. e. Aquarum abundantia populari et vastare.* Seruius. Cic. pro Lege Manil. 30 Testis est iterum, et saepius Italia, quae quum seruili Bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium absente expetiuit. Caseus pinguis premitur vrbi ingratae Virg. Ecl. 1, 35. 60 Causa ipsa facie premitur Quinctil. 4, 1, 42. *i. laborat primo statim intuitu, ac difficilis est ad tuendum.* Cic. pro Cluent. 53 Denique hoc loco causa testibus honestissimis hominibus premebatur. Virg. Georg. 3, 413 Ingentem clamore premes ad retia Ceruum. Collum laqueo Hor. Epist. 1, 16, 37. Confessionem Quinctil. 7, 1, 29. *it. 4, 4, 4* 65 Corticem premere, *Contundere, et succum ex cortice exprimere* Plin. 12, 21. Crimen eleuare et Premere, *contraria* Quinctil. 7, 2, 40. Crinem fronde premere Virg. Aen. 4, 148. *Add. Aen. 5, 556.* Stat. Silu. 1, 2, 228. Cursum ingenii premit haec importuna clades ciuitatis Cic. de Clar. Orat. 332. Dentes in vite Ouid. Fast. 1, 355. De- 70 siderio rerum omnium et luctu premi Cic. Att. 3, 22. Digitos pollice Quinctil. 11, 3, 94. Virg. Aen. 1, 213 Spem vultu simulat: premit altum corde dolorem, *i. occultat.* Cic. Tusc. 2, 17 Quis autem non miser non modo tunc, quum premetur summis Doloribus, si in his est summum malum: sed etiam quum sciet id sibi posse euenire? Falce vitem premere Hor. Od. 1, 31, 9. *Sic* Virg. Georg. 1, 157 Ruris opaci Falce premes vmbras. Famam alicuius premere Tacit. Ann. 15, 49. Fame premi et tempestate Plin. 37, 8. Fauces obsessas lingua aspera premit Virg. Georg. 3, 508. Fauces defensionis alicuius premere, *per translationem, pro Corrumpere, et quasi strangulare atque infirmare.* Cic. Verr. 3, 145 Timarchides columen familiae vestrae premit Fauces defensionis tuae. Fauibus premi, *Ita premi, ut elabendi locus nullus sit.* Cic. pro Cluent. 84 Istam conciliationem gratiae Stalenus tum recenti re, quum Fauibus premeretur, excogitauit. Fauis pressis spumantia mella cogere Virg. 85 Georg. 4, 140 Varro ex Pompilio de L. L. 6, 5 Heu qua me causa Fortuna infesta premis? Fossam *i. Fodere* Frontin. Strat. 1, 5, 8. *Vid. PRESSVS, DEPRESSVRVS et DEPRESSVS.* Frigore quum premitur porro omnis terra, coitque, *etc.* Lucret. 6, 8. Frigoribus premimur Ouid. de Arte Am. 2, 517. Gradum pressere attoniti Valer. 90 Argon. 2, 454. *b. e. Resliterunt.* Grana presserat ore Ouid. Met. 5, 538. Hasta aliquem Virg. Aen. 2, 530. Imperio ventos Idem ibid. 1, 57. Impetu hostium premi Liu. 22, . . . Inopia premi Columel. 5, 12. Cic. de Orat. 1, 228 c. 53 Quum et Inuidia et odio populi tum Galla premeretur, his quoque eum tragoediis liberatum 95 ferebat. Tacit. Hist. 4, 72 Cerialis a metu infamiae, si licentia, faeuitiaque imbuere militem crederetur, pressit Iras. Iras graues Lucan. 2, 521. Iussa Fauni parentis te premunt Virg. Aen. 7, 368. Lethargo premi Quinct. 4, 2, 106. Luxuriam Ouid. Met. 14, 629. Manum Plin. 11, 40. Manu premere Lucret. 4, 623. Necessi- 100 tas te tanta premebat Cic. pro Rosc. Amer. 97. Nobilitate premi nec finis ingenium Ouid. ex Pont. 2, 3, 2. Nocte premi Virg. Aen. 6, 827. Obsidione premi Ouid. Fast. 6, 368. Obsidione urbem premebat Virg. Aen. 8, 647. Oppugnationibus premere Caes. Bell. Ciuil. 3, 9. Virg. Aen. 9, 487 de honore funeri habito Pressiue Ocu- 105

- ios, aut vulnera laui Veste tegens. *Vid.* Nonius 4, 359. Oculos quies pressit Virg. Aen. 12, 908. Odium premere Plin. in Paneg. c. 62. *i. occultare.* Cic. antequam iret in exil. 6 Non Odio bonorum, sed invidia premor malorum. Idem Q. Frat. 3, 4 Quo quidem in iudicio Odio premitur omnium generum. Onere premi, *vid.* ONVS. Pedem premere, *Figere* Liu. 8, . . . Propositum premere, *Non desistere ab incepto* Ouid. Met. 2, 104. *al.* Tenere. Molle Salictum Valle premens gelida Calpurn. Ecl. 5, 110 *sc. falce.* *vid.* Burm. ad Ouid. Met. 8, 291. Sedilia premere, *Sedere* Ouid. Met. 5, 317. Seruitio premere urbem Virg. Aen. 1, 289. Cic. Philipp. 4, 3 Qui quum Seruitute premeremur, et indies malum cresceret, praesidii nihil haberemus. Silentia pressere Sil. 12, 646. Sonus remorum premitur clamore, *i. Prae clamore remorum sonus non auditur* Lucan. 3, 541. Virg. Aen. 10, 296 Sulcumque sibi premat ipsa carina. Tumentia premere, humiliâ extollere, luxuriantia adstringere, inordinata digerere, soluta componere, exsultantia coërcere, etc. Quinctil. 10, 4. Cic. Tusc. 1, 13 c. 7 Quoniam me Verbo premis, posthac non ita dicam miseros esse, sed tantum miseros ob id ipsum, quia non sunt, *i. Verbo me non recte, uti doces.* Vestigia premere, *pro Consistere, siue pedem figere.* Virg. Aen. 6, 197 Sic effatus vestigia pressit. *Poëticum est.* Vestigia premere, *Proxime sequi* Tacit. Ann. 2, 14. Virg. Georg. 2, 346 Quod superest, quaecunque preme Virgulta per agros, *i. Demerges, infodies.* Vi premi Lucret. 6, 517. Vitem premere falce Hor. Carm. 1, 31, 9. *i. putare.* Cic. de Finib. 4, 78 Hoc vno Vitio maxime mihi premi videntur tui Stoici, quod se posse putant duas contrarias sententias obtinere. Umbrae premere falce, *i. Resecare frondes, vel herbas, aut frutices umbram facientes* Virg. Georg. 1, 157. Vocem premere, *Tacere* Virg. Aen. 9, 324. ¶ 5 *Frequenter permutari hanc vocem cum pretere, terere docet* Burm. ad Rutil. Itin. 1, 621.
- PREMENS**, entis. Part. Lilia verbenasque premens Virg. Georg. 4, 131. Collectum premens sub naribus ignem Id. ib. 3, 85. *in equi descriptione.* Add. Id. Aen. 8, 289.
- PRESSVS**, a, um. Partic. [ *πυθλιμμένος, παπισημένος* ] Caseus pressus manu Columel. 7, 8. Humi pressus utroque genu Stat. Theb. 6, 899. Grauitate soporis Ouid. Met. 15, 21. Mentem formidine Virg. Aen. 3, 47. Bello iniquo Valer. Argon. 5, 554. *Cum est orationis epitheton, castigatum et minime luxuriantem notat.* Cic. de Clar. Orat. 202 c. 55 Asiatici oratores non contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, sed parum pressi et nimis redundantes. Quotusquisque tam rectus auditor, quem non potius dulcia haec et sonantia, quam austerâ et pressa delectent Plin. Ep. 2, 19. Pressa et tenuia Quinctil. 10, 1, 44. Idem 10, 1 *de Homero*, Laetus ac pressus, iucundus et grauis, tum copia, tum breuitate mirabilis. *Vid. mox*
- 45 **Cultus**, Eloquentia, Narratio, Oratio, Orator, Ornatus, Stilus, Verba. *it. n. 3 Comparat.* ¶ 2 *Substantiua ordine elementorum:* Boves pressi detrectant iuga Ouid. Amor. 1, 2, 14. Clamor pressus substitit Ouid. Met. 1, 207, *ut Vocem premere.* Cogitationibus pressioribus instructae, *h. e. Certis et ad propositum directis* Apul. Met. 5 p. 163. Coma pressa sustinere galeam Ouid. Epist. 3, 120. *Sic interpretantur etiam* Virg. Aen. 5, 556 Omnibus in morem tonsa coma pressa Corona, *vbi coronam volunt esse galeam coronatam, et tonsa per hypallagen pertinere ad coma.* *Sed facilius videtur Comam pressam corona tonsa intelligere comam orbe et velut Corona tonsam, ut vitem*
- 55 **premere est putare.** Cubito presso remanere Hor. Carm. 1, 27, 8. Cultus orationis pressus Quinctil. 4, 2, 117. Dolor pressus sub corde Stat. Theb. 9, 824. Eloquentiae genus plenum, et Pressum, *contraria* Quinctil. 11, 1, 31. Fossa arctius pressa Plin. Ep. 10, 59, 4. Genus dicendi pressum limatumque Quinct. 2, 8, 4. Gradu presso
- 60 **incedere, h. e. Firmo, nec tamen celeri: sed quo cautos incedere videmus** Liu. 28, 14. Lactis pressi copia Virg. Ecl. 1, 82. *Circumloquutione poetica a Virgilio significatur Caseus, qui et coagulo cogitur et premitur: sed et ipsa interdum manu premitur, formatur, atque figuratur.* Tranquil. Aug. c. 76 Et caseum bubulum manu pressum.
- 65 **Premitur autem, auctore Columella 7, 8 ne sit fistulosus, quod ei accidit, qui laxius remissiusque in formis suis habetur, nec satis cogitur.** Haec Turneb. Mammis pressis manabunt flumina Virg. Georg. 3, 310. Cic. Tusc. 1, 106 Haec quum pressis et flebilibus Modis, qui totis theatris moestitiam inferant, concinuntur, difficile est non eos, qui inhumati sunt, miseros iudicare. Narratio pressa Quinctil. 9, 4. Narrationis gracilitas pressa Idem 4, 3. Oratio pressa, et In qua inest luxuries quaedam, *contraria* Cic. de Orat. 2, 96. — multo pressior
- 70 **ib. c. 23. Oratores pro pressis exiles** Quinct. 10, 2, 16. Cic. in Hortens. apud Non. 4, 352 Quis te autem est, aut fuit vnquam in partiundis rebus, in definiendis et explicandis sententiis pressior? Ornatus pressior et seuerus Quinctil. 8, 3, 13. Ore presso obmutuit Virg. Aen. 6, 155. Oscula pressa iungere Ouid. Epist. 2, 94. Pede presso Liu. 8, 8 *ipse paullo post per Sensim interpretatur.* Quod enim dixit Pede presso retrocedentes, *variata oratione ait, sensim referebantur.* Sermo pressus purusque ex epistolis petitur Plin. Epist. 7, 9. Signis pressis ponere vestigia Lucret. 3, 4. Solo presso tenuit vestigia Virg. Aen. 5, 331. Cic. de Nat. Deor. 2, 146 Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus, et ea vocem immoderate profusam fingit et terminat, quae Sonos vocis distinctos et pressos efficit.
- 85 **Stilus pressus demissusque** Plin. Epist. 1, 8. Verba pressa Idem ib. 2, 19. Verbis aptus et pressus Thucydides Cic. de Orat. 2, 59. Vina pressa Torquato Consule Hor. Epod. 13, 9. ¶ 3 *Observat:* Pressum vocat Ouidius, *Quod est quasi impressa nota signatum*, Fast. 6, 610 (Certa fides facti est) dictus sceleratus ab illa Vicus, et aeterna res ea pressa nota est. Compar. Plin. Epist. 1, 16 Nam in concionibus eadem vis, quae in orationibus est: pressior tamen, et circumscriptior et adductior. Cum suspicarer futurum, ut tibi tumidius videretur, quod est sonantius et elatius: non alienum existimaui, ne te torqueres, addere statim pressius quiddam et exilius, vel potius
- 95 **humilius** Plin. Ep. 7, 12.
- PRESSVS**, us. m. [ *πρῆσις* ] Ipse premendi actus. Cic. de Orat. 3, 40 c. 11 Nemo est quin literatissimum togatorum omnium Qu. Valerium Soranum lenitate vocis, atque ipso oris pressu et sono facile vincat. Idem Tusc. 2 c. 23 Depellit pressum omnem ponderum. Idem de Nat. Deor. 2 c. 42 *ex Arato*, Hic pressu duplici palmarum continet Anguent.
- PRESSIO**, ōnis. f. Gloss. Cyrill. Pressio, *πρῆσις, ἢ σφίξις.* Presso vocari videtur machinatio vestium, lignum vel saxum velli subiectum oneris tollendi causa. Cas. Bell. Ciuil. 2, 9 Tectum tollere pressio. nibus. *al.* Prehensionibus. Vitruu. 10, 8 Supposita cito porrecta pressione.

pressione. *Idem ibid.* Propius centrum pressiones habuerit; et paulo post, Pressionibus artis.

**PRESSŪRA**, ae. f. [*πρεσυρά*] *Premendi, prelo in primis, actus.* Plin. 18, 31 Pressura una culeos XX implere debet. Columel. 12, 36. *Conf.* Frontin. de Aquaeduct. 1 p. 233. Sed Vlpian. in l. Si arborum D. de seruit. urban. praedior. Interdum dici potest, eum quoque, qui tollit aedificium, vel deprimit, luminibus officere: si forte κατ' ἀντανάκλασιν, vel pressura quadam lumen in eas aedes deuoluatur. Pressura croci, *Succus est croci siphonibus ei aculatus* Lucan. 9, 812

Vtque solet pariter totis se effundere signis-

Corycii pressura croci: sic omnia membra

Emisere simul rutilum pro sanguine virus.

*Indicat status canalibus quibusdam perforatas, croceo liquorem siphonibus occultis pressum ei aculantes.* Metaphorice, *Afflictio.* Lactant. 5, 22 Deus pressurae verberibus diffluentem corrigit disciplinam. *Conf.* Tertull. aduers. Gnost. c. 12. et Cyprian. Epist. 1, 1.

**PRESSOR**, ōris, m. Isidor. 10 extr. Quatuor sunt venatorum officia: vestigatores, indagatores, alatores, pressores.

**PRESSE**. [*πρεσσεύω*] *Adu. ad orationem pertinens, contrarium habet Abundanter.* Quincil. 8, 3 Primum est, ut liqueat augere quod velimus, an minuere; concitate dicere, an moderate: late, an seuerè: abundanter, an pressè: asperè, an leniter. Pressè et anguste definire aliquid Cic. in Orat. 117 c. 33. Attenuate pressè Dicere Cic. de Cl. Orat. c. 55. Sed Idem de Orat. 3 c. 12

Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non asperè, ut ille, quem dixi: non vaste, non rustice, non hiulce, sed pressè et

aequabiliter, et leniter. Cic. Off. 1, 133 In voce duo sequamur, ut clara sit, ut suavis: vtrumque omnino a natura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio pressè loquentium et leniter. Pressius agere, i. Subtilius. Cic. de Fin. 4, 24 c. 10

Sed ut propius ad ea, Cato, accedam, quae a te dicta sunt, pressius agamus: eaque quae modo dixisti, cum his conferamus, quae tuis antepono. Patere. 2, 129, 2 Cum quanta grauitate ut Senator et iudex, non ut princeps, et causas pressius audit. Pressius definire perturbationes: i. Subtilius Cic. Tusc. 4, 14. Macrobi. Saturn. 7 c. 35

ut. Sed illud pressius intuentum est, etc. Quae pressius et adstrictius scripsi Plin. Epist. 3, 18, 10.

premo Scribon. 104 Pressè fricare. Sic Fricari pressius Id. 60. 66 etc. Iniicere pressius 46.

**PRESSIM**. Adu. Apul. Met. 2 p. 121 Me pressim deosculato. 40

**PRESSVLVS**, a, um. Dimin. Apul. Florid. 2 p. 346 Tereti ambitu, pressula rotunditate.

**PRESSVLE**. Adu. Idem. Apul. Met. 10 p. 248 Exosculata pressule. *Idem ibid.* Adhaerens pressule.

**PRESSO**, āre. Frequent. [*πρεσσομαι*] Virg. Ecl. 3, 99 Frustra pressabimus vbera palmis. *Conf.* Ouid. Met. 15, 472. Propert. 3, 17 (16) 18 Et noua pressantes inquinat vna pedes. Parce pressare, i. Vide ne premas Plaut. Perf. 2, 5, 11. Frena Stat. Theb. 6, 347. ut premere, i. adstringere.

**PRESSANS**, antis. Partic. [*πρεσσανς*] Lucret. 4, 1103 Et 50 inspirant pressantes dentibus ora. *Conf.* Grat. Cyneg. v. 207.

**PRESSĀTVS**, a, um. Partic. [*πρεσάτης*] Plaut. Afin. 3, 3, 71 Quin tradis hac crumena pressatum herum? Sed est Supinum, vulgo ita dictum.

**PRESSORIVS**, a, um. Adi. [*πρεστωρ*] Pressorium vas, in quo quid premitur Columel. 12, 18, 4.

**PRESSORIVM**, i. n. *Substantiue f. elliptice.* Vet. Gloss. Pressorium, πρεστωριον, πρεστωριον. Pro Prelo vestiario vsus Ammianus 28, 22 (4) Solutis pressoriis vestes luce nitentes diligenter explorare Plin. Valer. 2, 17 Expressim in pressorio. Vid. Reines. Var. Lect. 2, 8. 60

**PRENDO**, per Syncope dicitur pro PREHENDO.

**PRENSARE**, Frequentat. vid. Prehensare, in PREHENDO.

**PRENESTE**, vid. PRAENESTE.

**PRESBYTER**, ēri, m. [*πρεσβυτερος*] *Ad verbum Senior, aetate maior, nomen sacerdotii apud veteres Christianos.* Ammian. 31, 33 Christiani ritus presbyter, ut ipsi vocant. Tertull. de Praescript. Haeret. c. 4 Hodie presbyter, qui cras laicus. *Conf.* Prudent. Peristeph. 4, 20. et Sidon. Epist. 6, 2.

**PRESTER**, ēris, m. [*πρεστηρ*] *Serpentis venenati genus, qui alio nomine dicitur Dipsas.* Plin. 20, 20 Sagittarum venena et serpentium haemorrhoidum et presterum restringi. Lucan. 9, 729 Oraque distendens auidus spumantia prester. *Nomen habet a sitis ardore. πρηστω, incendo, ardeo. vid. DIPSAS, et Solin. c. 30.*

2 Genus vorticis, quem typhon, id est vibratam ecephian vocant. Idem ardentior accensusque dum furit, prester vocatur, amburens contacta pariter et proterens, ut auctor est Plin. 2, 48. *Sequenti autem capite tradit eum a fulmine differre, ut ignem a flamma. Meminit huius* Lucret. 6, 423

πρηστωρας, Graii, quos ab re nominatarunt:

In mare qua missi veniant ratione superne. Et 444

Et quasi demissum caelo prestera imitetur, etc.

**PRETIDES**, vid. PROETIDES.

**PRETIVM**, s. PRECIVM, i. n. [*πρητιον*] *Quod datur pro re emta.* Ter. Heaut. 1, 12 Agrum in his regionibus meliorem neque pretii maioris nemo habet. De Etymologia res dubia. Alciat. Parerg. 3, 11 Pretium, est Valor rei a venditore in eius compensationem petitis, conuentusque: videturque ab antiquo verbo Procire dictum, quod petere significat: licet recentiores grammatici quasi Praetium dici sentiant: quibus ratio syllabae, itcmque scripturae aduersatur. per C enim scribendum videtur. Haec Alciatus. Alii, quasi πρητιον, quod τῷ πρητι, id est vendenti, datur. Pretium, inquit Varr. de L. L. 5, 36 Quod aestimationis, emtionisue causa constituitur, dictum a peritis, quod hi solum possunt facere recte id. Pretium in libras sex X, i. Denarium Plin. 12, 7. Idem 12, 24. *Conf.* 12, 12 et 13. Emitur X. LX. i. denariis LX. Et Pretium vuae in libras X. LX. Vbi notabis per X literam, Denarios significari. Pretia ei a 95 XXXV, ad X. CCC Plin. 13, 1.

2 Generatim Pretium, Merces, praemium in vtramque partem, ut et honorem virtuti habitum, et mercedem stultitiae notet, et quidquid datur, accipitur, consequitur pro re, facto, merito. Iuuen. 13, 105 Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema. Ter. Andr. 3, 5, 4 Ego pretium ob stultitiam fero: 100 sed inultum id nunquam auferet. Voluntatis suae postea pretium tulit Vell. 2, 52, 4. Cic. Verr. 5, 49. Pretio atque mercede minuiisti maiestatem Reipub. Curae pretium Plin. Epist. 8, 6. Mors pretium tardis Ouid. Met. 10, 572. i. Poena. Morae deforme pretium Stat. Theb. 11, 661. Pietatis iniquum pretium Ouid. Epist. 105.

- 14, 129. Pugnae pretium, coniux Idem Met. 9, 47. Sceleris pretium ferre Iuven. Sat. 13, 105. Plin. in Paneg. c. 80 pr. Non locupletando fisco sedes, nec aliud tibi Sententiae tuae pretium, quam bene iudicasse. Vivendi pretia Plip. Ep. 1, 12, 4 sunt necessarii homines, propter quos aliquis optat vivere. Ouid. Amor. 2, 5, 62 Nescio quis pretium Grande magister habet. Immensum, vid. IMMENSUS. Leuius Ouid. de Arte Am. 3, 171. Pretiosum pretium, vid. paullo post in PRETIOSVS. Magni pretii homo, vel Pretii parui Ter. Adolph. 5, 6, 3. Cic. Q. Frat. 1, 2, 4 Noli spectare quanti homo sit; parui enim pretii est, qui iam nihil sit. Maiora pretia Lamprid. Heliog. c. 29. Pretiis emti Maximis serui Plaut. Poen. 4, 2, 20. Par pretium Senec. Thyest. l. 6. Opera parui pretii Ter. Hec. 5, 3 pr. Pretium non vile Martial. 1, 72. Pretium, pro Periculo, nonnulli interpretantur, teste Donato. Ter. in Prol. Hec. 15 41 Ut libeat scribere aliis, mihi que ut discere nouas expediat posthac, pretio emtas meo. Sed pecuniam Poetae datam quid ni intelligimus? ¶ 3 Verborum formulae: Abiit retro pretium, Accendere pretium rei alicuius, Addicere pretio, vid. bb. vv. Adduci pretio Cic. pro Caecin. 29. Aequare pretium, Aestimare pretium, Amplificare pretium, Antecedere pretio, vid. et ipsa suis locis. Arridet pretium, i. Placet Plin. Epist. 1 vlt. Hor. Epist. 2, 1, 35 Scire velim, chartis pretium quotus Arroget annus. Auellere pretium ante, quam mercem ostendere Hor. Serm. 1, 2, 104. Augere nefandum pretium Claud. in Eutrop. 1, 50. Capi pretio Tibul. 3, 25 1, 7. Cic. de Lege Agrar. 2, 70 Hic ager omnis quoquo pretio Coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Componere pretio, Concedere partem pretii, vid. bb. vv. Condere sinu Ouid. Am. 1, 10, 18. Consistit pretium Varr. de L. L. 4, 2. Constituere certum pretium Cic. Att. 14, 32. Corrumperet pretio, vid. CORRUMPO. Deduci a recta via nec prece, nec pretio, nec gratia, nec similitate oportet Auctor ad Heren. 3, 4. Dicere pretium muneris Hor. Carm. 4, 8, 12. i. e. Ostendere quam pretiosum sit munus: Porphy. Cic. pro Font. 77 Falsum est, et ob vacationem pretium Datum, quum immunis nemo fuerit. Ouid. Am. 1, 10, 63 Nec Dare, sed posci pretium, dedignor et odi. Quod nego poscenti, desine velle, dabo. Duci pretio et mercede ad aliquid faciendum Cic. Off. 2, 21 c. 6. Emere aliquid pretio Propert. 3, 16, 22. Emptus meo pretio, vid. MEVS. Facere pretium alicui rei, pro Imponere et statuere Plin. 9, 35. Facere finem pretio difficile est, nisi libidini feceris Cic. Verr. 4, 14. Ouid. Am. 1, 10, 32 Et pretium, quanti gaudeat ipsa facit. Ferre pretium Ter. et Iuven. supra. Flagitare pretium Tibul. 2, 4, 14. Habere: Annona pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet Cic. Verr. 3, 227. Iacent pretia praediorum Cic. pro Rosc. Com. 33. Impendere pretium, vid. IMPENSUS, in IMPENDO. Imponere pretium, vid. IMPONO. Infitari pretium Ouid. Met. 11, 205. Largiri pretium alicui Lucan. ad Pison. 112. Cic. Verr. 2, 122 Ab isto et praeco qui voluit, istum ordinem pretio Mercatus est Gell. 3, 17 in tit. libros Mercati sunt pretiis fidem non capientibus. Mercari aliquid tanto pretio Cic. pro Sext. Rosc. 13. Mercari minori pretio, vid. MERCOR. Metiri pretio, Aestimare pretio Iuven. Sat. 9, 71. Pacisci pretium pro nocte Ouid. Am. 1, 10, 47. Pactum pretium Cic. Off. 3, 107. Parcere pretio, vid. PARCO. Pendere pretium Cic. Att. 14, 12. Persolvere pretium Cic. pro Domo 23. Idem Att. 12, 24 Nec tamen ista pretia hortorum Pertinueris: nec mihi iam argento, nec veste opus est. Posci pretium Ouid. Amor. 1, 10, 63. Posuit urbem exiguum pretio Virg. Aen. 4, 212. Praestare pretio Ouid. Amor. 1, 10, 21. Redemptus pretio Virg. Aen. 9, 213. Reddere pretium pro benefactis Plaut. Pers. 4, 4, 30. it. Capt. 5, 1, 20. Sarcire pretium Claud. in Eutrop. 2, 588. Statuere pretium arti suae Ter. in prol. Hec. 49 (2 prol. 41) Stare magno pretio Hor. Serm. 1, 2, 122. i. Conflare. Esse in pretio, vid. IN Praepositionem. In pretio pretium nunc est Ouid. Fast. 1, 217. i. pecunia. Plin. 12, 25 Corticis ad medicamenta Pretium est, i. Valet cortex ad medicamenta, et est in pretio. Vendere aliquid paruo pretio Cic. Verr. 4, 134. Conf. Plaut. Persa 4, 4, 30. ¶ 4 Observat. Pretium pro Operae pretio Tacit. Ann. 1, 57 Germanico Pretium fuit conuertere agmen. Ut n. 2 indicauimus, etiam ponitur pro Poena Virg. Aen. 12, 350 Illum Tydides alio pro talibus ausis Affecit pretio. i. e. Poena, inquit Seruius: nam pretium est τὸν μίσθον. Ter. Andr. 3, 70 5, 4 Ego pretium ob stultitiam fero. Vnde et Graeci τιμωρίαν, poenam vocent, ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod est pretium. Haec ille. Hor. Carm. 3, 24, 24 Et peccare nefas, aut pretium est mori. Conf. Donat. ad Ter. l. c. Pretium operae, et Pretium curae, adnotatu dignae locutiones. Posterior apud Plin. Epist. 8, 6 Postea mihi visum est pretium curae, ipsum Senatusconsultum quaerere. Censores quemadmodum creati sint, operae pretium est cognoscere Cic. Verr. 2 c. 53 pr. Facere aliquid, quod sit operae pretium Cic. pro S. Rosc. Am. c. 37. Faciurusne operae pretium sim — nec dum scio Liu. pr. Operae pretium habent libertatem ciuitatemque Liu. 25, 6. Magna operae pretia mereri Liu. 21, 43. Iterum Cic. Cat. 4, 16 c. 8 Operae pretium est libertinorum hominum studia cognoscere. Petron. 27 Nec tam pueri nos, quamquam erat operae pretium ad spectaculum duxerant. Exitus pretium fides famaque Tacit. Hist. 4, 58. Conscientiae pretium Idem in Vit. Agric. 12.
- 85 PRETIOSVS, a, um. Adi. [τιμῖος, τιμῆος, ὄντιμος] Quod est multi pretii. Plaut. Bacch. 1, 1, 41 Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretiosa operaria es. Cic. Off. 3, 89 Quaerit si in mari iactura facienda sit, equine pretiosi potius iacturam faciat, an serui vilis. Aera pretiosa Corinthi Senec. Med. 10. Dona pretiosa Idem ibid. f. 10. Emptor pretiosus, qui magno pretio aliquid emit. Hor. Carm. 3, 6, 32 Seu nauis Hispanae magister Deducorum pretiosus emptor. Vid. mox Thais pretiosa. Horti pretiosi Declam. in Sallust. Iuven. 6, 473 Est pretium curae penitus cognoscere etc. Ingenium quondam fuerat pretiosius auro Ouid. Amor. 3, 8, 3. Linteo pretioso vestes Plin. 12, 10. Loca pretiosa metallo Ouid. ex Pont. 3, 8, 5. Nox pretiosa, quae emitur pretio Propert. 3, 13, 1. Sapor pretiosus Columel. 3, 7. Texta pretiosa Ouid. Epist. 17, 223. Thais pretiosa Menandri i. sumtuosa atque ob id ipsum magno etiam constans amatori Prop. 4, 5, 43. Vestis Lucan. 2, 385. Cic. Phil. 2 c. 27. Vestimenta Hor. Epist. 1, 19, 32. Vinitor pretiosus Columel. 3, 3. Compar. Ouid. Met. 1, 115 Subiitque argentea proles Auro deterior, fuluo pretiosior aere. Non potest esse pretiosior homo Petron. c. 70. Superl. Cic. de Fin. 2, 91 c. 28 Non minor voluptas percipitur ex rebus vilissimis, quam ex pretiosissimis. Add. Petron. c. 14.
- 05 PRETIOSE. Adu. [τιμῖος] Delicate, eleganter. Cic. de Invent. vent.

vent. 2, 116 c. 40 Vasa magnifica, et pretiose celata. Pretiosius se-  
peliri Curt. 10, 1, 32. Medicus qui nutrit morbum, quo pretiosius  
et formosius curet Tertull. adu. Marc. 1, 22. Omnia largius et pre-  
tiosius compensare Paullin. Nol. Ep. 11 (al. 5) n. 4.

PRETIOSITAS, ātis. f. *Apud* Macrob. Saturn. 7, 13 Annulli 5  
pretiositas.

PRETIO, āre. *Aestimare, pretium adsignare.* Cassiod. Var. Epist. 5,  
40 Gemmarum diuites venae auri fulgore pretiantur.

## P R I

10

PRI, pro Prae, dixerunt antiqui Festus. *Inde* Prior, Pridie, Prior-  
ium et Pleraque a Pri incipientia.

PRIAMVS, i. m. [*Πριάμος*] fuit Laomedontis Troiani regis  
filius, sic *καρὰ τῷ πριάμῳ* emo, dictus, auctore Seruio ad Aen. 1, 623. 15  
Nam puer ab Hercule captus cum Hecuba sorore solus pecunia redi-  
mi potuit. antea Podarces dictus teste Lycophrone. Eum a Ioue  
originem traxisse ferunt, *per Dardanum quem ex Electra suscepit Iupiter.*  
*Vid. Genealogia Aeneae, quam tradit Ouid. Fast. 4, 31* Pri-  
amus patre ab Hercule interfecto, est auro redemptus: Ilion reforma-  
uit et exornauit. Habuitque teste Cic. Tusc. 1, 85 filios quinqua-  
ginta: quorum decem et septem ex iusta vxore sunt nati. Sen.  
Troad. 54 Ille tot regum parens caret sepulcro Priamus, et flamma  
indiget Ardente Troia. Priamum tota progenie orbatum, quum in  
aram confugisset, hostilis manus interemit Cic. Tusc. 1, 85. *vid. Virg. 25*  
Aen. 2, 554 sq. Regna Priami Idem ibid. 2, 22. Diues Priamus  
Hor. Carin. 1, 10, 14.

PRIAMĒIVS, a, um. Adi. [*Πριάμῆϊος*] Virg. Aen. 7, 252 Sce-  
ptra Priameia. Coniux Priameia, *Hecuba* Ouid. Met. 13, 404.

PRIAMĪDES, ae. m. Patronym. [*Πριάμίδης*] Virg. Aen. 6, 494 30  
Atque hic Priamiden laniatum corpore toto Deiphobum vidit. *Pri-  
ma syllaba necessitate quadam producitur.* Conf. Petron. c. 89.

PRIAMĒIS, idis. f. *Filia, Priami, Cassandra.* Ouid. Amor. 1,  
9, 37 Summa ducum Atrides visa Priameide fertur.

PRIAPVS, i. m. [*Πριάπος, φαλλός*] De hoc Seruius ad Georg. 35  
4, III Dionysi f. Bacchi ac Veneris filius, deus Lampsacenus Helleston-  
ti, qui hortos tuetur. De parentibus eius *vid. Brouckh. ad Tibul. 1,*  
4, 7 *ubi illud Afranii apud Macrob. Sat. 6, 5* Nam quod vulgo praedi-  
cant aurito me parente natum, non ita est, non de lepore, ut ille expli-  
cat: sed de Pane, Sileno, aut satyrorum aliquo, quos respuat Priapus, 40  
Bacchum solum adoptet. Addit Seruius, eum Helleponto eiecsum ob mem-  
bri virilis magnitudinem immoderatam, deinde tamen pro deo habitum.  
Alii eundem esse Priapum volunt et Bacchum: quod ex vocabuli ratione  
ac veritate probari potest. *πρίαπος enim esse videtur quasi βρήπος, id*  
*est clamorosus, propter eos, qui in poculis immoderatis, et bacchationibus*  
*eduntur, clamores: πρίαπος dictus est, quasi προΐκμενος τὸ σπέρμα, id*  
*est semen profundens. Afferunt etiam nonnulli priscos illos, quum*  
*vellent hominum pudenda occultius nominare, Priapum dixisse. Auctor*  
*Diodorus 5. Arnob. 6 p. 209 Genitalibus propriis inferior Priapus.*

Ouid. Fast. 1, 415 At ruber hortorum deus, et tutela Priapus. Virg. 50  
Georg. 4, 110 Et custos furum atque auium, cum falce saligna Helle-  
spontiaci feruet tutela Priapi. Conf. Catull. 18. 19 et 20. Fabu-  
lam de Priapo in Vestam dormientem accenso reiectoque a Dea rugitu  
asini excitata, quam ob causam Lampsaceni asinum Priapo in vltio-  
nem et poenam immolare coeperint, *narrat Lactant. 1, 21. vid. Ouid. 55*  
Fast. 6, 321. Conf. Fast. 1, 415. Hor. Serm. 1, 8, 1

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum;  
Cum faber incertus scammum, faceretne Priapum,  
Maluit esse deum. Deus inde ego, furum auiumque  
Maxima formido.

Pertinet hac antiqua collectio, carminum bonam partem obscenorum, quae  
Priapeia vocantur, a Scaligero et Scioppio illustrata: cuius etiam sunt  
Collectanea de Priapo.

¶ 2 Accipitur pro Pene, et talis  
formae Poculo, ex quo lasciui bibebant, hinc dicti Drillopotae. *Vid. Lam-  
bin. ad Iuuen. Sat. 2, 14 Vitreo bibit ille Priapo.* ¶ 3 Est 65  
et Priapus, Helleponti vrbs, teste Plin. 5, 32 a Priapo superiore, Li-  
berii et Veneris filio condita, coeptus est enim ibi coli ob vineta vberri-  
ma, quae iuxta in Pariana et Lampsacena regione sunt, auctore  
Strabone.

PRIAPELA, orum. n. *Ut monuimus, vocantur carmina breuia illa, an-  
tiquitus collecta, et Virgilianis Catalectis adici solita, quibus etiam titu-  
lus praescriptus est Lusus in Priapum.*

PRIAPĪNVS, a, um. Adi. Petron. Satyric.

PRIAPISCVS, i. m. [*πριαπισκος*] Lignum seu herba in modum  
penis: al. Satyrion. Apul. de Herb. c. 15. Aliqui etiam Aeneoli 75  
priapisci legunt pro Aeneolis piscatoribus apud Petron. c. 73. *Burm.*  
p. 362.

PRIAPISMVS, i. m. [*πριαπισμός, σατυριακός*] Morbus est, quum  
genitale membrum in longitudinem protenditur, et in circulum intumescit  
sine Veneris appetitu: quod vitii genus iis potissimum solet usu venire, 80  
qui supini cubare consueverunt. Galen. 6 de Locis affect. Cacl. Aur.  
Acut. 3, 19.

PRIDEM. Adu. [*πάλαι*] quasi Prius die: vel Prae idem. Do  
longiori tempore dicitur: decem aut viginti dierum, aut mensis, men-  
siumque, et nonnunquam annorum, pro conditione materiae, inquit Valla. 85  
Plant. Pseud. 1, 3, 108 Non edepol habeo profecto: nam eam pri-  
dem vendidi. Cic. Fam. 5, 6 Quod ad me pridem scripseras. Quam  
pridem hoc nomen Fanni in aduersaria retulisti? Cic. pro Rosc. Com.  
5 c. 3. Add. Id. Verr. 1 c. 48. Ter. Heaut. 2, 1, 17. Hoc ego  
mali non pridem inueni: neque etiamdum scit pater. Conf. Cic. pro  
Cluent. c. 10. Idem in Brut. 41 de Themistocle loquens, Fuit enim re-  
gnante iam Graecia, nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu  
regio liberata: i. Non multo ante id tempus. Conf. Apul. Apol. p. 308.  
Haut ita pridem Hor. Serm. 2, 2, 46. Dudum, iamdudum pridem, mo-  
do Plaut. Amph. 2, 2, 60 idem valent.

PRIDIE. Adu. [*τῇ προτέρῃ, subaud. ἡμέρῃ*] i. Priori siue prae-  
cedenti die. Cato de R. R. c. 157 sub f. Si quem purgare voles,  
pridie ne coenet. Cic. Att. 12, 14 De Terentia autem scripsi ad te  
eis literis, quas dederam pridie. Cic. Philipp. 7, 13 Cui cum Pridie  
frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis deuolu-  
ti. Cum Genituo Cic. Fam. 1, 4 Quod iam illam sententiam Bibuli  
de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. Pridie eius diei venit Cic.  
Att. 11, 20. Sed et cum Accusatio, qui pendet ab omisso Ante. Idem  
ibid. 3, 17 Ibi esse vsque ad pridie Calend. Maias volo. A pridie  
Idus Septembres gignitur Plin. 11, 16. Pridie Idus Suet. Caes. c. 81. 105

- Cic. Fam. 3, 4 Pridie Nonas Iunias quum essem Brundisii. Vell. 2, 55, 3 Pridie natalem eius. Cic. de Amicit. 12 Pridie quam excessit e vita. Scribon. 122. Cic. Fam. 1, 2 De his rebus pridie quam haec scripsi, Senatus auctoritas grauiissima intercesserat. Literae tuae erant pridie fortasse scriptae quam datae Cic. Att. 12, 18.
- PRIDIANVS, a, um. Adi. [*πρωπρωϊος*] Pridie factus, datus, coctus etc. Suet. Calig. c. 58 Marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere. i. praecedenti die sumti. Plautia Apul. Met. 7 p. 196. Reliquiae Idem ibid.
- 10 PRIENE, es. f. [*Πριηνή*] Ioniae urbs, Biante alumino nobilis. Meminit Cic. in Parad. 1. Priscian. in Periegesi, Per quas Maeander pinguis descendit in aequor, Inter Miletum currens, Iataque Prienem. Aufon. de sept. Sapient. 8. Plures esse Bias prauos quem clara Priene etc.
- 15 PRIENAEVS, a, um. Adi. [*Πριηνεως*] Sidon. Paneg. 1, . . Prienae Bia, quod plus tibi turba malorum est. Idem Carm. 15, 48.
- PRIMNESIUS, Palus ad quem funis nauticus religatur, quem alii Tonfillam dicunt. Paullus Festi. Melius Prymnesius, *πρωμνησιος*, a *πρωμνη* Puppis.
- 20 PRIMAEVVS, PRIMANVS, PRIMARIVS, PRIMATES, PRIMITIAE, PRIMIPARA, PRIMIPILVS, PRIMOGENITVS, PRIMORDIUM, etc. vid. mox sub PRIMVS.
- PRIMVS, a, um. Adi. Superl. a Prior, [*πρωτος*], ad numerum, seu ordinem refertur, et significat, ante quem nemo est. Ter. Phorm. 2, 3, 47 At si talentum rem reliquisset decem. D. di tibi malefaciant P. primus esses memoriter progeniem vestram vsque ab auo atque atato proferens. Idem Adelph. 5, 9, 18 Et quidem tuo nepoti huius filio hodie primam (al. prima) mannam dedit haec. Idem Adelph. 4, 2, 7 Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia. Virg. Ecl. 1, 45 Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Extremi primorum Hor. Epist. 2, 2, 203. Primus ante omnes Virg. Aen. 2, 40. Primus ad extremum similis sibi Hor. in Arte Poet. 254. de pede Iambo. Prima duo capita epistolae tuae tacita mihi quodammodo relinquenda sunt Cic. Fam. 3, 8. Idem Fam. 10, 11 Primae tuae sententiae infinitis cum muneribus, posteriores ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositae. Cic. Philip. 6, 8 Primus in hoc ordine, quo ad magistratum iniret, sententiam dicere. Solebant enim Consules designati primi omnium in Senatu sententiam rogari, ut et apud Sallustium; et multis aliis in locis videre est. Ex Turnebo. Primus, de duobus, Cic. de Inuent. 2, 11 Quo pacto tractari conueniret argumentationes, in libro primo non indiligenter expositum est. Cic. Verr. 2, 183 Recita mihi, quaeso, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleii. Virg. Aen. 1, 24 Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis. Idem Aen. 1 pr. Troiae qui primus ab oris. add. ib. 8, 319. ¶ 2 Interdum honoris ordinem notat. Ciuitatis primus Dyrrachinus Cic. Verr. 3, 129. Genere et nobilitate sui municipii facile primus Cic. pro Rosc. Amer. 15 c. 6. Sic Decem primi Ameriae Cic. pro Rosc. Am. 25. Virg. Aen. 9, 785 — iuuenum primos tot miserit Orco. Ter. Adelph. 5, 4, 4 Et quae tibi putaris prima, in experiundo ut repudies. Vbi Donat. Prima, ante alia eligenda, quae et primo loco ponenda, ac per hoc optima. conf. Ter. Heaut. 5, 2, 9. Prima et summa, habentur vtilia Cic. Off. 3, 101. Homo primus Cic. Verr. 4, 37. Primus apud te est Ter. Eun. 1, 2, 10. b. e. Supra alios amas illum. Ibid. 2, 2, 17 Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, nec sunt. Primam dices, scio, si videris: b. e. Pulchriorem caeteris omnibus Ter. Eun. 3, 5, 19. Plin. 12, 23 Laus prima candidissimis sphagnis atque altissimis, secunda rutilis, nulla nigris. i. Pluris aestimantur. Honos primus virtutis Hor. Serm. 1, 6, 83. Construitur cum Genitio, et cum Praepositione. Omnium primus Cels. 1 praef. Ex omnibus primus id. ibid. Cic. Q. Frat. 2, 5 Postea Racilius de priuatis me primum sententiam rogauit. Id. de Fin. 4, 17 Primi ex omnibus philosophis natura tributum esse docuerunt, ut hi, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur. ¶ 3 Prima, plur. pro Principiis. Liu. 8, 3 Quod bellum si prima satis prospera fuissent, haud dubie peruenisset ad Romanos. Prout prima cessissent, i. principia Tac. Agric. 18, 5. Virg. Ecl. 6, 34 Vt his exordia primis Omnia et ipse tener mundi concreuerit orbis. Vbi per Prima, Atomus Epicuri intelligit. Sic Lucret. 4, 187 Propterea quia sunt e primis facta minutis. Prima viai, pro Primae viae: Vstitatum est loquendi genus Lucretio: Sic enim alibi, Vltima naturai, Abdita templi, Acuta belli, et caetera id genus. Est autem versus hic 1, 1068 Amplexi quod habent naturae prima viai. i. Quia tenent peruerse prima elementa, et primas vias naturae inuestigandae. Prima consiliorum, b. e. Prima consilia Tacit. Hist. 2, 11, 5. Cic. in Orat. 4 c. 1 Prima enim sequentem, honestum est in secundis tertiisque consistere. Salust. Catill. c. 36 Domi otium atque diuitiae, quae prima mortales putant. conf. Idem Iugurth. 61 et 76. ¶ 4 Substantia: Liu. 28, 43 M. Atilium captum in Africa commemorat, tanquam M. Atilius primo Accessu ad Africam offenderit. Aditus primi difficiles Hor. Serm. 1, 9, 56. Adolescentia prima, vid. ADOLFEO. Liu. 4, 53 Impigre priuo statim aduentu deiectis qui in praesidio erant, arcem recepit. Aestas prima inceperat Virg. Aen. 3, 8. Aetas Idem Georg. 2, 362. Anni Virg. Aen. 2, 87. Cic. de Orat. 3, 7 Qui ei annus primus ab honorum perfunetione aditum omnium concessu ad summam auctoritatem dabat. Liu. 35, 11 Nihil primo aspectu contemptius, equi hominesque paulluli et graciles. Aspectu primo obstupuit Virg. Aen. 1, 617. Barba prima Senec. Hippol. l. 5. Chorda prima Varr. de L. L. 9, 4. Corpora prima, et semina rerum vocat Lucret. Elementa, 1, 56. Die primo quoque Columel. 8, 5. Pompeius ad Domitium, Vt primo quoque die Luceriam aduenires: ap. Cic. ad Att. 8, 12. Diebus primis Scribon. 1. 22. 158. Diluculo primo Suet. Vitell. c. 15. Facie prima Caius in l. Aliquando D. ad Senat. Conf. Velleianum. Fax prima noctis Aul. Gell. 18, 1 in fine. Fronte prima, vid. FRONS, frontis. Ab Infantia prima Tacit. Ann. 1, 4. Introitu primo Plin. 12, 8. Iuuenta prima Plin. 10, 55. Luna prima Varr. de L. L. 5, 2. Labes prima mali Virg. Aen. 2, 97. Cic. de Nat. Deor. 1, 20 Hunc censet primis, ut dicitur, Labris gustasse physiologiam, id est naturae rationem, qui quidquam quod ortum sit, putet aeternum esse posse? Est, inquit Brasimus, Breuiter quippiam attingere. ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter praegustant, nihil inde in stomachum transmittentes. Cic. ad Qu. Frat. 1, 4, 17 c. 7 Apud quem primus Licetor quieuit, tacuit accensus. Vid. infra Proximus licetor. Lux prima, pro Summo diluculo. Cic. Fam. 4, 12 Eo sum profectus prima luce. Sic Cic. Att. 4, 3. Caesar Bell. Gall. 1, 22. Liu. 9, et Tacit. Hist. 350.

3, 70. Primae Magnitudinis aper Petron. 40. *ut* Stella primae magnitudinis Lamprid. Alex. Seu. 13. Primae formae feras dixit Sen. de Prouid. 3. Primae Notae oleum Colum. 12, 50, 11. Acetum id. 12, 17, 1. *Nempe idem etiam* secundae Notae 3, 2, 19 *et* tertiae vel quartae meminuit 3, 20, 3: *ut* Sen. Epist. 52 Egregium hoc quoque, sed secundae fortis ingenium. *Vid. viri docti ad* Petron. l. c. Mane primo cum familia prodeundum est Columel. 12, 1 *dicitur et* Summo mane. Plin. Ep. 9, 28 *extr.* Proinde prima quaque Occasione mitte. Partes primae *vid. n. 6.* Particulam primam quamque venti sentire Lucret. 4, 262. Primus pilus, *vid. mox* PRIMIPILVS. Cic. Acad. 4, 92 Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte, ne contra vos tota nata sit, quae primo Progressu festiue tradit elementa dicendi. Cic. de Fin. 4, 61 Nominibus vterentur his, quae prima Specie admirationem, re explicata risum mouerent. Hor. Serm. 2, 2, 93 Hos vtinam inter Heroas natum tellus me prima tulisset. *i. vtiam olim inter antiquos Heroas natus essem.* *Aliter* Virg. Aen. 4, 166 Prima et Tellus et pronuba Iuno Dant signum: *vbi ad verbum et actum refertur.* Sic et Georg. 1, 13 Tuque o cui prima frementem Fudit equum inagno tellus percussa tridenti. Neptunus primum equum percussa tridente terra creauit. *Sic* 3, 95 Quae vos prima Tellus; *in quam terram primum nascentes venistis.* *Vid. talia n. 7.* Tempore primo quoque, *i. Statim, siue Quam dabitur occasio,* Cic. Verr. 4, 58 Primo quoque Tempore afferretur. Idem Att. 8, 6 Omnes copias primo quoque Tempore in vnum locum conuenire. *add. ib. 2 sub* 11. Sed Tempore primo Scribon. 122. *i. initio.* Temporibus primis Scribon. 12. Tenebris primis mouit *b. e. Coepta nocte* Liu. 31. Idem 34, 61 Tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratum prima Vespera suspendit. Tacit. Ann. 5, 1. Primo Vespere vt lumina in castris hostium conspexere, etc. Vrba prima addita Varr. de L. L. 4, 36. Plin. 15, 14 *ad finem, de vitiis malorum generibus.* Dacis ferme vilissimis nomen, quaequam primis aduentu, decerpique properantibus. *¶ 5 Formulae cum Praepositionibus.* A primo, *pro ab initio.* Plaut. Most. 3, 2, 139 Multum improbiore sunt, quam a primo credidi. Cic. Att. 8, 11 Hoc a primo cogitauit, omnes terras, omnia maria mouere. *Et* 7, 11 Vtinam a primo ita tibi esset visum. *Et* 9, 4 Tuas nunc epistolas a primo lego. Ter. Phorm. 4, 3, 37 A primo homo infanibat. *Et* 4, 2, 14 Petam hinc vnde a primo institui. Cic. in Orat. 26 In illa pro Ctesiphonte oratione longe optima, submissius a primo: deinde dum de legibus disputat, pressius: post sensim incedens, iudices vt vidit ardentes, in reliquis exultauit audacius. Sen. de Brevit. vitae 1 Non illa se regis imperio, non fauore populi longius proferet: sicut missa est a primo decurret. *Et si audimus Gronouium, etiam de Vita beat. 7 legendum,* Nec quidquam mutauit a primo, *pro vulgato,* N. q. m. optima. *De loco* Cic. de Fin. 3, 32 c. 9 *dicimus in* APPRIME. In primum, *pro In primam aciem.* Liu. 2, 46 *extr.* Sic in primum infestis hastis inuolant duo Fabii, totamque mouerunt secum aciem. *Et* 3, 62 Equites duarum legionum sexcenti fere ex equis desiliunt: cedentibusque iam suis prouolant in primum: simulque et hosti se opponunt, etc. *add. 2, 20.* In primo viget, iacet in extremo Cic. in Orat. 215. Cum primis, *vid. CVM Praepositionem.* Cum primis domi suae locuples et honestus homo Sopater Cic. Verr. 2, 68. Sapiens cum primis nostrae ciuitatis homo Cic. de Orat. 2, 224. In primis, *vid. IN Praepositionem.* Clarum et ornatum in primis Siciliae oppidum Himera Cic. Verr. 2, 86. Homo in primis improbissimus Cic. Verr. 3, 68. In primis splendidus Minutius Eques Rom. Cic. Verr. 2, 86. *¶ 6* Partes primae in fabulis quae essent, suo loco diximus. Sed nomen illud saepe omittitur. Cic. de Clar. Orat. 183 Ex his Cotta et Sulpicius, cum meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt. *i. Sapientissimi et doctissimi habiti sunt.* Ibid. c. 95 Erat excellens iudicio vulgi, et facile primas tenebat adolefcens. Agebat primas in causis Hortensius Cic. de Clar. Orat. 308 c. 90. Concedere ingenio primas Cic. de Orat. 2, 147 c. 35. Deferre primas alicui, *Palmam et primum locum tribuere.* Cic. Att. 1, 14 (17) Amoris erga me, quum a fraterno amore domesticoque discessi, tibi primas defero. *i. Post qos ille es, quem magis amem.* *add. Id. de* N. D. 1 c. 16. *et in* Orat. c. 9. Sic Primas eloquentiae ferre Tac. An. 14, 21, 8. Primae tribuuntur Dial. de Orat. 25, 4. Primarum partium esse, *vid. PARS.* *¶ 7* A Poetis hoc Adiectiuum constructur cum Substantiuis, et Aduerbiu vim habet: Virg. Aen. 5, 857 Vix primos inopina quies laxauerat artus. *i. Primum.* Sic, Primam urbem inuadere Sil. 2, 235. *Vid. Drakenb. et Gronou. Obseru. 1, 7.* *Vid. n. 4* Prima Tellus. *Interdum notat Partem alicuius rei: ut* Ter. Prol. Adolph. 8 Lenoni eripit meretricem in prima fabula. *i. In prima parte fabulae.* Virg. Aen. 9, 245 Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem. Idem in Ciri 212 Tum suspensa leuans digitis vestigia primis. Sic Catullus 2, 3 *dicit* Primum digitum, *pro Summa digiti parte.*

PRIMUM. Adu. [*πρῶτον, πρῶτα*] Ordinem notat: fere sequitur Praeterea, vel Deinde. Ter. Adolph. 4, 2, 1 Nae ego homo sum infelix! primum fratrem nusquam inuenio gentium; praeterea autem dum illum quaero, a villa mercenarium vidi. Idem in prol. Heaut. 3 Id primum dicam: deinde quod veni, eloquar. Nunc primum, *vid. NVNC.* Cic. Verr. 3, 169 Primum eam, quum posita esset apud eas societates, vnde erat attributa, binis centesimis feneratus est; deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino; postremo si cui ciuitati soluit, tantum detraxit, quantum commodum fuit. Cic. Verr. 2, 144 Primum auerti pecuniam donum non placere: deinde ipsarum statuarum modum quendam esse oportere: deinde illud certe ab inuitis exigi non oportere. *Add. Cic. Fam. 7, 2. et Att. 5, 14. et Catil. 2 c. 9. it. 4 c. 3. et de Diuina. 2 c. 46. et pro Font. c. 14. Cels. 2, 1. Liu. 32, 19. etc.* Nonnunquam tamen solum reperitur, vt nullae consecutivae particulae sequantur. *Vid. Manut. ad Cic. Fam. 2, 9.* Sic Plaut. Capt. 2, 3, 100 Sequere, te vt amittam: ei tui primum praeuorti volo, *i. ante omnia.* Ter. Heaut. 2, 5, 53 Mane, hoc quod coepi, primum enarrem, Clitipho: post istuc veniam. CLIT. propera. s. iam primum omnium vbi ventum ad aedes est, Dromo pultat fores: etc. Vt primum illam vidi, nunquam vidi postea, *b. e. Nunquam nisi semel vidi* Plaut. Epid. 4, 2, 30. Vt primum potestas data est augendae dignitatis tuae, nihil praetermisi in te ornando, quod positum est in praemio virtutis, aut in honore verborum Cic. Fam. 10, 13. Vt primum forum attingi, spectauit semper, vt tibi possem quam maxime esse coniunctus Cic. Fam. 5, 8. Sic Cum primum, *de quo in* CVM. Pro Praecipue, *s. ante omnia,* Plin. 15, 18 Quid primum in eo miremur? curam ingenii, an occasionem fortuitam? celeritatemque curus, an vehementiam viri? *¶ 2* Primum dum quod etiam



*iuncte scribitur* Primumdum: Plaut. Trin. 1, 2, 61 Primumdum omnium — Tum autem etc. *conf.* Idem Bacch. 2, 3, 25. Most. 1, 2, 39. et 2, 1, 53. Mil. 2, 3, 26. Rud. prol. 32. et Truc. 1, 1, 10. Illud dum producit modo vocem, ut in iamdum.

5 PRIMO. Adu. [*πρῶτον*] Idem. Ter. Eun. 5, 7, 10 At etiam primo callidum et disertum credidi hominem. Ovid. Met. 2, 444 Et timuit primo ne Iupiter esset in illa. Plin. 19, 3 Vesca pecora solita, primoque purgare, mox pinguescere. Rex primo non accredit Nep. 14, 3, 4. *Cum distinguuntur, v. g.* primum Consul est, qui nondum fuit, primo indicat aliquem post factum, vel eundem initio Consulem, ut hoc vitat, deinde dictatorem fuisse. Hoc ita eloquuntur, Primum tempus, Primo locum denotat. *Quam etiam differentiam inter* Quartum et Quarto tradit Varro apud Gell. 10, 1. *Sed vid. etiam* TERTIVM. *Sequuntur particulae* Iterum, Postea, Postremo, etc. 15 Vid. Liu. 2, 51. 31, 29. 26, 39 et 23, 40. Cic. de Resp. Ar. c. 23. Cels. 5, 26.

PRIME. Adu. apud antiquos, unde Apprime. Fabula prime proba Naen. apud Sospatr. p. 188. et Priscian. p. 603.

PRIMVLVS, a, um. Adi. Dimin. a Primus. Plaut. Amph. 2, 2, 20 105 Primulo diluculo abiisti ad legiones.

PRIMVLVM. Adu. Dimin. Ter. Adelph. 5, 6, 10 Paullatim plebem primulum facio meam. Ibid. 3, 1, 2 Modo dolores mea tu occipiunt primulum. *Vbi Donatus: Initium et ipsa origo dolorum diminutiue demonstrata est. Non enim Primum, sed Primulum dicit.*

25 PRIMAEVVS, vid. paullo post.

PRIMARIVS, a, um. Adi. [*πρωτός, ἀρχικός*] qui primus esse meretur, primae dignitatis. Cic. de Senect. 61 In quem illud elogium vnicum plurimae consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. *b. e.* Primum inter populum et veluti eminentiorem. Idem Verr. 5, 120

30 Vir primarius, homo nobilissimus, dicit. Et de Fin. 2, 116. Adolefcens primarius, vid. b. v. Bellator Plin. 7, 43. Condicio Plaut. Stich. 1, 2, 82. Femina Ter. Phorm. 5, 8, 78. Cic. Verr. 1, 153 c. 58 Scilicet magno praesidio fuit Anniae pupillae mater femina primaria. Senator vir primarius Cic. pro Flacc. 50 c. 21. *Contraria:*

35 Cic. de Fin. 3, 52 c. 15 Sic in vita non ea, quae primario loco sunt, sed ea, quae secundum locum obtinent, *ἡγουμένηα*, id est producta, nominentur.

PRIMAS, ātis. m. [*ἀριστος*] Primates dicti, ut Summates sive Optimates, hoc est primi in ciuitate. Primatis ciuitatis filii cadauer Apul.

40 Met. 2 p. 124. Feminam primatem, dixit Idem p. 123. De Primatibus variis vid. Gotbofr. ad C. Theod. v. g. ad l. 1 de offic. Iudic. ciuil. etc.

PRIMATVS, ūs. m. [*πρωτόν, πρωτία*] Ipse locus et auctoritas primorum. Plin. 13, 12 Primatum mutauit Caesar. Primatum dare

45 alicui rei Varr. de R. R. 1, 7.

PRIMANVS, i. m. [*πρωτότος*] Tribunus, qui primae legionis tributum scribebat, ut apud Catonem, in ea, quae est contra Thermum de suis virtutibus. Haec Festus. Legio primanorum Capitolin. in Albino c. 6. Primani nempe primae legionis milites, ut Secundani se-

50 cundae etc. Tacit. Hist. 2, 43, 2 Primani stratis Vnauctuicessimanorum principibus Aquilam abstulere.

PRIMORIS. [*ἀρετις*] Genitiuus, cuius Nominatiuus non reperitur: Plur. PRIMORES, um, etc. non multum a Primis distans. Primores, dicuntur Summae quaeque res, inquit Nonius 5, 24. Lucilius, Quum

55 gallus digitos, primoresque erigit vngues. Cato c. 51 Pullos in terram deprimito, extollitoque primorem partem. Nasi primoris acumen Lucret. 6, 1191. In primore fronte animum gestare Apul. Apol. p. 300 Elm. Cato de R. R. 40 Surculum aridum praecutum inter

60 librum et stirpem artito primores digitos duos. *Hic Primores digiti, Tenues intelliguntur, quod digiti primore sui parte minus crassi sint. Itaque Cato his Crassos opponit, ita scribens, Stirpem oblitito digitos crassos tres. Eod. loco Surculum primorem praecui iubet. Primoribus labris gustare, est Leuiter quidpiam attingere: ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes.* Cic. pro Cael. 28 c. 12 Equidem multos et vidi in hac ciuitate, et audiui non modo, qui primoribus labris gustassent genus hoc vitae, et extremis, ut dicitur, digitis attigissent. Idem de Orat. 1, 87 c. 19 Haec autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quae isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Primores,

70 pro primis accipitur: ut, Primores imbres Varr. de R. R. 2, 2. Anni Sil. 16, 650. Dentis, Qui primi patent Plin. 11, 37. Ioannes in primori Epistola Tertull. de Pudic. c. 19. Domus partem primorem esse atrium Gell. 16, 5. Primori in acie versabantur Tacit. Hist. 3, 21 extr.

75 ¶ 2 Primores, [*ἀριστοι*] pro Optimatibus Virg. Aen. 9, 309 Protinus armati incedunt: quos omnis euntes Primorum manus ad portas, iuuenumque senumque Prosequitur votis.

Vbi Seru. Primorum, Genitiuus hic venit ab eo, quod est, hi Primores, sicut hi Proceres: quorum Nominum Nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus huius Primoris. Primores ciuitatis Colum. 12, 3, 10. Primores plebi opp. ap. Tac. Ann. 2, 19, 1. et frequenter hac voce vsus est Idem. Feminae primores Tacit. Ann. 2, 29, 1. Ministri primores Idem Ann. 4, 10, 2. Primores iuuentute Liu. 24, 20. Vid. Gronou.

85 Aufon. Parent. 15, 7 Te primore vicens, te deficiente relabens. Hor. Serm. 2, 1, 69 Primores populi arripuit, populumque tributum. Socium primores Sil. 13, 7.

PRIMOTICVS, a, um. Adi. Primo natus, praecoquus. Duracina primotica Apic. 4, 5.

90 PRIMAEVVS, a, um. Adi. Primae aetatis, ut Grandaeuus, grandioris aetatis. Virg. Aen. 9, 546 Vix vnus Helenor Et Lycus elapsi; quorum primaevus Helenor. etc. Idem 10, 345 — fidens primaevio corpore Lausus. Coniux primaevus Stat. Silu. 5, 3, 66. Nam primaevus adhuc senibus documenta dedisti Arator praef. priore. Natus Catul. Argon. 62, 401 (Epithal. sub fin.). Primaevio flore iuuentus Virg. Aen. 7, 162. Iuuenes Sil. 5, 424. Iuuenta Aufon. Phoenicis 115. *conf.* Rutil. Itin. 1, 172 c. nor. Barb. Weitz ad Val. Flacc. 2, 653.

PRIMICERIVS, i. m. Is, qui primus notabatur in tabula cerata, hoc est albo, siue catalogo, munere aliquo fungentium. [*πρωτοεργαμύνας*] Ita Secundicerius et Tertiocerius dicuntur in Notitia vtriusque imperii.

100 Primicerius domesticorum, mensurarum etc. Cod. l. 2 de domest. et protect. et l. vna de mensur. Veget. Mulom. 2, 21 Primicerius in officio praefectorum Praetorio, ad honestum quaestuosumque militiae peruenit finem. Dicitur autem Primicerius non solum notariorum, ut apud Renatum Frigidum in historia Honorii et Theodosii: Rustitus Agrefinus ex primicerio notariorum Iouini, multique nobiles apud Aruernos

105 capti:

capti: *add.* Paul. Diac. Longob. 4, 34. *Sed etiam primus aliarum dignitatum.* Ammian. Marcell. 18, 3 Inter quos etiam Valentinus ex primicerio protectorum, Tribunus. *Quae autem huius officii sit dignitas, ostendit Cassiodor. Var. 6, 7 in forma comitiuae sacrarum et primiceriatu, ubi, Ad publicae, inquit, festiuitatis indicium, locum quoque primiceriatu adiungimus.* Parum est autem, quod prouinciarum iudices tuae subiaceant dignitati: ipsis quoque proceribus chartarum confirmas officium: dum perfectum non creditur, nisi a te fuerit pro sollemnitate completum, etc. *De Primiceriis domesticorum, cubiculi, exceptorum, fabricae, sacrarum largitionum, sacrae massae, notario-* 10  
*rum, totius officii Palatini, scriniorum Palatinorum vid. Iac. Gothofr. ad Cod. Theod. variis locis, quae index monstrabit. Multa quoque Can-*  
*gius. Nostrae operae non est.*

**PRIMICERIVS**, ūs. m. *Dignitas et munus primiceriorum.*  
l. i Cod. de Decanis, Biennii spatio primiceriatu gerant officium. 15  
*conf. Cassiodor. Var. Epist. 6, 7 et 16. Et Epist. 10, 11.*

**PRIMIGENIVS**, a, um. Adi. [*πρωτόγονος, πρωτόπλατος*] *Idem quod Primitiuus, Quod aliunde non habet originem.* Verba primigenia, vt Lego, Scribo, quae non sunt ab alio verbo, sed suas habent radices Varr. L. L. 5, 5. *Primigenius sulcus (inquit Festus) dicitur,* 20  
*Qui in condenda noua vrbe, tauro et vacca, designationis causa imprimitur.* Primigenia Fortuna: Cic. de Legib. 1, 28 c. 11 Fortuna fit vel huiusce diei: nam valet in omnes dies; vel Respiciens ad opem ferendam; vel Fors, in quo incerti casus significantur magis; vel Primigenia a gignendo. Liu. 34, 53 Et aedem Fortunae Primigeniae 25  
in colle Quirinali dedicauit Q. Martius Ralla Duimuir ad id ipsum creatus. *add. 29, 36. it. 43, 13 Celebratur etiam Inscriptionibus.* Semina primigenia Varr. de R. R. 1, 40 pr. Dicam de primigenia pecuaria Id. 2, 2 pr. i. De ouibus, quales sint ad feturam viles. Legio primigenia Spartian. in Iulian. c. 1. Seminis primigenii fontes Am- 30  
mian. 14, 6. Primigenia rerum i. Naturae Idem 26, 10 extr. Primigenius nomen fere seruorum vel libertorum: vid. Petron. c. 46. et Gruter. Inscript. p. 578 n. 3. et p. 599. n. 1.

**PRIMIGENVS**, a, um. Aliud Adi. [*πρωτόγονος*] Lucret. 2, 1104  
Multaque post mundi tempus genitale, diemque Primigenum maris et 35  
terrae, folisque coortum, etc. Auien. Phaenom. Arat. 13 Mentis primigenae penetralia.

**PRIMIPARA**, ae f. [*πρωτότοκος*] Primiparae dicuntur Matres, quae primo genuerunt. Plin. 8, 40 f. 62 Et ab ea, quae femina sit ex primipara genita citius cerni. Matres Id. ib. c. 47. 40

**PRIMIPILVS**, f. PRIMOPILVS, i. m. [*πρωτόπυλος*] Centurio primi manipuli aut ordinis Triariorum. Vid. PILVS. Caes. B. Gall. 2, 25 Omnibus centurionibus aut vulneratis aut occisis, in his Primipilo P. Sextio Baculo. Sed al. primo pilo: al. primi pili. Val. Max. 1, 6, 11 Aquilarum altera vix conuelli a primipilo potuit. 45  
*Hic nihil varietatis. Nempe aquila legionis custodiae primi pili commissa quorsum Iuuen. 14, 196 Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus Adferat. Idem dicit, quod Plin. 14, 3 Centurionum in manu vitis, et opimo praemio tardos ordines ad lentas perducit aquilas. Vid. Martialis 1, 32 et 6, 68 Et referes pili praemia clarus eques, vnde apparet etiam, equestrem dignitatem primipili centurioni. f. primipilo adiunctam fuisse. Indicat idem Ouid. Am. 5, 8, 10 Ecce recens diues, parto per vulnera censu, Praefertur nobis sanguine factus eques. Quod declarat v. 25*

Discite, qui sapitis, non quae nos scimus inertes,

Sed trepidas acies et fera castra sequi:

Proque bono versu primum deducite pilum etc.

*Nempe Primipilatus et opes adfert, et equestrem dignitatem. Illud deducite gratiam habet, cum etiam carmen deduci dicatur.* Tac. Hist. 3, 22, 5 Ipsam aquilam, Atilius Verus primi pili centurio — serua- 60  
uit. *Compositum itaque nomen indubie nondum habet antiquiorem auctorem Valerio, quem laudauimus. Caetera loca omnia commodius diuissim accipi putamus, ponimusque adeo in PILVS. Caeterum frequentior mentio in lapidibus, quod Index Gruterianus ostendit, et quidem nunc PRIMIPILVS scribitur, nunc PRIMOPILVS: PRIMIPILARIS et PRIMOPILARIS. Antiquum et aureae aetatis nomen esse Primo-* 65  
*pilum satis indicat Dionysius Halic. 9 p. 567, 24 vbi de Flauuleio, ἑνὸς τῶν ταγματῶν (legionum) τῆ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος, ἢ τὰς ἐξήκοντα ἑκατονταρχίας (centurias) ἐπεδείξε τε καὶ τὸ κελυμένον ὑπερετῶν κελύει ὑβ-  
μος. Τὸν δὲ Ρωμαῖοι τὰς ἡγεμόνας τῆ πατρῴα γλώττῃ πρωτοπύλος καλεῖσιν.*

**PRIMIPILVM**, i. n. sequiori uero dicta fuit annona, quae dabatur 70  
primi pili centurionibus, vt inter milites distribueretur: Vid. Dion. Gothofr. ad tit. Cod. de primipilo (12, 61) it. Iac. Gothofred. ad Cod. Theodof. 8, 4 Panciroli. ad Notit. dignit. vtriusque Imperii c. 21.

**PRIMIPILARIS**, [*πρωτοπυλαίος*] Centurio, qui primum pilum duxit. Et ea forma dicitur Primipilaris, qua Consularis. Sueton. 75  
Calig. c. 38 Testamenta Primipilarium — vt ingrata, rescidit. Quint. Citil. 6, 3, 92 An primipilari seni testato suaderet ordinare suprema iudicia Vid. Gesn. ad b. l. Metaphor. Sidon. Epist. 6, 1 Te primipilarem spiritualia castra venerantur. conf. Tac. H. 2, 22, 6. et 4, 15, 7. it. Ann. 2, 11, 2 etc. Legitur et Primopilaris Gruter. Infer. p. 50 n. 6 et 80  
al. ¶ 2 Primipilares disti sunt, qui ad pacendos milites sollempniter ad litem destinabantur l. 6 Cod. Theod. de cohortalibus, princip. cornicul. et primipilaribus. Vid. Iac. Gothofred. ad hunc tit. (8, 4).

**PRIMIPILARIVS**, Idem. Sen. de Const. c. 18 Nec impune cessit primipilario. conf. Spartian. Iulian. c. 5. et Nigr. c. 2. Modestin. Digest. 85  
27 t. 1 l. 8 §. 12. ¶ 2 Pro filiis primipilarium: vid. Iac. Gothofred. l. c.

**PRIMIPILATVS**, ūs. m. Sarisb. 6, 16 Primipilatam affectare. Commoda primipilatatus l. i C. de primipilo.

**PRIMIPOTENS**, entis. Apul. Asclep. p. 92 Deus primipotens et vnus gubernator mundi. 90

**PRIMISCRINIVS**, i. m. *Scriniariorum supremus.* Symmach. Ep. 1, 33. *Magister scriniorum Voss. Lex. Etym. conf. l. vlt. C. de muner. l. vlt. C. de apparitor. l. 3 C. de diu. Off. it. Notit. Imp. saepe. De Primiscrinio canonum, numerorum et securitatum, vid. Lex. Pitisc.*

**PRIMITER**. Adu. [*πρώτως*] i. Primo. Pomponius Maccis geminis, Quin bono animo es video, eripis primiter dapes Non. 2, 661. qui etiam laudat Lucilium.

**PRIMITVS**. Aliud Adu. [*πρωτίως*] Idem. Lucil. 5 Sicuti quum primitur ficos populare sentis, item pretio ingenti ad primitus paucos. Ita Non. l. c. Varr. de R. R. 2, 2 Primitus oritur herba imbribus 100  
primoribus euocata. add. Id. 1, 31, 2. et 1, 48, 1. Petron. c. 62 Ego primitus nesciebam vbi essem. conf. Gell. 2, 18. et Catull. 19, 11 qui habet Primitu. Insinuari primitus Lucret. 4, 1024. Idem 5, 1092. Primitus ingredienti cum fascibus forum Suet. Claud. c. 7. Primitus instituti dies Cenforin. c. 20. add. Val. Max. 2, 5, 5. Tel- 10  
hurem nostro vitiatam primitus vsu Prudent. Apoth. v. 1045.

PRIMITIVS, a, um. Adj. *Quod in aliqua re primum et principale est.* Laudatur Ouid. Met. 12, 271 *Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.* Alii legunt Prunitium: sic et Burm.

PRIMITIAE, arum. f. Pl. [*ἀρχαί, ἀπαρχαί, κατάργματα*] *Primi fructus ex agro suscepti, qui Deo offeruntur.* Plin. 4, 12 *sub fin.* Frugum primitias solitos Delon mittere Apollini. *add.* Id. 18, 3. Frugum primitiae Ouid. Met. 10, 433. Operum primitiae Stat. Theb. 2, 742. Primitias vitis refecare censuerunt, i. *Prima flagella* Columel. 4, 10. Ar-  
10 146. Metallorum Tacit. Histor. 4, 53, 5.

PRIMITIVVS, a, um. Adj. [*πρωτότυπος*] *Quod aliunde non habet originem, siue Quod per se inuentum est.* Vnde et Primitiua verba, *Quae per se inuenta sunt, nec aliunde deriuantur: ut Amo.* Vt Primitiuum crederes fetum geri Prudent. in Rom. v. 828. Columel.  
15 de Arborib. c. 23, 1 *Ea res et fertilem arborem reddet, et primitiuos annos, fructum vinosum, postea vero etiam dulcem, et apyrenum. Fortasse legendum, Primitiuis annis, siue Primis: ut idem 5, 10, 15 ubi dicta in libro de arboribus repetit.* Ea res et fertilem arborem reddit, et primis annis fructum vinosum, et post quinquennium dulcem  
20 et apyrenum facit. Apes primitiuis floribus illectae Columel. 9, 13, 2. i. *vernis.*

PRIMIVIRGIUS, i. m. *Primus virgam gestantium ante regem.* Gloss. Graec. Latin. *πρωτοραβδύχος*, primiuirgius. Gloss. Isidor. *Primiuirgius, caballarius, quod primus est militiae in virgis.* vid. *Voss.*  
25 de Vit. L. L. 3, 38.

PRIMODVM, pro Primo. Laudatur Plaut. Capt. 1, 2, 51 *Primodum opus est pistoriensibus, quod probat Meurs.* Sed Gronou. *Primumdum.*

PRIMOGENITVS, a, um. Adj. [*πρωτόγονος*] *Qui primo genitus est, etiam si alii non sint geniti.* Plin. 11, 40 *Primogeniti in*  
30 *quacunque parte sues primas premunt. Vetus codex habet, Primis genitis in quoque partu sues primas praebent. Subaudi, Mammis. vid. Cellar. Cur. post. p. 278.* Lactant. Institut. Diu. 1, 11 *Filium suum primogenitum delabi iussit e caelo. conf. Pallad. 1, 39.* Primogenitus diaboli Marcion *dictus a Polycarpo apud Hieron. de Script.*  
35 *Eccles. Sulpic. Seuer. Histor. 1, 18 Primogenita omnia Domino offerenda.*

PRIMOGENITALIS, e. Adiect. Tertull. *aduers. Valentinian. c. 20.*

PRIMOPLASTVS, i. m. Prudent. Hymn. omn. Hor. 17  
40 *Ne gens periret primoplasti ex germine.*

PRIMORDIVM, i. n. [*ἀρχαιογονία, προῖφρημόρα*] *Principium, inquit, Festus, quod primo ordinur.* Cic. Partit. 7 *Vt primordia rerum et quasi praecurrentia, in quibus inest aliquid argumenti.*  
45 *Id. de Legib. 2, 7 c. 3 A Ioue Musarum primordia, sicut in Aratio carmine orsi sumus.* Belli primordia Stat. Achill. 2, 333. Curt. 9, 6, 17. Dicendi primordia Quinctil. 1, 9. Gentis primordia Ouid. Met. 5, 190. Mundi primordia Id. ibid. 15, 67. Operum primordium Curt. 9, 2, 11. Principiorum primordia  
50 *Lucret. 3, 263. Rerum prima primordia Id. 1, 50. Romae primordia Ouid. de Arte Am. 3, 337. A primordio sui, vid. A Praepositionem.* Capere primordia, vid. CAPIO. Ducere primordia generis ex aliis Ouid. Met. 15, 391. Tacit. German. 39, 2 *Stato tempore in siluam coeunt, caesoque publice homine, celebrant barbari ritus Horrenda primordia. Vbi Primordia forsitan sunt*  
55 *Sacra, quae propter primordia, siue originem gentis celebrantur Deo, a quo genus se ducere existimant.*

PRIMORDIALIS, e. Adiect. *Causa primordialis Ammian.*  
30 *pr. Lex Tertull. aduers. Iud. c. 2. Verbum, ὁ λόγος Id. Apol. c. 21.*

PRIMORDIALITER, Adu. Claud. Mamert. 2, 5 *Vnde corpora primordialiter existunt. conf. Augustin. de Trin. 3, 9.*

PRINCEPS, ipis. Adj. [*πρώτος*] *Qui primum capit, ut princeps, qui partem, initio nihil fere aliud quam primum in quaque re significat, solo ordinis respectu.* Cic. de Orat. 2, 55 c. 13 *Namque et*  
65 *Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornauit. Liu. 24, 4, 8 Princeps in praelium ibat, vltimus conferto praelio excedebat. de Hannibale.* Cic. Verr. 5, 90 *Vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps.* Id. Fam. 10, 17 *Ad omnia pericula princeps esse non recusabat.* Exordium princeps omnium debet esse Id. de Inuent. 1, 19. Princeps et solus initio bellum his indixit Ne-  
70 *pos 8, 1, 5. Terent. Adelph. 2, 3, 6 Itaque vnam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror, fratrem homini neminem esse primum artium magis principem. Qui princeps vitae rationem inuenit eam, quae nunc appellatur sapientia Lucret. 5, 9.*

Amor princeps ad benevolentiam coniungendam Cic. de Amicit. 26. *Ciuem principem se putat Id. de Nat. Deor. 2, 168. Dies imperii princeps, vitae supremus Tacit. Annal. 1, 9. Loeum principem auctoritatemque in salute mea tenuisti Cic. pro Domo 147. Gell.*  
80 *i. natalem. Mensis princeps, Ianuarius Columel. 11, 2. Natura princeps huius boni Cic. de Orat. 2, 356. De his, qui memoria vigent.* Id. de Clar. Orat. 319 *Quum igitur essem an plurimis causis, et in principibus Patronis quinquennium fere versatus, tum, etc. Qualitatum aliae sunt principes, aliae ex iis ortae Id. Acad. 1, 26.*

Roma princeps urbium Horat. Carm. 4, 13, 3. Cic. in Catil. 4,  
85 *19 Sed ut mea Vox, quae debet esse in Republica princeps, officio functa Consulari videretur.* Id. Fam. 6, 12 *Principem tamen habuimus Panfam, tui studiosissimum, mei cupidum, qui valeret apud illum non minus auctoritate, quam gratia. i. Praecipuum adiutorem.*

2 *Ducatum quandam, honorem ac praerogatiuam indicat. [ἀρχός, ἀρχηγός, ἀρχηγέτης]* Cic. Phil. 8, 29 *Quam magnum est personam in Republ. tueri principis: quae non animis solum debet, sed oculis seruire ciuium.* Id. Verr. 5, 40 c. 16 *Ad illam paruam manum extinguendam ducem te principemque praebere.* Nepos 15, 1, 2  
95 *Hoc abest a principis persona. Princeps Graeciae Id. 6, 3, 1. et 15, 5, 4. Principibus placuisse viris, non vltima laus est Horat. Epist. 1, 17, 35. Sic Princeps appellatur Imperator Roman. postquam Augustus sec. Tacit. Annal. 1, 1 Cuncta discordiis fessa ciuilibus, nomine Principis sub imperium accepit. Exempla habent omnibus paginis Tacitus, Plinius, Suetonius. Tum relatum eius est ciuis, vid. Plin. Paneg. c. 7 et 22. Iam de Iulio Caesare. Ouid. Fast. 3, 697 Praeteriturus eram gladios in Principe fixos. Sed latissime, ut indicauimus, patet. Cic. Verr. 5, 128 Totum enim tua libidine et scelere, ex sua patria, in qua multas virtutibus et beneficiis floruit princeps, sustulisti. Id. de Diuin. 2, 87 c. 42 De quibus Eudoxus Platonis auditor, in astrologia iudicio*

iudicio doctissimorum hominum facile princeps, hic opinatur, etc. In iure Ciuili longe omnium princeps Seruius Id. de Clar. Orat. 151. Sic Ciuitatis longe princeps Pompeius Id. pro Dom. 66 c. 25. Consilii publici princeps plurimos annos fuit Pericles Id. de Orat. 1, 216 c. 50. Ciuitatis Id. pro Dom. 66 c. 25. Plin. Epist. 3, 7. Auctor consilii publici, dux regendae ciuitatis, sententiae atque eloquentiae princeps in Senatu Cic. de Orat. 3, 60. Sic iunguntur princeps et inuentor Id. Tusc. 1 c. 23. Hunc video mihi principem horum studiorum existisse Id. pro Arch. c. 1 pr. Paullus in l. hoc D. de seruo corrupto, Iustius est eum teneri, qui princeps fuerit delicti. Princeps omnium flagitiorum et vitiorum Cic. Verr. 5, 4. Belli inferendi princeps Caes. Bell. Ciuil. 3, 54. Cothurni tragici princeps Plin. 7, 29. Dearum princeps Iuno Ouid. Fast. 6, 37. Ingenii et doctrinae princeps Plato Cic. Q. Fratr. 1, 1. Quia principes Intelligenti diuina fuerunt Curetes Sallust. ap. Lactant. 1, 21. Princeps iuuentutis erat libera Republ. is, qui primus inter equites legebatur. Brutus, princeps iuuentutis, celeriter, vt spero ciuitatis Cic. Fam. 3, 11. Sic Principes nobilissimae iuuentutis vocantur equites ab Alexandro ap. Curt. 6, 9, 21. Verum et Principes iuuentutis dicebantur Principum seu imperatorum liberi, futuri imperii omine tituloque: Quod Augustus in Caio et Lucio Caesaribus instituit. vid. Tacit. Annal. 1, 3 et Lips. Elect. 2, 1. Bernegg. ad Iustin. 42, 2, 11. Spanb. de Vsu et Praest. Num. diss. 12. Iuuenum nunc princeps, deinde future senum Ouid. de Arte Am. 1, 194. Hinc est, quod Augustus, vt modo dictum, Principis nomen sibi sumpsit. Legis Agrariae princeps P. Rullus, i. Auctor Cic. de Lege Agrar. 2, 13 c. 9. Nominis Latini princeps Liu. 1, 49 pr. Orbis terrae Cic. pro Dom. 110. Principes illius Ordinis (equestris) Nepos 25, 8. Philosophorum princeps Socrates Cic. de Nat. Deor. 2, 167 c. 66. add. Id. de Orat. 3 c. 16. Philosophorum princeps et auctoritate et antiquitate Socraticus Aristippus Id. Tusc. 2, 28. Philosophorum princeps Plato fuit Id. de Fin. 5 c. 3. Appellatus est Atticus, vt eius Rei princeps esse vellet Nep. 25, 8. Salutis mentisque publicae princeps, Senatus Cic. de Arusp. Resp. 58. Sceleris princeps atque architectus Id. pro Cluent. 60. Sceleris princeps et concitator belli Caes. Bell. Gall. 8, 38. conf. Nepos 18, 13, 3. Senatus princeps, Qui primus in Senatum lectus a Censoribus, primus in Senatu sententiam rogabatur. Liu. 27, 11 Cornelius (alter Censorum) morem traditum a patribus sequendum aiebat, vt qui primum Censor ex iis, qui viuerent, fuisset, eum principem legerent etc. Et 39, 52 Sic probat Africanum A. V. C. 569 non amplius vixisse, quod eo anno L. Valerius Censor princeps Senatus lectus sit, quum superioribus tribus lustris Africanus fuisset, quo viuo, nisi vt ille Senatu moueretur, quam notam nemo memoriae prodidit, alius princeps in locum eius lectus non esset. Conf. 34, 44. Liu. 45, 40 de P. Aemilio Macedonico Memorabilis eius oratio et digna Romano principe fuit. Gellius 4, 10 Primus rogabatur, qui a Censoribus princeps in Senatu lectus erat. Valer. Maxim. 4, 4 in fine, M. Scaurum vocat Senatus principem. Cicero quoque in Bruto 112 de eodem Scauro sic ait, Hoc dicendi genus ad patrocina mediocriter aptum videbatur: ad Senatoriam vero sententiam, cuius erat ille princeps, vel maxime. Sermonis ordiendi princeps fuit, i. Auctor. Cic. de Orat. 1, 98 Et quoniam princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniam, vt ea, quae sentitis de omni genere dicendi, subtiliter profequamini. Stoicorum princeps Zeno Id. Acad. 4, 131 c. 42. Gell. 19, 9 Celebrandae lucis annuae, quam sibi Principem Vitae habuerat, i. diei natalis. Ferrarum princeps Populus Romanus Plin. 22, 3. Roma, princeps Urbium Horat. Od. 4, 13, 3. ¶ 2 Variè consiruitur: Consilio et lingua princeps aliquis Cic. de Orat. 1, 98. Longe omnium quicumque fuerunt grauitate dicendi princeps Plato Id. ibid. 62. Studiis doctrinae, et regenda ciuitate princeps Demetrius Id. de Legib. 3, 14. Quales in Republica principes essent, tales reliquos solere esse ciues Id. Fam. 1, 9. Id. pro Flacco 54 c. 23 pr. Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Meandrius. Altissimus Claud. de muneribus Honorio imperatori a Stilicone missis 11. Egregius Claud. Conf. Stil. 2, 113. Honoratus homo et princeps Cic. Offic. 1, 138. Immensus Claud. Conf. Hon. 4, 23. Iustus Ouid. Trist. 4, 4, 12. Nefandus Senec. Octau. 5. Venerandus Claud. Conf. Hon. 6, 53. Colere principem donis, i. COLO. Exercere principem, et praestare Sueton. Tiber. 33. Placuisse principibus viris non vltima laus est Horat. Epist. 1, 17, 35. Profiteri se principem in Senatu Cic. Fam. 12, 24. Personam principis in Republ. tueri, magnam est Id. Philipp. 8, 29. Seruire principi Id. Fam. 9, 17. Princeps, f. g. Plin. 8, 32 Quasdam nos principes feminas scimus omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas, et longo aeno caruisse febribus. Principes feminas dixit, vt Principum philosophorum praecepta Nepos 25, 17, 3. ¶ 3 Principes militiae Romanae genus, inter Hastatos et Triarios medium. Liu. 8, 8 cum de Hastatis dixisset, Haec prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat; addit: Robustior inde aetas, quibus principibus est nomen, hos sequebantur scutati omnes, insignibus maxime armis. Hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati sequebantur. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a prima acie ad triarios sensim referebantur etc. Sed Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 2 Hastati dicti, qui primi hastis pugnant, Pilani (hi idem Triarii) qui pilis, Principes, qui a principio gladiis etc. Vid. de hoc Varronis loco Schelius ad Hygin. p. 306 seq. Veget. 1, 20 aperte a Liuui ordine discedit; Sic illi nuntii erant, qui in prima acie pugnantes principes, in secunda hastati, in tertia triarii vocabantur. Sed etiam totus ordo Principum horum Princeps vocatur, vt Pilus, vt Hastatus. Cic. ad Brut. 8 Cretenis bello Metello imperatore octauum principem duxit. i. Octauum ordinem, centuriam octauam. Ouid. Fast. 3, 129

Inde pares centum denos secreuit in orbes 95  
Romulus, Hastatos instituitque decem.  
Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat  
Corpora, legitimo quique merebat equo.  
Pares viri docti e coniectura et MSS. pro eo, quod Patres fuerat: i. aequales annis, viribus, armis. Orbes, i. centurias, centeni pares Principes faciunt unum orbem: horum orbium decem sunt mille primae illius Legionis s. exercitus Romani. Veget. 2, 8 Vetus consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primi pilii. Paulo post Princeps autem primae cohortis vid. leg. Princeps primus, vt Primus hastatus ibid. In his primus princeps est pri-

*mus centurio eius corporis, quod Principes continebat.* Sic ipse Liu. 25, 14 T. Pedanius Princeps primus centurio. Hic max simpliciter dicitur princeps tertiae legionis.

PRINCIPĀTVS, ūs. m. [ ἀρχή, πρωτόν, ἡγεμονία ] Locus primus, conditio et status principis. Caes. Bell. Gall. 3, 3 In ea ciuitate de principatu inter se contendebant. Principatus est apibus Plin. 11, 15. Cic. de Finib. 3, 52 c. 16 Quorum ordo proxime accedit vt secundus sit ad regium principatum. Principatum à dominatu distinguit Plin. Panegy. c. 45 a regno Sueton. Calig. c. 22. De

10 honore principis Senatus. Cic. pro Scauro Fragn. 13 Curia illa de grauissimo principatu patris fortissimoque testatur. Imperii maritimi principatus Nepos 13, 2, 2. Appetitio quaedam principatus cupiditati veri videndi adiuncta est Cic. Offic. 1, 13. Appetere alicuius rei principatum Id. Fam. 2, 6. Deferre principatum

15 alicui Id. Philipp. 2, 5 c. 3. Delere principatum Id. Fam. 1, 9. Id. Philipp. 11, 36 Cassio vero sententia mea dominatum et principatum Dari. Dare principatum alicui rei, pro Eam praeferre aliis. Plin. 9, 17 Nunc scaro datur principatus. conf. Cic. Offic. 2, 66 c. 19 de eloquentia, Huic quoque a maioribus nostris est in toga principatus dignitatis datus. Id. Attic. 13, 19 Quae autem his temporibus scripsi, Ἀριστοτέλειον morem habent, in quo sermo ita inducitur caeterorum, vt penes ipsum sit principatus. Id. Philipp. 13, 44 Qui huius belli Feret principatum. Innascitur pertinacia et nimia cupiditas principatus facillime in elatione animi Id. Offic. 1, 64. Principatum armis Quaesitum armis Tenere Vellei. 2, 57, 1. Cic. Philipp. 12, 9 c. 4 Illa enim huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum Tenet. Eloquentiae Nep. 25, 5, 4. Tribuit diuinum principatum menti Theophrastus Cic. de Nat. Deor. 1, 35. Et Tusc. 1 c. 10

30 PRINCIPĀLIS, e. Adi. [ ἀρχικός, ἡγεμονικός ] Quod primum et praecipuum est: aut Quod principis est. Est tropus sermo a naturali et principali significatione translatus ad aliam Quinctil. 9, 1. Plin. in Panegy. c. 78 Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, vt ille nos principalibus rebus existimet dignos. Liu. 4, 19 extr. Intentos deinde hostes in vallum, egressus dextera principali cum triariis repente inuadit subint. porta. Arrogantia principalis, i. Qua vt plurimum principes abundant Plin. in Panegy. c. 78. Bonum principale Plin. 13, 3 extr. de vnguentis, quibus Imperator Caligula ungebatur. Cic. de Fato 9 Si omnia fato fiant, sequi illud

40 quidem, vt omnia Causis fiant antepositis: verum non principalibus Causis et perfectis, sed adiuantibus et proximis. conf. ibid. 41 c. 18 pr. Constitutiones principales, i. Principis Caius in l. 1 in princ. D. Quod cuiusque vniuersitatis nomine. Plin. in Panegy. c. 82 Nec vero laudauerim per se duritiem corporis, ac lacertorum: sed si his validior toto corpore animus imperitet, quem non fortunae indulgentiae molliant, non copiae principales ad segnitiam, luxumque detorqueant. Domus Senec. ad Polyb. c. 21. Fastigium Patere. 1, 11, 6. Fortuna Tacit. Histor. 2, 81, 6. Maiestas principalis, i. Principis Modestinus in l. Famosi D. ad legem Iuliam maiestatis, Ob principalis maiestatis venerationem, add. Suet. Claud. c. 17. Milites principales apud Hygin. vlt. Schel. p. 45 ubi ostendit, esse eos, qui non sint gregales: qui iidem Principes et Duplicarii. vid. PRINCIPIVM n. 3. ubi enumerantur ex Veget. 2, 7. Opera Patere. 2, 124, 3. Opes principales Plin. Epist. 159. Paratus principalis Tacit. Histor. 2, 59, 3. Porta principalis (inquit Festus) Castrorum nominatur, quod in eo loco est, in quo principes ordines tendunt. Principales portae in castris Romanis duse erant; dextrae mentio fit apud Liu. 4, 19 extr. vid. Schel. ad Hygin. p. 60. Quinctil. 3, 11, 4 Hanc quaestionem veluti principalem vocant Σητημα. Scortum principale Tacit. Histor. 1, 13, 5. Studio principali Iuris disciplinam exercere Gell. 13, 10. Tabulae principales, i. Primae et praecipuae. Paullus in l. penult. D. quemadmodum testamenta aperiantur, Sicut codicilli pars intelliguntur testamenti, ita secundae tabulae principalium Tabularum partem obtinere videntur. Verba principalia Gell. 11, 15: quae primitiua vocant Grammatici. Viri principales, pro Primis et Praecipuis l. 2 de origin. iur. Et Symmach. 9. 10. it. Isidor. 4, 4. Comparat. Vt videant naturalem indicem somnum omnibus naturalibus principaliorum Tertull. de Anima c. 43.

50 PRINCIPALITAS, atis. f. Macrob. in Somn. Scip. 1, 3 Tria illa, quae sola probabilia sunt genera principalitatis amplectitur, i. principales diuersitates, quas in principio huius capitis dixerat. Tertull. de Anima c. 13 Habes animae principalitatem i. principatum.

PRINCIPALITER, Adu. [ ἡγεμονικῶς, προσηγμένως ] Vt dicitur principem. Plin. in Panegy. c. 47 Quid vitam, quid mores iuventutis, quam principaliter formas? Pro Praecipue. Vlpian. in l. athletas §. 1 D. de iis, qui notantur infamia, Sive principaliter hoc negotium gerat, siue alterius negotiationis accessione vtatur.

PRINCIPIVM, i. n. [ ἀρχή ] Initium alicuius rei: et modo ad numerum, modo ad tempus, modo ad fundamentum refertur. Terent. Phorm. 1, 3, 6 Neu me cupidum eo compulisset, quod mihi principium est mali. Id. ibid. 2, 3, 82 Bene habent tibi principia. Origo principii nulla est: nam ex principio oriuntur omnia; ipsum autem nulla ex re alia nasci potest Cic. Tusc. 1, 53. Principium et Extremum, contraria Id. de Nat. Deor. 1, 2. Id. pro Cael. 56 Reliquum est igitur crimen de veneno, cuius ego neque Principium inuenire, neque euoluere exitum possum. Id. pro L. Manil. 3 c. 1 Huius orationis difficilius est exitum quam principium inuenire. Id. de Senect. 78 c. 21 Quum animus semper agitur, nec Principium motus habeat, quia ipse se moueat, ne finem quidem habiturum esse motus qui nunquam se ipse sit relicturus. ¶ 2 Videamus formas dicendi: Ab Ioue principium Virgil. Ecl. 3, 60. conf. Id. 8, 11. Interpp. Quinctil. 10, 1 p. 891 Burm. Liu. 9, 38 extr. Faucia curia fuit principium, i. praerogatiua, quae prima suffragium

95 ferret. vid. Gronou. Obseru. 4, 1 p. 14. Lips. ad Tac. An. 1, 1. Dare a natura principia Cic. de Finib. 4, 18. Ex quibus principii nostra corpora sint Cels. praef. 1. Ex quatuor principii Ibid. Ex albis principii alba esse Lucret. 2, 789. Corporea principia Id. 4, 538. Bellorum et imperiorum principium Cic. pro Corn. Balb. 9. Iuris principia Id. de Legib. 1, 18. Principio Lucis Tacit. Histor. 3, 6. Lucis principium Lucina habet Ouid. Trist. 2, 450. Motionis principium alicui dare Cic. de Fato c. 19. Mouendi fons et principium Id. in Somn. Scip. 20. Naturae principii parere debemus Id. Offic. 3, 2. Philosophiae principium est in scientia Id. de Nat. Deor. 1, 1. Pugnae principium

Virgil.

6 T

Virgil. Aen. 9, 53. Rerum omnium principia parua, sed suis progressionibus vsa augentur Cic. de Finib. 5, 58. Terent. Andr. 1, 1, 21 Rem omnem a principio audies. Audire a principio admonentem Cic. Attic. 7, 1. Capessere principium Tacit. Annal. 15, 49. Constant ex principiis rerum omnia Cic. Acad. 4, 117. Cognitis principiis multo facilius extrema intelliguntur Id. pro Cluent. 14. Ducenda sunt omnium rerum principia a diis immortalibus Id. in Vatin. 14 c. 6. Ducere principium a sanguine Teucri Ouid. Met. 13, 706. Flebile principium melior fortuna secuta est Id. ibid. 7, 518. Foedum anni principium incessit Tacit. Annal. 4, 68. Abrupta principia Quinctil. 3, 8. Acutum principium; vid. A C V O. Exallescere in principiis dicendi Cic. de Orat. 1, 121 c. 26. Ferri a principio ad exitum, et a capite ita fluere, vt ad extremum veniens consistas Id. ibid. 199. Habere principium Id. pro Corn. Balb. 9. Bene habent tibi principia Terent. Phorm. 2, 2, 82. Cic. pro Caecin. 44 Potestis igitur principia negare, quum extrema conceditis? Obsta- 15  
 principiis Ouid. Rem. Amor. 91. Ponere prouisa et diligenter explorata principia Cic. de Legib. 1, 37. Plin. 9, 34 l. 54 Principium culmenque omnium rerum pretii margaritae Tenent. Tar- 20  
 da principia in omni genere dicendi sunt, exitus spissi et producti esse debent Cic. de Orat. 2, 213. ¶ 3 Principia, pl. [ἀρχαῖα] Locus castrorum, ubi tendebant principes, i. dux, Legati, tribuni, ubi signa proinde militaria, quo vocabantur milites ad concionem, ubi iudicia et tribunal: Plutarchus ἐν τοῖς ἀρχαῖς, ἢ πρυτανίαι καλεῖται 25  
 Πρωτοῖσι corruptam narrat adulterio Caluissii Sabini Legati uxorem, in Galba p. 1057, F. De eadem re Tacit. Histor. 1, 48, 4 Legati vxor mala cupidine visendi situm castrorum — in ipsis principiis stuprum auisa. Cic. ad Brut. 10 extr. Spes libertatis nusquam nisi in vestrorum castrorum principiis est, i. in te et reliquis magistrati- 30  
 bus, legatis, tribunis, qui in castris tuis sunt. Liu. 28, 24 Forma tamen Romanorum castrorum constabat vna ea spe, quod tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, et iura reddere in principiis sinebant, et signum ab eis petebant, et in stationes ac vigiliis ordine ibant, etc. Erupit deinde seditio, 35  
 etc. Fugatis itaque ex principiis, ac paulo post e castris Tribunis, ad principes seditionis gregarios milites C. Albium Calenum et C. Atrium Vmbrum, delatum omnium consensu imperium est. vid. forma castrorum Lipsii, vel Scheltii. Liu. 7, 12 Nec in circulis modo frenere, sed iam in principiis et praetorio, in vnum sermones con- 40  
 fundi. Flor. 3, 10, 12 Tantus gentis nouae terror in castris, vt testamenta passim et in principiis scriberentur. Id. 4, 2, 45 Duxisse — mane cum pullo (nefas!) apud principia conspectus est. Tacit. Annal. 1, 67, 1 Tum contractos in principia milites, iussosque dicta cum silentio accipere, temporis ac necessitatis monet. Add. Hi- 45  
 stor. 1, 54, 2. Id. Histor. 3, 13, 1 Primores centurionum et paucos militum — in principia vocat. Id. Annal. 4, 2 extr. Colique per theatra et fora effigies eius interque principia legionum sine- ret. Et Annal. 1, 61, 3 Prima Vari castra lato ambitu et dimen- 50  
 sis principiis trium legionum manus ostentabant. Et Histor. 3, 13, 4 Recurrens in principia miles praescriptum Vespasiani nomen, proiectas Vitellii effigies adpexit. Sueton. Othon. c. 1 Seueritatis exemplum narrat, quod L. Otho milites quosdam capite punire ausus esset, et quidem ante principia, se coram, add. Nepos 18, 7, 2 et 3. It. Fron- 55  
 tin. Strat. 4, 1, 16 et 26. ¶ 4 Id. Frontinus principiorum nomine etiam ipsos principes castrorum, tribunos etc. intelligit 2, 5, 30 Transfuga perfidus tempus elegit, quo missa principia quietem omni- bus castrensibus dabant, praetoriumque secretius praestabant. Nempe principia mittere, i. dimittere, eadem plane ratione ac sensu dicitur, qua mittere Praetorium Liu. 21, 54 et aliis locis. Id. Frontin. 4, 1, 28 60  
 Domitius Corbulo Aemilio Rufo — vestimenta per lictorem scidit, eidemque vt erat, foedato habitu persistare in principiis, donec mitterentur, imperavit Veget. 2, 7 pr. Iustin. 11, 6, 6 Ordines quoque nemo in exercitu Alexandri nisi sexagenarius duxit; vt si principia castrorum cerneret, Senatim te alicuius priscae Reipublicae vi- 65  
 dere diceret. Non satis certo huc pertinet Varro de R. R. 3, 4 1 Ego vero, vt aiunt, post principia in castris, id est, ab his potius incipiendum temporibus, quam superioribus. vid. POSTPRINCIPIA. Antiqua ordinatione legionis exposita, principalium militum, et vt proprio verbo vtar, principiorum nomina, ac dignitates, secundum 70  
 praesentes matriculas indicabo. Principiorum inquam, non vt male editi recentiores principum. Principia ex MSS. et editionibus antiquis omnibus firmant Steuuech. et Scriucrius, quorum ille etiam rem auctoritati- bus extra dubium ponit. Enarrat autem Vegetius l. c. Tribunum ma- 75  
 iorem, tum Ordinarios, Augustalesque et Flauiales Tribunos: Aquiliferos, Imaginarios vel Imaginiferos, Optiones, Signiferos, Tesserarios, Metatores, Beneficiarios, Librarios, Tubicines, Cornicines et Buccinatores, Armaturas duplares et simplares, Mensores Torquatos duplares et simplares, Candidatos duplares et simplares. Hi sunt, in- 80  
 quit, milites principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui munifices etc. Marcellin. 23, 301 Praesentibus Iouianorum et Hierculia- norum principiis et tribunis, causas vehementius aequo bonoque specta- uerunt. Id. 15, 5 p. 88 Gronou. Cum principiorum verticibus secretius collocutus. Id. 25, 5 pr. Collecti duces exercitus, ad- 85  
 vocatisque legionum principiis. Et 28 extr. p. 591 Gronou. Numerorum principia dixit. add. l. 1 C. de Veteranis et l. iubemus C. de erogat. milit. annonae. ¶ 5 Interdum principia est prima acies, ubi laeessitur hostis, et praelium committitur, sine respectu ad illos Principes legionum. Terent. Eun. 4, 7, 11 Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo. Sisenna 90  
 ap. Non. 2, 516 Post principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugae se mandant. Sallust. Iugurth. 49 extr. Aciem sicut instruxerat, transuersis principiis, in planum deducit. Liu. 2, 65 Cessere magis quam pulsi hostes sunt: quia ab tergo erant cliui, in quos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit: de Volscis 95  
 loquitur. Liu. 3, 22 Equites suae cuique parti post principia collocat, ita trifariam adortus castra circumuenit, i. ab tergo aciei, qua oppugnaturus erat castra. Id. 8, 10 Vbi triarii consurrexerunt integri, — clamore sublato principia Latinorum perturbant. In his principiis iam Latinorum triarios fuisse, superiora docent. Se- 100  
 nec. de Vita beata c. 14 Prima virtus sit, haec ferat signa: at qui voluptati tradidere principia, vtroque caruere. Principia sunt prima acies, ubi signa inferuntur. Denique Tacit. Histor. 2, 43, 2 Prin- cipia vnaetvicefimanorum strata, non principes Legionis XXI, ab basta- 105  
 tis et triariis diuersi, sed generatim primi ordines. Nam omnis reliqua

*legio salua fuit. Hunc intellectum principiorum locis, quae dedimus vindicauit Gronou. Obs. 4, 10 qui p. 157 etiam hinc deriuat formulam Post-principia: et negat, sibi locum occurriffe, ubi Principia dicantur pro Principibus illis, ab hastatis et pilanis s. triaris qui distinguuntur.*

5 **PRINCIPIO.** Adu. *i. Primum.* Virgil. Georg. 4, 8 Principio sedes apibus statioque petenda est. Terent. Eun. 5, 9, 39 Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim me, etc. Id. Andr. 2, 1, 28 Te obsecro, principio, vt ne ducas. Cic. de Diuin. 2, 75 c. 35 Existimoque ius augurum, etsi diuinationis princi-

10 pio opinione constitutum sit, tamen postea Reipublicae causa conseruatum ac retentum. Id. de Finib. 1, 17 c. 6 Principio, inquam, in physicis, quibus maxime gloriatur, primum totus est alienus. de Epicuro. Id. Offic. 1, 11 c. 4 Principio generi animantium omni est a natura tributum. Principio atque animus ephebis aetate ex-

15 iit Plaut. Merc. 1, 1, 40 *i. Quum primum, vel statim postquam.*

**PRINCIPIALIS,** e. Adi. [*ἀρχικός*] Quod primum est. Lucret. 2, 423 Aut sine principali aliquo laeuore creata est. Id. 5, 247 Scire licet caeli quoque idem terraeque fuisse Principiale ali-

20 **PRINCIPANS,** antis. Lactant. 4, 13, 19 Et erit illa die radix Iesse, et qui exsurget principans. Sidon. Carm. 9, 48 Regnis principibusque principantem. Id. ibid. 2, 90 Natos cum genitore principantes. vid. Sauar. in loc.

**PRIOR,** et hoc Prius. [*πρότερος*] Comparatiuum, non solum ad duos, 25 sed etiam ad plures referri potest. Terent. Phorm. 3, 2 extr. Mea lege vtar, vt potior sit, qui prior ad dandum est. Apulei. Florid. 2 p. 346 Elm. Vt Hippas e numero sophistarum est artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus. Sed tamen de duobus ordinariè ponitur. v. g. Vtraque formosa est — Artibus in dubio

30 est, haec sit, an illa, prior Ouid. Amor. 2, 10, 6. Nunc et qui color est puniceae flore prior rosae Horat. Carm. 4, 10, 4. Officio prior ne quisquam respondeat Id. Serm. 2, 6, 24. Aestate priore conficere aliquid non potuisse Cic. Fam. 1, 9, 78. Anno

Id. ibid. 12, 13, 10. Cacabus prior Scribon. 271. In priora 35 Genere podagrae Id. 160. Libro priore Columel. 4, 22. *i. Praecedenti.* Loco priore causam dicere Cic. pro Quint. 7 c. 2. Fuerit prior, pro Ineunte aetate: Vtitur Taurus philosophus apud Gell. 10, 19. Tempora priora Plin. in Panegy. Tyrannus prior Siciliae Dionysius Id. 12, 1. add. Nepos 10, 1, 3. et 21, 2, 2.

40 Iustin. 22, 1, 1. Priores nostri, *i. Maiores* Plin. Epist. 3, 4, 5. Priora et terga Id. 11, 37. Prius etsi vtrique, priores tamen libenter deferunt Laelio Cic. de Clar. Orat. 84 c. 21. int. Partes. Sic Priores Partes habere Terent. Eun. 1, 2, 71. Prior, pro Superior, maior, praestantior. Horat. Carm. Saecul. 51 — Ven-

45 nerisque sanguis imperet bellante prior, iacentem Lenis in hostem. Causa quis prior Horat. Serm. 2, 5, 30. Siquidem hercle possis, nihil prius neque fortius Terent. Eun. 1, 1, 5. Neque prius neque antiquius quidquam habuit Patere. 2, 52, 3. Indicare prius Scribon. Ep. m. *i. potius.* Aeu prioris exempla Ouid. in Ibin. 53.

50 Prius et Posterius, contraria Horat. Serm. 1, 4, 58. Priori posterius, posteriori superius coniungere Cic. Acad. 4, 44. Nil prius fide Propert. 4, 1, 80.

**PRIUS.** [*πρότερον, πρότε, πρότερον, πρίν, πρός*] Adu. *Temporis.* Terent. Heaut. 5, 2, 18 Prius quaeso disce, quid sit viuere: vbi scies, 55 si displicebit vita, tum istoc vtitor. Statuerat, hos prius iudicio populi debere restitui, quam suo beneficio videri receptos Caes. Bell. Ciuil. 3, 1. Nihil prius mihi faciendum putau, quam vt tibi gratularer Cic. Attic. 4, 1. Id. de Amicit. 15 Quem fuerat acquius, vt prius introieram, sic prius exire de vita. Prius orto

60 Sole, *i. Ante Solis ortum* Horat. Epist. 2, 1, 102.

**PRIUS - MORE.** Adu. Petron. c. 5 *i. vt ante fieri consueuerat.*

**PRIUSQVAM.** Coniunctio, quam nonnulli disiungunt, Prius quam. Aliquando Indicatiuo, aliquando Subiunctiuo iungitur. Indicatiuo: Terent. Hec. 3, 1, 14 Prius quam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum. Cic. Philipp. 1, 11 c. 4 Prius quam de Republ. dicere incipio, pauca querar de hesternis M. Antonii iniuria. Cui priusquam de caeteris rebus respondeo, etc. Id. ibid. 2, 3. Coniunctiuo: Virgil. Georg. 3, 468 Continuo ferro culpam compefce, priusquam dira per incautum serpent contagia vul-

70 gus. Ac priusquam aggrediar ad causam Cic. pro Corn. Balb. 18 c. 7. Praeclare enim vixero, si quid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro Cic. pro Milon. 100. Tamen quid potius faciam priusquam me dormitum conferam, non reperio Id. Fam. 9, 26. Aliquando transponantur duo vocabula, quibus constat, Quam prius abiunctos sedula lauit equos Propert. 2, 14, 12.

**PRIORSVM.** Adu. Versus priora s. anteriora. Macrobi. Saturn. 7, 13 Sed libris anatomicorum postea consultis, verum reperiuerum quendam de corde natum priorsum pergere vsque ad digitum manus sinistrae minimo proximum. Et c. 9 Septem corporei motus 80 sunt. Aut enim accedit priorsum, aut retrorsum recedit, etc. Videtur Macrobius, vel qui auctor est huius scripturae, etymologiam Aduerbi Prorsus voluisse iudicare. Pri idem esse quod Prae, ante vidimus: Fuit igitur Priorsum simile Deorsum, ex Priorsum vero contractum Prorsum.

**PRIORSVS.** Adu. Claud. Mamert. 1, 18 Mouetur corpus priorsus et retrorsus. vid. modo dicta in PRIORSVM.

**PRIORATVS,** us. m. Tertull. aduers. Valent. c. 4 Vt solent animi pro prioratu exciti.

**PRISCIANVS,** i. m. [*Ἡσκανίων*] Nobilis Grammaticus, cuius scripta habemus, eam claritatem consecutus, vt Priscianus quemadmodum 90 Donatus, ipsum artis nomen videatur. Alius 2 Theodorus Priscianus, medicus tempore Arcadii Imper. cuius tres libros aliqui Oct. Hor. tribuunt. vid. Reines. Varr. Lect. 3, 11 et 17. et Barth. in Claud. p. 1270.

**PRISCVS,** a, um. Adi. [*ἀρχαῖος*] Qui superiore aetate fuit, ex 95 Pri, *i. Prae,* et terminatione scus, quam obseruamus etiam in Vescus. Credendum nimirum est veteribus et priscis, vt aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant, itaque eorum vocabula nobis proderunt Cic. de Vniuers. 34 c. 11. Itaque vnum illud erat infitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius, esse in morte sensum Id. Tusc. 1, 27. Agriculae prisci Horat. Epist. 2, 1, 139. Annales Ouid. Fast. 1, 7. Arti prisciae addere motum et luxuriam Horat. in Arte Poet. 214. Aurum Id. Carm. 4, 2, 40. Catonis prisci virtus narratur mero caluisse Id. ibid. 3, 22, 11. Virgil. Aen. 9, 79 Dicite, prisca Fides facta, sed fama perennis. Gens 105 prisca mortalium Horat. Epod. 2, 2. Cic. de Nat. Deor. 3, 42 c. 16



c. 16 Ioues quoque plures in priscis Graccorum Literis inuenimus. *Moneta* prisca concessit nouae Ouid. Fast. 1, 222. Id. ibid. 2, 282  
 Flamen ad haec prisco More Dialis erat. Nomen priscae mutare  
 Id. Met. 14, 850. Progenies Claud. in Ruffin. 1, 106. Religi-  
 o Ouid. Met. 10, 693. Id. Fast. 1, 103 Me chaos antiqui (nam  
 sum Res prisca) vocabant. Ritus Plin. 12, 1. Saecula Mar-  
 tial. 1, 27. Senes Ouid. Met. 10, 645. Cic. de Arusp. Resp.  
 27 Cuius priscae illam seueritatem sacrificii mirifica tua soror exi-  
 stimatur imitata. Tempus Ouid. Fast. 1, 197. Verborum  
 priscae affectator, apud Suetonium de Clar. Grammat. c. 10. add. 10  
 Cic. de Cl. Orat. c. 21. Vetustas Ouid. ex Pont. 3, 1, 115. Ver-  
 borum priscae Vetustas Cic. de Orat. 1, 193 c. 42. Verbis priscae,  
 et paene sollempnibus bona alicuius consecrare Id. pro Dom. 123. Id.  
 de Orat. 3, 39 Et illud quod loquitur, priscae visum tri putat, si  
 plane fuerit rusticanum. Priscae, Latinae Coloniae appellatae 15  
 sunt, vt distinguerentur a nouis, quae postea a populo dabantur. Festus.  
 Prisci Latini proprie appellati sunt hi, qui prius, quam conderetur Ro-  
 ma, fuerunt. Festus.

PRISCAE. Adu. [*πρωίως*] vt, Priscae agere; i. Priscae et antiquo  
 more. Cic. pro M. Cael. 33 c. 14 Sed tamen ex ipsa quaeram prius, 20  
 vtrum me secum seuerere et grauius et priscae agere malit, an remisse ac  
 leniter et urbane.

PRISMA, ātis. n. Sectio. a *πρω* seco. Figura est solida, quae  
 planis continetur, quorum aduersa duo sunt, et aequalia et similia et pa-  
 rallela, alia vero parallelogramma. Euclid. Elem. 2. Vtitur Mart. Ca. 25  
 pella 6 p. 233.

PRISTINALE Pecus, quod affertur ex Columel. 7, 9, 3 nullum  
 est. Legendum enim Pistrinale, quod in pistrinis alitur a pistoribus  
 scrophipascis.

PRISTINVS, a, um. Adiect. [*δ παλαιός*] Quod superioribus an- 30  
 nis, mensibus, diebus, et nostra memoria fuit. Venit autem ab eo,  
 quod est Prius, auctore Festo. Cic. de Diuin. 2, 7 Quod quum  
 accidisset nostrae Reipubl. tum pristinis orbatu muneribus, haec studia  
 renouare coepimus. Aetas pristina Claud. Conf. Stil. 2, 124.

Animum pristinum erga aliquem conseruare Liu. 31, 2. Bonitas 35  
 pristina et misericordia Cic. pro Rosc. Amer. 150. Coniux pri-  
 stinus Virgil. Aen. 6, 473. Dignitas Cic. Fam. 1, 5 extr. Glo-  
 ria Virgil. Aen. 10, 143. Cic. pro Sulla 26 Si ille labor meus

pristinus, si sollicitudo, si officia, si operae, si vigiliae deseruiunt  
 amicis, praesto sunt omnibus. Mos pristinus iudiciorum, et ve- 40  
 tus consuetudo fori Id. pro Milon. 1. Plaut. Truc. prol. 7. Odio

pristino incensa mulier Cic. pro Cluent. 18. Seueritatem ad pri-  
 stinam renouare Senatuum Id. Attic. 1, 16. Id. Anteq. iret in  
 Exil. 13 c. 5 Quamobrem nolo me duce, supplicii vos ad fraudem de-  
 duci, vt ego ad pristinum Statum recidam casus. Absolute: In 45  
 pristinum restituere Nepos 20, 1, 1. ¶ 2 Pristinus pen.  
 prod. vid. mox sub PRISTIS.

PRISTIS, vid. PISTRIX. A forma Pristis est

PRISTIGER, ora, erum. Adi. Pristiger Triton Sidon. Epist.  
 4, 8. Et 50

PRISTINVS, a, um. Adi. Sidus Pristinum Columel. 11, 2, 5  
 et 64. i. cetus s. pistrinx.

PRIVATVS, etc. vid. PRIVVS.

PRIVERNUM, i. n. [*Πριερινόν*] Vrbs Volscorum in Latio.  
 Virg. Aen. 9, 576. Vide 55

PRIVERNAS, ātis. Incola. Vid. Seru. apud Virg. Aen. 7, 803  
 explicans carmen illud, Hos super aduenit Volscia de gente Camilla.  
 Priuernates Populi Plin. 3, 5. Cic. de Orat. 2, 224 Forte euenit,  
 vt in Priuernati essemus. Brute, testificatur pater se tibi Priuernatem  
 fundum reliquisse. 60

PRIVERNVS, a, um. Adi. Priuernus ager Cic. in Rullum 2, 25.  
 PRIVERNVS, i. m. Nomen Itali Virg. Aen. 9, 576.

PRIVERVS, a, um. Adi. Idem ac Priuatus; vt, Priuercae mu-  
 lieres. Festus.

PRIVIGNVS, i. [*πρωγονός*] quasi Prius genitus, ante matri- 65  
 monium nempe eius, cuius priuignus dicitur, ex priore coniuge. Vid. su-  
 pra BIGNAE. Priuigni correlata sunt Vitricus et Nouerca. Cic. ad  
 Brut. 16 Quanto autem magis illa callere videtur Philippus, qui pri-  
 vigno minus tribuerit, quam Cicero, qui alieno tribuat? Hor.

Carm. 3, 24, 18 in descriptione Scythicae paupertatis et adiunctae hone- 70  
 statis, Illic matre carentibus Priuignis mulier temperat innocens.  
 Pocula priuigno non nocitura suo Propert. 2, 1, 52. Nubere in fa-  
 miliae luctum, atque in priuignorum funus Cic. pro Cluent. 188.

Add. Sallust. Cat. c. 15. Cic. Att. 13, 20 De vxore Tuberonis et  
 priuigna, neque possunt iam abdere (est enim res peruulgata) neque 75  
 Tuberonem volo defendere. Priuigna proles Columel. 10, 163.

Priuignus dictus, quod prius quam mater secundo nuberet, est genitus.  
 Pri enim antiqui pro Prae dixerunt. Festus.

PRIVILEGIUM, et PRIVO, vid. PRIVVS.

PRIVVS, a, um. Adi. [*ιδίος*] Priui, ae, a. i. Singuli. Vete- 80  
 res priua dicebant, quae nos singula dicimus Gell. 10, 20. Non. 1, 152.  
 Priuum est proprium vniuscuiusque. vid. Idem 2, 694. Festus: Pri-  
 vos, priuasque antiqui dicebant pro singulis. Ob quam causam et Pri-  
 uata dicuntur, quae vniuscuiusque sint. Hinc et priuilegium, et Pri-  
 uatus. Cato c. 26 Priuasque scopulas in dolio facito habeas illi rei, 85  
 queis labra doliorum circumfrices. Idem c. 3 Trapetos bonos, pri-  
 vos, impares esse oportet. Et c. 10 Labra aquaria quinque, opercula  
 doliis et seriis priua plura. Et 11, 1 Priua Teetoria. Hor. Serm. 2,  
 5, 10 Siue aliud priuum dabitur tibi. Lucil. Stat. 1 Abdomina  
 Thynnica venientibus priua Dabo, cephalamque carnem. Refert 90  
 Gell. 10, 20. Lucret. 4, 570 In multas igitur voces vox vna repente  
 Diffugit, in priuas quoniam se diuidit aures. Cogitatio sua cuique  
 animi, colorque priuus Phaedr. 5 Prol. 8, vt legit Faber. Sed al. et  
 Burm. proprius. Lex priua Ciceroni restituta a Scaligero ad Festum.

Nempe pro Domo 43 c. 17 pr. sic legendum: Vetant leges sacrae, vetant 95  
 XII. tabulae leges priuis (pro quo editur priuatis) hominibus irrogari.  
 Id est enim priuilegium. Hor. Epist. 1, 1, 93 Quem ducit priua  
 Triremis. Liu. 7, 37 In praesentia singulis bobus, binisque priuis  
 Tunicis donati. Turba imperitorum priua verae rationis Apul.  
 de Deo Socr. p. 43. Liu. 30, 43 Senatusconsultum in haec verba 100  
 factum est, vt priuis lapides silices, priuasque verbenas secum ferrent.  
 Vestigia priua pedum Lucret. 3, 390. conf. 5, 275. Voces priuae  
 Gell. 11, 16. ¶ 2 Priuus etiam pro cassus, priuatus sensu parti-  
 cipiali, ponitur. Apul. de Deo Socr. p. 43, 1 Profana philosophiae turba  
 imperitorum, vana sanctitudinis, priua verae rationis, inops religionis. 105

- PRIVATVS**, a, um. Adi. [*ιδίος, ιδιωτικός*] *Quod uniuscuiusque proprium est, non-publicum aut commune.* Cic. de Amicit. 15 c. 4 Quia cum Scipione vixerim: quocum mihi coniuncta cura de Republ. et de priuata fuit. Idem de Senect. 22 c. 7 Manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria: nec ea solum in claris et honoratis viris, sed in vita etiam priuata et quieta. Idem de Finib. 3, 4 Verbis tamen in dicendo quali priuatis vtuntur ac suis. Cic. Off. 1, 21 c. 7 Deinde vt communibus vtatur pro communibus, priuatis vt suis. Sunt autem priuata natura nulla, sed aut vetere occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt. In priuato, in publico, vid. IN. Censu priuatus Hor. Carm. 2, 15, 13. Cic. pro Sext. 27 Quid quisquam potest ex omni memoria fumere illustrius, quam pro vno ciue, et bonos omnes priuato Consensu, et vniuersum Senatuum publico consilio mutasse vestem? Consilium Aur. Vict. de Viris illustr. c. 72.
- 15 Disputationes Quinctil. 3, 4. Dolor Sil. 5, 157. Domus Cic. pro Quint. 13. Frugalitas est Laus priuata Cic. pro Deiot. c. 9. Loco priuato liceat delituisse Ouid. Trist. 3, 1, 80. Cic. ad Brut. 16 Quod autem tibi cum Antonio priuatum Odium? Opes priuatae, Sibi propriae Hor. Epist. 1, 3, 16. Pecunia Quinctil. 3, 6. Si
- 20 Re publica non possis frui, stultum est, nolle priuata Cic. Fam. 4, 9. Senectus Lucan. 1, 324. Spectacula Sueton. Ner. c. 21. Vita Lucan. 7, 266. Cic. de Senect. 22. et Iustin. 38, 9, 4. Priuatae etiam feriae, vocabantur sacrorum priorum, velut dies natales, vt ait Festus: Fulgurum procuraciones, et huiusmodi priuatae, quae fiebant pro familiis singulis et hominibus. ¶ 2 Priuati dicuntur, qui absque negotio publicae dignitatis curam solius domi gerunt Scholiast. Iuuenal. ad Sat. 12. Cic. Off. 1, 124 Priuatum autem oportet aequo et pari ciuibus iure viuere. Idem de Inuent. 1, 33 In fortuna quaeritur, seruus sit an liber, pecuniosus an tenuis, priuatus an cum potestate. Tacit. Ann. 14, 28 Qui a priuatis iudicibus ad Senatum provocauissent, eiusdem pecuniae periculum facerent, cuius ii, qui Imperatorem appellauerunt. Sed et priuatum esse, et cum imperio esse opp. vt ap. Cic. Fam. 11, 1. Idem Cn. Pompeium Phil. 11 c. 8. et pro L. Manil. c. 21. it. P. Scipionem Africanum Phil. 11 c. 8 vocauit priuatos,
- 35 quia fuerant priuati, quum ipsis imperium mandaretur. Quum proiectis fascibus et deposito imperio, priuatus et captus, ipse in alienam venisset potestatem Caes. B. C. 2, 32. Miltiades in imperiis versatus, non videbatur posse esse priuatus Nep. 1, 8, 2. Nescire Tarquinius priuatos viuere Liu. 2, 2. conf. Plaut. Capt. 1, 2, 63. Lucan. 5, 365. praesertim Cic. ad Qu. Frat. 1, 1. Ergo nonnunquam Priuati omnes dicti extra Principem, licet summis magistratibus admoti, cum Romana res ad unum esset delata. Plin. Epist. 2, 1, 2 Perfunctus est tertio consulatu, vt summum fastigium priuati hominis impletet, quum Principis noluisse. Tac. Agric. 39, 3 Id sibi maxime Formidolosum,
- 45 priuati hominis nomen supra principis extolli. Sic Plin. Pan. 7, 3, 9, 3, 10, 4. 60, 3. Tacit. Ann. 2, 31, 3 Vt identidem interrogaret, an ipse imperii potens, an Silius priuatus esset. Suet. Aug. c. 28 n. 2 Reputans se priuatum non sine periculo fore. conf. Tacit. Hist. 1, 49, 6. Nonnunquam tamen etiam ab horum temporum scriptoribus priuati opp. magistratibus, vt Tac. Ann. 6, 2 extr. vid. Salmas. ad Capitol. p. 169. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 32. Rupert. ad Vell. p. 112. De Sacerdotibus dubitatum. Ipsum Pontificem Maximum priuatum videtur facere Cic. Catil. 1 c. 1 An vero vir amplissimus P. Scipio Pontifex Max. Ti. Gracchum — priuatus interfecit. At non Pontificem dicit priuatum; sed
- 55 ab eo, qui paullo post, ab hoc ipsum factum Pontifex factus sit, cum adhuc priuatus esset, interfecit esse Gracchum. Sic Cuper. ad Lact. de M. P. c. 18 p. 173. Certe Pontifices et Flamines priuato opponuntur Liu. 5, 52. Sequentibus temporibus Priuati etiam dicti, Qui milites non essent. Paganus alias appellati. Lactant. de Mort. perfec. c. 18 A militibus amaretur, a priuatis et optaretur. Gloss. Cyrill. *ιδιωτός ὁ κωδός*, Priuatus, Paganus, Plebeius. Lamprid. Alex. Seu. c. 58 Sola quae de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus et militibus donauit, ita vt eorum ita essent, si haeredes illorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent. Quin antiqua videtur illa ratio, et iam in veteri formula conuocandi populi usurpata apud Varr. L. L. 5, 9 p. 62 Omnes Quirites pedites, armatos priuatosque etc. Et potest videri hanc esse appellationis originem, quod priuati sint priuati armis, non habentes arma. Equidem malim inde, quia etiam milites Rempublicam gerere dicuntur. ¶ 3
- 65 Priuatus Part. vid. PRIVO.
- 70 **PRIVATIM**. Adu. Quod non est publice factum. Plaut. Bacch. 2, 3, 80. Priuatim et Publice, contraria: Cic. de Inuent. 1, 5 c. 4 Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiae studendum est, etfi ea quidem et priuatim et publice peruerse abutuntur. Si quae beneficia singulis ciuibus, priuatimque dantur, ea solent iis esse fructuosa, a quibus sunt profecta Cic. antequ. iret in exil. 1. Priuatim aliquid gerere, Non fungi munere publico: Cic. de Fin. 5, 57 c. 20 Aut priuatim aliquid gerere malunt: aut qui altiore animo sunt, capeffunt Rempubl. honoribus, imperiisque adipiscendis. Mandare alicui rem priuatim Cic. pro Rosc. 114 c. 39. Nulla enim me ipsum priuatim pepulit insignis iniuria Idem Fam. 4, 13, 5. Priuatim, (*ιδίως, ἰδίως*) pro eo, quod vulgo dicitur Particulariter, vel In particulari, vel specialiter. Cic. pro Quint. 15 Neque interea verbum vllum interposuit Naeuius, aut societatem sibi quippiam debere, aut priuatim Quinctium debuisse. Plin. 24, 17 Piscis natura exalfacit, explet, aduersatur priuatim cerastae morsibus cum polenta. Peculiariter pro eodem, ibidem dixit, Peculiariter renibus utilis est. Idem 32, 1 l. 6 Caeteri (*digiti*) omnes onerantur (*annulis*,) atque etiam priuatim articuli minoribus aliis. Quinctil. 8, 2, 5 Qui iaculum emittit iaculari dicitur: qui pilum aut sudem, appellatione sibi priuatim adsignata caret. Vasa celata priuatim ac publice rapere Sallust. Catil. c. 11. vid. Waffc.
- 80 **PRIVATE**. Aliud Adu. Adfertur ex Cic. Att. 7, 7 Illud priuate non adscribis, et tibi gratias egit. At ex vetusto codice legendum, Illud, puto, tu non, etc. Sic Graeu.
- PRIVATO**. Adu. Liu. Andron. Priuato nos tenuissemus. Vid. Priscian. p. 1009. Sic etiam dedit Heinsius apud Vell. Paterc. 2, 1, 2 Publicamque magnificentiam secuta priuato luxuria est. Al. priuata.
- PRIVATVS**, ūs. m. Proprietas. Tertul. de Poenit. c. 2 Poenitentia delinquentium priuatus.
- PRIVO**, āre. [*στέλω, ἀποστέλω*] Adimere et spoliare significat. Plaut. Truc. 2, 7, 20 Miserum sua blanditia intulit in pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis. Cic. Acad. 4, 61 c. 19 Spoliat nos iudicio, priuat approbatione omni, orbat sensibus. Praepositio enim In priuat verbum ea vi, quam haberet, si In praepositum non fuisset, vt dignitas, indignitas Cic. in Topic. 48 c. 11. Adspectu suo patriam priuare Idem Fam. 4, 9. Dolore priuari Idem de Fin.

1, 37. Lucret. 2, 1090 Quae bene cognita si teneas; natura videtur Libera continuo dominis priuata superbis. Stat. Theb. 2, 695 Sed fata monentem Priuare fide, i. fidem derogare monenti. Fructu liberalitatis aliquem priuare Cic. Fam. 5, 20. Non enim hac exceptione vnus adficitur beneficio, sed priuatur iniuria Cic. de Lege Agrar. 1, 13 c. 4. Sic MSS. nec audiendus Lambinus, qui prohibetur ex coniectura reponit. Cic. pro Quint. 74 Vt per se adficium atque euersum propinquum suum non modo honeste partis bonis, verum etiam communi Luce priuaret, i. interficeret. Idem de Finib. 5, 87 Cur haec eadem Democritus, qui, etc. dicitur Oculis se priuasse? conf. Id. Acad. 4 c. 11. Somno me priuat aegritudo Cic. Att. 9, 12. Idem Acad. 4, 33 Itaque priuabo potius illum debito Testimonio, quam id cum mea laude communicem. Idem Fam. 2, 2 Graui teste priuatus sum amoris summi erga me tui. Cic. in Parad. 3 Patrem Vita priuare, si per se scelus est, etc. Add. Id. pro Rabir. perd. c. 3. Priuandum [σηρητικόν] est corpora motu Lucret. 1, 382.

PRIVANS, antis. Partic. Cic. in Topic. 48 c. 11 Sunt enim alia contraria, quae priuantia licet appellemus Latine, Graece appellantur σηρητικόν.

PRIVĀTVS, a, um. Partic. [σηρηθεὶς] Cui quid est ademptum, 20 inquit Festus. Aur. Vict. de Viris illustr. c. 50 Priuatus stipendio. Lumine priuatus, i. Oculis Ouid. ex Pont. 1, 1, 53. Aër priuatus lumine Lucret. 4, 372. Natura libera dominis priuata Idem 2, 1090. Priuati parte virili Idem 6, 1207.

PRIVATIO, ōnis. f. [σηρησις] Cic. de Fin. 2, 29 c. 9 extr. 25 Quia dolori non voluptas contraria est, sed doloris priuatio. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem Id. ibid. 1, 38 c. 11 pr.

PRIVATICVS, a, um. Adi. Gloss. Lat. Gr. Priuaticia, σηρητικόν.

PRIVATĪVVS, a, um. Adi. Idem. Gell. 5, 12 Pars priuatiua. Et 13, 22 Ne particula priuatiua est.

PRIVILEGIUM, i. n. [προνόμια, προεργασίαι] Lex ad priuos homines, i. singulos pertinens. Quod, si sequamur, id quod de reditu M. Ciceronis, et de imperio Pompeii statutum est, non lex, sed priuilegium dicitur: quod probat etiam Gell. 10, 20. Sed proprie tamen Priuilegium illud est, ubi de indemnati ciuis capite fertur ad populum. Cic. pro Dom. 43 c. 17 Vetant leges sacrae, vetant XII tabulae, leges priuatis (Scal. priuis) hominibus irrogari. Id est enim priuilegium. Nihil est crudelius, nihil perniciosius, nihil quod minus haec ciuitas ferre possit. Proscriptionis miserrimum nomen illud, et omnis acerbitas Sullani temporis quid habet, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? Opinor poenam in ciues Rom. NOMINATIVIM SINE IVDICIO constitutam. Deinde formam iudiciorum populi describit, ut appareat ad priuilegium proprie dictum pertinere, ut aliquis sit indemnatus. Hinc ergo interpretandum illud pro Sext. 65 c. 30 Cur cum de capite ciuis — et de bonis proscripseretur, cum et sacrae legibus et XII tabulis sancitum esset, ut neque priuilegium irrogare liceret, neque (quod eandem vim habet) nisi comitiis centuriatis rogari, nulla vox est audita consulum? itemque de Legg. 3, 44 c. 19 In priuatos (priuos recte Putean.) homines leges ferri noluerunt: id est enim priuilegium, quo quid est iniustius? cum legis haec vis sit, scitum et (sic leg. pro est) iustum in omnes: ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis noluerunt. Descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fuisse in tribus conuocatus. Et mox Praeterea neque tributa capitis comitia rata esse posse, (sic leg. pro possent) neque vlla priuilegii: i. vlla comitia, in quibus sine iudicio antegresso solis sententiis populi, indemnatus proinde aliquis proscribitur. Hinc etiam dissoluti poterunt, quae disputantur apud Gell. 10, 20. Cic. in Parad. 4 Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, ut si in operum Bonae deae accessisses, exulares. Vim et crudelitatem priuilegii, auctoritate honestissimorum hominum et publicis literis consignauit Id. post redit. in Senat. 29 c. 11.

¶ 2 Neque tamen non satis antiqua est ratio, qua nunc fere utuntur: Plin. Epist. 10, 56, 1 Cupere quidem vniuersos, ut a me rationes coloniae legerentur; nunquam tamen esse lectas ab vilo Proconsulum: habuisse priuilegium, et vetustissimum morem, arbitrio suo Rempubl. administrare. Et 57, 2 Hoc, quod nunc inspecturus es ex mea voluntate, saluis, quae habent priuilegiis, esse facturum. Et 110 Siue habent priuilegium, quod caeteris creditoribus anteponantur, custodiendum est etc. Priuilegio subnixus Aurel. Arcadius in l. 1 in fine D. de offic. praefect. praetor. Sic etiam Sen. de Benef. 3, 11 Quaedam priuilegia parentibus data sunt. Quomodo horum extra ordinem habita ratio est etc. Idem de Tranquil. vit. 2 Nam si dicis illum aequo animo laturum, nullum habet priuilegium.

PRIVILEGIĀRĪVS, a, um. Adi. Vlpian. in l. Rescriptum D. de pactis, Rescriptum autem Diui Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant conuenire. Quid ergo si quidam eorum absentes sint? numquid exemplum praesentium absentes sequi debeant? Sed an et priuilegiariis absentibus haec pactio noceat, eleganter tractatur: si modo valet pactio et contra absentes. Ergo Priuilegiarius dicitur, Cui aliquod priuilegium concessum est. Vulgo priuilegiatus nuncupatur. Vnde Milites priuilegiarii dicti, Qui vacabant officio. Vlpianus 14 Digest. titul. Quod cum eo, qui in aliena potestate l. Sed an hic, Recte, 85 inquit, dicetur occupantis meliorem esse conditionem, nisi si quis priuilegiarius veniat.

## P R O

PRO, quod quidam PROH scribunt. [πρῶ] Interiectio admirantis, praesertim cum indignatione, Nominatio aliquando, seu Vocatio potius, aliquando Accusatio iungitur. Ter. Adolph. 3, 3, 12 Pro Iuppiter, hominis stultitiam. Cic. Tusc. 1, 99 Pro dii immortales, quam illud, etc. Et Liu. 22, 14 Tantum (pro dolor) degeneramus a parentibus nostris, ut, etc. Quae res pro sanctae Iuppiter in terris est gesta maior! Cic. Philipp. 2, 32 c. 13. Pro Iuppiter Virg. Aen. 4, 590. (Pro curia, inuertique mores!) Hor. Carm. 3, 5, 7. Accusatio. Ter. Heaut. 1, 1, 9 Nam pro deum atque hominum fidem, quid vis tibi? Cic. de Amicit. 52 Nam quis est, pro deum fidem atque hominum, qui velit ut neque diligat quenquam, nec ipse ab vilo diligatur? Pro facinus Ouid. Epist. 10, 6. Al. Per. Pro scelus Virg. Aen. 5, 793. Ouid. Her. 3, 98 At mihi, pro, nullo pondere verba cadunt.

PRO. [πρὸ] Praep. Ablatiuo casui seruiens. Cuius significationes difficile est ad vnum aliquod caput referre, quod obseruat etiam Gell. 11, 3. Primo permutationem notat, ut Gr. ἄρτι. Ter. Eun. 1, 2, 89 105

- Heri minas viginti pro ambobus dedi. Idem Andr. 5, 3, 17 Anvt pro huius peccatis, ego supplicium sufferam? Ego te pro istis dictis et factis vlciscar Ter. Eun. 5, 4, 19. Idem Hec. 3, 1, 30 Pueri quam pro leuibus inter se iras gerunt. Plaut. Asin. 1, 3, 20 Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. ¶ 2 *Vt Graeca inep commodum, fauorem, auxilium, indicat.* Pro Agricola hoc minime esse reor Colum. 3, 5. Populum Rom. neque recte, neque pro Bono facturum Sallust. Iug. 22, 4. *vid. Cort.* Pro aliquo stare, est eum defendere Ter. Phorm. 2, 1, 37. Sic et Decernere pro sodali et pro fama fortunisque Cic. de Orat. 2, 200. Deprecari aliquid pro Amicis, non pro se Id. ibid. 2, 201. Pro vniuersa Analogia dicam Varro de L. L. 8, 2. Et 5, 9 Pro se siue altero rationem dari. Cic. de Orat. 3, 143 Profecto nunquam conquiescam, neque defatigabor antequam illorum ancipites vias rationesque et pro omnibus, et contra omnia disputandi, percepero. Hoc non modo non pro me, sed contra me est potius Id. ibid. 3, 75 c. 20. Quinctil. 7, 2 Pro me est. Partim nihil contra Habitum (Anitum) valere, partim pro hoc esse Cic. pro Cluent. 88. Cuncta pro hostibus erant Tac. Hist. 4, 78, 4. Praetorianam militiam repetebant a Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati Id. ibid. c. 46, 1. Quae antea pro illis erant, in contrarium versa sunt Curt. 4, 14, 15. Plaut. Rud. 4, 4, 81 Si iste loquitur, sine me pro re meam partem loqui. *Sic legendum monet Gronou.* Pro frugibus facere, *i. Sacrificare* Macrob. Saturn. 3, 2. Virg. Ecl. 3, 77. *conf. et Briffon. de Form. p. 18.* Pro socio *leges Romanae comprehenduntur* Titulo Pandectarum libro 17, 2. Cic. pro Flacco 43 c. 18 Nicomedes — et furti et pro socio damnatus est, *i. legibus pro socio si is a socio laesus esset, latis.* ¶ 3 *Vices notat, vt arri, loco, vel in locum.* Ter. Eun. 2, 3, 79 Quid tuum postea? P. pro illo te ducam. Plaut. Most. 1, 2, 62 Continuo pro imbre amor aduenit. Dial. de Orator. 23, 2 Qui Lucilium pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legunt. Pro sua eduxit eam mater Ter. Eun. 1, 2, 76. Pro Absoluto habere aliquem Cic. Fam. 8, 8. Pro Alienigenis Tacit. Ann. 11, 24, 6. Pro Ancilla habere Plaut. Perf. 3, 1, 13. Liu. 25, 9 Pro Argumento id fuit, Annibalem castris non mouisse. Cic. de Clar. Orat. 276 Hoc ipsum etiam postuisse pro Argumento, quod ille quum, etc. tam solute egisset. Sicilia non solum pro penaria cella, sed etiam pro Aerario Romanis fuit Idem Verr. 2, 5. Pro Beneficio an hoc est habendum? Idem ad Brut. 16. Cic. Fam. 8, 8 Totum Sempronium vsque eo perago, vt Vestorium quoque interponam, et illam fabulam narrem quemadmodum tibi pro Beneficio dederit, si quid iniuriis suis esset, quod Vestorius teneret. Pro Ciue gerere se Idem pro Arch. 11 c. 5. Pro Ciue esse, qui ciuis non fit, rectum est non licere Idem Off. 3, 47. Pro Consule, *vid. PROCONSUL.* Etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis Cumulo fuerunt Cic. Att. 1, 13. Pro Centum milibus vnus Cato mihi est Idem ibid. 2, 5. Cic. Philipp. 11, 27 Itaque si nihil ad nos referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro Decreto putarem. Pro Derelicto aliquid habere Idem Att. 8, 1. Pro Desertore Tacit. Ann. 1, 38, 3. Pro Dictatore, *vid. PRODICTATOR.* Pro Die noctem, cauponam pro oppido alicui esse Cic. in Pison. 55. Pro Diis habent obscena Plin. 2, 7. Pro Deliciis crudelitas illi fuit Cic. Philipp. 11, 9. Vlpian. in l. ad testium §. Si quis D. Qui testamenta facere possint, Si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, veruntamen signauerit, pro Eo est, atque si adhibitus non esset. Pompon. in l. Legatarius D. de Leg. 1 Si legatum nobis relictum constituerimus, nolle ad nos pertinere, pro Eo erit, quasi ne legatum quidem sit. Pro Eunucho deduci Ter. Eun. 3, 5, 25. Pro Exercitu (*i. exercitatione*) gymnastico et palaestrico hoc habemus Plaut. Rud. 2, 1, 7. Pro Filio educari Iustin. 1, 4, 15. Pro Frugibus Cererem, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro Senatu, campum pro comitiis, etc. Cic. de Orat. 3, 165. Pro Hoste habere Liu. 2, 20. Pro Monstro eam vocem accepit, *i. Tanquam monstrum detestatus est* Val. Max. 4, 3, 6. Pro Occiso relictus est Sextius Cic. pro Sext. 81. Pro Parente colere Liu. 26, 49 *extr.* Quastunque sedes elegeris pro Patria Curt. 5, 11, 5. Pro Perfuga Nepos 14, 6, 4. *conf. Caes. Bell. Gall. 3, 18. Liu. 27, 15.* Pro Pignore tradere aliquid Cic. de Prou. Conf. 2. Pro Latis habere rationes relictas Cic. Fam. 5, 20. Pro Praetore, Pro Quaestore, *vid. PROPRAETOR, PROQUAESTOR.* Pro Sale data est anima sui, ne putrescat Cic. de Nat. Deor. 2, 160. Pro Spoliis abuti ornamentis alicuius Idem pro Quint. 99. Pro Stercore aliquid habere, *Nihili facere* Plaut. Truc. 2, 7, 5. Pro Verbo verbum reddere Cic. de Opt. Gen. Orat. 24. Idem in Orat. 93 In quibus pro Verbo proprio subiicitur aliud. Pro Virgine nuptum dari non potest Ter. Adelph. 3, 2, 48. Pro Vxore habere Idem Andr. 1, 1, 119. ¶ 4 *Parum differt illa ratio, et interdum a superiore vix distinguitur, cum idem est, quod Tanquam, Perinde, Acji.* Ter. Adelph. 1, 1, 23 Inde ego hunc maiorem adoptavi mihi, eduxi a paruulo, habui, amavi pro meo. Pro certo: Vlpian. in l. 3 §. Is, qui nescit D. de libero homine exhib. Etenim recte placuit, tunc demum hoc interdictum locum habere, quoties quis pro Certo liber est. Quinctil. 5, 12 Prius de adulterio conuincendum est, vt quum id coeperit esse pro Certo, fiat incerti argumentum. Pro Certo ponere Caes. Bell. Gall. 7, 5. Pro Certo affirmare Liu. 1, 3 *pr.* Pro Certo ambiguum concedere Cic. de Inuent. 1, 88. Idem Att. 5, 21 Sed posthac omnia, quae certa non erunt, pro Certis negato. Pro Certo dicere Ter. Adelph. 3, 4, 32. Cic. ad Brut. 5 Neque nuntiabatur quidquam, quod pro Certo haberemus. *add. Quinctil. 5, 10.* Pro Certis perscribere ad aliquem ea, quae certa sunt Cic. Fam. 6, 12. Liu. 35, 29, 8 Vnum de auxiliariis specie transfugae mittit ad eum: qui pro Comperto adferret, Achaeos statuisse postero die etc. Cic. Tusc. 5, 18 Geometrae quum aliquid docere volunt, si quid ad eam rem pertinet eorum, quae ante docuerunt, id sumunt pro Concesso et probato. Pro Certis et Concessis dubia sumuntur Idem de Diuin. 2, 106. Pro Collegio decreuere Pontifices Gell. 11, 3. Cic. Verr. 4, 33 Quum iam pro Damnato mortuoque esset. Idem Att. 11, 16 De omnibus rebus velim ad me scribas, et maxime quid scribas de ea: in quo tuo consilio egeo, etiamsi nihil excogitas: id enim mihi erit pro Explorato. *Aliqua exemplaria habent,* Pro desperato. Pro Emptore sacrificare Varro de L. L. 5, 3. Cic. Att. 13, 1 Itaque istud iam pro Facto habeo. Pro Firmato non stetit ius magistratus eius Liu. 4, 7. Pro Herede omnia gerere patre non mortuo Pseudo-Cic. in Sall. 14. Pro Indiuiso Cato c. 137. Pro Infecto id quod indicatum non sit, haberi oportere Cic. de Inuent. 2, 80. Satis pro Imperio, *i. tanquam qui imperare possit* Ter. Phorm. 1, 4, 19. Pro Infano sit reprehendendus

hendendus Varr. de L. L. 7, 17 *extr.* Cic. Verr. 2, 169 In scriptura Siciliae pro Magistro est quidam L. Carpinatius. Idem Att. 11, 10 P. Terentius meus necessarius operas in portu, et scriptura Asiae pro Magistro dedit. Cic. Att. 12, 14 Solitudo aliquid adiuvat: sed multo plus proficeret, si tu tamen interesses: quae mihi vna causa est hinc discedendi: nam pro Malis, recte habebat. Idem Fam. 6, 2 Quod maiore in varietate versata est adhuc tua causa, quam homines aut volebant, aut opinabantur: mihi crede, non est pro Malis temporum, quod moleste feras. Pro Meliore fuit, effugere hostes, etc. Tacit. Ann. 12, 39. Pro Munere Scribon. 172. Cic. Verr. 4, 2, 40 Tu ausus es pro Nihilo praec tua praeda tot res sanctissimas ducere? Pro Nihilo putare Idem Diu. Verr. 24 c. 7. Cic. de Finib. 2, 43 Quae quum Aristoni et Pyrrhoni omnia visa sunt pro Nihilo, vt inter optime valere, et grauissime aegrotare nihil profus dicerent interesse. Ego tamen, quoniam condemnatum esse pro Nihilo vis, (*al. est*) si ita esset, ignoscerem Idem Philipp. 2, 56. Cic. Fam. 13, 29 Itaque sic velim existimes, me omnes Achaiae ciuitates arbitrari, pro horum temporum Perturbatione, felices. Pro Ridiculo ac delectamento putare aliquem Ter. Heaut. 5, 1, 79. Pro Rudi atque indocto despicitur Gell. 10, 24. Pro Rupto foedus habere Liu. 2, . . . Pro Sano loqueris Plaut. Men. 2, 2, 24. Pro Seditione res erat Curt. 4, 10, 4. *i. instar seditionis.* Pro Sententia dicere, *ap. Festum, tanquam sententiam, vel loco sententiae, vel, vt ipse interpretatur, in sententia.* Pro Testimonio dicere Cic. Verr. 4, 44. *it. Gell. 11, 3.* Mentiri Cic. Vat. 3. Pro Victis abiere Liu. 2, 7 *pr.* ¶ 5 *Secundum.* Ter. Phorm. 2, 2, 23 Immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert. Salust. in Catil. c. 30 Hisque permittum est, vti pro tempore atque periculo exercitum compararent. Quintil. 3, 6 Et accidit pro Conditione causarum. Cic. Att. 1, 5 Pro nostra Consuetudine tu existimare potes. Pro Dignitate tribuere cuique Idem Offic. 1, 42. Columel. 9, 1 Modus siluae pro cuiusque Facultatibus occupatur. Pro Facultate nostra Quintil. 6, 5. *add. Nep. 15, 3, 5.* Pro tuo Ingenio haec considera Cic. Fam. 16, 3. Pro Iniuriis tuis in me nunquam te mihi satis esse facturum putabas Cic. Philipp. 2, 49. Pro Imperio dedimus n. 4 et Pro Iure suo, *vid. postea n. 6.* Pro Laude merentis praestare se dignum, *i. Iuxta laudem merentis* Hor. Ep. 1, 7, 24. Pro Modo crassitudinis Columel. 12, 46. Pro Modo virium et exigendum et corrigendum opus Quintil. 2, 4. Pro Numero militum ciuitatibus pecuniarum summas describere Cic. Verr. 5, 61. Pro meis Officiis Caesar nequaquam satis, pro ipsius in alios effusione, in me liberalis fuit Idem Att. 7, 3. Pro suis Opibus nemo fuit, qui non me in illa tempestate defenderit Idem pro Domo 108. Pro Opinione vulgi haec nequaquam extimescenda sunt Cic. Tusc. 3, 58. Plaut. Rud. 4, 4, 81 Sine me mea pro Parte loqui. *Sed variat lectio. Curtius* Cic. Fam. 5, 2 Fieri non moleste tui, atque etiam vt ita fieret, pro mea Parte adiuui. Idem Philipp. 13, 8 Tum me eius beneficio plus, quam pro virili Parte obligatum puto. Ouid. ex Ponto 2, 1, 17. Cic. Tusc. 1, 94 Omnia ista perinde vt cuique data sunt, pro rata Parte a vita, longa aut breuia dicuntur. Paullus in l. Vfus D. de vsu et hab. Nam frui quidem pro Parte possumus, vti pro parte non possumus. Pomponius in l. Si poenae §. Si falso D. de condi. indeb. Si falso existimans debere, tibi numos soluero, qui pro Parte alieni, pro parte mei fuerunt, etc. Vlpian. in l. in his vero D. De solution. et liberation. Si vero summa vsurarum debitarum et non debitarum non eadem sit: ad vtramque causam aequaliter proficit, quod solutum est, non pro Rata, vt verba rescripti ostendunt. Varro de R. R. 2, 3 Vt et lac multum, et pingue habeant pro Portione. Cic. de Orat. 2, 320 Sed oportet vt aedibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia pro Portione rerum proponere. Cic. in Somn. Scip. 11 Hic est, inquit ille, qui interuallis coniunctus imparibus, se tamen pro rata Portione distinctis, impulsu et motu ipsorum orbium efficitur. Pro virili Portione Tacit. in vita Agric. 45. Pro Potestate intercesserunt tribuni pl. Gell. 11, 3. Pro Scapulis, quum dixit Cato, significauit Pro iniuria verberum Paullus Festi: Forte melius ad n. 6 refertur. Pro Spe nihil contigit Liu. 28, . . . Caes. de Bell. Gall. 5, 8 Consilium pro Tempore et pro re caperet. *add. Liu. 30, 10. Virg. Ecl. 7, 35. Iustin. 11, 1, 8. Sallust. Iug. 50* Ipse pro Re ac loco paullatim procedere. Pro Veritate causae conficere negotium, et pro sua dignitate Cic. Fam. 13, 57. ¶ 6 *Respectum, Relationem, Proportionem, indicat.* Plaut. Poen. 1, 2, 63 Nam pro heri nostri quaestu satis bene ornatae sumus. *b. e. Si-reputes, quam exigue lucrum faciat herus.* Ter. Heaut. 5, 1, 67 Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis. Cic. Philipp. 3, 36 Sunt impii ciues, pro caritate Reip. nimium multi: pro multitudine bene sentientium, admodum pauci. *b. e. Si Reip. caritatem spectes.* Idem pro Muraen. 86 Ego vos pro mea summa et vobis cognita in Rempubl. diligentia moneo, pro auctoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, vt etc. Cic. pro Font. 32 Quare si etiam monendi estis a me, quod non estis Iudices, videor hoc leniter pro mea auctoritate vobis praecipere posse. Pro eo ac debui grauer molesteque tui Seru. ad Cic. Fam. 4, 5 *pr.* Pro eo quanti te facio Cic. Fam. 3, 3 *extr. Huc ref.* Pro quam, *de quo vid. PROQVAM.* Pro Humanitate eius singulari Balbus Cic. Att. 9, 8. Cic. Fam. 11, 12 Non dubito autem pro tua singulari Prudentia, quin perspicias. Quorum vobis pro vestra Sapientia Quirites habenda est ratio diligenter Idem pro Lege Manil. 17. Pro caetera diligentia Plin. Ep. 2, 16. Pro caetera reuerentia, quam mihi praestas Id. 3, 8. Pro potestate tribunus pl. intercessit Gell. 11, 3. Castra metatus latius, quam pro Copiis Liu. 36, 10. Maior Romanis quam pro Numero iactura fuit Id. 21, 59. Maior quam pro Numero hostium editur pugna Id. 25, 29 *pr.* Cic. Att. 7, 8 Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram, et animaduertentem posse pro Re nata, te non incommode ad me in Albanum venire III. Non. Ian. Id. ibid. 3, 2 Itineris nostri causa fuit, quod non habebam locum, vbi pro meo iure diutius esse possem, quam fundum Sicae, praefertim nondum rogatione correcta. Cic. pro Flacc. 95 Oppressus est C. Antonius; esto: habuit quandam ille infamiam suam; neque tamen ille ipse (pro meo iure dico) vobis iudicibus damnatus esset. Pro iure meo imperitabam Plaut. Capt. 2, 1, 47. Pro tuo iure oras Idem Rud. 5, 3, 36. Terent. Adelph. 1, 1, 27 Non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Vbi Donat. Hic est sensus, Non necesse est, etiam si liceat, saeuum esse patrem. Sic Pro se quisque, *i. pro ratione et portione virium suarum.* Ter. Heaut. 1, 1, 74 Video alios festinare, lectos sternere, coenam apparare, pro se quisque sedulo faciebat. Plaut. Amph. 1, 1, 76. Virg. Aen. 12, 552. Pro se quisque

quod ceperat, adferebat Cic. Offic. 3, 58. Pro se quisque conferunt aurum, etc. Liu. 26, 36 extr. Idem 25, 14 itaque pro se quisque omnes per aequa atque iniqua loca, quum undique tela conicerentur, armaque et corpora hostes obicerent, peruadunt, irrumpuntque.

5 Idem est Pro sua quisque facultate Cic. Tusc. 1, 108.

7 Locum significat, apertum imprimis et conspicuum: et quidem vel in loco, vel ante illum. Ante est in illo Catonis ap. Gell. 11, 3 Praelium factum pro castris. Sallust. Iugurth. 94 Ac Numidae saepe antea vineis Romanorum subuersis, item incensis, non castelli moenibus se tutabantur:

10 sed pro muro dies noctesque agitare, ualedicere Romanis. Vid. Curt. ad Sallust. c. 59 pr. Gell. 1. c. Pro Aede Castoris. Pro concione aliquid agere Quinctil. 4, 4. Add. Tac. Hist. 3, 9, 9. Curt. 4, 16, 16. In significat in illo Gell. 11, 3 Pro rostris. Sic Pro suggestu Caes. Bell. Gall. 6, 3. Pro tribunali cognoscit iudex Vlpian. in l. 2 D. de

15 re iudic. Add. Cic. Fam. 3, 8. Sallust. Catil. c. 18 extr. Qui ni maturasset, pro curia fociis signum dare. Cic. Philipp. 2, 64 Hasta posita pro aede Iouis statoris. Illa praesidia, quae pro templis omnibus cernitis Idem pro Milon. 2. Locare equites pro cornibus Quinctil. 2, 13. Pro gradibus Palatii Sueton. Neron. c. 8. Pro oppido, pro vallo, pro castris collocare copias Caes. Bell. Gall. 70 et 71. Pro ostio Festus. Pro pedibus aliquid abiicere, i. ante

pedes Apul. Apol. p. 337. Sic Pro portis Tacit. Hist. 5, 11, 2. 8 De vi huius particulae in compositis plitacula sunt apud Festum, sed lacera et corrupta. Ad significationes forte simplicis, quas dedimus,

85 redigi possunt et composita, ut n. 1 Promereor, n. 2 Procuo, n. 3 Proconsul etc. Sed ista rariuola. Omnium frequentissima sunt, in quibus ut n. 7 ad locum publicum, et lucem publicam refertur, ut Produco, profero, etc. vel notat remotionem aliquam, ut idem fere sit, quod procul, ut in Proicere, prohibere, profanus, procello, proficiscor etc. Quantitas

30 compositorum variat, et in singulis obseruanda est, nisi quod tum fere corripit, obseruasse mihi videor, cum per procul reddi potest.

PROAEDIFICATVS, a, um. Proaedificatum dicitur, Quod ex priuato loco in publicum solum processit. Festus.

PROAGOGIVM, i. n. [προαγωγίον] Stuprum, perductio, a Graeco verbo προαγωγήν, quod Latini perducere dicunt, id est lenocinari, lenocinium facere. Laudatur Suet. Neron. c. 28 Super ingenuorum pro-

40 agogia, et nuptiarum concubitus. Vestali virgini Rubriae vim intulit. Sed totum hoc est ab Egnatii ingenio: lectio vera est Paedagogia. v. v.

PROAGORVS, Dorica ratione, quam Latini hemulantur, et Siculo-

rum lingua (nam ab aliis Graecis προήγορος dicitur) significat Eum, qui princeps est, et ante alios verba facit. Vfus est Cic. Verr. 4, 50 c. 23. it. c. 39 et c. 42.

PROAMITA, ae. f. Proau mei soror. Caius in l. 1 D. de Gradibus. Add. tit. Inst. de gradib.

45 PROARCHE, es. f. Aeon Valentini, quasi tu aliquid ipso principio prius dicas. Vid. Tertull. adu. Val. c. 7. 35. 37. add. Interpr. Iren. 1, 1.

PROARIES, etis. m. Instrumentum esse aiunt, quo vice arietis uti liceat ad adigendam materiam. Caes. Bell. Gall. 4, 17 Ac nihilo fecius

50 sublicae, et ad inferiorem partem fluminis obliquae adigebantur, quae proariete subactae, et cum omni opere coniunctae, vim fluminis exciperent. Vid. Bayssium in lib. de Vasculis. Alii vero legunt Pro ariete subiectae: al. Pro pariete subiectae. Metuo igitur, ne nibili sit hic Proaries.

55 PROAVCTOR, oris. m. [προκατόρχων] Sueton. Claud. c. 24 Appium Caecum generis sui proauctorem. Qua forma Proauum dicimus, eadem Proauctorem, quasi Procul et longa origine auctorem dixit.

PROAVVNCVLVS, i. m. et PROMATERTERA, ae. f. i. Proau frater et soror. l. Iurisconsultus et l. 1 de Gradib. et affinib. Imper. in tit. de gradib. 2. instit. Ciuil.

PROAVVS, i. m. [πρόπαππος, πρόπατρος] Aui paterni vel materni pater. Huius relatiuum est Pronepos. Cic. de Clar. Orat. 212 Nam et de duobus auis iam diximus, Scipione et Crasso, et de tribus

65 Proauis. conf. Id. pro Cael. c. 14. et pro Muraen. c. 7. Iuuen. Sat. 3, 312 Felices proauorum ataus. Virg. Aen. 12, 225 Cui genus a proauis ingens, clarumque paternae Nomen erat virtutis. i. e. Cuius auctoritatem commendabat et origo maiorum, et paterna virtus. Seruius.

70 2 Etiam adiectiue ponitur. Proaua manu Ouid. Her. 4, 158 sec. Burm. ex MS. Francof. Proaua tropaea Propert. 4, 11, 29 sec. Barth. et Burm.

PROAVIA, ae. f. Aui vel auiae mater. Suet. Calig. c. 10 In Li-  
viae Augustae proauiae suae contubernio mansit.

75 PROAVITVS, a, um. Adi. [προπαππός] Quod est proau: Rura proauita Stat. Silu. 4, 4, 83. Facta Sil. 11, 88. Regna Ouid. Met. 13, 416. Pugnac proauitae insignia ostentare Sil. 5, 79. Idem 16, 253.

PROBA, ae. f. Specimen. Ammian. 21 c. vlt. extr. Annonae mi-  
litaris indicia, ut ipsi nominant probam. Vid. Valef. Imp. Valent. et Valens l. vnic. C. de Strator. Ut stratoribus vnus tantum solidus probae nomine posceretur.

PROBAMENTVM, i. n. Idem. Mart. Capell. 7 Indubitabile probamentum. Cod. Theod. l. vlt. add. Rufin. ap. Hieron. Ep. 63.

85 PROBABLE, PROBATOR, etc. vid. PROBVS.

PROBATICA, ae. f. [προβατική] Latine Ouilis dicitur. Erat piscina, ubi oues lauare solebant, quum sacerdotes eas litare vellent: πρόβατον Graece, Latine dicitur ouis. Vtitur Vulg. Ioh. 5, 2.

PROBATION, i. n. Herba, al. Arnoglossa s. plantago Apul. 1.

90 PROBATORIA, ae. f. l. 3 Cod. de agent. in reb. Nemo sine diuali probatoria, quam codices in sacro nostro scrinio memoriae positi debeant inferendam accipere, militaribus eiusdem deuotissimae scholae stipendiis vel priuilegiis potiatur. Est igitur epistola, qua quis probatum se ostendit, testimonium publicum.

95 PROBE, PROBITAS, PROBITER, vid. PROBVS.

PROBLÉMA, atis. n. [πρόβλημα] Est Propositio, interrogationem annexam habens. Vid. Gell. Praef. Cis. Att. 12, 2 Iam explicandum est πρόβλημα, si quid acturus es. Suet. de Gram. c. 4 Institutionum ad eloquentiam parandam quaedam genera, ut problemata, periphraes,

100 elocutiones etc. Libris suis quosdam hunc titulum praefixisse, monet Gell. Praef. Et 2 extr. Aristotelis libros Problematorum laudat. Sic et 3, 6 pr. ubi similes Genitiuos ex Grammaticis obseruat Gronou. Sed 1, 11, 17 Problematum libros. Vulg. Iud. 14, 12 Proponam vobis problema, i. aenigma.

105 PROBO, vid. PROBVS.

**PROBOSCIS**, (*quid. PROMVSCIS*) *Idis. f.* [*προνομασία, προσκομής*] Graecum nomen est, dictum quod ante depascat: et est portio corporis pars, inhaerens naribus: quae, excepto homine, in aliis animalibus inuenitur. Varro Sexages. Inuenisse se, quum dormire coepisset, tam glaber quam Socrates, caluum (*quid si haec vox glossa est?*) esse factum ericium e pilis albis cum proboscide. Haec Non. 1, 241. In elephanto dicitur Manus: quod ea tanquam manu utatur. Plin. 8, 12 Resoluunt elephanti manu draconum nodos. Idem Proboscidem vocat, 8, 7. *conf.* Flor. 1, 18, 9.

**PROBRUM**, *i. n.* [*πῆλὸς, ὄνειδος*] *ut crimen, et ipsum turpe factum, et illius commemorationem atque obiectionem, notat.* Sueton. Caes. c. 43 Diremit nuptias Praetorii viri, qui digressam a marito post biduum statim duxerat, quamvis sine probri suspitione. Probrum virginis Vestalis, ut capite puniretur, vir, qui eam incestauisset, verberibus necaretur, lex fixa in atrio Libertatis, cum multis aliis legibus incendio consumta est. Festus. Cato ap. Gell. 10, 23 Mulier, si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. Nefanda probra Seneca Hippol. 2. Amphitruo acutum vxori turbas conciet, atque insimulabit eam probri, *i. Adulterii* Plaut. Amph. 1, 2, 13. *conf.* Cic. Philipp. 2, 69 *infra*. L. 41 ff. de ritu nuptiar. Probrum intelligitur etiam in his mulieribus esse, quae turpiter viuerent, vulgoque quaestum facerent. *Maledictum, contumelia, infamia, dedecus, quod ex scelere consequi solet: ut, Datum est probro, i. Ignominiae adscriptum.* Cic. Att. 11, 9 Epistolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. *i. Contumeliarum, maledictorum.* Compertus nullius probri Liu. 7, 4. Cum probro, *vid. CVM.* Accusare probri, *vid. ACCUSO.* Arguere probri, *vid. ARGVO.* Canere probra Ouid. Fast. 3, 676. Cic. Caton. mai. c. 12 Flagitiosa et perdita libido, quae cum probro priuato coniungeret imperii dedecus. Dicere multa probra alicui Ouid. Rem. Amor. 697. *add. Id. A. A. 3, 49.* Effusi sunt cum probro atque dedecore Cic. pro Rosc. Amer. 68. Emergere ex paternis probris ac vitis Idem Verr. 3, 162 c. 69. Executa sum probrum lucri causa Plaut. Truc. 2, 5, 8. Iacere probra in fontem, *vid. IACIO.* Iactare probra in aliquem, *vid. IACTO, in IACIO.* Implere terras probris Ouid. Epist. 17, 208. Increpare probris Liu. 23, 40. Qui alterum Incusat probri, ipsum se intueri oportet Plaut. Truc. 1, 2, 58. Incusabo te probri, *vid. INCUSO.* Inferre probrum alicui Cic. pro Cael. 42 c. 18. Ingerere probra alicui Liu. 2, 45. *i. maledicta.* Catull. 92 Haud posse a turpi mentem Inhibere probro. Cic. Philipp. 2, 69 c. 38 Non est satis: probri Insimulasti pudicissimam feminam, *i. Adulterii.* Plaut. Amph. 3, 2, 6 Neque me patiar probri falso Insimulatam. Intendere probra alicui Tacit. Ann. 3, 36. Liu. 31, 6 Laceratus probris in Senatu Tribunus plebis. Luere sanguine probra Ouid. in Ibin 567. Obiicere probrum Cic. de Or. 2 c. 70. Idem pro Domo 76 In isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum Obiectas, sed etiam laudem illustras meam. Idem Tusc. 1, 3 c. 2 Honorem tamen huic generi non defuisse declarat oratio Catonis, in qua Obiecit ut probrum, Marco nobiliori, quod is in prouinciam Poetas duxisset. Respergi probro Tac. Hist. 1, 48, 6. Sum: Tuum scelus, meum probrum putas Esse oportere Cic. pro Domo 87. Idem pro Rosc. Amer. 48 c. 17 Vitam hanc rusticam, quam tu probro et crimini putas Esse oportere, et honestissimam et suauissimam esse arbitrantur. Esse in probro, *vid. in Praepositionem.* Vetito probro sacraria temerare Ouid. Met. 10, 695. Vacare probro Senec. Herc. fur. 1. Vexare probris maledictisque omnibus Cic. pro Flacco 48 c. 20. Ouid. Amor. 3, 14, 44 Et fuerint oculis probra videnda meis. Violare probris suis famam imperii Cic. Verr. 1, 82 c. 32. Animalia spurca atque probra Gell. 9, 2 *dicit pro Probrosis, quemadmodum apud Terentium, Scelus, pro homine scelesto. Conf. OPPROBRIVM.*

**PROBROSVS**, *a, um.* Adi. [*ὀνειδιστος*] *Ignominiosus.* Cic. pro Font. 27 c. 12 De quo vos homine Iudices, ne ab inimicis quidem vllum fictum probrosus non modo crimen, sed ne maledictum quidem audistis. Ruinae probrosae, *Dedecus adferentes* Hor. Carm. 3, 5, 39. Carmina Tacit. Ann. 14, 48. Vita probrosus Idem ibid. 3, 68, 4. Feminae probrosae Suet. Domit. c. 8. Compar. Plin. 22, 6 Quo nihil probrosius duco. Aurel. Vict. c. 9 Vespas. Senatu motus probrosior quisque. Superl. Probrosissimi auaritia, luxuria, iniquitate Tertull. ad Nat. 1, 5 pr. Mulier probrosissima Lamprid. Heliog. c. 18.

**PROBROSE**. Adu. Gell. 17, 21 Cum Demostheni quod fugerat probrose obiiceretur. Sen. Controu. 1, 2 Probrose leno illam prostituit.

**PROBROSITAS**, *atis. f.* Saluian. de Gub. Dei 3 p. 92 et 94.

**PROBUS**, *a, um.* Adi. [*δίκαιμος, εὐδίκαιμος, αἰδήμων, κατ'ήκων, εὐεργος*] *Gloss. Lat. Gr.] Bonus, quasi prohibus, quod se a delinquendo prohibeat; inquit Festus. Forte accuratius probum dicemus, quidquid est, quod esse videtur, aut videri vult, significatione a metallis translata ad mores etc.* Ter. Phorm. 2, 1, 29 O artificem probum! Cic. pro Cluent. 133 Neque enim hoc nomine sanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest. In poematibus et picturis vsu euenit, ut delectentur imperiti, laudentque ea — ob eam credo causam, quod insit intus aliquid probi, quod capiat ignaros Idem Off. 3, 15 c. 3. Non probus, *vid. NON.* Probus ad istas res Plaut. Poen. 3, 3, 67. Ager Colum. de Arbor. 3, 6. Argentum probum Liu. 32, 2. et 38, 38 *extr.* Add. Plaut. Perf. 4, 3, 57. Claua proba Plaut. Rud. 3, 5, 20. Color Columel. 8, 2, 8. Conger probus hic frigidus Plaut. Mil. 3, 1, 162. Faber probus Idem Poen. 4, 2, 93. Facinus Idem Men. 1, 2, 25. Homo probus de verecundo Cic. pro Milon. c. 4. *vid. Abram. ad b. l.* Probus quis nobiscum viuit? multum demissus homo ille est Horat. Sat. 1, 3, 56. *i. modestus.* Hoc ne homines quidem probi faciunt Cic. de Diuin. 2 c. 25. *i. aperti ac simplices.* Idem Off. 1, 103 c. 29 In ipso ioco aliquod probi ingenii lumen cluceat. Materia Plaut. Poen. 4, 2, 93. Merx Idem 1, 2, 129. et Perf. 4, 6, 1. Mores Hor. in Carm. saecul. 45. Moribus probus Plin. Epist. 171. Nauigium Cic. Acad. 4 c. 31. Numi Plaut. Perf. 3, 3, 33. Idem Bacch. 4, 8, 41. *conf. Salm. ad Lampr. Alex. Seu. c. 33 extr.* Os probum ac venerandum per cunctas gentes Pompeio tribuit Plin. 37, 2 f. 6. *conf. Id. 7, 12 f. 10.* Occasio Plaut. Casin. 5, 4, 2. Pauperies Hor. Carm. 3, 29, 55. Probae Res et lecta oratio Cic. de Cl. Orat. c. 51 pr. Columel. de Arb. c. 3 Sed firmum, probumque saporem vini praebent. Ut probi, ut bene morati, ut boni Viri esse videamur Cic. de Orat. 2 c. 45. Virgines Quinctil. 1, 10, 32. Compar. Plaut. Most. 2, 1, 60 Pluma haud interest, patronus an cliens probior fiet homini, cui nulla in pectore est au-

**PROBROSITAS**, *atis. f.* Saluian. de Gub. Dei 3 p. 92 et 94.

**PROBUS**, *a, um.* Adi. [*δίκαιμος, εὐδίκαιμος, αἰδήμων, κατ'ήκων, εὐεργος*] *Gloss. Lat. Gr.] Bonus, quasi prohibus, quod se a delinquendo prohibeat; inquit Festus. Forte accuratius probum dicemus, quidquid est, quod esse videtur, aut videri vult, significatione a metallis translata ad mores etc.* Ter. Phorm. 2, 1, 29 O artificem probum! Cic. pro Cluent. 133 Neque enim hoc nomine sanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest. In poematibus et picturis vsu euenit, ut delectentur imperiti, laudentque ea — ob eam credo causam, quod insit intus aliquid probi, quod capiat ignaros Idem Off. 3, 15 c. 3. Non probus, *vid. NON.* Probus ad istas res Plaut. Poen. 3, 3, 67. Ager Colum. de Arbor. 3, 6. Argentum probum Liu. 32, 2. et 38, 38 *extr.* Add. Plaut. Perf. 4, 3, 57. Claua proba Plaut. Rud. 3, 5, 20. Color Columel. 8, 2, 8. Conger probus hic frigidus Plaut. Mil. 3, 1, 162. Faber probus Idem Poen. 4, 2, 93. Facinus Idem Men. 1, 2, 25. Homo probus de verecundo Cic. pro Milon. c. 4. *vid. Abram. ad b. l.* Probus quis nobiscum viuit? multum demissus homo ille est Horat. Sat. 1, 3, 56. *i. modestus.* Hoc ne homines quidem probi faciunt Cic. de Diuin. 2 c. 25. *i. aperti ac simplices.* Idem Off. 1, 103 c. 29 In ipso ioco aliquod probi ingenii lumen cluceat. Materia Plaut. Poen. 4, 2, 93. Merx Idem 1, 2, 129. et Perf. 4, 6, 1. Mores Hor. in Carm. saecul. 45. Moribus probus Plin. Epist. 171. Nauigium Cic. Acad. 4 c. 31. Numi Plaut. Perf. 3, 3, 33. Idem Bacch. 4, 8, 41. *conf. Salm. ad Lampr. Alex. Seu. c. 33 extr.* Os probum ac venerandum per cunctas gentes Pompeio tribuit Plin. 37, 2 f. 6. *conf. Id. 7, 12 f. 10.* Occasio Plaut. Casin. 5, 4, 2. Pauperies Hor. Carm. 3, 29, 55. Probae Res et lecta oratio Cic. de Cl. Orat. c. 51 pr. Columel. de Arb. c. 3 Sed firmum, probumque saporem vini praebent. Ut probi, ut bene morati, ut boni Viri esse videamur Cic. de Orat. 2 c. 45. Virgines Quinctil. 1, 10, 32. Compar. Plaut. Most. 2, 1, 60 Pluma haud interest, patronus an cliens probior fiet homini, cui nulla in pectore est au-



dacia. *i. opportunior, commodior, ut Idem etiam alias.* Idem Stich. 1, 2; 87 Probiore credo arbitrarunt. Cic. Fam. 7, 5 De quo tibi spondeo probiorem hominem esse neminem. *Supert.* Plin. Ep. 2, 9 Adiutum cuperem iuuenem probissimum. *Vet. Inscr. apud Gruter.* p. 647 n. 2 MEMORIAE AETERNAE HOMINIS PROBISSIMI.

PROBE. Adu. [*δοκίμως*] Bene, recte, ut oportet. Ter. Andr. 2, 5, 7 D. Quasi de improviso respice ad eum. P. hem pater. D. probe, h. e. Recte, et ut volebam. Oculus conturbatus non probe affectus ad munus suum fungendum Cic. Tusc. 3, 15. Appotus probe Plaut. Amphit. 1, 1, 126. Curasti probe, *iron.* Ter. Andr. 5, 2, 6. Decipere probe Plaut. Amphit. 1, 1, 268. Dicis probe de Seruio Cic. Brut. 161. Plin. Epist. 2, 18 Nisi sperare te vellem, posse fratris tui liberos probe Discere. Errant probe Plaut. Amphit. 3, 3, 20.

15 Fecistis probe, *iron.* Ter. Phorm. 2, 3, 18. Sed Cic. Att. 13, 6 De aquaeductu Fecisti probe. Ter. Eun. 4, 6, 30 Si vim faciet, in ius ducito hominem, Intellexit? C. probe. Iudicas probe Cic. Att. 7, 3. Ter. Andr. 5, 4, 15 Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod Moneam probe. *conf.* Cic. de Orat. 3 c. 50. Idem ibid. 1, 20 228 Hominem probe Nosse, et commeminisse se aiebat. Cic. Fam. 2, 9 Ad Amanum exercitum adduxi satis probe Ornatum auxiliis. Percutere probe, *h. e. Fortiter* Plaut. Amphit. 1, 1, 162. Scire probe Cic. Fam. 2, 12. Idem de Legib. 1, 54 Probe quidem Sentis, si re ac non verbis dissiderent. Idem Tusc. 1, 88 Hoc igitur probe

25 Stabilito et fixo, illud excutiendum est, ut sciatur quid sit carere. Tenere aliquid probe, *Scire* Cic. de Inuent. 1, 77. Viuere probe Plaut. *vid. de usu ap. Comicos Parvi Lex. Crit. p. 989.* Probissime Ter. Adelph. 3, 3, 65. De aquaeductu probe fecisti Cic. Att. 13, 6. De Seruio probe dicis Idem de Clar. Orat. 161.

30 PROBITAS, *ātis. f.* [*καλοκαγαθία*] Bonitas, illa praesertim, quae se praestat talem, qualis videri vult. Cic. de Amicit. 29 c. 9 Quod si tanta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel quod maius est, in hoste etiam diligamus: quid mirum est, si animi hominum moueantur? etc. Virtus, probitas, integritas, in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non scientia requiri solet

35 Idem pro Planc. 61. Dissimilis est tibi probitate Quid. ex Pont. 2, 11, 17. Dulci probitate rubentem, *i. pudore* Stat. Silu. 1, 2, 12. Exercita probitas rebus aduersis Quid. Trist. 5, 5, 49. Aeuo tenero maturior probitas Stat. Silu. 2, 1, 40. Inops iacet probitas Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 130. Probitas cum paupertate iacebit; *i. Negligetur ac contemnetur* Lucan. ad Pison. 109. Probitas laudatur et alget Iuuen. Sat. 1, 74. Causa *Abdolorymo* paupertatis, sunt plerisque, probitas erat Curt. 4, 1, 20. Commendatione probitatis boni viri speciem tueri Cic. de Orat. 2, III. Perdurat probitas in

45 longum aeuum Quid. de Medicam. faciei 49. Parum tuta per se ipsa probitas Sall. Iug. c. 14.

PROBITER. Adu. [*εὐδοκίμως*] pro Probe, apud antiquos. Varro Octogef. Postquam auida libido rapere ac concidere coepit, seque opifice, non probiter strepere. Haec Non. 11, 13.

50 PROBO, *āre.* [*δοκιμάζω, εὐδοκῶ, βραβυίζω*] Efficere ut probum, rectumque iudicetur id, quod quis facit vel dicit; unde et pro Laudare accipitur. Cic. Verr. 4, 82 Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio iudici non probem. *i. scio, eum omnino hanc meam accusationem Verris non improbatum.* Idem de Senect. 42 c. 10 *extr.* Mihi vero et Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa et tam perditā libido.

55 *i. Nullo modo persuaderi mihi potuit, ut bonam dicerem et laudarem tantam libidinem.* Quis hoc probari potest cuiquam? Cic. Verr. 2 c. 4 *pr.* Est enim mihi vtendum quibusdam rebus ex iis libris, ad eos, quos in manibus habeo: quos, ut spero, tibi valde probabo Idem Att. 4, 14. Sic Diligentiam probare Scribon. Epist. *extr.* Cic. de Orat. 2 c. 38 *extr.* Carneades nullam rem vnquam defendit, quam non probavit, nullam oppugnauit, quam non euerterit. Idem pro Quint. 92 Nos nostram causam perfacile cuius probaturos statuebamus. Vt si in hac causa nostrum officium, ac Diligentiam probauerimus, haec quae

60 dixi, retinere per Pop. Rom. incolumia, ac salua possimus Cic. Diu. in Verr. 72. Scripta probare auribus Puris Propert. 2, 13, 12. Quibus de meo celeri Reditu non probabam Cic. Att. 16, 7. *i. Non persuadebam.* Idem Tusc. 5 *pr.* Virtutem ad beate viuendum se ipsa esse contentam. Quod etsi difficile est probatu, propter tam varia et tam multa tormenta fortunae. Probatu non tantum demonstratu significat. Sed illud, ut homines etiam in illa sententia acquiescant, ea delectentur etc. Cic. pro Ligar. 2 c. 1 Qua in legatione et ciuibus, et sociis ita Se probauit, ut decedens, etc. *i. Probitate et integritate vitae se talem praestitit ac demonstrauit.* Multis Se probauit Idem de Fin. 2 c. 25. Idem Fam. 12, 29 A magistris quum contenderem de proferendo die, probarunt mihi, Sese, quo minus id facerent, et compromisso, et iureiurando impediri, demonstrarunt, ita ut causae negandi nobis probae viderentur. Se probare pro eunucho, *i. Persuadere, interprete* Donato Ter. Eun. 2, 3, 83. Suppositum in eius locum, quem pro illo probare vellet Cic. Verr. 3 c. 1. ¶ 2 Pro-

65 bare est probum iudicare, et pro eo agnoscere, quod videri vult. Locum notabilem Ciceronis Verr. 1 c. 30 huc notioni vindicamus n. 3. Cic. Fam. 7, 1 Teque et istam rationem otii tui et Laudo vehementer, et probo. Idem de Fin. 2, 1 Quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere vnquam probauit. Idem in Parad. Praef. Ea sentit, quae non sane probantur In vulgus. *i. Quae nec ipsum quidem vulgus probat, neque laudat.* Oculis hominum probari Quid. Epist. 17, 125. Consilium probare Caes. Bell. Gall. 8, 21. Dicta alterius voce probare Quid. Met. 1, 244. Video meliora, proboque Idem ibid. 7, 20. Idem ex Pont. 3, 2, 28. Diligentiam suam alicui probare Papinian. in l. Labeo D. de statuliberis. Intolem generosam factis probare Senec. Theb. 2. Sententiam probare Cic. Acad. 4, 70. Censores Villam publicam in campo Martio probauerunt Liu. 4, 22 *extr.* *i. ex lege contractus aedificatam et perfectam iudicarunt.* Cic. Verr. 5, 171 Nolo eos Iudices, quos ego probarim atque delegerim, sic in hac vrbe notatos, isto absoluto ambulare, ut non cera, sed coeno oblitū esse videantur. Pactum dea probauit Quid. Fast. 6, 453. *al. Factum.* Nemini probatur, *i. Nemo approbat, siue laudat, aut nemini placet* Cic. Verr. 3, 17 c. 6. Non nimium probare, *vid.* NIMIS. Lente et fastidiose probare aliquem, *vid.* LENTVS. Probare et Improbare, opponuntur Quintil. 2, 2. ¶ 3 Probare, demonstrare, et argumentando planum facere: quod ea laude digna videantur, quae probari rationibus possunt. *vid.* Lucret. 2, 932. Plaut. Bacch. 4, 4, 53 Quid mihi refert Chrysalō esse nomen, nisi factis probo? Plaut.

70 Pseud. 1, 1, 99 Quod tu istis Lacrimis te probare postulas. Dialectice probare

probare Quintil. 1, 10. Huic satis illud erat planum facere atque probare Lucret. 2, 932. Plus iusto probare aliquid Ouid. ex Pont. 9, 9, 8. Exitus Acta probat Idem Epist. 2, 85. Culpa nec ex facili, quamvis manifesta, probatur Ouid. Amor. 2, 2, 55.

¶ 4 Probare etiam est tentare, examinare, specimen capere. Sic Graevius interpretatur illud Cic. Verr. 1 c. 30 Vt probaret Apronius hoc triticum, quod ei dabatur, imperat Agyrinensibus Verres, vt in medimna singula dentur Apronio H-S tres. Quid est hoc? — nuni praeterea exigentur, vt probetur frumentum? An poterat non modo Apronius, sed quivis, exercitui si metiundum esset, improbare Siculum frumentum, quod isti ex area, si vellet, admetiri licebat? *Posui totum locum, vt appareat, falsum esse virum magnum. Aperte enim probare et improbare hic opponuntur. Igitur vt probaret frumentum, significat, vt, licet non usque quaque bonum, pro bono tamen ac probo acciperet. Interim verum est, quod posuimus, et quod defendit ad l. c. Graevius, probare esse examinare, aestimare.* Plaut. Trin. 4, 3, 42 Quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant. Et Pers. 2, 2, 30 Tuo ex ingenio mores alienos probas. Petron. c. 70 Cultros Norico ferro statim iussit afferri, inspectosque miratus est, etiam nobis potestatem fecit, vt mucronem ad buccam probaremus: *i. tentaremus, quo verbo in tali re vitur* Sueton. Ner. c. 49. et explorare Othone II. Plin. 33, 9 f. 46 Miscentur aera falsae monetae — Igitur ars facta denarios probare. Et 17, 5 pr. Terram amaram siue macram, si quis probare velit, demonstrant eas atrac degeneresque herbae. Et 37, 13 f. 76 Nos rationem deprehendendi falsas (gemmas) demonstrabimus — Translucentes matutino probari censent — Experimenta pluribus modis constant. Et 35, 6 f. 27 Qui adulterant — Probatur carbone. Reddit enim, quod sincerum est etc. Huc. ref. Ouid. ex Pont. 2, 3, 8 Vulgus amicitias utilitate probat. De ipso frumento Macer l. 12 ff. de re milit. in tribunorum officiis ponit, frumentum probare, *i. annonam militum diligenter inspicere, vt de ea re* Lamprid. Alex. Seu. 15. Vulg. Io. 14, 19 Iuga bouum quinque emi, et eo probare illa. Hieron. contra Iovin. Equus, asinus, bos, probantur prius, et sic emuntur. Et sic Vulgata passim, vt 1 Cor. 11, 28. et 2 Cor. 13, 5. Galat. 6, 4. 1 Thess. 5, 21. 1 Ioh. 4, 1 etc. Pallad. Nou. 7, 22 Sicut probavi ipse, *i. expertus sum.*

PROBANS, antis. Partic. Ioue non probante Hor. Carm. 1, 2, 19. Idem Epist. 1, 1, 82 Iidem eadem possunt horam durare probantes? Vulgata Ier. 17, 10 Dominus scrutans corda et probans renes.

PROBANDVS, a, um. Partic. [*δοκιμαστός*] Caes. Bell. Gall. 5, 40 44 Quem locum probandae virtutis tuae expectas? Causa probanda Ouid. Fast. 6, 266. Forma probanda operis Idem Trist. 3, 11, 44.

PROBATVS, a, um. Aliud Partic. [*δεδοκιμασμένος*] Quae facimus, ea prudentissimo cuique maxime probata esse volo Cic. Fam. 6, 12. Idem in Topic. 73 Nam et ingeniosos et opulentos, et aetatis spatio probatos, dignos quibus credatur, putant. Minus probatus parentibus Nepos 2, 1, 2. Adolescentia probata et spectata maxime Lucil. apud Non. 5, 60. Crimen patens sine teste probatum Ouid. Met. 15, 37. Fides probata Claud. Conf. Hon. 2, 145. Medicamenta vsu probata Scribon. Epist. pr. Cic. Verr. 1, 101 Homo scilicet aut industria, aut Opera probata, aut frugalitatis existimatione praeclara. Res probata Nepos 14, 6, 5. Compar. Liu. 27, 8 Ita repente exiit antiquos mores, vt nemo tota iuuentute haberetur prior: nec probatior primoribus patrum, suis pariter alienisque esset. Superl. Femina probatissima Cic. pro Caecin. c. 4. Gratulatio tua est mihi probatissima Marcell. ad Cic. Fam. 4, 11. Homo probatissimus Cic. Verr. 2, 23.

PROBATOR, oris. m. [*δοκιμαστής*] Cic. pro Caecin. 85 Deinde huius rationis non modo non inuentorem, sed ne probatorem quidem esse me. Bonorum probator Apul. de Deo Soer. p. 51 Elm. Ingenii probator Ouid. ex Pont. 2, 2, 105. *i. Approbator et laudator.* Rationis alicuius non modo non inuentor, sed ne probator quidem Cic. pro Caecin. 85.

PROBATIO, onis. f. [*πρωτοδική, δοκιμασία, δοκιμή*] Actus probandi. Plin. Epist. 2, 11 Huius actionem vespera inclusit, non tamen sic, vt abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierunt. Falsum est ob probationem Cic. pro Font. c. 4. Id. Verr. 1, 142 c. 54 Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur: ego me refecturum esse dico. Probatio futura est tua, qui locas: praedibus et praediis populo cautum est, ex intellectu verbi secundo. Sed multo vsitator tertius. Artificialis Quintil. 5, 9. Athletarum probatio Cic. Offic. 1 c. 40. Equitum probatio Valer. Max. 2, 2, 9. Fontium probationes et expertiones Vitruu. 8, 5. Firma Quintil. 5, 10. Implere probationem est, Quod quis intendit, seu agendo, siue excipiendo plene probare. VI. 75

Ulpian. in l. in exceptionibus, in fine D. de probationibus et praesunt. Si iudicatae rei vel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo, quod tunc petitur, siue in alea gestum esse contendatur, eum implere probationes oportet. Inexpugnabiles probationes Quintil. 5, 10. Lineares Id. 1, 10 de Geometria. Potentissimae Id. 1, 10. Probationem non habere Senec. 3, 10. Ex quarta verbi significatione: De quadrupedibus prima est probatio, qui idonei sint Boues Varro R. R. 1, 20, 1.

PROBATIVVS, a, um. Adi. Probatiuae duae quaestiones Quintil. Decl. 299.

PROBABILIS, e. Adi. [*πιθανός*] Dicitur, quod s. verum s. falsum sit, videtur tamen plerisque, vel his quorum interest, probari posse. Itaque non simpliciter ad argumenta pertinet aut iudicium intellectus, vt sit idem quod verisimile; sed probabile est, quod probari, *i. probum putari, laudari, placere potest.* v. g. Plin. 21, 4 f. 10 de Rosis, Nec odore nec specie probabilis est, quae Graeca appellatur a nostris. Cic. Acad. 4, 33 Quamobrem siue tu probabilem visionem, siue improbabilem, et quae non impediatur, vt Carneades volebat, etc. Nullas probabiles causas longinuae peregrinationis afferbat Tacit. Annal. 6, 14, 2. Iusta et probabilis causa Ulpian. in l. 3 §. Si mecum D. ad exhibend. Cic. de Clar. Orat. 241 Erat eius aequalis P. Antronius voce peracuta atque magna, nec alia re vlla probabilis.

Orator probabilis Id. ibid. 263. *i. Cuius oratio facile fidem inuenit.* conf. Nepos in Catone 3, 1. Probabile Cicero id Genus orationis dicit, quod non plus minusue est, quam decet Quintil. 8, 100 3, 42.

Nempe Probabile genus orationis est, si non nimis est comitum atque expoliturum, si est auctoritas et pondus in verbis, si sententiae vel graues, vel aptae opinionibus hominum et moribus Cic. Partit. 19 c. 6. Copia Quintil. 1, 8. de verbis. Nonnunquam honesto ac probabili nomine, bono viro iudici error obici solet Cic. 105

pro Caecin. 71. Sumtus probabilis Vlpian. in l. apud Celsum §. Si minor D. de doli mali exceptione. Cic. de Inuent. 1, 46 Probabile autem est id, quod fere fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hoc quandam similitudinem, siue id

5 falsum est, siue verum. Probabile et Non probabile, siue, (ut in praecedentibus exemplis) Improbabile; contraria Id. Acad. 4, 33. Non est probabile Id. Verr. 2, 154 c. 63. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile Id. in Parad. 1, 1. Comparat. Probabilior orator Cic. de Orat. 2 c. 36. Probabilior edictum Gell. 20, 1. Valer. Max. 6, 2 pr. Libertas vulgi auribus gratior, quam sapientissimi cuiusque animo probabilior est.

PROBABILITER, Adu. [*πιθανώς*] Cic. de Orat. 2, 337 Ad consilium autem de Republ. dandum caput est, nosse Rempubl. ad dicendum vero probabiliter, nosse mores ciuitatis. Probabiliter acti ratio reddi potest Id. de Finib. 3, 58. Probabiliter quid posse defendi Id. Acad. 4. Multa in eam partem probabiliter argumentatus Liu. 33, 28. Probabiliter defensum Id. 42, 4. Consulatus neque petitus honeste, neque probabiliter gestus Patere. 2, 46, 1. Comparat. Probabilior apud Valer. Max. 2, 8, 2. et Cic. 20 de Inuent. 2 c. 46.

PROBABILITAS, atis. f. [*πιθανότης*] Cic. Acad. 4, 75 c. 24. Certe tam multa non collegisset, quae nos fallerent probabilitate magna, nisi videret his resisti non facile posse. Captiosa probabilitas, vid. Captiosus, in C A P I O.

25 PROBOLE, es. f. [*προβολή*] Cognosce probolen veritatis Tertull. aduers. Prax. c. 8. i. prolotionem rei alterius ex altera, sicut ipse ibi exponit. Infinitae angelorum editiones et probolae Tertull. Praefr. adu. Haeret. c. 46.

30 PROCA, f. PROCAS, ae. m. [*Πρόκας*] Rex Albanus, pater Amulii et Numitoris, auus proinde Romuli et Remi. vid. Liu. 1, 3. Virgil. Aen. 6, 767 Proximus ille Procas, Troianae gloria gentis. Ouid. Met. 14, 622 Iamque Palatinae summam Proca gentis habebat. conf. Id. Fast. 4, 52. et 6, 143.

35 PROCACIA, PROCACITAS, vid. PROCO. PROCALO, are. Prouocare, ex Graeco *καλέω*, id est vocare; vnde Calendae, calumnia, calones, caculae, et calatores. Procalato, prouocato. Festus.

PROCAPIS, Progenies quae ab vno capite procedit Paullus in Festo. Procapibus, proximis Gloss. Isidor.

40 PROCAS, vid. PROCA. PROCASTRIA, vid. PROCESTRIA. PROCAX, acis. vid. PROCO, are.

PROCĒDO, ssi, ssum, ěre. [*προβαίνει, προήμι*] Progredi, in publicum ire, ultra s. porro ire. Huc procede, vel illuc Terent.

45 Eun. 3, 2, 17. Procedere dicebant interdum pro Succedere: interdum pro Porro. cedere. Festus. Procedere proprie dicitur, quae pompa quapiam prodit in publicum, ut Procedit funus Terent. Andr. 1, 1, 100. Speciatim Consul dicitur procedere, cum primo initi consulatus die in Capitolium comitante amicorum caterua deducitur. vid. Drakenb. ad Sil. 6, 44. conf. Spanhem. de Num. diff. 12 p. 457 etc. Cic.

50 de Diuin. 1, 119 In sella aurea sedit, et cum purpurea veste processit. Lente et paulatim Caes. Bell. Ciuil. 1, 80. Leniter placideque, vid. L E N I S. Longius Cic. de Arusp. Resp. 48. Parcite oues nimium procedere Virgil. Eclog. 3, 94. Oblique, vid.

55 OBLIQVVS. Ultra Propert. 1, 20, 23. Ultra procedere, quam comes possit Quintil. 2, 3. Cic. Attic. 6, 5 Velim, etfi (ut spero) te haec legente, aliquantum tamen viac processero, tamen obuias mihi literas quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas. Trecenta circiter stadia procedere Id. ibid. 16, 7. Foras procedere

60 Plaut. Pseud. 2, 2, 12. Cic. pro Sext. 68 c. 31 Huic ad urbem venienti tota Obuiam ciuitas cum lacrimis gemituque processerat. Id. Tusc. 3, 56 Cum accipere, quam facere praestat iniuriam, tum morti iam ipsi aduentanti paululum procedere Obuiam, etc.

65 Procedere a, vel, ex: Caes. Bell. Gall. 4, 32 Quum paullo longius a castris processisset. Id. ibid. 8, 19 Paulatina ex silua instructa multitudo procedit militum. Cic. Verr. 5, 106 Procedit iste repente e Praetorio. Ad forum procedere Plaut. Casin. 3, 3, 2. Extra moenia Lucret. 1, 74. In aliquem locum Cic. pro Caes. 67.

70 Castris Virgil. Aen. 12, 169. Tectis Valer. Argon. 7, 306. Passu tacito Id. ibid. 5, 351. Pedibus aquis Ouid. ex Pont. 4, 5, 3. Cultus procedit adulter Id. Trist. 2, 499. Subducto vultu grauior volo procedere Propert. 2, 10, 9. Testis pusillus processit

Cic. de Orat. 2, 245. Classis procedit velis aequatis Virgil. Aen. 4, 58. Menses incipient magni procedere Id. Ecl. 4, 12. In aciem procedere, vid. A C I E S. Ad aliquid agendum procedere

75 Caius de Verb. signific. Ad opus procedere Plin. 11, 10. Ad pabula noctibus procedunt Id. 8, 32. Ad pugnam procedere Liu. 7, 9 extr. In latera oblique procedere Plin. 9, 30. In infinitum Columel. 5, 3. Cic. Verr. 2, 190 Procedite In medium,

80 explicite descriptionem, imaginemque tabularum. In multum vini processerat Liu. 37, 7 b. e. Probe appotus erat. In pedes procedere, et Pedibus gigni, significant fetum ita nasci, ut pedes ex utero priores emergant Plin. 7, 8. In publicum Liu. 34, 5. In solem ex umbraculis Cic. de Clar. Orat. 37. In sublime vites

85 procedunt Columel. de Arbor. c. 4. Cic. Attic. 13, 13 Biennium praeteriit, quum ille *καλλικλιδης* assiduo cursu Cubitum nullum processerit. ¶ 2 Metaph. et aliae formulae: Cic. Acad. 4, 68

Sustinuenda est potius omnis assensio, ne praecipitet, si temere processerit. Stationes procedunt, i. Vsque continuantur Liu. 5, 48. Sic certe Gronou. Sed Drakenb. Stationes pro ipsis militibus in stationes euntibus accipit. ¶ 3 Speciatim rationum verbum est, et

idem fere significat, quod imputare. Liu. 25, 5 Tribuniplebis, si iis videretur, ad populum ferrent: ut qui minores septem et decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, acsi septem

90 et viginti annorum, aut maiores, milites facti essent. Liu. 5, 7 Placere autem, omnibus his voluntariam extra ordinem professis militiam aera procedere, i. hoc tempus voluntariae militiae annumerari stipendiis, quae meruissent, aut merituri erant. Iterum 27, 11

95 Ne praeterita stipendia procederent iis, qui equo publico meruerant. Frontin. Strateg. 4, 1 A patribus deinde obtinuit, ne iis praeterita aera procederent. Valer. Max. 2, 7 Vtrumque iungit, Legioni neque stipendium anni procedere, neque aera dari voluit. Gell.

100 15, 8 Is nunc flos coenae habetur inter istos, quibus sumtus et fastidium pro facetiis procedit. Ouid. Her. 9, 109 Illi procedit rerum mensura tuarum, Omphalae gloriam augent facta tua, o Hercules, cum

*te vicit omnis tua magnitudo illi imputatur.* P. Scipio apud Gell. 5, 19. *extr.* Filium adoptivum tam procedere (*in censu*) quam si ex se natum habeat. Cato c. 148 Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustet, totidem dies procedent emptori. Vlpian. in l. In accessione D. de diuersis temporal. praescription. In accessione temporis et id tempus, quo in fuga sit seruus, domino eius procedere, verum est. Si cui (oui) vetustate dentes absunt, binae pro singulis vt procedant, *i. Annumerentur* Varro de R. R. 2, 2, 5. Quippe benefacta mea reipublicae procedunt Sallust. Iugurth. c. 87. ¶ 4 *Formulae aliae:* Cic. de Finib. 3, 48 Qui processit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in miseria est, quam ille, qui nihil processit. Id. ibid. 4, 21 Eos, qui natura doctrinaque longe ad virtutem processissent, nisi eam plane consecuti essent, summe esse miseros. In virtute procedere et progredi Id. ibid. 4, 64. In multum honorem formae procedere Propert. 3, 11, 17. *Proficere:* Id. ibid. 3, 6 Qui tum in philosophia, tum in optimo genere philosophiae tantum processeris. Ad opes procedere, *Diuitem fieri* Plin. Epist. 2 vlt. In aetate processa Scribon. 100. Cic. de Senect. 50 c. 14 Num igitur censetis eum, quum Aetate processisset, qui Aristides esset, Lyfimachum salutare solitum? *i. Senex factus esset.* Id. Philipp. 5, 10 An hoc vidit puer? si Aetate processerit, non videbit? Processit eo insolentiae, vt iram, etc. Plin. in Panegy. c. 16 *extr.* Processit eo ira Liu. 9, 26 *pr.* Cic. de Clar. Orat. 180 Is processisset honoribus longius, nisi semper infirma atque etiam aegra valetudine fuisset. Studiis procedere, *pro Ad honores emergere adminiculo literarum* Plin. Ep. 4, 24. Ambitio et procedendi libido Plin. Ep. 8, 6, 3. Consuetudine procedere Liu. 39, . . . Opere Caes. B. C. 1, 81. Ratione et via procedat oratio Cic. de Fin. 1, 29. Idem pro Flacc. 11 Graecus testis cum ea voluntate processit, vt laedat. Aliquid procedit noui Plaut. Most. 4, 3, 7. *i. Accidit.* Dies alter et alter processit Virg. Aen. 3, 356. Colum. 8, 7 Si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturae processerint. Nox processit iam Nepos 16, 3, 3. Sed vbi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine milites Iugurthini signo dato castra hostium inuadunt Sallust. Iugurth. c. 21 *pr.* Pars maior anni iam processerat Liu. 3, 37. Tempus processit Caes. B. C. 3, 25. Tempora tarde procedunt Ouid. Trist. 5, 10, 5. Ecce Dionei processit Caesaris astrum Virg. Ecl. 9, 47. Quum Augustus Caesar ludos funebres patri celebraret, die medio stella apparuit: ille eam esse confirmauit parentis. Seruius. Irae longius procedunt Virg. Aen. 5, 461. Hoc procedit, *i. Locum habet:* Pomponius in l. Si mulier §. Item si mulier D. ad Senatusconf. Velleian. Et hoc procedit, siue ipse creditor emerit, siue, etc. ¶ 5 Procedere est, *Bene vel male cadere, siue accidere, siue cedere.* Ter. Adelph. 5, 6, 8 Meditor esse affabilis, et bene procedit. Nonnunquam summis oratoribus non satis Ex sententia euentus dicendi procedit Cic. de Orat. 1 c. 27. Omnia, vt spero, prospere procedent Cic. Fam. 12, 9. Consilia procedunt Liu. 24, 26. Haec minus prospere procedebant Nepos 14, 6, 1. Parum processit Liu. 1, 57. Ter. Andr. 4, 1, 47 Nisi id putas, quia primo processit parum, non posse, etc. Quibus quum parum procederet, vt vlla lege mihi poneret accusatorem, etc. Cic. Fam. 8, 12. Nihil procedit Liu. 24, 13. Sequitur caedes Annaei Senecae, vt ferro grassaretur, quoniam venenum non processerat Tacit. Ann. 15, 60, 3. Pass. Imperf. Liu. 25, 21 Qua temeritate processum in aciem est.

PROCEDENS, entis. Partic. [*προβαίνων*] Cic. Tusc. 3, 53 c. 22 Quod ita esse dies declarat: quae procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus non modo leniatur aegritudo, sed in plerisque tollatur. Die procedente Liu. 28, 15. Nox Sil. 13, 416. Plin. Epist. 3, 20 Sed vereor, ne procedente tempore ex ipso remedio vitia nascantur.

PROCESSVS, a, um. Partic. Neutro-Pass. Hirt. Bell. Afric. c. 75 Caesar processus a castris suis. Scrib. Larg. Comp. 100 In processa aetate.

PROCESSIO, ōnis. f. Cic. pro Lege Manil. 24 c. 9 A militibus reditus magis maturus, quam processio longior quaerebatur. *at.* Processus. Veget. de Re Mil. 2, 22 Cornicines canunt, quod in omnibus exercitiis et processionibus custoditur.

PROCESSVS, ūs. m. [*πρόβημα, προκοπή*] Progressus. Firmic. 70 3 c. vlt. Sed tamen ipsis processu aetatis, et felicitas et patrimonii augmenta conferuntur. Paulo post, Sed processu aetatis, post graues iacturas largitur substantiae facultatem. Firmic. 3, 4 Si vero per noctem sic fuerit inuentus, mediocres in substantia faciet homines, et processu temporis etiam feliciores reddet. Et c. 6 *sub finem*, Processu temporis, augmenta felicitatis et dignitatis accipient. Sic alibi frequenter. Firmic. 5, 1 Sed quibus felicitas, tardis processibus conferatur. Cic. de Clar. Orat. 271 Itaque tantos processus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. Officiorum processus per officia Senec. Epist. 102. Successus et euentus: Senec. Epist. 116 Queruntur et de consiliis, et de processibus suis: maluntque semper, quae reliquerunt. Felix processus Augustorum, in numis celebratur. Vid. Spanh. de Num. diff. 12 p. 457. Habere processum in literis, *pro Facere progressum* Suet. de Clar. Gramm. c. 10. Plur. Cic. de Clar. Orat. 232 c. 65 Gradus tuos, et quasi processus dicendi studeo cognoscere. Flor. praef. Si quis Pop. Rom. quasi hominem consideret, totamque eius aetatem percenseat, etc. quatuor gradus processusque eius inueniet. Ita quas Promotiones vulgo dicimus, Processus vocauit Quinctil. Decl. 3, 9. Vid. Burm. p. 67.

PROCELEVSMATICVS, i. m. [*προκελευσματικός*] Pes est constans e duobus pyrrhichis, id est e quatuor syllabis breuibus, temporum quatuor: vt, Philosophus. Dicitur παρὰ τὸ παρακλειθέν, id est a cohortatione et iussu nautico: cui ob celeritatem est aptissimus. Vid. Mart. Capel. 9 p. 331.

PROCELLO, cūli, culsum, &c. [*πλήρω*] Percutere vel impellere, et sic euertere. Plin. in Paneg. c. 66 Erant sub oculis naufragia multorum, quos insidiosa tranquillitate proiectos, improuisus turbo proculerat. *Al.* Perculerat. quod hodie receptum. Lucret. 5, 310 Nec sanctum numen fati procellere fines Possit? Sic legit Lambinus; quum quidam partim Protellere, partim Protelerc. Sed rectiora edoctus deinde Lambinus a Gifanio protollere rescripsit, vt hodie quoque editur. Nihil ergo adhuc certae auctoritatis huic verbo, nisi quod Procellunt per Procumbunt Festus interpretatur, quod desumptum ex Plaut. Mil. 3, 1, 164 de conuiuis parum modestis, Sed procellunt se, et procumbunt dimidiati, dum appetunt. Sic MSS. non percellunt. Adde etymologiam, quum

*statim dabimus, Procellae Seruianam: quamquam etiam hic percellat edi curauerit Masuicius.*

PROCELLA, ae. f. [*ἀέλλα, χαμῶν*] Vehementior quidam venti impetus, nec ita durans. Dicta ab eo, quod omnia procellat, id est mo-  
5 veat et percutiat. Seru. ad Aen. 1, 89. Virg. Aen. 1, 89 — Creberque procellis Africus. Plin. 2, 48 Flatus vagi et ruentes torrentium modo, tonitrua et fulgura edunt; maiore vero illati pondere, incurfuque, si late siccam ruperint nubem, procellam gignunt, quae vocatur a Graecis *ἐπεφίας*. De tempestate terrestri est

10 ap. Liu. 6, 8 et 34. Timidus procellae Hor. in Arte Poët. 28. Aduersa Ouid. Met. 11, 484. Inmanis Sil. 3, 525. Impendentis procellae signa Claud. de Bell. Gildon. 486. Infana Senec. Hippol. f. 6. Nigrans Sil. 12, 620. Praecipites Stat. Theb. 5, 419. Subitae Ouid. de Nuce 163. Tristis Senec. Troad. 15 f. 9. Turbida rapacior procella Catul. 23, 4. Vndans Sil. 5, 538. Volucres Ouid. Amor. 2, 11, 33. Abruptae, vid. AB-

RVMPO. Credere se veloci procellae Hor. Carm. 3, 27, 63. Incessit procella, vid. Incessio, in INCEDO. Intorquet se nubibus venti collecta, procella Lucret. 6, 124. Saliunt subitae in vela

20 procellae Stat. Theb. 10, 583. Stridens Aquilone procella Virg. Aen. 1, 102. Tolerare faeuas procellas Sil. 3. Vexant mare inaequales procellae Hor. Carm. 2, 9, 2. Laetant. Mort. Perf. 2, 3 Nubis procella circumuoluit Christum.

25 *tionem.* Liu. 30, 18 Equestrem procellam excitemus oportet, si turbare, ac statu mouere volumus. Tacit. Hist. 3, 53, 3. Circumspicite omnes procellas, quae impendent, nisi prouideritis Cic. in Catil. 4, 4 c. 2. Ciuilis procella Nepos 25, 10, 6. Quinctil. 11, 3, 158 de *Vlyffe*, Stetisse oculis in terram defixis — priusquam illam eloquentiae procellam effunderet. Fortunae impotens pro-

30 cella, i. immoderata et se cohibere nequiens Sen. Agam. 589. Cic. pro Cluent. 153 c. 56 Vitam illam tranquillam et quietam, remotam a procellis inuidiarum, et huiuscemodi iudiciorum anfractu sequi maluisse. Irarum procellae Sil. 11, 224. Patriae procella, turbo ac tempestas pacis Cic. pro Domo 137 c. 53. Idem Act. Verr. 1, 8

35 c. 3 Quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret.

PROCELLOSVS, a, um. Adi. [*ἀέλλος, ἀργέλης*] Plenus procellis. Columel. 7, 6 Hanc pecudem mutilam parabiuntis quieto caeli statu: nam procelloso atque imbrifero cornuta semper. Liu. 40, 2

40 Ver procellosum eo anno fuit. Aequor procellosum Valer. Argon. 3, 621. Mare Senec. Med. 411. Noti Ouid. Epist. 2, 11. Pelagus procellosissimum August. de Ciu. Dei 5, 22 extr. Venti Liu. 28, 6.

PROCELLOSE. Adu. Augustin. Confess. 13, 20 Genus humanum 45 profunde curiosum et procellose tumidum.

PRO CERES, vid. paullo post.

PRO CERVS, a, um. Adi. [*ἐρυμῆνης, προμῆνης*] Prolixum, et in longitudinem productum: quasi ex cera, ob eius facilitatem, in-  
quit Festus. Plura, sed nihil certi Voss. Etym. p. 411. Hor. Serm. 50 2, 2, 36 — Quo pertinet ergo Proceros odisse lupos? Varr. de R. R. 2, 1 Sues procero corpore, capitibus vt sint paruis. Al-

55 ni procerae Virg. Ecl. 6, 63. Arundo Ouid. Met. 13, 891. Ca- cumina proceras nemoris celsi Sil. 7, 675. Cohors Claud. in pr. Conf. Stil. 129. Corpus Lucret. 3, 658. Fraxini: Hor. Carm. 53 3, 25, 16 Proceras manibus vertere Fraxinos. Membra Stat. Theb. 1, 414. Palmae Catul. Argon. 62, 289. al. Lauri. Passus viae proferre proceros Lucret. 4, 825. Siluae Ouid. Epist. 16, 107. Manil. 1, 841 de *Comete*, Quin etiam tumidis exaequat dolia flammis Procero distenta vtero. Bentl. Procere distenta vteros. Compar.

60 Cic. de Orat. 3, 183 Post anapaestum procerior quidam numerus effloruit. Longa procerior alno Ouid. Met. 13, 791. Laus Cyclopica Galateae. Pinus procerior Pallad. Nou. 7, 9. Superl. Gallorum quisque procerissimus ad pompam triumphu lectus Sueton. Calig. c. 47. Alae procerissimae Columel. 8, 2. Procerissimus

65 homo Plin. 7, 16. Procerissima populus Cic. de Legg. 1, 15 c. 5.

PRO CERE. Adu. [*προμηκῆς*] Dolia procere distenta Manil. 1, 841. vt emendauit Bentl. Compar. Cic. de Orat. 3, 128 c. 59 Bra-

70 chium procerius proiectum quasi quoddam telum orationis.

PRO CERITAS, atis. f. [*μῆκος*] Longitudo s. altitudo. Cic. de Senect. 59 c. 17 Quam autem miraretur Lysander et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines. Plin. 6, 32 Arbo-

rum ibi proceritatem ad centum quadraginta quatuor pedes adulescere. Cic. in Orat. 212 c. 63 Fluit omnino numerus a primo, tum incitatus breuitate pedum, tum proceritate tardius. Corporum proceritas

75 Plin. 2, 78. Spatii proceritas Apul. Miles. 5 p. 169. de longi- tudine viae.

PRO CERITVDO, inis. f. Solin. c. 5 Sobolem nostri temporis per nascentium detrimenta decus veteris proceritudinis perdidisse.

PRO CERVLVS, a, um. Adi. Apul. Florid. 2 p. 351 Manus eius 80 tenerae procerula laeua distantibus digitis nervos molitur.

PRO CERES, um. m. [*δυνασταί*] Seru. ad Aen. 1, 744 Proceres ideo secundum Varronem principes ciuitatis dicuntur, quia eminent in ea, sicut in aedificiis mutuli quidam, hoc est capita trahitum, quae proceres nominantur. Liuius 1, 45 Quum consensum, deosque

85 confociatos laudaret mire Seruius inter proceres Latinorum. Virg. Aen. 10, 213 Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant Subsidio Troiae. Referre aliquid ad delectos Populi proceres Virg. Aen. 3, 58. Castrorum proceres Lucan. 7, 69. Pullati proceres Iuuen. Sat. 3, 213. Rerum proceres Paullus et Flaminius Sil. 11, 142. Proce-

90 res gulae Plin. 9, 17. Licet neget singularem huic nomini Seruius, Procerem, protulit Iuuen. Sat. 8, 26 Agnosco procerem. A PRO CER, eris. Interea trepido vicinia moesta pauore Pallebant tanti proceris discrimine Paullin. de vita Mart. 6, 20. Conf. Capitol. Maximin. c. 1.

95 PRO CERITVS, a, um. Adi. [*συμφόληπτος*] Malo spiritu afflatus affertur ex Plaut. Poen. 3, 1, 25. Sed legitur sine dubio diuisim: Neque nos Populus pro cerritis infectabit lapidibus. Nulli ergo sunt Lapidibus proceriti; sed petulans plebecula lapidibus petit quos pro Cer-

100 ritibus habet. v. v.

PRO CESSIO, PRO CESSVS, vid. PROCEDO.

PRO CESTRIA dicuntur, quo proceditur in muro. Aelius Procestria aedificia esse dixit extra portam. Artorius procestria, quae sunt ante castra, etiam qui non habent castra, propugnacula, quibus pro castris vtuntur, aedificant. Haec Festus. Vet. Gloss. Procastris,

105 οικήματα πρὸ παρεμβολῆς. Sed quod laudatur Plin. 2, 17, 10 Post hanc cubicu-

cubiculum cum Procestrio ; sic olim legebatur. Hodie ex MSS. optimas notae cum Procoetone.

PROCHEIMASIS, is. f. [*προχέμασις*] Praecedens tempestatum significatio. Plin. 18, 25 pr. l. 57 Accedit confessa rerum obscuritas, nunc praecurrente, nec paucis diebus tempestatum significatione, quod *προχέμασις* Graeci vocant, etc.

PROCHIRVS, i. m. Scriba expedite notans. Meloprochirus, Exercitio et cura promptus. Alciatus ad legem peculiari De proxim. sacr. scrinii libro 12 C. Sed metuo, ne Melloproximi hos Meloprochiros, tanquam Melopeponas genuerit.

PROCHOSAGRIOS, i. m. [*προχος ἄγριος*] Herba, Saxifraga. Apul. de Herb. c. 97.

PROCHYTA, ae. et PROCHYTE, es. f. [*Προχύτη*] Insula in Puteolano sinu ; dicta, quasi Profusa. Emergit enim prouolutis in mare montibus, quum prius non foret. Nam *προχέω* significat effundo. Inarimes enim mons terrae motum passus hanc insulam fudit. At Dionysius 1 scribit Prochytam dictam esse a Nutrice Aeneae eiusdem nominis. De hac Virg. Aen. 9, 715 Tum sonitu Prochyta alta tremit.

PROCIDO, cidi, casum, ère. [*προσπίπτω, παρσπίπτω*] ex Pro et Cado compositum ; significat Pronum cadere, procumbere. Gellius 10, 1, 9 Nam quum multis annis post ea scena quae prociderat, refecta esset. Cupressus late procidit Hor. Carm. 4, 6, 11. Ad pedes alicuius procidere Hor. Epod. 17, 13. Conf. Id. Carm. 4, 6, 11. Liu. 26, 39 Ille atque praecipit cum armis procidit ante proram, etc.

PROCIDENS, entis. Partic. [*προπίπτων*] Plin. 16, 5 Cautum est praeterea lege duodecim Tabularum, vt glandem in alienum fundum procidentem, liceret colligere. Idem 24, 11 f. 59 Radix vulnera sanat, et sedis procidentia, condylomata et haemorrhoidas. Sic Hard. quoque, Elzeuir, etc. Alias Subst. est Procidentia, ae. Plin. 24, 13 f. 67 extr. Vuluamque et sedes procidentes.

PROCIDENTIA, ae. f. [*πρόπτωσης*] Plin. 34, 18 f. 50 Vfus enim ex eodem et in oculorum medicamentis, et maxime contra procidentiam eorum, et inanitatem, et vlcerum excrecentiam, etc. Idem 23, 9 f. 81 Vtilis coeliacis, procidentiae vuluarum sedis vitiis etc. Idem 26, 8 f. 58 Anagallidum caerulea procidentiam sedis retroagit, e diuerso rubens proritat. Conf. Partic. PROCIDENS.

PROCIDVVS, a, um. Adi. [*πρόσπυρος*] Quod procidit. Plin. 20, 20 Infantium cerebro imponitur, vmbilicoque prociduo. Idem 21, 20 Testes vero, et sedem prociduam, quaeque illi sunt vitia, etc. Turpans prociduam cruore frontem Sidon. Carm. 23, 415.

PROCIEO, vid. PROCIO.

PROCINGO, ère. Origo est eorum, quae sequuntur.

PROCINCTVS, a, um. Part. [*ἐν προβολῇ κατὰς*] Paratus, expeditus. Festus: Procincta classis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu, confestim pugnaturus. Vetusius enim fuit multitudinem hominum, quam nauium, classem appellari. Idem, Procinctam classem, id est paratam ad bellum militum multitudinem, Diali flumini videre non licuit. Hactenus Festus: vel Paullus potius: Gabinum quidem cinctum a Festo esse, mihi non est probabile. Nihil certe in his, quae Festi esse constat. Gell. 1, 11 Quum procinctae igitur classes erant, et instructa acies. Idem 10, 15 ex Fabio Pictore, Classem procinctam extra pomocrium, id est, exercitum armatum videre Dialem flumen religio est: idcirco rarenter flumen Dialis creatus consul est, cum bella consulibus mandabantur.

PROCINCTVS, us. m. [*προβολή, παρασκευή*] Apparatus bellicus, et expeditio dicitur. Plin. 23, 1 Curas, vigoremque animi impedit ad procinctum tendentibus. Cic. de Nat. Deor. 2, 9 Ex quo in procinctu testamenta perierunt. Testamentum in procinctu facere sine libra atque tabulis Cic. de Orat. 1, 228 c. 53. Gell. 15, 27, 3 Alterum testamentorum genus in procinctu, cum viri ad praelium faciendum in aciem vocabantur. Add. Vell. 2, 2, 3. Quid. ex Ponto 1, 8, 10 cum dixisset v. 5 Viuimus assiduis expertes pacis in armis etc. subiicit, Haec in procinctu carmina facta leges. Gell. 1, 11, 7 Halyattes — feminas etiam tibicinas in exercitu atque in procinctu habuit. Quinctil. 10, 1, 2 Tanquam in procinctu paratam ad omnes casus habere eloquentiam. Idem 12, 9, 21 Orator — quem armatum semper, ac velut in procinctu stantem, non magis vnquam in causis oratio, quam in rebus quotidianis ac domesticis sermo deficiet. Vlpian. in l. non dubium est D. de bon. poss. ex test. Quamquam enim distet conditio militum ab his personis, quas constitutiones principales separant: tamen qui in procinctu versantur, quum eadem pericula experiantur, iura quoque eadem merito sibi vendicant.

PROCINCTVALIS, e. Adi. Ad procinctum pertinens. Procinctualis ornatus Cassiodor. Epist. 6, 22.

PROCIO an PROCIEO Verbum fuit, vnde

PROCITVM testamentum dicebatur, veluti procatum, prouocatum, id est, irritum ac ruptum. Procitum cum prima Syllaba corripitur, significat petitum. Linius, Matrem procitum plurimi venerunt. Haec Festus Paulli.

PROCITO, are. Idem quod Vocito. [*προκαλέμαι*] Festus Paulli, Procitant prouocitant: citare enim vocitare est, vnde procet et prociet. Gloss. vet. Procitat, προκαλέται. Sed ipse Festus, Procitare, saepe prolificere id est producere.

PROCLAMO, are. [*καταβοάω*] Palam et valde clamare, vociferari. Liu. 1, 26 Moti homines sunt in eo iudicio maxime, Pub. Horatio patre proclamante, se filiam iure caesari iudicare: ni ita esset, patrio iure in filium animaduersurum fuisse. Cic. Verr. 5, 107 c. 42 Adfunt, defendunt, proclamant: fidem tuam, quae nusquam erat, nec vnquam fuit, implorant. Quinctil. 11, 3, 170 Nam etiam orbos viduasque videas in ipsis funeribus canoro quodam modo proclamantes. Suaserat oratori ad misericordiam commouendam flexum vocis et flebilem suauitatem. Proclamare in libertatem Paullus in l. 3 §. quod si seruus D. de acquir. poss. Alioquin si ex possessione ne seruitutis in libertatem proclamauerit, et liberale iudicium implorauerit, nihilominus in possessione mea est. Pandect. Florentinae et Haloander habent, Reclamauerit. Conf. Labeo l. 41 D. de libera- li causa.

PROCLAMATIO, onis. f. Proclamatio ad libertatem l. 25 §. 1100 tit. de liberali causa. Add. Ib. l. 34. Quinctil. Decl. 18 Instantem truci proclamatione discutere. Conf. Idem Decl. 7 et 8.

PROCLAMATOR, oris. m. [*καταβοητής*] Cic. de Orat. 1, 202 c. 46 Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, aut

rabulam hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, qui primum sit eius artis antistes.

PROCLINO, Ære. [προκλίνω] Idem quod Inclinare significat. Columel. 7, 10, 1 Earum notanda sunt capita, quam in partem proclinentur. Ouid. Amor. 2, 11, 39 Tum mare in haec magnus proclinet litora Nereus.

PROCLINĀTVS, a, um. Partic. [προκλινόμενος] Partes proclinatae Ouid. Trist. 2, 84. Curvatura montis proclinata ad mare Vitruu. 2 c. ult. Proclinatorum latus Idem 5, 11.

Metaph. Ne quo progredieris proclinata iam re Caes. ad Cic. Att. 10, 8. Adiuuare rem proclinatam Caes. B. G. 7, 42.

PROCLINATIO, ònis. f. Vitruu. 6, 11 Non minus etiam obseruandum est vti omnes structurae perpendicularo respondeant, neque habeant in vlla parte proclinationes. Conf. Idem 5, 12.

PROCLĪVIS, e. Adi. [κατακλίω] Porro inclinatus, vel pronus, inclinatusque, ut ait Donatus: ut si cliuo descendas nimirum. Contrarium Accliuus. Columel. 9, 5 Cum onere per procliuia non aegre deolent. de apibus. Sed

20 Frequentior longe est translatio, ubi facilitatem ad aliquid agendum notat, ut pronus, propensus, inclinatus, etc. Sceleri procliuis egestas Sil. 13, 585. Ingenium procliue ad libidinem Ter. Andr. 1, 1, 50. Cic. in Partit. 34. Vt adolescentiam procliuiorem esse ad libidinem. Circa

aliquid procliuior Quinctil. 4, 5. Procliuius vltus in peiora datur Claud. Conf. Honor. 4, 261. Procliuiores alii ad alios morbos

25 Cic. Tusc. 4, 81 c. 37. Procliue, Quod facile factu est. Plaut. Agn. 3, 3, 73 Nam istud procliue est, quod iubes plane collocare. Cic. Off. 2, 68 c. 20 Quum in hominibus iuuandis aut mores spectari,

aut fortuna soleat, dictu quidem est procliue; itaque vulgo loquuntur, se in beneficiis collocandis, mores hominum, non fortunam sequi.

30 In procliui esse, In promptu, promptum, et facile. Ter. Andr. 4, 2, 18 Id faciam, in procliui quod est, per me stetit ut credat. Vicia semel incitata in procliue labuntur, sustinerique nullo modo possunt Cic. Tusc. 4, 41.

PROCLĪVVS, a, um. Adi. Idem. Varro de R. R. 2, 2 Solum oportet esse eruderatum, et procliuum, ut euerri facile possit, ac fieri purum. Lucret. 6, 728 Quo fit vti pacto liber minus exitus anni, Et procliuius item fiat minus impetus vndis. Sic enim ex manuscriptis legit Lambinus. Sen. de Morte Claud. p. 858 Omnia procliuia sunt, facile descenditur. Idem Epist. 86 Iunius mensis est iam

40 procliuius in Iulium. Conf. Plaut. Mil. 4, 2, 27.

PROCLĪVE, Adu. Lucret. 2, 454 Et procurfus item procliue volubilis exstat. Neque est quod quemquam moueat Syllaba vltima; nam breuem esse licet, cuiusmodi est, Sublime volantes, etc. Al. In procliue, ut sit Nomen. Cic. Tusc. 4 c. 18 Sunt in lubrico, incitataque semel procliue labuntur. Vid. ibi Gronou.

PROCLĪVĪTER, ius, issime. Adu. [πιθόγερως] Gell. 1, 6 Facile et procliuiter persuasit. Compar. Idem 12, 11 Procliuius peccare. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 13 Qui sunt affecti summum gradum honoris, non despoliabuntur honore: qui sperant, facilius

50 et procliuius ad laudem nobilitatis peruenient. Procliuius currit oratio Cic. de Fin. 5 c. 28. Multo procliuius Lucret. 2, 791. Decurrere ad iras procliuius Idem 3, 312. Res procliuius ad perniciem Labitur Cic. de Amic. c. 12. Verba procliuius labuntur breuitate et celeritate syllabarum Cic. in Orat. 191.

PROCLĪVĪTAS, ãtis. f. [κατακλίω] Cic. Tusc. 4, 28 Haec igitur procliuitas ad suum quodque genus a similitudine corporis aegrotatio dicitur, dum ea intelligatur ad aegrotandum procliuitas. Sed haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, ut significet lapsionem. Hirt. Bell.

60 Afr. c. 37 Inde paruulam procliuitatem digressus, sinistra parte campi propter mare legiones ducit.

PROCLĪVĪVM, i. n. Frontin. Strat. 2, 2, 2 Adiuuante procliuio. Claud. de Laud. Stil. 1, 23 Lassant procliuia currus.

PROCLVDO, Ære. Curabit, ut fetus proprios cum vnaquaque (matre) procludat Pallad. Febr. c. 26, 4. Fortassis leg. pracludat, quod habet Crescentius de commodis rer. rural. 9, 77.

PROCO, Ære. et PROCOR, Æri. Poscere, inquit, Festus, Vnde Procaces meretrices ab assidue poscendo, et Proci, vxorem poscentes in matrimonium. Lilius Aegistho apud Non. 1, 92 Quin quod parere vos maiestas mea Procat, toleratis, temploque hanc deducitis? Cic. apud Non. 1, 89 A petendo petulantia, a procando procacitas nominata est. Varr. de L. L. 6, 5 p. 78, 11 Poscere procare dictum. Sen. praef. Nat. Quaest. 4 Plancus aiebat, non esse occulte, nec ex dissimulato, blandiendum. Perit, inquit, procari si latet.

70 PROCAX, Æcis. [ἀνδραγαθός, ἰσχυρός, προσηρής Gloss. Lat. Gr.] i. Petax. Hinc, Meretrix procax, Petulans, impudens, inuerecunda. Ter. Hec. 1, 2, 84 Maligna multo, et magis procax, facta illico est. Idem Heaut. 2, 1, 15 Mea est potens, procax, magnifica, sumtuosa, nobilis. Cic. pro Cael. 49 c. 20 Si quae non nupta mulier domum

80 suam patefecerit omnium cupiditati. — si denique ita sese geret, non incessu solum, sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, nauigatione, conuiuio, ut non solum meretrix, sed etiam procax videatur. de Clodia. Proteruus, petulans: Suet. Oton. c. 2 A prima

85 adolescentia prodigus ac procax adeo, ut saepe flagris obiurgaretur a patre. Amatus a procacioribus feminis Capitol. de Maximin. pr. In bonam partem Tacit. Ann. 13, 46 de Othone, Vbi vsque ad ciuilia arma, non ex priore infamia, sed integre sancteque egit, procax otii, et potestatis temperantior. Procax et superbus factus Plin. 9,

90 35. De Inanimantibus etiam dici potest. Virg. Aen. 1, 540 — Penitusque procacibus Austris. i. Saeuientibus procellis. Dicta procacia Claud. sext. Conf. Hon. 246. Epistola Plin. in praefat. Lingua Sil. 8, 250. Locutio Catul. 59, 126. Manus Plin. 22, 6. Manum procacem armare, i. Exercitum improbe aliquid reperentem Senec. Agamemn. f. 3. Musa Hor. Carm. 2, 1, 37. Procacibus

Scriptis diffamare aliquem Tac. Ann. 1, 72, 4. Vernae Hor. Serm. 2, 6, 66. Compar. Ouid. Trist. 2, 435 Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser. In feminas procacior aries cornutus Columel. 7, 3, 4. Nequitiae procaciores Martial.

100 5, 2. Superl. Procacissima ingenia Tacit. Hist. 2, 87, 2. Publicanus iustificatior Phariseo procacissimo discessit Tertull. de Orat. c. 13.

PROCACIA, ae. f. Audacia in poscendo. Aufon. Epist. 22 pr. Quod nihil poscente me abnuis, magis acuis procaciam quam

105 retundis.

6 X



**PROCACITAS**, ātis. f. [*ὕβρις*] *Licentia, qua meretrices et scurræ utuntur.* Cic. de Republ. 4. A procando, id est poscendo, procacitas nominata est. Idem in Sallust. 1. Aut si huius facta, mores, omnem aetatem nudauero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiiicio. Apud Non. 1, 89 et 92. Add. Nep. 20, 5, 2. Martial. 2, 41 in Maximinam, cui tres tantum erant dentes, iidemque subiginosi;

Mimos ridiculi Philistionis,  
Et conuiuia nequiora vita,  
Et quidquid lepida procacitate  
Laxat perspicio labella risu.

**Stolida procacitate ludere** Martial. 1, 125. *h. e. Impudenter et stolidè tocari.* Pseudo-Cic. in Sallust. 3 c. 1. Non enim procacitate linguae, vitae sordes eluuntur. Procacitas galli gallinacei rixosi.

**Plur.** O profanae procacitates Saluian. de Gub. 1. 8 pr.  
**PROCACITER**, ius,issime. Adu. [*ὕβρις*] Liu. 28, 24 Flagitatum quoque stipendium procacius quam ex more et modestia militari erat, et a custodibus probra in circumeuntes vigilias Tribunos iacta. Sermo procaciter ortus Curt. 8, 1, 32. Procacissime illudere Idem ibid. n. 34. Exercentibus plerisque per occultum, atque eo procacius, libidinem ingeniorum Tacit. Annal. 5, 4, 4.

**PROCATIO**, ōnis. f. *Petitio matrimonii.* Apul. Apol. p. 320. Cum in hoc statu res esset inter procreationem matris et metum filii.

**PROCVS**, i. m. [*προκοπή, μνηστῆρ*] *Matrimonii appetitor.* Vid. quae modo in PROCO dicta sunt. Virg. Aen. 4, 534. — Rurfusue procos irrita priores Experiar? Ouid. Epist. 1, 88 Turba ruunt in me luxuriosa proci. Diuites proci Ouid. Met. 2, 571. Spes procorum inuidiosa Idem ibid. 4, 794. Ignoti et impudentes proci Cic. de Clar. Orat. 330 c. 96. Idem Orat. 156 c. 46 iam fabrum et procum audeo dicere, non fabrorum et procorum.

Procos in Poenulo Plauti dici pro proceribus, monet Scal. ad Festum loco iam laudando. Sed, si respicit 3, 1, 7 et quorsum alias? videtur illum fugere ratio. Versus est, Nequidquam hos procos ni elegi, lori-pedes, tardissimos. Procos vocat exprabrandi causa, qui iuuenes, petitores puellarum, pro alacribus, quales esse solent alioqui tales, adeo tardi sunt. Sed Festus, Procum Patricium in descriptione ceas si unquam (leg. classum, quam) fecit Seruius Tullius significat proceres. Ii enim sunt principes. Huc trahit Scal. non modo Procos illos Plautinos, de quibus modo dictum, sed etiam, idque maiore ut videtur iure, Cic. Orat. 156 c. 56 qui totus ita habet, iam, ut Censoriae tabulae (ex ipsa veteri formula Seruii fortasse) loquuntur, fabrum et procum audeo dicere, non fabrorum et procorum.

**PROCOETON**, ōnis. m. [*προκοιτων*] *Quasi tu dicas Antecubiculum.* Plin. Epist. 2, 17 Post hanc, cubiculum cum procoetone, altitudine aestiuum, munimentis hibernum. Alii tamen Procestrium dicunt, quod vide.

**PROCONNĒSVS**, i. f. [*Προκόννησος*] *Insula est in Propontide.* Plin. 5 c. vlt. Insulae in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, vnde Cyzicenum marmor. Eadem Neuris et Proconnesus dicta. Conf. Val. Flacc. 3, 34. al. Proconesus.

**PROCONNESIUS**, a, um. Possessiu. Vitruu. 2, 8 Halicarnassei regis Mausoli domus Proconnesio marmore omnia habebat ornata. Aristaeas Proconnesius, Scriptor laudatus a Plin. 7, 2.

**PROCONSVL**, is. m. et, ut quibusdam placet, etiam **PROCONSVLE**, [*ἀνδραπατος*] vocatur, qui Consulis potestatem habet. Ante omnia autem obseruandum, paucissimos esse locos, scriptorum veterum, ubi certum sit, composita voce Proconsulem et Proconsules dici: sed fluctuare libros, et nunc pro Consule vel pro Consulibus diuisim, nunc una voce Proconsule habere, etiam ubi alius Casus, Nominatiuus v. g. aut Accusatiuus, postulatur. In numis et libris non multum ad hanc rem praesidii, cum varie corripitur, et in fine perpetuo fere truncetur illud nomen PROC. PROCOS. PRO. C. PR. COS. PRO COS. in Spanhemiano numismatum opere promiscus inuenies. Apud Gruterum v. g. p. 360, 3 **PROCONSVLE PROVINCIAM CYPRVM OBTINUIT.** p. 397, 6 **PROCONSVLI PROVINCIAE ASIAE.** p. 436, 7 **PROCOS. PROV. SICILIAE.** p. 471, 6 **PROCOS. SORTITVS. PROV. CRET.** Sed etiam Grammatici, quod non nouum est, dissident.

Cledonius in arte p. 1864 Proconsul, inquit, a disertis bene dicitur, non ut quidam putant hic Proconsule dici, quia nomen est dignitatis non sub duabus partibus orationis, sed sub vna. Nam si dixeris Proconsule erit monoptoton — Absurdum igitur erit dicere — Carruca est Proconsule. Sectantes chartulariorum aliquantum (i. librariorum quorundam) imperitiam, deserunt doctissimorum veterum in arte tractatus — Denique diserte iubet nos sic declinare: Proconsul, Proconsulis, Proconsuli etc. Sed D. Augustinus principio libri de Grammatica p. 1975 Putsch. Ab E litera Vocali (desinens) nullo Latinum, nisi iuncta Praepositione Masculinum inuenitur, ut Proconsule, Propraetore. Ergo iuncta Praepositione sunt Latina, ut dixi Propraetore, Proquaestore. Nam veteres Nominatiuo Casu Proconsul dicebant, attendentes nullum nomen Latinum exire in E litera Nominatiui Casus, generis Masculini. Huius opinionis, quam tueretur Augustinus, Cledonius refellit, origo haec videtur, quod veteres saepe ita locuti sunt, (ut deinde videbimus) Lentulus pro Consule rexit Syriam, quod etiam recte dicitur Lentulus Proconsul rexit Syriam. Cum porro vno tenore scriberentur voces, nullis, ut hodie moris est, intermissis spatiis: facile fieri potuit, ut Proconsule acciperetur pro Nominatiuo Casu recti etc. Retineamus ergo non quidem Nominatiuum Proconsule, sed ἄνω pro Consule, quoties constructionis ratio illud admittit, nec ubique expungendus Proconsul cum Casibus suis, quod librariorum quorundam consilium videtur fuisse.

Iam igitur auctoritates adferemus, et propter perpetuam fere varietatem librorum vno loco proponemus veterum loca, ubicumque vel Proconsul, vel qui pro Consule fuerit; aut aliquid gesserit, memorantur. Videntur autem septem fere genera hominum hac ratione designata esse. I. Illi, qui vulgo Tribuni militum Consulari potestate vocantur, creati per dissidia, illa cum plebeios Consules plebs posceret, negarent fas esse patricii. Liu. 4, 7 pr. Anno trecentesimo decimo, quam vrbs Roma condita erat, primum Tribuni militum pro Consulibus magistratum ineunt A. Sempronius etc. Et 4, 41 M. Postumius Tribunus militum pro Consule ad Veios fuerat. Et 4, 43 Copularent concordiam: Patres patientes bellum gerendum consulari imperio mandatum erat. Liu. 8, 23 Vt cum Publilius Philo consulatu abisset, pro Consule rem gereret. Sic 10, 22 extr. Consules creati Q. Fabius et P. Decius — L. Volu-

105

mnio (qui Consul adhuc fuerat) prorogatum in annum imperium est: De hoc deinde c. 31 Samnitium legiones, cum partim Ap. Claudius Praetor, partim L. Volumnius pro Consule (al. Proconsul) sequeretur. Et 10, 18 Iam Volumnius — Lucanorum seditiones — per Q. Fabium Proconsulem (al. pro Consule) missum eo cum veteri exercitu compresserat. Idem 23, 10 M. Marcello pro Consule imperium esse Populus iussit. Et 26, 1 Prorogatum et M. Marcello, ut pro Consule in Sicilia reliqua bella perficeret. Idem 38, 37 pr. Hieme ea, — ad Cn. Manlium, Consulem primum, deinde pro Consule, (libri omnes MSS. Drakenborchio inspecti Proconsulem) hibernantem in Asia, legationes — conveniebant. Idem 29, 19 De Hispaniae imperio, quos in eam provinciam duos Proconsules mitti placeret, latum ad Populum est. Omnes tribus eisdem — Proconsules — obtinere eas provincias iusserunt. Hic MSS. quidam Proconsules plane omittunt. Liu. 26, 18 ubi de Hispaniae statu post interfectos Scipiones Romae deliberatur, Et exercitum augeri, et imperatorem mitti placebat — postremum eo decursum est, ut Populus Proconsuli creando in Hispaniam comitia haberet. Petit deinde hoc imperium et accipit P. Scipio XXIV annorum iuuenis priuatus. In hoc forte solo loco nihil varietatis adnotatum. Cic. de Div. 2, 76 c. 36 Quam multi anni sunt, cum bella a Proconsulibus et Propraetoribus administrantur? qui auspicia non habent. Hic locus forte ad proximam classem referendus est. Idem pro L. Manil. 62 c. 21 Quid tam inusitatum, quam ut, cum duo Consules clarissimi fortissimique essent, eques Rom. ad bellum maximum formidolosissimumque pro Consule (sic certe melius scribitur, quam Proconsule) mitteretur? missus est. Quo quidem tempore, cum esset non nemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem priuatum pro Consule: L. Philippus dixisse fertur, Non se illum sua sententia pro Consule, sed pro Consulibus mittere. Ascon. Peditan. ad Act. 1 in Verr. 45 c. 15 Pompeius autem pro Consule de Hispania, Sertorio victo, nuper venerat. III. Proconsules dicti, qui ex Consulatu in urbe gesto, sed etiam ex Praetura non nunquam, vel statim, vel interiecto aliquo tempore, Provinciam maiorem Populi Romani regebant, atque adeo imperium simul et iurisdictionem exercebant. Talis fuit Cicero Ciliciae, qui proinde literis provinciae scriptis ante quam Imperator dictus est, praeponit, M. Tullius M. F. Cicero Proconsul, vel Procos. vel Proc. Ad Ciceronem etiam cum Pompeio pertinet, quod est in Scito Caesari commemorato B. C. 1, 5 Dent operam Consules, Praetores, Tribuni plebis, quique pro Consulibus (al. Proconsulibus) sunt ad urbem, ne quid Resp. detrimenti capiat. Cic. Verr. 3, 212 c. 91 C. Marcelle, te appello: Siciliae provinciae, cum esses pro Consule (sic Grut. Gron. Graev. non Proconsule) praefuisti. Sic Cic. de Legib. 1 c. 20 Gellium cum pro Consule ex Praetura in Graeciam venisset. Sall. Jug. 44 pr. Sed ubi in Africam venit (Metellus) exercitus ei traditur Sp. Albini Proconsulis: quam lectionem nescio an satis caute in pro Consule mutavit Cortius: qui videri meretur etiam ad Catil. 19, 1. De hoc toto genere Proconsulum vid. Manut. ad Cic. Fam. 1, 1 quae inscripta Lentulo Procos. IV. Interdum etiam multo maioris potestatis hoc nomen fuit. Certe sic Vellei. 2, 31, 2 A. Gabinius legem tulit, ut — Cn. Pompeius ad eos (piratas) opprimendos mitteretur, essetque ei imperium aequum in omnibus provinciis cum Proconsulibus usque ad quinquagesimum miliarium a mari: quo S. C. paene totius terrarum imperium vni viro deferebatur: sed tamen idem hoc ante biennium in M. Antonii Praetura decretum erat etc. Hoc est quod M. Antonii infinitum imperium vocat Cicero in Verr. 2, 8 c. 3. Conf. Ascon. ad h. l. et Lactant. Inst. 1, 11, 32 ubi frustra Antonio Pompeium substitutum eunt viri docti, moniti licet a Spanhemio Diss. 12 p. 470 ubi ab hoc Proconsulatu pulchre derivat Proconsulatum Augustorum et Caesarum de quo deinde. V. Cum rerum potitus esset Augustus, Provincias validiores, ut refert Sueton. 47 et quas annuis magistratum imperiis regi, nec facile nec tutum erat, ipse suscepit (per Legatos pro Praetoribus regendas) caeteras Proconsulibus sortito permisit: et tamen nonnullas commutavit interdum. De discrimine harum provinciarum, et qui eas regerent vid. Lips. ad Tac. Ann. 1, 76 f. Excursu M. Tales sunt, de quibus ista Plinii maioris ponemus: L. 2, 67 Q. Metello Celeri — tum Galliae Proconsuli Indos a rege Sueuorum dono datos. Et 7, 12 f. 10 Surae Proconsulis etiam rictum in loquendo. Et 9, 8 f. 8 Delphinus vnguento perunctus a Flauiano Proconsule Africae. Et 9, 30 f. 48 Non sunt praetereunda et L. Lucullo Proconsule Baeticae comperta de Polypis. It. 19 Prooem. Quod etiam contigit C. Flavio Legato Vibii Prisci Proconsulis. Et 14 extr. Novellius Torquatus ad Proconsulatum usque e Praetura honoribus gestis. Apud Plinium iuniorem varietas quam supra memoravimus, observatur. V. g. 2, 11, 2 Marius Priscus, accusantibus Afris, quibus pro Consule praefuit. Sic Cort. al. Proconsul. Hic recte puto pro Consule legi. Idem Cortius legit 7, 16, 3 Hic nunc pro Consule provinciam Baeticam est petiturus: malim cum reliquis Proconsul. Sed 10, 57 omnes habent, Eos, qui pro Consulibus hanc provinciam obtinuerunt. Denique 10, 64, 4 Est enim adductus ad me in perpetuum relegatus Iulio pro Consule. Al. a Iulio Basso Proconsule. Et paullo post sine varietate, Interrogavi — an adisset docuissetque Proconsulem? (Cort. ad Sall. p. 122) Aufon. . . . Huius ego et natum et generum pro Consule vidi. De officio Proconsulis et Legati sunt tituli Pandectarum 1, 16. et Cod. 1, 35. Proconsulem *ναρ' ἑξοχὴν* de Africa Proconsule, sine alio titulo addito in utroque Codice dictum observat Spanhem. Diss. 9 p. 115. VI. Ab illo Proconsulatu quem quarto loco memoravimus, Traianus et alii Imperatores occasionem videntur arripuisse Proconsules se in numis vocandi, qua de re Spanhem. Diss. 12, 9 p. 463 sqq. VII. Idem l. c. p. 470 observat, Proconsulem peculiaris generis fuisse Germanicum, cum illi teste Tac. Ann. 2, 43 Decreto patrum permissae provinciae, quae mari diuiduntur, maiusque imperium quoquo adisset, quam his, qui sorte aut missu Principis obtinerent: qui quidem Proconsulatus similis fuit ei, de quo loco quarto diximus, et ei potestati, quam Tac. Ann. 15, 25 Corbuloni permissam narrat.

PROCONSULATVS, *us. m.* [*ἀνδραγαθία*] Proconsulis dignitas. Plin. Epist. 2, 12 Summotum a Proconsulatu; quia se in legatione turpiter gesserat, de Proconsulibus iudicare? Plin. 35, 4 f. 5 Antistius Labeo Praetorius, etiam Proconsulatu provinciae Narbonensis functus.

PROCONSULARIS, *e. Adi.* [*ἀνδραγαθίας*] Quod ad Proconsulem pertinet. Gell. 5, 14 Quum provinciam Africanam Proconsulari imperio meus dominus obtineret. Ammian. 22, 9 Achaia proconsularis. Liu. 5, 2 Proconsularem imaginem vocat tribunatum militum

*militum consulari potestate. Proconsularis dignitas, prouincia. Vid. Capitolin. in Pio c. 4. et Vero c. 4.*

**PROCONTOR**, āri. Ab hoc procontanda discetis Symmach. 653. *al. aliter.*

**PROCRAGO**, procraxi, procraxisse, et per syncopen procraxe. *5 Palam aperuisse atque indicasse, et quasi in publico garruisse. Verbum est e Graeco detortum κράζω, κραγῶ, κέρραγμα, quod valet clamo, et vociferor. Lucret. 5, 1158*

Quippe ubi se multi per somnia saepe loquentes

Aut morbo delirantes procraxe ferantur:

Et celata diu in medium peccata dedisse.

*Quidam malunt legi, Protraxe, ut habent plerique libri vulgati: sed Lambinus cum Hermolao hoc aptius et significantius esse contendunt. Adde quod in optimae notae aliquot manuscriptis ita reperitur scriptum. Itaque retinere post Lambinum omnes.*

**PROCRASTINO**, āre. [ἀναβάλλομαι] *15 Diem de die trahere, differre. Cic. pro Rosc. Amer. 26 c. 9 Ac primo rem differre quotidie, ac procrastinare isti coeperunt: deinde aliquanto lentius nihil agere, atque deludere. Idem Verr. 2 c. 45 Res non procrastinatur.*

**PROCRASTINATIVS**, a, um. Partic. Gell. 17, 10 Quae procrastinata sunt ab eo.

**PROCRASTINATIO**, ōnis. f. [ἀνάβλησις] *25 Dilatio. Cic. Philipp. 6, 7 c. 3 Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis.*

**PROCREO**, āre. [παιδοποιέω] *25 Liberos progignere. Liu. 1, 3 extr. Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Cic. pro Rosc. Amer. 41 c. 14 Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa quæ procrearat. Neque haec inter se congruere possunt, ut natura et procreari vellet, et diligi procreatos non curaret Cic. de Fin. 3 c. 19. Plaut. Rud. 5, 1, 4 Nam lenones ex gaudio credo esse procreatos, Ita omnes mortales si quid est mali lenoni, gaudent. Catull. 59*

Num te laena montibus Libylinis,  
Aut Scylla latrans infima inguinum parte,  
Tam mente dura procreauit ac tetra?

*Sic enim ab initio sui animatus, ut non magis me mea causa putarem esse natum, quam Reipubl. procreatum Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 20. Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat Cic. de Sen. c. 15. Idem Att. 2, 22 Quum diceret in summa se perfidiae et sceleris infamia fore, si mihi periculum pro-*

*crearetur ab eo, quem ipse armasset, quem Plebeium fieri passus esset. al. Crederetur periculum. Vsum procreare Lucret. 4, 833. Passuum. Varro de L. L. 8, 21 extr. Non in volucribus generatim seruat analogia? non ex aquilis, aquilae, atque ex turdis, qui procreantur, turdi, etc. Macrobian. Saturn. 2, 13 Leges bonae ex malis moribus procreantur.*

**PROCREATIO**, ōnis. f. Cic. Tusc. 1, 31 c. 14 *40 Quid procreatio liberorum? quid propagatio nominis? Dissimilitudo locorum, nonne dissimiles hominum procreations habet? Cic. de Diuinat. 2, 96 c. 46.*

**PROCREATOR**, ōris. m. Cic. de Finib. 4, 17 c. 7 *45 Vt ii, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur. Idem de Vniuers. 23 c. 8 Animum igitur quum ille procreator mundi Deus ex sua mente et voluntate genuisset.*

**PROCREATRIX**, icis. f. Cic. de Orat. 1, 9 c. 3 *55 Neque enim te fugit laudandarum artium omnium procreatricem quandam, et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant.*

**PROCRESCO**, ēre. Lucret. 2, 566 *60 Et res progigni, et genitas procrefcere posse. Ibid. 546 Ex quatuor rebus omnia procrefcere. Lucret. 1, 715 Vnde queat vis immensi procrefcere morbi Lucret. 6, 664.*

**PROCRIS**, is et idis. f. [Πρόκρης] *65 Filia Iphidis, vxor Cephalis, quum audisset a rustico quodam amare eum Auram, quam inuocare consueuerat, ad siluas profecta est, et in frutetis latuit ad deprehendendum maritum cum pellice. Qui quum more solito Auram vocaret, Procris egredi cupiens, fruteta commouit. Sperans Cephalus feram, hastam ineuitabilem iecit, et ignarus interemit vxorem. Haec et plura Seruius enarrans illud Virg. Aen. 6, 445 His Phaedram, Procrinque locis, moestamque Eriphylen. Vid. Ouid. Met. 7, 694 ubi Pro-*

*crin facit Erechthei filiam, et Orithyiae sororem. Vnde et Erechthis vocatur. Huius quoque amore captus fuerat Minos, postquam illa laborantem sanauerat. Vid. Ouid. Remed. Amor. 453. Omnium copiosissime, certe plenissime, Hygin. Fab. 189. et Astron. 2, 35. et utroque loco Muncker.*

**PROCRUSTES**, ae. m. [Προκρῆστis] *75 Celebris latro, habitans in ea parte Atticae, quae Curdalis dicitur. Viatores ad lectum, quem ascendere cogebat, emensus, longioribus partem supereminentem amputabat, et breuiorum pedes distendebat. De quo Plutarch. in Theseo, et Diodor. 4, 5. Immitem vocat Ouid. Met. 7, 438. Toruum Id. Epist. 2, 69. Conf. Sidon. Carm. 5, 477. et Maurf. Thef. c. 7. Al. male quidem Procrustes.*

**PROCVBO**, ui, itum, āre. *80 Anteiacere, Obiacere, et sic Protegere, ut habeat cognationem cum Excubo. Virg. Georg. 3, 145 Mucicus ubi, et viridissima gramine ripa Speluncaequae tegant, et faxea procubet umbra. Lassus procubuit Ouid. Met. 3, 414. Sed vsitatius est PROCUBO.*

**PROCVBITOR**, ōris. m. *90 Qui noctu, custodiae causa ante castra excubat. Festus: Procubitores dicuntur fere velites, qui noctu custodiae causa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt, ut M. Cato in eo, quem de re militari scripsit. Gloss. Vet. Procubitor, Φερεός. De Procubitores vid. plura apud Stewech. in Veget. 3, 8.*

**PROCVDO**, di, sum, ēre. [ἐπικόπτω, ἐπικολάπτω] *95 Prolatare, eudendo extenuare, inquit Seruius, seu probe cudere, exacuere. Virg. Georg. 1, 261 — Durum procutit arator Vomeris obtusidentem. Est et Producere, longiusque aut amplius efficere aliquid: Ira procutit enses Hor. Carm. 4, 15, 19. Ignis procutunt ignem Lucret. 2, 1112. Al. Producunt. Dolos procutere Plaut. Pseud. 2, 2, 20. Cic. de Orat. 3, 119 c. 30 extr. Non enim solum acuenda no-*

*100 bis, neque procutenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum, et plurimarum suauitate, copia, varietate. Prolem propagando procutere, i. Procreare, producere. Lucret. 5, 854. Et 848 Saecula propaganda procutere. Vitam procutito legendo aut scribendo; i. e. Producito Varro apud Non. 2, 677. Veluptas*

procuritur viuendo Lucret. 3, 1094. Idem 5, 1263 — Quamuis in acuta et tenuia posse Mucronum duci fastigia procedendo.

PROCVL. Adu. [*ὑποδεν, πρόσω, εἰς μακρῶν*] Locum proprie significat separatum, et pro re nata longius propiusue remotum. Etymon frustra forte quaeritur in voce satis simplici. Seruius certe parum probabiliter ad Aen. 3, 13 Procul, ait, est quasi porro ab oculis. Nec scio, an multo melius a Procellendo deriuat Vossius in Etymol. Si ut a facio facilis est facul, (ut a similis simul) possis putare a Procio i. promoteo esse procilis et procul: licet illud plane obsoleuerit. Redimus ad

10 significationem, quam unicam habet eam, quam posuimus. Neque enim audiendus Seruius, qui ad Virg. Ecl. 6, 16. et Aen. 6, 10 contrarium illi intellectum, nempe prope assignat: quem sequitur Gloss. Lat. Gr. quod uno Spiritu ponit, Procul ἔγγυς καὶ μακρῶν καὶ πρόσωθεν. Hoc commentum bene iam refutat a Perizon. ad Sanct. Min. 1, 16, 7. Illud

15 modo teneamus, totum hoc procul et prope esse relatiuum, ut possit eadem res diuerso respectu vel prope esse vel procul. Satis est ad hoc, ut aliquid procul esse dicatur, si non sit contiguum, aut ita prope, ut solet, ut optatur, ut efficax esse possit. Caeterum interdum non tam locum proprie dictum, quam tempus, et animi adeo aduersionem s. applicationem

20 remouet: quae omnia iam exemplis declarabuntur. Plaut. Curc. 1, 2, 18 Amabo, cuius vox auribus sonat procul? Caes. B. G. 5, 46 Tum fumi incendiorem procul videbantur. Ter. Adel. 3, 3, 84 Sed quis illic est, quem procul video? Idem Eun. 4, 7, 17 Vt tu illos procul hinc ex occulto caederes, facerent fugam. Idem Hec.

25 4, 3, 1 Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, vxor. Hoc procul non nimis remotum fuisse debet. Hoc significat, se audisse, quod non sibi dictum esset. Ouid. Met. 2, 464 I procul hinc dixit, nec sacros pollue fontes. Iuuen. Sat. 14, 45 Procul hinc, procul inde puellae Lenonum etc. Virg. Aen. 6, 258 Procul

30 o procul este profani. Ouid. Fast. 2, 623 Innocui veniant, procul hinc, procul impius esto. Gratius 447 Procul hinc extorribus ire Praedico, praesente Deo, praesentibus aris, Quis scelus aut manibus sumtum, aut in pectore motum est. Stat. Silu. 3, 3, 13 Procul hinc, procul ite nocentes, Si cui corde nefas tacitum, fessique

35 Senectus Longa patris etc. Cic. in Catil. 2, 29 de Dīs, Qui iam non procul, ut quondam solebant, ab extero hoste et longinquo, sed hic praesentes suo numine, atque auxilio, sua templa atque vrbis tecta defendunt. Abscedere procul, vid. ABSCEDO. Sallust. Iugurth. 85, 38 Caeterum homines superbissimi procul Errant. h. e. Vehementer falluntur, et longe a vero iudicio aberrant. Ouid. Met. 2, 458

40 His quoque laudatis, procul Est ait, arbiter omnis. Procul Habeo irae et studii causas Tacit. Ann. 1, 1, 6. i. ab animo meo remouet. Cic. Verr. 2, 48 Quia non posset negare ab illis pecuniam datam, non Quaesuit procul alicunde. Ter. Adelph. 3, 2, 50 Postremo, quando

45 ego conscia mihi sum, a me culpam esse hanc procul. Ouid. Epist. 4, 75 Sint procul a nobis iuuenes, ut femina comiti. Cic. de Lege Agr. 2, 87 Haec quae procul erant a conspectu imperii, non solum affligerunt, sed etiam, etc. Cic. pro Cluent. 2 Altera autem, quae procul a iudicio remota est, quae concionibus seditiose

50 concitatis accommodatior est, quam tranquillis moderatisque iudiciis. Procul a literis Quinctil. 7, 2. Caelestia procul esse a naturae cognitione Cic. Acad. 1, 15. Procul a patria Virg. Ecl. 10, 46. Plaut. Curc. 2, 2, 11 Hac noctu in somnis visus sum viderier procul

55 Quinctil. i prooem. De procul, vid. DE. Virg. Ecl. 6, 16 Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Ad hoc procul minimum interuallum satis est. Idem Aen. 3, 13 Terra procul vastis colitur Mauortia campis. de Thracia certe mari disiuncta. Eadem ratio Aen. 5, 124. Id. Aen. 4, 278 Tali Cyllenius ore locutus Mortalis

60 visus medio sermone reliquit, Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram. Eo ipso quod euanuit, remouit se, et subduxit oculis. Repetit hunc versum de Apolline Aen. 9, 658. ¶ 2 De multorum saeculorum posteritate remota usurpatur a Stat. Silu. 1, 6, 98 Quos ibi procul hic dies per annos! Quam nullo sacer exolefcerit aeuo.

65 ¶ 3 Praepositionem esse volunt, quae tum Accusatiuum adsciscat, tum Ablatiuum. De Accusatiuo laudatur Liuius 21, 7 Locus procul muros satis aequus agendis vineis fuit. Sed apparet sibilum, qui vocem satis incipit, adhaesisse in quibusdam libris praecedenti muro, ut recte editum a Drakenborchio. Curt. 5, 5, 5 recte Freinshemius edidit, iamque

70 haud procul vrbe erant, ubi quidam vrbem. Idem 4, 13, 35 dedit, Impedimenta — haud procul acie in edito colle constituit, pro aliorum aciem. Ne Ablatiuum quidem proprium ac suum regere videtur: Sed est ille ab ommissa Praepositione a vel ab, quam saepe exprimi, allata modo exempla docent. Sic et Voss. de Anal. 4, 22. Tacit.

75 Hist. 1, 54 Nec procul seditione aberant: Praepositio in Verbo est. Procul mari incolebant Liu. 38, 16 extr. Non procul Oceano habet Plin. 5, 9. Ennius apud Cic. Fam. 7, 6 Multi suam rem bene gessere, et publicam patria procul. Haud procul Neapoli Plin.

80 9, 53. Ambitione procul Hor. Serm. 1, 6, 52. Procul discordibus armis Virg. Georg. 2, 459. Procul dubio, i. Certe Suet. Claud. c. 3. Columel. i praef. Nam illud procul vero est, quod plerique crediderunt, etc.

PROCVLA, vid. PROCVLVS.

PROCVLCO, are. [*κατανάρω*] Progrediendo, vel aliud agendo

85 conculcare. Columel. 2, 20 Nam dum a pecudibus legumina proculcantur, herbae etiam atteruntur vngulis, etc. Idem 2, 15 Tum pedibus lotis in modum farinae proculcant. Segetes crescentes proculcat aper Ouid. Met. 8, 290. Virg. Aen. 12, 534 Crebro super vngula pulsu Incita, nec domini memorum proculcat equorum. Fata

90 proculcare, Mortem non curare, spernere Sen. Phoen. f. 1.

PROCVLCATIO, onis. f. Plin. 8, 18 Obturbata proculcatione aqua. Sen. de Tranquill. Anima. c. 11 Quod regnum, cui non parata ruina et proculcatio.

PROCVLCATOR, oris. m. In militia idem qui Procurfator.

95 Amnian. 27, 23 Inueniri posse aliam viam, praeter eam, quam insperare proculcatores.

PROCVLEIVS, i. m. Ut scribit Acron, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui pius sic erga fratres suos Scipionem et Muraenam fuit, ut spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret, quod cum eis iam ante diuiserat. Haec Acron apud Hor.

100 Carm. 2, 2, 5. Viuet extento Proculeius aeuo Notus in fratres animi paterni. Huius meminit et Plutarchus in vita Antonii. Conf. Hard. ad Plin. 7, 45. et Burm. ad Quinctil. 6, 3. Cognomen fuisse Cominiorum tradit Spanhem. Num. diff. 6.

PROCVLEIVS, i. m. Ut scribit Acron, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui pius sic erga fratres suos Scipionem et Muraenam fuit, ut spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret, quod cum eis iam ante diuiserat. Haec Acron apud Hor.

100 Carm. 2, 2, 5. Viuet extento Proculeius aeuo Notus in fratres animi paterni. Huius meminit et Plutarchus in vita Antonii. Conf. Hard. ad Plin. 7, 45. et Burm. ad Quinctil. 6, 3. Cognomen fuisse Cominiorum tradit Spanhem. Num. diff. 6.

PROCVLCATIO, onis. f. Plin. 8, 18 Obturbata proculcatione aqua. Sen. de Tranquill. Anima. c. 11 Quod regnum, cui non parata ruina et proculcatio.

PROCVLCATOR, oris. m. In militia idem qui Procurfator.

95 Amnian. 27, 23 Inueniri posse aliam viam, praeter eam, quam insperare proculcatores.

PROCVLEIVS, i. m. Ut scribit Acron, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui pius sic erga fratres suos Scipionem et Muraenam fuit, ut spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret, quod cum eis iam ante diuiserat. Haec Acron apud Hor.

100 Carm. 2, 2, 5. Viuet extento Proculeius aeuo Notus in fratres animi paterni. Huius meminit et Plutarchus in vita Antonii. Conf. Hard. ad Plin. 7, 45. et Burm. ad Quinctil. 6, 3. Cognomen fuisse Cominiorum tradit Spanhem. Num. diff. 6.

PROCVLEIVS, i. m. Ut scribit Acron, Eques fuit Romanus, Augusti amicissimus, qui pius sic erga fratres suos Scipionem et Muraenam fuit, ut spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret, quod cum eis iam ante diuiserat. Haec Acron apud Hor.

100 Carm. 2, 2, 5. Viuet extento Proculeius aeuo Notus in fratres animi paterni. Huius meminit et Plutarchus in vita Antonii. Conf. Hard. ad Plin. 7, 45. et Burm. ad Quinctil. 6, 3. Cognomen fuisse Cominiorum tradit Spanhem. Num. diff. 6.

PROCVLEIA et PROCVLINA, ae. f. *Mulierum nomina apud Martial. 10, 41. Et 6, 22.*

PROCVLIO, f. PROCVLINO, are. Paullus Festi, proculiunt, promittunt. *Ipsa Festus, Proculinat (f. proculinant) promittunt ait significare Antistius de iure Pontificali libro nono.*

PROCVLVS, i. m. [*Πρόκλος*] *Cognomen eius, qui natus sit patre peregrinante a patria procul. Sunt qui credant Proculos ideo dictos, quia patribus senibus, quasi procul progressis aetate, nati sunt. Festus Paulli. Hinc contracte Proclus. Proculus, cum prisco tempore Virginiorum et Geganiorum praenomen fuisset, postea cognomen fuit Plautiorum. Auct. de nominibus sub Val. Max. Quae olim praenomina fuerunt, nunc cognomina sunt, ut Proculus. ¶ 2 Etiam feminarum est, ut Procula adultera et meretrix Iuvenal. 2, 68. et 3, 23.*

PROCVMO, cubui, cubitum, ere. [*προσπίπτω, κατάκαμαι*] 15  
*Prosterni, pronum iacere: quod proprie quidem de animalibus, per translationem vero etiam de aliis rebus dicitur, cum inclinatur vel iacent adeo. Liu. 1, 7 Ipsum festum via procubuisse. Columel. 1, 6, 6 Lata bubilia esse oportebit pedes X, vel ut minimum IX. Quae mensura et ad procumbendum pecori, et ingario ad circumcundum laxa ministeria praebet. Soluti vino procubere Virg. Aen. 9, 190. Lassus studio venandi procubuit Ouid. Met. 3, 413. In terram toto procumbere vultu Idem ibid. 14, 281. Terrae procumbere, b. e. In terram Ouid. Met. 2, 347. Pede offenso Idem Fast. 2, 720. Genu succiduo Ouid. Epist. 13, 24. Genu posito suppliciter Idem Fast. 2, 438. Genibus alicuius procumbere; b. e. Ad genua Ouid. Met. 13, 585. Procumbere ad genua, vel ad pedes alicuius Liu. 25, 7 pr. Ante pedes alicuius Ouid. Epist. 12, 186. Procumbere ad arborem Plin. 8, 16. Martial. 1, 56 (61) Quod ruet intergum, vel quos procumbet in armos, Alta iuuenorum vulnera figet ubi? In genua procumbere Curt. 9, 5, 13. Procubuit lupa Virg. Aen. 8, 630. Culmus procumbit grauidis aristis Virg. Georg. 1, 111. Domus lapsa in domini procubuit caput Ouid. ex Pont. 1, 9, 14. Nemora omnia late procumbunt Lucan. 3, 395. Poplites procumbunt Lucret. 4, 950. Segetes procubere imbribus Caes. B. G. 6, 42. Tectum thalami procumbit Ouid. Fast. 4, 233. Tecta super habitantes procubere Quintil. 2, 16. Turris procubuit pondere Virg. Aen. 9, 541. Procumbunt milites, pro Cadunt Caes. B. C. 2, 42. Procumbit humi bos Virg. Aen. 5, 481. Metu procubere ferae Stat. Theb. 4, 147. Bello et armis procubuisse Valer. Argon. 4, 753. Certamine summo procumbunt Virg. Aen. 5, 198. Fatis procubere pares Stat. Theb. 2, 642. Ictu saxi procumbit Sil. 8, 669. Manu nostra procubere Ouid. Met. 13, 262. Strage hac me vellem procubuisse Valer. Argon. 3, 271. Plin. 16, 36 de arundinibus, Omnibus vero folia a nodo, orsa, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque a medio internodio, cum plurimum, desinunt vestire, procumbuntque. b. e. In terram inclinatur. Taxi procumbentes Lucan. 3, 419. Alfenus in l. si quando D. si feruit. vindicet. Si quando inter aedes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum semipedem aut amplius procumberet: agi oportet, etc. Metaph. Sen. Epist. 18 Vt tunc voluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuit.*

PROCVPIDO, inis. f. Monet etiam in nos procupido amoris Min. Felix c. 26, 11. Sed Meurf. Ex qua manet in nos porro cupido amoris. Herald. Ex qua manare in nos|procupidanem amoris.

PROCVRO, are. [*ἐπιτροπέω, ἐπιμελέομαι*] *Administrationem alienarum rerum vel suarum gerere. Cic. Fam. 12, 24 Is procurat rationes negotiaque Dionysii nostri. Idem Acad. 1, 29 Sapientiam perfectam, quem deum appellant, omniumque rerum, quae sunt ei subiectae, quasi prudentiam quandam, procurantem caelestia maxime, deinde in terris ea, quae pertinent ad homines. Procurare prouinciam Plin. 7, 16. Ictus l. 86 Dig. de acquir. et amitt. hered. Pannonius Avitus cum in Cilicia procuraret, de praeside Prouinciae. ¶ 2 Est etiam sacrorum verbum et significat prodigii alicuius causa rem sacram facere. Gell. 4, 6 Vt terram mouisse nuntiari solet, eaque res procuratur, ita — Eius rei causa S. C. factum est — Quod C. Iulius L. F. Pontifex nuntiavit, in sacrario in regia hastas Martias mouisse: de ea re ita censuerunt, uti M. Antonius Consul hostiis maioribus Ioui et Marti procuraret, et caeteris Diis, quibus videretur placandis uti procurasset satis habendum censuerunt, etc. Cic. de Diuin. 2, 130 c. 63 Officium autem esse eius, praenosceri dei erga homines mente qua sint, quidque significant, quemadmodumque ea procurantur, atque expientur. Fulgur procurare Suet. Galb. c. 4. Vid. Brouckb. ad Tibull. 1, 5, 13. Petron. c. 10. Et Drakenb. ad Sil. 8, 125. Minas caelestium hostiis Apul. Met. 9 p. 233. Sacra Nepos 2, 2 extr. Sacrificia Caes. B. G. 6, 12. Magna vis est in monstris interpretandis ac procurandis, in Artuspicum disciplina Cic. de Diuin. 1, 3 c. 2. ¶ 3 Simpliciter curare. Plaut. Poen. prol. 29 Nutrices pueros, infantes minutulos domi procurant. Apul. . . Hunc enim equulum suum curiose nimis procurantem inueni. Catull. 45, 15 Et me procuravi ocimoque, et vrtica. Varro de L. L. 4, 14 Aedilis, qui aedes sacras et priuatas procuraret. Virg. Aen. 9, 158 Laeti bene gestis corpora rebus Procurete viri. Stabulis procurans otia pastor Sil. 6, 330. Procurare arbores, Adhibita diligentia excolere, et prouidere, ut crescant. Cato de R. R. c. 43 Eodem modo caeteras arbores procurato. Prima syllaba anceps est. Produci-tur apud Virg. et Sil. supra. corripitur apud Tibull. 1, 5, 13 Ipse procuravi, ne possent saeua nocere. Somnia. i. Expiant. Add. Ouid. Art. 1, 587 Procurator.*

PROCVRATIO, onis. f. [*ἐπιτροπή*] Varr. de R. R. 1, 1 Advenero Mineruam et Venerem, quarum vnus procuratio oleti, alterius hortorum. Alienorum Honorum mercenaria procuratio Sen. de Breu. Vit. c. 17, Negotii publici procuratio Cic. pro Sext. 66 c. 30. Vlpian. in l. quae omnia D. de procurat. Nec ferendus est procurator, qui sibi Adferit procurationem. Nam hoc ipso suspectus est, quod operam suam ingerit inuito: nisi forte purgare magis convicium, quam procurationem exsequi maluerit. Cic. de Nat. Deor. 1, 3 Sunt philosophi et fuerunt, qui omnino nullam habere censerent rerum humanarum procurationem deos. Cic. pro Rosc. Amer. 28 Qui postea, quam magistratus creauit, legesque constituit, sua cuique procuratio auctoritasque est restituta. Suscipere procurationem rei alicuius Vlpian. in l. si vero §. si filiofamilias D. mandati, vel contra. Cic. Verr. 5, 36 Mihi sacrarum aedium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam. Idem Acad. 105

1, 11 Dum me ambitio, dum honores, dum causae, dum Reipublicae non solum cura, sed quaedam etiam procuratio multis officiis implicatum et constrictum tenebat, etc. Expiatio: Cic. de Diuin. 1, 101 c. 45 Atque etiam scriptum a multis est, quum terrae motus factus esset, vt fuit plena procuratio fieret. Cic. de Legib. 2, 34 Iam de aruspicum religione, de expiationibus et procurationibus satis superque in ipsa lege dictum puto.

PROCVRATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Sen. Epist. 31 Omnia transisti procuratiunculae pretio.

10 PROCVRATOR, oris. m. [ἐπίτροπος, ἐπιμελητής, διοικητής, κηδεμών] Late patet vis huius Nominis, quam complexus videtur Vlpian. l. 1 §. De Procuratoribus (totus ille titulus inspiciendus erit omnia scire volenti) Procurator est, qui aliena negotia mandatu domini administrat: quiri etiam iniussu s. sine mandatu, vt l. 35 pr. eod. Talis videtur  
 15 Procurator Voluntarius Cic. Bruto 17 c. 4 Ego a te, huius voluntarius procurator, petam, quod ipse, cui debes, te incommodo exacturum negat. Talis videtur fuisse Sex. Alphenus procurator P. Quinctii Cic. pro Quint. 27 c. 6. Vid. Cuiac. Obsf. 10, 25. Quam late pateat hoc nomen, declarat etiam locus Cic. pro Caecin. 57 c. 20, ubi ad verba legis, VNDE TV AVT FAMILIA, AVT PROCVRATOR  
 20 TVVS, ita disputat, Homines — sic loquuntur, — vt seruos — appellent vno familiae nomine; de liberis autem quisquis est, procuratoris nomine appelletur: non quo omnes sint aut appellentur procuratores, qui negotii nostri aliquid gerant: sed — verba subtiliter exquiri omnia noluerunt —: non alia ratio iuris, vtrum me tuus  
 25 procurator deiecerit is, qui legitime procurator dicitur, omnium rerum eius, qui in Italia non sit, absitue reip. causa, quasi quidam paene dominus, hoc est alieni iuris vicarius: an tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quiuis, qui illam vim Deiectionemque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. Itaque priuatorum, mulierumque  
 30 adeo etiam Procuratores sunt: Martial. 5, 62 Vxoris res agit, inquis. Iste meac. Sane certus et asper homo est, Procuratorem vultu qui praeferat ipso, etc. Nempe hic procurator ex eo genere, de quo Ouid. Art. 1, 587. Inde Procurator nimium quoque multa procurat, Et sibi mandatis plura videnda putat. Cic. Att. 4, 15 Mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, vtrum per procuratores ageres, an per te ipsum. Lepidus ad Cic. Fam. 10, 30 A meis  
 35 procuratoribus certior sum factus. Diuersissimae igitur conditionis homines hoc nomine comprehenduntur: Non tantum est Pothinus regni Aegypti procurator Caes. B. C. 3 extr. Sed etiam Villae Colum. 1, 6, 75 Talis est, de quo Cic. de Orat. 1, 249 c. 58 Mandare aliquid procuratori de agricultura, quin partium villae, vt Apum, Columel. 9, 9, 1 et 2. Auiarii, Varr. 3, 6, 3. ¶ 2 Nobilissimum genus sunt Procuratores Caesarum, diuersissimi ipsi quoque generis. Quidam, in minoribus praesertim prouinciis, quae Praesidem alium non haberent, cum imperio erant: Vid. Lips. ad Tacit. Ann. 12, 60 §. Excurs. B. quem etiam adscribunt ad Sueton. Claud. 12. Add. Salmas. ad Spartian. Hadr. c. 13 Bynkersh. Obsf. Iur. Rom. 2, 21. Talis fuit Pontius Pilatus, de quo Tacit. Ann. 15, 44 Auctori nominis eius Christus, Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat.  
 50 Tales dicuntur Procuratores cum iure gladii. Vid. Reines. ad Inscr. 1, 14. Quidam, quam non haberent potestatem sibi arrogabant. Tacit. Ann. 4, 15 cum accusaretur Procurator Asiae, Lucilius Capito, adfuerat Tiberius, Non se ius, nisi in seruitia et pecunias familiares dedisse. Quod si vim Praetoris vsurpasset, manibusque militum vsus foret; spreta in eo mandata sua, audirent socios. Huius generis Procuratores sunt, de quorum vel litibus vel concordia cum Legatis Aug. seu Praesidibus Prouinciarum, vid. Tac. Ann. 14, 38 sq. et Agric. 9. De his Guther. de Off. Dom. Aug. 3, 33 sqq. ¶ 3 Non melius intelligentur diuersa illa Procuratorum genera, quam si Catalogum eorum  
 60 texamus, de quo eadem hic monita volumus, quae supra de Praepositis dicta sunt. Addendum et hoc: Gruterianos Indices qui conferre voluerit meminerit, et n. V et n. VII Procuratores recenseri. Memorantur igitur, simpliciter Procuratores Augusti, v. g. Reines. Inscr. 6, 30 et plures apud Gruterum. ab Alimentis, et ad Alimenta, Grut. Alpium, Tacit. Hist. 3, 42. — Cottianarum, Grut. per Baeticam, Idem. Balnei, Id. Baphiorum, Not. Dig. Imp. ad Bona damnatorum, Grut. Bybl. s. Bibliothecae, Id. a Censibus accipiendis, Id. C. i. Centesimae hereditatum, sumnti Choragii (Aug. Lib.) Id. Dro-  
 70 mi factionis Venetae, Vet. Inscr. apud Turn. 11, 11, qui interpretatur, Hippodromi. Ducenarius, Sueton. Claud. c. 24. Salmas. ad Capitolin. Pertin. 2. ab Ephemeride, Grut. ab Epistolis, Id. Fabrorum, Id. Familiae gladiatorum, Id. Fisci Asiatici, Id. Formis, Fundis, Caietae, Id. Gynaeciorum (sic leg. non Cynegiorum monet Labbeus) Not. Dig. Imp. Hortorum Maianorum et Lamianorum, Grut. Kalendarii Tribuni plebis et Quaestoris vrhis, apud Gorium Monum. Liu. p. 163 sq. qui laudat Noris. ad Cenot. Pisan. 1, 3. Laurento ad Elephantos Grut. Linificiorum Not. Dig. Imp. Ludi s. Ludorum, Tacit. Ann. 11, 35. — matutini, Reines. 1, 157. a Mandatis, Grut. Mausolei, Id. Metall. Alboc. (i. Albocensis in Hispania Tarracon. Spanhem. de Vsu et Praest. num. Dif. 13 p. 631) Grut. Miniciae, s. Minuciae, vid. §. 1. Monetae s. Monetarum, N. D. I. Ammian. Marcell. 28, 1. conf. Reines. ad 6, 123. Operum publicorum, Grut. Ornamentorum, Id. a Patrimonio, et Patrimonii, Grut. Pecuniae Reg. Urb. Id. a Pinacothecis, Fabrett. Inscr. p. 724. Portus, Grut. ad Praedia Gallicana, Id. Praegustatorum, Id. Prouinciae Britanniae, Reines. 6, 128. Prouinciarum Lugd. Reines. 9, 60. Tales plurimos dabant Gruteriani Indices, et Taciti. Procurator et Praefes Prouinciae Sardiniae, Grut. p. 487, 9. a Rationibus, Grut. Talis est Petron. c. 30 Procurator rationes accipiebat in prima parte triclinii. Vid. Gonsal. — Aurariarum, Grut. — Prouinciarum, Id. Regionis Calabriae, Norici, Grut. a Regionibus vrhis, vid. Gor. ad Monum. Liuiae p. 84. Rei priuatae, N. D. I. Saltuum, N. D. I. ab Scaena theat. Imp. Domit. Grut. Tibicinum, Idem, 95 Tractus Campaniae, Carthagenensis, Id. Vectigaliorum; et Vectigalium, Grut. Viac Ost. (Ostienfis) et Camp. Id. XX, i. Vicissimae hered. Grut. — Umbriae, Id. Villarum Tusculanarum. Grut.

PROCVRATRIX, icis. f. Cic. de Fin. 4, 17 c. 7 Sed quum sapientiam totius hominis custodem et procuratricem esse vellent, quae esset naturae comes, etc.

PROCVRATORIVS, a, um. Adi. Vlpian. in l. si quis quum procuratorio nomine condemnatus esset, heres exstiterit domino litis, etc. D. de procuratoribus Caius in l. si quis in rem suam procuratorio nomine agat eod. tit. Add. l. 3 D. famil. herc. et l. 7 C. de procuratorib.

curatorib. Veterator quidam procuratorio nomine caput extulit Symmach. Ep. 5, 66. Exceptio procuratoria Pomponius in l. ad legatum D. de procuratoribus.

PROCVRRO, curri, cursum, Ære. [*προτρέχω*] *Ultra, siue longè currere.* Columel. 6, 2, 9 Ex domitis bubus, valentissimum, eundemque placidissimum cum indomito iungimus, qui et procurrentem retrahat, et cunctantem producat. Caes. B. G. 5, 34 Quoties quaeque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Idem B. C. 3, 93. Sic apud Virg. Aen. 9, 690 Procurrere longius. Ad mortem Plin. Epist. 1, 22. Ad oras Lucret. 1, 968. In vias Liu. 4, 40. In publicum Idem 34, 2. In pugnam Colum. 7, 3. In aciem, *vid.* ACIES. *Conf. Drakenb. ad Sil.* 7, 566. Procurrere etiam dicuntur milites, quum extra ordines praeliantur; quod etiam ad oratorum excursiones transfertur: *vid. Burm. ad Quintil.* 4, 3 p. 356. Vitae spatium pede inoffenso Ouid. Trist. 3, 4, 33. *al.* Decurrere. *Metaph.* Procurrere in Occidentem Columel. 6, 27, 7. *de monte.* Sic Ouid. Fast. 4, 419 Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor Trinacris, etc. *i.* Protenditur. In mare procurrit Apenninus Hor. Epod. 16, 29.

PROCVRRENS, entis. Partic. [*προτρέχων*] Procurrens finis inter duo maria Plin. 4, 11. Virg. Aen. 5, 204 Infelix faxis in procurrentibus haesit, i. e. Prae eminentibus, et veluti obuiam venientibus Seruius. Procurrens gurgite pontus Virg. Aen. 11, 624. Vnus ex multitudine procurrens Caes. B. G. 5, 43. Procurrens in longitudinem radix Plin. 18, 13.

PROCVRSVS, ūs. m. [*προδρομήμα*] Liu. 22, 41 *pr.* Tumultuario praelio, ac procurſu magis militum, quam ex praeparato, aut iussu imperatorum orto, haudquaquam par Poenis dimicatio fuit. Rapidus procurſus Virg. Aen. 12, 711. Magno procurſu agebat equos Stat. Theb. 9, 25. Faciles sternit procurſibus herbas Idem ibid. 4, 787. Et Theb. 6, 847 Petit aequor vterque Procurſu medium. Procurſus angulosus Plin. 5, 10. Lucret. 2, 454 *de rebus fluidis,* Et procurſus item in procliue volubilis exstat. Aequoris infesti procurſibus Auien. Perieg. 555. *Tralate.* Val. Max. 3, 2 *pr.* Initia procurſusque virtutis patefecimus.

PROCVRSIO, ōnis. f. [*προδρομή*] *Excursio, vel digressio a causa.* Quintil. 4, 3, 9 Non semper est necessaria post narrationem illa procurſio. *Vid.* Egredi, *pro* Digredi, in EGREDIOR. Sed proprie Quintil. 11, 3, 126 *ubi de pedum gestibus loquitur:* Varicare pedes supra modum, et in stando deforme est, et accedente motu prope obſcenum. Procurſio opportuna, brevis, moderata, rara: conuenit etiam et ambulatio quaedam propter immodicas laudationum moras: quamquam Cicero rarum incessum, neque ita longum probat. Discursare vero ineptissimum, etc.

PROCVRSO, Ære. Frequent. [*ἐκτρέχω*] Liu. 27, 2 Ibi per dies aliquot quum ab stationibus procurſaretur. Plin. 8, 5 Procurſantibus inter eos qui laceſſerent, non potuisse effici, etc.

PROCVRSĀTOR, ōris. m. *Velites, milites qui praelium laceſſunt.* Liu. 42, 64 Breue certamen leuis armaturae maxime cum procurſatoribus fuit.

PROCVRSATIO, ōnis. f. [*ἐκδρομή*] Liu. 28, 33 *pr.* A quibus vbi per procurſationem commissa pugna esset, etc. Idem 5, 19 Procurſationes multae temere inter murum et vallum fiebant. Et 22, 44 Hannibal dirigit aciem, laceſſitque Numidarum procurſatione hostes.

PROCVRSORIVS, a, um. Procurſorius index Ammian. 31, 9. *Valeſ.* praecurſorius.

PROCVRVVS, a, um. Adi. [*πολυκαμπύλος*] Valde curuus. Virg. Georg. 2, 421 Contra non vlla est oleis cultura, neque illae Procuruam exspectant falcem. Litora Virg. Aen. 5, 765.

PROCVRVO, Ære. Celsum procuruat Agyllea Tydeus Stat. Theb. 6, 852 *de gymnico certamine.* Tertull. S. Cypr. Genes. 1, 14 Pomiferique simul procuruant brachia rami.

PROCVS, *vid.* PROCO, as.

PROCVSTES, *vid.* PROCVSTES.

PROCYMAEA, ae. f. [*προκυμαία*] *Moles opposita fluctibus.* 65 Rufin. Lat. Ioseph. Bell. Iud. 1, 17 Expleto spatio quod vnda celabat, in ducentos pedes murum dilatauit, ex quibus centum repellendis erant fluctibus, ante constructi, vnde procymaea dicebantur.

PROCYON, ōnis. m. [*Προκύων*] *De hoc* Plin. 18, 28 f. 68 Aegypto — Procyon — quod sidus apud Romanos non habet nomen, nisi Caniculam hanc velimus intelligi, hoc est, minorem canem, vt in astris pingitur. Verum distinguit a Canicula Columel. 11, 2, 52 Idib. Iulii Procyon exoritur mane, et tempestatem significat. Postea, *inquit,* VII Cal. Augusti, Canicula apparet, estque caligo aestuosa. Nempe hic Caniculam ipsum Sirium videtur dicere. Hor. Carm. 3, 29, 18 Iam Procyon furit, Et stella vesani Leonis. Latinis etiam Anticanis dicitur Cic. de Nat. Deor. 2, 114 Anticanis Procyon Graio qui nomine fertur.

PRODEAMBŪLO, Ære. [*ἐκπεριπατήω*] *Prodire deambulatum.* Ter. Adel. 5, 1, 4 Prodeambulare huc libitum est.

PRODEO, iui vel ii, itum, ire. [*προερχομαι, παρ᾽ ἑμὶ*] Foras ire, in publicum. Ex Pro, et Eo, is, D interposita, vt in prodest, prodesse: antiqua illa productione, qua PVCNANDOD et similia dicebant. *Vid.* Lit. D n. 3. Ter. Eun. 5, 7, 4 Nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem. *i.* Ob id exeo, vt, etc. Plaut. Casin. 2, 7, 12 Atque illi ad me prodeunt. Prodire ad colloquium Caes. B. G. 5, 26. E limine Tibull. 3, 3, 3. Ex portu Caes. B. C. 3, 7. Cic. Off. 1, 140 Cauendum est, praesertim si ipse aedifices, ne extra modum sumtu et magnificentia prodeas. In Aciem, *vid.* ACIES. In Conspectum alterius Ter. Phorm. 2, 4, 3. In Funus Varr. de R. R. 1, 69. Ter. Andr. 1, 1, 88. In Hostem Lucan. 7, 231. In Pascua pecudes prodeunt Columel. 7, 10. In Praelium Caes. B. C. 3, 86. Cic. Verr. 1, 98 Prodeundi tibi in Publicum potestatem factam negas. *Add.* Id. Att. 8, 11. Cic. Off. 1, 129 In Scenam sine subligaculo prodeat nemo. Nepos praef. 5. Intus prodire, *vid.* INTVS. Cic. Verr. 2, 65 Eiusmodi literas ad eos misit, vt huic frequentes Obuiam prodirent. Obuium prodire reduci Ouid. Epist. 8, 97. *Procedere:* Virg. Aen. 6, 199 Illae tantum prodire volando, Quantum acie possent oculi seruare sequentum. Intestinum prodit Scribon. 232. Infans prodit vtero matris Ouid. Fast. 1, 33. Est quodam prodire tenus si non datur vltra Hor. Epist. 1, 1, 32. *Pompae muliebris verbum esse obseruat Brouckh. ad Tibull.* 1, 10, 70. Prodimunt, *pro* Prodeunt, *vid.* INFRA. Proditur, Imperf. Cic. de Inuent. 1, 29 c. 20 Ne ab vltimo repetatur: ne ad extremum prodeatur: in praeeptis narrationis.



**PRODICO**, ðre. *Ante dicere*. Varr. de L. L. 5, 7 Hinc illa, Indicit illum, indixit funus, prodixit diem, etc. *Al. Praedixit.* Liu. 3, 57 Tribunus ei diem prodixit. *Vid. viri docti ad h. l.* Tacit. Ann. 2, 79 Affuturum, vbi Praetor reo atque accusatoribus diem prodixisset.

**PRODICTVS**, a, um. Partic. Cic. pro Domo 45 c. 17 Ne, nisi prodicta die quis accusetur.

**PRODICTIONIS**, ðnis. f. *Quae ex Festo affertur, Proditio est, de qua sub PRODO.*

**PRODICTIONATOR**, ðris. m. [*ἀντιδικτάτωρ*] *Qui extraordinariam Dictaturam gerit.* Liu. 22, 8 Prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum. *Plerique MSS. Dictatorem, quod minus mirum, si cogites, quae refert Liu. 22, 31 Omnium prope annales Fabium Dictatorem aduersus Hannibalem rem gessisse tradunt. Caellius etiam eum primum a populo creatum Dictatorem scribit. Sed et Caellium et caeteros fugit, vni Consuli C. Seruilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, ius fuisse dicendi dictatoris: quam moram, quia expectare territa iam clade ciuitas non poterat, eo decursum esse, vt a populo crearetur, qui pro Dictatore esset. Res inde gestas, gloriamque insignem ducis, et augentes titulum imaginis posteros, vt qui pro Dictatore (erat) dictator diceretur.*

**PRODICVS**, i. m. [*Πρόδικος*] *Philosophus Cōus, cuius de Hercule, conculcata voluptate virtutem colente fabulam seruauit Xenophon, et inde Cic. Offic. 1, 118 c. 32. qui*

**PRODICVS** Hercules inde ab ipso Cicerone l. c. vocatur. *Exornauit eam fabulam et ad Scipionem Africanum transfudit Sil. 15, 20 sqq. vbi alios laudant Daufqu. et Drakenb. Quinctil. 9, 2, 36 Sed formas quoque fingimus saepe, vt famam Virgilius, vt voluptatem et Virtutem (quem ad modum a Xenophonte traditur) Prodicus.*

**PRODIGALIS**, **PRODIGALITAS**, *vid. post PRODIGO.*

**PRODIGIALIS**, etc. *vid. infra.*

**PRODIGIVM**, i. n. [*τέρας, τερατόδευμα, τεράσιον*] *quasi Prodicium, vel Porrodicium, quod porro dicat, porro significet, et aliquid futurum esse portendat. Festus, Prodigia, quod praedicunt futura, permutatione G literae: nam quae nunc C appellatur, ab antiquis G vocabatur. Scaliger a prodigendo, siue porro agendo, id est auerruncando, dictum censet Nonius 5, 54 Prodigia, deorum minae, vel irae. Virg. Aen. 3, 365 Sola nouum dictuque nefas Harpyia Celaeno Prodigium canit. Cic. Verr. 4, 107 Etenim multa saepe prodigia, vim eius numenque declarant Cereris. Idem de Diuin. 1, 93 c. 42 Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, praedicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Eadem de Nat. Deor. 2 c. 3. Heu prodigia ventris, i. admiranda in cibis luxuria! Plin. 19, 4 f. 19, 2. Prodigio simile Idem 12, 26. Haec non mirabilia sunt, sed prodigiis similia Cic. pro Ligar. c. 4. Locus notus prodigio Quid. Met. 6, 321. P. Clodius fatale portentum, prodigiumque Reip. Cic. in Pison. 9 c. 4. Plin. Epist. 9, 17, 3 Cinaedos, stultos, moriones prodigia vocat, seu vocari a Genitore suo amico, memorat: quae quidem vel maxime ad Cinaedos appellatio pertinere videtur. Quinctil. 1, 10, 47 Sulpicius Gallus in exercitu L. Paulli de lunae defectione differuit, ne velut prodigio diuinitus facto militum animi terrentur. Laetum, vid. LAETVS. Miserabile diuum Stat. Theb. 11, 454. Prodigia acti caelestibus ossa piabunt Virg. Aen. 6, 379. Plin. 10, 18 de Pico Martio, Respondere vates, exitium imperio portendi si dimitteretur: at si exanimaretur, Praetori. Et ille auem protinus conceperit, nec multo post impleuit prodigium. i. Mortuus est. Quinctil. 7 Pr. 2 Si quam in corporibus nostris aliorumue animalium partem permutes atque transferas, liceat habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Idem 8 Pr. extr. Orationem laudat admirabilem, non sic quomodo prodigia miramur.*

**PRODIGIATOR**, ðris. m. [*τερατοσόπος*] *Qui ex prodigio futura praenuntiat. Festus, Prodigiatōres, aruspices, prodigiorum interpretes. Vid. Buleng. de Sortibus c. 5.*

**PRODIGIOSVS**, a, um. Adi. [*τερατώδης, τερατοσπύος*] *Quod prodigium facit, vel quod praeter naturam est et consuetudinem. Astra prodigiosa Stat. Theb. 3, 523. Corpora Quinctil. 1, 1. Defectus solis prodigiosi et longiores Plin. 2, 30. Honor Claud. in praefat. lib. 2 in Eutrop. 12. Mendacia veterum vatum Ouid. Amor. 3, 6, 17. Compar. Treb. Poll. Tyran. c. 31 Studiose in medio feminas posui ad ludibrium Gallieni, quo nihil prodigiosius passa est Respublica Romana. Partus aliquando singuli, quod prodigiosum putant, de cantibus Plin. 10, 63.*

**PRODIGIOSE**. Adu. [*τερατώδης*] *Praeter naturam vel morem. Plin. 11, 37 f. 80 Lien cum iecinore locum aliquando permutat, sed prodigiose. Plin. 30, 11 Bubonis certe oculorum cinerem inter ea quibus prodigiose vitam ludificantur, acceperim. Quid fieri prodigiosius potuit Saluian. de Gub. 7 p. 281.*

**PRODIGIALIS**, e. Adi. [*τεράσιος*] *Late admodum patens nomen. v. g. Plaut. Amph. 2, 2, 107 Sed mulier postquam experrecta es, prodigiali Ioui aut mola falsa hodie, aut ture comprecatum oportuit, i. prodigia mittenti et in bonum vertenti. Rubens prodigiale cometes, b. e. Prodigialiter; Nomen pro Aduerbio Claud. de Rapt. Prof. 1, 232. Caput prodigiale Claud. Rufin. 2, 434. Daemone prodigiali distentus Paullin. Nol. Natal. Felic. 8, 308. Rerum prodigialium gnari Ammian. 25, 32. Signa prodigialia Prudent. Hamart. 467.*

**PRODIGIALITER**. Adu. [*τερασιώδης*] *Idem quod Prodigiose. Columel. 3, 3 Nam illa videntur prodigialiter in nostris Ceretanis accidisse. Add. Arnob. 1 p. 10. Variare rem vnam prodigialiter Hor. in Arte Poët. 29 ad miraculum vsque.*

**PRODIGO**, ðgi, ðre. [*σπαράω, ἀσπυρόμαι*] *Consumere, ultra modum erogare: compositum ex Pro, et Ago, vt sit idem fere, quod abigere, domo exigere, quod faciunt ii, quos prodigos vocamus, qui Plutum domo exigant. Vid. n. 2. Plaut. Aul. 2, 9, 10 Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Sallust. Fragm. 1, 5 Nisi aliena bene parta prodegerint. Gell. 15, 5 Profligare per prodigere et deperdere explicat. In meliorem partem vititur Claud. Mamert. apud Sidon. Epist. 4, 2 Tuas opes in vsus inopum prodigis. Passue. Laclant. 6, 11 Leuissimorum hominum patrimonia in res superuacuas prodiguntur. Modestinus in l. plebiscito D. de offic. Praesid. Plebiscito continetur, vt ne quis praesidium munus donumue caperet, nisi esculentum potulentumue, quod intra dies proximos prodigatur. i. Consumatur. ¶ 2 Proprie hoc verbo vsus Varro de R. R. 2, 4, 8 Admissuras quum faciunt, prodigunt in lutosos limites. de*

**PRODIGIVM**. Idem 3, 9, 14 Prodigendi in solem et sterquillinum, vt se volutare

volutare possint, quod ita alibiliores fiunt: *de gallinis. Sic 2, 7, 11*  
*Prodigunt pullos equorum in pabulum.*

PRODIGENS, entis. Part. Aur. Vict. de Caes. c. 40 Pecuniam  
 conferre prodigenti.

PRODACTVS, a, um. Adi. Tertull. de Anima c. 48. Idem 5  
 de Pudicit. c. 8.

PRODIGVS, a, um. Adi. [*ἄστυος, ἀκόλαστος, χεῖρος*] Qui bona  
 sua prodigit, profusus. Cic. Off. 2, 55 c. 16 Omnino duo genera sunt  
 largorum: quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales. Prodigi,  
 qui epulis et viscerationibus, et gladiatorum muneribus, ludorum,  
 venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quantum  
 memoriam aut breuem, aut nullam omnino sunt relicturi. Plaut.  
 Mostell. 4, 1, 19 Prodigus sui peculii. Suae alienaeque et fortunae  
 et pudicitiae prodigus Patere. 2, 48, 3. Alieni prodigi, contemto-  
 res sui Tacit. Germ. c. 32. In bonam partem Hor. Carm. 1, 12, 38 15

Animaeque magnae

Prodigum Paulum superante Poeno

Gratus insigni referam camoena

Fabriciumque.

Acron recte interpretatur

Contemptorem vitae. Conf. Ouid. Am. 3, 9, 64. Drakenb. ad Sil. 1, 20  
 225. Add. mox Sanguinis, it. Pectora vitae prodiga. Homo largi-  
 tor et prodigus Cic. in Catil. 4, 10 c. 5. Aeris prodigus Hor. in  
 Arte Poët. 164. Animae prodigus modo adfuit. Auri prodigus  
 Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 151. Lucri neglecti Idem de Bell. Get.  
 608. Nocendi Stat. Theb. 6, 767. Rerum prodiga luxuries Lu- 25  
 can. 4, 473. Sanguinis atque animae Ouid. Amor. 3, 9, 64. Pro-  
 digus re aliqua Plin. 9, 17. Cic. ad Brut. 15 Quod in honoribus  
 decernendis esse nimius, et tanquam prodigus. Fides prodiga ar-  
 cani Hor. Carm. 1, 18, 16. Locus prodigus multae herbae Idem  
 Epist. 1, 7, 42. Mens prodiga Plin. 36, 15. Odor Idem 13, 3-30  
 Pectora prodiga vitae Stat. Theb. 3, 69. Tellus prodiga diuitias et  
 alimenta suggerit Ouid. Met. 15, 311.

PRODIGE. Adu. [*ἀσώτως*] Effuse. Cic. Philipp. 11, 13 c. 6  
 Sed non possunt non prodige viuere, qui nostra bona sperant, quum  
 effundunt sua. Sen. Epist. 88 Homini homine non est prodige 35  
 vtendum.

PRODIGITAS, atis. f. Antiquum. [*ἀσώτεια*] Profusio. Lucil.  
 Sat. 6 Nequitia occupat, hoc petulantia, prodigitasque. Ex Non.  
 8, 695.

PRODIGENTIA, ae. f. [*ἀκολασία*] Tacit. Ann. 13, 1, 4 Cu- 40  
 ius abditis adhuc vitis per auariciam ac prodigentiam mire congrue-  
 bat, Conf. Idem Ann. 15, 37, 1. et 6, 14, 1.

PRODIGVVS, a, um. Adi. Vnde et Prodiguae hostiae vocan-  
 tur, vt ait Veranius, quae consumuntur: vnde homines quoque lu-  
 xuriosi, prodigi. Festus. 45

PRODIGALIS, e. Adl. pro Prodigus, nondum habet auctorem.

PRODIGALITAS, atis. f. Porc. Latro Decl. in Catil. Summum  
 pecuniae desiderium, summa simul prodigalitas.

PRODINVNT, Prodeunt, vt Ennius Annal. 3 Prodinunt famuli,  
 tum candida lumina lucent. 50

PROBITIO, vid. PRODO.

PRODIVS, [*ἐγγύστερον*] dictum est Interius, longius, inquit  
 Non. 1, 231 A prodeundo, quasi porro eundo. Varro Virgula diuina,  
 Primum venit in urbem, atque intra muros, deinde accedit prodius,  
 atque introiit domum. i. e. Intra priuatos muros.

PRODO, didi, ditum, etc. [*πρόδομαι, προδίδομαι*] Porro dare,  
 ait Seruius ad illud Virg. Aen. 1, 252 Nauibus, infandum, amissis  
 vnus ob iram Prodimur, atque Italis longe disiungimur oris. Se-  
 ipsum interpretatur Virgilius, quum ait, Longe disiungimur oris. Est  
 ergo prodere contrarium verbi seruare. Sic Lucret. 2, 932 Oriri posse 60  
 ex non sensu sensus mutabilitate Ante aliqua tanquam partum, quam  
 proditur extra. Igitur dixit Lucretius, Partum extra prodi. Sic MS.  
 Ouid. Met. 5, 517 Proditam partu, al. Edita. Lucret. 6, 835 Et co-  
 namen vtrinque alarum proditur omne, i. frustra impenditur, vt ea  
 quae proiciuntur. Metaph. Virg. Aen. 4, 431 Non iam coniugium 65  
 antiquum, quod prodidit, oro, i. quod dimisit, neglexit. Cic. Acad.  
 4, 133 Scelus enim dicebas esse, Luculle, dogma prodere. i. dimitte-  
 re, non seruare ac tueri. Sic fidem prodere est non seruare Sallust. Ca-  
 til. 25. Conf. Heins. ad Ouid. Fast. 2, 454. Et Legem prodere l. 2 ff.  
 Ad L. Iul. de adulter. non ex ea agere. Officium prodere aut fidem 70  
 Cic. Acad. 4, 23 non seruare. ¶ 2 Quae intus non seruan-  
 tur, sed dantur foras, ea in conspectum aliorum veniunt. Est ergo Pro-  
 dere etiam indicare, patefacere. Virg. Aen. 2, 127 Prodere voce sua  
 quemquam, aut apponere morti. Ter. Heaut. 4, 3, 29 Tu quidem  
 illum plane prodis. al. perdis. Sententia eadem Cic. Tusc. 2, 32 An 75  
 coli iustitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante com-  
 missa, prodente confcios, multa officia relinquente? Furor prodit-  
 tur vultu Senec. Hippol. l. 363. Indicio suo proditur Ouid. Epist.  
 11, 72. Infidias prodere Idem Met. 13, 106. Quintil. 4, 2, 89  
 de cautione circa ea, quae finguntur, Nam quae tota extra rem petita 80  
 sunt, licentiam mentiendi produunt. Otio prodimur Plin. Paneg. 82.  
 Artes suas prodere Ouid. Rem. Amor. 11. Prodere interregem, est  
 nominare, renuntiare Liu. 6, 41. add. Id. 5, 31. Sic, Prodere flaminem,  
 apud Cic. pro Milon. 27 c. 10. et 46 c. 17. Pompon. in l. 2 D. de  
 orig. iuris, Itaque Dictatores proditi sunt. ¶ 3 Cum quae 85  
 produuntur non seruentur, saepe Prodere idem est, quod periculo obicere.  
 Proprie Sen. Oedip. 43 Sonipes Concidit, dominumque prono Prodi-  
 dit armo, proiecit, et ita obiecit periculo. Sil. 17, 138 Corruit asper  
 equus, confluxaque cuspide membra Huc illuc iactans rectorem prodi-  
 dit hosti. Idem 5, 570 Vani frigentem in Marte senectam Prode- 90  
 bant ietus, i. destituebant, et exponebant periculo ab hoste. Et 15, 712  
 Occubuit clipei transfixo proditus aere. Et 16, 433 Proditus auriga  
 elapso flagello vt non posset amplius incitare equos. Caes. Bell. Gall.  
 4, 25 Desilite milites, nisi vultis aquilam hostibus prodere, i. relin-  
 quere. Vox signiferi se ex naue deicientis, et aquilam ferentis in hostes. 95  
 Virg. Aen. 12, 40 Latinus ad Turnum, Ad mortem si te prodiderim,  
 i. permittam, vt congregiaris cum Aenea. Plin. 10, 22 Per id tem-  
 pus canum silentio proditis rebus Capitolio in periculum adducto.  
 Iustin. 19, 3 Ne — inter hostium exercitus relictos morte sua prode-  
 deret, destitueret in periculo. Idem 12, 6 rogat exercitus Alexandrum, 100  
 Ne ita vnus Cliti mortem doleat, vt vniuersos prodatur. Liu. 26, 36.  
 Publica prodendo tuanequidquam serues. Vides prodere esse contra-  
 rium vsu Seruare. Sic Cic. de Diuin. 2 c. 16 Urbem proditis, dum ca-  
 stella defenditis. Ter. Heaut. 3, 1, 69 Prius proditurum te tuam  
 vitam, et prius Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium. Idem 105

Adelph. 4, 5, 58 Prodidisti et te, et illam miseram, et gnatum. Ter. Hec. 4, 4, 50 Eho an non alemus Pamphile? prodemus quaeſo potius? Donatus, Deferemus, proiciemus, porro dabimus. Amici partim me deseruerunt, partim prodiderunt Cic. Q. Frat. 1, 3.

4 Prodere est Proferre, prolatare, differre, interprete Donato Ter. Andr. 2, 1, 13 Credo impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis prodatur dies. Sic etiam Bentl. Lucil. Sat. 5 apud Non. 4, 350 Possisne elabi, an prodenda dies. Add. Cic. pro Domo 45. Prodidisse, non solum dicitur in illis, qui patriam hostibus prodiderunt, sed etiam Tempus longius fecisse: Cato, Te C. Caecili diem prodidisse militibus legionis tertiae, quum proditionem non haberent Festus. *Vltimum verbum in haberes mutat Scal.*

5 Ex illa generali significatione, et pro et dare ducta, Prodere est etiam Propagare. Virg. Aen. 4, 230 Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucris Proderet. Cic. Verr. 5, 36 Imagines ad memoriam, posteritatemque prodendam. Regnum a Tantalo proditum Idem Off. 3 c. 21. Non accipere modo haec a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere. Posteris rem a patribus acceptam Cic. pro Milon. c. 30. Idem in Somn. Scip. 16 Si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes vnusquisque nostrum a patribus acceptas posteris prodere, tamen, etc. Exemplum prodere, i. edere quod ad posteros pertinet Liu. 1, 11 extr. Tac. Hist. 1, 3. Sic Cic. pro Flacco 24 c. 11 Ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. Cic. Verr. 5 c. 14 Ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae. Sic et pro Rabir. Post. 7. Prodere, pro Scribere et componere, quod posteri legant, quasi dare posteris. Plin. 6, 23 Regnabat ibi quum haec proderem, Celebratas. Cic. pro Arch. 15 Quaecret quispiam, Quid illi ipsi summi viri, quorum virtutes Literis proditae sunt, istane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt? Cic. pro Milon. 8 c. 3 Itaque hoc iudices, non sine causa fictis fabulis doctissimi homines Memoriae prodiderunt. Sermonem memoriae Cic. de Orat. 3, 14. Prodidit memoria Columel. 1, 4. Caes. Bell. Gall. 1, 17 Ne committeret, vt is locus, vbi constitissent, ex calanitate Pop. Romani, et internecone exercitus nomen caperet, aut Memoriam proderet. i. Ad posteros transmitteret, vt perpetua esset memoria. Cic. Off. 2, 63 Danda opera est, vt his beneficiis quam plurimos afficiamus, quorum Memoria liberis posterisque prodatur. Cic. de Legib. 1, 62 Factaque et consulta fortium et sapientum cum improborum ignominia sempiternis Monumentis prodere. Prodit fama, pro Refert Cels. 2, 6. Cic. Off. 3, 97 Vtile videbatur Vlyssi, vt quidam Poetae Tragici prodiderunt. Produunt vix quinto anno reuerti negotiatores, subaud. Auctores Plin. 12, 19. Proditur, Imperf. Plin. 8 c. vlt. Iam quaedam animalia indigenis innoxia, aduenas interimunt: sicut serpentes parui in Tyrinthe, quos terra nasci proditur. Cic. Verr. 1, 47 c. 18 Quum in ea ipsa loca venisti, potuisti accipere id, quod est proditum memoriae ac literis. Caes. Bell. Gall. 5, 12 Quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt.

6 Hoc verbum speciatim adhibetur de his, qui perfidia quadam hostibus tradunt quae seruare debebant. Vt Sall. . . . Prodere arcem hostibus. Cic. in Pison. 56 Caput et salutem alicuius mercede prodere. Idem in Verr. 5, 105 Classem praedonibus. Patriam et Parentes Lucret. 3, 86 quamquam hic locus ad metum potius quam ad perfidiam pertinet. Patriam Cic. de Fin. 3, 32. Salutem viri Eriphyla prodidit Idem Verr. 4, 39.

PRODITVS, a, um. Partic. [*πρόδοτος, πρόδοτος*] Cic. Att. 3, 5 Quandoquidem ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, omnia mea praesidia neglexi. A socio proditus Ouid. Met. 13, 66. Proditus et proiectus Caes. B. C. 1, 30. Causa prodita Martial. 8, 17. Consul proditus ac nudatus Cic. Verr. Act. 1, 11. Liu. 26, 12 Se et praesidium in omnes Cruciatu proditos. Cic. pro Domo 45 Quarta sit accusatio trinum nundinum, prodita die, qua die iudicium sit futurum. h. e. Edita, declarata. Imago ad memoriam posteritatis prodita Cic. pro Rabir. Post. c. 7. Ira prodita turbato vultu Lucan. 3, 356. i. Manifestata. Proditio nobis prodita est, et prodita a duce, quaerimus proditorem Quinctil. 7, 2. Vox prodita Valer. Argon. 5, 523. Proditus, Foras editus, et prolatus: Lucret. 3, 603 Quid dubitas tandem quin extra prodita corpus, Imbecilla foras, etc. de anima.

PRODITOR, oris. m. [*πρόδοτος*] Qui prodit vel prodidit. Cic. de Finib. 3, 64. Nec magis vituperandus est proditor patriae, quam communis vtilitatis aut salutis defertor. Ouid. Amor. 2, 8, 26 Et veniam culpae proditor ipse meae. Cic. Fam. 12, 3 Sed tamen ea dixit de conseruatoribus patriae, quae dici deberent de proditoribus. Conf. Id. pro Milon. c. 30. Proditor aut defertor salutis meae Cic. post redit. ad Quir. 13 c. 5. Sil. 16, 620 Septem denudas proditor arces, i. destituit, vt hostis facilius possit capere: de Scipione in Africam parante traicere, cum Annibal esset in Italia. Quinctil. 12, 9, 15 Neque enim solum negligentis, sed et mali, et in suscepta causa perfidi ac proditoris est, peius agere quam possit. Risus proditor puellae latentis ab angulo Hor. Carm. 1, 9 extr. Initio proditor, deinde perfuga Cic. pro Rosc. Amer. 17. Occultus proditor Claud. in Conf. Stil. 1, 113. Induere proditorem Tacit. Ann. 16, 28. Hilarus de Signis caelest. in Catal. Proditor est Helles, est portitor Europae, i. Aries et Taurus. Sic Gron. Obs. 3, 20 p. 616.

PRODITRIX, icis. f. Lactant. 1, 10 Bacchus patris proditricem, fratris interemtricem in coniugium sibi vindicauit. Fama proditrix Prudent. Perist. 1, 11.

PRODITIO, onis. f. [*πρόδοσις*] Liu. 4, 30 Quum ab Tribunis parari COSS. vnus ex collegio proditione excepissent, etc. Quinctil. 7, 1, 42 Qui reo proditionis patri non adfuerit exheres sit. Prodicionis damnatus cum aduocato exulet. Arcanorum proditio Plin. 7, 45 fin. Prodicionem amicitiarum et Rerumpubl. Cic. Acad. 4, 27. Infida proditio Ouid. de Arte Am. 3, 578. Potens prodicione Idem Met. 8, 56. Merces prodicionis Lucan. 4, 221. Falsa sub prodicione aliquem neci demittere Virg. Aen. 2, 83. Multorum in nos perfidiam, insidias, prodicionem notabis Cic. Fam. 5, 12. 2

Proditio, i. prolatio dici Catonis est apud Festum in Prodidisse, vt paullo ante obseruauimus.

PRODOCEO, ui, ere. Foris, palam, et publice docere. Pro enim in compositione saepe idem valet, quod Foris, seu foras et palam. Hor. Epist. 1, 1, 55

O ciues, ciues; quaerenda pecunia primum est, Virtus post numos: haec Ianus summus ab imo Prodocet: haec recinunt iuuenes dictata senesque, etc.

Al. Perdocet. Sed recte Prodocet Lambin. Bentl.

PRODRŌMVS, i. m. [*πρόδρομος*] Latine Praecursor dicitur. Cic. Att. 1, 12 Nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant aperte Pompeium acturum. Eidem 16, 6 pr. Ego adhuc (perueni enim Vibonem ad Sicam) magis commode, quam strenue nauigauī: remis enim magnam partem, prodromi nulli. Manutius hunc locum de prodromis Aquilonibus putat intelligendum, qui octo ferme diebus exortum Caniculae antecedunt. Columel. 11, 2, 51 Sexto Idus Iulias prodromi flare incipiunt. Vid. Plin. 2, 47. et 18, 28. Ficus et praecoces habet, quas Athenis prodromos vocant Plin. 16, 26 f. 49 f.

PRODVCO, xi, Etum, ēre. [*τένω, ἐπένω, ἀποτένω*] Primo est in longum ducere, prolongare. Et tam de tempore, quam de corporeis rebus dicitur. Cic. de Senect. 46 c. 14 Coniuiumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimur. Animam producere, i. Longius viuere Lucan. 4, 796. Coenam Hor. Serm. 1, 5, 70. Diem Ter. Adelp. 15 4, 2, 52. Nudus et hibernae producis Frigora brumae Tibull. 1, 4, 5. Ignem longius produxit subita vis venti Paullus in l. Qui occidit in fine D. ad leg. Aquil. Lectum Varr. de L. L. 8, 4. Moram alicui malo producere, Differre, protendere, prolatere, inquit Donatus: Ter. Andr. 3, 5, 9. Noctem vino Martial. 2, 89. Pelles dentibus producere, Extendere Idem 9, 77. Rem producere, Differre Caes. B. C. 1, 83. Cic. de Clar. Orat. 251 Tamen incurro in memoriam communium miseriarum, quarum obliuionem quaerens, hunc ipsum Sermonem produxi longius. Sermonem in multam noctem Cic. in Somn. Scip. 1. Sperm vitae Tacit. Ann. 12, 8. Cic. de Senect. 60 Marcum quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimum annum Vitam produxisse.

¶ 2 Deinde, foras s. extra ducere. Cic. Fam. 10, 30 Repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit, et sine mora concurrat. Funus ad tumulum Lucan. 2, 298. Ipse Virg. Aen. 9, 487 Nec tua funera mater Produxi. Producere cunctantem bouem indomitum Columel. 6, 2. Idem 6, 2 Post eiusmodi experimenta vacuo plauistro subiungendi, et paulatim longius cum oneribus producendi sunt. Ad solem producere Columel. 11, 3. Cic. Verr. 5, 155 c. 60 Capitibus inuolutis ciues Romanos ad necem producere instituit. Idem ibid. 5, 120 c. 45 extr.

35 Producentur e carcere, et deligantur ad palum. In aciem equitum decem millia produxit, praeliumque commisit Nep. 1, 5, 4. In aciem exercitum Plaut. Amph. 1, 1, 63. In concionem producere aliquem Cic. in Pison. 14. Idem Verr. 1, 112 Quum eum, quem virgis iste ceciderat in prospectum Populi Romani produxit. Hor. de Arte Poet. 59 Signatum praesente nota producere nomen, Sed variatur. Al. Procudere, al. etiam numum. Coram productus Cic. pro Flacc. 35. Auctorem vel testem Cic. Verr. 5, 154 c. 59. Idem ibid. 1, 13 Producam testes, et producam plures eodem tempore.

45 Cic. Verr. 5, 130 c. 50 Harum rerum omnium auctores testesque produco. In iudicium producere, Vocare, vel cogere: Cic. Verr. 5, 112 Grauiorem apud sapientes iudices se fore ab inferis testem, quam si viuus in iudicium produceretur. Aliquem producere, absolute, pro In ius producere: Cic. Verr. 4, 19 Producam caeteros, reticebunt quae poterunt, libenter: dicent quae necesse erit, gratis. Producere aliquem rus, comitari, deducere Ter. Adelp. 4, 2, 23.

¶ 3 Metaph. ex utroque intellectu Producere aliquem, pro Detinere, et verbis remorari. Cic. pro Quint. 30 Annum et sex menses nihil petit: quiescit: conditionibus hunc quoad potest producit. Dicitur et Trahere, vid. TRAHO. Producere aliquem falsa spe, Deludere et detinere Ter. Andr. 4, 1, 24. Producere aliquem ad aliquid, pro Inducere Plin. 9, 35. Amator me duce productus Ouid. Amor. 3, 12, 11. Sed leg. Perductus. Nubila producere menti, vt obducere Stat. Silu. 5, 3, 13. Sed vt productus studio et viribus ultra facile procurras Auct. ad Heren. 4, 61. Idem 1, 4 Producti sumus, vt de orationis partibus loqueremur. Et 4, 58 De qua producti sumus, vt plura diceremus. προαχθῆνας Graeci.

55 Producere aliquem, Promouere hominem, et in medium honorifice proficere; cui opponitur Subducere. Cic. pro Domo 21 de Catone in Syriam ablegato, Quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. Liu. 40, 56 Ab hoc sermone omni genere honoris producere eum non destitit. Ad dignitatem producere Cic. de Fin. 3 c. 16. Non possis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos producere Cic. de Amic. c. 20. Nisi illum magnitudo patris non produceret, sed obrueret Sen. Exc. contr. 4 praef. Quid est, quod dubitemus, quin per eosdem gradus producendus sit, per quos frater eius productus fuit Suet. Claud. c. 4. Pronuntiatio, quae histrionem posset producere Sen. Exc. Controu. 1. 3 praef. i. insignem reddere ac nobilem. Alias Histrionem producere dicitur etiam munerarius, vt Suet. Claud. 21. Conf. Quinet. 3, 6, 18.

¶ 4 Formulae aliae: Produci proprie venales dicuntur Plaut. Merc. 4, 5 suppos. 44 Hanc resciscens pater produxit, venalem praebuit. Ter. Eun. 1, 2, 53 Pretium sperans illico producit, vendit. Idem Heaut. 1, 1, 92 Omnes produxi ac vendidi. Producere filiam, Prostitueret Plaut. Afin. 3, 1, 40. Iuuen. Sat. 6, 240 Vtile porro Filiolam turpi ventulae producere turpem. Conf. Casaub. ad Suet. p. 145. Comment. ad Petron. c. 25. Verum Producere filios, Gignere Plaut. Capt. 3, 5, 105. Partus Sil. 1, 112. Scelus Ter. Adelp. 3, 2, 16. i. filium scelestum generare. Sobolem Hor. in Carm. saecul. 17. Multa cura fata produciuntur ad segetem Senec. de Benefic. 2, 11. Accipe nostro Dira quod exemplum feritas produxerit aevo Iuuenal. 15, 32. Memoriam alicuius scriptorum monumento producere, i. Propagare Senec. in Consolat. ad Polybium.

70 PRODVC TVS, ior, istinus. Pro longo. Cic. de Orat. 3, 213 Et principia tarda sunt, et exitus tamen spili et producti esse debent. Idem de Finib. 4, 29 Non sunt in eo genere tantae commoditates corporis, tanque productae temporibus, tanque multae. Dolores longinquitate producti, vehementius torquent Cic. Tusc. 5, 117 c. 40. Haemorrhoides productae Scribon. 230. i. eminentes. Cic. de Nat. Deor. 2, 66 Datum est igitur Neptuno alterum, Iouis vt volunt fratri, maritimum omne regnum: nomenque productum, vt Portunus a portu, sic Neptunus a nando, paulum primis literis immutatis, i. derivatum adiecta syllaba. Syllaba producta atque longa Cic. de Orat. 3, 181 c. 47.

¶ 2 Productus idem quod Illectus: Caes. B. C. 3, 100 Ex nauibus longius productam vnam cepit. Nepos 15, 5, 3 Dolo productum in praelium fugauit. Conf. Ciaccon. ad Caes. l. c. ¶ 3 Producta apud Stoicos, προσημένα, praecipua, non ea, quae primario loco sunt, sed ea, quae secundum locum obtinent, producta nominantur Cic. de Fin. 3 c. 16. Conf. ibid. 5 c. 30. Vid. PRAEPOSITA. Compar. Dolor productior Cic. Tusc. 3 c. 17 extr. Hor. de Arte

105

Poët. 189 Neue minor, neu sit quinto productior actu, Fabula, etc. Productiora alia et quasi immoderatus excurrentia Cic. in Orat. c. 53. Nox productior Sen. Epist. 12. Status longior et productior Columel. 7, 12. Superl. Flagellum vitis productissimum Idem 3, 10.

5 b. e. Longissimum.

PRODUCTE, Adu. cui Breuiter opponitur. Cic. in Orat. 159 c. 48 Inclitus dicimus breui prima litera, infanus producta: inhumanus breui, infelix longa; et ne multis, quibus in verbis eae primae literae sunt, quae in sapiente atque felice, producte dicitur: in caeteris omnibus breuiter. Vid. Correpte, in CORRIPIO. Correpte et Producte sibi opponuntur Gell. 2, 17. Compar. Idem 4, 17 Syllaba productius latiusque pronuntiata. Temporalis vita breuius productiusque non tenditur, quam Deus dispositor temporum nouit vniuersitatis moderamini consonare Augustin. Ep. 28.

15 PRODUCTIO, ònis. f. [*παραγωγή, ἔκτασις*] Cic. in Topic. 36 Nihil putat esse notandum nisi Post, et Liminium illud, productionem esse verbi vult, i. terminationem additam. Productio, cui opponitur Contractio: Cic. de Orat. 3, 194 c. 50 In his si paulum modo offensus est, ut aut contractione breuius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant. Cic. de Finib. 3, 45 c. 14 Quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus *ἐπιχειρίδιον*) non fit maior productione temporis: habent enim suum modum quaeque opportuna dicuntur. Stoicorum *προηγμένα*, vertit Productiones Gell. 12, 5. Productio syllabae Idem 2, 17.

25 PRODUCTOR, òris. m. Vet. Gloss. Productor, *προηγγωγός*. Vid. Casaub. ad Cic. Att. 16, 1. In MSS. confunditur cum Perductor, v. v.

PRODUCTILIS, e. Adi. Quod extendi potest. Gloss. Productile, *ἐλατόν*.

30 PRODVX, ùcis. Idem quod Productor. Tertull. de Carne Christi c. 20. Vetus auctor, Amorem Firmat ut accepto produce totus eat. Vid. Barth. in Stat. Theb. 2 p. 545.

PROBBIVM, vid. PRAEBIA.

PROËGMENON, i. n. [*προηγμένον*] i. Productum, promotum, praecipuum, ut illam Stoicorum vocem interpretatur Cicero. Vid. PRAEPOSITA.

PROËMINEO, ère. [*προκίπτω*] Gloss. Gr.

PROETVS, i. m. [*Προῖτος*] Abantis Argiuorum regis filius, cui successit in regno. Hic, teste Homero Odyssaeae 11 Antiam habuit uxorem, ex qua filias quatuor habuit, quae, teste Pherecyde, quum in forma seu pulchritudine se lunoni praetulissent, offensa dea eis furorem talem immisit, ut vaccas se esse arbitrarentur, et aratra timentes, siluas peterent; unde Virg. Ecl. 6, 48 PROETIDES impleverunt fallis mugitibus agros. Postea autem belleboro sanatae a Melampode perhibentur, a cuius nominis unum bellebori genus appellatur melampodion. Iac. Gronov. Cic. Att. 2, 17 pro Phocis restituit, posuit certe, Proetis Curiana: licet Praetis scribat.

PROFANVS, a, um. Adi. [*βέβηλος*] Irreligiosum significat, non sanctum: quasi sit Porro a fano: Impium, scelestum, aduersum omnem religioni. Plaut. Fragm. 2, 21 Sacrum, an profanum habeas, parui penditur. Festus, Profanum, quod fani religione non tenetur. Profanum dictum id, quod, quum sanctum fuisset, postea in usu hominum factum, hoc est extra fanum: Ex Aggeno de Limitibus-agrorum p. 61 extr. Gof. Profanum Varro interpretatur, Quod est ante

55 fanum, fano coniunctum, de L. L. 5, 7. Locum damus in POLLVCTVS sub POLLVCEO. Profanum, simpliciter, usu vulgatum. Tacit. Ann. 13, 57 Tegmina corpori direpta iniiciunt, quantum magis profana et usu polluta, tanto magis oppressura ignes. Cic. Verr. 4, 122 Has tabulas M. Marcellus, quum omnia illa victoria sua profana fecisset, tamen religione impeditus non attigit. Virg. Aen.

60 12, 779 Colui vestros si semper honores, Quos contra Aeneadae bello fecere profanos. Miscere sacra profanis Hor. Epist. 1, 16, 57. Profanus, Sacris non initiatus, inquit Seruius, qui fanum intrare non poterat: Virg. Aen. 6, 258 Procul ô procul este profani Conclamat

65 vates. Error profanus Claud. in Ruff. 1, 75. Ouid. Fast. 6, 440 Mistaque erat flammae Flamma profana pia. Locus profanus, et Consecratus, contraria Cic. in Partit. 36. Loca sacra et religiosa profana habere Idem de Arusp. Resp. 9 c. 5. Manus Claud. in Ruff. 1, 116. Mens Ouid. Met. 2, 831. Oculi Idem ibid. 3, 710. Pa-

70 gina Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 301. Testis Ouid. Met. 5, 545. Verba profana, Ominosa, infausta Tacit. Ann. 4, 70. Verba profana lapsa nimio mero Ouid. Trist. 3, 5, 48. Usus profanus, Communis et vulgaris, non sanctus Plin. 15, 30. Vulgus Hor. Carm. 3, 1, 1. Pro incesto Tacit. Ann. 4, 2, 2 ubi Acte Neroni dicit Peruulgatum esse incestum, gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. Neutrum substantivae poni videtur: ut, Plin. 16,

75 4 Hinc ciuicæ coronæ, militum virtutis insigne clarissimum: iam pridem vero et clementiae imperatorum, postquam ciuiliū bellorum profano meritum coepit videri ciuem non occidere.

80 PROFANO, are. [*βεβηλώω*] Apud antiquos Profanare erat consecrare. Sic vititur Cato R. R. 50 et 132, 2. Varro de L. L. 5, 7 p. 54, 30 Profanatum, quod in sacrario pollutum, vid. POLLVCEO. Macrobi. Sat. 3, 6 Ex Masurio Sabino, M. Octavius Herennius — bene re gesta decimam Herculi profanauit. Auct. de Orig.

85 Gent. Rom. 6 Recaranus sub Auentino Inuentori Patri aram dedicavit — et apud eam decimam sui pecoris profanauit, etc. Totus ille locus hic pertinet. ¶ 2 Deinde mutata significatione ex sacro humanis usibus promiscuum facere. Liu. 31, 44 Dies festi, sacra, sacerdotes, quae ipsius maiorumue eius honoris causa instituti essent, oinnia profanarentur. Mors profanat omne sacrum Ouid. Amor.

90 3, 9, 19. PROFANĀTVS, a, um. Partic. [*βεβηλωθεὶς*] Varr. L. L. 5, 7 Profanatum quod in sacrario pollutum, leg. polluctum, v. v. ¶ 2 Chaos profanatum hospite viuo, Theseo, Hercule, nunc Amphiarao, qui viui ad inferos venere Stat. Theb. 8, 52. Funus profanatum acerbo vulnere Idem ibid. 9, 8. Manus Ouid. Met. 2, 755. Res profanata Pallad. 1, 35, 2. i. diuulgata. Sacris profanatis Petron. c. 89. Terrae Stat. Silu. 3, 3, 2.

PROFANATIO, ònis. f. [*βεβηλώσις*] Plin. 16, 4 Postquam ciuiliū bellorum profanatione meritum coepit videri, ciuem non occidere. al. Profano. Tertull. de Idol. c. 18 Habent profanationis suae maculam.

PROFANĀTOR, òris. m. Prudent. Apoth. 178 Cede, profanator Christi, iam cede Sabelli.

105 PROFĀNE, Adu. Profane ac petulanter illudere Lactant. 6, 23.

**PROFANITAS**, ātis. f. Tertull. de Pall. 2 Vt autumat superiorum profanitas.

**PROFARIS**, vel profare, profatur, profari. [*πρόφημι, ἐκφώνεω, ἔξεμειν*] Publice dicere, vel etiam futura praedicere. Vlp. de Aedil. edict. l. prima §. exempli, Apud Viuium quaeritur, si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, et aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur? Petron. 89 Cui, Delio profante, caesi vertices. Auct. de progen. Aug. Is Helenus Aeneae futura praedices, monitus interpres Deorum profatus fuerat. Catull. de nupt. Pel. 383 Talia profantes quondam felicia Pelei, Carmina diuino cecinerunt pectore Parcae. Hinc recte Liuius restituit Gron. 22, 1 Quemadmodum cordi esse Diui carminibus profarentur. Sed etiam Dido Troianis respondens breuiter profatur Virg. Aen. 1, 561. Sic Hannibal Clamore magno profatur Sil. 11, 211. Voce sacra profari dicitur Tellus Ouid. Met. 2, 278. Sed sicca Voce loquuta Burm. Mente laeta profatur Sil. 3, 674 Sacerdos. Pythia profatur Lucret. 1, 739. Idem 5, 113. Actius apud Varron. L. L. 6, 3 Veteres castrenses castres res volo profari. Vera profari impune Petron. c. 121.

**PROFANS**, antis. Petron. c. 89 Delia profante.

**PROFATVS**, a, um. Partic. Lucret. 6, 80 Quanquam sunt a me multa profata, Multa tamen restant: Sic Creech etc. Al. Profecta.

**PROFĀTVM**, i. n. Gell. 16, 8 Axiomata Varro, alias profata, alias proloquia appellat.

**PROFĀTVS**, ūs. m. [*ἐκφώνησις*] Gell. 18, 11 Quae voces mihi quidem neque abhorre a Poetica facultate visae sunt, neque dictu, profatuque ipso tetrae aut insuauis esse. Quid nunc profatu vocis incerto sonas Sen. Apocol. 3. Effrenus profatus Stat. Silu. 5, 3, 103.

**PROFECTIO**, etc. vid. PROFICISGOR.

**PROFECTO**. [*ἐπιτελει, ὄντως*] Adu. confirmantis, dictum quasi pro facto, et significat Nimirum, sane, certe. Et plerumque ad responsionem adhibetur. Ter. Adolph. 1, 1, 3 Profecto hoc vere dicunt, si absis vsquam, etc. Cic. pro S. Rosc. Am. ut videtur Quis haec renuntiat? is profecto qui interfuit. Idem de Senect. 12 Quorsum igitur haec tam multa de Maximo? Quia profecto videtis, nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem. Add. Caes. B. G. 8, 21. Profecto enim negare non potes, te ex lege Rupilia fortiri iudicium debuisse Cic. Verr. 2, 42 c. 18 pr. Profecto non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul Iudices audissem Cic. pro Font. 23. Non est ita iudices, non est profecto Idem pro Flacc. 35. Certe: Idem de Nat. Deor. 1, 5 Alterum profecto fieri non potest, ut earum nulla; alterum certe non potest, ut plus vna vera sit. Idem Fam. 1, 5 med. Primam corripuit Hor. A. P. 315 Ille profecto Reddere personae scit conuenientia cuique.

**PROFECTVS**, vid. PROFICIO, et PROFICISGOR.

**PROFERA**, ae. f. Dea: de qua Mart. Capell. 8 p. 270 Ne prioris Proferae admiratio labatur. Sed quum nusquam ne apud Martianum quidem talis sit vestigium Deae, praestat sequi coniecturam Grotii, prope substituentis, quod apprime ad rem facit: prioris respicit ad feminarum dotalium illam, cuius proxima mentio fuerat, Arithmeti- cam. Huius ne prope laboretur admiratio, diutule remoratur Phoebus aliam dotalium intromittere in Senatum illum Deorum etc.

**PROFERO**, fers, tūli, lātum, ferre. [*προφέρω, ἐμβάλλω*] Extra ferre, exferre, promere. Plaut. Afin. 4, 1, 50 Nescit tussiat, ut cuiquam linguam in tussiendo proferat. Audaciam proferre, Ostendere Cic. pro Quint. 88. Caput proferre Ouid. Met. 6, 372. Cic. pro Caecin. 71 Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, qua denique digitum proferat, non habet. Dolum proferre Plaut. Cas. 3, 5, 47. Gaudium oculis Plin. in Paneg. c. 75 extr. al. praef. Passus Lucret. 4, 824. Imaginem Quintil. 6, 1. Libellos Tacit. Ann. 2, 30. Libros proferrem, si negares Cic. de Nat. Deor. 1, 114. Pecuniam ex arca Idem pro Rosc. Com. 39 c. 10. Verba Ouid. ex Pont. 4, 4, 49. Caes. B. C. 2, 22 Arma tormenta que ex oppido, ut est imperatum, Proferant. Proferre corporis robur in maria Plin. in Paneg. c. 84 extr. In solem Plin. 21, 17. Beneficium in aliquem proferre, Ostendere gratum animum. Cic. pro Muraen. 70 Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum: hanc in nostris petitionibus operam atque affectationem. Stat. Theb. 12, 9 Vix primo proferre gradum, et munimina valli Soluere, progredi. Gradum, Festinare Plaut. Men. 5, 2, 2. Passus viae, incedere Lucret. 4, 824. Pedem proferre Hor. in Arte Poet. 135. Sed hic mel. Referre. ¶ 2 Proferre [*ἐξαναγορεύω*] Palam facere, prodere, vulgare, pronuntiare. Ter. Hec. 1, 2, 78 Hoc ego proferre, incommodum esse mihi arbitror. Add. ib. v. 32. Proferre palam Ter. Adolph. 3, 2, 39. Nominatim, vid. NOMEN. Contraria: Cic. Att. 15, 13 Orationem tibi misi: eius Custodiendae et proferendae, arbitrium tuum. Patefacere et proferre aliquid Idem pro Flacc. 40. Dicerem fortasse, et facile et libenter dicerem, si paullo etiam longius, quam finis quotidiani officii postulat, pietas et fraternus amor L. Caecilium protulissent Cic. pro Sull. 64. Indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, extinxi Cic. pro Milon. 104. Idem pro Cael. 57 c. 23 In eiusmodi domo in qua materfamilias meretricio more viuat, in qua nihil geratur quod foras proferendum sit. Idem pro Arch. 12 Caeteros pudeat, si qui ita se literis abdiderunt, ut nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in adspectum, lucemque proferre. In auras aëris proferri, Creari Lucret. 1, 208. In conspectum proferre Caes. B. G. 7, 48. In lucem, Edere in publicum Hor. Epist. 2, 2, 116. Cic. Acad. 4, 62 An tu quum res occultissimas aperueris, in lucemque protuleris, iuratusque dixeris ea te comperisse, etc. Illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est Idem de Orat. 1, 157 c. 34. Idem Verr. 5, 179 Non agitanda res erit? non in medium proferenda? Idem ibid. 4, 115 Vnius etiam vrbis omnium pulcherrimae atque ornatissimae Syracusarum direptionem commemorabo, et in medium proferam, Iudices. Idem de Finib. 2, 76 Eamne rationem sequare, qua tecum et ipse et cum tuis vtare, Proferri autem et in medium proferre non audeas? In medium proferre literas palamque recitare Idem Philipp. 2, 7. In medium proferre scelus Idem Verr. Act. 1, 29. Add. Id. Cic. pro Rosc. Amer. 51 Neque ego haec eo profero, quo conferenda sint cum hisce, de quibus nunc quaerimus. Vis enim aliquid iisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri Idem de Orat. 1, 5. Propert. 1, 18, 3 Hic licet occultos proferre impune dolores, Si modo sola queant saxa tenere fidem. Etiam ¶ 3 Qui sine deductore innotescunt, et ipsi se producant, Proferre se dicuntur: Plin. Epist. 9, 13 pr. Statui

mecum atque deliberaui, esse magnam pulchramque materiam instandi nocentes, miseros vindicandi, se proferendi. Sen. Epist. 52 Hos maxime laudat, quibus ex se impetus fuit, qui se ipsos protulerunt. Sic, Artem Suet. Neron. c. 25. et Ingenium Tacit. Ann. 16, 29 extr.

5 Studia sua Plin. Epist. 145. ¶ 4 Proferre, Protendere, et prolatum, ut ait Nonius 4, 378 laudatque Cic. de Repub. 3. Sapientia iubet proferre opus, amplificare diuitias. Munitiones proferre Caes. B. C. 1, 81. Fines officiorum Stoici videntur longius protulisse, quam natura vellet Cic. pro Muraen. 65. Imperium proferre Tacit. Ann. 12, 23. Imperium protulit in terras novas Ouid. ad Liuiam 20. Imperium proferet super et Garamantas et Indos Virg. Aen. 6, 793. Cic. Att. 13, 12 Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni coheredi meo, vel Labeoni nostro, paullum proferant Auctionem: me circiter Nonas in Tusculano fore cum Pisone. Cic. Att. 13, 14

15 Quod si laxius volent proferre Diem, poterunt biduum, vel triduum, vel ut videbitur: nihil enim interest. Ter. Andr. 2, 1, 28 Saltem aliquot Dies profer, dum proficiscor aliquo. Certo venient ordine Parcae: Nulli iussu cessare licet, Nulli scriptum proferre Diem Sen. Herc. fur. v. 187. Add. Stat. Theb. 3, 665. Heinsf. ad Ouid. Rem. Am. v. 93 Rem proferre, i. differre causam, quod fit, cum AMPLIUS pronuntiatur. Vid. v. h. n. 4. Honorem Tacit. Ann. 3. Cic. de Fin. 3, 76 Si beatus vnquam fuisset, beatam Vitam vsque ad illum a

20 Am. v. 93 Rem proferre, i. differre causam, quod fit, cum AMPLIUS pronuntiatur. Vid. v. h. n. 4. Honorem Tacit. Ann. 3. Cic. de Fin. 3, 76 Si beatus vnquam fuisset, beatam Vitam vsque ad illum a Cyro exstructum rogam protulisset. ¶ 5 Ponitur etiam Proferre, pro eo quod dicitur Allegare. Cic. de Inuent. 2, 106 Oportebit igitur eum, qui sibi ut ignoscatur, postulabit, commemorare si qua sua poterit beneficia, et deinde maiorum suorum beneficia, si qua exstabant, proferre. Item Allegare, citareque leges, est Ciceroni Proferre: ut in eodem libro 82 Deinde postulabit ut legem, qua lege fecerit, proferat. Plin. de Archippo philosopho Epist. 10, 58 Ille nihil proferebat, quo restitutum se doceret: allegabat tamen pro restitutione libellum a se Domitiano datum. Fabritios auctores Cic. de Orat. 2, 290. Testes et legatos Idem pro Corn. Balb. 41. Idem de Diuinat. 1, 103 Ego exempla omnium nota proferam. Probationem apud iudicem Quinctil. 6, 4. Cic. pro Muraen. 14 Sic a me

25 Consul designatus defenditur, ut eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita Proferatur. Affinis est illa ratio, qua Proferre apud Iureconf. est, quod nos Producere dicimus, id est apud acta deponere. Cic. Verr. 3, 16 Scio te edicta superiorum omnium correxisse: et possessiones hereditatum

30 non secundum eos, qui proferrent, sed secundum eos, qui dicerent testamentum factum, dedisse.

PROLĀTVS, a, um. Partic. Lucan. 2, 493 Ut conspicit amne soluto Rumpi Caesar iter, calida prolatus ab ira, etc. i. commotus et impulsus. Aere prolato adstitit cum ait Ennius, significat clipeo ante se protento, Festus. Auro prolato non deest venditor, i. Offenso ab emtore Lucan. 4, 97. Non est opus prolato hoc Ter. Hec. 1, 2, 29 i. euulgari non debet. Res prolatae, vid. Res prolatae, in RES. Cic. Att. 10, 8 Nisi te valde amarem, et multo quidem plus, quam tu putas, non extimuissem rumorem, qui de te prolatus est, quum praefertim fallium exstimarem. Somnia multa ex historiis prolata Idem de Diuin. 2, 136 c. 66.

PROLATIO, ōnis. f. [ προφορά ] Verbi intellectum sequitur. Plaut. Milit. 2, 2, 98 Quantum vis prolationum, dummodo, etc. i. dilatio. Commemoratio antiquitatis exemplorumque prolatio Cic. in Orat. 120. Protenso: Liu. 31, 5 Laetaque exta fuisse: et prolationem finium, victoriamque, et triumphum portendi. Cic. pro Rabir. perd. reo 8 c. 3 Quum alteri ad prolationem Iudicii biduum quaeretur. Rerum prolatio, vid. Res prolatae, in RES. Plur. Tacit. Ann. 4, 3, 7 Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diuersa interdum consilia adferebat.

PROLĀTVS, ūs. m. Tertull. aduers. Valent. c. 33 Facillimo prolato.

PROLĀTIVVS, a, um. Sic προφορικὸν reddit Interpr. Iren. 2, 18 Prolatiuum hominum verbum.

65 PROFESSIO, PROFESSOR. vid. PROFITEOR.

PROFESTVS, a, um. Adi. [ ἀνέστροφος ] Profesti dies, qui hominibus, ad rem vel priuatam, vel publicam administrandam concessi erant. Nonius 5, 45 Profesti dies, sunt a festiuitate vacui. Afranius, Quae festi nos facere solemus, de quotidiano opere promiscue, atque profesto concelebras focum. Plaut. Aul. 2, 8, 10 Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Plin. 18, 6 Peiorem qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet. Diebus festis profestisque Liu. 34, 3. In luce profesta Hor. Serm. 2, 2, 116. Laeta nisi austeris varientur festa profestis Auson. Eidyll. 32, 11. Horat. Serm. 2, 3, 144 Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamque profestis. Lucibus profestis deos adprecari Hor. Carm. 4, 15, 116. Profestum facere, inquit Festus, dicebatur, qui ferias vitiabat, et profanabat, inauspicatasque reddebat et profanas.

70 PROFICIO, fēci, fectum, ēre. [ προκόπτω, προβαίνω, προήκω, ἰσθιδίδωμι ] est pro se facere i. facere quod sibi proficit, it. procedere, progredi in rebus bonis. Cic. Fam. 6, 21 Nunc vero euersis omnibus rebus, quum consilio profici nihil possit, vna ratio videtur, quidquid euenit, ferre moderate. Idem Verr. 4, 91 Vti si maxime esset inuentus, qui in se suscipere istius culpam crimenque cuperet: tamen is proficere nihil posset. Idem pro Lege Manil. 45 Et quisquam dubitabit quid virtute profecturus sit, qui tantum Auctoritate profecerit? Caes. Bell. Gall. 6, 28 Si quid Celeritate itineris, atque opportunitate temporis proficere possit, monet. Cic. pro Font. 23 Quod si in turpi reo patiendum non esset, ut quidquam isti se Minis profecisse arbitrarentur, quid faciendum vobis in M. Fonteio arbitrari?

75 Nihil testibus illis profeci Virg. Ecl. 8, 20. Gazae non proficiunt in nostro corpore Lucret. 2, 37. Cic. pro Planc. 75 Nihil in Cispio profecisti? Absolutae iam sunt preces tuae. Idem et docenti et discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere Sen. Ep. 108. Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit Quinctil. 10, 1, 112. Cic. de Fin. 3, 19 Multumque ad ea, quae quaerimus, explicatio tua ista profecerit. Magnificentia et virtus in qua grauitas et auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam, quam humilitas et obsecratio Cic. de Inuent. 1, 22. Ad bonitatem proficere, vid. in Praepositione AD. Vsque ad mores proficere Quinctil. 1, 1. Idem 1, 1 Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit. b. e. Summae ac fini et perfectioni confert. Summa enim dicitur cumulus ac finis vniuscuiusque rei. In summam spei proficere Liu. 3, 61 extr. Prodesse: Vlpian. in l. ait Praetor

80

85

90

95

100

105



**Praetor De iureiurando**, Matris igitur iusiurandum partui non proficiet, nec nocebit, etsi mater detulerit. *De medicamentis saepissime Scribonius v. g.* Quamdiu nihil profectum est medicamentis 156. Ad morbum proficit 15. Satis commode proficit ad - - 78. Melius proficit caeteris 22. *Sic et saepe Plinius: v. g.* 28, 17 Adeps e lupis 5 illitus, in his, quae rumpere opus est, plurimum proficit. *Et c.* 18 Similiter proficit ad cacoëthes haedi feminum cinis e lacte mulieris. Quid proficit tantum nefas? Prudent. Cathem. 12, 133. Proficitur, *imperf.* Cic. Att. 16, 3 aut proderimus aliquid Ciceroni, aut, quantum profici possit, iudicabimus. Plin. 17, 23 f. 35 n., 22 Adeo excellentitate 10 proficitur. Idem 23, 7 f. 71 Ad idem potu proficitur. *i. Potus prodest.*

**PROFICIENTIS**, entis. Partic. [*προκέρων*] Frena non proficientia equo rigidae cervicis remittere Ouid. Trist. 1, 4, 13. Medicamenta proficientia Scribon. c. 84. Radice, Herba nihil proficiente curari fugeres Hor. Epist. 2, 2, 151. Verba miser frustra non proficientia perdo Ouid. Trist. 1, 2, 13.

**PROFICIENTER**. Adu. Augustin. Epist. 80 Cum se in hac delectatione cor nostrum proficienter extendit.

**PROFECTVS**, a, um. Partic. Caes. B. G. 4, 19 Satis et ad laudem 20 et ad utilitatem profectum arbitratus.

**PROFECTVRVS**, a, um. *Aliud* Partic. [*προκόψων*] Quid. ex Pont. 3, 1, 138 Profectura aliquid tunc tua verba putes. Idem Epist. 5, 116 Non profecturis litora bobus aras. Idem de Nuce 158 Non profectura dextra lauiatur aqua. 25

**PROFECTVS**, ūs. m. [*προκοπή, ἐπίδοσις*] *Utilitas, quae ex aliquius rei tractatione nobis provenit.* Quintil. 10, 2 (3 in.) Vt terra altius effossa generandis alendisque seminibus fecundior sit: sic profectus non a summo petitus, studiorum fructus effundit vberius, et fidelius continet. Experimentum tui profectus capias Sen. Epist. 30 20 pr. Exhibere profectus Scribon. Ep. Donec profectus intelligatur 134. Percipere profectus Ep. In eo quantum esset ingenii, quantum iam etiam profectus, sermo ostendit Sen. Epist. 11. Ad profectum tuum pertinet Plin. Ep. 8, 13, 1. Puer magni profectus in ea arte obiit Plin. 35, 4. Teneri profectus Quintil. 2, 3. Stat 35 profectus, admiratio decrefcit Idem 1, 3.

**PROFICISCOR**, ēris, fectus sum, cisci. [*προβούμι, ἄμι*] *Quasi tu dicas faceſſo me: est enim in viam se dare, et initium proprie itineris notat.* Ter. Adelph. 2, 2, 16 Praeterea autem te aiunt proficisci Cyprum. Proficiscor quaesitum Plaut. Merc. 5, 2, 98 extr. 40 Profectus venatum Nepos 14, 4, 4. Quo profectus sum, ibo Plaut. Aul. 1, 2, 40. *i. Quo coeperam.* Simile est illud Ter. Eun. 2, 2, 49

De tinea te: fortasse tu profectus alio fueras. alio ire institueras, aliud iter habebas, a me interceptus. Quid causae est, quin hinc re- 45 cta in pistrinum proficiscar via Ter. Andr. 3, 4, 21. Quo cum ef- ferat profecti Nepos 4, 5, 1. Profecta est illinc grandiuscula Ter. Andr. 4, 6, 19. Etsi poteram remanere, tamen vt scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus videar Cic. Att. 13, 26. Copiose aliquo

proficisci, *vid. sub COPIA.* Ad Athenas doctas proficisci Propert. 3, 21 (20) 1. Ad Bella populus profectus Ouid. Fast. 1, 279. Cic. 50 de Senect. 10 Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam. Idem ibid. 85 c. 23 Proficiscar non ad eos solum viros, de quibus ante dixi, verum etiam ad Catonem meum. Ad Domum proficisci Cic. Verr. 1, 69. Idem de Diuin. 1, 62 Iubet Plato sic ad Somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod errorem animis, pertur-

55 bationemque afferat. Cic. Att. 2, 8 Calend. Maiis de Formiano proficiscemur. Idem Acad. 4, 100 Si iam ex hoc loco proficiscatur Piteolos stadia triginta, probo nauigio, etc. Ex Asia Romam ver- sus profectus Idem Fam. 5, 5. Conf. ib. 2, 6. Hinc alia pro- piore via meliusque profecti Grat. Cyneg. v. 5. Cic. de Fin. 2, 54 60

Profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus: erat enim res aperta. In animorum concilium coetumque proficisci Idem de Senect. 85 c. 23. In urbem proficisci Plaut. Amph. 1, 2, 7. Caes. B. G. 8, 31 C. Fabius cum reliquo exercitu Carnutes, reliquasque proficiscitur Ciuitates. Al. In Carnutes. Cic. Q. Frat. 3, 2 Ad VI 65

Idus Octobris, Saluius Ostiam vesperi Naui profectus erat cum his rebus, quas tibi dono mitti volueras. Obuiam proficisci Caesar B. G. 7, 12. ¶ 2 Non semper ad iter proprie dictum pertinet, sed transfertur varie. Cic. Verr. 3, 10 Nunc proficiscemur ad reli- 70

qua, si pauca ante erimus a vobis, Iudices, deprecati. Idem Off. 1, 24 c. 7 Atque illae quidem iniuriae, quae nocendi causa de industria inferuntur, saepe a metu proficiscuntur. Omnia enim a me in te profecta sunt, quae ad tuum commodum, quae ad honorem, quae ad

dignitatem pertinerent Idem Fam. 5, 5. A falsis initiis proficisci Idem de Fin. 1, 72. Idem Fam. 13, 30 Ab his initiis noster in te 75

Amor profectus auxit paternam necessitudinem, et eo magis quod intellexi vt primum per aetatem iudicium facere potueris, etc. Si quae Beneficia singulis ciuibus, priuatimque dantur, ea solent iis esse fructuosa, a quibus sunt profecta Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 2. Cic. de Amicit. 20 An esset hoc quidem proprium amicitiae, sed antiquior 80

et pulchrior, et magis a natura ipsa profecta alia Causa. Idem Dolabellae Att. 14, 17 Neque plane assentior, ne immiuam tuam Laudem, si omnis a meis Consiliis profecta videatur, neque valde nego. h. e. Meo consilio eam tibi laudem pararis. Nervi sicut venae et arteriae a corde tractae et profectae in corpus omne dicuntur Cic. 85

de Nat. Deor. 2, 139. Quaecunque a me Ornamenta ad te proficiscuntur Idem Fam. 2, 18. Proficisci a parente non potuerunt plura Nep. 25, 9, 4. Cic. pro Lege Manil. c. 2 Atque vt inde Oratio mea proficiscatur, vnde haec omnis causa ducitur, etc. Xenophon So- 90

craticus profectus a philosophia. *i. δευμδία* Idem de Orat. 2, 58. Pro- ficiscitur ius cinnamomi a, *Adfertur, habetur, venit* Plin. 12, 19. ¶ 3 Proficisceret, pro Proficisceretur Turpil. apud Non. 7, 21. Pro- ficiscitur, *Pass. imperson. legitur a nonnullis ap. Liu.* 9, 14 pr. Sed Proficiscimur *Drak. nec alterius lectionis mentionem facit.*

**PROFICISCENS**, entis. Partic. [*προεβυμνεος*] Hor. Epist. 1, 95 13, 1 Vt proficiscentem docui te saepe, etc. Domo nauibus proficiscent Nepos 1, 1, 15.

**PROFECTVS**, a, um. Part. Classe Chersonesum profectus Nepos 1, 4, 4. Consules ad deprehendendos legatos coniuratosque profecti domo Liu. 2, 4. Genus a Pallante profectum Virg. Aen. 8, 51. 100

**PROFECTIO**, ōnis. f. [*προελα*] Cic. Q. Frat. 3, 8 Recordere consilium nostrum, quod fuerit profectionis nostrae. Omnia de profectione exulum perscripta Nep. 16, 3, 2. Cic. Philipp. 1, 1 Exponam vobis breuiter consilium et profectionis, et reuerſionis meae. Ducere lentum profectionis ordinem Quintil. 4, 2, 105

Intermittere profectiōnem, *vid.* INTERMITTO. Parare profectiōnem, *vid.* PARO, *āre.* Praeparare Suet. Tib. c. 38.

PROFECTICIUS, a, um. Adj. [ἐπελευσιδης] *Vnde,* Dos profecticia, *vid.* DOS. Profecticii peculii nomen nos puto in antiquis iuris libris esse.

PROFECTOR, ōris. m. *Qui in itinere est.* Gloss. Gr. Lat. ἄκδημος, profector.

PROFICUVS, a, um. *Vtilis* Cassiod. Epist. 1, 39 Quibus mora potest esse proficua.

PROFINDO, fidi, fissum, ěre. [διατμήσω] *Proficindere.* Stat. Theb. 10, 512 Quanta pariter ceruice gementes Profindunt inarata diu Pangaea iuueni. *Al.* Profringunt, quod probat Gron.

PROFITEOR, ěris, fessus sum, ěri. [ἠμολογέω, ἐπαγγέλλομαι, ἀπογράφομαι] *Palam fateri, polliceri.* Cic. Acad. 1, 18 Qui philosophiam iam professus sim populo nostro exhibiturum? Liu. . . Palam professi, nusquam inde nisi in patriam, vestigium esse moturos. Quum tantas res Graeci fusciperent, profiterentur, agerent Cic. de Orat. 2, 153. Impudentia est, profiteri quod non possis implere Id.

pro Cluent. 51 c. 18. Profiteri, et non posse satisfacere Idem Planc. 62. Ducem profitetur primis in annis Ouid. de Arte Am. 1, 181. *Al.* Armis. Cic. pro Rosc. Amer. 153 Quod si id vos suscipitis, et eadem in re Operam vestram profitemini. Patrocinium alicuius profiteri Patere. 2, 75, 1. Cic. Verr. Act. 1, 36 Qui sequestres aut interpretes corrumpendi iudicii solent esse: quique ad hanc rem, aut Potentiam aut impudentiam suam professi sunt. *i.* *Vltro obtulerunt.* Cic. de Lege Agrar. 1, 27 Quod si vos vestrum mihi Studium P. C. ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profecto id, quod maxime Respub. desiderat. Suum studium in omni

30 genere officii alicui profiteri atque polliceri Idem Fam. 5, 8. Nostrae tamen causae non videntur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur Cic. Q. Frat. 1, 2. *Aperite ac voluntarie confiteri et affirmare:* Idem de Amicit. 35 Illos autem, qui quiduis ab amico auderent postulare: Postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. Idem pro Rabir. 17 c. 5

Quamobrem fateor, atque etiam T. Labiene profiteor, et prae me fero, te, *etc.* auctoritate esse depulsum. Medicina profitetur se nulli nocituram Scribon. Ep. in. Nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus Cels. 1 praef. Me principem Senatui, Populoque Rom. professus sum Cic. Fam. 2, 24. Curt. 7, 2, 7

Tum vero neque lacrimis neque acclamationibus, quibus Studia sua multitudo profitetur, temperauerunt. Cic. pro Caecin. 24 Quid confitetur, atque ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur Recuperatores? Idem Acad. 1, 44 Quibus

45 de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quemquam, neque assertionem approbare, cohibereque semper, et ab omni lapsu continere temeritatem. Eamne rationem sequare, qua tecum ipse, et cum tuis utare, profiteri autem et in medium proferre non audeas? Idem de Fin. 2, 76. Verum Ouid. Met. 9, 737. Liu. 26, 18 Primo exspectauerant, ut qui se tanto imperio dignos crederent, Nomina profiterentur. Ter. Eun. prol. 3 In his Poeta hic Nomen profitetur suum. Senec. de Benefic. 6, . . Si quis patriae meae pecuniam credat, non dicam me illius esse debitorem, nec ex hoc aes alienum profitebor. Amores furtiuos timide Ouid. Fast. 6, 573. ¶ 2 *Ad cen-*

55 *sum et aliam publicam professionem pertinet* Profiteri apud Praetorem Cic. pro Arch. 7 c. 4 aliquoties de indicando domicilio. Sic Vulg. Luc. 2, 4 Ascendit Ioseph ut profiteretur, τὸ ἀπογράφεσθαι. Sic Cic. de Lege Agrar. 2, 58 In posterum vero lex haec imperatoribus vestris constituitur, ut quicumque de prouincia decesserit, apud eosdem Decemuiros, quantum habeat praedae, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. Idem Verr. 3, 38 c. 15 Edixerat, ut aratores iugera sationum suarum profiterentur. Varro de R. R. 2, 1, 16 Itaque greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium, aestiuatum: atque ad publicanum profitentur. Curt. 10, 2, 9 Alexander priusquam

65 fecerneret quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites aes alienum profiterentur. Graue esse plerisque compererat, . . Et quanquam ipsorum luxu contractum erat, dissoluere tamen ipse decreuerat. Illi tentari ipsos rati, quo facilius ab integris sumtuosos discerneret, prolatando aliquantum extraxerant temporis. Et rex satis gnarus professioni aeris pudorem, non contumaciam obstare, mentas totis castris poni iussit: et decem millia talentorum proferri: tum demum fide facta professio est. Vlpian. in l. 2 D. de censibus, Vicia priorum censuum editis nouis professionibus euanescent. Profiteri etiam merces dicimus: hoc est Vestigiales facere, et publicanis non subducere.

75 *Vnde merces improfessae a Martiano dicuntur in l. Interdum, De publicanis, quarum nomine negotiatores vestigial non pependerunt. Antiqui porro liberos natos sibi profitebantur apud acta.* Iuuen. Sat. 9, 85

Tollis enim, et libris actorum spargere gaudes Argumenta viri: foribus suspende coronas: Iam pater es.

80 Capitolinus in M. Anton. Philosopho c. 9 Inter haec liberales causas ita manuiuit, ut primus iuberet apud praefectos aerarii Saturni unumquemque ciuium natos liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine imposto. Per prouincias tabulariorum publicorum usum instituit: apud quos idem de originibus fieret, quod Romae apud praefectos aerarii: ut si forte aliquis in prouincia natus, causam liberalem diceret, testationes inde ferret. *Fiebat autem professio addito die et Consule; propterea professione aetas facile probari poterat.* *Vt*

90 *in l. 1 C. Si minor se maiorem dixerit.* ¶ 3 *Formulae aliae:* Plaut. Capt. 3, 1, 20 Quis agit hoc, aut quis profitetur inquam? quasi muti silent. *i.* *quis pollicetur coenam.* Cic. Acad. 4, 73 Qui ita fit ausus ordiri, Haec loquor de vniuersis. Nihil excipit de quo non profiteatur. Profiteri indicium, praemii vel impunitatis causa *vtro sese confortesque criminis deferre* Plin. Epist. 3, 16. Conf. Tacit. Ann. 6, 3, 6. *Publice legere, vel docere:* Cic. de Amicit. 17 Quamobrem quae disputari de amicitia possunt, ab eis censo petatis, qui ista profitentur. Audistine, Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? Plin. Ep. 4, 11, 1. *i.* *retorice docere.* Disciplinam Liu. 39, 8. Ius Ouid. de Arte Am. 3, 530. Medicinam rationalem Cels. 1 praef. Partes teneri profitemur amoris Ouid. Amor. 2, 18, 19. *al.* Artes. Philosophiam qui profitetur, grauissimam sustinet personam Cic. in Pison. 71 c. 29. Idem pro Muraen. 28 Triduo me Iurisconsultum profitebor, *i.* *saltem, qui de iure respondeat.* Sic Se profiteri grammaticum Idem Tusc. 2, 12. Suscipere atque profiteri onus Idem de Orat. 1, 116.

¶ 2 *Ad cen-*

¶ 3 *Formulae aliae:*

¶ 4 *Formulae aliae:*

¶ 5 *Formulae aliae:*

¶ 6 *Formulae aliae:*

¶ 7 *Formulae aliae:*

¶ 8 *Formulae aliae:*

¶ 9 *Formulae aliae:*

¶ 10 *Formulae aliae:*

¶ 11 *Formulae aliae:*

¶ 12 *Formulae aliae:*

¶ 13 *Formulae aliae:*

¶ 14 *Formulae aliae:*

¶ 15 *Formulae aliae:*

¶ 16 *Formulae aliae:*

¶ 17 *Formulae aliae:*

¶ 18 *Formulae aliae:*

¶ 19 *Formulae aliae:*

**PROFITENS**, entis. Partic. [*ἐπαγγελλόμενος*] Cic. ad Brut. 15 Italiae sua vobis studia profitenti remisistis.

**PROFITENDVS**, a, um. *Aliud* Partic. [*ἐπαγγελλέας*] Cic. de Nat. Deor. 1, 63 Ex quo equidem existimo, tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos.

**PROFESSVS**, a, um. *similiter* Partic. [*ἐπαγγελλόμενος*] Ouid. Fast. 2, 198 Sumunt Gentiles arma professa manus. Hor. de Arte Poët. 14 Inceptis grauibus plerumque, et magna professis. Ouid. Fast. 5, 351 Non est de tetricis, non est de magna professis. Culpa Ouid. Amor. 3, 14, 6. Vota aperta et professa, *pro Manifesta* Seneca Ep. 10 68. Iustin. 8, 4, 4 Boeotii orant vt professum aduersus Phocenses ducem Graeciae exhibeat. Phaedr. 4, 6, 8

Vtinam ne vnquam —

Ad professa mortis audacem viam

Fabricasset Argus operé Palladio ratem.

*Add.* Stat. Silu. 1, 2, 24. Ludimagistrum professus, pueros docebat Iustin. 21, 6, 8. Aperte se hostem, professus Id. 29, 4, 1. *Attive,*

*Qui proficitur:* Professus amicum Hor. Epist. 2, 18, 2. *Et* Professus grandia turgit Idem de Arte Poët. 27. *vid. supra.*

**PROFESSIO**, ōnis. f. [*ἐπαγγελία*] *Verbi varietatem sequitur.* 20

*Ad institutum totius vitae pertinent ista:* Ex ipsa professione se *ἐπιειγνῶς* appellauerunt Cels. 1 praef. Ex professione Serapionis sc. qui, nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in vsu et experimentis eam posuit Id. paullo ante. *Ita saepe tum*

*in hac praefatione Celsus, tum Scribonius in Epistola professionem de* 25 *Medicina, in quantum vitae genus est, dixere. Sic Colum. 7, 12, 3 Ad profes-*

*tionem nostram non pertinet. i. ad argumentum, de quo scribere instituimus. De censu et vectigalibus frequens est. Cic. Verr. 3, 39 Professio est agri Leonti-* 30 *ni ad iugera XXX. Iugerum subscriptio ac professio Idem Verr. 3, 113. Idem Fam. 16, 23 Tu confice professionem, si potes: etsi haec pecu-*

*nia ex eo genere est, vt professione non egeat. Idem pro Arch. 9* 35 *e. 4 At non est professus. Immo vero his tabulis professus, quae so-*

*lae ex illa professione, collegioque Praetorum obtinent publicarum* *tabularum auctoritatem. Vices professionum diuidere Quinctil. 1* *Prooem. Cic. de Orat. 1, 21 c. 6 Quanquam vis oratoris, profes-*

*sioque ipsa bene dicendi. Conf. Sen. Epist. 5. Promoturus vltimae* 35 *professionis homines Lampr. Heliog. c. 20. Conf. Vlpian. l. 1 §. 13*

*ff. de offic. praef. Vrb. et Paul. l. 9 §. 1 ff. de edendo. Sed Pallad.* *Febr. 9, 2 Professione vitiorum suorum. i. propter aperta vitia.*

**PROFESSOR**, ōris. m. [*ἐπαγγελλτής*] *Qui proficitur artem, et* 40 *se illam scire dicit, atque opem inde aliis promittit. De medicis Celsus*

*2, 6 Nec protinus crimen artis esse, si quod professoris sit. Et 8, 6* *de Hippocrate, Sed haec quidem alioquin memoria magni Professori-*

*ris, vti interponeremus, effecit. Professor astrologiae consultissimus* *Hipparchus Col. 1, 1, 4. Suet. de Clar. Gramm. c. 9 Reliquit fi-* 45 *lium Orbilium, et ipsum grammaticum professorem. Plin. Epist.*

*4, 11 pr. Quos tibi Fortuna ludos facis? facis enim ex professoribus* *Senatores, ex Senatoribus professores. Sapientiae professor Quinct.*

*Pr. 15. it. 12 Pr. Suet. Tiber. c. 14. Cels. 1 praef. bis. Artium* *Quinct. 12, 11, 20. Magni nominis professores Idem 2, 11. Consum-* 50 *mati professores Idem 1, 9.*

**PROFESSORIVS**, a, um. *Adi.* [*ἐπαγγελλτικός*] *Lingua pro-* *fessoria, Quae meritoriam exercet eloquentiam Tacit. Ann. 13, 14, 5.*

**PROFESSVM**, i. n. *vnde,* Ex professo aliquid agere: *Vid. Ex* *professo, in EX. De professo audere aliquid Apul. Apol. p. 274.* 55

**PROFLIGO**, ĩre. *Inde*

**PROFLICTVS**, a, um. Gell. 15, 5 Res proflictae et per-

**PROFLIGENDO** *ap. Colum. 1, 3, 11 quidam legunt: sed melius,* *profugiendo. Nec diuersa mihi lectio, quod annotauerim, ob-* 60 *seruata.*

**PROFLIGO**, ĩre. [*κατακλιπῶ*] *Deicere, depellere, deperdere,* *et ad perniciem deducere. Cic. pro Rabir. Post. 42 Castris locum*

*capere, exercitum instruere, expugnare vrbes, aciem hostium proflig-* *igare. Cic. Phil. 14, 37 c. 14 Hostium copias profligare. Idem 65*

*de Orat. 3, 3 Quum ipse consiliis suis Remp. profligasset. Nepos* *Fragm. 12, 2 Inimici nostri, atque vti nunc sunt erunt, potius quam*

*Respub. profligetur et pereat. Plaut. Mil. 2, 2, 75 Confidentia est,* *nos inimicos profligare posse. ¶ 2 Metaph. pro paene ab-*

*solvere, et versus finem perducere Gell. 15, 5. Profligo, ab affligendo* 70 *et ad perniciem interitumque deducendo inclinatum tractumque est:*

*quo verbo, qui diligenter loquuti sunt, ita sunt vsi, vt Profligare di-* *cerent Profligere, et deperdere: profligatasque res, quasi proflictas et*

*perditas appellarent. Nunc audio aedificia et templa, et alia fere* 75 *nulta, quae prope absoluta affectaque sunt, in profligato esse, et ipsa*

*iam profligata. Quapropter vrbanisime respondisse praetorem non* *indoctum cuidam ex aduocatorum turba, Sulpicius Apollinaris—scri-*

*ptum reliquit. Nam quum ille, inquit, rabula audaculus ita po-* *stulasset, verbaque ita fecisset, Omnia, vir clarissime, negotia, de*

*quibus te cogniturum esse hodie dixisti, diligentia et velocitate tua* 80 *profligata sunt; vnum id solum relictum est, de quo rogo audias.*

*Tum Praetor satis ridicule: An illa negotia, de quibus iam cogno-* *uissse me dicis, profligata sint, equidem nescio: hoc autem negotium,*

*quod in te incidit, procul dubio, siue id audiam, siue non audiam,* *profligatum est. Illud, puto, verum est in hac disputatione, proprie* 85 *profligari dici ea opera, quae sic indicantur molestiam aliquam habere,*

*quicum pugnandum certandumque sit. Igitur bellum et iter pulchre* *dicuntur profligari: valetudo etiam, in quantum indicatur, illam op-*

*pugnari velut hostiliter. Sed, vt fit, in lubrico sita hominum lingua* *non patitur se rationibus semper contineri. Itaque in ipsis Augusti* 90 *Monumento Ancyrano legimus, quod damnat hic Grammaticus, et ri-*

*det Praetor, INTER AEDEM CASTORIS ET AEDEM SA-* *TVRNI COEPTA PROFLIGATAQVE OPERA A PATRE*

*MEO PERFECT. Tacit. Hist. 2, 4, 5 Profligauerat bellum Iudai-* *cum Vespasianus. Deos ipsos sine vlla humana ope committere* 95 *ac profligare bellum, nos autem commissum ac profligatum conficere*

*Liu. 21, 40 extr. Gell. 19, 5 Desinite valetudinem vestram pro-* *fligare. Sen. de Vita beata 1 Tunc circumspiciendum est, qua con-*

*tendere illo celerrime possimus: intellecturi in ipso itinere, si modo* *rectum erit, quantum quotidie profligetur. Cic. de Prouinc. conf. 100*

*35 c. 14 de Caesare Etenim si — in patriam — redire propera-* *ret — vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata*

*sunt, confici velle. Vid. mox PROFLIGATVS.*

**PROFLIGANDVS**, a, um. Partic. [*κατακλιπτός*] *Acies pro-* *fliganda Sil. 11, 400.* 100

**PROFLIGĀTVS**, a, um. *Aliud Partic.* [κατακοπή] *Prostratus, deiectus, afflictus, perditus.* Cic. pro Rosc. Amer. 38 Et denique omnia ad perniciem profligata atque perditas? Quanto tandem illum moerore afflictum esse et profligatum putatis? Idem in Catil. 2, 2.  
 5 **Profligati homines, Perditi, et in quibus nihil est salubre, nihil integrum.** Idem Verr. 3, 65 Profligatissimus omnium mortalium, ac perditissimus. Idem pro Rabir. 23 Nemo est inquam inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ob omni non modo honestate, etc. Tu omnium profligatissime et perditissime Idem Verr. 3, 65. Iudicia perditas et profligata Idem Verr. Act. 1, 78. Profligata, dicuntur etiam Quae prope absoluta sunt. Idem Tusc. 5, 15 c. 6 Atqui si ita est, profligata iam haec, et paene ad exitum adducta quaestio est. Id. Fam. 12, 29 (30) Sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac paene sublato, renouatum bellum gerere conamur. Flor. 2, 15, 2 imitatus locum Liu. 21, 40 quem modo detimus in Profligare, Si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est. Add. Tac. H. 4, 73, 2. Profligatam eam rem Romae esse nuntiantes Liu. 3, 50. i. concitatum populum contra Decemuiros, Appium fugere etc. Quaestio profligata  
 20 Sen. de Benefic. 7, . . .

**PROFLIGATIO**, ōnis. f. Cic. in Consol. Profligatio exercitua aut clades.

**PROFLIGĀTOR**, ōris. m. [κατακοπή] *Prodigus.* Tacit. Ann. 16, 18, 1 Habebaturque non ganeo et profligator, ut plerique sua  
 25 haurientium, sed erudite luxu.

**PROFLO**, are. [κλονέω, ἐκκλονέω] *Idem quod Flare, et flando efficere, vel expellere adeo.* Plin. 54, 9 Massa profatur in primis: mox in profatum additur tertia portio aeris collectanei, etc. Taurus immani profauit turbine flammam Valer. Argon. 7, 571. Riuos sanguineos profans pectore Stat. Theb. 11, 266. Profare pectore somnum Virg. Aen. 9, 326 spiritum sonantiorum ducere s. roushos, in dormiendo. Noctem tartaream profantes pectore tauri Valer. Argon. 6, 435. b. e. Ignem et fumum ingentem tenebris et flammis tartareis non absimilem. Profare iras ipso spiritu et anbelitu vehementiore iram pro  
 35 dere Plin. 8, 4 f. 5.

**PROFLĀTVS**, a, um. Profatis naribus Apul. Met. 7 p. 193 Element. Massa Plin. 34, 9.

**PROFLĀTVS**, ūs. m. [κατακλονή] *Ipsa profandi actus.* Columel. 5, 9 Aestiuo profatu refrigerentur.

**PROFLVO**, xi, xum, ere. [ἐπαρθέω, παρῶρω] *Fluendo in apertum venire.* Plaut. Afin. 4, 1, 51 Quod illa autem simulet quasi grauedo profuat. Si lacus emissus lapsu et cursu ad mare profluxisset Cic. de Diuin. 1, 100 c. 44. Humor profluit Virg. Georg. 4, 25. Profuere ab fonte Varro de L. L. 7, . . . Profuunt lacrimae ab  
 45 oculis Columel. 6, 7. Profluit sanguis ex vulnere Plin. 8, 16. Græcia profluit ore Romano Lucan. ad Pison. 78. Cuius ore sermo melle dulcior profuebat Auctor ad Herenn. 4, 44. Profuere ad hominum famam, per translationem, pro Delabi et deuenire. Cic. pro Cael. 6 c. 3 Equidem ut ad me reuertar, ab his fontibus profuxi ad  
 50 hominum famam: et meus hic forensis labor vitæque ratio dimariavit ad existimationem hominum paullo latius commendatione ac iudicio meorum.

**PROFLVENS**, entis. Partic. [ἐπαρθέων] Cic. Q. Frat. 3, 1 Ego locum aestate umbrosiore vidi nunquam: permultis locis aquam  
 55 profluentem, et eam vberem. Genus orationis liquidum, fuscum ac profuens: cui opponitur, Exile, aridum, concisum ac minutum Cic. de Orat. 2, 159. Loquacitas perennis et profuens Idem ibid. 3, 183 c. 48. Expedita ac profuens celeritas Idem de Clar. Orat. 220 c. 61. Profuens, subst. pro Flumine. Auctor ad Herenn. 1, 23  
 60 Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus et ligatus culeo, devehatur in profluentem. i. Fluminis proeursum. Cic. de Inuent. 2, 149 c. 50 Deinde est in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper, dum culeus, in quem coniectus in profluentem Deferretur, compararetur. Liuus tamen adponit Aquam 1, 4 Pueros in profluentem aquam mitti  
 65 iubet.

**PROFLVENTVM**, i. n. Idem. Iul. Obsequ. c. 6 Ad Tiberis profuenta descendere.

**PROFLVENTER**. Adu. [επαρθέωντως] *Abundanter.* Cic. Tusc. 5, 53 c. 18 Ergo omnia profluenter, absolute, prospere: igitur  
 70 beate. Compar. Gellius 14, 1 At Phauorinus, etc. latius ea et amoenius, et splendidius, et profluentius exsequebatur.

**PROFLVENTIA**, ae. f. [επαρθέων] Cic. in Partit. 81 c. 23 Et hanc oratoriam vim inanis quaedam profuentia loquendi. Subaud. Imitatur.

**PROFLVVS**, a, um. Adi. [επαρθέων] *Quod profluit: ut, Profuus amnis, Qui perpetuo fluit* Plin. 19, 4. Columel. 8, 17 Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte litoris, quae profuo recessu nunquam destituitur. Flumina profua in altis siluas Ouid. ex  
 80 Pont. 2, 1, 39. al. Pascua. Lacrimae profuae vbertimque manantes Sidon. Ep. 4, 23. Venarum ut Vndam profuam manantium Prudent. Romano v. 483. Tam profuo augmento faceret Paullin. Petrocor. de Visit. Nepot. v. 6 ubi praeter reliquorum Poetarum usum prima corripitur.

**PROFLVIVM**, i. n. [επαρθέων] *Fluxus: Profuuium alui* Columel. 9, 12. Profuuium sanguinis Idem 6, 26. Conf. Plin. 24, 13. Acre profuuium tetri sanguinis Lucret. 6, 1203. Atticum vid. b. v. Genitale Plin. 7, 14. Mulierum, siue feminarum Idem 7, 15. de menstruis. Et 34, 12 Feminarum Profuuium sistit. Geniturae Idem 22, 22. Narium Idem 32, 10. Inhibere profuuium  
 90 sanguinis, vid. INHIBEO. Laborare profuuium Cels. praef. Reprimere profuuium sanguinis Columel. 6, 33.

**PROFLVVVS**, a, um. Adi. Profuuias fides Caecil. apud Priscian. p. 699 videtur fluxa et instabilis.

**PROFŌREM**, fōres, fōret, fōre. [ἀφελῶ] *Profuturum esse, coningatur ut Forem.* Hor. Epist. 1, 8, 11 Quae nocere sequar, fugiam quae profore credam.

**PROFRINGO**, ere. *Ut, Inarata profringere* Stat. Theb. 19, 512. vid. PROFINDO.

**PROFŪGIO**, fūgi, fūgitum, ere. [ἀποφύγω, προφύγω] *Procul fugere, aut quantum quis possit fugere.* Cic. de Senect. 37 Hac itaque amentia quaestione noua perterritus, in Asiam profugit. Idem  
 100 Verr. 1, 37 Quod si illinc inanis profugisses, tamen, etc. Lucret. 3, 717 de Anima, Sin ita sinceris membris ablata profugit. Profugerunt metu perterriti Cic. Fam. 4, 12. Hinc centum triginta septem patresfamilias extorres profugerunt Idem Verr. 3, 120. Ex  
 105 Ponte

Ponto Medea quondam profugisse dicitur Cic. pro Lege Manil. 22. *Add.* Id. pro Deiot. c. 4. Inanem ex aliquo loco profugere, *vid.* INANIS. Ad aliquem profugere Cic. Att. 15, 21. Idem de Senect. 47 c. 14 Libenter vero istinc, tanquam a domino agresti, ac furioso profugi. In exilium Cic. pro Domo 86. Idem de Clar. 5 Orat. 306 Eodem tempore quum princeps Academiae Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, *etc.* Pedibus Caes. B. C. 2, 23. Cic. Verr. 5, 75 Qui ex praedonum insidiis, qui ex tempestatum periculis profugissent, in Sicilia securi ferirentur, quum se iam domum venisse arbitrarentur? Idem Off. 1, 69 Multi autem et sunt et fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expectentes, a negotiis publicis se remouerunt, ad otiumque profugerint. *Cum Accusatio:* Curt. 10, 220 Nec serui quidem vno grege profugiat dominos. *Conf. Graeu. ad Cic. Att. 10, 8.*

PROFUGVS, a, um. Adi. [*φύγας*] Qui longe aliquo fugit, *procul a finibus suis vagus, quasi porro fugatus.* Sallust. Catil. c. 6 Troiani, qui Aenea duce profugi sedibus incertis vagabantur. Castra profuga Claud. de B. Get. 298. Classis Ouid. Met. 13, 627 Currus Id. ib. 15, 506. Pedem profugum referre Idem Epist. 15, 186. Idem ibid. 4, 155 Depudit profugusque pudor sua signa reliquit. Puppis Idem Trist. 5, 2, 62. 20 Stirps Idem Fast. 2, 843. *Cum Genitio:* Iudaei soli caelique sui profugi Cyprian. de Idol. Van. c. 6. Plin. 7, 23 Bis ab Annibale captus, bis vinculorum eius profugus. Profugus, *Qui diuersa petit loca, etiam si non fugatus:* Vnde Hor. Carin. 1, 35, 42 Profugos Scythas appellat, *Quod crebro domicilia mutant.* 25

PROFUGIVM, i. n. Dicitur quum longe aliquo fugitur, ubi se quis tutum putat. Cic. Tusc. 1 *extr.* Portum potius paratum nobis et profugium putemus, quo vti nam velis passis prouehi liceat. Sic Victor. de morte. Exilium, non supplicium est, sed profugium, portusque supplicii Cic. pro Caecin. 100 c. 34. *Conf.* Idem Fam. 5, 15. 30 *et 7, 20. Sed al.* Profugium, omnibus his locis.

PROFVNDE, PROFVNDRITAS, *vid. post* PROFVNDRVS. PROFVNDO, fudi, fufum, ere. [*προχθω, καταχθω, σπαθω, προίεμαι*] Large fundere. Plaut. Aul. 2, 4, 29 Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere, *in notatione auari.* Sed fere metaphorice 35 ponitur pro eo, quod est inaniter et frustra, certe nimis liberaliter impendere. Animam profundere Cic. pro Marcell. 32 c. 10. Idem pro Flacc. 15 Sic sunt expressa ista praeclara, quae recitantur, psephismata, non sententiis, neque auctoritatibus declarata, nec iuuenando constricta, sed porrigenda manu, profundendoque Clamore multitu- 40 dinis concitatae. Fulmen *vid. mox* Sonitus. Ignis Lucret. 6, 209. *i. emittere.* Laborem profundere et perdere Cic. Fam. 5, 5. Idem in Somn. Scip. 5 Quem ut vidi, equidem vim Lacrimarum profudi. Lacrimas oculis Virg. Aen. 12, 154. Nec ratione alia, cum somnis Membra profudit Lucret. 4, 761. *i. prostravit.* Cic. in Pison. 16 45 Omne Odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis. Palmites profundere dicitur vinea, *Quum ubertim fruticat* Columel. 5, 5. Res: Sed ut ad ea, quae clariora sunt, veniam, Res iam vniuersas profundam Cic. Acad. 4, 87. Idem pro Cluent. 18 c. 6 Sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo profusum huius 50 ante videat. Sanguinem pro patria Idem de Fin. 2, 60. Idem Att. 7, 3 Quae si secus essent, totumque se ille in me profudisset, tamen, *etc.* Lucret. 6, 408 Iupiter in terras Fulmen Sonitusque profundit. Spiritum in acie Val. Max. 6, 3, 3. Vniuersum: Nihil est in natura rerum omnium, quod se Vniuersum profundat, et quod totum 55 repente euolet Cic. de Orat. 2, 137. Lucret. 4, 929 Tu fac ne ventis Verba profundam: *attentionem poscit.* Vires animi et ingenii, *pro Omnes nervos intendere, et omnem ingenii vim applicare.* Cic. Att. 1, 15 (18) In qua ego nactus (ut mihi videbar) locum refecandae libidinis, et coereandae iuuentutis, vehemens fui: et omnes profudi 60 Vires animi atque ingenii mei. Idem Off. 1, 84 Inuenti autem multi sunt, qui non modo pecuniam, sed etiam Vitam profundere pro patria parati essent. Sic Phil. 14 c. 14. Cic. Tusc. 2, 56 Sed quia in profundenda Voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior. Catul. Argon. l. 63, 202 Has postquam moesto profudit 65 pectore Voces. Voluptates quum inclusae diutius et prima aetate compressae et constrictae fuerunt, subito sese nonnunquam profundunt atque eiiciunt vniuersae Cic. pro Cael. 75. Profundere [*καταβαλλειν*] *Supra modum exponere, siue insumere:* Ter. Adelph. 1, 2, 54 Tibi si istuc placet, profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. 70 Cic. Verr. 3, 155 Ait, omnia pecunia effici posse: dare, profundere, opponere, si velis vincere. Idem in Catil. 2, 10 c. 5 Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt.

PROFVSVS, a, um. Partic. [*κατάχυτος*] *Supra modum sumtuosus.* Plin. 11, 41 Mulieri ante septimum mensem profusum lac, inutile. Sin ea quae fructus cunque es, periere profusa Lucret. 3, 953. Fletus super ora profusus Ouid. Met. 11, 657. *al.* Refusus. Lacrimis vultum lauere profusis Idem ibid. 9, 679. Nilus Plin. 5, 9. Claustris profusi Caspiadae Valer. Argon. 6, 106. Varro de R. R. 2, 5 Bonis clunibus, coda profusa vsque ad calces, *etc. i. protensa.* 80 *Compar.* Cauda profusior Pallad. 4, 13. Profusus, [*δυσκνητος, προθύμενος*] *Supra modum sumtuosus, inquit* Festus. Cic. pro Muraen. 76 c. 36 Odit Populus Rom. priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas, sordes et inhumanitatem multo minus. Idem pro Cael. 57 c. 18. Sumtibus profusis viuere 85 Idem pro Quint. 93. Idem Verr. 3, 1, 20 Pecuniosus, Profusus, perditus. Perditus ac profusus nepos Idem pro Quint. 40 c. 12. Sallust. Catil. c. 5 Alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus. Cic. Tusc. 4, 35 Ut aegritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi, et fugam laetitia Profusam hilaritatem. Mens Stat. Silu. 3, 1, 91. Ipsumque genus iocandi non profusum neque immoderatum, sed ingenuum et facetum Cic. Off. 1, 103. Profusus, Abiectus, iacens: Pacuius, Profusus gemitu murmuro. Festus. *Superl.* Suet. Vesp. c. 7 Comestiones cum profusissimo quoque extendebat. 90

PROFVSE. Adu. [*καταχυμένως*] Liu. 10, 36 Haec ipsa mitans obstitit profuse tendentibus suis in castra. *Compar.* Sallust. Catil. c. 13 *extr.* Profusus quaestui deditus. *Superl.* Suet. Aug. c. 75 Profusissime celebrare festos dies.

PROFVSIO, ōnis. f. Cels. 2, 7 Profusio alui. Vitruu. 10 10 praef. Infinitae sumtuum profusiones. Tertull. de Poenit. c. 8 *pr.*

PROFVSOR, ōris. m. Tertull. aduers. Marcion. 1, 24 Dispensator non profusor.

PROFVNDRVS, a, um. Adi. [*καθύς, ἑθνος*] *dicitur est quod Porro, id est longe, habeat fundum.* Acheron profundus, *vid. 10*

- ACHERON.** Fornax Ouid. Met. 2, 229. Fretum Senec. Hippol. 12. Inane Lucret. 1, 1101. Mare profundum et immensum Cic. pro Planc. 15 c. 6. Pontus Virg. Aen. 5, 614. Sinus Senec. Troade 6. Stagna Ouid. ad Liuiam 242. Tartara Senec. Hippol. 8. Valles Stat. Theb. 10, 95. *Altus*: Virg. Aen. 1, 62 — caelumque profundum. Idem Ecl. 4, 21. *Sic* Altitudo profunda apud Liu. 38, 23. et Tacit. Ann. 2, 61 pr. Caeli profundi latus Valer. Argon. 7, 478. Siluae Lucret. 5, 42. ¶ 2 *Per translationem dicuntur* Auaritia profunda, *Immensa et magna* Sallust. Iugurth. c. 81. Caedes Stat. Theb. 10, 831. Cupido profunda imperii et diuitiarum Sallust. Hist. 4, 29 (5). Gula Suet. Vitell. c. 7. et 13. *Conf. Casaub. ad Suet.* Libido Sallust. de Rep. ordinanda. Mero profundum caluere nubigenae Stat. Theb. 5, 262. Nox Virg. Aen. 4, 26. Os profundum, *Exuberans* Hor. Carm. 4, 2, 7. Tempestas Stat. Achil. 1, 45. Venter Curt. 10, 2, 26. *Compar.* Solin. c. 26 Numidici vrsi villis profundioribus. *Superl.* Cic. pro Sext. 93 c. 43 Diuitias in profundissimum libidinum gurgitem profundere. Cura deorum profundissima Tertull. 2, . . . Pace profundissima florentes Mamertin. Paneg. Maximian. c. 14.
- PROFUNDUM, i. n.** [βύθος, βύθον, βύσσα, βέλαθρον] *Subst.* Mare. Pater profundi, Neptunus Valer. Argon. 2, 606. *Contraria.* Cic. de Finib. 3, 48 Vt qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a Summo, vt iam ianque possint emergere, quam si etiam quum essent in profundo. Atlantiacum Aufon. in Mosella v. 144. Gelidum Ouid. Epist. 18, 89. Ionium profundum, *pro Muri* Sil. 11, 22. Latum Senec. Herc. fur. 11. Penetrabile Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 444. Rubrum profundum, *Mare Erythraeum* Lucan. 8, 853. Sacrum Sil. 13, 480. Ouid. Met. 2, 267 Corpora Phocorum Summo resupina profundo. Tusci stagna profundi Sil. 10, 591. Vasto profundo Sil. 4, 246. Abiicere in profundum Cic. Verr. 6 (4) 26 c. 11. Abstrusit natura veritatem in profundo idem Acad. 4, 32. Iacere se in profundum, *vi.* IACIO. Iactari indomito profundo Ouid. Trist. 1, 10, 39. Mergero multos profundo Senec. Octau. 6. Putei profundum Val. Max. 9, 6, 2 extr. ¶ 2 Profundum, Plautus *Parasitum eleganter ad fundum alludens vocat, quasi mare quoddam sit, quo omnia serbeantur et hauriantur.* Sic enim Capt. 1, 2, 99 Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi. *Vid. locum integrum.* Sic Profundum, absolute, apud Caprum grammaticum significat Ventrem, nec iniuria, quum eodem sensu Gerges usurpetur. Exemplum autem vt ex antiquo sermone profert: In profundum, inquit, numi vel in arcam conduntur. *b. e.* Vel in ventrem mittuntur, vel in arcam. Turnebus. Sed a Capro hunc Profundum pro Crumena dictum ait Cuiac. Obseru. 10, 26. *Plur.* Profunda montium et siluarum Tacit. Agric. 25, 2.
- PROFUNDATUS, a, um.** Plaut. Mil. 3, 3, 44 Carina satis profundata et bene statuta. Sic Taubm. p. 851: al. Probe fundata, et sic Gronou.
- PROFUNDE.** Adu. *Compar.* Plin. 8, 42 Quo quis acrior in bibendo profundius nares mergit. *Conf.* Prudent. Vincent. 119.
- PROFUNDITAS, atis. f.** Macrobi. de Somn. Scip. 1, 6 Corporum tres sunt dimensiones, longitudo, latitudo, profunditas. Idem Saturn. 7, 14 Oculus videt caeli profunditatem. *Vid. Cur. post. Cellar. p. 153. et 227.* In ipsis visceribus terrae abstrusa profunditas Tertull. de An. c. 55.
- PROGEMMO, are.** [ελαστω] Gemmas trudere. De vinea dicitur. Columel. 4, 27 Si palmis incipientibus, progemmantibusque fossorem immiseris, magnam partem vindemiae decusseris.
- PROGENER, eri. m.** [διογαυερο.] Progenerum dicit auus, neptis suae virum. Suet. August. c. 19 Lucilique Paulli progeneri sui, etc. Modestinus in l. 4 D. de gradibus et affinibus. *Conf.* Tacit. Hist. 5, 9, 7. et Nepos 25, 12, 1. Sen. Ep. 21.
- PROGENERO, are.** [παιδοποιεω, παιδοσπορεω] Generatione em se producere. Plin. 11, 16 Fetus quonam modo progenerarent, magna inter eruditos et subtilis fuit quaestio. Aquilae non progenerant columbam Hor. Carm. 4, 4, 31. *Puff.* Varro de L. L. 8, 22 Non bos ad bouem conlata est similis? et qui ex his progenerantur inter se vituli? etc.
- PROGENERATIO, onis. f.** [παιδοποιια] Plin. 8, 43 Opera sine dubio geruli mirifica, arando quoque, sed mularum maxime progeneratione. *De asinis.*
- PROGENICULO, are.** Gloss. Lat. et Gr. Progeniculo, γεννημα. Item Progeniculat, γεννηπει.
- PROGENIES, ei. f.** [γεννα, γενεα] Genus atque familia. Cic. Philipp. 9, 5 Reddita est ei tum a maioribus statua pro vita: quae multos per annos progeniem eius honestaret. Herculis progenies Nepos 17, 1, 2. Certa progenies Seneca Troade 6. Dignissima caeli Stat. Achil. 2, 373. Egregia progenies virtute Virg. Aen. 7, 257. Ferrea Virg. Georg. 2, 341. Impia progenies Tantali Senec. Thyest. 2. Haud inficianda parenti progenies Phaethon Ouid. Met. 2, 34. Magna Iouis Catul. 32, 6. Parua Virg. Georg. 1, 413. *de coruis.* Prisca Claud. in Ruf. 1, 106. Regia Ouid. Met. 11, 754. Vesana Claud. de B. Sild. 332. Viua Lucret. 2, 617. Vitiosorem progeniem dare Hor. Carm. 3, 6, 46. Propius abesse ab ortu, et diuina progenie Cic. Tusc. 1, 26 c. 12. Orbatus progenie Idem ibid. 1, 85 c. 35. Terrae progenies, *vid.* TERRA. Vitae progenies Columel. 3, 9.
- PROGENITOR, vid.** PROGIGNO.
- PROGERMINO, are.** [καταελαστω] Germen ex se producere, dicitur furculus. Columel. 4, 10 Putandi autem duo sunt tempora, melius autem (vt ait Mago) vernali, ante quam furculus progerminet. Idem c. 15 Ne ex propinquo progerminet.
- PROGERO, gessi, gestum, ere.** [εκκομιζω, προκομιζω] Extrahere, efferre. Plin. 11, 18 (17) Quum defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exsequias, *de apibus.* Oua progerunt formicae Plin. 18, 35. Columel. 12, 50 Vrci quibus oleum progeritur.
- PROGERENS, entis. Part.** Plin. 18 c. vlt. extr. Formicae vel concursantes, aut oua progerentes.
- PROGESTO, are.** Apul. Miles. 6 extr. Sinu serico progestans nucleos.
- PROGIGNEON, vid.** PROPNGEON.
- PROGIGNO, genui, genitum, ere.** [γεννω] Gignendo ex se producere. Cic. Off. 3, 66 Vt enim caeteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progeniuit, ex filio est nominandus. Idem de Diuin. 1, 128 c. 56 Atque vt in feminibus vis inest earum rerum, quae ex his progignuntur, sic in causis conditae sunt res futurae. Progignere nouos

nouos rerum motus Lucret. 2, 80. Ferae te progenuere Ouid. Epist. 7, 38. Terra parens illam progenuit Virg. Aen. 4, 180. Prognigni, *Infin. passivae significationis*: Lucret. 2, 545 Vnde ea prognigni possit concepta, etc.

PROGENITOR, ōris. m. [ προγενήτωρ ] *Auus.* Ouid. 5 Met. 11, 319.

Quid peperisse duos, et dīs placuisse duobus,  
Et forti genitore, et progenitore Tonanti  
Esse fatam prodest?

Cum fuerit medius progenitor genitis Orientius in Commonit. l. 2. 10

PROGENĪTVS, a, um. Partic. Pallad. Ianuar. 15 Arbores ex pomis sponte progentae. Elementa progenita Apul. de Dogm. Plat. p. 51.

PROGNĀRE. Adu. i. Aperte, auctore Festo.

PROGNARĪTER. *Aliud* Adu. [ γναρητως ] *Fundus est* Non. 2, 625 Prognariter, strenue, fortiter, et constanter. *Laudat* Plaut. Pers. 4, 4, 39 Ego scio hercle vtrumque velle. D. age, indica prognariter. *Et* Ennium Annal. lib. 6 Diui, hoc audite parumper, Vt pro Romano Populo prognariter armis Certando prudens animam de corpore mitto. *Possis credere legendum esse* Prognauiter: *sed an ter peccatum?* Prognariter etiam retinet Merula p. 348.

PROGNĀTVS, a, um. Adi. [ γυννητης ] *Natus.* Ter. Phorm. 1, 2, 65 Bonam, bonis prognatam. Cic. Tusc. 3, 26 Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus? Plaut. Epid. 1, 1, 33 Tum ille prognatus Theti. Liu. 1, 40 Vt in eadem ciuitate post centesimum fere annum, quam Romulus deo prognatus, deus ipse tenuerit regnum, etc. Hor. Serm. 1, 6, 77 Artes, quas doceat quiuus Eques atque Senator a se prognatos. *b. e. Liberos suos.* Quo prognatus eodem Hor. Serm. 2, 1, 26. Pinus prognatae vertice Peliaco Catul. Argonaut. l. 63, 1. Prognati, [ γυννημενα ] *Liberi*: Plaut. Amph. 2, 2, 20 Res, parentes, patria et prognati, tutantur, seruantur.

PROGNATIO, ōnis. f. Mart. Capell. 6 p. 210 Oppidum Diomedis Tydeique prognatione notissimum.

PROGNAVITER, *vid.* PROGNAITER.

PROGNE, *vel* PROCNE, es. f. [ Πρόκνη ] *Pandionis Atheniensium regis filia, quae Tereo, Thracum regi, matrimonio iuncta est, ex qua filium Itym suscepit, quem patri postea comedendum dedit, propter Philomelam sororem ab eo violatam.* Ouid. Met. 6, 7 dicit eam fuisse versam in hirundinem, Itym vero in phasianum: quo in loco tota fabula describitur. *Vid. etiam in dictione TEREVS.* Hinc Hirundinem notat apud Virg. Georg. 4, 15 Et manibus Progne pectus signata cruentis. *Conf.* Auct. Philomel. 44. et Petron. c. 135 qui priorem corripit; Atque vrbana Progne, etc. Sidon. Epist. 2, 2 Progne inter asseres minuriens.

PROGNOSIA, ac. f. *Idem ac* PROGNOSIS, *Praenotio, Praescientia.* Isidor. 12, 7 Nautae sibi hanc bonam prognosiam facere dicunt.

PROGNOSTĪCON, i. n. [ προγνωσκων ] *Rei futurae signum. A Graeco verbo προγνώσκω, quod facit in futuro προγνώσκωμαι, quod praescio, siue praecognosco significat. Vnde Hippocratis prognostica, quibus facile aegrotorum salus morsue a medicis praedici solet.* Cic. de Diuin. 2, 47 c. 20 Ex eo quidem loco et prognostica nostra pronuntiabas et genera herbarum. *Et* ibid. 1, 13 c. 8 Atque his rerum praefensionibus prognostica tua referta sunt. *Idem* Att. 15, 16 Equidem etiam pluuias metuo, si prognostica nostra vera sunt; ranae enim

προγνώσκων.

PROGNOSTICVS, a, um. Adi. Prognostica praeuisio aegritudinum Isidor. 4, 10.

PROGRAMMA, ātis. n. *Scriptura publice proposita. Inscriptio alicuius rei venalis. Tabula pendula publice proposita ac suspensa, in qua edicta scribi consueuerunt. vnde pro Edicto aliquando ponitur.* Vid. l. 3 C. de Leg. et Constitut. princip. Vulcat. in Auidio Cass. c. 6 Edici iussit et programma in parietibus fixit. Cassiod. Var. 2, 24. et 7, 42 Edictale programma.

PROGRAXE, *vid.* PROCRAGO.

PROGREDIO, ěre. *Vt* Progredior veteres dixisse notat Priscian. p. 799.

PROGRĒDIOR, ěris, gressus sum, ědi. [ προίμι, προάγω ] *In publicum prodire, vel ultra ire.* Plaut. Caf. 4, 2, 17 Sed eccum progreditur cum corona et lampade meus focer. Progredi i. domo exire ad obscunda negotia Plin. 7, 53. Caes. B. G. 4, 24 Quum illi aut ex arido, aut paullulum in aquam progressi, omnibus membris expediti, etc. Cic. Off. 1, 33 Atque regredi quam progredi mallent. Nihil progredi Idem pro Sext. 75. Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu Idem Fam. 11, 4. Pedetentim Lucret. 5, 534. Incessu tacito Virg. Aen. 12, 219. Magnis itineribus Caes. B. C. 2, 19. Duos duntaxat pedes Cic. de Orat. 3, 183. Tridui viam progressi, rursus reuerterunt Caesar B. G. 4, 4. Cum iam progressus esset multorum dierum Viam Cic. de Diuin. 1 c. 15. Obuiam Liu. 7, 10 extr.

Longius, *per translationem, pro Sermonem extendere*: Cic. Verr. 3, 144 c. 62 Non dubito, quin vobis satisfecerim, iudices, veruntamen progrediar longius. Cic. Tusc. 1, 17 Ultra quo progrediar, quam vt verisimilia videam, non habeo. In adulationem Tacit. Ann. 3, 47. Liu. 31 pr. Iam prouideo animo, velut qui proximis litori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur: quidquid progredior, in vastiorem me altitudinem ac velut profundum inuehi. Suis viribus sine adminiculo Quintil. 2, 6. Cic. de Arusp. Resp. 56 Repulsi sunt ii, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes, quos apertissime largientes, non solum alieni; sed etiam sui vicini, tribules, vrbani, rustici repulerunt. Cic. Verr. 4, 27 Videret quid ageret, de Diodoro quo progredereetur. Ne digitum quidem progredi; *proverbialis formula, pro Ne minimum quidem.* Cic. Acad. 4, 16 Non quaero ex his illa initia mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt. Ultra primas literas paullum aliquid progredi Quintil. 1, 1. In virtute procedere et progredi Cic. de Finib. 4, 64 c. 23. Id. Verr. 1, 81 Vt perspicuum sit omnibus, nisi tanta acerbitas iniuriae, tanta vis sceleris fuisset, vt Lampfaceni moriendum sibi potius, quam perpetiendum putarent: nunquam illos in eum locum progressuros fuisse, vt vehementius odio libidinis tuae, quam metu legationis mouerentur. Progressus eo, b. e. *Eu peruenit, vel decidit.* Cic. Att. 10, 4 Indulgentia videlicet nostra deprauatus, eo progressus est, quo non audeo dicere. Neque eo deducam, aut progredi patiar, vt opera mea manus inter vos conferatis Cic. anteq. iret in exil. 20. Peruenit quoad fieri hominis auentia progredi potest Cic. Philipp. 11, 6. Quamobrem id primum

105



videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat Cic. de Amicit. 36. Vix ultra quo iam progrediatur habet Ouid. Fast. 1, 196. de amore. Calumnia serpere longius atque progredi dicitur Cic. anteq. iret in exil. 14. Diuination coniectura nititur, ultra quam

5 progredi non potest. Cic. de Diuin. 1, 25. Id. Acad. 4, 27 Ipsa philosophia, quae rationibus progredi debet, quem habebit exitum?

PROGREDIENS, entis. Partic. [*προάγων*] Zeno a communibus initiis progrediens Cic. de Fin. 4, c. 16. *i. philosophandi initium faciens.* Id. Tusc. 3, 54 Sensum enim et pedetentim progrediens extenuatur dolor. Idem de Senect. 45 Aetate progrediente, *b. e. In ipso aetatis cursu:* Id. de Finib. 5, 41 c. 15 Natura corpus quidem hominis sic genuit et formauit, ut alia in primo ortu perficeret, alia progrediente aetate fingeret. Id. de Nat. Deor. 2, 81 Alii autem vim participem rationis atque ordinis tanquam via progredientem. de

15 *natura.* Id. de Finib. 1, 69 Quum autem usus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere tantum.

PROGRESSVS, a, um. Aliud Partic. [*προελάς*] Cic. de Senect. 33 c. 10 Nisi forte adolescentes pueritiam, paullulum aetate progressi adolescentiam, debeant requirere. Id. de Diuin. 1, 26 Itaque ut ex ipso audiebam, persaepe reuertit ex itinere, quum iam progressus esset multorum dierum viam. Ex hac domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit? Id. pro Cael. 60. Intra iactum teli progressus Virg. Aen. 11, 603. *Compar.* Tertull. de Anima c. 31 Vt anima progressior reuenteretur mille post annos.

25 PROGRESSVS, ūs. m. [*προποδισμός*] *Processus, progressio.* Audiui Caesarem firmo progressu in castrum Truentinum venisse Cic. Att. 8, 18. Progressus et regressus quinque errantium stellarum constantes et rati Id. de Nat. Deor. 2, 52. Arcere a progressu, et a reditu refrenare Id. Philipp. 11, 4. Id. Off. 1, 11 Homo autem quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat. *i. Futuros exitus, et quo res progrediatur et tendat.* Id. Philipp. 5, 47 c. 17 C. Caesar ineunte aetate docuit ab excellenti eximiaque virtute, progressum aetatis expectari non oportere. Facere progressum in studiis, quod Plin. l. 1.

30 *Profectum facere dicit:* Cic. Tusc. 4, 43 c. 19 Philosophiae ipsius principes nunquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent. Structuris siue aggeribus expediuntur progressus Vitruu. 5, 12. Hac ratione in aquam poterit esse progressus Id. ibid. Cic. de Nat. Deor. 1, 15 Lucilius Balbus, qui tantos progressus habebat in

40 Stoicis. PROGRESSIO, ōnis. f. [*προπόδισσις*] Cic. Off. 3, 14 c. 3 Quae et ingenii bonitate multi assequuntur, et progressionem dicendi. Id. Acad. 1, 20 In qua quod inchoatum est, neque perfectum, progressio quaedam ad virtutem appellatur. Id. de Finib. 4, 17 Atque ab iis

45 initiis profecti, omnium virtutum et originem et progressionem profecti sunt.

PROGUBERNATOR, ōris. m. Caecil. ap. Non. 13, 17 Cui progubernator prope vertit profumiam.

PROGYMNASTES, ae. m. [*προγυμναστής*] *Praeexercitor. Qui docet, vel qui vna cum aliquo exercetur.* Senec. Epist. 83 Minimum exercitationi corporis datum. et hoc nomine ago gratias senectuti, non magno mihi constat: quum me moui, lassus sum. Hic autem est exercitationis, etiam fortissimis, finis. Progymnastas meos quaeris: vnus mihi sufficit, Earinus, puer (ut scis) amabilis. sed mutabitur. iam aliquem teneriorem quaero: iam vix illum assequor currentem, et intra paucissimos dies non potero.

PROGYMNASMA, ātis. n. [*προγύμνασμα*] Pl. Progymnasmata Latine dici possunt Praeexercitamenta, vel praexercitationes. Vt Aphthonii opusculum, quod hoc nomine inscriptum.

60 PROH. [*ᾠ*] *Interiectio.* Vid. PRO.

PROHIBEO, ui, itum, ēre. [*κωλύω, ἀπέχω,*] *ex Pro et Habeo compositum; q. d. procul habere, i. impedire vetando, vel quacunque ratione, ne quid fiat, aut incipiatur.* Virg. Aen. 1, 544 Quod genus hoc hominum: quaeue hunc tam barbara morem Permittit patria? hospitio prohibemur arenae. Ter. Heaut. 3, 3, 12 Multa fert libido, ea prohibet facere tua praesentia. Idem Andr. 3, 3, 36 Si eueniat (quod dī prohibeant) discessio. Prohibere minaciter, vid. MINACIAE. Cic. Verr. 2, 156 c. 64 Qui quum a Praetore prohiberentur, a quatuor Quaestoribus impedirentur, omnium minas atque

70 omnia pericula prae salute sua leuia duxerunt. Coram aliquid facere prohiberi Id. ad Octau. Prohibentur adire ad filios suos Id. Verr. 5, 117. Lacrimae dolorque prohibent loqui Ouid. Met. 9, 318. Cic. Off. 3, 4 Male etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant. Id. Diu. Verr. 33 Daturus es huic crimini, quod et potuisti prohibere, ne fieret, et debuisti? Columel. 2, 4 Nihil prohibet, quo minus mense Iulio veruacta subigantur. Prohibere et vetare quin Plaut. Curc. 1, 1, 33. *Iungitur Accusatio et Ablatio cum Praepositione:* Caesar. B. G. 1, 11 Caesarem certiore faciant, sese depopulatis agris non facile ab oppidis vim hostium prohibere. Virg.

80 Aen. 1, 529 Prohibe infandos a nauibus ignes. Prohiberi commeatu, aqua, etc. *b. e. Detineri, quo minus aquam, commeatum, et alia necessaria habere possimus* Cic. Fam. 12, 15. ¶ 2 *Nomina:* Accessum prohibere, vid. ACCEDO. Accessus prohibet refugitque viriles Ouid. Met. 14, 365. Aditum prohibere, vid. ADEO. ire. Cic. Att. 4, 3 Qui erant mecum, facile operas Aditu prohibuerunt. Ouid. Met. 12, 66 — prohibent Aditu, litusque tuentur Troës. Agricultura prohiberi Caesar B. G. 4, 1. Cic. pro Lege Manil. 18 Erit humanitatis vestrae, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere. A conuiciis prohibere Caes. B. C. 1, 23. Cibo prohiberi et tecto Cic. Verr. 3, 60. Detrimeto aliquem prohibere Auctor ad Herenn. 2, 17. Dolorem dentium prohibet, *Occurrit dentium dolori, impedit, ne oriatur, arcet* Plin. 20, 7. Domo Ter. Phorm. 2, 3, 78. Exitu Cic. Att. 9, 14. Id. ib. 9, 12 Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumfidet, fossa et vallo septum tenet, Fuga prohibet.

95 Ab Iniuria aliquem Sallust. Iugurth. c. 107 pr. Ab Insula procul praedones prohibere, et Intra insulam recipere, *contraria* Cic. Verr. 4, 144. Itinere Caes. B. G. 1, 10: Ludo inani prohibere animos instabiles Virg. Georg. 4, 105. *de apibus.* Motus et conatus alicuius prohibere Cic. in Catil. 2, 26. Nefas Virg. Aen. 5, 197. Cic. Verr. 2, 14 Quum videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi posse, etc. A periculo Rempub. Id. pro Lege Manil. 19, c. 7. Portione per triduum Columel. 6, 7. Prouincia aliquem Cic. Fam. 10, 15. A pugna Caes. B. G. 4, 34. Rixis Bacchum Hor. Carni. 1, 27, 4. *Hypallage, quasi diceret, Prohibete rixas a Baccho: vel proprie et vsitato more loquens est.* Sic enim Cic. pro Lege Manil. 18 Erit igitur

100

105

110

115

120

igitur humanitatis vestrae, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere. *Lambin.* Sepultura aliquem Auctor ad Heren. 4, 34. Servitio Liu. 1, 39 *extr.* Vim a se Plaut. Capt. 4, 2, 24. Vim hostium ab oppidis Caes. B. G. 1, 11. Voce aliquem, *Impedire ne quis loquatur*: Cic. pro Ligar. 13 Id ne impetremus, pugnabis, et in nostrum fletum irrumpes, et nos iacentes ad pedes supplicum voce prohibebis? Urbe aliquem Ouid. Met. 15, 600. *Datiuo et Accusatio iunctum*: Plaut. Cure. 5, 2, 7 Obsecro parentesne meos mihi prohibeas? Idem Mil. 3, 1, 105. ¶ 3 Prohibessim, is, it, *antique pro* Prohibeam, as, at. Plaut. Pseud. 1, 1, 11 Id te Iuppiter prohibessit. Cato c. 141, 2 Vti tu morbos visos, inuisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque prohibessis.

PROHIBENS, entis. Partic. [*ἀπιέγων*] Lex naturae recta imperans, prohibensque contraria Cic. de Nat. Deor. 1, 36. Egredi deo prohibente Tibul. 1, 3, 22. Populo prohibente Ouid. Met. 15, 610. Vento prohibente reuerti Id. Epist. 13, 127.

PROHIBENDVS, a, um. Columel. 6, 7 Sed prohibendus erit bos potione. Cic. Off. 1 c. 25 Prohibenda maxime est ira in puniendo.

PROHIBITIO, ōnis. f. Quintil. 9, 2. Prohibitio sceleris. 20 *conf.* Tertul. de Monog. c. 9. Arnob. 2 p. 45. Et Vlpian. l. 8 ff. de Poenis.

PROHIBITOR, ōris. m. Apul. de Deo Socr. p. 52 Socrates nullo adhortatore vnquam indigebat, at vero prohibitore nonnunquam. *conf.* Ammian. 24, 15. Et Arnob. 7 p. 249. 25

PROHIBITRIX, icis. f. Marcian. 2 ff. de leg. Lex est prohibitrix non faciendorum.

PROHIBITVS, a, um. Partic. Cic. Verr. 3, 60 c. 24 Equitem Romanum scitote biduum cibo tectoque prohibitum. Pudore peccandi prohibitis abstinere Sen. Ep. 84. 30

PROHIBITORVS, a, um. Adi. Auis prohibitoria, *apud* Plin. 10, 14. Paullus in l. Mutus et furdus D. de procur. Quia hoc editum prohibitorium est. Interdictum prohibitorium Vlpian. in l. Ait praetor D. de arbor. caedend. . . et in l. certum D. de confess.

PROHINC. *Igitur.* Apul. Met. 3 p. 133 Prohinc tormentis veritas 35 eruenda. Idem 5 *pr.* Prohinc cubiculo te refer.

PROIICIO, iēci, iectum, ēre. [*ἀπορίπτω, προίμας*] Porro iacere. Virg. Aen. 6, 835 Proiice tela manu. Ouid. Epist. 21, 165 Proiicit ipse suas deducta fronte coronas. Ante pedes proiicere aliquid Virg. Aen. 5, 673. Arma proiicere Caes. B. C. 3, 98. Hirt. 40 B. G. 8, 29. Ampullas proiicere et sesquipedalia verba Hor. in Arte Poët. 97. *i. abiicit, non adhibet verba inflata, grandia: omittit orationem tumidam.* Animas proiicere Virg. Aen. 6, 436 Quasi rem vilem, *inquit* Seruius. Artus strato proiecerat Valer. Argon. 7, 171. Aurum proiicere Hor. Serm. 2, 3, 100. Diem, *Oppetere*: Stat. Theb. 45 1, 237

Ille tamen superis aeterna piacula soluit,  
Proiecitque Diem, nec iam amplius aethere nostro  
Vescitur.

Cato *apud* Gellium 4, 17. Ita hos fert ventus ad priorem Pyrenaeum, 50 quos proicit in altum. In Exilium proiici Cic. anteq. iret in exil. 30. Id. in Catil. 2, 2 c. 1 Quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam pestem euomuerit, Forasque proiecerit. Fructus amoris, *A se reicere*

Catul. 53, 19. Lacrimas, *pro Effundere* Caes. B. Alex. 24. Libertatem suam Cic. pro Rabir. Post. 33. Rem viliose pretio, *i. Ven-* 55 *dere tam vili pretio, ut eam proiicere et abiicere videamur* Vlpian. in l. Si pignora D. de emption. Cic. Att. 9, 4 Tuas nunc epistolas a primo

lego. Hae me paullum recreant, primae mouent et rogant, ne Me proiciam. *b. e. Despondeam animum.* Diogenes proiici Se iussit in-

humatum Id. Tusc. 1, 104 c. 43 *b. e. Abiici.* Se ad pedes, *Humili-* 60 *tatis signum*: Id. pro Sext. 26 c. 11 Vos inquam, pro meo capite ad Pedes lenonis impurissimi proiecistis. Se ex nauis Caes. B. G. 4, 25.

Se ex vrbe, *Subtrahere* Cic. Philipp. 4. Se in forum, *Propripere* Liu. 2, 23. Cic. pro Cael. 21 Hoc ex genere si qui Se in hoc iudicium forte proiecerint, excluditote eorum cupiditatem, Iudices, sapientia 65 vestra. Se in muliebres fletus Liu. 25, 37. Sese super amicum exanimem Virg. Aen. 9, 44. Cic. de Finib. 2, 73 Quod stuprum,

quae libido Se non proripiet ac proiciet aut occulatione proposita, aut impunitate, aut licentia? Tectum proiicitur, *pro Excenditur*:

Id. in Topic. 24 Quoniam P. Scaeuola id solum esse ambitus aedium 70 dixerit, quantum parietis communis tegendi causa Tectum proiiceretur. Magno animo quaedam Verba proiicere Sen. Epist. 10. In nostrum proiicere quid esset l. 5 §. 10 ff. de noui oper. nunt. *intelligitur ex his,*

*quae mox dicentur in PROIECTVM.* Huc etiam pertinet Proiiciendi seruitus l. 2 ff. de Seruit. vrb. *vid.* PROIECTVM. Virtutem 75 patriam Caes. B. G. 2, 15. Lucan. 4, 516 Vitam proieci comites, tutusque futurae Mortis agor stimulis.

¶ 2 *Oseru.* Nonne extremam pati Fortunam paratos proiecit ille Caes. B. C. 2, 32. Et quaeritur in concione, se proiectum et proditum a Pompeio. Id. ib. 1, 30. In his proiicere idem est quod destituere, prodere. Proicere *apud Poetas*: 80 *vid.* Gell. 4, 17. *Drakenb.* ad Sil. 9, 538. Proiicere, *inquit* Nonius 2, 711 Effundere, honeste positum: Sisen. Hist. 4 Tum postquam apud Aeginos, ac Perusinos eius facti mentionem proiecit. *Intransi-*

*tina significatione positum videtur* Gell. 4, 17 *extr.* Promuntorium, cuius lingua in altum proicit. *i. prominet.* 85

PROIECTVS, a, um. Partic. [*ἀπερριμμένος, προβλης*] Columel. 12, 2 Quia ignoretur vbi proiectum iaceat quod desideratur. Cibum proiectum odorari Hor. Epod. 6, 10. Simonides ignotum quendam proiectum mortuum quum vidisset, humauit Cic. de Diuin. 1, 56. Id. Philipp. 12, 19 Qui ex naufragio luculenti patrimonii ad 90 haec Antoniana saxa proiectus est. In puluere proiectus Valer. Argon. 4, 268. Sternitur et toto proiectus corpore terrae Virg. Aen. 11, 87. Alga proiecta vilior Id. Ecl. 7, 42. Sil. 10, 42 Per medios agitur, proiecto lucis amore, Annibalem iustratus Paullus. Cadauera Varr. de L. L. 4, 5. Corpus Lucret. 3, 895. Enses proiectos 95 reddidit Lucan. 9, 26. Pudore proiecto loquar tua facta Ouid. Met. 6, 545. Puer proiectus, *dicitur Expositus*: Plaut. Cist. 1, 2, 5 Paruulam puellam proiectam ex angiportu sustuli. [*προεταρμένος*] *Extensus*:

Cic. de Orat. 3, 220 c. 59 Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis. In antro viridi proiectus Virg. Ecl. 1, 76. Exin 100

proiectae claro cum lumine Chelae Cic. in Arat. 323. In aequor proiectus Ouid. ex Pont. 2, 7, 57. Cic. Verr. 4, 119 Quarum vna est ea, quam dixi, insula, quae duobus portibus cincta, in vtriusque portus ostium aditumque proiecta est. Vineae proiectae humi Columel. de Arb. c. 4. Vrbs proiecta in altum Cic. Verr. 4, 21. Id. pro Clu- 105

ent. 183 c. 65 Quod aut hi, qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi, quorum eminet audacia atque proiecta est, a consiliis malitiae deseruntur. Sic, Proiecta cupiditas, apud eundem pro Domo 115 c. 44. Cic. Verr. 1, 2 Est idem Verres,

5 qui fuit semper; ut ad audendum proiectus, sic paratus ad audiendum praesto est. Compar. Venter paullo proiectior Suet. Tit. c. 3. Quid esse vobis aestinem proiectius Prudent. in Romano v. 153. Superl. Gens ad libidinem proiectissima Tacit. Hist. 5, 5, 3 de Iudaeis.

¶ 2 Proiectas ac proditas ad inconsultam atque improvidam pugnam legiones, dixit Lilius. . . . Proiectum, pro Contemptu et vili; Tacit. Ann. 1, 42 An ciues, quibus iam proiecta Senatus auctoritas? ¶ 3

Proiectum in aedificandi ratione quid esset, docebimus verbis Iuoleni l. 242 ff. de V. S. Inter Proiectum et Immissum hoc interesse ait Labeo, quod Proiectum esset id, quod ita prouheretur, ut nusquam requiesceret, qualia moeniana et suggrundia essent: Immissum autem, quod ita fieret; ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quae immitterentur. Vet. Gloss. Proiecta tecta *κατεσκευασμένα, ἀνάστασις ἔχοντα ἐπ' οὐκίας.* Et Proiectum τὸ ἔχον ὡς ἐπιπίπτει ἀπὸ τοῦ ἔξωθεν. Vlpian. l. 3 ff. §.

20 Vti possidetis: Labeo quoque scribit, ex aedibus meis in aedes tuas proiectum habeo. Interdicis mecum, si eum locum possideamus, qui proiecto tegetur: an quo facilius possim retinere possessionem eius projectionis, interdico tecum, sicuti nunc possidetis eas aedes, e quibus proiectus (Haloand. melius proiectum) est. Venuleius l. ult. §. penult. ff. Quod vi aut clam, si quis proiectum aut fillicidium in sepulcrum immiserit: etiam si ipsum monumentum non tangeret etc. Vid. PROIECTIO n. 2.

PROIECTVS, ūs. m. [προβολή] Ipsa proiectio. Plin. 17, 12 Omnium quae proiectu frontis ita diffunduntur, ut per ipsas non defluant imbres, stilla saeva est. Corporis proiectus immanis Lucret. 30 3, 1000.

PROIECTIO, ōnis. f. [τάσις] Cic. in Orat. 59 c. 18 Brachii proiectio in contentionibus, contractio in remissis. ¶ 2

Pro iure proiciendi s. proiectum immittendi Vlpian. l. 3 §. 5 ff. Vti possidetis, Item videamus, si proiectio supra vicini solum non iure haberi dicatur.

PROIECTO, āre. [κακίζω] Frequenter proicere. Proiectare aliquem probris, Iniuriis afficere: Plaut. Bacch. 3, 6 (5) 38 Tuis me proiectas probris. Al. Proiectas, it Prouocas.

PROIECTŪRA, ae. f. [προβολή] Proiecturae Vitruuio sunt 40 Prominentiae, et velut supercilia quaedam parietum arcendis stillicidiis inuenta: Quaequam etiam proprio nomine Coronae vocentur: siue structura, siue intestino opere, consistit. Vitruu. 2, 8 Summis parietibus structura testacea sub tegula subiiciatur altitudine circiter sesquipedali: habeatque proiecturas coronarum. Ita vetari poterunt quae solent 45 in iis fieri vitia. Budaeus. Conf. Horoman. Respons. Amic. 2, 30.

PROIECTICVS, a, um. Adi. Qui Proiectus nutritur. Plaut. Cist. 1, 3, 43. Ibid. arg. v. 8 Lemnique natam respondit adolescentulo amore capto illius proiecticiae. Ammian. 28, 37 Salutatur te Palladius proiecticius.

PROIECTE. Adu. Tertull. de Pudic. c. 13 Apostolus vero eam sceleratam libidinem tam proiecte ignouisset.

PROIECTIBILIS, e. Adi. Vet. Interp. Iren. 1, 34 Serpens proiectibilis.

PROIECTORIVS, a, um. Adi. Macer. 4, 1 Herbae totius est proiectoria virtus. Theod. Priscian. de Diaet. c. 15 Vinum proiectoriam participare.

PROIN. Adu. [διὰ ταῦτα] Propterea, ideo, propter hoc. Ter. Eun. 1, 1, 11 Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita. Id. Andr. 2, 4, 5 Orationem sperat inuenisse se, qua differat te: proin face, apud te ut fies.

PROINDE. Aliud Adu. [διὸ, τούτων, διήκων] Idem significans. Ter. Andr. 4, 2, 24 Ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas. Proinde hinc vos amolimini. Proinde aut exeant aut quiescant Cic. Catil. 2, c. 5. Liu. 1, 9 Satis scire, origini Romanae et deos affuisse,

65 et non defuturam virtutem: proinde ne grauarentur. Plaut. Amph. 1, 1, 59. Proinde isti licet faciant quos volent Consules Cic. Att. 2, 9. Proinde bono animo sis Id. ib. 1, 8. Proinde fac magnum animum habeas Cic. Fam. 12, 6. Proinde, si sapias vide Cic. Verr. 2, 70.

Proinde si qui sunt, qui etc. Id. ib. 5, 182. Et proinde diligenter ab vtroque seruata sunt Cic. Fam. 11, 35. ¶ 2 Proinde,

[ὁμοίως] pro Aduerbio similitudinis aliquando ponitur, eandemque significationem habere videtur, quam Perinde. Ter. Phorm. 2, 3, 35 Proinde expiscare, quasi non nosset. Proinde quasi nemo fiet, ita rite attente

75 illorum officia fungere Ter. Heaut. 1, 1, 13. Cic. pro Domo 31 Proinde quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego existimo, sentiant, etc. Columel. 11, 52 Itaque nonnulli gustu explorare maturitatem tentauerunt, ut siue dulcis esset sapor uuae, siue acidus, proinde aestimarent.

Tacit. Ann. 12, 60 Decreta quoque eorum proinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituisent. de Augusto loquitur. Lucret. 3, 1048

80 Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror Ossa dedit terrae, proinde ac famul improbus esset. i. Tanquam, proinde ac si. Proinde ac debeat Varr. de L. L. 9 versus fin. Proinde ac si Nepos 6, 2, 2. Proinde ut Varr. de L. L. 5, 7. Plaut. Amph. 2, 3, 18 Recte loquere, et proinde, diligentem ut uxorem decet. Ibid. 27 Haec curata sint fac

85 sis, proinde adeo ut me velle intelligis. Conf. Burm. ad Quintil. 5, 9 p. 393.

PROLABOR, ēris, lapsus sum, labi. [προάγομαι] Auget significationem simplicis verbi, ut sit tum manifesto, tum ultra labi, et ita, ut plane iaceat: et non proprie tantum, sed metaphorice etiam ponitur, ut exempla doceant. Primam produci, ostendit Cic. de Nat. Deor. 2, 113

At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo, i. mouetur celeriter. Intestinum prolabitur Scribon. 232. Prolapsus cecidit Liu. 5, 21 extr. Prolabi in caput Id. 27, 32. Al. Per caput: Prolabi ex arbore

90 Plin. 27, 8. Et apud Liu. 27, 27 Prolabi ex equo. Matris prolapsus ab aluo Ouid. in Ibin 223. Eo iam prolapsi sunt mores Sen. Controu. 15 pr. In ignotum priscae continentiae diuerticulum prolabi Val. Max. 9, 1, 4. Cic. pro Quint. 77 Fore uti permultis in rebus timore prolaberer. Id. pro Caecin. 101 Non me praeterit, Recuperatores, tamen de hoc iure multa praetero, tamen me longius

00 Prolapsus esse, quam ratio vestri iudicii postulauit. Prolabi in misericordiam Liu. 30, 12. Cic. Att. 1, 14 (17) Asiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in senatu, se cupiditate prolapsos, nimum magno conduxisse.

PROLAPSVS, a, um. Partic. [προσχθεις, κατερχθεις, κατερεψας] Equus prolapsus Propert. 4, 1, 94. Cic. de Diuin. 2, 5 c. 2 His praefertim

fertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est Iuuentus, vt omnium opibus refrenanda atque coercenda sit Cic. Diuin. 2, 4 c. 2. Id. pro Cael. 47 Huc vnus mulieris Libidinem esse prolapsam, vt ea non modo solitudinem ac tenebras, atque haec flagitiorum tegumenta non quærat. Pergama prolapsa Virg. Aen. 2, 555. Verbum prolapsam ab aliqua cupiditate Cic. pro Font. 18 c. 9. *i. quod excidit testi nimis cupido.*

**PROLAPSIO**, ònis. f. [*κατέρειψις*] Cic. pro Cael. 41 c. 17 Et interdum multas vias adolescentiae lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset. Inuisibili prolapsione descendere Ambros. Serm. 15 de Temp. p. 20.

**PROLATIO**, **PROLATVS**, *vid. PROPERO.*

**PROLATO**, ãre. [*ἀνορθῶν, πλατῶν*] *Idem quod Dilatare, et aliquando metaph. Differre in aliquod tempus, et protrahere.* Cic. in Catil. 4, 6 c. 3 Id opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest. Sic, Liu. 21, 5 Nihil prolatandum ratus. Omnis inuidia prolatandis Consultationibus dilapsa foret Sallust. Iugurth. c. 27. Agros Tacit. Hist. 2, 78, 5. Sallust. in Catil. 4; Cethegus semper quaerebatur de ignauia sociorum: illos, dubitando, et Dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere. Sil. 3, 142. *conf. Cort. ad Sallust. c. 1. 20* Diem ex die prolatare Tacit. Ann. 6, 42, 6. Columel. 1 *praefat.* Largius tamen condidere quam nos, quibus diuturna permittente pace, prolatare licuit Rem rusticam, *i. ampliozem facere.* Tacit. Ann. 11, 37 Interim Messalina Lucullianis in hortis prolatare vitam, *i. Producere, prorogare.* Prolatare. Porrotenus latius facere, et amplificare: Lucret. 1, 982 Effugiumque fugae prolatet copia semper. *i. Fiet, vt spatii infinitas perpetuum solo effugiendi atque euolandi locum praebeat.* Lambin.

**PROLATATVS**, a, um. Partic. [*ἀνορθῶν*] Tacit. Ann. 10, 32 Prolatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur. *Add. ib. 13, 34, 4.*

**PROLATATIO**, ònis. f. [*ἀνορθῶν*] Tacit. Hist. 3, 82, 3 Sed omnem prolationem vt inimicam victoriae suspectabant.

**PROLATIŪVS**, **PROLATVS**, *etc. vid. PROPERO.*

**PROLECTO**, ãre. [*ἐπάγω*] Frequent. ex Prolicere, nisi a Lacerando ductum malis. Cic. pro Flacc. 18 c. 8 Egentes, et leues spe largitionis, et viatico publico, priuata etiam benignitate prolectat. Praeda puellares animos prolectat inanis Ouid. Fast. 4, 433. Vitruu. Prooem. 5 Versuum distincta pronuntiatio prolectando sensus legentium, perducit sine offensa ad summam scriptorum terminationem. Apul. Apol. p. 331 Causa prolectandi ad nuptias.

**PROLECTANS**, antis. Partic. Apul. Met. 5 *pr.* Prolectante studio pulcherrimae visionis. Ibid. p. 162 Prolectante gaudio.

**PROLECTATVS**, a, um. Mart. Capell. 8 p. 270 Nuptialis gratiae nomine prolectatus.

**PROLECTIBILIS**, e. Adi. *Quod alliciendi incitandique vim habet.* Sidon. ad Vectionem, Nemo ita naturae firmæ est, vt prolectabilibus careat occultis. *Al. Prolectabilibus. vid. Fest.*

**PROLEPSIS**, is. f. [*πρόληψις*] *Dici potest Latine Praesumptio: ἀπὸ τῆ πρόληψις, hoc est a praesumendo.* Fitque in oratione, quum id, quod in aduersarii aut iudicis opinione esse aut fore arbitramur contrarium nobis, praecoepamus dicere, et ratione dissoluere, *vid. Rutil. et Gell. 10, 16. Diomed. p. 438 Est cum id, quod posterius accidit, ante tempus adscribitur. Vt Virg. Aen. 1 *pr.* Italiam fato profugus Lauinaque venit Litora. Cum enim in Italiam venires Aeneas, Lauinium non erat conditum. Haec apud rhetoras.*

*Philosophi aliter:* Cic. de Nat. Deor. 1, 43 c. 16 Quae est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est anteceptam animo rei quandam informationem.

**PROLES**, is. f. [*ἀπογονίη*] Progenies; a Pro et Oleo, id est cresco: vt Soboles i. suboles a suboleo. Columel. 7, 6, 7 de caprino pecore, Pascit autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Quinctil. 8, 3, 26 Prolem ducendam, tragicum. *See par. um liquido de lectione et sententia mihi constat.* Proles et Soboles, verba a Cicerone non cuius, vt ipse testatur de Orat. 3, 151 c. 38

Neque illud fugerim dicere, vt Caellius, Qua tempestate Poenus in Italiam venit, nec Prolem aut Sobolem, aut Effari, aut Nuncupari. Interim tamen Poëtis vsitatus nomen, exempla dicentur: Tuta diu volucrum proles, tum denique caesa est Ouid. Fast. 1, 449 Oliuae proles

Virg. Georg. 2, 2. Hominum futurorum Cic. in Somn. Scip. 16. Virum prole felix vrbs Virg. Aen. 6, 784. Achilles Thetidis proles, *vid. ACHILLES.* Degener Senec. Agamemn. 6. Duellica equorum Lucret. 2, 660. *Al. Bellica. Effera Id. 2, 604. Foeda Senec. Med. 7. Felix Claud. de Rapt. Proserp. 2, 370. Generosa Sen. Oedip. 110. Colum. 7, 6. Ignara parentis Ouid. Met. 2, 496. Incerta Senec. Thyest. 1. 4. Inclyta Id. Medea f. 7. Mascula rusticorum militum Hor. Carm. 3, 6, 38. Noua Lucret. 1, 260. Postuma Virg. Aen. 6, 763. Praeclara Valer. Argon. 2, 149. Pulcherrima Virg. Aen. 6, 648. Scelerata Ouid. Met. 1, 127. Virilis Virg. Aen. 7, 50.*

*¶ 2 Verborum formulae.* Agnoscere ambigam prolem Virg. Aen. 3, 180. Creata proles sine matre Ouid. Met. 2, 553. Describunt equitum, peditumque prolem Cic. de Legib. 3, 7. Dare geminam Virg. Aen. 1, 278. Eniti gemellam Ouid. Met. 9, 452. Ferrea tum vero proles Exorta repente est Cic. de Nat. Deor. 2, 159 c. 63 *pro Saeculo, vid. Barth. ad Claud. p. 1103. Procudere prolem Lucret. 5, 854. Parentem facere pulchra prole Virg. Aen. 1, 79. i. Parere. Producere prolem teneram a nido in aëra Ouid. Met. 8, 2. 4. Propagare prolem Lucret. 2, 996. Priuignasque rogat proles Columel. 10, 163. De Testiculis Arnob. 5 p. 172 Circumiectae prolibus membranulae, *vid. Stew. b. 1. Idem 7 p. 230 Polimina**

sunt ea, quae nos proles verecundius dicimus.

**PROLETARIVS**, a, um. Adi. [*θητικὸς, θητευτικὸς*] a Prole dictum est. Proletarii dicti sunt, Qui in plebe Romana pauperrimi erant, et non amplius quam mille et quingentos aeris in censum deferrebant, vt ait Non. 2, 666. Ennius Annalibus, Proletarius publicus scuto ferroque Ornatus, *vid. Gell. 16, 10. Desinite hominem, proletarius cum sit, classicis; et capite cum censeatur, adscribere ordinibus primis Arnob. 2 p. 63. Festus Proletarium, capite censum dictum ait, quod his ciuitas constet. quasi proles prolenie. iidem et proletanei. Non. 1, 342 Proletarii dicti sunt plebei, qui nihil Reip. exhibeant, sed tantum prolem sufficient. Proletarius sermo Plaut. Mil. 3, 1, 175. i. Vulgaris, perfunctoriae et tralaticiae humanitatis, non serius, *vid. totus locus in APPONO n. 2.**

**PROLITAS**, atis. f. *Pro proles, legitur a quibusdam ap. Apul. Met. 2 post init. Vbi alii proles, al. probitas.*

**PROLEVO**, Ære. Haec te peccatorum fluctibus mensum prole-  
vabit Tertull. de Poenit. c. 4. *Al. aliter.*

**PROLIBO**, Ære. [*προσπέδω*] *Ante libare.* Plin. 35, 12 In sa-  
cris quidem etiam inter has opes non myrrhinis cristallinisue, sed  
5 sicilibus prolibatur sympulis. Idem 28, 4 Alii e tribus puteis pari  
mensura aquas miscunt, et prolibant nouo sicili.

**PROLICIO**, lexi, lectum, Ære. [*ἐφέλω*] *Inducere. Antiquum.*  
Plaut. Curc. 1, 2, 1 Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicio.

**PROLECTVS**, a, um. Part. Romanos impetu suo protelant, pro-  
10 lectos persequuntur Sis. ap. Non. 4, 394.

**PROLECTO**. *vid. paullo ante, loco suo.*

**PROLIQVEO**, vel **PROLICEO**, Ære. Gloss. Isidor. Emanare:  
*Vbi laudatur Varro, Demum vbi prolicuit dulcis vnda.*

**PROLIQVATVS**, a, um. Apul. Apol. 1 p. 283 *Elm.* Radii nostri  
15 seu mediis oculis proliquati.

**PROLITAS**. *vid. PROLES.*

**PROLIXVS**, a, um. Adi. [*μηκός, ἐκτενής, προμήκης*] a *Laxum*  
*fit, quasi porro laxum; Quod longum, laxumque est.* Ter. Heaut. 2,  
3, 49 Capillus passus, prolixus, circum caput reiectus negliger.

20 Varr. de R. R. 1, 9 Licet videre fructuosas segetes ac restibiles, et ar-  
bores prolixas. Arator prolixior Columel. 1, 9, 3. *de statura provera.*  
Longissimum enim quemque aratorem iubet facere. Barba prolixa

Virg. Ecl. 8, 34. Comae Ouid. Trist. 4, 2, 34. Corpus prolixum,  
Exili opponit Sueton. Claud. c. 30. Ictu prolixo prouolat Lucret. 4,

25 1239. *b. e. Velocitate maxima.* Prolixo fatis itinere Apul. Met. 3 *sub f.*  
Tempus prolixum l. 3 §. 3 ff. de re mil. Pollices prolixiores Colu-  
mel. 5, 6.

¶ 2 Prolixus animus, *Liberalis.* Cic. Att.  
16, 16 Quod quum ita sit, tamen interest nostra, Plancum hoc animo  
libenti prolixoque facere. *Vbi interpret, Prolixus, In causam pro-*

30 pensus. Cic. Fam. 3, 8 Liberalitas tua, vt hominis nobilissimi, latius  
in prouincia patuit. Nostra si augustior (etsi de tua prolixa bene-  
ficaque natura limauit aliquid posterior annus, propter quandam tristitia-  
m temporum) non debent mirari homines, quum et natura semper

35 in Pompeium prolixior per ipsum, quam per me in Brutum, *i. Pro-*  
*pensior, facilius, liberalior* Cic. Att. 6, 3. ¶ 3 *Prosper,*  
*felix:* Cic. Att. 1, 1 Quum perspexero voluntates nobilium, scribam  
ad te. Caetera spero prolixa esse his duntaxat vrbaniis competit-

40 secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere, superbiam  
atque ferociam auferere etc. ¶ 4 *Quod vulgo hodie pro-*  
*lixum carmen, epistolam, orationem dicit, i. Verbofam, multis verbis*  
*conscriptam illud sequioris demum aetatis auctores habet, vt Macrobr. Sat.*

45 *At Prolixa oratio Apul. Flor. 3 p. 359, 23 Non est simpliciter verbosa, sed*  
*eloquens, flumen orationis.* Quod vtiqum mihi pro amplitudine audi-  
torii prolixa oratio suppeteret, ac non hic maxime clauderet, vbi me  
facundissimum cuprem. *vid. PROLIXE, et PROLIXITVDO,*

**PROLIXITAS**.

50 **PROLIXVM**. Adu. Luctu redintegrato prolixum eiulat Apul.  
Met. 8 p. 205.

**PROLIXE**. Adu. *Longe, lateque.* Arbores prolixe foliatae Apul.  
Miles. 4 *pr.* ¶ 2 Ter. Adelph. 5, 8, 21 Vis est haec  
quidem. D. age prolixe Mitio. *Vbi Donat. Aut age prolixe,*

55 id est age benigne, vt sit prolixe, benigne, secundum veteres,  
aut etc. Prolixe aliquem accipere, *i. Large et laute:* Ter. Eun.  
5, 9 (8) 52. Accipit hominem nemo melius prorsus, neque proli-  
xius. Fouere quem prolixius Suet. Ti. c. 7. Prolixe promittere,

60 *Large, copiose, liberaliter, etiam si paucis verbis:* Cic. Fam. 7, 5  
Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quam  
eram solitus de mea polliceri. Cic. pro L. Flacc. 89 c. 36 Adductus  
huius pudore, et non amplissimis patrimonii copiis, id non solum fecit,  
sed etiam prolixe, cumulateque fecit. Cic. Att. 16, 16 Id autem est,

65 vt hoc, quod te tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri  
causa libenter, prolixe, celeriter facias. Id. ib. 7, 14 Me Pompeius  
Capuam venire voluit, et adiuuare delectum: in quo parum prolixe  
respondent Campani coloni, *i. Inuiti. Nec mirum est lege Iuliu in*

70 *agrum Campanum deductos, propensiores in Caesarem esse.* ¶ 3  
*Verbose, ap. Gell. 12, 1 pr. Fabulari instituit prolixius.*

**PROLIXITVDO**, inis. f. [*μηκος*] Pacuuius Duloreste, Oro  
mi ne sestas fandi mi prolixitudinem Non. 2, 697.

**PROLIXITAS**, atis. f. Vlpian. in l. 2 §. *utrum.* D. Quemad-  
testam. aper. secundum locorum angustias seu prolixitates. *Adde Ar-*

75 *nob. 7 p. 250 Colubram validissimi corporis et prolixitatis immensae.*  
*Sed 4 p. 138 meo.* Ne forte prolixitas fastidium audientiae pariat, cessa-  
bimus ire per singula. Symmach. Epist. 2, 8 *Literarum prolixitas.*

**PROLIXO**, Ære. *Prolixum facere.* Columel. 4, 24 *ad finem*  
Magnopere monendus putator est, vt prolixet aciem ferramenti, et  
quantum possit, nouaculae similem reddat.

80 **PROLOGVS**, i. m. [*πρόλογος*] *Proloquium, sive praefatio, vbi*  
*aut Poeta excusatur, aut fabula commendatur Prologus etiam narranda*  
*proponit.* Ter. Prol. Phorm. 15 Nullum inuenire prologum potuisset  
nouus, quem diceret. *Vid. Idem Andr. Prol. 5. Spartian. Ael. Ver.*

85 *c. 1 Non debet esse prologus enormior, quam fabula. Aliquando ipsum*  
*Hominem, prologum referentem, significat:* Ter. Prol. Heaut. 11 Ora-  
torem voluit esse me, non prologum.

**PROLOGIVM**, i. n. [*προλόγιον*] Principium, proloquium:  
Pacuuius, Quid est? nam exanimasti me prologio tuo. Festus.

**PROLONGO**, Ære. [*μηκύνω*] *Longum facere.* Plin. 13, 3 *pr.*  
90 Vestes prolongant tempus. *Sed leg. hodie Prorogant, i. In longum*  
*tempus durant.* Senec. de Benefic. 5, 17 Vt prolongetur tibi dies  
mortis, nihil proficiet ad felicitatem. *Sed leg. Prorogetur.* Pro-

longauerunt iniquitatem suam Vulg. Psalm. 128 (Hebr. 129) v. 3.

**PROLOQVOR**, eris, loquutus sum, qui. [*πρόβημι, προφέρω,*  
95 *ἀποφαινομαι*] *Publice, libere, eloqui.* Varr. de L. L. 5, 7 Pro-  
locutum dicimus, quum animo quod habuit, extulit loquen-  
do. Ter. Andr. 1, 5, 21 Censen' vllum me verbum po-  
tuisse proloqui? Idem Phorm. 2, 1, 5 Postquam ad iudices  
ventum est, non potuit cogitata proloqui. Cic. in Orat. 147 Ma-

100 autem siue peruagatissimus ille versus, qui vetat artem pudere proloqui  
quam factites, dissimulare non sinit quin delectet. Plaut. Epid. 3, 4,  
28 Nam quid ego apud te proloqui parcam? *i. non fatear.*

**PROLOQVIVM**, i. n. [*ἀξιωμα*] *Sententia, in qua nihil deside-*  
*ratur.* Varr. de L. L. 24 Exemplum, vt Annibal Poenus fuit, Scipio

105 Numantiam deleuit. Et omnino quidquid ita dicitur, plena atque  
perfe-

perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum aut falsum esse, id a Dialecticis appellatum est *ἀξιωμα*: a M. Varrone proloquium: a Cicerone pronuntiatum. Haec Gell. 16, 8. Pro Exordio ponitur: v. g. -Necessaria communis causae proloquia Quinctil. Decl. 3. Proloquium disiunctiuum, pro *Disiuncto genere argumenti, vel Propositione disiunctiua, ut vulgo loquuntur.* Gell. 5, 11 Non ratum id, neque iustum: disiunctum esse ait, quoniam non necessum est alterum ex duobus, quae disiunguntur, verum esse: quod in proloquio disiunctiuo necessarium est.

PROLOCVTOR, ōris. m. Quinctil. Decl. 3.

PROLVBĪDO, īnis. f. Varro de L. L. 5 apud Non. 1, 324.

PROLVBIES, ēi. f. Ibid.

PROLVBIVM, i. n. [*ἐπιθυμία*] *Cupiditas et voluptas.* Ter. Adolph. 5, 9; 28 Quod prolubium? quae istaec subita est largitas? Sic praestantissimi MSS. et Donatus interpretatur *προθυμίαν*, id est promptum animum ad largiendum. Non. 1, 324 laudat ex Accio, Muliebri ingenium, prolubium, occasio: ex Nouio, Et volo et vereor, et facere in prolubio est: ex Laberio, Quo quidem me a matronali pudore prolubium meretricis progredi coegit: denique ex Varron. de L. L. 5 Prolubium et prolubidinem dici ab eo quod lubeat, vnde etiam lucus Veneris Lubentinae dicitur. Sed Seru. ad Aen. 3, 217 Prolubium Terentii effusionem interpretatur, ex memoria, ut videtur; unde deinde in libros quosdam Terentii venit et Non. 4, 373. Gell. 5, 10 Sed maius mihi in ista victoria prolubium est, quum te non in causa tantum, sed in argumento quoque isto vinco. Idem Gell. 16, 25 19 Feros et immanes nauitas prolubium tum audiendi subit.

PROLVCEO, xi, ēre. Senec. de Vita beata c. 32 Sena per diem, fena per noctem signa prolucent.

PROLVDO, si, sum, ēre. [*προαγωνίζομαι*] est Futurum certamen meditari, et exercendarum virium causa, confirmandique animi veluti simulacrum quoddam certaminis inire. Varr. de L. L. 5, 7 Pro, idem valet quod ante, ut in hoc proluit. Virg. Georg. 3, 234

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,

Arboris obnixus trunco: ventosque lacescit

Ictibus, et sparsa ad pugnam proluit arena.

Iuuen. Sat. 5, 26 Iurgia proluunt, sed nox et pocula torques Saucius. Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 Atque eiusmodi illa profusio debet esse, non ut Samnitum, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur: sed ut ipsis sententiis, quibus proluferunt, vel pugnare possint. In armis leuibis proluit Lucan. ad Pison. 75. 40 Dolor proluit per scelera Senec. Med. f. 12. Cum per ista prolusum est Sen. Nat. Quaest. 3, 28. In libris saepe permiscuntur prologo et praefatio: vid. Burm. ad Ouid. A. A. 3, 515. et ad Rutil. It. 1, 257.

PROLVSIŌ, ōnis. f. [*προαγωγή*] Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 Atque eiusmodi illa profusio debet esse, non ut Samnitum, qui vibrant hastas ante pugnam. Profusionis vocabulum ad causas translatum est. Sic Cicero Diuinationem suam, Profusionem Verrinae accusationis vocat, Diu. Verr. 47 c. 14 extr. Sin mecum in hac profusione nihil fueris: quem te in ipsa pugna cum acerrimo aduersario fore puteinus? Est rhetorica profusio, communes locos in vtravis partem inuentorum alternatione tractare Macrob. Sat. 7, 5.

PROLVDIVM, i. n. [*προαγών*] Praeludium posset significare. Sed adhuc auctore caret. Gell. 5, 10 est pro ludium ut modo vidimus. Cic. Philipp. 14 c. 3 Pro ludium illud atque portentum L. Antonius: insigne odium omnium hominum L. Antonius, vel, si etiam DI oderint quos oportet, omnium Deorum. Sic omnes MSS. Sed editur pro pudium: cum pro ludium illud nemo sit, qui intelligat.

PROLVSORIVS, a, um. Adi. Prolusorium iudicium, id est Prae iudicialis causa Vlpian. in l. Si prolusorio iudicio D. de appellation. al. Perlusorio.

PROLVGEO, luxi, luctum, ēre. [*ἐπιθρηῆω*] Festus, Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent. Vid. Lex. Pitisc.

PROLVO, ui, ūtum, ēre. [*βρέχω*] Multum, siue multo tempore lauare, et eluere. Perf. Sat. prol. pr. Nec fonte labra proluui Caballino. Non enim omnino negat, sed negat multum labra lauasse, humilitatis causa. Columel. 2, 18 Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatisque radicibus germina non patitur coalescere. Virg. Aen. 1, 743 Et pleno se proluit auro. Cruor faucia proluit pectora Stat. Theb. 8, 711. Praecordia melius prolueris leni mulso Hor. Serm. 2, 4, 26. Eridanus proluit filuas insano contorquens vortice Virg. Georg. 1, 481. Tralate: Gell. 2, 24 Pecuniam suam prandiorum gurgitibus proluisse.

PROLVTVS, a, um. Partic. [*βεβρωγμένος*] Hor. Serm. 1, 5, 16 Malta prolutus vappa nauta, atque viator. Apul. de Mundo p. 73 Audiuimus abruptis imbribus prolutas esse totas regiones.

PROLVVIES, ēi. f. [*βρωγία*] Immundities cuiuscunque rei sordidae. Virg. Aen. 3, 216 Foedissima ventris Proluuias. i. e. Sordis effusio, inquit Seruius. Cic. Q. Frat. 1, 7 Romae, et maxime Appia, ad Martis, mira proluuias. al. Alluuias. Columel. 12, 38 Et ad alui proluuiem. Larga proluuias lauere saxa Lucret. 5, 648.

PROLVVIVM, i. n. [*κατάπλυσμα*] Profusio et prodigalitas, quum quis more aquae opes profundit, quibusdam placet Ter. Adolph. 5, 9, 28 Quod proluuium? quae istaec subita est largitas? Sed. vid. PROLVBIVM.

PROLVVIŌSVS, a, um. Adi. Proluuiosa pestis Q. Fab. Lu. 85 cull. apud Fulgent. de Sermone prisco.

PROLYTA, ae. m. [*προλύτης*] Prolytae, a Triboniano appellantur, qui in quintum iam annum iuri Ciuili operam dederant, sicut Lytae, qui quatuor. Iustinian. in prooemio Pandectarum. Turneb. Aduers. 8, 19 ut Lytas interpretatur solutores, quasi qui iam tantos progressus habent in iure, ut de eo respondere prope possint et quaestiones soluere: sic prolytae illi sunt, quos tanquam praesolutores dixeris, quod etiam solutoribus, qui lytae dicuntur, antecellant. Vulgus interpretum iuris Lytas solutos vocat, magno sane flagitio.

PROMAGISTER, tri. m. Qui pro magistro substituitur. Vet. Inscript. Gruter. 454 n. 8 PROMAGISTER HEREDITIVM. Conf. Rhod. in Scrib. Larg. p. 237. Alias disiungitur Cic. Fam. 13, 65 Qui operas in Scriptura pro magistro dat. Etiam Cic. Att. 5, 15 in fine Promagistris legunt quidam, ubi nunc editur, Tu autem saepe dare tabellariis publicanorum poteris, per magistratos scripturae, etc. Vid. SCRIPTURA, pro Vectigali, etc. in SCRIBO.

PROMĀNO, āre. Quod vulgatum est hodie, apud antiquos desideratur. Vid. Cellar. Cur. post. p. 364.

PROMATERTĒRA, ae. f. Proauiae meae soror. Caius in l. 1 D. de gradib. Vid. PROAVVNCVLVS.

**PROMELLO**, ère. *Verbum antiquum, quod Litem promouere interpretatur Festus Paulli. Ex ipso Festo legunt lituum prouere: quod quid sibi velit, non dixerim.*

**PROMERCALIS**, e. Adj. [*ὑμνος*] dicitur Quod paterfamilias venale habet extra ea, quae vsui suo seruat, ut ait Budaeus. Columel. 1, 8 Neue negotietur sibi, pecuniamque domini aut animalibus, aut rebus aliis promercalibus occupet. Suet. de Illust. Gramm. 23 Quum et officinas promercalium vestium exerceret. Gell. 4, 1 extr. Ex iis autem, quae promercalia et vsuaria in locis hisdem essent, ea sola esse penoris putet, quae sint vsu annuo. Aurum promerciale, Suetonius vocat id, quod Caesar vendidit superans sibi, reseruata tanta auri copia, quanta suo vsui satis esset: vid. in Caes. c. 54.

**PROMERCIVM**, i. n. Paullus in l. caetera D. de legat. 1 Sed et si quis ad opus Reip. faciendum legauit, puto valere legatum. Nam et Papinianus lib. 11 Responsorum refert, Imperatorem nostrum et Diuum Seuerum constituisse, eos, qui Reipublicae ad opus promiserunt, posse quid detrahare ex aedibus suis vrbani atque rustici, eo-que ad id opus vti: quia hi quoque non promercii causa id haberent. Promercium, inquit Turnebus, a Paulo dicitur ea ratione, qua Commercium. Illo autem verbo continentur ea, quae paterfamilias promercalia habet et venalia, id est, quae non suae vsioni et penori, ut consumet, seruat, sed ut pecunia mutet. Add. l. 3 §. 4 D. ad l. Cornel. de ficar.

**PROMEREO**, es, ui, itum, ère. et **PROMEREOR**, èris, itus sum, fri. Dep. Idem quod Mereri, sic tamèn, ut fere in bonam partem accipiatur. Ter. Phorm. 3, 2, 31 Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Cic. Q. Frat. 1, 1 Etenim si in promerendo ut tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini, fuisti omnium diligentissimus. Ter. Adelph. 2, 1, 47 Verum enim quando bene promeruit, fiat: suum ius postulat. Vota tua

promerere deos dextros marito Stat. Silu. 5, 1, 72. Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 6 Non conuenire, quum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores. Curae testimonium promeruisse contentus Quinctil. 3, 1. Promereri de aliquo Plaut. Men. 5, 9, 8 est bene mereri. Sic Plin. in Paneg. c. 62 f. Quisquis probatos Senatui viros suscipit, hic maxime principem promeretur. Promereri Virg. Aen. 4, 334 Numquam regina negabo Promeritam. Ter. Andr. 2, 1, 33 Ego Charine, neququam officium esse liberi puto, quum is nihil promereat, postulare id gratiae apponi sibi. Promereri de aliquo, Conferre beneficium in aliquem Plaut. Capt. 5, 1, 13. Cic. Off. 2, 53 c. 15 Deinde consuetudine beneficentiae paratiores erunt, et tanquam exercitationes ad bene de multis promerendum. Optime de Repub. promereri Cic. Philipp. 3, 37 c. 15. Occasionem promerendi non amittere Qu. Cic. de Petit. Consul. 21. Diligentissimum esse in promerendo Cic. Q. Frat. 1, 1. Nonnunquam in malam partem accipitur. Quid mali sum, here, tua ex re promeritus? Plaut. Amph. 2, 1, 10. Haud promeruit, quomobrem vitio verteres Idem ibid. 5, 2, 12. Sic Ouid. Trist. 1, 2, 63 Poenam promerui. Iterum Plaut. 2, 1, 20 Quid mali sum promeritus? Cic. de Inu. 2, 83 c. 27 Reus leuius punitus quam sit promeritus.

**PROMERENS**, entis. Partic. [*ἐνκοιῶν*] Qui bene de aliquo meretur. Plaut. Afin. 1, 2, 2 Promerenti optime hocce pretii redditur?

**PROMERITVM**, i. n. [*ἐνκοιῶν*] Cic. post redit. ad Quir. 8 c. 4 pr. Quare hoc maius est in nos vestrum promeritum, quod non multitudinì propinquorum, sed nobismetipsis reddidisti. Sic Vestra in nos vniuersa promerita Cic. post red. in Sen. c. 1. Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira Lucret. 1, 61. de deorum natura loquitur. Idem 2, 650. et Ouid. Fast. 4, 394 Sponte Deae munus promeritumque parent.

**PROMÈTHEVS**, ei. m. trium syllabarum. [*Προμηθεὺς*] Iapeti et Clymenes filius, post factos a se homines, dicitur auxilio Mineruae caelum ascendisse, et adhibita ferula ad rotam Solis ignem furatus: quem hominibus indicauit. Ob quam causam irati dii, duo mala immiserunt terris, febres et morbos, sicut et Sappho et Hesiodus memorant. Quod tangit et Horatius (Carm. 1, 3, 27) Ipsum etiam Prometheum in monte Caucaso per Mercurium religauerunt ad saxum: et adhibita aquila est, quae eius cor exederet. Haec autem omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus, vir prudentissimus fuit, dicitur ἀπὸ τῆς προνοίας, id est a prouidentia. Hic primus astrologiam Assyriis indicauit: quam residens in monte altissimo Caucaso, nimia cura et sollicitudine deprehenderat. — Dicitur autem aquila cor eius exedere, quod ἄχος est sollicitudo, qua ille affectus, siderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiae et rationis deus est, ad saxum dicitur esse religatus. Deprehendit praeterea rationem fulminum, et hominibus indicauit: vnde caelestem ignem dicitur esse furatus. Nam quadam arte ab eodem monstrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene vsi sunt. Nam postea malo hominum vsu in perniciem eorum versus est: sicut in Liuio lectum de Tullo Hostilio, qui eo igne exustus est cum omnibus suis. Numa vero Pompilius impune eo vsus est tantum in sacris deorum. Hinc est quod igne rapto, ab iratis numinibus morbi hominibus dicuntur immitti. Haec et plura Seruius in illud Virg. Ecl. 6, 42 Caucaseasque refert volucres, furtumque Promethei. De fictis a Prometheo hominibus Ouid. Met. 1, 82. Prometheus quum homines limo fingeret, iussus est ex omnibus animalibus particulam, prout erat eorum natura, homini apponere. Vnde leonis vim stomacho apposuit: ideo iracundia magis accendimur. Timorem a lepore posuit, a vulpe astutiam: caeteraque a reliquis.

90 Haec Acron in illud Hor. Carm. 1, 16, 13  
Fertur Prometheus addere principi  
Limo coactus particulam vndique  
Defectam, et insani leonis  
Vim stomacho apposuisse nostro.

95 Scribit Eusebius, anno mundi MMM. CCCCX. Argis regnante Argo, fuisse se Promethea, a quo homines factos esse commemorant, eo quod quum sapiens esset, feritatem eorum et imperitiam ad humanitatem et scientiam reducebat. Lactant. Diuinar. instit. 2, 11 tradit primum omnium Prometheum simulacrum hominis formasse de pingui et molli luto, ab eoque natam primo artem statuas et simulacra fingendi. Hinc pro Figulo ponitur apud Iuuen. Sat. 4, 133 Debetur magnus patinae subitusque Prometheus. Scopuli Promethei Sen. Herc. fur. 13. Callidus Prometheus Hor. Carm. 2, 18, 35. Diri Prometheos artes Stat. Theb. 11, 468.

105 **PROMÈTHEVS**, a, um. Adj. [*Προμηθεύς*] Propert. 1, 12, 10  
7 A • An quae



— An quae Lecta Prometheis diuidit herba iugis? Promethea autem iuga vocat Caucasum, ubi nascebatur e cruore Promethei aconitum. Etsi enim e vomitu Cerberi prope Heracleam plerique natum ferunt, alii tamen e tabe et sanie Promethei, cuius iecur tundeat aquila, exortum fabulantur. Herbam igitur lectam in Prometheis iugis quum dicit, Veneficia intelligit. Aufon. Eidyll. 12, 78 Vnde Prometheo de corpore sanguineus ros, Aspergit cautes, et dura aconita creat eos. Martial. 10, 39 Namque vt tua saecula narrant Ficta Prometheo diceris esse luto. Idem 14, 80 Clara Prometheo munere ligna sumus, de ferulis.

PROMETHIDES, ac. m. Patronym. [Προμηθεΐδης] Ouid. Met. 1, 390 Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet. de Deucalione, Promethei filio.

PROMICO, are. [προείνω] Extendere, et porro iacere. Naeuius, Si quidem loqui vis, non perdocere, multa longe promicanda oratio est. Haec Nonius 1, 329. Promicant molles plumulae Apul. Miles. 3 p. 138. i. ante alias micant.

PROMICANS, antis. Lacrimis rursus promicantibus, i. subito profluentibus Apul. Met. 3 p. 133.

PROMILITE, vid. EXCONSVLE.

PROMINEO, es, ui, ere. [προβάλλω] Ultra aliquid eminere. Plin. 11, 37 Simiac dentes vt homini. Elephanto, intus ad mandendum quatuor, praeterquam eos, qui prominent. Vulgus prominat excelsis tectis Stat. Theb. 11, 416. Plin. 8, 32 Aut enim paucos aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere solitos iunioribus. Prominere a caetera acie, pro

Eminere ultra reliquam aciem Liu. 22, 47. Collis prominat in Pontum Ouid. Met. 13, 778. Prominere in memoria ac posteritatem Liu. 28, 43. i. studium et spem gloriae eo extendere.

PROMINENS, entis. Partic. [προβάλλων] Liu. 27, 48 Gallos prominens collis tegebat. Venis prominentibus Martial. 5, 4. Compar. Prominentiore cauda Plin. 10, 3. Prominens, Subst. [προβάλλων] vt, Litoris prominens Tacit. Ann. 1, 53.

PROMINENTER. Adu. Cael. Aurel. Acut. 1, 11 Paulo prominentius a lecto producendus aeger.

PROMINENTIA, ac. f. Vitruu. 6, 11 Habere summam prominentiam. Solin. c. 27 pr. Africa extensa in duas prominentias: i. Promontoria. Idem c. 2.

PROMINVLVS, a, um. Adi. Solin. c. 27 extr. Mammis prominulis. Idem c. 30 Ora prominula. Capitulin. Pertin. c. 12 40 Habitudo corporis pinguiore, ventre prominulo.

PROMINO, are. Producere. Apul. Miles. 9 p. 229 Elm. Seneca claudus vniuersa nos iumenta ad lacum proximum bibendi gratia gregatim prominabat.

PROMONTORIUM; s. PROMONTORIVM, i. n. [ἄκρα, ἀκρωτήριον] Significat Montem in mare, vel ultra alios montes, aut simpliciter terrae tractum in mare prominentem. Vid. Voss. ad Melamp. 281 et 286. Plin. 36 pr. Promontoria aperiuntur mari, et rerum natura agitur in planum. Cic. Verr. 4, 103 Ab eo oppido non longe, in promontorium sanum est Iunonis antiquum. Oppida in extremis

promontoriis posita Caes. B. G. 3, 12. Sicilia tribus promontoriis in diuersa procurrens Mela 2, 7. Liu. 21, 35 Hannibal in promontorio quodam consistere iussis militibus, Italiam ostendat. Ouid. Met. 15, 709 Inde legit Capreas Promontoriumque Mineruae: quadrissyllabum vt cum abiete, pariete sunt Daelyli.

PROMISCAM, dicebant veteres pro Promiscue. Festus. Vid. Plaut. Pseud. 4, 5, 11. Et mox PROMISCARVS.

PROMISCVVS, s. PROMISCVS, a, um. Adi. [ἐπίκοινος, ἐπίκοινος] Mistum, confusum, commune, incertum. Sallust. Catil. c. 12 Diuina atque humana habere promiscua, nihil pensi neque moderati habere. Liu. 2, 30 extr. Plusque ibi sanguinis promiscua

omnium generum caede, quam in ipsa dimicatione factum. Liu. 4, 2 Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi vt ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis, patrumque? Videtur promiscuus Plin. 5, 1. In promiscuo aliquid habere Idem 33, 1. In usum promiscuum venire Plin. 9, 35. Operam promiscuam

dare, Mutuam operam tradere Plaut. Rud. 4, 4, 138. Promiscuum genus, apud Grammaticos, Genus epicoenum, et quasi incertum siue confusum. Quinctil. 1, 4, 23 Nec statim diligenter putabo, qui promiscua, quae et epicoena dicuntur, ostenderit, in quibus sexus vterque per alterum apparet. Promiscus, veteres dicebant eosque imitatus Gell. 11, 16 Varia promiscuae — rerum — plurimarum cogitatio etc. Idem 16, 13 De huius opinionis tam promiscuae erroribus.

PROMISCVVE. Adu. Mistae, communiter, sine discrimine, confuse, incerte. Plin. 11, 37 In capite cunctorum animalium homini plurimus pilus, iam quidem promiscue maribus ac feminis. Liu. 3, 47 Placet pecudum, ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere? Magis promiscue quam diligenter Varr. de L. L. 5, 8 pr. Cic. de

Lege Agrar. 2, 8 Tamen promiscue toto, quam proprie parua frui parte malletis. Cic. pro Font. 12 Vnum est enim et simplex aurium iudicium, et promiscue et communiter stultis ac sapientibus ab natura datum. Annotatum indistincte atque promiscue Geil. 20, 10.

Datum promiscue suffragium eodem iure omnibus Liu. 1, 43. Plin. Epist. 10, 20 pr. Vt primum me, domine, indulgentia vestra promouit ad praefecturam aerarii Saturni, omnibus aduocationibus, quibus alioqui nunquam eram promiscue functus, renuntiaui, vt toto animo delegato mihi officio vacarem. Haurire promiscue ex aliquo loco Cic. de Orat. 3, 67. Vlpian. in l. vestis ff. de Aur. et Arg. Legat. Communia sunt vestimenta, quibus promiscue vtitur mulier cum viro.

PROMISCARVS, a, um. Adi. Idem ac Promiscuus esse volunt in loco Varron. apud Nonium 2, 112 Dum vixi promiscaris meis in cor-tibus pauit. Al. Promiscam, quod malim.

PROMITTO, misi, missum, ere. [ἐπιχρημαίω, ἐπίσημι, ἐπαγγιλλομαι] Proprie est porrigere, ostendere, vt deinde videbimus: frequentissime autem Polliceri. Ter. Adelph. 5, 8, 18 Fac: promisi ego illis. Cic. . . . Iam enim totum quod tibi promiseram, praestiti. Dii faxint, vt faciat ea, quae promittit Cic. Att. 16, 1. Vix videbar quod promiseram, praestare posse Cic. ad Brut. 18. Promittere ad coenam, h. e. Promittere se venturum ad coenam Plaut. Menaech. 5, 2, 43. Promittere foras ad coenam Plaut. Stich. 4, 2, 16. Idem Mof. 4, 3, 12. Promittere ad fratrem, h. e. Se coenaturum ad fratrem Cic. de Orat. 2, 27. vid. Gabbema ad Petron. c. 10 p. 42 Burm. Quinctil. 3, 9 Nec esse utilis potest, nisi constiterit, quid debeat de

- probatione promittere. Pro domo eius festertium millies identidem promittens Plin. 17, 1. *i. licitans.* Cic. Fam. 7, 5 Nec mercurio minus ei prolixè de tua voluntate promisi, quam eram solitus de mea pollicere. Bene promittere Ouid. de Arte Am. 3, 461.
- 5 Quae autem inconstantia deorum, ut primis minentur extis bene promittant secundis? Cic. de Divin. 2, 38. Senec. Epist. 1 Aut timide negavit, aut promisit, sed difficulter. Timide, Ouid. de Arte Am. 1, 631. Vere Catul. 163, 3. Cic. Fam. 12, 14 Praeterea mihi promiserunt Panfa et Hirtius coram, et absenti mihi scripserunt, Verriusque nostro Panfa affirmavit, se daturum operam, etc. Cic. Fam. 13, 28 Quod ita esse tibi promitto, atque confirmo. Idem Fam. 3, 10 De me tibi sic contestans omnes deos promitto, atque confirmo, me, etc. Cic. pro Cael. 77 Promitto hoc vobis, et Reipubl. spondeo. Promitto, recipio, spondeo P. C. C. Caesarem
- 15 talem semper fore civem, etc. Cic. Philipp. 5, 51. Idem Fam. 13, 10 Sed tamen separatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi et voluptati et usui. Cic. Topic. 22 c. 3 At si quis in pariete communi demoliendo damni infecti, promiserit, non debet praestare quod fornix vitii fecerit. Nomine damni infecti Dig. de damno
- 20 inf. ¶ 2 *Substantiva*: Alimenta sanis corporibus agricultura, — sanitatem aegris medicina promittit Cels. 1 praef. Auxilium promittere alicui Ouid. Met. 13, 325. Bellum promittere auidi Stat. Theb. 3, 390. Promisi mea fide Plaut. Menaech. 5, 4, 6. Promittere se facturum aliquid Plaut. Asin. 5, 2, 80. Promitto fore
- 25 Idem Aul. 2, 2, 42. Magna promittere Sil. 8, 240. Opem promittere Ouid. Fast. 5, 247. Se promittere dicitur metaphorice arbor Plin. 16, 26 f. 44 In maxima tamen admiratione pinus est. Habet fructum maturescentem, habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec vlla arborum avidius se promittit, fructum suum maturius ostendit. Torum promisit illi Ouid. Met. 7, 91. Vana Idem Epist. 16, 296. Cic. Verr. 3, 38 Ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. ¶ 3 *Interdum est simpliciter Praedicere.* Cic. Att. 7, 9 Promitto tibi Pompeium, si valebit, tegulam in Italia nullam relicturum. Idem Fam. 35 6, 1 Si mihi alterutrum, de exitu rerum promittendum esset. Per quae se parricidam scelera promiserit Sen. Controv. 29. *i. quae antea perpetraverit, unde suspicio nascatur, vid. Schulting. ad Quinctil. Decl. p. 2 Burm.* Minari: Plaut. Asin. 5, 2, 86 Surrepturum pallam promisit tibi. Conf. Ter. Heaut. 4, 4, 6. Virg. Aen. 2, 96.
- 40 Profiteri: Qui enim sunt professores artium, promittere dicuntur. Petron. c. 10 Et ego, ne quaestibus tuis obstem, aliquid aliud promittam. *i. Aliquam aliam artem pollicebor et profitebor.* Turneb. 19, 6. Hor. Epist. 2, 1, 115 — Quod medicorum est Promittunt medici. Quinctil. 1 Prooem. 14 Facere quam promittere optima maluerat. ¶ 4 *Sed supersunt etiam primae et propriae significationis exempla, qua notat, ut diximus, longius mittere, extendere.* Mela 1, 3 Gallia est longe et a nostris litoribus hucusque promissa. Liu. 6, 16 Multos mortales capillum ac barbam promississe. Caes. B. G. 8, 9 Quo tutius altitudine esset, hoc audacius longiusque
- 50 tela promitteret. Tacit. Ann. 2, 39; 3 Donec crinem barbamque promitteret. Vid. Heins. ad Sil. 3, 534. et conf. PROMISSVS n. 2. PROMITTENS, entis. Partic. Ingentia promittens, interdum regnum quoque Curt. 6, 7, 11. Add. Iustin. 31, 3, 8. PROMISSVS, a, um. Partic. [*ἐπαγγελῆς, ἐγγυητός*] Cic. pro Rosc. Com. 16 Quae ex liberalitate huius promissa sit et ostentata. Carmen promissum Hor. Epod. 14, 6. et de Arte v. 45. Corpus mihi Ouid. Epist. 20, 146. Dies promissa aderat Virg. Aen. 9, 107. Dona promissa reddere Ouid. Trist. 4, 2, 7. Donum Ioui dicatum atque promissum Cic. Verr. 5, 183. Fides Virg. Aen. 6, 346.
- 60 Idem 4, 552. Foedera Ouid. Fast. 2, 159. Munus Idem ibid. 3, 365. Nox Tibull. 2, 6, 49. Praemia solvere alicui Ouid. Met. 14, 810. Salus promissa tibi est Lucan. 4, 235. ¶ 2 *Ex prima et propria notione, Promissa barba, Prolixa et dependens, siue longa* Virg. Ecl. 8, 34. al. Prolixa. Plin. Epist. 7, 27 Mox
- 65 apparebat idolum senex macie et squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo. Festus, Promissum capillum dicunt longum. Item, Barba promissa, velut porro missa. Capillus Liu. 44, . . Idem 38, 17 Procera corpora, promissae et rutilatae comae, vassa scuta, praelongi gladii. de Gallis. Promisso ventre arietes Columel. 7, 3.
- PROMISSVM, i. n. [*ἐπαγγελμα*] Quod pollicemur. Plin. 12, 1 Elico ex Heluetiis Romae commoratus, olei ac vini promissa remeans secum tulit. al. Praemissa. Cic. Philipp. 2, 79 Ille induxit ut peteret, promissum ac receptum interuertit, ad seque transtulit. Cic. Att. 4, 16 O constantiam promissi et fidem miram! Sponsor promissorum alicuius Cic. Att. 15, 15. Dextra non tam in bellis et in praeliis, quam in promissis et fide firmitior Cic. pro Deiot. 8. Largus promissis Tac. Hist. 3, 58, 5. Infida promissa Valer. Arg. 2, 578. Superba Idem ibid. 4, 649. Cic. Tusc. 5, 19 Vllumue esse Philosophiae promissum vberius aut maius. ¶ 2 *Formulae verborum*: Absolvere promissum, vid. ABSOLVO. Admouere promissis spem recursus Ouid. Met. 11, 454. Fac promissa Appareant Ter. Eun. 2, 3, 19. Commoueri ditibus promissis Sil. 3, 512. Complere promissum, vid. COMPLEO. Cic. in Partit.
- 85 132 Eo exposito munus promissi omne Confecero. Idem Tusc. 1, 95 Si ante mors aduentet, quam Chaldaeorum promissa Confecuti sumus. Dignum promissis dicere aliquid Hor. Serm. 2, 3, 6. Dare blanda promissa Catul. Argon. 62, 139. Efficere promissum et conuentum cuipiam Cic. Off. 1, 32. Idem Off. 3, 94 Theseus Exegit promissum a Neptuno. Expetere promissa Cic. Fam. 6, 17. Exuere promissa Tacit. Ann. 13, 44. Cic. Philipp. 1, 17 Multis multa promissa non fecerit. de Caesare. Ferre munera vberiora promissis Ouid. Amor. 3, 6, 66. Firmare promissa Ouid. Met. 10, 450. Cic. Fam. 3, 11. Quum tua promissa per literas Flagitabam. Implere promissum, vid. IMPLEO. Inducere aliquem promissis, vid. INDUCO. Ludere aliquem inani promisso Ouid. Fast. 3, 685. Manere promissis, et seruare fidem Virg. Aen. 2, 160. Miscere minis promissa Tac. H. 5, 24, 4. Morari aliquem plura in promissis Lucret. 5, 92. Onerare pectora alicuius largis promissis Sil. 17, 576. Parere promissis, Facere quod promissisti Ouid. Fast. 5, 504. Patrare promissa, vid. PATRO. Cic. Q. Frat. 3, 5 Caesaris amore, quem ad me perscripsit, vnice delector: promissis iis, quae ostendit, non valde Pendo. Perficere, vid. PERFICIO. Reddere Virg. Aen. 5, 386. Referre Ouid. Met. 14, 18. Cic. pro Planc. 101 Quid me adspectas? quid mea promissa repetis? Id. Verr. 5, 138 c. 53 Satis est factum Siculo.

Siculis, satis officio ac necessitudini, Iudices, satis promisso nostro ac recepto. Cic. Off. 1, 32 c. 10 Nec promissa Seruanda sunt ea, quae sint iis, quibus promiseris, inutilia. Add. Ib. 3 c. 24. Soluere militibus Cic. Fam. 12, 29. Idem Off. 1, 32 c. 10 Iam illis promissis Standum non esse quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiserit? Cic. Att. 12, 19 Iam quasi voto quodam et promisso me Teneri puto. Trahunt promissa puellas Ouid. de Arte Am. 1, 631.

PROMISSIO, ōnis. f. [*ἐγγυή, ἐπαγγελία, ὑπόχρεσις*] Idem. Cic. de Orat. 3, 203 Promissio, deprecatio, obsecratio. Idem Att. 8, 9

Cum literis, cum mandatis, cum promissione prouinciae. Auxilii promissio Idem Fam. 4, 13. Cic. Philipp. 8, 10 Scelerum promissio, et iis, qui expectant perniciofa est, et iis, qui promittunt.

PROMISSVS, ūs. m. Idem. Promissu vitae recreat Manil. 5, 578.

PROMISSIVS, a, um. Adi. Promissiuus modus P. Consent. inter Grammat. Putschii p. 2061.

PROMISSIVE. Adu. Praeceptiue, non promissiuue Tertull. adu. Marc. 5, 10.

PROMISSOR, ōris. m. Hor. Arte Poët. 138 Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?

PROMO, promsi, promptum, ěre. [*ἐκφέρω, προβάλλω*] Contractum ex Pro et Emo; Proferre, exponere, educere. Virg. Aen. 2, 260

— Illos patefactus ad auras reddidit equus, laetique cauo se robore promunt. Vina horna promere dolio Hor. Epod. 2, 47. Nisi

idcirco moleste pateris, quod HS. 1000 tu ex arca proferebas, HS. 2000 ex disciplina et artificio Roscius promebat Cic. pro Rosc. Com. 29.

Ex armario aurum promere Cic. pro Cael. 52 c. 21. Pecuniam ex aerario Cic. Verr. 5 (3) 195 c. 84. Promere e sacratio

Plin. 33, 1. Iustitiam promere et exercere, Vacare causis et litibus diiudicandis Plin. Epist. 1, 10. Libros e bibliotheca Cic. de Fin. 3, 7 c. 2.

Medicamenta promere de narthecio Cic. de Fin. 2, 22, Spicula promit de pharetra Ouid. de Arte Am. 3, 516. Promere in vsus Columel. 2, 10. Aestus promit Titau Senec. Herc. Oct. f. 12.

Diem promit et celat sol Hor. in Carm. saecul. 9. Gemitus de pectore Martial. 10, 85. Voces Cic. de Diuin. 1, 20.

Eloqui. Plin. in Paneg. c. 66 Iubes quae sentimus promere in medium. In publicum aliquid Quinctil. 1, 1. Promere a se, vid. A vel AB.

Animus eruditus qui semper aliquid promat quod alios delectet Lucceius ad Cic. Fam. 5, 14. Aliquid ex scientia obscuriore promere et assumere Cic. de Orat. 1, 59. Loci sunt quasi sedes, e quibus argumenta promuntur Cic. in Topic. 7. Promere consilia, Aperire, palam facere Cic. Att. 9, 10. Obscura promere Hor. Carm. 1, 34, 14. Orationem de se Tacit. Hist. 2, 90.

Ordo rerum iustis voluminibus promitur Paterc. 2, 48, 5.

PROMONSTRVM, i. n. Promonstra, prodigia Fest. 45

PROMTO, ěre. Frequent. [*προχαρίζω*] Plaut. Bacch. 3, 3, 61 Quia malum si promptet, in dies faciat minus. Idem Pseud. 2, 2, 33 Thesauros promptare.

PROMTVS, f. PROMPTVS, a, um. Partic. et plerumque Adiect. [*ἐπιπροσφύτος, ἐπιπροσπίπτος, πρόχειρος* Vet. Gloss.] vel de hominibus dicitur ad agendum patientumue expeditis, vel de rebus, quae statim ad manus sunt. Sallust. c. 43 extr. Natura ferox, vehemens, manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat. Laudat promptos, atque in posterum confirmat? seigniores castigat atque incitat Caes. B. C. 1, 3. Responso facilis et prompta Cic. de Orat. 1, 237. Paratus et promptus Cic. Diu. Verr. 41. Liu. 5, 3

Is tum iam non promptus ingenio tantum, sed vsu etiam exercitatus, talem orationem habuit. Cum Genit. Gell. 10, 22 Plato veritatis homo amicissimus, eiusque omnibus exhibendae promptissimus. Sit Animi promptus Tac. Hist. 2, 23. Cum Ablat. Promptus lingua Liu. 2, 45. Promptior manu Idem 2, 56. Cum Dativ. Sceleribus faciendis promptus Tacit. Ann. 15, 67, 3. Seditio promptus Tacit. Ann. 1, 48, 3. Vitio Idem ibid. 11, 92, 1. Promptus seruitio, pro Ad seruitium Tacit. Ann. 1, 2. 2 Iungitur etiam cum Ad et In. Liu. 31, 34 pr. Quod promptiores ad subeundam omnem dimicationem videbatur facturum, id metum, pigritiamque incussit. Ad arma promptior Ouid. Met. 1, 126. Ad bella Quirites prompti Ouid. Fast. 3, 277. Ad dicendum promptus et non inexercitatus Cic. de Clar. Orat. 136 c. 36. Ad discendum promptus Quinctil. 1, 1. Ad pericula promptior Cic. Off. 1, 83. Ad pugnam promptus Cic. pro Milon. 55. Ad vim promptus Id. de Lege Agrar. 2, 81. Aditus ad honores capeffendos prompti Tacit. Ann. 3, 30. Animo te esse hilari et prompto ac iocandum valde me iuuat Cic. Q. Fratr. 2, 13. Animum tuum promptum et alacrem perspexi ad defendendam Rempubl. Cic. Fam. 3, 11. Celeritas prompta et parata in respondendo Idem de Clar. Orat. 154 c. 42. Decumari legiones et promptissimum quemque Centurionum dimitti Tac. H. 1, 51, 6. Homo promptissimus et experiens Cic. Verr. 4, 37 c. 17. Ingenium promptum ad asperiora Druso erat Tacit. Ann. 1, 23. Ingenium promptum in adulationes Tacit. Ann. 15, 61. Sallust. de Rep. ord. ad Caesarem, Vix satis apertum os, aut Lingua prompta videtur, quae dicta pectore euoluat. Lingua prompta ad sonos rigidos Ouid. Fast. 4, 310. Manus promptas in fata alicuius continere Ouid. ex Pont. 1, 9, 22. Ore alacri et prompto ac vultu, huc atque illuc intueri Cic. de Orat. 1, 183. Pectus promptum ad vulnera Lucan. 5, 320. Rabies in ferrum promptissima Lucan. 7, 245. Tacit. Ann. 2, 36 Prompta illi legionum studia. Promptus in arma Tacit. Hist. 4, 76, 3. In adulationes Idem Ann. 15, 61, 2. In latrocinia promptissimi Flor. 4, 12, 10. Prompta in auxilium vulnerum morborumque Celf. 1 praef. 3 Ex participiali vsu, per translationem, Manifestus, et apertus, quum res a secretiore loco educitur, ut parata nobis et ad manus sit. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habet Sall. Cat. c. 10. Cic. de Fin. 30 c. 9 Altera occulta quaedam et quasi inuoluta aperiri, altera prompta et aperta iudicari. Fingere, Graecis promptissimum est Quinct. 9, 1. Cuncta tentanti promptissimum visum etc. Tac. Ann. 4, 3, 3. Cic. Verr. 4, 42 c. 20 pr. Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum, promptissimumque esset. Aditus promptiores Tac. Ann. 15, 53, 1. Eminentia et prompta Cic. de Orat. 3, 213. Loca prompta, Publica, et in propatulo Lucret. 6, 1265. Idem 6, 817. Exsperatque foras in aperta promptaque caeli. Prompta et exposita fides Cic. pro Caecin. 78. Mella, quae tum promptissima mortis Via, exsoluit venas Tac. Ann. 16, 17, 5. i. expeditissima, facillima. Nempe et alias Facile significat: Quinct. 10, 7 Promptum hoc et in expedito positum exercitatione sola continetur. Ouid. Met. 3, 96 Vox

subito audita est, nec erat cognoscere promptum, Vnde? Sic Plin. 9, 35 Haud promptum.

PROMTVS, ūs: Vnde formula In promptu. Nimirum In promptu rem esse dicimus, i. Manifestam: Cic. Acad. 4, 4 A me enim ea quae in promptu erant, dicta sunt: a Lucullo autem reconditiora desidero: vel facilem, Plura quidem feci, quam quae comprehendere dictis In promptu mihi sit Ouid. Met. 13, 161. Sed haec quoque in promptu fuerunt, nunc interiora videamus Cic. de Diuin. 2, 123. Hoc decorum non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu Cic. Off. 1, 95. In promptu gerunt oua-pauones feminae Columel. 8, 11. In promptu habere Cic. Tusc. 3, 76. Ouid. ex Pont. 1, 1, 24. Cic. de Orat. 1, 23 c. 6 Sed cum ea pateant, in promptuque sint omnibus, neque ea interpretatione mea, aut ornatius explicari, aut planius ex-

15 primi possint. Pro quo Idem pro Muraen. 28 Quod omnibus patet, et aequè promptum est mihi et aliis. Cic. Off. 1, 126 c. 35 Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quae formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu: quae autem partes corporis ad naturae necessitatem datae, ad spectum essent deformem habiturae, atque formam, eas contexit, atque abdidit. Lucr. 2, 867 Nec contra pugnant, in promptu cognita quae sunt, i. manifesta. Dixerat modo, Neque id manifesta refutant.

PROMTE. Adu. Statim, celeriter. Cic. de Petit. Conf. 34 c. 11 Homines non modo promte sibi, sed etiam large et honorifice promitti volunt. al. Promitti sibi. Val. Max. 4, 3, 9 Promte distribuere. Compar. Morbi promptius finiuntur Cels. 2, 1. Promptius facere Nazar. Paneg. Constant. c. 29. Superl. Promptissime. [προθυμότερα] Confestim. Plin. Epist. 4, 17 Quare ego vèro Corelliae adero promptissime: nec subire offensas recusabo. Val. Max. 6, 5, 1

30 Victoria promptissime licentiam subministrat. PROMTIM. Adu. Tertull. in Genes. c. 3 — Dum dicit lumina promptim Affulsisse sibi.

PROMTITVDO, inis. f. Sequioris aevi vox.

PROMTVARIVS, a, um. Adi. [ραμνίος] Equo aliquid depromitur. Armarium Cato R. R. 11, 3. Plaut. Amph. 1, 1, 4 Inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum? Hic ioculariter pro Carcere posuit. Conf. Capt. 4, 4, 10.

PROMTVARIVM, i. n. [ραμνίον Gloss. Lat. Gr.] Locus, in quo res ad usum necessariae ita repositae sunt, ut statim promi ac proferrī possint. Intellegitur Armarium, quod exprimit, ut vidimus, Cato c. 11, 3 Armarium promptuarium vnum, scamna longa sex. Paullus in l. Nam quod §. 1 D. de penu legata, Si cui, quae in promptuario sunt, legata fuerint: non omnis penus legata est. Symmach. Ep. 9, 72 Linguae tuae ornatissimo promptuario nunquam desit materia. Lactant. de Aureo saeculo 5, 5 Cum promptuaria iustorum benigne paterent omnibus.

PROMTARIVM, i. n. Auson. Epist. 21 extr. Aliquid reportans interim munusculi De largitate mulci promptarii.

PROMITOR, ōris. m. Seru. ad Virg. Georg. 1, 21 ex Fabio Pitore tradit, flaminem Cerealem, dum sacrum Cereale faceret, inter

50 alios deos Promitorem inuocasse.

PROMVM, i. n. Idem ac Promptuarium. Tertull. ad Vxor. 2, 4 Si cui largiendum erit, horreum, promia, praeclusa sunt.

PROMVLVS, i. m. Mart. Capell. 3 p. 58 V, ore constructo labrisque promulis exhibetur. al. Prominulis.

55 PROMVS, i. m. Cellarius. Plaut. Poen. 3, 4, 6 Edepol fecisti prodigum promum tibi. Columel. 12, 3 Promis quoque et cellariis aliquid attendentibus aut metuentibus interuenire. Promusque quam condus magis Auson. Epist. 22, 20. Per translationem dixit Plautus in Trin. 1, 2, 44 Ne admittam culpam, ego meo

60 sum promus pectori. Idem Pseud. 2, 2, 14 Condus promus sum, procurator peni. Apul. Apol. p. 308 Promus librorum.

PROMVS, a, um. Adi. Tertull. de Ref. Carn. 27 Sepulcra erunt cellae promae. Ibid. In cellis promis caro salita et vsui reposita seruat, depromenda illinc suo tempore. Sed Columel. 3,

65 2, 1 ad fructum referunt, Inconditum fructum velut promum vendere: sine exemplo alio. Nihil melius, quam legere velut pomum: vna de vineis suburbanis non opus habet ut condatur, fiat mustum, deinde vinum: sed vendi potest, ut quodcumque pomum aliud.

PROMONSTRA, Prodigia, inquit Festus.

70 PROMONTORIVM, vid. sub PROMINEO.

PROMOVEO, mōui, mōtum, ēre, [προκόπτω, προάγω] Ultra mouere, prouebere. Ter. Eunuch. 5, 3, 3 Moue vèro ocius te nutrix. S. moueo. C. video, at nihil promoues. Cic. Q. Fratr. 3, 1 Assa in alterum apodyterii angulum promoui. Caesar B. G. 1, 48 Eodem

75 die castra promouit, et millibus passuum sex a Caesaris castris sub monte confedit. Moenia Suet. Neron. c. 16. Remis centaurum (Nauem) promouet Virg. Aen. 10, 195. Onera promouere et portare Columel. 11, 1. Scalas, et machinamenta promouere Tacit. Ann. 15, 4. Gradum promouere ab aliquo loco Stat. Theb.

80 12, 541. Promouere arcana loco Hor. Epod. 11, 21 Bacchus dicitur. Cic. Att. 4, 11 Inde domum, coenatus, ut sim praesto Miloni: ibi igitur te videbo et promouebo. Qui sic legunt, intelligunt, negotia Alimenti, quae urgere promittat Cicero. Sed al. Promonebo f. praemonebo. Metaphor. ad gradus honorum refertur. Plin.

85 in Paneg. c. 90 extr. Habuerat hunc honorem periculis nostris diuus Nerua, vt nos, etsi minis vt bonos, tamen promouere vellet. Conf. Suet. Oth. c. 1. Plin. Ep. 10, 20 pr. Vbi primum me, Domine, indulgentia vestra promouit ad praefecturam aerarii. Peculiaris ratio est Plin. Epist. 8, 20 Rursus omnes in eundem locum depulsae, qua

90 steterunt, promouent terram: et modo hac, modo illac lacum reddunt, auferuntque, de insulis natantibus. Aciem promouere, vid.

ACIES. Cornua aciei vtrinque promouere Quintil. 2, 13. Imperium Ouid. ex Pont. 2, 2, 72. Promosse, pro Promouisse: Ouid. Amor. 2, 9, 17 Roma, nisi immensum vires promosset in orbem, etc.

95 Prolongare, producere tempus: Ter. Andr. 4, 2, 28 Eho tu impudens, non satis habes, quod tibi dieculam addo, quantum huic promoueo nuptias? h. e. Differo. Donatus. Proficere: Ter. Hec. 4, 4, 18 Abibo hinc, praesens quando promoueo parum, Nihil promoueris Ter. Andr. 4, 1, 16. Nihil ab eloquentia metuant, quam, si quid

100 omnino promoui, potius spero quam praesto Apul. Apol. . . . Quod quis videbatur paulo largius in arte promouisse Id. in Flor.

. . . . Quum in studio facundiae abunde promouisset Gell. 5, 10. Vlpianus in l. Si quis mihi, in princip. D. de acquir. hered. Si quis mihi bona fide seruiat seruus alienus: iussu meo hereditatem adun-

105 do nihil promouebit.

**PROMŌTVS**, a, um. Partic. [*προηγμένος*] Classis promotā at- tollit fluctus Stat. Achil. 1, 444. Cic. de Finib. 3, 52 c. 16 Sic in vita non ea, quae primario loco sunt, sed ea, quae secundum locum ob- tinent, *προηγμένα*, id est producta nominentur. Quae vel ita appelle- mus (id erit verbum e verbo) vel promotā et remota, vel (vt du- dum diximus) praeposita vel praecipua, et illa rejecta. Promotus ad dignitates Plin. Epist. 151. Ad procurationes Idem Epist. 7, 31.

**PROMOTIO**, ōnis. f. Firmicus 3, 7, 9 In palatiis regum, vel potentum virorum domibus persecerant, et promotionibus aliquibus adornantur. Add. Ib. n. 5. Akon. in Verr. de Praet. vrb. Lam- prid. in Ant. Diad. c. 2.

**PROMŌTOR**, ōris. m. Patronus. Ammian. 21, 1 Nullo arbitrio eius promotorum suscepto praeter Nebridium.

**PROMŌTVS**, ūs. m. Tertull. de Coron. Mil. c. 3 Ad omnem progressum atque promotum.

**PROMVLCEO**, unde **PROMVLSVS**, a, um. Part. Apul. Florid. 1 p. 342 Elm. Crines eius praemulsis antiis, et promulsis capro- neis anteentuli et propenduli, videtur significare antrorsum mulcere.

**PROMVLCVS**, i. m. Promulco agi navis dicitur, Quum sca- phae ducitur fune. Paullus. Miratur Scaliger, pro Remulco dici.

**PROMVLGO**, āre. Publicare, palam pronuntiare: quasi Prouul- gare. Festus: Leges promulgari dicuntur, quum primum in vulgus eduntur, quasi prouulgari. Nempe promulgatur lex, cum publice in albo proponitur, vt Populo sit facultas legendi, considerandi an e re sua putet. Cic. Q. Fratr. 2, 3 Cato legem promulgavit de imperio Len- tuli abrogando. De meo reditu octo Tribuni promulgarunt Cic. pro Sext. 69. Tribuni qui promulgarent de salute mea, et ad vos saepe referrent Cic. post red. in Sen. 4. Qui de Caesare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo Cic. Q. Fratr. 2, 5. Quae- stionem promulgare Cic. in Vatin. 26. i. Ad Populum ferre rogatio- nem, de quaestione. Quinctil. 2, 4, 35 Aut de iure dubitari potest ipsius rogationis, — siue non trino forte nundino promulgata, siue non idoneo die. — lata esse dicitur.

**PROMVLGATVS**, a, um. Partic. Praelia promulgata Cic. pro Muraen. 30 c. 14. Loquor de Legibus promulgatis Cic. Phil. 1 c. 10. Re multos dies promulgata et cognita Cic. pro Flacc. 15. Qui agunt, — Promulgata, proposita, in acratio cognita, agunt Cic. de Legib. 3, 11 c. 4.

**PROMVLGATIO**, ōnis. f. Cic. Fam. 1, 5 Subito exorta est ne- faria Catonis promulgatio. Illae enim leges nulla promulgatione latae sunt, antequam scriptae Cic. Philipp. 1, 25 c. 10. Promulgatio trinundinum Cic. Philipp. 5, 8. i. per trinundinum facta, vt domum- itio et similia.

**PROMVLSIS**, idis. f. [*ὕδρῳ μελι*] Potio ex mulso condita in ipso coenae ingressu poni solita; verum non sola, sed, cum aliis cibis gustum et gulam irritantibus. Cic. Fam. 9, 16 Neque est quod in promulside spei ponas aliquid, quam totam sustuli. Solebam enim antea debilitari (sic leg. pro delibitari MSS.) oleis et lucanicis tuis. Ergo oleae et lucanae pars promulsidis. Firmat totus tenor coenae Trimalchionis ap. Petronium v. g. c. 34 facit potestatem dominus si quis vellet iterum mustum sumere: tum gustatoria rapiuntur Cic. Fam. 9, 20 Ha- buisses enim non hospitem, sed contubernalem. At quem virum? non eum, quem tu es solitus promulside conficere. Integram famem ad ouum affero, itaque vsque ad assium vitulinum opera perducitur. Quid? si recte Promulsidem Turnebus eos cibos vocari scribit, quibus ante primum haustum vescerantur, quem e mulso ducebant, quod vacuis et inanibus venis initio dulcem esse potionem putarent infundendam. Itaque ex auste- ro vino mulsum conditum reprehenditur. Hor. Serm. 2, 4, 24 Aufidius forti miscebat mella falerno, Mendose. Est igitur Promulsis Ante- coena, Gustatio. Petron. 24 petulanti metaphora Quartilla ait, Hoc belle cras in promulside libidinis nostrae militabit. hodie enim post asellum diaria non sumo. Non audiendus Salmastius ad Tertull. Pall. p. 437 qui cum recte interpretatus esset Promulsidarium, de quo statim, eo progreditur, vt promulsidem ipsam putauerit vas recipiendo mulso, quin ne hoc quidem, sed operculum modo illius vasis. Refutauit illum Gonsal. ad Petron. c. 3 p. 113 Burm.

**PROMVLSIDARIVM**, i. n. Repositorium promulsidis. Vlpian. l. 19 ff. de auro, argento, mundo §. 10 Sed cui vasa sunt legata, non solum ea continentur, quae aliquid in se recipiant edendi bibendique causa paratum, sed et, quae aliquid sustineant: et ideo scutellas vel promulsidaria contineri. Repositoria quoque continebuntur. Pe- tron. c. 31 Caeterum in promulsidario asellum erat, etc. al. Promulsi- dari. Est ergo idem quod Gustatorium. v. v.

**PROMVNCTORIVM**, i. n. προμυκτηρίον Gloss. Gr. Lat. 75

**PROMVNCTORIA**, vid. sub PROMINEO.

**PROMVRALE**, is. n. Vulg. Interpr.

**PROMVRIVM**, i. n. Cathol.

**PROMVS**, vid. PROMO.

**PROMVSCIS**, melius scribitur **PROBOSCIS**, v. v. 80

**PROMVTVVM**, i. n. Quasi mutuum, quasi mutua pecunia. Scae- vola l. 40 §. 3 de Statulib. Quod neque a conductoribus praediorum, neque a villicis pensiones exegerit, et insuper etiam promutuum eis dedit. Tribuitur etiam Caesari de B. C. 3, 32 coll. 31. Sed melius ibi separatim legitur, Publicanis — insequentis anni vectigal — pro mutuo tolli iubebat. Vid. Cuiac. Obs. 8, 34.

**PROMVTVOR**, προδωτεισμοισι Gloss. Gr. Lat.

**PRONATO**, āre. Natando in conspectum venire. Delphines e toto mari pronatant Hygin. Astron. 2, 17.

**PRONAVS**, i. m. Verti potest Protemplum, vel Antetemplum. Est autem anterior pars, et veluti frons templi, pars illa aperta, columnis nixa, et velut vestibulum quoddam cellae, quae proprie vaos vocatur. Vid. Vitruu. 4, 4 pr. unde illud, quod dixi, facile colligat. Meminit etiam 3, 1. Et 3, 3 ait, Spiribus perfectis et collocatis, columnae sunt medianae in pronao et postico ad perpendicularium medii centri collo- candae. It. Supra pronaum aedis Vitr. 5, 1 sub f.

**PRONECTO**, nexi et nexui, nexum, āre. [*καταπλένω*] Stat. Silu. 4, 3, 145 Vidi quam serien morantis acui Pronectant tibi can- didae forores. h. e. In longum tempus futurum nectant Parcae.

**PRONĒPOS**, ōtis. m. [*πρόγγυπος*] Nepotis filius. Cic. Phil. 13, 15 c. 7 Haec si cogitas M. Lepide, M. Lepidi Pontificis Maximi fueris pronepos. Idem Att. 16, 14 Quintus aui tui pronepos scribit ad patris mei nepotem, i. sororis tuae filius ad meum filium. Iouis pronepos, Atax Ouid. Met. 13, 142.

**PRONEPTIS**, is. f. [*πρόγγονη*] Neptis filia. Caius in l. 1 D. 10

de grad. et affin. Hanc mihi gratiam retulit, ut Iulias, proneptes meas (*Augusti*) occideret, unum abnepotem L. Silanum Senec. de Morte Claud. p. 854. Perf. 6, 53

Si mihi nulla

Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis Nulla manet.

PRONITAS, etc. vid. PRONVS.

PRONOEIA, ac. f. [*πρόνοια*] *Providentia et ipse adeo Deus, ex Stoicorum praesertim rationibus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 58 c. 22 Natura mundi omnes motus habet voluntarios — et his consentaneas actiones sic adhibet, ut nosmetipsi, qui animis monemur et sensibus. Talis igitur mens mundi cum sit, ob eamque causam vel Prudentia, vel Providentia appellari recte possit (Graece enim *πρόνοια* dicitur) haec potissimum providet, et in his maxime est occupata, primum ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat, maxime autem ut in eo eximia pulchritudo sit, atque omnis ornatus. Cum illam saepe in ore haberent Stoici, praesertim ubi de divinatione sermo erat, hinc Epicureus Velleius Cic. de N. D. 2, 18 c. 8 Audite, inquit, non opificem aedificatoremque mundi Platonis de Timaeo Deum, nec anum fatidicam Stoicorum *πρόνοιαν*, quam Latine licet Providentiam dicere etc. Et f. 20 Pronoea vero si vestra est Lucili, hic Stoicus est. Et f. 22 Illo igitur tam immenso — (*ante mundum hunc*) quaero, Balbe, cur Pronoea vestra cessauerit? *Suavissimus locus* de N. D. 2, 160 c. 64 Ex piscibus tanta percipitur voluptas, ut interdum Pronoea nostra Epicurea fuisse videatur. *Seuerus maxime et maxime memorandus* Cic. de Nat. Deor. 2, 73 c. 29 *ubi male affingi Stoicis cum dixisset Anum fatidicam, pergit, Ut si quis dicat Athenientium remp. consilio regi desit illud, Ariopagi: sic cum dicimus Providentia mundum administrari, deesse arbitrator, Deorum. Plene autem et perfecte sic dici existimato, Providentia Deorum mundum administrari. Chryssippi librum περὶ πρόνοιας quartum laudat* Gell. 6, 1.

PRONŌMEN, inis. n. [*πρόνομα*] *Pars est orationis Grammaticis, dicta quod vice nominis ponatur. Ut enim quum nomen ponimus, explicamus personam: sic ponendo pronomen, tacito nomine; ut quum dicimus, Hic legit, ille scribit. Vid. Priscianum et alios Grammaticos.* Varro de L. L. 7, 23 *distinguit* Pronocubula, ut quisque, et Pronomina, ut hic haec: et illa infinita ait, haec finita. Quinctil. 11, 3, 87 Pronominum vicem obtinent manus.

PRONOMINALIS, e. Adj. Pronominalis constructio Priscian. 17. PRONOMINATIO, ōnis. f. Graece *ἀπρονωμασία*; Figura rhetorica, quae cognomine extraneo demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest Auct. ad Heren. 4 c. 31.

PRONŪBA, ae. f. vel potius PRONŪBVS, a, um. Adj. [*προμνηστία, νυμφίον*] Pronubae dicuntur, Quae in obsequio nubentis sunt, inquit Donatus, quae nubentes domum mariti deducunt, ac comitantur. Hinc Iuno Pronuba dicitur, quae nubentibus praestit Seru. ad Virg. Aen. 4, 166 *qui addit*, Varro Pronubam dicit, quae ante nupserit, quaeque vni tantum nupta est: ideoque auspices deliguntur ad nuptias. *Sunt ergo Pronubae mulieres, quod Auspices viri.* Festus Paulli, Pronubae adhibebantur nuptiis, quae semel nupserunt, causa auspicii, ut singulare perseveret matrimonium: *pro quo ipse antiquus Festus, ut matrimonii perpetuitatem (sic legunt viri docti pro paupertatem) auspicientes.* Tertull. exhort. ad castit. Monogamia apud Ethnicos in summo honore est, ut et virginibus legitime nubentibus vniura pronuba adhibeatur: et sic auspicii initium est. Catull. 60, 186 Vos vniis senibus bonae Cognitae bene feminae Collocate puellulam. Ovid. Epist. 6, 43 Non ego sum furto tibi cognita, Pronuba Iuno Adfuit, et fertis tempora vincit Hymen. Bellona pronuba Virg. Aen. 7, 319. Claud. de Rapt. Proserp. 1, 131 Tenerum iam pronuba Flamma pudorem Sollicitat. *h. e. Ingenitus ardor quidam, qui aetate matura virgines ad nuptias pronocat.* Nox Claud. Conf. Honor. 4, 642. Annulus l. 38 ff. pr. de Rit. Nupt. et l. 3 Cod. de Sponsal.

PRONŪBO, āre. Nuptiis praesum. Hinc

PRONŪBANS, antis. Partic. Hieron. vita Malchi p. 99 Pronubante nobis moestitia.

PRONŪNTIO, āre. [*ἐκφωνέω, ἐκφέρω*] *Idem fere est quod recitare, praesertim ex memoria, ut actores scenici, oratores.* Plin. 7, 48 Luceia mima centum annis in scena pronuntiauit. Acriter, apte, decenter Plin. Epist. 5, 19 pr. Idem ibid. 5, 19 pr. Nam ante aliquot annos dum intente, instanterque pronuntiat, sanguinem reiecit. Perperam Plin. Ep. 3, 5, 12. Cic. de Divin. 2, 14 c. 5 In quo nostra quaedam Aratea memoriter a te pronuntiatia sunt. Ad comicum morem aliquid Quinctil. 1, 8. Cubito pronuntiant apud Quinctil. 11, 3, 93 qui transuersum brachium proferunt. Epistolas pronuntiare versiculis facetis Cic. Att. 13, 6. Vno spiritu multos versus pronuntiare Idem de Orat. 1, 261 c. 61.

¶ 2 Pronuntiare (*inquit Budaens*) *verbum est iuris, pro eo, quod est Expresse et nominatim praedicere, praefarique ex bona fide in rebus contrahendis.* Ulpian. in l. prima, De Aedilicio edicto, saepe in ea significatione usus est: et in l. Quod si nolit, Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque in venditione pronuntiare debent. Hoc Graeci *ἐκφωνέω*, dicunt. Cic. Off. 3, 66 Is igitur Cato iudex ita pronuntiauit, quum in vendendo rem eam scisset, et non pronuntiasset, emtori damnum praestari oportere. Hoc etiam Nuncupari dicitur. Simul docet hic locus, etiam iudices pronuntiare, cum sententiam ferunt. Pronuntiatum et statutum (*inquit Ulpian. in l. Pronuntiatum D. de verb. signif.*) idem dici potest: promiscue enim et pronuntiasse, et statuisse solent eos dicere, qui ius habent cognoscendi. Pronuntiare per praeconem Aur. Vict. de Viris illustr. c. 51 extr. Pronuntiare sententiam Cic. de Fin. 2, 37 c. 12. De tribunali Praetor pronuntiat Cic. Verr. 2, 94. In vltima cognitione pro tribunali, accessisse ad finem mortalitatis, semel atque iterum pronuntiauit Suet. Claud. extr. Hinc Pronuntiarum ad be-

95 rias, est Damari. l. 6 D. ad l. Iulian. peculatus. Vid. Buchner. ad Plin. Epist. 6, 31 p. 234. Add. PRONŪNTIATVS, a, um. Idem ib. 3, 15 Non temere iam nunc de vniuersitate pronuntio. De se sententiam ferre, et iudicium pronuntiare Cic. in Pison. 97. Amplius pronuntiare Idem Verr. 1, 26. Aduersus aliquem Plin. 17, 9. Idem Epist. 5, 18 extr. Nec tamen adhuc possum pronuntiare, vtrum sit difficultius, capere aliquid, an scribere. Scorsum de re aliqua Quinctil. 7, 3. Idem 2, 5, 25 Sed hi qui sint, non cuiusque est pronuntiare. Quid ipsi libuisset, perinde ac pluribus idem videretur, pronuntiauit Suet. Ner. c. 15. ¶ 3 Sed ad aliam quoque sollempnem declarationem pertinet: Liu. 24, 27 Postremo victi consensu, et seditionem

mectentes,

metuentes, pronuntiant eos praetores. Cic. pro Rosc. Amer. 129  
 Quae enim mihi ipsi indigna et intolerabilia videntur, quaeque ad  
 omnes, nisi prouidemus, arbitror pertinere, ea pro meipso, ex animi  
 mei sensu ac dolore pronuntio. Curt. 4, 8, 16 Imminensque Dario,  
 iter ad Euphratem pronuntiauit. Nomina victorum Cic. Fam. 3, 12. 5  
 Auentu longarum nauium Curio pronuntiarum onerariis iubet, se in  
 hostium habiturum loco, quae non e vestigio ad castra Corneliana  
 vela direxisset Caes. Bell. Ciuil. 2, 25. Pronuntiare praelium in po-  
 sterum diem, *Indicere* Liu. 24, 14 extr. *Sic Palam promittere*: Cic. pro  
 Cluent. 78 c. 29 Suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pro- 10  
 nuntiaisset: qui erant in concione non intelligebant. Curt. 3, 5, 15  
 Quippe Darius mille talenta interfectori Alexandri daturum se pro-  
 nuntiarum iusserat. Suet. Caes. c. 19 Numos de suo communi nomi-  
 ne per centurias pronuntiauit. Idem Neron. c. 24 Quae beneficia e  
 medio Stadio Isthmiorum die sua ipse voce pronuntiauit. Pronun- 15  
 tiatur, *Imperf.* Plin. 16, 4 Patriam ab eo coronari pronuntiatum.

PRONUNTIATVS, a, um. Partic. [*ἐκφώνησις*] *Vt*, Versus  
 pronuntiatum syllaba vna breuior aut longior Cic. in Parad. 3 extr.  
 Curt. 10, 6, 24 Ipsum ad pronuntiatam praedam sequebantur. *Item*  
*Damnatus*. Ammian. 15, 3 extr. Protectores pronuntiatum vertere so- 20  
 lum, veniam meruere. *Vid.* PRONUNTIATIO n. 2.

PRONUNTIATVM, i. n. [*ἀξιωμα*] Cic. Tusc. 1, 14 c. 8  
 Omne pronuntiatum (sic enim mihi in praesentia occurrit, vt appella-  
 rem *ἀξιωμα*, vtar post alio, si inuenero melius) Id ergo est pronun-  
 tiatum quod est verum aut falsum. *De hoc vid.* Gell. 16, 8. 25

PRONUNTIATVS, ūs. m. [*ἐκφώνησις*] *Pro ipsa Pronuntia-*  
*tione*. Gell. 4, 17 Ratio in pronuntiatum manet. Idem 15, 3.

PRONUNTIATIO, ōnis. f. [*ἐκφώνησις, ἐκφορά*] *Est*, Vocis,  
 et vultus, et gestus moderatio cum venustate, *inquit* Auct. ad Heren.  
 1 c. 2. Quinctil. 11, 3 *vbi omnem Pronuntiationis artem tractat,*  
*ita incipit*, Pronuntiatum a plerisque actio dicitur, sed prius nomen a  
 voce, sequens a gestu videtur accipere. Namque actionem Cicero  
 alias quasi sermonem, alias eloquentiam quandam corporis dicit.  
 Idem tamen duas eius partes facit, quae sunt eadem pronuntiationis,  
 vocem atque motum. Qua propter vtraque appellatione indifferenter 35  
 vti licet. Indecora vel voce, vel gestu pronuntiatum Quinctil. 3, 3.  
 Quis enim cantus moderatae orationis pronuntiatione dulcior inueniri  
 potest? Cic. de Orat. 1, 34. ¶ 2 *Judicialis sententiae prolatio*:  
 Idem pro Cluent. 67 c. 20 Lege et pronuntiatione nondum condemna-  
 to, tantum Habitus Oppianicum reum statim non fecit. Qua pro- 40  
 nuntiatione facta Caes. B. C. 2, 25, 7. *Haec pronuntiatum, sola di-*  
*scessione fieri poterat, vt colligere est ex* Petron. c. 80 Fulminatus hac  
 pronuntiatione. ¶ 3 *Pro pronuntiatum vel enuntiatione* Cic.  
 de Fato 26 Quod cum ita sit, quid est, quod non omnis pronuntia-  
 tio aut vera aut falsa sit? ¶ 4 Graeca pronuntiatione strate- 45

gemata dicuntur, *i. Graeca voce* Valer. Max. 7, 4 pr.

PRONUNTIATOR, ōris. m. [*ἐκφωνητής*] Cic. de Clar. Orat.  
 286 c. 83 Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sincerus et  
 grandis etiam fuit.

PRONUNTIABILIS, e. Adi. Apul. Doctr. Plat. 3 pr. Oratio 50  
 pronuntiabilis. Gloss. Lat. Gr. Pronuntiabile, *ἐπιτόν*.

PRONUNTIATIVVS, a, um. Adi. Idem. Modus pronuntia-  
 tiuus, quo pronuntiamus Diomed. 1 p. 329.

PRONVPER. Adu. [*πρῶτον*] Quasi dicas Valde nuper. Plaut.  
 Trin. 2, 4, 26 Qua sponione pronuper tu exactus es pro illo adole- 55  
 scente. *Al. aliter: vid.* Taubm.

PRONVRVS, ūs. f. [*πρόνυος*] Nepotis uxor. Ouid. Epist. 17,  
 206 Pronurus et magni Laomedontis ero. Modestinus in l. Nurus D.  
 de gradib. et affinib.

PRONVS, a, um. Adi. [*πρόνυος, καταφρόνυος, καταπρόνυος*] *In an-* 60  
*teriore parte flexus*. Ouid. Met. 1, 84 Pronaque quum spectent  
 animalia caetera terram, Os homini subliue dedit, etc. Pecora  
 natura prona finxit Sallust. Catil. pr. Plin. 7, 17 Virorum cadaue-  
 ra supina fluitare, feminarum prona: velut pudori defunctorum par-  
 cente natura. Pronus et Superus, *contraria* Cic. Tusc. 1, 42. 65

Plin. Epist. 5, 6 Demissus inde pronusque puluinus, cui bestiarum effi-  
 gies inuicem aduersa buxus inscripsit. Proni decurrere monte pa-  
 rabant Sil. 7, 216. Pronus ad Meridiem locus Varr. de R. R. 3, 16.  
 Pronus soli, et ad solem Columel. 2, 9. Pronus in ventrem Varr.  
 de R. R. 2, 7. Pronus bibis aquam Martial. 1, 93. Aurigae pen- 70  
 dent proni in verbera Virg. Aen. 5, 147. Mittere aliquem pronum  
 Catul. 18, 23. *i. Praecipitem dare.* In pronum iaculati, *vid.* IACV-  
 LOR.

¶ 2 *Vt Procliuis, sic Pronus est Facilis*: Plin. Ep.  
 (8, 10) Quibus video a meo, tuoque latere pronum ad honores iter,  
 et audita latius nomina, et non subitas imagines relictorum. Apud 75  
 priores agere memoratu digna, pronum magisque in aperto erat Tac.  
 Agric. 1, 2. Idem ibid. 33, 7 Omnia prona victoribus. *Pro Vi-*  
*cino*, Virg. Aen. 5, 212 — ventisque vocatis Prona petit maria. *i. e.*  
 Litori vicina. Seruius: Prona maria, *inquit*, quasi non ipsa essent  
 per quae transferant: aut possit fieri, vt sint maria deuexa. Non hoc 80  
 sensit, sed facilitatem reditus voluit demonstrare. Pronum enim di-  
 cimus, quidquid difficultatem non habet: et Arduum, quidquid diffi-  
 culter superatur. Donatus. *Per translationem, Inclinatus ad virtu-*  
*tes, vel ad vitia*: Plin. in Paneg. c. 84 Nihil est tam pronum ad si-  
 multates, quam aemulatio, in feminis praesertim. Pronior huic 85  
 rei, *pro In hanc rem, apud* Suet. Neron. c. 40 Cui spei pronior, Bri-  
 tannia Armeniaque amissa, ac rursus recepta, defunctum se fatalibus  
 malis existimabat. Honori alicuius pronior Stat. Silu. 3, 3, 153.  
 Proniores paci Valer. 8, 3 extr. Pronus ad haec, *apud* Suet. Vitell.  
 c. 7 et in superioribus exemplis. Ad fidem pronus est Liu. 21, 28. 90  
 Ad omne nefas pronus Lucan. 6, 147. Proniores ad iracundiam  
 Plin. 22, 24. Pronus ad fidem Liu. 21, 28. *i. Credibilis.* In ali-  
 quid pronior Quinctil. 2, 8. In bellum pronus Lucan. 1, 292. In  
 obsequium plus aequo pronus Hor. Epist. 1, 18, 16. Pronissimus ad  
 indulgentias Capitol. in Pio c. 10. *Sic Proni dicuntur, Qui fauent*: 95  
 Tacit. Hist. 1, 13, 6 Prona in eum aula Neronis. Idem Hist. 2, 74, 2  
 Muciani animus nec Vespasiano alienus, et in Titum pronior. Suet.  
 Galb. c. 12 Remisit in patriam quasi Cn. Dolabellae proniorem. Pa-  
 tere. 2, 69, 6 Quem pronior fortuna comitatur. ¶ 3 *Sub-*  
*stantiua*: Ouid. Met. 14, 821 Pronumque per Aera lapsus, etc. *i. Ce-* 100  
*dentem et transitu facilem.* Aetas ad vitia maxime prona Quinctil.  
 1, 2. Virg. Georg. 1, 203 Atque illum in praecipit pronum rapit Al-  
 veus amne. Anni proni, Volubiles et declini, instabiles et cito la-  
 bentes: Acron: Hor. in Arte Poet. 60. Aqua Virg. Aen. 8, 548.  
 Aures pronas accommodare Claud. de Bell. Gildon, 426. Auribus 105



- pronis aliquid accipere Tacit. Hist. 1, 1, 4. Aures superbae, et offensionis proniores Idem Ann. 4, 29. Crateres, *Euerfi* Stat. Theb. 5, 255. Currus Idem ibid. 10, 364. Id. ibid. 5, 612 Prono vexantem gramina cursu: *currentes enim effuse superiora corporis antrosum inclinant.* Decursu prono agitur malum Catul. 63, 23. Dies Stat. Theb. 2, 41. Fides prona venit Ouid. de Arte Am. 3, 674. Inventus Satyrorum prona in Venerem Idem Fast. 1, 397. Idem ibid. 5, 498 Et pronom saturae Lac bibit agaus ouis. *Pronum lac deorsum fluens et facile.* Lapsus Claud. in Ruff. 1, 159. Lapsus fidei Plin. 10 5, 1. Largitor Claud. Cons. Hon. 4, 117. Manu prona fundere falerna Tibull. 3, 6, 6. Mens prona in ferrum Lucan. 1, 154. Menses pronos voluere Hor. Carm. 4, 6, 39. Motus corporis pronus, obliquus, supinus Cic. de Divin. 1, 120. Sententia prona Valer. Argon. 8, 340. Columel. 1, 3 Quantoque fuerit aedificii Solum pronus orienti, tanto et aestate liberius capere peritatus, etc. Via prona Ouid. Met. 2, 67.
- PRONE. Adu. Ammian. 30, 29 (Val. 8) Ad fugillandum pronus inclinat.
- PRONITAS, atis. f. [*τὸ πρῶν*] Seneca in praefat. Controu. 20 Nescio qua iniquitate et ad malum pronitate naturae eloquentia se retrotulerit.
- PRONO, are. Sidon. Epist. 8, 11 Ipsi latrones ad patimentum conuersa defunctorum ora pronauerunt. add. 5, 18.
- PRONATVS, 2, um. Sidon. Epist. 8, 17 Nunc per catastrophem saepe pronatus.
- PROECONOMIA, ae. f. [*προοικονομία*] *Figura, cum Poeta aut quicumque scriptor praefruit, et praemunit aliquid, quo ea, quae sequuntur, rectius queant intelligi, aut certe non nimis abrupta sit transitio.* Seruius in illum versum Virgil. Aen. 1, 230 Et Libyae defixit lumina regnis. Pulchra proeconomia, id est dispositio carminis. Vituperabile enim fuerat, si ex abrupto transitum faceret. *Rursus.* Virgil. Aen. 2, 298 Diuerso interea miscentur inoenia luctu. *Vbi, Seruius: Haec est proeconomia. ait enim Aeneam non fuisse proditorem: sed propter longinquitatem domus et tarde bella cognouisse, et facilius euitasse discrimen.*
- PROEPIUM, i. n. [*προοίμιον, προίμιον*] *Initium vel exordium, siue praefatio.* Quinctil. 4, 1 pr. Quod principium Latine vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Graeci videntur *προοίμιον* nominasse: quia a nostris initium modo significatur, illi satis clare partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam siue propterea, quod *ὄμιον* cantus est, et *citharoedi pauca illa, quae antequam legitimum carmen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, proeemium cognominauerunt: sic oratores ea, quae priusquam causam exordiantur, ad conciliandos iudicum animos prae loquuntur, eadem appellatione signarunt: siue quod *ὄμιον* iidem Graeci viam appellant, id quod ante ingressum rei ponitur, sic vocare est institutum: certe proeemium est, quod apud iudicem, priusquam causam cognouerit, profit. Haec Fabius, qui toto capite illo doctrinam proeemiorum persequitur.* Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 (quo loco a c. 80 inde proeemiorum praecepta tradit) Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, ut non, tanquam citharoedi proeemium affictum aliquod, sed cohaerens cum omni corpore membrum esse videatur. Cic. Attic. 16, 6 De gloria librum ad te misi: at in eo proeemium id est, quod in Academico tertio: id euenit ob eam rem, quod habeo 55 volumen proeemiorum: ex eo eligere soleo, quum aliquod *ὄμιον* institui. His libris Noua proemia sunt addita Cic. Attic. 13, 32. Libera proemia Quinctil. 3, 8. Viciosum Id. 4, 1. Dicere Id. 2, 20. Longo et alte petito proeemio respondere Cic. pro Cluent. 58 c. 21. Scribere Quinctil. 3, 9. In singulis libris vtor proemiis Cic. Attic. 4, 16. Id. Acad. 1, 8 In iis ipsis antiquitatum Proemiis philosophiae scribere volumus. Habes proemium legis hoc Id. de Legib. 2, 17. Rixae proemia Iuuenal. Sat. 3, 288. Proeemium mercenarium Cic. Verr. 1, 111.
- PROEPIOR, ari. [*προοιμαίω*] *Exordiri.* Plin. Epist. 2, 3 65 Proemiatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit fortiter, ornatur excelsa. Postremo docet, delectat, afficit. add. Sidon. Epist. 4, 3.
- PROPAGO, inis. f. [*ἀπογενή, παραφυάς, ἀποβύξ*, Propagines *ἀπογενυες* Gloss. Vet.] Vitis vetula, et suppressa, ut ex vna plures fiant: dicta quod porro pangatur, id est, longe figatur. Festus. 70 Virgil. Georg. 2, 26 Pressos propaginis arcus. et prima producit. Cic. de Senect. 52 c. 15 Malleoli, sarmenta, vites, viuiradices, traduces, propagines. Vitis vitium deprimitur in propagines Plin. 14, 1. Vites melius respondent propagine Virgil. Georg. 2, 63. Inter suboles herbarum et propagines Vitium Apulei. Apol. p. 329. 75 Disciplinae propagines Varro de L. L. 7, 9 extr. Vitium propago Horat. Epod. 2, 9. Propagines Colum. 4, 6, 3. Propago. Genus. [*ἡ παραβολή, ἡ ἐπίδοσις τῆς γένεως, γονή* Gloss. Lat. Graec.] Lucret. 5, 1026. Virgil. Aen. 12, 827 Si Romana potens Itala virtute propago. add. Id. ibid. 6, 870. Sic familiarum 80 originem subtextit, ut ex eo clarorum virorum propagines possimus cognoscere Nepos 25, 18, 2. Auctor propaginis Ouid. Fast. 3, 157. Id. Met. 1, 160 Sed et illa propago Contemtrix superum, saeuaeque auarissima caedis. Plin. 7, 14 Liberos pius aliorum propago sunt Liciniani cognominati. Blanda catulorum Lucret. 4, 995. 85 Lucret. 1, 43 Memmi clara propago. Versuta, Autolicus Ouid. Met. 11, 312. Obseruamus: Propago, in utraque significatione nunc produci, nunc corripit: Certe Lucret. 5, 848 Ut propagando possit producere faecula. In priore tamen significato neminem ex antiquis qui corripuerit, laudari video.
- PROPAGES, is. f. inquit Nonius 1, 327 est Series et affixio continua, vel longe ducta. Pages enim compactio: vnde Compages, et Propagare, id est genus Longe mittere. Pacuuius, Saluete gemini mea propages sanguinis. Ennius, Nobis vnde forent fructus, vitaeque propages, al. Propagmen.
- PROPAGO, are. [*καταρτίθης*] *Vitem vetulam suppressere, ut ex ea vna plures fiant.* Cato c. 32 Vites propages in sulcos. *Huius verbi primam syllabam Lucretius modo producit, modo corripit, Praepositionem Pro in plerisque compositis faciens ancipitem. Caeterum Propagare, per translationem, ponitur pro extendere, et dilatate.* Cic. 100 Verr. 5, 179 Quum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias. Haec monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur Cic. pro Sext. 102. Arbitria propagare Paulus 1. 32 non disting. §. 16 Quaesitum D. de recept. qui arbit. vocat, quando arbiter pronuntiat ad alium arbitrum rem reiiciendum. Bona plura, ex quibus 105 propa-

- propagentur Cic. in Topic. 69. Commeatum propagare, *Pro-*  
*ducere et proferre* Sueton. Calig. c. 29. Fines imperii Nepos  
 22, 2, 5. Lucret. 1, 196 Propagare Genus possit, vitamque tueri.  
 Imperium in annum Liu. 23, 25 extr. Sueton. Caes. c. 24. Cic.  
 pro Domo 87 c. 32 Huius viri Laudem ad sempiternam memoriam 5  
 temporis calamitas propagauit. Lucret. 2, 996 Et dulcem du-  
 cunt vitam, Ptolemque propagent. Radices age et propagari  
 Cic. Offic. 2, 43 c. 12. Religionem propagare Id. de Diuin. 2,  
 149 c. 72. Lucret. 1, 21 ad Venerem Efficis, vt cupide generatim  
 faecula propagent. Stirpem in prope quingentesimum annum Cic. 10  
 Philipp. 1, 13. Tempora Id. in Catilin. 2, 11. Terminos  
 vrbs Tacit. Annal. 12, 23. Cic. de Inuent. 1, 2 Nam fuit quod-  
 dam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagaban-  
 tur, et sibi victu ferino Vitam propagabant. add. Id. Fin. 5 c. 11.  
 PROPAGANDVS, a, um. Partic. Soboles propaganda Cic. 15  
 pro Marcell. 24. Religio propaganda quae est iuncta cum co-  
 gnatione naturae Id. de Diuin. 2, 149 c. 72.  
 PROPAGATVS, a, um. Partic. Dies ad Memoriam Consula-  
 tus mei propagata Cic. in Catilin. 3, 26 c. 11. Verissime memoria  
 propagata, fabulae similia existimare Pseudo-Cic. ad Octau. Vi- 20  
 tis propagata celeriter conualescet Colum. de Arb. c. 8.  
 PROPAGATIO, ōnis. f. [*κατάθεσις*] Columel. de Arb. c. 7  
 Propagationum genera tria sunt in vsu maxime. Vitium Cic. de  
 Senect. 53 c. 15. Finium imperii Id. de Prouinc. Conf. 27 c. 12.  
 Vita in qua nihil inest, nisi propagatio miserimi temporis Id. Fam. 5, 25  
 15. Quae propagatio et soboles, origo est Rerumpubl. Id. Offic.  
 1, 54. Propagatio nominis Id. Tusc. 1, 31.  
 PROPAGATOR, ōris. m. Cic. Attic. 8, 3 Ille restituendi  
 mei quam retinendi studiosior, ille prouinciae propagator, ille absent-  
 tis in omnibus adiutor. De Pompeio. 30  
 PROPAGINO, āre. Idem quod Propagare. Gloss. Graec. La-  
 tin. *καταμοχεύω*, propagino.  
 PROPAGINATVS, a, um. Tertull. de Pallio c. 2 Quot po-  
 puli propaginati.  
 PROPALA, ae. m. est, si Turnebum audimus 1, 1 Qui merces 35  
*propalam* velut ante palum, aut de palo pendentes habet, et vendit: quam  
 vocem in propolam deprauauerunt, quum apud Graecos (quorum vocabu-  
 lum videri volunt) *προπάλῃς* Proxenetam significet, venditionisque concilia-  
 torem, ut scribit Pollux (7, 2) Cic. in Pison. 67 c. 27 Panis et vinum a  
 propala et de cupa. (Sic legi in optimis MSS. certum. Sed Manutio, 40  
 Scaligeroque Auctoribus Propolam restituit Graeuus. Pergit Turnebus.)  
 Quin et ea vox integra hodieque apud Varronem manet, sic scribentem,  
 (R. R. 3, 14, 3) Denique ipsae exruminantes ad propalam vitam diu  
 producant: id est apud propalam. Apud Non. 4, 118 extr. Lucilius  
 ipso syllabae modulo satis indicat vocabulum Latinum esse, cuius verba sunt, 45  
 Vt cum primitiis ficos propala recentes protulit, et pretio ingenti dat  
 primitus paucos. Haec Turnebus. Sed Mercerus edidit p. 154, 27  
 Sicuti, quum primus ficus Propola recentis: ut legendum etiam voluit  
 Scaliger ad Culicem f. Catal. p. 42 ubi Propalam plane exulare iubet,  
 et Propolam ex Graeco ducit, nisi quod primam ex natura suae Pro pro- 50  
 duxerit.  
 PROPALAM. Adu. [*ἀνομιχραμύτως*] i. Clare, aperte, et in  
 propatulo. Cic. de Orat. 1, 161 c. 35 Non explicata veste, neque  
 proposito argento, neque tabulis, et signis propalam collocatis? Po-  
 nere libellos Tacit. Annal. 4, 27. Respondere Id. ibid. 12, 46. 55  
 Haec propalam dicebat; illa tacita suberat cura Liu. 34, 33 extr.  
 PROPALO, āre. Hoc verbum habebant primae editiones Colu-  
 mellae de Arb. 7, 4 ubi nunc Propagare legitur, hoc modo, Per quos  
 vti quaeque virga postulauerit, propagetur: quod vnice huc conuenit.  
 Alias est manifestare, ut Pagina propalatur Mamert. de Anima 1, 2. 60  
 Quae propalare dissimulat, excolere detrectat Sidon. Epist. 9, 11.  
 PROPALATVS, a, um. Oros. 6, 5 Contra edictum propa-  
 latae et publicae veritatis. Augustin. Epist. 137 Diuinitus propa-  
 palatum.  
 PROPANDO, unde 65  
 PROPANSVS, a, um. Apulei. Miles. 6 p. 179 Aquila prop-  
 ansis vtrinque pinnis.  
 PROPATOR, oris. m. Christum missum ab illo propatore, qui  
 est Bythos Tertull. ad Valentinianorum mentem, de Praescr. c. 49.  
 PROPATRVVS, i. m. Maximus patruus, frater proqui Ca- 70  
 ius in l. I D. de gradib.  
 PROPATVLSVS, a, um. Ad. [*προφώνῃς*] Late patens, atque  
 apertum. Cic. Verr. 4, 110 c. 49 Ac tamen eo contentus non fuit,  
 ante acdem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt, Cere-  
 ris vnum, alterum Triptolemi, et pulcherrima, et perampla. In 75  
 propatulo, aduerbialis formula, pro Palam. Columel. 12 prooem.  
 Quum victus et cultus humanus non vti feris in propatulo, ac silue-  
 stribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat. Sallust. Catil.  
 13 Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo, habere.  
 conf. Plin. Epist. 1, 8. Statuas in propatulo domi abiicit Nepos 80  
 23, 9, 3. Propatulo, sine Praepositione, quasi adverb. Mela 1, 19  
 Propatulo vescuntur. ita Voss. et Gronou.  
 PROPE. [*ἄγχι, ἐγγύς*] Viciniam loci significat, ut iuxta, et inter  
 Praepositiones vulgo refertur, quatenus Accusatiuo iungitur. Sed cum  
 interdum Aduerbium esse, quoties A Praepositioni iungitur, nemo neget: 85  
 cum propius et proxime, quae Accusatiuos et ipsa adsciscunt, nemo ha-  
 beat pro Praepositionibus: malim cum Vossio simpliciter Aduerbium puta-  
 re, et Accusatiuum illum arcessere a suppressa ad vel apud. Caeterum si-  
 ve Praepositionem simulat, siue Aduerbium, loci modo viciniam, sed idem  
 quod fere significat. Curt. 6, 4, 7 Prope fontem cauerna. Vbi 90  
 non modo prope me, sed plane mecum habitares Cic. Fam. 7, 24.  
 Liu. 1, 25 Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope  
 metum res fuerat. Cubat is prope Caesaris hortos Horat. Serm.  
 1, 9, 18. Vlpian. in l. Si sidiussor. in princ. D. Mandat. Dissol-  
 luta negligentia prope dolum est. Varro ex Poeta in Periboea, 95  
 de L. L. 6, 2 Scrupea saxa Bacchi templa prope adgreditur. Pro-  
 pe montes consistere Liu. 1, . . . Prope ripam quum plebs  
 Anienis ad III milliariam confedisset Cic. de Clar. Orat. 54 c. 14.  
 Prope seditionem ventum Tacit. Histor. 3, 21. add. Curt. 10, 6, 12.  
 ¶ 2 Prope a, Cic. Verr. 5, 6 At quum in Italia bellum tam prope a 100  
 Sicilia, tamen in Sicilia non fuit? Plin. 4, 4 Nec sunt vetu-  
 stiora de illa re Latinae linguae praetexta: tam prope ab origine re-  
 rum sumus. h. e. Tam sumus propinqui post rerum originem. Plin.  
 15, 18 Tam prope a muris habemus hostem. Cic. Verr. 2, 10  
 Quod commodum non mediocre Pop. Romano est, tantum ciuium 105

Roman. numerum, tam prope ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri. Prope abest ab infirmitate, in quo sola sanitas laudatur Tacit. de Orat. 23, 4. Cic. in Pison. 30 c. 11 Prope a meis aedibus, etc. sedebas. Ab exule prope esse vid. A vel AB.

5 Prope ab incesto Quinctil. in Infami in matrem i Decl. ¶ 3  
Sine casu: Terent. Adelph. 4, 1, 8 Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prope est, Prope adest, quum alieno more viuendum est mihi, subaud. Tempus Terent. Andr. 1, 1, 125. Prope adest vt Plaut. Aul. 2, 3, 9. Tu aduentare ac prope adesse iam debes Cic. Attic. 4, 16. Prope aduentat Plaut. Truc. 2, 4, 48. Prope appositum alterius gladium e vagina eduxit Cic. de Inuent. 2, 14. Prope intueri, et Procul spectare, contraria Id. de Senect. 43 c. 14. Volebam prope alicubi esses Id. Fam. 9, 7. Prope est quando Plaut. Men. 5, 6, 25. b. e. Appropinquat tempus.

15 Prope est vt omnes sint Senec. Epist. 121. i. Parum abest, quin omnes sint. ¶ 4 Pro Quasi, fere. Terent. Heaut. 1, 1, 46  
Eius filiam ille amare coepit perditte prope iam vt pro vxore haberet. Annos prope quinquaginta continuos Cic. Verr. Act. 1, 40 c. 13. Iam tu potes discedere liberatus molestia prope dicam non minore, quam Quintius Id. pro Quint. 44. Prope desperatis rebus Id. Fam. 7, 29. Id. Verr. Act. 1, 1. Id non humano consilio, sed prope diuinitus datum atque oblatum vobis summo Reipublicae tempore videtur. Prope nouum genus dicendi Id. pro Arch. 3. Prope singularis Aristoteles in philosophia Id. Acad. 4, 132. Sapiencia praeditus prope singulari Cic. Fam. 4, 3. Prope solus Id. Verr. 4 (2) 142 c. add. Id. Fam. 9, 6, 11. Funeratus prope ictu arboris Horat. Carm. 3, 8, 7. Prope est factum, vt iniussu Praetoris signis conuulsis in aciem exirent Liu. 25, 21 pr. Iam prope erat, vt sinistrum cornu pelleretur Romanis, ni septima legio

30 successisset Liu. 40, 32.

PROPIOR. Compar. [*ἕγγυρος*] Vicinior, cum respectu ad locum, tempus etc. Terent. Heaut. 5, 2, 34 Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio, quae propior esset te, indulgebant. Cic. Tusc. 1, 116 Veniunt inde ad propiora. Cum Genitio poni videtur Lucret. 4, 339 Quia quum propior caliginis aer Ater inuit oculos prior, et possedit apertos: Insequitur, etc. Sed potest esse simpliciter caliginis aer, i. caliginosus. De Dativo res certior: vt Funeri propior Horat. Carm. 3, 15, 4. Gradu sanguinis propior Ouid. Epist. 3, 28. Propior sobrino, vid. PROPRIVS, n. 2. Tibi propior me nemo est Cic. pro Quint. 97 c. 31. Propior vero Liu. 23, 12 pr. Id. 4, 37 Capuanque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a Campestri agro appellatam. i. Magis ad veritatem accedens. Accusatiuus forte per ellipsin rñs ad ponitur: vt Propius fidem est Liu. 2, 41 extr. i. Magis credendum. Alter quo propior hostem collocatus esset Hirt. de B. G. 8, 9. Ipse propior montem cum omni equitatu Sallust. Iugurth. c. 49. Quidquam propius Cic. Verr. 5, 93. Propius nihil factum, quam vt occideretur Cic. Q. Frat. 1, 2. b. e. Parum abfuit. Vocari ad propiora Ouid. Fast. 6, 83. Cura propior deam angit Id. Met. 13, 578. Exemplo tangi non propiore potes Id. Epist. 16, 326. Fides ad fallendum propior Tacit. Histor. 2, 8. Interuallum multo tanto propius nobis Varr. de L. L. 6 pr. Neue leuem praedam, aut propioris pignora Lucri amplexus Grat. Cyneg. v. 232. Mors propior venit Tibull. 2, 3, 42. Pericula omnia sua sibi propiora esse quam aliena Cic. pro Sext. 40. Nos autem alium Portum propiorem huic aetati habebamus Id. Attic. 14, 21. Res virtuti propiores Id. Offic. 2, 22. Spatiis propioribus aetas aliquem insequitur Virgil. Aen. 9, 275. Et dicendi ardore eram propior, et aetate coniunctior Cic. de Clar. Orat. 317. Tunica propior pallio est. Prouerbiu. Plaut. in Trin. 5, 2, 30 Hunc priorem aequom' st me habere; tunica propior pallio est. Via. Grat. Cyneg. v. 5 i. breuior, compendiosa. vid. Burmann. Vitium hoc propius virtutem erat Sallust. Catilin. c. 11.

PROPIVS. Adu. compar. [*ἕγγυρος*] Terent. Adelph. 3, 2, 11 Propius obsecro accedamus. Propius aliquid esse dicimus, ait Budaeus pro Verisimilius esse. Callistratus l. Semper D. de iure immunis. §. Conductores, Quod propius est defendere, nisi paria cum fisco fecisse dicantur. Cic. Philipp. 6, 5 Dum ne propius urbem Romanam CC mil. admoueret. Abesse propius ab ortu et diuina progenie Id. Tusc. 1, 26. Abesse propius mortem, vid. ABSVM. Accedere propius Ouid. Met. 2, 41. Cic. Fam. 14, 19. Itineribus nocturnis propius aliquem accedere Id. Attic. 11, 11. Propius accedere: Id. de Finib. 4, 24 Sed vt propius ad ea, Cato, accedam, quae a te dicta sunt. Accedere propius ad sensum alicuius Id. in Partit. 61. Ad similitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus, quam figura Id. de Nat. Deor. 1, 97. Aspicere res alicuius propius Virgil. Aen. 1, 530. Conficere spatium propius, vt, Stellae aliae propius a terris, aliae remotius, ab eisdem principiis, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt Cic. de Nat. Deor. 1, 88. Consistere propius Ouid. de Arte Am. 3, 467. Consistere propius montes Liu. 1, 27. Ire propius: Terent. Adelph. 4, 2, 41 Sane hac multo propius ibis. Cur castra longius aduersariorum castris, et propius urbem mouentur? Cic. ad Octau. Petas propius licebit, quod petis Martial. 1, 118. Stare propius ab aliquo loco Senec. Epist. 121. Sum: Ouid. Epist. 18, 177 Quo propius nunc es, flamma propiore caleasco. Subsequi propius aliquem. Plaut. Bacch. 4, 4, 72 Cedo manum, ac subsequere propius me ad fores. Vt ventum propius est Ouid. ex Pont. 4, 7, 43. ¶ 2 Propius sobrino mihi est consobrini mei filius, et consobrinae meae filia, et patris mei consobrini, et matris meae consobrini. Haec Festus. Paullus l. 10 §. 16 de Gradib. Personae, quas enumerauimus a patris magni filio (Nempe Patris magni filius filia: hi sunt aui fratris filius filia, Proauis aut proauiae nepos neptis ex filio filia etc.) ei, de cuius cognatione quaeritur, propius sobrinis vocantur. Nam, (vt Masurius ait) quem quis appellat propiorem sobrino, qui est patris matrisue consobrini aut consobrini; ab eo consobrini consobrinaeue filius filia nominatur. Et mox, His omnibus, quos ad patris nepotem proposuimus, is de cuius cognatione quaeritur, propius sobrino est: nam patris vel matris eorum consobrini est. Breuius Gaius l. 1 §. 7 de Gradib. Quinto gradu sunt — propior sobrino, propior sobrina: isti sunt patris magni, amatae magnae, auunculi magni, materterae magnae filius filia. Nempe Sobrini sunt consobrinorum filii, quibus enumerati modo sunt propiores.

105 PROXIMVS, a, um. Superlat. [*ἕγγυρος*] Ad tempus non minus

*nus quam ad locum refertur.* Terent. Eun. 2, 3, 40 His mensibus  
 fex septemue proximis. Aedis proximae fundo Id. Heaut. 4, 4, 10.  
 Ad aliquem federe proximum Ouid. de Arte Am. 1, 139. Classem,  
 qua proxima Aestate mare tueri posset Nepos 9, 4, 2 *i. sequente.*  
 In annum proximum transferre Cic. pro Milon. 24. Mare dissi-  
 mile proximo ei continenti Id. Acad. 4, 160. Cura proxima  
 Ouid. de Arte Am. 2, 746. Die primo et proximo Cic. Tusc. 4,  
 64. Diebus proximis superioribus Id. Fam. 1, 9. Proximo  
 die eius noctis, qua correpti Scribon. 100. Proximis diebus Id.  
 105. *i. insequentibus.* Non. 2, 650 Die proximi pro proximo, a  
*veteribus dictum obseruat, ut crastini et pristini et praefiscini.* Ea-  
 dem Gell. 10, 24 extr. Labor proximus huic est, placidam exora-  
 re puellam Ouid. de Arte Am. 1, 37. Nocte quid proxima, quid  
 superiore egeris Cic. in Catil. 1, 1. Saeculo hunc proximo The-  
 mistocles insecutus est Id. de Clar. Orat. 41. Senatam in proxi-  
 mum differre, *vid. IN.* Vicinus proximus. Id. Attic. 2, 14  
 C. Arrius proximus est vicinus, immo ille quidem iam contubernalis.  
 ¶ 2 Proximus, *Simillimus.* Cic. Attic. 2, 6 Quin etiam dubitem,  
 an hic Antii confidam, et hoc tempus omne consumam: vbi quidem  
 ego malle diu nimirum, quam Romae fuisse. Tu vero sapientior  
 Buthroti domum parasti; sed mihi crede, proxima est illi municipio  
 haec Antiatum ciuitas. Proxima, *i. Simillima, quod ad solitudinem et*  
*amoenitatem attinet.* Iterat Id. 4, 8 Hoc scito, Antium Buthro-  
 tum esse Romae, vt Corcyrae illud tuum. Nihil quietius, nihil al-  
 tius, nihil amoenius. Proximum, *aliquando Obuium et facile*  
*significat.* Apulei. Apol. p. 278 Quis vnquam fando audiuit tam  
 similem suspicionem? tam aptam coniecturam? tam proximum ar-  
 gumentum? Id. ibid. p. 287 Nimis patiens vir es et oppido proxi-  
 ma humanitate. Senec. Epist. 12 Proximam occasionem arripere.  
*vid. Burmann. et Schulting. ad Quinctil. Decl. 13, 10.* ¶ 3 30  
*Formulae memorabiles:* Proximus, superior, primus gradus quasi  
*praeteriti temporis.* Cic. pro Arch. 11 Est enim obscurum proximis  
 Censoribus, hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exerci-  
 tum fuisse: superioribus, cum eodem Quaestore fuisse in Asia: pri-  
 mis Iulio et Crasso nullam populi partem esse censam. *Ad gra-*  
*35*  
*35*  
 Afarum optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyri-  
 co. Cic. de Clar. Orat. 173 Duobus igitur summis Crasso et An-  
 tonio, I. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo, tamen  
 proximus. Virgil. Aen. 5, 320 Proximus huic, longo sed proximus  
 interuallo. Sic Quamuis ei (*Antimacho*) secundas fere (*post Ho-*  
*merum*) grammaticorum consensus deferat, — at omnino arte defici-  
 tur, vt plane manifesto appareat, quanto sit aliud, proximum esse,  
 aliud, secundum Quinctil. 10, 1, 53. Horat. Od. 1, 12, 18 Vnde  
 (*ex quo Ioue*) nil malus generatur ipso, Nec viget quidquam simile  
 aut secundum; Proximos illi tamen occupauit Pallas honores. *Nem-*  
*pe secundus a sequendo excludit interuallum, quod admittit Proximus.*  
 Cic. de Inuent. 2, 173 Summa necessitudo honestatis, huic proxima  
 incolumitatis, tertia et leuissima commoditatis. ¶ 4 Con-  
 structio varia: Proximus ante aliquem Cic. de Senect. 42. Pro-  
 ximus a postremo Id. in Orat. 217. Proximus ab eo Quinctil.  
 3, 10 circa finem. Ab aliquo proximus Id. 3, 8. Proxima  
 ab Aegypto Campania est copia rosae Plin. 13, 3. *In veteri codice non*  
*legitur Proxima.* Proximus a vino somnus Id. 10, 75. Cic.  
 Offic. 1, 109 Qui praefectus classis proximus post Lyfandrum fuit.  
 Socrates hanc viam ad gloriam proximam, et quasi compendiarium di-  
 cebat esse, si quis, etc. Id. ibid. 2, 45. De proximo, *vid. DE.*  
 Amore tibi proximus Id. Attic. 1, 16. Culpa proximus Phaedr.  
 1, 10, 5 vt affinis culpa. Eques dignitate Senatori proximus  
 Id. pro Cluent. 152. Genere mihi proximus Terent. Adelph. 4, 60  
 5, 17. Proximum vino gustu semen Plin. 12, 25. Titulis  
 proximus Ouid. Fast. 4, 43. Vsu longo alicui proximus Id. ex  
 Pont. 3, 6, 53. Proximus optimis Plaut. Trin. 2, 4, 86. Opti-  
 mis proximum numerari Cic. de Clar. Orat. 220. Carmina pro-  
 xima Phoebi versibus Virgil. Eclog. 7, 22. Laudem Planco pro-  
 ximam consecutus es Cic. Fam. 10, 25. Lictor proximus vide-  
 tur fuisse ille, qui in illa serie singulatim praecedentium ultimus, proxime  
 magistratum iret. Huius generis etiam esse videtur Proximus Admissionum  
 apud Ammian. 22, . . . Vet. Inscript. Grat. p. 630, 6 L. VALE-  
 RIVS ACHILLEVS LICTOR PROXIMVS. Sallust. 70  
 Iugurth. 12 Sed Hiempsal in oppido Thumida forte eius domo vteba-  
 tur, qui proximus lictor Iugurthae, charus acceptusque ei semper fue-  
 rat. Vero proximum Horat. in Arte Poet. 338. Veritati  
 proximum Quinctil. 2, 10. Cum Accusatio: Proxima diuos  
 mens fuit Grat. Cyneg. v. 96. Claud. in Eutrop. 2, 238 Pars  
 Phrygiam, Scythicis quaecunque Trionibus alget; Proxima Bithy-  
 nos; solem quae condit, Ionas. Adde Drakenb. ad Sil. 1, 13 et Bur-  
 mann. ad Quinctil. 8, 6 p. 733. Cic. Attic. 1, 1 Dies nullus fere  
 est, quin hic Satyrus domum meam ventitet: obseruat L. Domitium  
 maxime, me Habet proximum. Id habendum est Deo proximum,  
 quod est optimum Id. de Legib. 2, 40. Qua cuique proximum  
 erat Liu. 30, 6 pr. Inferioris aetatis proximus Cic. de Claris  
 Orat. Seruorum proximi Tacit. Annal. 15, 64. ¶ 5  
 Obseruat. Proximus egomet mihi sum Terent. Andr. 4, 1, 12. In-  
 timus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertinuit Cic. Q. Fratr.  
 1, 4. Sic Proximi sunt Cognati: Valer. Max. 4, 4, 1 Tutela  
 cara proximis, accepta alienis. Proximus te sum, apud Plaut. in  
 Poen. 5, 3, 1. Cic. Attic. 1, 11 Proximus Pompeium sedebam. Com-  
 parat. Senec. Epist. 109 (108) Ita tamen, vt modum seruem, et qui-  
 dem continentiae proximiorum. Innocent. de Cas. 228 Fines pro-  
 ximiores. conf. Borrich. Cogit. p. 307. Proximum, *Substant.*  
 Terent. Eun. 3, 5, 53 Eamus ad me: ibi proximum est vbi mutes. *b.e.*  
 Nullus est propior locus, vbi possis mutare vestem. E proximo, *i.*  
*ex Vicinia:* Plaut. Asin. 1, 1, 38 Istanc meretricem e proximo Phile-  
 nium. Nepos 16, 2, 1 Quemque ex proximo locum fors obtulit-  
 set. In proximo, Non procul hinc Cic. Fam. 16, 12. ¶ 6  
 Substant. Vicinus. Quinctil. Decl. 3 Optimum fuerat non habuisse  
 talem proximum, aut libenter perdidisse. Id. Decl. 259 In illa  
 omnium trepidatione, in qua pro sua quisque salute sollicitus, nihil  
 de proximo cogitabat, ne de proximo quidem; nisi hic, vt ap. Ecclesia-  
 sticos quilibet homo, qui caritatis officiis indiget proximus vocatur.  
 PROXIME. [*ἔγγυρᾶτω, ἀγγίσα*] Adu. Superlat. *Temporis, loci,*  
*similitudinis.* Plin. Epist. 4, 13 Proxime quum in patria mea fui,  
 venit ad me, etc. Literae, quas a te proxime accepi Cic. Fam.  
 5, 15. Is quem proxime nominavi Id. de Nat. Deor. 1, 37. Ei-  
 105  
 VOL. III.

- que proxime adiunctus Drusus fuit Cic. de Clar. Orat. 109. Habere exercitum quam proxime hostem Id. Attic. 6, 5. Varro de R. R. 1, 13 Villici proxime ianuam cellam esse oportet. Cic. Fam. 5, 2. Id. Attic. 6, 5 Tamen esse officium meum putavi, exercitum habere quam proxime hostem. Quam proxime Italian Id. ibid. 3, 14. Proxime Hispaniam Mauri sunt Sallust. Iugurth. c. 19. Ego huic tuae virtuti proxime accedo Cic. Fam. 11, 21. Fides ac iusiurandum proxime legum ac poenarum metum Liu. 1, 21. Proxime morem Id. 24, 48. Quinctil. 8, 6, 11 de tropis Praecipueque ex his oritur mira sublimitas, quae audaci proxime periculum translatione tolluntur, quum rebus sensu carentibus actum quendam et animos damus: qualis est, (Virgil. Aen. 8, 728) — pontem indignatus Araxes. circumloquitur Graecorum παρακενιδουεμενα. Factus ex aere vel marmore, proxime Polycletos et Euphranoras Victor in Adrian. f. Epit. 14, 2. Cic. Acad. 4, 16 Proxime a Lacyde solo retenta est: post autem, etc. Columel. 1, 5 Omnes tamen quam proxime alter ab altero debent habitare, ne villici diuersas partes circumuehentes sedulitas distendatur, et ut inter se diligentiae et negligentiae cuiusque testes sint. Cic. Fam. 9, 13 Non possum ego non aut proxime atque ille; aut etiam aequae laborare. Proxime autem et secundum deos homines hominibus maxime vtilis esse possunt Id. Offic. 2, 11. Proxime accedere ad verum Id. Acad. 4, 36 c. 15. Plin. 12, 12 In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum. Quinctil. 6, 2 Et ut proxime vtriusque differentiam signem: i. Ut quantum prope fieri potest, accedam ad vtriusque differentiam. Comparat. Quid Mantuanus Maro? Nonne apertius, proximius, verius? Min. Felix c. 19 al. veris. Proximius sequi Manil. 3, 531.
- PROXIMITAS**, ae. f. [ἀγγισία] Vicinia. Ouid. de Arte Am. 2, 662. Et lateat vitium proximitate boni. Meque ream nimiae proximitatis agi Id. de Nuce 56. conf. Apulei. de Doctr. Plat. p. 20 et ad Asclep. p. 79. Sidon. Epist. 1, 5. Damno est ipsa proximitas Ouid. Met. 10, 339. i. propinqua cognatio. Proximitate niti Quinctil. 3, 6. Aut si proximitas primusque requiritur heres Ouid. Met. 13, 154.
- PROXIMO**, Adu. Proxime. Cic. Attic. 4, 17 Ab Q. Fratre accepi literas datas a litoribus Britanniae, proximo. i. Proximis diebus. Sic Arcano et arcane, Commodo et commode indifferenter veteres dixerunt. conf. Charif. p. 191.
- PROXIMO**, ae. [ἀγγισίως] Proximum esse. Cic. de Nat. Deor. 2, 112 c. 44 Capiti autem equi proximat Aquarii dextra, totusque deinceps Aquarius. Geloni ad hos proximant Solin. 25 (15) Id. c. 70 non procul a fine, Tertia huic proximat eodem nomine. Id. c. 65 Indo flumini proximantes, versa ad Meridiem plaga ultra alios torrentur calore. Apulei. Met. 2 p. 128 In vicum proximamus. Id. ibid. 6 p. 174 Sacratissimis foribus proximat. Add. Vulg. Prou. 12, 13 et Hebr. 7, 19.
- PROXIMANS**, antis. Apulei. Met. 2 p. 122 Praelio iam proximante. Id. ibid. 3 p. 140 Ut me praesepio videre proximantem. Id. ibid. 5 p. 161 Luce proximante. vid. Barth. Aduers. 1, 3. Solin. c. 11 Ei proximans lacus.
- PROXIMATUS**, us. m. Dignitas aulica sub Imperatoribus. Leg. 1 et 11 Cod. de Proximis Scriniarum, Splendor indepti proximatus. vid. Vales. in Ammian. 20, 9 et Salmaf. Histor. August. p. 207.
- PROPECTO**, pexui, ere. [παραπροσέχω] In longum deorsum pectere.
- PROPEXVS**, a, um. [πρόπεκτος] Propexa barba Ouid. Fast. 1, 259. conf. Sil. 13, 310. Barba propexa in pectore Virgil. Aen. 10, 838. Ad barbas piscium transtulit. Aufon. Mosell. 134 Propexique iubas imitatus gobio barbi. Canities mento propexa Stat. Theb. 2, 97. Crinis propexus ac rutilatus Tacit. Hist. 4, 61.
- PROPEDIEM**, Adu. Temporis. [ἐν βραχῆ, ὀλίγον χρόνον] Breui: quasi Prope sit dies, quando aliquid futurum sit. Terent. Heaut. 1, 1, 108 At porro recte spero illum tibi saluum affuturum esse hic confido propediem. Cic. Offic. 3, 121 Tum et praesens tecum propediem, ut spero, et dum aberis, praesens loquar. Id. de Diuin. 1, 47. Terent. Heaut. 4, 8, 28 Nae tu propediem (ut istam rem video) istius obsaturabere. Propediem te videbo Cic. Attic. 6, 2. Apud Sallust. Cort. edidit duabus separatis vocibus, ex MSS.
- PROPELLO**, propuli, propulsum, ere. [ἀπωθῆω, ὑποπρώω, ἀποσώσω] Ultra pellere, procul amouere. Plin. 9, 6 Dum saginam persequitur, in litus fluctibus propulsa, etc. Nauem remis propellere Cic. Tusc. 4 c. 5. Propellere a castris Liu. 7, 24. Agmina voce Sil. 7, 530. Annem caedibus Stat. Theb. 1, 43. Classem Lucan. 3, 1. Hastam vicinam metae Sil. 16, 571. Impetum inimicorum Pseudo-Cic. anteq. iret in exil. 1. Inimicos Caesar B. G. 5, 33. Iniurias hominum Columel. 7, 12. Membra propellit anima Lucret. 3, 163 i. mouet. Orationem alicuius propellere remis, Translatione sumta a nauigantibus, qui remis undas propellunt Cic. Tusc. 4, 9. Sallust. in Catilin. c. 26 Collegam suum Antonium Pactione prouinciae propulerat, ne contra Rempublicam dissentiret. Al. perpulerat. Pecus pastum Liu. 25, 8. Periculum propellere Populo Roman. Fugare Cic. pro Font. b. e. A Roman. Populo. Liu. 40, 11 Periculum vitae propellere a me potes, puniendo eos, qui ad me interficiendum ferrum sumferunt. Columel. 2, 2 Quum ventum erit ad versuram, in priorem partem iugum propellat.
- PROPELLENS**, entis. Partic. [ἀποπρώων] Lucret. 4, 286 Atque alium prae se propellens aera voluit.
- PROPULSVS**, a, um. Partic. [πρωθῆς] Flumina propulsa cruore Lucan. 7, 789. Caes. Bell. Gall. 8, 19 Victi propulsique. Hirt. B. H. 26 Aduersarios adhuc propulsos habemus.
- PROPULSVS**, us. m. [πρόωσις] Senec. Nat. Quaest. 5, 14 Ventum propulso suo concitare.
- PROPULSO**, ae. Frequent. [διαπρώω] Cic. de Finib. 5, 24 Coepitque et ea, quae naturae sentit apta, appetere: et propulsare contraria. Bellum moenibus propulsare Liu. 3, 69. Frigus, famem, et similia Cic. de Finib. 4, 69. Hostem Caes. B. G. 1, 49. Impetum inimicorum propulsare ac propellere Cic. anteq. iret in exil. 1. Iniurias Caes. B. G. 6, 14. Morbi exquisitis remediis propulsandi Columel. 6, 5. Periculum a capite Cic. pro Cluent. 144. Periculum quod in omnes intenditur Id. pro Rosc. Amer. 7 c. 3. conf. Sallust. Iugurth. c. 51. Populum sic ab ingressione fori propulsari videres Cic. Philipp. 5, 9. Suspicionem Id. Verr. 3, 140. Vindictationem Id. de Inuent. 2, 161.

PROPULSANS, antis. Partic. Curt. 9, 4, 31 Clipeo incidentia tela propulsans. Id. 9, 2, 6 Vix diurno quaestu propulsans famem.

PROPULSATVS, a, um.

PROPULSATIO, ōnis. f. [διάκρουσις] Cic. pro Sulla 2 c. 1 5

Cum huius periculi propulsatione coniungam defensionem officii mei.

PROPULSATOR, ōris. m. [διακρουστής] Valer. Max. 7, 8, 7 Auctorem harum rerum benevolentia, propulsatorem odio infecutus. Valetudinum pessimarum propulsator Arnob. 7 p. 249.

PROPULSOR, ōris. m. Cornigeri pecoris propulsor, i. *Bulcus* Venant. Fortunat. de Vita Martin. 3, 301.

PROPOMODVM. Adu. [ὀλίγως δειν, σχεδόν] Paene, quasi propemodum reposcere illum est, quem dedisti. Id. Andr. 3, 4, 7

propemodum habeo iam tibi fidem. Verba componere, et syllabas propemodum dinumerare Cic. in Orat. 147. Alteros propemodum iam sumus experti Id. Fam. 6, 4. Propemodum manere in instituto meo videor Id. Diuin. in Verr. c. 2. Ut propemodum iustioribus vtamur illis, qui omnino auocent a philosophia, quam iis, etc. Cic. de Finib. 1, 2. 20

PROPOMODO. Adu. Idem. Liu. 24, 20 Quum propemodo muris accessisset.

PROPEPTICVS, a, um. Adi. unde Propempticum carmen dicitur Stat. Silu. 3, 2 quo prosequimur abeuntem et discedentem. προπέμπω, comitor, cum pompa assequor, honoris gratia deduco. 25

PROPENDEO, di, sum, ěre. [πέπω, ἐπιπέπω] In ulteriorem partem pendere: vt lanx depressior in libra. Cic. Tusc. 5, 51 c. 17 Qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis, et externa: tantum propendere illam boni lancem, putet, vt terram et maria deprimat. Si multo maiore et grauiore ex parte bona propendent Idem ibid. 5, 86 c. 31. Metaph. Cic. de Orat. 2, 129 c. 29 Hoc necesse est, vt is, qui nobis causam adiudicaturus sit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defensionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur. 30

PROPENSUS, entis. Partic. [πέπων] Demissus. Columel. 7, 12 Probatur quadratus potius quam longus aut breuis, capite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis, aut propendentibus auribus. De cane villatico.

PROPENDO, ěre. Nec dependis, nec propendis Plaut. Afin. 2, 2, 39. i. Nec minus, nec plus pendis, sec. Turneb. ad c. 1. 40

PROPENDVLVS, a, um. Adi. Propenduli crines, apud Apul. Florid. 1 p. 342.

PROPENSVS, a, um. Adi. [κατάβροπος, ἐπιβροπή] Translate fere semper accipitur, de animi inclinatione. Plaut. Bacch. 3, 4, 23 Sed antequam illa vnquam meis opulentiis ramenta fiat grauior: aut propensior, mori me malim. Propensa munera, i. Multa et magna Plaut. Truc. prol. 1, 8. Cic. de Finib. 5, 6 Sed vtrum hortandus nobis es, Luci, inquit, an etiam tua sponte propensus es? Ad Causam turpem propensior Idem Att. 7, 25. Ad Discendum Idem de Finib. 3, 65 c. 20. Ad Ignoscendum Cic. de Inuent. 2, 107. Ad Lenitatem propensior paullo Idem pro Muraen. 41 c. 31. Ad Similitudinem veritatis Idem de Nat. Deor. 3, 96. Cic. Off. 1, 105 c. 30 Quin etiam, si quis est paullo ad Voluptates propensior. In aliquid propensior Quinctil. 4, 1. Cic. Att. 8, 3 Multitudo et infimus quisque propensus in Alteram partem. Animus propensus ad salutem alicuius Idem Fam. 4, 13. Vt natura ad aliquem morbum procliuior, sic Animus alius ad alia vitia propensior Idem Tusc. 4, 81 c. 37. Propenso Animo aliquid facere Liu. 37, 54 pr. Propensior Benignitas esse debet in calamitosos Cic. Off. 2, 62. Dei propensi ad vota Ouid. Fast. 1, 722. Disputatio ad veritatem Cic. de Diuin. 1, 9. Fautor Ouid. ex Pont. 3, 4, 15. Fauorem propensum petiit voce sollicita Idem Met. 14, 706. Cic. Off. 2, 68 A quo enim expeditior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est Voluntas nostra propensior. Voluntas propensissima Hirt. B. Alex. c. 26. 65

PROPENSE. Adu. [ἐπιβροπή] Ex animo. Lentulus apud Cic. Fam. 12, 15 Vt hanc concordiam et conspiracyonem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propense non crederent esse factam.

PROPENSIO, ōnis. f. [ἐπιβροπή] Animi inclinatio. Cic. de Finib. 4, 47 c. 17 Qui nulla in re nisi in virtute aut vitio propensionem, ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret.

PROPĒRO, ěre. [ἐπέγω, καταπέγω] a Prope fit; et significat Festinare, celeriter ire. Nam qui in aliquem properat, id agit, vt illi propinquior sit. Ter. Andr. 1, 5, 65 Obstetricem accerso. P. propera. Festinare et Properare et Maturare, quid differant, vid. FESTINO.

Fest. in Properare, et Gell. 16, 14. et 10, 11. Maturate properare, vid. MATVRVS. Pergere et properare Romam Cic. Qu. Fratr. 1, 3. Id. pro Mil. c. 19. In Campum Cic. de Orat. 1, 166. In Cyprum Ter. Adolph. 2, 4, 14. Atque inde ventis, remisque in Patriam omni festinatione properaui Cic. Fam. 12, 25. Properare ad Exitum Idem Att. 16, 7. Ad Metam vnam Ouid. ad Liu. 359. Sedem properamus ad vnam Idem Met. 10, 133. Plaut. Amph. 2, 2, 29 Nam quid ille reuertitur, qui dudum properare se aiebat. Ocius propera Idem Cistel. 3, 8. Quo properas? Idem Afin. 3, 3, 16. Retractare et Properare, contraria Cic. Tusc. 1, 76. Cum Infinitiuo: Virg. Aen. 7, 57 Quem regia coniux Adiungi generum miro properabat amore. Properabat adire Ouid. Met. 4, 317. Sed odio ductus, rem properauit Deducere in iudicium Cic. Att. 1, 13 (16.) Propera ire in urbem Plaut. Rud. 4, 6, 19. Properare hominem Inuenire Ter. Phorm. 5, 6, 5. Properare Proficisci Caes. B. C. 2, 43. Properare Propero domum Plaut. Aul. 2, 2, 4. Properare Venire ad aliquem Cic. in Somn. Scip. 6. Properare aliquid, pro Festinanter aliquid agere, vel dicere: Frequens enim est huius verbi usus in voce agente. Virg. Georg. 1, 259 Multa forent, quae mox caelo properanda sereno, Maturare datur. Vid. ibi Seru. Deditionem properare Tacit. Ann. 2, 22, 2. Fugam Val. Flacc. 4, 573. Iter Tac. Hist. 3, 40, 2. Laborem Propert. 3, 21, 21. Mortem Tacit. Ann. 2, 31, 4. Mortem per vulnera Virg. Aen. 9, 401. Omnia properat, quidquid agit Plaut. Poen. 3, 1, 2. i. Omnia properanter agit Pecuniam indigno heredi properare, pro Rapaciter colligere Hor. Carin. 3, 24, 62. Hoc opus, hoc studium parui properemus, et ampli Hor. Epist. 1, 3, 28. ¶ 2 Passiue. Plin. in Paneg. 51 At quam magnificus in publicum es! hinc porticus, hinc delubra occulta celeritate properantur, i. studiose aedificantur. Lanae cui properaban-

105

- tur? *i. Cito parabantur* Hor. Epod. 12, 21. Amores teneri pro-  
perentur Ouid. Amor. 3, 1, 69. *conf. Idem Met.* 5, 396.
- PROPERANS, *antis. Partic.* [ἐπείγων] Ter. Eun. 2, 2, 69  
Non temere est, et properans venit. At ille properans festinans-  
que Cic. Philipp. 9, 6. Idem pro Cluent. 36 Longum est mihi di-  
cere, praesertim ad alia properant. Properantes haec scripsimus  
Idem Att. 4, 4. Aquae properantes, *Rapide et concitate fluentes*  
Plin. 5, 9. Properantis Aquae per amoenos ambitus agros Hor. in  
Arte Poët. 17. Bellum properans Lucan. 1, 466. Idem 3, 18 Vix  
10 operi cunctae Dextra properante sorores Sufficiunt. Falce pro-  
peranti dolatus acernus stipes Propert. 4, 2, 59. Gradum properan-  
tem siste Senec. Herc. fur. 9. Lingua properante legere aliquid  
Ouid. ex Pont. 3, 5, 9. Oculus properans Idem Trist. 3, 3, 71. Pede  
properante adire locum aliquem Catul. 61, 30. Remis properanti-  
15 bus aequora impellere Ouid. Met. 3, 657. *Compar.* Aufon. Epist.  
1, 27 — properantior heres Claud. Rufin. 2, 337 Festinamque ro-  
tam solito properantior vrget.
- PROPERANDVS, *a, um. Partic.* [ἐπακτός] Virg. Georg.  
1, 260 Multa forent quae mox caelo properanda sereno. *b. e. Pro-*  
20 *peranter agenda.* Fuga Valer. Argon. 4, 573. Veneris non est  
properanda voluptas Ouid. de Arte Am. 2, 717.
- PROPERATVS, *a, um. Aliud Partic.* [ἡπερήμενος] Ouid. Met.  
5, 396 Usque adeo est properatus Amor. Accusatio properata  
Tacit. Hist. 4, 69. Carmina Ouid. ex Pont. 3, 4, 59. Fata  
25 retexere Idem Met. 10, 31. *al. Fila.* Gloria rerum Ouid. Met. 15,  
748. Gressu properato moenia repetere Sil. 3, 159. Mors Ouid.  
Trist. 3, 3, 34. Naues Tac. Ann. 2, 6, 2. Opus properatum  
breui tempore Ouid. ex Pont. 2, 11, 1. Oscula congerimus prope-  
rata sine ordine raptim Idem Epist. 18, 113. Stilus Quinctil. 10, 3.  
30 Tela agrestia ad subitum usum Tacit. Ann. 2, 80, 7. Voluptas  
Ouid. Amor. 1, 4, 47. Vox Idem Met. 3, 296. *Compar.* Solin.  
c. 39 Lucinae illis properatius tempus est.
- PROPERATVS, *ûs. m.* Gell. 10, 11 In properatu rei rusticae  
maturari potest.
- PROPERATIO, *ônis. f.* [ἐπαγίσι] Qui. Cic. Fam. 16, 27 Nam  
quae parcius frater perscripserat, verecundia videlicet et prope-  
ratione.
- PROPERANTIA, *ae. f.* [κατέπαγίσι] Festinatio. Sallust. Iugurth.  
c. 36 Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, fœcordia  
40 magis quam dolo crederent. Tacit. Ann. 12, 20, 3 Pericula ex prope-  
rantia.
- PROPERATO. Adu. [ἡπερήμενος] Tacit. Ann. 13, 14 Neque  
nimis properato Narcissus Claudii libertus ad mortem agitur. Pro-  
perato opus est, *pro Properare.* Cic. pro Milon. 50 c. 19 Primum erat  
45 nihil, cur properato opus esset. *conf. Plaut. Trin.* 3, 3, 78 *Et Mil.*  
3, 1, 269.
- PROPERATIM. Aliud Adu. [κατεπέπαγίσι] Celeriter. Caecil.  
Properatim in tenebris istuc confectum est opus. Non. 2, 663.  
*Meminit et Gell.* 12, 15.
- PROPERITER. [ἐπακτός] Idem. Catull. apud Non. 11, 63  
Animula miserula properiter abit. *conf. Idem* 2, 663. *et Aufon. Pa-*  
rental. 27, 1.
- PROPERANTER. [κατηπερήμενος] Idem. Accius apud Non.  
2, 663 Remisque nixi properanter nauim in fugam vertunt. Usque  
55 adeo properanter Lucret. 5, 301. *Compar.* Sallust. Iugurth. c. 8:  
Si properantius pergeret. Tacit. Ann. 2, 55, 1 Quo properantius  
destinata inciperet. Sil. 7, 747 Cespite de viridi surgunt properan-  
tius arae. Ouid. Fast. 4, 673 Hanc quondam Cythera diem prope-  
rantius ire Iussit. *Superl.* Leg. 8 Cod. Theod. de appellat. et  
60 Poen. Intra vicesimum diem, quaecunque ad instructionem pertinent  
causae, ad comitatum nostrum properantissime volumus adferri.
- PROPERABILIS, *e. Adi.* Calore properabili, et rigore tarda-  
bili Tertull. de An. c. 43.
- PROPERVS, *a, um. Adi.* [ταχύς] Idem quod Celer, festinus.  
65 Festus: Properus antiquos dixisse pro celer, testimonio est qualitat-  
is Aduerbium, quod est propere; et properam, pro celeri ac strenua, te-  
stimonio est Cato, quum ait in libro de re Militari: Tertia e castris  
eductio celeris, properaque est. Festus. Irae properus Tacit.  
Ann. 11, 26, 3. Oblatae Occasionis propera Idem Ibid. 12, 66.  
70 *de Agrippina. i. celeriter illam arripiens.* Vindictae Id. An. 14, 7.  
Pergit properus Tacit. Ann. 6, 44. Cursus properus Ouid. Epist.  
16, . . . Gressus properi Valer. Argon. 4, 176. Pede pro-  
pero sequuntur ducem Catul. de Berecinth. f. 63, 34. Properam vi-  
deo ancillam venientem Plaut. . . . Venit properus Ouid.  
75 Met. 7, 647.
- PROPERE. Adu. [ταχύς] Ter. Heaut. 2, 3, 9 Abi dum tu  
Dromo illis obuiam propere: quid stas? *add. Nep.* 15, 4, 3. Plaut.  
Amph. 5, 1, 10 Vt Subito, vt propere, vt tonuit valide! Idem Rud:  
5, 2, 36 Eloquere propere celeriter. Currere propere Ter. Hec. 5,  
80 3, 10. Exsequi propere praecepta alicuius Virg. Aen. 6, 236.  
Impertire propere aliquem malo Ter. Adelph. 3, 2, 22. Instruit  
mensasque torosque propere Stat. Silu. 5, 1, 125. Missi speculatores  
propere Liu. 24, . . . Recepit se propere Cunas Idem 23, 36  
pr. Sequere propere me ad inacellum strenue Plaut. Aul. 2, 2, 86.
- PROPERTIVS, *i. m. S. Aurelius.* [Προπερτίος] *Elegiarum*  
Poëta ex Mevania oppido oriundus: Ouid. Trist. 2, 465 Inuenies ca-  
dem blandi praecepta Propertii. Idem de Arte Am. 3, 333 Et teneri  
possis carmen legisse Propertii.
- PROPESES, *êdis.* Funis est, *vt ait Isidorus* 19, 4 Quo pes, id est  
90 inum veli tenditur: *Profertque Turpilius testimonium,* Quasi quum  
ventus fert nauem in mare secundus, si quis propedem misit in veli  
sinistrum.
- PROPETRO, *âre.* Mandare quod perficiatur: nam impetrare est  
exorare: et perpetrare, perficere Paullus apud Fest.
- PROPEXVS, *vid. PROPECTO.*
- PROPHANVS, *vid. PROFANVS.*
- PROPHËTA, *vel PROPHËTES, ae. m.* [προφήτης] *Qui fu-*  
*tura praedicit, vel certe consilia Deorum enunciat, a προφήμι.* Veteres  
(*vt ait Festus*) antistites fanorum, oraculorumque interpretes, prophe-  
tas dicebant, *laudatque versus Iulii Caesaris, quos ita ordinat Scaliger,*  
100 Cum capita viridi lauro velare imperant Prophetæ, sancta caste qui  
purant sacra. Aegyptii sacerdotes suos prophetas vocabant Ma-  
crob. Sat. 7, 13. Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 2 Astrologiam ad vsque  
Aegyptum iuit petatum, vt inde prophetarum etiam ritus addisceret.  
105 *conf. Idem de Mundo p. 56. et 2 Met. p. 127.* Tertull. Carm. adu.  
Marc.



Marc. 3, 120 Magnus rex atque propheta. *de Davide.* Idem nomen Ieremiae tribuitur ab Eodem ib. v. 169.

PROPHĒTIS, idis; et PROPHETISSA, ae. f. [προφητις] Quae futura praedicit. Tertull. de Praescript. c. 51. *conf.* Voss. de L. L. 1, 12.

PROPHETĪA, ae. f. [προφητεία] Inspiratio vel reuelatio diuina, rerum euentus immutabili veritate denuntians. Tertull. de Anima c. 35. *Add.* Id. Exhort. Cast. c. 4. *et* de Praescript. c. 51. *et* adu. Marc. 1, 10.

PROPHĒTO, āre. [προφητεύω] Praedicere. Tertull. de Ref. Carn. c. 28. Hieron. Epist. 103 c. 7. Prudent. Peristeph. 13, 101. *vid.* Barth. ad Claud. Mamert. p. 288. *et* Cellar. Cur. post. p. 280.

PROPHETĪZO, āre. Vulg. Interp. Matth. 26, 68.

PROPHETĪALIS, e. Tertull. adu. Valent. c. 28.

PROPHETĀLIS, e. Hieron. Epist. 7. Chrysol. Serm. 84. *vid.* Fortunat. Carm. 4, 58.

PROPHETĪCVS, a, um. Tertull. Exhort. Cast. c. 10 *etc.* Prudent. Cathem. 7, 179 Praenuncupatus ore qui prophético Emanuel est. *conf.* Idem Peristeph. 14, 631.

PROPHETĪCE. Adu. Tertull. de Monog. c. 4. Augustin. Ep. 19 c. 3 *etc.*

PROPHORON, vel PROPHVRVM, i. n. Proiectum domus, Moenianum. Vet. Gloss. Peribulum, (*sic leg. pro* Patribulum) προφορον. Restituendum nomen etiam Pomponio l. pen. ff. de V. S. Idem Labeo ait Prophorum, id est Iterum, quod in aedibus fieri solet, aedium est. *Haec Salmas. ad Spartian. Nigr. 12 p. 677. Conf. ITERVM* nomen.

PROPILO, *vid.* PRAEPILO.

PROPINGO, āre. Lucret. 4, 674 Quae penetrata queunt sensum propingere acerbum. *i.* Impellere, urgere, versare, impingere. Sed recte hodie editur Prognignere.

PROPIŅO, āre. [προπινω] Proprie est, Praegustato leuiter vino poculum alteri amicitiae et honoris causa offerre: Verbum Graecum, ut res Graeca, sed ut mille aliae in usum Romanorum translata. Rem Graecam ex Graecis descripsere Casaubon. ad Athen. 4, 1. *et* Dan. Heins. ad Sil. II, 301 quamquam ibi non tam de propinatione quam de libatione sermo est.

Nempe utrumque fere coniunctum: ut Virg. Aen. 1, 728 Hic regina grauem gemmis auroque poposcit Impleuitque mero pateram — tum preces fundit ad Iouem, et Tyrios Troianosque ad laetitiam excitat: Dixit, et in mensam laticum libauit honorem, Ioui nimirum, Primaque libato summotenus attigit ore. Tum Bitiae dedit increpitans, *i. bor-* tans ad bibendum, ille impiger hausit. Cic. Tusc. 1, 96 c. 40 Theramenes, cum coniectus in carcerem — venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo eiecit; ut id resonaret (*hic cottabus*) Quo sonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiae, qui in eum fuerat teterrimus. Graeci enim in conuiuus solent nominare, cui poculum tradituri sint. Plautus etiam in Comoedia palliata mores Graecos videtur secutus, v. g. Pseud. 5, 1, 19 Manu candida cantharum dulciferum Propinare, amicis sumam amicitiam. Stich. 5, 4, 26 Tibi propino decem. Et mox v. 30 Tibi propino cantharum. Sed Ibid. 3, 1, 24 Cadum tibi veteris vini propino, *i.* donec, herus cum seruo loquitur. Sic etiam explicio Petron. 28. Iatraliptae — Falernum potabant, et cum plurimum rixantes effunderent, Trimalchio hoc suum propinasse dicebat, *i. sc. de suo dominico vino illis donasse; nisi tamen indoctus doctrinae ostentator hoc vult dicere, quod effuderant rixantes, hoc sibi libatum esse.* Plaut. Stich. 3, 2, 16 Propino tibi salutem plenis faucibus extra coenam aut commissationem in publico, salutatio parasitica. Non recte laudatur Ouid. Art. 1, 587 Inde propinator nimium quoque multa propinat, Et sibi mandatis plura bibenda putat: Libri enim meliores Procurator, procurat, videnda. Iuuenal. 5, 127 Quando propinat Virro tibi, sumitque tuis contacta labellis Pocula? *i. a te propinata.* Martial. 5, 79 Graeco verbo usus putatur, Non deerunt tibi si soles προπιναν viles Cappadocae etc. Mibi non liquet. Idem 6, 44 in hominem impuri oris Nemo propinabit Calliodore tibi. Martial. 1, 69 Coenam, propinat, postulat, negat, inuuit. Longa prima est, 3, 82 et 8, 6 quale quid de Propola obseruatum est. Sic 12, 75 de vilibus poculis, Hoc quoque nonnihil est, quod propinabis in istis Frangendus fuerit si tibi, Flacce, calix, propter impuritatem oris conuiuiae. ¶ 2 Interdum festina translatione Propinare est leuiter, et cum hilaritate, quasi ludi causa alteri aliquid tradere. Ter. Eun. 5, 9 (8) 57 Hunc comedendum et deridendum vobis propino: *b. e.* Hunc vobis do.

Ab antiquorum consuetudine regum, qui pbialas interdum compotorbibus propinabant, quas illi auferebant. Suidas, προπεπωκότες, αντι τῆ παραδεδωκότες, κ. τ. λ. Sic etiam Demosthenes eos, qui patriam produnt, προπιναν τῶν ἐχθρῶν, hoc est, propinare hostibus dicebat. Sic, Enni Poeta salue, qui mortalibus versus propinas flammeos medullitus Ennius apud Non. 1, 140. Apul. Met. 5 p. 172, 16 ad Cupedinem de Marte Venus, Cui fatpius in angorem mei pellicatus pueklas propinare consuisti: maligne, ut indicet ab illo delibatas.

PROPINATOR, ōris, m. [προπινοτης] Laudatur Ouid. de Arte Am. 1, 587 Inde propinator nimirum multa propinet. Sed rectius leg. Procurator.

PROPINATIO, ōnis, f. [προποσις, προποσις] Senec. Epist. 83 non longe a fine Quum penes te palma fuerit, et propinationes tuas strati somno et vomitantes recusauerint, tamen a dolio vinceris. Idem de Ira 2, 33 de Pastore, equite Rom. Propinauit ei Caesar heminam: et posuit illi custodem. Perdurauit miser, non aliter, quam si filii (eo die a Caesare interfecti) sanguinem biberet. Gell. 10, 17 Est enim persona, quae hoc apud Laberium dicit, diuitis avari et parci, sumtum plurimum, αὐωτιώντι, et propinationem adolescentis filii deplorantis. Hic commissationem significare videtur. Apud Senecam vero de Beneficiis 2, 21 pro actu porrigendi poculum accipitur; Ego ab eo beneficium accipiam, a quo propinationem accepturus non sum? Petron. c. 113 Nec Giton me aut tralaticia propinatione dignum iudicabat.

PROPINQVVS, a, um. Ad. [πλησιος, πλησιςτος, ὑπόγειος] Qui prope est, et non minus quam prope ad loca temporis, et quamcunque aliam viciniam et similitudinem refertur. Ter. Haut. 1, 1, 5 Quod ego in propinqua parte Amicitiae puto. Clamor propinquus Sil. 13, 148. Exilium propinquius orare Ouid. Trist. 4, 4, 51. Mors Cic. de Diuin. 1, 36. Motus, qui finitimi sunt et propinqui his Idem de Orat. 2, 185. Praedium Idem pro Rosc. Amer. 133 c. 46. Provinciae propinqua et finitima Cic. Philipp. II, 34 c. 13. Spes propinqui Reditus Idem Att. 9, 18. Regio Ouid. Trist. 3, 12, 35. Ter. Eun. 5, 6, 1 Ex meo propinquo Rure hoc capio commodi. Signa Ouid. Fast. 2, 189. Spem alicuius rei propinquam facere Liu. 28, 25. Verbis propinquis abuti Cic. in Orat. 94. Vespera 105

PROPINQVVS, a, um. Ad. [πλησιος, πλησιςτος, ὑπόγειος] Qui prope est, et non minus quam prope ad loca temporis, et quamcunque aliam viciniam et similitudinem refertur. Ter. Haut. 1, 1, 5 Quod ego in propinqua parte Amicitiae puto. Clamor propinquus Sil. 13, 148. Exilium propinquius orare Ouid. Trist. 4, 4, 51. Mors Cic. de Diuin. 1, 36. Motus, qui finitimi sunt et propinqui his Idem de Orat. 2, 185. Praedium Idem pro Rosc. Amer. 133 c. 46. Provinciae propinqua et finitima Cic. Philipp. II, 34 c. 13. Spes propinqui Reditus Idem Att. 9, 18. Regio Ouid. Trist. 3, 12, 35. Ter. Eun. 5, 6, 1 Ex meo propinquo Rure hoc capio commodi. Signa Ouid. Fast. 2, 189. Spem alicuius rei propinquam facere Liu. 28, 25. Verbis propinquis abuti Cic. in Orat. 94. Vespera 105

PROSŌCER, ōri. m. [*ἐντιπροσθερὸς*] *Vxoris auus vel mariti.* Plin. Epist. 5, 15 Eram cum profocero meo, eram cum amita vxoris, eram cum amicis diu desideratis, circumibam agellos. Ouid. Epist. 3, 74 Curque senex Nereus profocer esse velit. l. 4 Dig. de Grad.

PROSOCRVS, ūs. f. Modest. l. 4 §. 6 D. de Gradibus, Profocrus mihi vxoris meae auia est: ego illius sum progener.

PROSODIA, ae. f. [*προσῳδία*] *Latine Accentus dicitur: estque Lex, siue regula ad eleuandam deprimendamue syllabam vniuscuiusque particulae orationis accommodata: Alio nomine apud Graecos τόνος dicta. Fit autem Prosodia a πρὸς Graeca Praepositione, quae significat ad: et αὐτὴ cantus.* Quint. 1, 5, 22 Adhuc difficilior observatio est per tenores — vel accentus, quas Graeci προσῳδίας vocant, cum acuta et grauis (syllaba) alia pro alia ponitur. Gell. 13, 6 Quas Graeci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentuunculas, tum vocaliones appellabant. add. Idem ibid. c. 24. et 18, 12.

PROSODIACVS, a, um. Numeri Mart. Capella 9 p. 334.

PROSONOMASIA, errore quodam huc relata pro Paronomasia. v. v.

PROSOPIS, idis. f. [*προσωπῆς*] Herba, quae alias Personacia Apul. de Herb. c. 36.

PROSOPITES. *Aegypti praefectura Plin. 5, 9.*

PROSŌPON. [*Πρόσωπον*] *Persona est.* Martial. 6, 6 Comoedi tres sunt, sed amat tua Paulla, Luperce, Quattuor. Et κωφὸν Paulla πρόσωπον amat. Mutam personam. Etenim ex lege Horat. A. P. 192 Nec quarta loqui persona laboret. ¶ 2 Item Papauer sil-

vaticum Apul. de Herb. c. 53.

PROSOPOPOEIA, ae. f. [*προσωποποιία*] *Ad verbum dicitur Personae fictio: hoc est figura personam inducens, quum persona aliqua fingitur, ut quum inanimatum loquitur ad animatum, vel e conuerso.* Hor. Epod. 17, 30 Quid amplius vis? ô mare et terra, ardeo. Quint. 6, 1 His praecipue locis vtilis sunt prosopopoeiae, id est fictae alienarum personarum orationes. Idem 6, 2 Illa adhuc audaciora, et maiorum, ut Cicero existimat, laterum, fictiones personarum, quae prosopopoeiae dicuntur: mire namque tum variant orationem, tum excitant. His etiam aduersariorum cogitationes velut secum loquentium, prostrahimus: quae tamen ita demum a fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quae cogitasse eos non sit absurdum. Et nostros cum aliis sermones, et aliorum inter se credibiliter inducimus: et suadendo, obiurgando, querendo, laudando, miserando, personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, et inferos excitare, concessum est. Vrbes etiam, populique, voces accipiunt. Ac sunt quidam, qui has demum prosopopoeias dicant, in quibus et corpora et verba fingimus: sermones hominum assumulatos, dicere dialogos malunt. vid. Idem 9, 2. et 1, 8.

PROSOPOPOEICVS, a, um. Adi. Prosopopoeicus sermo Firmic. de Error. Prof. Relig. p. 21.

PROSPECTO, are. et PROSPECTVS. vid. PROSPICIO.

PROSPECVLOR, ari. *Procul speculari.* Liu. 3, 43 pr. L. Siccium prospectatum ad locum castris capiendum mittunt. Id. 31, 1 Multitudo e muris aduentum Imperatoris Romani et regis prospiculabatur.

PROSPER, et PROSPERVS, era, erum. Adi. [*ἐνήμερος, εἰρῆς*] *Felix, secundus, sum passus de his, quibus bene succedit, tum de ipsis quae succedunt, tum denique de DIS felicitatis auctoribus.* Tac. Hist. 4, 71 Cuncta hostibus prospera. Cic. Att. 9, 7 pr. Ego non iam id ago (mihî crede) ut prosperos exitus consequar. Fama Tac. Ann. 14, 51, 5. Fatum prosperius Ouid. Fast. 3, 614. Flatu prospero fortunae uti Cic. Off. 2, 19 c. 6. Hor. Carm. 4, 14, 37 Fortuna lustro prospera tertio Belli secundos reddidit exitus. Ouid. Trist. 3, 4, 77 Prospera sic maneat vobis fortuna, nec vnquam, etc. Cic. de Nat. Deor. 3, 89 Ad prosperam aduersamue Fortunam, qualis sis, aut quemadmodum vixeris, nihil interfit. Fortuna prospera, aequabilis, perpetuaeque Cic. post Redit. ad Quir. 2. Ino prospera populo adest Ouid. Fast. 6, 202. Luna frugum prospera Hor. Carm. 4, 6, 39. Lux prospera Ouid. Fast. 1, 71. Sors Catul. Argon. 62, 237. al. Aetas. Successus prosperos dare, b. e. *Felicem exitum Liu. praef. Tempora Claud. Conf. Hon. 4, 618. Terra prosperiore frui Ouid. ex Pont. 3, 7, 30. Valetudo Suet. Caes. 45. Verba prospera Ouid. ex Pont. 4, 4, 38. In prosperis nimia humanae fragilitatis obliuio Curt. 4, 14, 20. ¶ 2 Prosperus, Nominat. Cic. Somn. Scip. c. 4 Deinde est hominum generi prosperus et salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. Val. Max. 3, 7, 1 Nec minus animosus minusue prosperus illius in Asiam transitus. Sil. 10, 202 Occidit immoriens magnis non prosperus ausis. vid. Drakenb. Compar. Prosperius fatum Ouid. Fast. 3, 614. Aequora prosperiora Claud. ad Seren. 60. Superl. Acre et prosperrimum bellum Paterc. 2, 69, 6.*

PROSPERITAS, ātis. [*εὐμερῆς*] *Felicitas, et ad votum successus.* Cic. de Fin. 2, 19 Ut Aristoteles, qui virtutis vsum cum vitae perfectae prosperitate coniunxit. Improbiorum igitur prosperitates secundaeque res redarguunt, ut Diogenes dicebat, vni omnem deorum ac potestatem Cic. de Nat. Deor. 3, 88 c. 36. Commoditatem, prosperitatemque vitae a diis habemus, virtutem deo acceptam nemo refert Id. ibid. 3, 86 c. 36. Prosperitate valetudinis uti Nepos 25, 21, 1. Prosperitas rerum Suet. Calig. c. 31.

PROSPĒRE. Adu. [*εὐμερῆς*] *Quasi Pro spe, inquit Non. 2, 788. Cic. de Nat. Deor. 2, 167 l. extr. Magna dii curant, parua ne-*

gligunt, magnis autem viris prospere semper omnes res *Subaudi*, eueniunt. Cic. Fam. 3, 12 Ego vero velim mihi Tulliaeque meae prospere euenire ea, quae me insciente facta sunt a meis. Fortuna prospere functus Cic. de Clar. Orat. 243. Prospere data medicamenta Scribon. Ep. pr. *Compar.* Columel. 4, 32 Arundo prosperius loco resoluto quam denso deponitur. Aur. Vict. in Carino, Bello prosperius cedente. *Adde* Gell. 1, 13. et 6, 6. *Superl.* Patere. 2, 97, 1 Omnia geruntur prosperrime. Sueton. Caes. c. 36 Prosperrime dimicare.

- 10 PROSPERITER. Adu. Ennius *apud* Priscian. 15 p. 1010.  
 PROSPERO, are. [*ἐνήμερον ποιῶ*] *Prosperum facere.* Plaut. Perf. 2, 3, 11 Nunc et amico meo prosperabo, et genio meo multa bona faciam. Liu. 8, 9 Dii Manes vos precor, veneror, veniam peto, ferroque, vti Pop. Rom. Quiritium vim victoriamque prosperetis. Confilia Reipub. prosperare Tacit. Ann. 3, 56. *Passive:* August. de Ciu. Dei 5, 25 Constantinus in Tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est. Gloss. Cyrill. Prosperabitur, *αἰσιονομῆσεται*.  
 PROSPERANS, antis. Part. Val. Max. 7, 2, 5 Non prosperantibus aibus.  
 20 PROSPERATVS, a, um. Prosperata felicitas Tertull. Apol. c. 6. Deus prosperatus Prudent. Perist. 10, 365. Prosperata signa salutaribus passio Caes. Aurel. Acut. 2, 27, 145.  
 PROSPERATIO, ōnis. f. Gloss. Cyrill. Prosperatio, *κατενώπιον*.  
 25 PROSPERGO, sperxi, spersum, ĩre. [*ἐπιβάλλω*] *Aspergere.* Tacit. Ann. 15, 44, 2 Vnde hausta aqua, templum et simulacrum deae prospersum est.  
 PROSPERSVS, a, um. *Laudatur* Apul. Met. 2 p. 243 Flore prosperus.  
 30 PROSPICIO, spexi, spectum, ĩre. [*προνοέω, προσεῶ*] *Ante, et velut e longo videre, vel oculis vel animo.* Ter. Phorm. 5, 1, 8 Certo edepol (nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt) meae nutricem gnatae video. Quid. Fast. 6, 205 *Metaph.* Prospicit a templo summum brevis area circum: *i. ita posita est, ut inde prospici possit, im-*  
 35 *minet.* Sic Varr. R. R. 1, 23, 3 Quaedam etiam ferenda, non tam propter praesentem fructum, quam in annum prospicientem, quod ibi subiecta atque relicta terram faciunt meliorem. Ab rupe prospicere Virg. Aen. 3, 647. Ab ianua Nep. 23, 12, 1. Ad agentem ex turba prospexit Quinctil. 6, 1. Cic. Fam. 4, 3 Multo ante tanquam ex specula prospexi tempestatem futuram. Prospicere ex loco aliquo in alium Caes. B. C. 2, 5. Plaut. Stich. 4, 2, 55 Nunquam edepol vivum quisquam in crastinum prospiciet diem. *i. Videbit.* Prospicere per umbram Virg. Aen. 2, 732. Prospicere oculis Plaut. Amph. 5, 1, 7. Plaut. Curc. 2, 3, 38 Perii, Prospicio parum. Os amarum  
 40 habeo. ¶ 2 *Frequenter ad animum refertur.* Ter. Adel. 3, 3, 32 Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est, videre: sed etiam illa, quae futura sunt, prospicere. Ea ipsa tempestate euerfana esse temp. quam quatuordecim annis Ante prospexerim Cic. Att. 10, 4. Id. pro Mur. 59 Semper in hac ciuitate nimis magnis accusatorum  
 50 opibus, et populus vniuersus, et sapientes, ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt. Longe in posterum futura Cic. Fam. 2, 7 (8). In dextrum Quinctil. 1, 1. Prospicere animo, *Considerare:* Cic. pro Quint. 35 Et tu C. Aquili iam ante animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis. Cic. pro Cluent. 34  
 55 Quid Oppianicus fecerit, cognoscite, vt illum Magium intelligatis Longe animo prospexisse morientem. Cic. Diu. Verr. 42 Iam nunc mente et cogitatione prospicio, quae tum studia hominum, qui concursus futuri sunt. Coniectura aliquid prospicere Cic. pro Dom. 11. Prospicere multo ante Cic. ad Brut. 10. *conf.* Id. de Resp. Ar. c. 3. Longe  
 60 futuros casus Id. de Amicit. 40 c. 12. Insidias Id. Verr. Aet. 1, 32. Prope infinitum mihi laborem prospicio Quinct. Prooem. 4. ¶ 3 *Formulae:* Prospicere senectutem, *pro esse propinquum senectuti* Senec. Epist. 33. Prospicere sibi, alicui, saluti suae: *b. e. Sibi cauere:* Ter. Adel. 4, 2, 50 Ctesipho autem in amore est totus: ego iam prospiciam mihi. Idem Eun. 4, 6, 24 Malo ego nos prospicere, quam hunc vlcisci accepta iniuria. *Subaud.* Nobis. Cic. Verr. 1, 158 c. 61 Hoc modo iste sibi, et saluti suae prospicere didicit. Cic. Fam. 7, 21 Nec Papirianam domum desereres, quanquam illa quidem habet lotum, a quo etiam aduenae teneri solent: quem tamen si exideris,  
 70 multum prospexeris. *Ludit ambiguitate, indicans, Lotum, s. Lucum (variat enim lectio et criticorum sententia) officere prospectui, et esse causam sumtum ob hospites, qui ibi amant potare.* Prospicere Bonum alicui Liu. 5, . . . Ferramenta, *i. procurare* Cic. pro Sulla 55. Habitationem mihi prospiciam Petron. c. 10. Petis, vt fratris tui filiae  
 75 prospiciam maritum: *i. Deligam* Plin. Epist. 1, 14. Immortalitati alicuius Idem Epist. 1, 17. Alicui malo Cic. de Arusp. Resp. 56. Consulere filiis ac prospicere Id. Verr. 1, 153 c. 58. Liberis Nep. 19, 1, 3. Patriae Cic. in Catil. 4, 3. Rationibus alicuius quibuscunque rebus prospicere et consulere Id. Fam. 3, 2. Nisi prospic-  
 80 tum interea aliquid nobis est, desertae viuimus Ter. Heaut. 2, 4, 11.  
 PROSPICIENS, entis. Partic. Vitruu. 9, 3 Mentis aëris altiora prospicientes. Virg. Aen. 1, 131 Alto prospiciens. *conf.* v. 159. et Aen. 12, 136. Varro R. R. 1, 23, 3 Prospiciens annus *proxime futurus.*  
 PROSPECTVRVS, a, um. Partic. [*προνοήσων*] Claud. Conf. 85 Hon. 4, 235 Mandatricem operum prospecturanque labori.  
 PROSPECTVS, ūs. m. [*προσάρασις, πρόσψις*] Plaut. Mil. 3, 1, 15 Sterilis hinc prospectus vsque ad vltimam plateam probe est. Adimere prospectum Liu. 10, 32. Capere prospectum in urbem agrumque, *i. locum occupare, vnde prospicias* Id. 1, 18. Corruptum alicui  
 90 Sil. 5, 36. Eripere oculis Virg. Aen. 8, 254. Impedire Caes. B. G. 2, 22. Pascit animum prospectus Virg. Georg. 2, 285. Petebat prospectum ex summa arce Catul. Argon. 62, 241. Petere pelago Virg. Aen. 1, 185. Producere in prospectum populi Cic. Verr. 3. (1). 122 c. 47. Maris prospectus Idem Att. 12, 10. Arborum Plin. 12,  
 95 6 *ad fru.* O praeclarum prospectum! Puteolos videmus, at familiarem nostrum Avianum fortasse in porticu Neptuni ambulante non videmus Cic. Acad. 4, 80 c. 25. Porticus in palatio pulcherrimo prospectu Idem pro Dom. 116.  
 PROSPECTO, are. Frequent. [*προσπίπτω, προσπτομαι*] Liu. 100 24, 21 Pars in aedium vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant. Virg. Aen. 7, 813 Turbaque miratur matrum, et prospectat euntem. *conf.* Idem 9, 168. et 10, 741. *Metaphor.* Nautis omnibus qui eam aspexerant, prospectare iam exilium, atque explorare fugam domini videbatur Cic. Verr. 5, 43.  
 105 PROSPECTANS, antis. Partic. [*τηλεσκοπῶν*] Catul. Argon. f. 62

f. 62 (65) 52 Quae tum prospectans cedentem moesta carinam, etc. Astra prospectantia, i. Noctu lucentia Stat. Silu. 5, 1, 124. Diem de die prospectans Liu. 5, 48.

PROSPECTE. Adu. Tertull. Apol. c. 6 Prospecte decreuerant patres vestri.

PROSPECTOR, ōris. m. Apul. de Deo Socr. p. 51 Deus in rebus incertis prospector, dubiis praemonitor. conf. Tertull. de Corona c. 8.

PROSPEX, icis. vt Auspex. Idem. Tertull. de Anima c. 5 Recogita in praefigiis vatem, in omnibus augurem, in euentibus prospicem. vid. Barth. Aduers. 42, 8. Huc referam etiam, quod de Festo superest, Prospices, Prospice.

PROSPECTI VVS, a, um. Adi. Prospectiuae fenestrae Zeno in Cod. § 1. 10 l. 12 §. 2 et 3.

PROSPHEROMENA. [προσφερόμενα] Quae esu potuque intra corpus admittuntur Cael. Aurel. 9, 15.

PROSPICA, et DESPICA. Intenta et contempla. Naeuius, Ac sibi prospica ac despica. Potest ergo prospicus ac despicus dici. Haec Non. 2, 667.

PROSPICIENTER. Adu. [προσπαρτιώς] Provide, circumspecte. Gell. 2, 29 Res salubriter ac prospicienter animaduersas in mentes, animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induxit.

PROSPICIENTIA, ae. f. Cura, prouidentia. Cic. Philipp. 7, 19 c. 7 Vt vacuum metu Populum Rom. nostra vigilia et prospicientia redderemus. Sic Grut. Gron. post Lambin. al. Prouidentia, ex glossa. Plur. Tertull. Aduers. Valent. c. 26.

PROSPICVVS, a, um. Adi. [προσπιώνης] Pro Conspicuo aut visendo. Senec. Epist. 111 Hinc conspicuos puerorum cultu atque forma greges. Apul. Met. 6 p. 315 Pric. Turris illa prospicua. vulgo propitia. Stat. Theb. 12, 15 — Prospicuae scandentem limina turris.

PROSPICVE. Adu. Apul. Met. 1 p. 112 Elmenb. Benigne et prospicue in me consuluit.

PROSPIRO, are. Spiritum longe lateque diffundo. Catō R. R. c. 157, 7 Nam venae eorum, vbi sufflatae sunt ex cibo, non possunt spirare in toto corpore. Sed perspirare, quos ego noui. Apul. Apol. p. 306, 12 Tabes foras corporis prospirauit.

PROPISSO. Adu. i. Sero admodum. Aruspices si quid boni promittunt, propiisso euenit Plaut. Poen. 3, 5, 47. vbi diuisim scribit Gronou. add. Non. 4, 422. qui perpiisso legit. Turneb. Adu. 39, 2.

PROSTAS, adis. f. [προστάς] Membrum domus, quod et Parastis (παράστας) appellatur, atrio Romanorum fere respondens. Vitruu. 6, 10 Spatium datur introrsus: hic locus apud nonnullos prostas, apud alios παράστας nominatur. In his locis introrsus constituuntur oeci magni, in quibus matres familiarum cum lanificiis habent sessiones. In prostadis, autem dextra et sinistra cubicula sunt collocata, quorum vnum thalamus, alterum amphithalamus dicitur etc.

PROSTASIS, is, siue PROSTASIA, ae. f. [προστάσις] Praefectura vel praesidentia Latine dicitur. Est item Prostasia, quum quis pro altero liti se opponit, et eius defensionem suscipit, euentumque praestat. Budaeus in Commentar. Gloss. Cyrill. παράστασις, patrocinium.

PROSTATES, ae. m. [προστάτης] Modo Praesidem adiutoremue in bello, aut vicarium, aut defensorem significat. in lib. Posterioribus C. de Muneribus Patrimon. Ordinarie eum sic vocant Graeci, quem Latini Patronum.

PROSTERNO, strāui, strātum, ēre. [κατασπώνω, ἰδο. 55 φίζω] Sic sternere, vt aliquis puerectus iaceat. Ter. Adel. 3, 2, 21 Caeteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, prosternerem. Humi aliquem prostertere Ouid. Met. 5, 197. Telo prostrauit virum Valer. Argon. 3, 185. Acies prosterunt, proterunt armatos Plin. 8, 9. Liu. 8, 11 Ibi in conciliis Numisus imperator eorum, affirmando communem vere Martem, vtramque Aciem pari caede prostrauisse. Corpus Sil. 17, 424. Corpora prostertere humi Liu. 4, 11. Flores Stat. Silu. 5, 1, 257. Hostes prostertere, fundere, occidere Cic. Philipp. 14, 27 c. 10. Hostem ferro Sil. 7, 397. Legio prosterntur latis aruis Valer. Argon. 6, 508. Sallust. Prostratisque Militibus fugae se dedit. Oppida prostertere fragore Sil. 3, 213. Silvas nutantique ruens prostrauit vertice Garganus Sil. 8, 630. Siluam pondere aliquo Ouid. Met. 8, 776. Vineas in terram Columel. 11, 3. Viribus suis prosternti Quinct. 2, 12. Interdum Datium h. b. i. cum Accusativo: Suet. Iul. c. 2 Non sine suspicione prostratae regi pudicitiae. Perfregit ac prostrauit omnia cupiditate ac furore Cic. pro Cluent. 15 c. 6. Prosternti materiem et campum tuis virtutibus, tuis laudibus, si quid aduersi cadat Plin. in Paneg. 31, 1. Praecipitantem igitur impellamus, et perditum prosterntamus Cic. pro Cluent. 70 c. . . Opes regni Sil. 17, 147. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 9 An verear, ne qui potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo pusillorum ac maleuolorum obreccationes et inuidias non prosternt atque obterat? Ille se ad meos pedes prostrauit lacrimans Cic. Philipp. 2, 45 c. 18. Abiicere se atque prostertere, pro Parui a-stimare et sese demittere: Cic. in Parad. 1 Sic te ipse abiicies atque prosterntes, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes interessē? Ad veneream turpitudinem refertur, Sueton. Cal. c. 24 Reliquas sorores suas — saepe exoletis suis prostrauerit. Psalteriae venalia prosternt corpora, i. Prostituant Arnob. lib. 2 p. 73.

PROSTERNENS, entis. Partic. Catul. 65, 322 Denfas prosterntens messor aristas.

PROSTRATVS, a, um. Partic. [καταβεβλημένος] Humi prostratus Lucret. 5, 1199. Prostratus in gramine Lucret. 2, 29. Iacere prostratum Cic. in Catil. 2, 2. Conf. Hirt. B. Alex. c. 40 et 23. Ense adacto prostratus Sil. 17, 483. Cum Imperatorem prostratum videret Vell. 2, 70, 3. Mole Ouid. Trist. 1, 7, 17. Morte Lucret. 6, 1194. Oppida prostrata et diruta iacent Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Siti Lucret. 6, 1262. Sopore prostrata vrget membra quies Petron. c. 104. Respub. affecta et prostrata Cic. ad Octau. Idem de Legib. 2, 42 Quo scelere Religiones tam prostratae afflictataeque sunt, partim ex illis distracti ac dissipati iacent. Virtus afflictata et prostrata Idem de Orat. 2, 111.

PROSTRATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Haeret. c. 41 Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinae.

PROSTRATOR, ōris. m. Firmic. de Error. Prof. Rel. p. 43 Prostratores estis omnium hostium vestrorum.

PROSTHESIS, is. f. Appositio literae vel syllabae ad principium dictionis. vid. Grammaticos v. g. Charif. 4 p. 248.

PROSTITVLVM, Vid. sub PROSTITVVO.

PROSTITVVO, ōnis. f. Tertull. adu. Haeret. c. 41 Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinae.

PROSTRATOR, ōris. m. Firmic. de Error. Prof. Rel. p. 43 Prostratores estis omnium hostium vestrorum.

PROSTHESIS, is. f. Appositio literae vel syllabae ad principium dictionis. vid. Grammaticos v. g. Charif. 4 p. 248.

PROSTITVLVM, Vid. sub PROSTITVVO.

PROSTITVVO, ōnis. f. Tertull. adu. Haeret. c. 41 Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinae.

PROSTRATOR, ōris. m. Firmic. de Error. Prof. Rel. p. 43 Prostratores estis omnium hostium vestrorum.

PROSTHESIS, is. f. Appositio literae vel syllabae ad principium dictionis. vid. Grammaticos v. g. Charif. 4 p. 248.

PROSTITVLVM, Vid. sub PROSTITVVO.

**PROSTITVO**, ui, ūtum, ěre. [*προκόγω, προπαυωγέω*] *In aperto sue publico statuere, in primis turpitudinis perpetiendae causa.* Suet. Neron. c. 29 Suam pudicitiam vsque adeo prostituit, vt contaminatis, etc. Toto corpore sese prostituere Catul. 107 (109) 8. Faciem suam lucro Ouid. Amor. 1, 10, 42. Vocem ingrato foro Idem ibid. 1, 15, 6. *causidicum esse.*

**PROSTITVTVS**, a, um. Partic. [*προσχορδεις*] *Libidini publicae expositus.* Plin. 30, 2 Vtinamque inferos potius et quoscunque de suspicionibus suis deos consulisset Nero, quam lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas. Sidon. Epist. 3, 13 Sermones prostituti et theatrales. *Superl.* Tertull. Apol. c. 25 Prostitutissima lupa Laurentina.

**PROSTITVTIO**, ōnis. f. Arnob. 2 p. 53 In libidinem publica venalium corporum prostitutione damnari.

**PROSTITVTOR**, ōris. m. Tertull. de Cult. Fem. 2, 9 Leonis et prostitutoris vestitus et cultus. Idem de Pudic. c. 10 Prostitutor Christiani sacramenti.

**PROSTIBVLVM**, f. **PROSTIBILVM**, i. n. [*πορνεϊον, ἡγοασήριον*] *Scortum, quod prostituatur vel meretur prostitui.* Plaut. Aul. 2, 4, 6 Bellum, et pudicum vero prostibulum populi. Plaut. Stich. 5, 6, 4 Prostibili est, stantem stanti suauium dare. *i. Meretriculae vilissimae et prostantis, vid. mox PROSTIBILIS.* Arnob. adu. Gent. 6 p. 199 Deum nomine prostibuli (pueri) nuncupare. ¶ 2 Idem Orig. 18, 42 Idem vero theatrum idem et prostibulum: eo quod post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur. *Est igitur idem quod lupanar.*

**PROSTIBVLA**, ae. f. [*πόρνῃ*] *Meretrix.* Festus, Alicariae meretrices appellabantur in campis solitae ante pistrina alicariorum versari, quaestus gratia: sicut haec, quae ante stabula sedebant, dicebantur prostibulae. Plaut. Pers. 5, 2, 56 Nam hercle si absque me fores et meo praesidio, hic faceret te prostibulam propediem. Tertull. Apol. c. 6 Inter matronas et prostibulas nullum discrimen relatum. *Vid. Non. 5, 8.*

**PROSTIBILIS**, e. Adi. *Prostibulo dignum, iam legebat et interpretabatur apud Plautum Stich. 5, 4, 6 edit. Taubm. Scioppius.* Prostibile est stantem stanti suauium Dare amicum amicae. Id. Pers. 5, 2, 56 Hic faceret te prostibilem propediem.

**PROSTO**, stiti, stitum, āre. [*προίστημι*] *Stare in loco publico, f. pro unoquoque volente.* Plaut. Curc. 4, 2, 21 Hae saltem in occultis locis prostant, vos in foro ipso. Anguli prostantes Lucret. 2, 428 *b. e. Prominentes, exstantes.* Iuuen. Sat. 1, 46

Quid referam, quanta siccum iecur ardeat ira,  
Quum populum gregibus comitum premat hic spoliator  
Pupilli prostantis?

**Pretio prostare** Ouid. Amor. 1, 10, 17. Quinctil. in Milite Mariano, Iuberet prostare gladio cinctum, *b. e. Prostitui ad Venerem patiendam.* Ouid. Amor. 3, 12, 8 Fallimur? an nostris innotuit illa libellis? Sic est, Ingenio prostitit illa meo. *i. Meis carminibus eam insulgavi, et famam ei conciliaui.* Prostat femina Iuuenal. Sat. 9, 24. Ouid. ex Pont. 2, 3, 19 Illud amicitiae quondam venerabile nomen Prostat, et in quaestu pro meretrice sedet.

**PROSTRATVS**, etc. *vid. in PROSTERNO.*

**PROSTOMIS**, *vid. PASTOMIS.*

**PROSTYLOS**, i. [*πρόστυλος*] *In fronte columnatus.* Vitruv.

**PROSVBIGO**, ēgi, actum, ěre. [*ὑποβύγω*] *Ante se subigere, vel subigendo progredi.* Virg. Georg. 3, 25

Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus:  
Et pede profubigit terram: fricat arbore costas:

Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.

*Vbi Seruius: Profubigit, fodit, et pedibus impellit alternis: quod pugnaturi sues facere consueverunt ad acquirendum robur. Haec ille imitatus Virgil. est Prudent. in Eulalia v. 130. Aliis hoc videtur potius Poeta significare, Apros lutum facere, in quo quum saepe se voluntarint, deindeque exaruerint, ita durius ac crassius tergum, cutemque impenetrabiliorem reddunt, sic se armantes et quasi lorica induentes. Proinde eleganter usus est verbo Subigere: intelligere enim debemus terram eam fuisse madidam, in paludibus namque, stagnantibusque locis fere degunt apri. Quam aprorum naturam his verbis tra- it Aristoteles 6 Historiae animalium, 28. Sues quoque feri acerrime saeuunt. Dimicant inter se mirum in modum armantes sese, et cutem quam crassissimam praeparantes, indurantesque attritu arborum. Saepae etiam lutum obducto, ac resiccato, tergus inuictum contra ictus efficiunt. Fulmina Cyclops profubigit Valer. Argon. 4, 288.*

**PROSVBIGO**, ēgi, actum, ěre. [*ὑποβύγω*] *Ante se subigere, vel subigendo progredi.* Virg. Georg. 3, 25

Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus:  
Et pede profubigit terram: fricat arbore costas:

Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.

*Vbi Seruius: Profubigit, fodit, et pedibus impellit alternis: quod pugnaturi sues facere consueverunt ad acquirendum robur. Haec ille imitatus Virgil. est Prudent. in Eulalia v. 130. Aliis hoc videtur potius Poeta significare, Apros lutum facere, in quo quum saepe se voluntarint, deindeque exaruerint, ita durius ac crassius tergum, cutemque impenetrabiliorem reddunt, sic se armantes et quasi lorica induentes. Proinde eleganter usus est verbo Subigere: intelligere enim debemus terram eam fuisse madidam, in paludibus namque, stagnantibusque locis fere degunt apri. Quam aprorum naturam his verbis tra- it Aristoteles 6 Historiae animalium, 28. Sues quoque feri acerrime saeuunt. Dimicant inter se mirum in modum armantes sese, et cutem quam crassissimam praeparantes, indurantesque attritu arborum. Saepae etiam lutum obducto, ac resiccato, tergus inuictum contra ictus efficiunt. Fulmina Cyclops profubigit Valer. Argon. 4, 288.*

**PROSVM**, prodes, profui, prodesse. [*ὑπέρβω, λυσιτελέω*] *Vtilitati esse, quasi pro aliquo esse.* Ter. Eun. 5, 5, 23 Neque illi profis, et tu pereas. Idem Hec. 3, 5, 13 Quidquid est id quod reliquit, profuit. *Vbi Donatus: Profuit, pro nobis fuit, ac per haec nostrum est: potest enim ipse profuisse, potest res eius.* Cic. Verr. 5, 59

**Nobile et illustre apud omnes nomen tuae ciuitatis profuisset.** Sin a me est alienior, nihil tibi literae meae proderunt Idem Fam. 2, 16 (17) Metuo, ne artificium tuum tibi parum profuit Idem ibid. 7, 13. De medicamentis saepe ap. Scribon. Doloribus prodesse 164. Eis prodesse 106. Prodesse ad - - 67. 105. 161. Aere multum profuit ei Bithynia Catul. de Varo f. 10, 8. Aequae pauperibus prodest, locupletibus aequae, Aequae neglectum pueris senibusque nocebit Hor. Epist. 1, 1, 25. Cic. Acad. 4, 6 Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo non modo nosmetipsos hebecere et languere nolumus, sed etiam vt plurimis profimus enitimur. Constantia multum prodest in amore Propert. 2, 26, 27. In commune Quinctil. 6, 1. Ad concordiam Liu. 2, 1 *extr.* Plin. 37, 10 Putant eam contra araneorum et scorpionum ictus prodesse. *Conf. Id. 23, 1.* Non placent mihi illae literae, quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt Sallust. Bell. Iugurth. c. 85. Aut prodesse volunt, aut delectare Poetae Hor. de Arte Poet. 333.

**PROSVM**, prodes, profui, prodesse. [*ὑπέρβω, λυσιτελέω*] *Vtilitati esse, quasi pro aliquo esse.* Ter. Eun. 5, 5, 23 Neque illi profis, et tu pereas. Idem Hec. 3, 5, 13 Quidquid est id quod reliquit, profuit. *Vbi Donatus: Profuit, pro nobis fuit, ac per haec nostrum est: potest enim ipse profuisse, potest res eius.* Cic. Verr. 5, 59

**Nobile et illustre apud omnes nomen tuae ciuitatis profuisset.** Sin a me est alienior, nihil tibi literae meae proderunt Idem Fam. 2, 16 (17) Metuo, ne artificium tuum tibi parum profuit Idem ibid. 7, 13. De medicamentis saepe ap. Scribon. Doloribus prodesse 164. Eis prodesse 106. Prodesse ad - - 67. 105. 161. Aere multum profuit ei Bithynia Catul. de Varo f. 10, 8. Aequae pauperibus prodest, locupletibus aequae, Aequae neglectum pueris senibusque nocebit Hor. Epist. 1, 1, 25. Cic. Acad. 4, 6 Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo non modo nosmetipsos hebecere et languere nolumus, sed etiam vt plurimis profimus enitimur. Constantia multum prodest in amore Propert. 2, 26, 27. In commune Quinctil. 6, 1. Ad concordiam Liu. 2, 1 *extr.* Plin. 37, 10 Putant eam contra araneorum et scorpionum ictus prodesse. *Conf. Id. 23, 1.* Non placent mihi illae literae, quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt Sallust. Bell. Iugurth. c. 85. Aut prodesse volunt, aut delectare Poetae Hor. de Arte Poet. 333.

**PROSVM**, prodes, profui, prodesse. [*ὑπέρβω, λυσιτελέω*] *Vtilitati esse, quasi pro aliquo esse.* Ter. Eun. 5, 5, 23 Neque illi profis, et tu pereas. Idem Hec. 3, 5, 13 Quidquid est id quod reliquit, profuit. *Vbi Donatus: Profuit, pro nobis fuit, ac per haec nostrum est: potest enim ipse profuisse, potest res eius.* Cic. Verr. 5, 59

**Nobile et illustre apud omnes nomen tuae ciuitatis profuisset.** Sin a me est alienior, nihil tibi literae meae proderunt Idem Fam. 2, 16 (17) Metuo, ne artificium tuum tibi parum profuit Idem ibid. 7, 13. De medicamentis saepe ap. Scribon. Doloribus prodesse 164. Eis prodesse 106. Prodesse ad - - 67. 105. 161. Aere multum profuit ei Bithynia Catul. de Varo f. 10, 8. Aequae pauperibus prodest, locupletibus aequae, Aequae neglectum pueris senibusque nocebit Hor. Epist. 1, 1, 25. Cic. Acad. 4, 6 Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo non modo nosmetipsos hebecere et languere nolumus, sed etiam vt plurimis profimus enitimur. Constantia multum prodest in amore Propert. 2, 26, 27. In commune Quinctil. 6, 1. Ad concordiam Liu. 2, 1 *extr.* Plin. 37, 10 Putant eam contra araneorum et scorpionum ictus prodesse. *Conf. Id. 23, 1.* Non placent mihi illae literae, quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt Sallust. Bell. Iugurth. c. 85. Aut prodesse volunt, aut delectare Poetae Hor. de Arte Poet. 333.

**PROSVM**, prodes, profui, prodesse. [*ὑπέρβω, λυσιτελέω*] *Vtilitati esse, quasi pro aliquo esse.* Ter. Eun. 5, 5, 23 Neque illi profis, et tu pereas. Idem Hec. 3, 5, 13 Quidquid est id quod reliquit, profuit. *Vbi Donatus: Profuit, pro nobis fuit, ac per haec nostrum est: potest enim ipse profuisse, potest res eius.* Cic. Verr. 5, 59

**Nobile et illustre apud omnes nomen tuae ciuitatis profuisset.** Sin a me est alienior, nihil tibi literae meae proderunt Idem Fam. 2, 16 (17) Metuo, ne artificium tuum tibi parum profuit Idem ibid. 7, 13. De medicamentis saepe ap. Scribon. Doloribus prodesse 164. Eis prodesse 106. Prodesse ad - - 67. 105. 161. Aere multum profuit ei Bithynia Catul. de Varo f. 10, 8. Aequae pauperibus prodest, locupletibus aequae, Aequae neglectum pueris senibusque nocebit Hor. Epist. 1, 1, 25. Cic. Acad. 4, 6 Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo non modo nosmetipsos hebecere et languere nolumus, sed etiam vt plurimis profimus enitimur. Constantia multum prodest in amore Propert. 2, 26, 27. In commune Quinctil. 6, 1. Ad concordiam Liu. 2, 1 *extr.* Plin. 37, 10 Putant eam contra araneorum et scorpionum ictus prodesse. *Conf. Id. 23, 1.* Non placent mihi illae literae, quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt Sallust. Bell. Iugurth. c. 85. Aut prodesse volunt, aut delectare Poetae Hor. de Arte Poet. 333.

**PROSVM**, prodes, profui, prodesse. [*ὑπέρβω, λυσιτελέω*] *Vtilitati esse, quasi pro aliquo esse.* Ter. Eun. 5, 5, 23 Neque illi profis, et tu pereas. Idem Hec. 3, 5, 13 Quidquid est id quod reliquit, profuit. *Vbi Donatus: Profuit, pro nobis fuit, ac per haec nostrum est: potest enim ipse profuisse, potest res eius.* Cic. Verr. 5, 59

**Nobile et illustre apud omnes nomen tuae ciuitatis profuisset.** Sin a me est alienior, nihil tibi literae meae proderunt Idem Fam. 2, 16 (17) Metuo, ne artificium tuum tibi parum profuit Idem ibid. 7, 13. De medicamentis saepe ap. Scribon. Doloribus prodesse 164. Eis prodesse 106. Prodesse ad - - 67. 105. 161. Aere multum profuit ei Bithynia Catul. de Varo f. 10, 8. Aequae pauperibus prodest, locupletibus aequae, Aequae neglectum pueris senibusque nocebit Hor. Epist. 1, 1, 25. Cic. Acad. 4, 6 Quis reprehendet otium nostrum, qui in eo non modo nosmetipsos hebecere et languere nolumus, sed etiam vt plurimis profimus enitimur. Constantia multum prodest in amore Propert. 2, 26, 27. In commune Quinctil. 6, 1. Ad concordiam Liu. 2, 1 *extr.* Plin. 37, 10 Putant eam contra araneorum et scorpionum ictus prodesse. *Conf. Id. 23, 1.* Non placent mihi illae literae, quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt Sallust. Bell. Iugurth. c. 85. Aut prodesse volunt, aut delectare Poetae Hor. de Arte Poet. 333.

**PROSVM**, prodes, profui, prodesse. [*ὑπέρβω, λυσιτελέω*] *Vtilitati esse, quasi pro aliquo esse.* Ter. Eun. 5, 5, 23 Neque illi profis, et tu pereas. Idem Hec. 3, 5, 13 Quidquid est id quod reliquit, profuit. *Vbi Donatus: Profuit, pro nobis fuit, ac per haec nostrum est: potest enim ipse profuisse, potest res eius.* Cic. Verr. 5, 59

*transcripserit, ut repetere nequeat.* Boxhornius suspicatur pro sum, i. prorsum perit.

**PROSUMNVS, i. m.** *Index inferorum, de quo sic scribit Arnobius aduersus gentes* p. 176 Quum (inquit) inter homines esset adhuc Nysius et Semeleius Liber, nosse inferos expetiuit, et sub Tartari sedibus quidnam rerum ageretur inquirere. Sed cupiditas haec eius nonnullis difficultatibus impediabatur, quod qua iret, ac pergeret, inscitia itineris, nesciebat. Prosumnus quidam exoritur, ignominiosus amator dei, atque in nefarias libidines satis pronus, qui se ianuam Ditis, atque Acherusios aditus pollicetur indicaturum, si sibi generet morem deus, atque vxorias voluptates pateretur ex se carpi. Deus facilis, iurat potestatis futurum, ac voluntatis se eius: sed quum primum ab inferis compos voti, atque expeditionis redisset. Viam comiter Prosumnus edisserit, atque in limine ipso prostituit inferorum. *Caetera referre pudet. Conf. Elmenhorst.*

**PROSVS, a, um. vid. PROSA.**

**PROSYMNA, ae. f.** [Προσύμνα] *Ciuitatis nomen est, in qua Juno colitur: cuius situm vide apud Strabonem 8. Celsa Prosymna Stat. Theb. 1, 383. et 4, 44.*

**PROTAGION, i. n.** Vini genus quod Italicis proximum fecerant Asclepiadis scholae, *ut indicat Plin. 14, 7.*

**PROTAGORIVS, et PROTAGORICVS, a, um. Possess.** Protāgora philosopho. Protagorium responsum Gellius 5, 11.

**PROTASIS, is. f.** [προτασις] *Dicitur Propositio. Donatus in prol. Ter. Protasis, Primus actus est, initiumque dramatis. Vid. Gell. 5, 11. Apul. de Syll. Cat. p. 29.*

**PROTATICVS, a, um. Ad Protasim pertinens, ut, Persona protatica, quae tantum loquitur in Protasi, ut refert Donatus ibid.**

**PROTEGO, texti, tectum, ēre.** [προεπάζω, προλαμβάνω, ὑπερασπίζω] *Tegendo tueri. Plin. 12, 1 Arbor se vastis protegens ramis, de platano. Plin. 10, 33 Cameraque ab imbri aut fronde protegere densa. Qui me ramorum protegat umbra Virg. Aen. 2, 489. Conf. PROTECTVM. Ego iacentem et spoliatum defendo et protego Cic. pro Sull. 50 c. 18. Qua vicit, victos protegit ille manu Ouid. Amor. 1, 2, 52. Armis aliquem Idem Met. 8, 394. Ora equi faucia Propert. 4, 1, 93. Scuto protegere Cic. Tusc. 4 c. 22. Per translationem Quintil. Decl. 8 Captet licet crudelissimus senex parricidii immanitatem metu maiore protegere, etc. Vell. 2, 100, 5 Singularem nequitiam supercilio truci protegens.*

**PROTEGENS, entis. Part. Rami multa fronde vestiti, velut de industria regem protegentes Curt. 9, 5, 4.**

**PROTECTVS, a, um. Partic.** [προεπαδεις] *Ouid. Met. 12, 273 Dextraque a parte Charaxi Tempora perfregit fuluo protecta capillo. b. e. Tecta. Protecta humeros rutilis capillis Ouid. Met. 2, 635. b. e. Humeros habens tectos capillis. Infidiis risu protectis Iu. Sin. 38, 1, 10. Portiibus protectis Columel. praef. 9. Compar. Cic. Philipp. 13, 6 c. 3 Quid sapientia? cautioribus vitur consiliis, in posterum prouidet, est omni ratione. protectior.*

**PROTECTVM, i. n. Subst. Vlpianus in l. Quemadmodum D. Ad legem Aquiliam, Si protectum meum, quod supra domum tuam et nullo iure habebam, recidisses, posse me tecum damni iniuria agere, Proculus scribit. Add. Pompon. Dig. 47 t. 7 l. 6 §. 2. Varro R. R. 3, 16 Faciunt ad foramea introitus protectum in alium. Protecta a protegendo dicta sunt. Est enim Protegere, Tectum proicere. Cic. in Topic. 24 c. 4 Quoniam Publius Scaeuola id solum ambitus aedium esse dixit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur: ex quo in tectum eius aedis qui protexisset, aqua deflueret: id ius tibi videri.**

**PROTECTVS, ūs. m. Tignorum protectus Scaeuola l. c. Dig. 3 t. 2 Leg. 4t §. 1.**

**PROTECTIO, ōnis. f. Quintil. Trib. Mar. c. 8 A numinibus protectionem inuenire. Burm. p. 81. Tertull. de Fuga persec. c. 2. Ambros. Serm. 88 extr.**

**PROTECTOR, ōris. m. Protector fidei Cyprian. Epist. 9, 2 Protectores, σωματοφύλακες, electi ad custodiam corporis, vox Spartiano, Lampridio, Ammiano, Lactant. de Mort. perfec. c. 19. aliisque usurpata. Protectorum dignitas Symmach. 3, 67. Quae de illis sciuntur vid. apud Iac. Goshof. Paratitlo et Comment. ad l. C. Theod. (6, 24) de domesticis et Protectoribus.**

**PROTECTORIVS, a, um. Adi. Protectoria dignitate cumulatus Constant. Imp. Cod. 12 t. 47 l. 2.**

**PROTELO, āre.** [ἀναελάσσω, ἀπαλάσσω] *Protrahere, praecunire, exagitare, inquit Donatus. Α προδ, et ελαίν, (f. ελκειν) dictum est, quod est ante et trahere. Alii ab assiduo telorum iactu existimant dici. Haec Donatus ad Ter. Phorm. 1, 4, 37 Ne te iratus suis saeuus dictis protelet. Alii legunt, Saeuidicis dictis. Plaut. Merc. Perioch. 2, 12 Vicini scortum insimulat, protelat virum. Festus: Protelare longe propellere, ex Graeco videlicet τηλαθρι, quod significat Longe. Apul. Met. 8 p. 209 Non vestrorum spoliatorum cupidine latrocinamur, sed hanc ipsam cladem de vestris protelamus manibus. Propulsamus et longe propellimus, ne scilicet vos de nobis spolia auferatis. Protelare, inquit Nonius 4, 349 Percutere, perturbare. Sisenna Histor. 3 Romanos impetu suo protelant, prolectos persequuntur. Protelare, (inquit idem Nonius l. c.) est Excludere. Turpilius Lemniis, Propter peccatum patxillum indignissime patria protelatum esse saeuitia patris. Sisenna Histor. 4 Duae cohortes de subsidio procedunt, atque equites protelant. Sed nihil opus erat, haec ita distinguere, nihil enim est quam depellere, longe remouere. Item est differre, prorogare: Vlpian. l. 4 §. 7 D. de damno infect. Dies cautioni praestitutus si finietur, Praetoris vel Praesidis officii erit, ex causa vel renouare, vel protelare eam. Hieron. Epist. 23 pr. Ezechias vicina morte terretur, et fusus in lacrimas, quindecim annorum spatio protelatur ad vitam. Add. Id. de Poenit. 4. et de Spect. 1.*

**PROTELATVS, a, um. Apud Nonium supra citat.**

**PROTELVM, i. n. Tenor et continuatio primo arandi, tum pugnandi, vel alterius laboris Lucret. 2, 531 Vndique protelo plagarum continuato. Donatus ad Ter. Phorm. 1, 3, 36 laudans b. l. explicat. i. e. Tenore. Lucil. Sat. 6 apud Non. 4, 349**

Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri  
Ducere protelo validis ceruicibus possent. Idem 12  
Hunc iuga mularum protelo ducere centum  
Non possunt.

Cato Orig. 5 Sed protelo trini boues vnum aratrum ducent. Varro Cato, vel de liberis educandis, Remotissimum ad discendum formido et nimius timor, et omnis perturbatio animi; contra delectatio pro-

100

telo ad descendendum. *Sed hunc quidem locum non recte videtur accedisse Nonius, sed legendum diuisim pro telo i. incitamento, est ad descendendum. Vid. TELVM n. 2. Sic videtur etiam legendum Catull.* 57 Deprensi modo pupulum puellae crissantem. Hunc ego, sic (pro si) placet Dionae, Pro telo (loco teli, quo adulterum caedere solent furiosi zelotypi) rigida mea cecidi. Protelo legunt, viri docti, et intelligunt continuo, eodem tractu et tenore in continenti, ut sit Aduerbium, quod etiam Lucilio lib. 7 apud Non. 4, 437 restitui vult Vossius ad Catulli l. c. p. 124. Narrare videtur in illo fragmento fabulam Atysos et Cybeles, quod ita emendat Vossius,

Hanc ubi vult male habere, vlscisci pro scelere eius,  
Testam sumit homo Samiam, sibi que protelo  
Praecidit caulem testesque vna amputat ambo.

Franc. Doussa ex emendatione Hadr. Iunii, sibi que illico telo. *Leslio vulgata Gotthofr. et Mercer. ibi an vno telo. Nondum itaque firmum quiddam pro adverbiali illo Protelo prolatum est. Neque certius est Protelum pro incitamento positum, quod Varroni R. R. 3, 16, 12 restitutum ibat Scaliger, et legebat Hic enim sonus harum (apum) fugae existimatur esse protelum. Vid. locus. Nihil itaque certius putabam, le-*

20 *dis iis, quae habent Scalig. ad Catalecta p. 240 sq. Salmas. in ipso sine Exercitatt. Plin. Is. Vossius ad Catull. l. c. Quam protelum esse tenorem illum et continuatum tractum, quo aratrum extrahere coguntur boves, quam rem ita describit Colum. 2, 2, 27 Sed nec in media parte versurae consistat bubulcus, detque requiem in summa, ut spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur. Hoc protelum esse, suadent etiam quae sequuntur. Plin. 9, 15 s. 17 de Siluro pisce, Praecipue in Moeno Germaniae amne Protelis boum, et in Danubio marris extrahitur, poreulo marino simillimus. Paulo ante de ingenti alio pisce dixerat, Catenato captus hamo, nec nisi boum iugis extractus.*

30 *Et 18, 18 s. 48 Nec sarrienda sunt hoc modo fata. Sed protelis binis ternisque sic arant, b. e. descriptum ante aratrum bis, ter, per segetem ducunt. Sic Hard. ex MSS. Al. Porcellis. Huic Protelo opponitur STRIGATIO. Lucret. 4, 190 Et quasi protelo stimulat fulgure fulgur. i. Impulsu producto, perpetuo et continuo.*

35 **PROTENDO**, di, sum et tum, ēre. [*πρωτίνω*] *Vltra tendere, porrigere. Plin. 11, 43 Inter digitos medius longissime protenditur. Idem 9, 32 In eodem genere cochleae, aquatiles terrestresque, exferentes se domicilio, binaque ceu cornua protendentes contrahentesque, etc. Aciem protendere in aestus pelagi Catul. Argon. s. 62, 127.*

40 *Brachia alterna Virg. Aen. 5, 377. Conf. Petron. c. 17 et 108. Dextram precantem Virg. Aen. 12, 931. Famam alicuius Claud. Conf. Stil. 1, 36. Iuga protendit Cithaeron Senec. Phoen. s. 1. Lacrimas Claud. in Eutrop. 2, 592. Manum nanti Luean. ad Pison. 241.*

45 *¶ 2 Proferre, differre. Cic. Fam. 10, 26 Comititia tamen, quum ex his pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis Reipublicae arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protendimus. al. Protrudimus.*

**PROTENDENS**, entis. Partic. [*πρωτίνων*] *Brachia, protendens Catul. 64 (67) 10. Ouid. Met. 14, 191 Foedataque brachia ta-*

50 *lo In mare protendens.*  
**PROTENTVS**, s. **PROTENSVS**, a, um. *Aliud Partic. [*πρωτισταμένως*] Sil. 16, 387 Vsque ad colla repente Cornipedum protentus. Temo protentus in octo pedes Virg. Georg. 1, 271. Hastae Tacit. Ann. 14, 37. Tela Ouid. Met. 8, 341. Compar. Auien.*

55 *Perieges. 128 Protentior gurgas. Idem 598 Lucis in exortum protentior. Sic Solin. c. 43 (30)*

**PROTENTŌ**, āre. *Et, ceu Siriaco torretur spica calore Protentata manu Auien. in Arat. v. 285.*

60 **PROTĒNVS**, Adu. [*πρήλι*] *Quasi porro tenuis, et longe a finibus, interprete Seruio. Virg. Ecl. 1, 31 En ipse capellas Protenus aeger ago. Per E scribi debere vult Caper Grammaticus, cum locale est, Per i cum ad tempus refertur vid. p. 2243 Putsch. Sed videtur nata demum in cerebro Grammaticorum differentia, quam nemo obseruauit. Vid. PROTINVS.*

65 **PROTERMĪNO**, āre. [*πρωτερμίνω*] *Fines promouere. Apul. Met. 9 p. 235 Licet priuato suis possessionibus paupere, fines vsque et vsque proterinaueris. Add. Sidon. Epist. 3, 1.*

**PROTĒRO**, triui, tritum, ēre. [*πρωτερῖω, πρωτερῖω*] *Ante se terere, et quasi pedibus conculcare. Plin. 8, 9 Prosterunt acies,*

70 *proterunt armatos. de elephantis. Caes. B. G. 8, 48 Partim in fuga proterunt, partim interceptiuntur. Idem B. C. 2, 41 Auerfos hostes proterere. Agmina curru Virg. Aen. 12, 330. Plaut. Truc. 2, 2, 13 Ego hic te mulier, quasi sis catulos, Pedibus proteram. Arua pedibus proterit Claud. de Rapt. Proserp. 1, 128. Vlnus labens pro-*

75 *terit vvas Stat. Theb. 8, 547. Aestas proterit Ver Hor. Carm. 4, 7, 9. Copias hostium Plaut. Amph. 1, 1, 91. Idem Men. 5, 2, 111 Vt ego hunc proteram Leonem. Vmbram inanem Ouid. Trist. 3, 11, 25. Cic. pro Flacc. 53 c. 22 extr. Sin illi ipsi domi proterendum esse et conculcandum putauerunt, definant putare auctoritatem esse in*

80 *eo testimonio, cuius auctor inuentus est nemo. Proteri et conculcari Auctor ad Herenn. 4, 67.*

**PROTRĪTVS**, a, um. Partic. [*πρωτερῖστος*] *Acies protrita, vid. ACIES. Arbores Tacit. Hist. 2, 70, 2. Frumentum protritum et corruptum Liu. 34, 26.*

85 **PROTRIMENTVM**, i. n. Apul. 8 Metam. extr. *Accuratus in protrimentis sapidissime decoctum. Onomast. vet. apud Pric. Protrimenta προτρίματα. Nempe embamma, s. liquatum e pluribus condimentis contritis paratum.*

90 **PROTERREO**, ui, itum, ēre. [*πρωτερῖσω*] *Terrendo abigere et fugare. Plaut. Trin. 3, 2, 77 Mea opera hinc proterritum te, meaque auaritia autument. Ter. Heaut. 3, 1, 37 Proterruisti hinc me. Aduerso equo aliquem Virg. Aen. 12, 291. Stat. Theb. 2, 645 Protinus idem vltro iaculo parmaque Menoetem Proterrebat agens.*

**PROTERVVS**, a, um. Adj. [*πρωτερῖος, κατάδαλος*] *Qui ob-*

95 *vios proterit: quod faciunt tauri in appetitu coitus feminarum, in quas calent. Plaut. Bacch. 4, 3, 1 Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato. Ter. Heaut. 3, 3, 16 Ne ineptus, ne protervus videar. Cic. de Finib. 1, 6 Alii audaces, proterui; iidem in-*

100 *temperantes et ignaui. Si vidua libere, proterua petulanter, diues effuse, libidinosa meretricio more viueret: adulterum ego putarem, si quis hanc paullo liberius salutasset? Cic. pro Caes. 38 c. 16. Africanus Hor. Epod. 16, 22. Dicitum aut factum Cic. de Finib. 2, 47. Facta proterua pater damnaret nati Ouid. Epist. 8, 84. Frons, proterua, Impudens Hor. Carm. 2, 5, 15. Cic. de Fin. 5, 35 Et flexi-*

105 *fractique motus, quales proteruorum Hominum aut mollium esse solent,*

lent, contra naturam sunt. Iuuenes proterui Hor. Carm. 1, 25, 2. Lingua Ouid. in Ibin 522. Manus Idem Met. 12, 234. Hor. Od. 3, 11, 11 *Virgo Nuptiarum expers, et adhuc proteruo Cruda Marito.* Noctis lusus Stat. Theb. 9, 612. Oculi Ouid. Epist. 17, 77. Ora canum Idem Met. 14, 63. Rixa Hor. Carm. 3, 14, 26. Sales Stat. 5 Silu. 1, 6, 6. Stella Canis Icarii Ouid. Amor. 2, 16, 14. Turba Idem Epist. 5, 136. Venti Hor. Carm. 1, 26, 2. Verba proterua dicere in aliquem Ouid. Trist. 5, 6, 26. *Compar.* Meretricem proteruiorem quotidiana regis stupra faciebant Iustin. 30, 2, 2.

**PROTERVE**, Adū. [*προτερως*] *Immoderate et superbe.* Ter. 10 Heaut. 4, 4, 1 Satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt. Idem Hec. 3, 5, 53 Ecce autem tu quoque proterue iracundus es. Multa miser timeo, quia feci multa proterue Ouid. Amor. 1, 4, 45. Facere alicui proterue iniuriam Plaut. Rud. 2, 4, 1. Idem Amph. 2, 2, 207 Quae non deliquit, decet audacem esse, et confidenter pro se et proterue loqui. *Compar.* Facere et dicere aliquid aequo proteruius Ouid. de Arte Am. 1, 599. *Superl.* In nostram Religionem proteruissime insiliunt August. de Ciu. Dei 5, 22.

**PROTERVITER**, Ennius apud Nonium 11, 28 Quis est, qui nostris foribus tam proteruiter.

**PROTERVITAS**, ātis. f. [*προτερεια*] *Superbia, petulantia.* Ter. Heaut. 4, 6, 10 Quam paene tua me perdidit proteruitas. Cic. pro Cael. 29 c. 12 De corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de sumtibus, immensa oratio est. Grata proteruitas Hor. Carm. 1, 19, 7.

**PROTERVIA**, ae. f. Idem. [*προτερεια*] Auson. Eidyll. 3, 172 Capripedes agit quum laeta proteruia Panas. Proteruiam facere liberiorum aut criticorum adeo error est. Vid. sub VIA propter viam Facere i. sacrificare.

**PROTERVIO**, ire. *Petulanter agere.* Tertull. de Patient. c. 12 30 Dilectio non inflatur, non proteruit, *ὁ προτερύεται.* Conf. Guil. Briton. 6, 328 Me solum quaerit, Regna (in) mea sola proteruit.

**PROTESILĀVS**, i. m. [*Πρωτοσίλακος*] *Vnus e Graecorum du-* 35 *cibus, qui ad Troiam profecti sunt: quum primus ex nauibus in litus prof-* *siliret, ab Hectore est interfectus. Fuit ex Phylace Thessaliae oppido.* Inde Phylacides dictus. Eius vxor Laodamia, quum interitum rescisset, in s. latium moeroris optauit, ut mortui vmbra videret. Quod quum impetrasset, in illius amplexibus exspirauit. Propert. Eleg. 1, 19, 7 Illic Phylacides, etc. Vid. Ouid. Met. 12, 68. et Epist. 13.

**PROTESILĀEVS**, a, um. Adī. [*Πρωτοσίλακος*] Catul. 66. 40 (67) 73 Coniugis vt quondam flagrans aduenit amore Protefilaem Laodamia domum. Protefilaem delubrum, In quo Protefilai ossa consecrata sunt, non procul a Cherronneso. Strabo 13. et Pomponius 2, 2.

**PROTESTOR**, āri. *Palam testari.* Imp. Iustin. Instit. pr. Bel- 45 *licos sudores nostros tam Africa, quam aliae innumerae prouinciae* iterum ditioni Romanae nostroque additae imperio protestantur. Conf. l. fin. de Instit. act. Quincil. Decl. 4 extr. Praedico, protestor, non ego parricidium faciam. Macrob. Saturn. 1, 17 extr. Floris species florem rerum protestatur.

**PROTESTO**, āre. non minus quam Protestor veteres dixisse do- 50 *cet Priscian. p. 799.*

**PROTESTĀTVS**, a, um. Apul. Met. 10 p. 252 Vxor magno fidem eius protestata clamore.

**PROTESTATIO**, ōnis. f. Symmach. Epist. 1, 56 Alia est prote- 55 *statio amoris, alia linguae ostentatio.*

**PROTEVS**, duarum syllabarum vox, i. m. [*Προτεως*] *Filius* 60 *Oceani et Tethyos, marinus deus, pastor Phocarum: et vates, sed nisi* coactus, nulla dans responsa. Virg. Georg. 4, 382 Fuit autem rex Aegypti temporibus Priami regis Troiani. Quum Aegyptus rege caveret, ait Diodorus 2 ex dignioribus quidam in regem assumtus est, quem Aegyptii Cetea, Graeci Proteum appellant, qui Iliaci belli tempore exstitit. Hunc artium peritum fuisse tradunt, et in varias se formas vertere solitum, vt nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. Vid. Virg. Georg. 4 versus f. et Drakenb. ad Sil. 7, 423. 65 vel Polyaen. praef. de Strateg. Consuetudo autem regibus Aegyptiis, causam huiusmodi transmutationes fingendi praebuit. Nam Aegyptiis mos erat regibus, aut leonis, aut tauri, aut draconis, priorem partem in capite ferre insignia principatus, quandoque vero arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia supra caput unguenta. Haec tum ad decorem 70 spectant, atque ornatum: tum stuporem, ac superstitionem quandam adspicientibus iniiciebant, etc.

Proteum aliquando in Carpatho insula regnasse, Pallene vrbe Thessaliae relicta, ad quam tamen reuersus est postea, Seruius auctor est, enarrans carmen illud Virg. Georg. 4, 387 Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Caeruleus Proteus, etc. 75 Idem Aen. 11, 262 Atrides Protei Menelaus adusque columnas Exulat. i. Ad fines Aegypti peruenit: ex eo, quod in consiniis, columnae, quae dirimerent terras, ponerentur, vt Pollux et Strabo plerisque locis scribunt. Annotauit Turnebus. Senex Proteus Ouid. Met. 11, 221.

Mutabilior Proteo: In vastrum et versipellem competit: aut in eos, qui 80 *facile vertunt sententiam.* Hor. Epist. 1, 1, 90 Quo teneam vultus mutantem Protea modo? Idem Serm. 2, 3, 71 Effugiet tamen haec sceleratus vincula Proteus. Protea vocat Tergiuersantem, et quem Graeci vocant δυσοειρον, id est deprehensu difficilem. Hinc cognomen Peregrino Philosopho de quo Gell. 12, 11. Ammian. 22, 41. 85 Tertull. ad Mart. et Lucianus peculiari libello.

**PROTEA**, ae. f. *Herba palustris.* Apul. de Herb. c. 67.

**PROTHEOREMA**, ātis. n. *Praeua consideratio.* Mart. Capell. 2 p. 35 Formae multiangulae protheorematum vel elementorum diuer- 90 *sitate formatae.*

**PROTHĒSIS**, is. f. [*προθεσις*] *Latine dicitur Praepositum,* 95 *sive Praepositio.* Figura est Grammaticis propria, quoties litera quaedam vel syllaba apponitur ad principium dictionis: vt Gnate, pronate: Tetulit, pro tulit. Ex Donato. Al. Prosthesis. Conf. Isidor. 1, 34.

**PROTHYME**, Adū. Ex Graeco προθυμιας. Plaut. Pseud. 5, 1, 23 Diem prothyme sumere.

**PROTHYMA**, ae. f. [*προθυμια*] *Promittitudo, alacritas Latine* 100 *dicitur.* Plaut. Stich. 4, 2, 53 Vides benignitates hominum perire et prothymias. Ibid. 5, 2, 11 Proh dii immortales, quot ego voluptates fero, quot risiones, quot iocos, quot suauia, saltationes, blanditias, prothymias.

**PROTHYRIS**, idis. f. [*προθυρις*] Ancon. Vitruu. 4, 6. Vid. 105 *Bald. Lex. p. 7.*



**PROTHYRVM**, i. n. [*πρόθυρον*] *Vestibulum in ianua domus, ita de priuatis aedibus dictum, ut propylaeum de vestibulo urbis, vel templi, vel regiae.* Auctor Vitruu. 6, 10 Item prothyra, Graece dicuntur, quae sunt ante in ianuis vestibula. Nos autem appellamus prothyra, quae Graece dicuntur Diathyra. Dixi autem penult. corr. quia Diathyrambus, quod ab eadem est origine, secundam corripit apud Hor. Carm. 4, 2, 10. Conf. Dig. l. 50 t. 16 de V. S. leg. 245.

**PROTINVS**, s. **PROTENVS**. Adu. [*αὐτίνα*] *Idem ac Protenus, i. Statim, et recta antrorsum via, quae est breuissima, quasi Porro tenus.* Significat itaque continuationem nulla re interruptam, ut uno tenore res peragatur. Hanc notionem retinet, licet deinde, pro reliqua circumstantia, simul, deinceps, immediate, a principio, aut similes particulae substitui possint, quod facere solent veteres et recentiores Interpretes. Vid. Non. 4, 384 Taubm. ad Virg. Ecl. 1, 14 Capellas Protenus aeger ago, i. non passim vagari patior, sed recta via et breuissima hinc ago. Vid. Taubm. ad Virg. Ecl. p. 8. Virg. Aen. 4, 196 Protinus ad regem cursum detorquet Hiabam. Protinus, id est, eodem die Scribon. 19. Plin. 15, 17 l. 18 In cinere lixiuio tingunt protinus, quam detraxere vitibus. i. Protinus postquam. Rogo te, ut Romam protinus pergas Cic. Q. Frat. 1, 3. Id. de Diuin. 1 c. 24 Deus praecepit Hannibali, ut pergeret protinus; quid retro atque a tergo fieret, ne laboraret. Et Fam. 3, 6 Clodius a me petiuit Corcyrae, ut Laodiceam protinus irem. Neque libelli protinus lecti erant Patere. 2, 57, 2. Virg. Aen. 6, 34 Quin protinus omnem Perlegerent oculis. Quinctil. in Aegro redempto, Traxerat ex firmitate mentis magnam protinus et in membra constantiam. Deinceps, exinde, ait Seruius, Virg. Georg. 4 pr. Protinus aërii mellis caelestia dona Exsequar. Sic quidni hic quoque sit iam statim? Sic Hor. Epist. 1, 18, 67 Protinus ut moneam, i. ut statim illuc praecipitum subiiciam. Vlpianus, Etenim parui refert protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fideiussoris vel rei personam, i. statim nullo alio intercedente. Sic idem Vlpianus in l. Sed et si, Ad Senat. Macedon. Videri pecuniam a donatore profectam protinus ad creditorem, et fieri numos accipientis. Cels. 3, 9 Neque ideo tamen non est temeraria, ista medicina, quia plures si protinus a principiis excepit, interemit. Sic utitur etiam 7, 8 Solet euenire vela prima natali die protinus etc. Et 7, 26 Id protinus in imbecillioribus ab ipsa curatione faciendum est. Id. 3, 6 Periti medici est, non protinus ut venit apprehendere manu brachium. Plin. 18, 17 Venti tribus temporibus nocent frumento et hordeo; in flore, aut protinus cum desloruere, vel maturefcere incipientibus. Cels. 3, 18 Leuato accessionis impetu, protinus mens redit. Quinctil. in prooemio 1 Altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur, quam qui praesumpta desperatione quo velint euadendi, protinus circa ima subsisterint. Principium est oratio prospicue et protinus perficiens auditorem attentum Cic. de Inuent. 1, 20. Virg. Aen. 10, 340 Traiecto missa lacerto Protinus hasta fugit, seruatque cruenta tenorem, r. ita via, uno tenore. Plin. 5, 9 Originem in monte inferioris Mauritaniae, non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem. Cels. 5, 26 Optime sirculum educit superimposita arundinis radix, si tenera est, protinus contrita; si iam durior, ante in mulso decocta. Plin. 16, 25 Concipiunt — alia protinus ut animalia, tardius aliqua, et diutius grauida partus gerunt. Virg. Aen. 7, 601

**Cornuque recuruo**

Tartaream intendit vocem, qua protinus omne Contremuit nemus.

Quando autem huic Aduerbio additur negatio, significat Non ideo: quemadmodum fit in Continuo et Statim. Quinctil. 10, 1 Non autem ut

quidque praecipue necessarium est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti. Plaut. Pseud. 2, 1, 13 Post ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus abducam. Virg. Aen. 8, 159 Protinus Arcadiae gelidos inuisere fines, dum recta via iter suum persequitur. Suet. in Octau. c. 38 Liberis Senatorum, quo celerius Reipub. assuescerent, protinus virilem togam, latum clauum inducere, et curiae interesse permisit. Non puto, protinus adsumere Accusantium, sed excidisse copulandi coniunctionem. Vid. CLAVVS n. 6.

**PROTINAM**. Adu. [*ἐπὶ πῶς*] *Idem apud veteres significabat.* Plaut. Caf. 5, 2, 16 Et si malum merui, hac dabo protinam, et fugiam. Et Idem apud Non. 4, 384 Dare pedibus protinam sese ab his regionibus. Nouius ibid. Vbi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi. Ter. Phorm. 1, 4, 13 Atque hinc me conicerem protinus in pedes. Vbi Donatus, Protinam fuit: et sic Nigidius legit. Varr. de L. L. 6, 6 p. 82, 29 Protinam a protinus continuitatem significans, nempe nullo neque spatio neque tempore interiecto. Plaut. Perf. 4, 5, 8 At ne cum argento protinam permutes domum. Idem Cure. 2, 3 extr.

**PROTOCOLLVM**, i. n. [*πρωτόκολλον*] *Quasi prima glutinatio, prima Scheda, primo loci glutinata in chartae scapis et in libris compactis.* In protocollis scaporum nomen auctoris s. officinae, locique adeo, et temporis quo charta confecta erat. In libris autem πρωτόκολλον nomen auctoris et operis titulus. Haec ex Graecis probat Salmas. ad Vopiscum p. 703 sq. Oppositum Eschatocollon, v. v.

**PROTOCOMIVM**, i. n. [*πρωτοκόμιον*] *Prima coma.* Veget. de Re vet. 2, 11, 4 Caput et tempora sub ipso Protocomio semisse inuris cauterio.

**PROTOGENES**, is. m. [*Πρωτογένης*] *Pictor nobilissimus, cui patria fuit Caunus, gens Rhodiis subiecta.* Palmam habet tabularum eius Ialysus, qui est Romae, dicatus in templo Pacis: quem quum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustineret, et sitim, ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturae quater colorem induxit subsidio iniuriae et vetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet. Haec et alia multa de Protogene Plin. 35, 10. Fabius 12, 10. et Gell. Vid. IALYSVS. ¶ 2 Per Ant-nomastiam Iuuen. Sat. 3, 120 Non est Romano cuiquam locus hic vbi regnat Protogenes aliquis, vel Diphilus aut Hermarchus i. Graeculi hominis, artis alicuius aut officinae, aut humanitatis addo et venustatis causa in domos nobiliorum assumti.

**PROTOLLO**, ère. [*πρωτὸλῶ*] *Vltra tollere.* Plaut. Pseud. 3, 2, 71 Manum si protollet, et pariter proferto manum. Auien. Arat. Phaenom. 568 Pleiades femoris pariter sub sine sinistri Perseus protollit, quasi suspensas a suo pede. ¶ 2 Protollere, [*αὐθάλασσαι*] *Difficere, prolongare.* Plaut. Casin. 3, 5, 43 Neque viri vitam finet in crastinum protolli Gell. 3, 16 Neque ultra decimum men-

sem fetura mulierum protolli potest. Plaut. *Caſ.* 2, 8, 11 Protollo mortem mihi.

PROTOME, es. f. Scalg. [*πρωτομή*] Prima aequi portio.

PROTOMYSTA, ae. m. [*πρωτομύστης*] *Mystarum princeps. Mystae autem sacerdotes appellantur, qui mysteria et ecclesiae secreta regunt, et administrant.* *Vititur Sidon. Epist.* 2, 9.

PROTONO, are. [*πρόρονται*] *Vocem, instar tonitru, horribilem emittere.* *Valer. Argon.* 4, 205

Deuolat inde furens, nec qua via, cūque profecti,

Nec genus ante rogat: sed tali protonat ira,

Incipite δ iuuenes, etc.

PROTONOTARIUS, i. m. [*πρωτονοταριος*] *Notariorum primus.*

PROTOPLASTVS, i. m. [*πρωτοπλάστης*] *Primo formatus, Adam.* *Tertull. Exhort. Cast. c. 2.* *Alcim. Auit.* 2, 35 *vbi alii protoplastum.* *Corripit primam Orient. Common.* 2 *Per pomum protoplaste cadis.*

PROTOPRAXIA, ae. f. [*πρωτοπραξία*] *i. Prima exactio, vel priuilegium, ut quis caeteris creditoribus anteponatur, ut explicat ipse Traianus, respondens Plinio suo ad illud Epist.* 10, 109 *Inueni a plerisque proconfulibus concessam eis protopraxian.*

PROTOSÉDEO, ere. *Tertull. de Coron. Mil. c. 15* *Protosedent et presbyteri coronati, i. praesident in thronis.*

PROTOSPATHARIUS, i. m. *Iuri reddendo praefectus apud Constantinopolim.* *Harmenopol. Epit.* 1 *Luitprandus de Reb. per Europam gest.* 3, 7.

PROTOSTASIA, ae. f. *Vt, Protostasiae munus, in l. 8 C. de munerib. patr. l. 3 de filiisfam. et quemad. pro his par. tenean. it. toto tit. de Protostasia in C. Theod. (11, 23) res obscurissima, ut fatetur Iac. Goshofredus ad l. 1 tituli citati, qui tamen illud tandem conficit, Protostasia fuisse principalem et summam tributorum curam in singulis municipiis et territoriiis per Orientem, periculo Protostatae.*

PROTOTOMVS, i. m. [*πρωτότομος*] *Primae sectionis. Primus caulis qui succiditur, vel cyma brassicae, a prima sectione, prototomus appellatus est, quae Verè sit: estque ipsorum caulium delicatior, tenuiorque cauliculus.* *Columel.* 10, 369

Sed iam prototomos tempus decidere caules. *Martial.* 10, 48

Et faba fabrorum, prototomique rudes. *Idem* 14, 101

Prototomis, pudet heu, seruiis coliculis.

PROTOTYPIA, ae. f. [*πρωτοτυπία*] *l. 2 C. Theod. de Protostasia et Prototypia, est, ut tandem conficit sub longa disputatione Goshofredus ad l. c. Munus formalis (i. uniformis et ad unum Prototypon, formam unam exacti) pretii statuendi pro tironibus.*

PROTRADO esse dicitur *Apul. Apol. . . .*

PROTRĀHO, xi, ctum, ere. [*πρότραω*] *In publicum, certe in conspectum trahere.* *Liu.* 28, 29 *Nudi in medium protrahantur, et simul omnis apparatus supplicii expromebatur.* *Lucret.* 5, 1387

Sic vnumquidquid paullatim protrahit aetas In medium, ratioque in luminis eruit oras, *Cic. Verr.* 4, 24 *Hinc in conuiuium Sextum Cominium protrahi iussit.* *Omnia protrahere in lucem Lucret.* 4, 1183.

Caput alicunde *Propert.* 3, 18, 26. *Latitantes indicio Ouid. Trist.* 3, 4, 72. *In medios aliquem protrahere, Statuere coram omnibus Virg. Aen.* 2, 123. *Cic. Philipp.* 1, 22 *Quis reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? Protrahere ad iudicium Lii.* 33, 28. *Verum protrahere alicunde Elicere Lucret.* 1, 410. *Augere: Valer. Max.* 1, 5, 8 *de Caio Cassio, Vt rapacissimi victoris insolentiam dicti tumore protraheret.*

¶ 2 *Protrahere, [ἀναβάλλειν] Differre, prolongare: Ter. Andr.* 2, 1, 15 *Credo impetrabo, ut aliquot saltem nuptiis protrahat dies.* *Hoc loco Donatus legit Prodat. quod recte sequuntur, bodie.* *Protrahere et differre Suet. Neron.* c. 32. *Mors lenta protrahatur longa fame Senec. Herc.* 60

*fur.* f. 6.

PROTRACTVS, a, um. *Part. [ὑφελκθῆς] Ad arma protractus Sil.* 16, 84.

PROTRACTE. *Adu. Sarisb.* 2, 26 *Protractius derideri.*

PROTRACTIO, ōnis. f. *Macrob. Sonn. Scip.* 1, 12 *Quae est prima protractio. de lineis.*

PROTRACTVS, ūs. m. *Apul. Met.* 11 *Sacerdos in ipso protractu pompae roseam manu dextra fistro cohaerentem gestabit coronam.* *Al. Procinctu. Vid. Elmenhorst. Emend. ad p. 259.*

PROTREPTICVS, a, um. *Adi. [πρωτρεπτικός] Instructius et exhortatiuus.* *Symmach. Epist.* 1, 25 *Indulge stilo, aliquidque didascalicum seu protrepticum scribe.* *Add. Id. Epist.* 1, 31. *Auson. Epist.*

*ad Eidyl. Libellum instar protreptici luseram. Capitolinus in Gallien. c. 2 pr. ait librum, cui titulus est Hortensius, scriptum esse a Tullio ad exemplum protreptici. Conf. Treb. Pollio de Gallien. c. 2. Absolute etiam Protrepticon exstat loco tituli in Stat. Silii. 5, 2. et in Auson. Eidyll. 4 quod utrumque carmen adhortationes ad virtutem continet.*

PROTRIMENTVM, PROTRITVS, *vid. PROTERO.*

PROTRŌPVM, i. n. [*πρότροπον*] *Genus vini. Plin.* 14, 9 *Sed inter haec genera potuum ponere debeo et protropum; ita appellatur a quibusdam mustum sponte defluens ante quam calcetur uuae.* *Add. ib. c. 7.*

*Protropum vinum, dicitur a Columel.* 12, 41, 1 *Mustum lixiuium Latine: Mustum, inquit, lixiuium de lacu statim tollito: hoc autem erit, quod distillauerit ante, quam nimium calcetur uua. Protropi appellatio Graecis ab eo deducta apparet, quod calcaturam et praetium sponte effluendo praeruertat: ἀπὸ τῆ πρότροπον τὸ ἕκπιζεσθαι. quod ipsum ex Plinii verbis clarum est.*

PROTRŪDO, si, sum, ere. [*πρόβω*] *Porro, siue ultra trudere. Cic. de Fato* 43 c. 19 *Vt igitur inquit, qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit; sic, etc. Protrudere aëra Lucret.* 4, 247. *Paullatim moles protruditur atque mouetur Lucret.* 4, 889. *Protrudere opus, apud Vitruuium* 2, 8. *Vid. ORTHOSTATA.*

PROTRYGĒTON, i. n. [*πρωτρυγέτον*] *Stella ad dextram Virginis, quam nostri prouindemiam vocitant Vitruu.* 9, 6.

PROTVBĒRO, are. *Instar tuberis eminere. Solin. c. 45 (57) de Bucephalo, De fronte eius quaedam exstantium corplicolorum minae protuberabant. Et c. 46 (59) Poma protuberant.*

PROTVMĪDVS, a, um. *Adi. Apul. de Deo Socrat. p. 96* *Luna protumida.*

PROTVRBO, are. [*ἀπαρβάζω*] *Porro, siue ultra, et a se, aut extra turbare, Repellere. Lii.* 5, 47 *Iamque et alii congregati telis, missilibusque saxis proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa, acies in praeceps deferri. Plin.* 11, 19 *Apes pigras et ignauas proturbant. Columel.* 6, 37 *Nisi ea prius marem cognouit, adsilientem admistrarium*

*105 a*

calcibus proturbat. Proturbare aliquem Tacit. Annal. II, 8.  
 Hostem eminus missilibus Virgil. Aen. 10, 801. Hinc cominus  
 atque hinc Id. ibid. 9, 441. A folio aliquem Valer. Argon. 1,  
 597. Extra tecta Columel. 9, 15. Iraque anhelatum pro-

5 turbat pectore murmur Sil. 5, 605.  
 PROTUTOR, ōris. m. Nisi distincte pro tutore malis legere,  
 est, Qui aut se ingerit in tutelam, aut pro ipsomet tutore occupato, tuetur.  
 Romanum cum domesticis custodiendum protutoribus committi man-  
 davit Amnian. 29, 5. l. i §. i de eo, qui pro tutor. l. ult. de tutel. et  
 10 rat. distrahen. l. 3 §. pen. de contrah. iudic. tutel. et multis aliis locis,  
 in P. Hinc PROTVTELAE actio, quae in Protutorem datur, l. 4  
 de testam. tutel. l. penult. de tut. et rat. distr. in P. Vlpian. l. i D. §. 8.

PROTYPVM, i. n. [πρότυπον] Quod in typi vicem ante forma-  
 tum est. Plin. 35, 12 l. 43 Primusque personas tegularum extremis  
 15 imbricibus imposuit, quae inter initia protypa vocauit: postea idem  
 ectypa fecit. vid. Harduin. ad Plin. c. l.

PROTYRVM, i. n. Vinum apud insulam Lesbos Vitruu. 8, 3.  
 PROVĒHO, xi, etum, ěre. [πρόχωω, ἐπιδίδωμι] Producere. Plaut.  
 Rud. 3, 6, 25 Quia pol prouexi, auehere non quivi miser. Liu. 22,  
 20 pr. Itaque ad Honescam classe prouecti, excensu e nauibus in  
 terram factu, quum vrbein vi cepissent, etc. Cic. Verr. 5, 47  
 c. 33 Posteaquam paulum prouecta classis est, et Pachynum quinto die  
 denique appulsa est. Ultra prouehi Virgil. Aen. 3, 481. Vl-

terius prouehere Propert. 2, 15, 19. Ratem prouehere per fre-  
 25 ta Valer. Argon. 4, 421. Prouehimur pelago vicina Ceraunia  
 iuxta Virgil. Aen. 3, 506. Atque etiam homines agrestes inani  
 spe ad aquas vsque Puteolanas prouehuntur Cic. Philipp. 8, 9. Pro-

uehi equo Liu. 23, 47. Prouehere mulis Plin. 21, 13. 2  
 Metaph. adhibetur, ut progredi: Cic. ad Brut. 15 Sed prouehor  
 amore: non enim id propositum est, huic epistolae Messalam vt lau-

30 dem, i. Rapor. Longius in amicitia prouecti, vid. LONGVS.  
 Eo vsque corruptionis prouectus est Tacit. Annal. 2, 55. Vnde  
 et quousque iam prouecta sit orandi facultas Quintil. 2, 16. Pro-

cedere: Cic. de Finib. 3, 74 c. 22 Sed iam sentio me esse longius  
 35 prouectum quam proposita ratio postularret, verum admirabilis compo-  
 sitio disciplinae, incredibilisque rerum traxit ordo. Paulo longius  
 oratio mea prouecta est Id. pro Rosc. Com. 31 c. 11. Paruula causa,  
 est satis, a tergo quae prouehat, etc. Lucret. 4, 195. Vitam in altum

40 prouehere Id. 5, 1433. In maius prouehere Horat. Carm. 3, 4, 66.  
 Prouehi in maledicta Liu. 35, 48 extr. Prouehere vitam suam in  
 periculum Cic. pro Milon. 57. Prouehi ad optatos exitus Id. Offic. 2, 15.  
 Paullatimque per altercationem ad continuas et infestas orationes pro-

uecti sunt Tacit. Histor. 4, 7. Prouecta prudentia vsque ad ex-  
 tremum Cic. de Senect. 27. Id. pro Domo 32 c. 12 Sed quum  
 45 me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attente au-

diendo benignitas Prouexit orationem meam: sed hoc compensabo  
 breuitate, etc. Prouexit me haec spes Liu. 2, 50. Proue-

here aliquem ad dignitatem Plin. Epist. 10, 8. Ab eo in consti-  
 50 lare prouectus fastigium Patere. 2, 69, 1. Plin. Epist. 8, 12 Vir  
 est optimus, et inter praecipua saeculi ornamenta numerandus: colit  
 studia, studiosos amat, fouet, prouehit. Sulpitium longius quam  
 voluit, popularis aura prouexit Cic. de Arusp. Resp. 43. Ultra,

quam homini datum est, prouehi Quintil. in prooem. 6. Ecquo  
 te tua virtus prouexisset? Cic. Philipp. 13, 24.  
 55 PROVĒHENS, entis. Partic. [πρόχων] Liu. 40, 14 Illa  
 etiam (prauo forsitan) gaudio prouehente, quod etc.

PROVECTVS, a, um. al. Partic. [πρόχθεϊς] Cic. de Senect.  
 55 Ignoscetis autem: nam studio rusticarum rerum prouectus sum,  
 et senectus est natura loquacior. Prouectus et delapsus in flumen  
 60 Id. de Diuin. 1, 58. Id. de Senect. 10 c. 4 Quanquam eum colere  
 coepi, non admodum grandem natu, sed tamen iam aetate prouectum.  
 Aetate prouecta mortua est Id. Tusc. 1, 94 c. 39. Longius pro-

uectus Aetate Id. de Clar. Orat. 129. Bellum longius Tacit.  
 65 Histor. 3, 46, 1. Dignitas longius Id. ibid. 1, 1, 5. Nox  
 erat prouecta Tacit. Annal. 13, 20, 1. Senectus prouecta Id. ibid. 1, 4.  
 Comparat. Prouectior senectute Arnob. 6 p. 195. Equi proue-

ctiores Pallad. 4, 13 extr. sc. aetate. Nestore prouectior Au-  
 son. Epigr. 19.  
 70 PROVECTVS, ūs. m. Progressus. Sidon. Epist. 4, 4 Pro-

uectu aetatis. conf. Cassiodor. Epist. 1, 24. Dictys Cret. 6, 11  
 Infula prouectu frugum redundatura. al. Prouentu.

PROVECTIO, ōnis. f. Lactant. 5, 11 Prouectio dignitatis.  
 PROVECTIBILIS, e. Adi. Fulgent. de Cont. Virg. p. 147 Inge-  
 75 nio natum est prouectibile, i. quod proficere et prouehi in melius  
 possit.

PROVĒNIO, vēni, ventum, ĩre. [πρόσινμι] Venire in conspei-  
 etum. Plaut. Pseud. 1, 5, 155 Nam qui in scenam prouenit nouo  
 modo, aliquid nouum inuentum asserre addecet. A fructibus  
 frugibusque petita translatione, Crescere fructificare. Plaut. Truc.

80 2, 6, 35 Quum tu recte prouenisti, quumque es aucta liberis, gratu-  
 lor. Est nempe Prouenire, [φείσθαι] Produci, nasci: Plin. 9,  
 10 extr. Neque aliud ibi animal prouenit. Carmina proueniunt  
 85 animo deducta sereno Ouid. Trist. 1, 1, 39. Plin. 8, 19 Vt ex  
 studiis gaudium, sic studia hilaritate proueniunt. Proueniebant

90 oratores noui, stulti, etc. Cic. de Senect. 20 c. 6 ex Naeuio. Plaut.  
 Men. 5, 5, 61 Nimis prouentum est nequiter. i. Pessime res cecidit.  
 Cic. de Finib. 1, 47 Nec quid prouenturum sit prouident. An-

95 nus fecundior prouenit Ouid. Fast. 4, 672. Proueniant mediū  
 sic mihi saepe dies Id. Amor. 1, 5, 26. Succedere: Tacit. Hi-

stor. 2, 16, 2 Inani auxilio etiam si prouenisset. Ipsi etiam homines  
 bene aut nequiter prouenire dicebantur, quibus res vel pulchre vel secus  
 succederent. Cuius formulae plurima exempla apud Plautum, v. g.  
 Truc. 2, 4, 33 ad eam, quae putabatur puerpera, Cum bene proueni-

100 95 es aucta liberis, Gratulor. Id. Rud. 3, 5, 57 Edepol proueni nequi-  
 ter multis modis. Add. et Sticho 2, 3, 72. conf. item Columel. 4, 29.  
 PROVENIENS, entis. Partic. Ouid. in Nuce 10 Fructus  
 proueniens.

PROVENTVS, a, um. Partic. Macrobi. Saturn. 7, 12 extr. Ideo  
 100 ex aspiratione oris prouenta suauitas excluditur.  
 PROVENTVS, ūs. m. [πρόχων, πρόσδος] Ortus vel Redi-  
 tus non tantum bonarum, sed etiam malarum rerum, vid. Non. 12, 12.  
 Plautus, Calamitatum et miseriarum tot prouentus. Plin. 8, 55  
 Certum est Balearicos aduersus prouentum eorum, auxilium militare  
 105 a Diuo Augusto petisse. de Cuniculis loquitur. Lactis Plin. 20,  
 12. conf.

12. *conf.* Virgil. Georg. 2, 518. Poëtarum Plin. Epist. 1, 13.  
 Orationis Id. ibid. 9, 13, 18. Scelerum nouorum Lucan. 2, 61.  
 Prouentus dapfiliis, *vid.* DAPS. Onerare fulcos prouentu Vir-  
 gil. Georg. 2, 518. Triferus prouentus Plin. 15, 18. *Pro*  
*Succellu*: Caes. B. C. 2, 38 Multum ad hanc rem adiuvat adolefcentia, magnitudo animi, superioris temporis Prouentus, fiducia rei bene gerendae. Valer. Max. 5, 10 *de Aemylio Paulo*, Quum in maximo prouentu felicitatis vestrae Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliretur, etc. Fauet Ruffino Aemilianus et prouentum cupit Apulei. Apol. p. 335.

PROVENTO, *äre.* Frequentat. Naeu. *apud* Cic. de Senect. 20  
 c. 6 Prouentabant oratores noui, stulti adolefcentuli, *al.* proueniebant.

PROVERBIVM, i. n. [*προιουμια*] dicitur quasi publicum et Commune omnium verbum: est enim sententia, quae in ore omnium versatur. Cic. Philipp. 13, 27 c. 12 Illud tamen verum, quod in hoc Planco prouerbii loco dici solet, perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent. Opportune aptata proueria Quintil. 6, 3. Cessit in prouerbium, *vid.* CEDO. Contritum vetustate prouerbium, *vid.* CONTERO. Cic. Acad. 4, 57 Videsne vt in prouerbio sit, ouorum inter se similitudo? *add.* Id. Offic. 1 c. 16. Quod est Graecis hominibus in prouerbio Id. Verr. 1, 53. Tangunt eum proueria Ouid. Fast. 5, 489. Tritum sermone prouerbium Cic. Offic. 1, 33 c. 10. Tritum vetustate prouerbium Id. ibid. 3 c. 19. Venit in prouerbium Liu. 40, 46 *extr.* Venit in consuetudinem prouerbii Cic. Offic. 2, 55 c. 15 *extr.* Versari in communi prouerbio Id. Verr. 1, 121 c. 46. Vertere in ludicrum prouerbii, *vid.* LVDICRVS. Cic. de Senect. 7 c. 3 *in.* Pares enim cum paribus, veteri prouerbio facillime congregantur.

PROVERBIALIS, e. Adi. Versus prouerbialis Gell. 2, 22.

PROVERBIALITER, Adu. Ammian. 29, 17 Prouerbialiter dici solet.

PROVERSVS, a, um. Varro de L. L. 6, 5 p. 78, 12 Apud Plautum, Vt transuersus, non prouersus cedit, quasi cancer solet. Dicitur ab eo, qui in id, quod est versus; (*Sic Scalig. sed Sciopp. p. 130* Qui it in id, quod est in versu) et ideo qui exit in vestibulum, quod est ante domum, prodire et procedere dicitur. Quod quum leno non faceret, sed secundum parietem transuersus iret, dixit: vt transuersus cedit, quasi cancer: non prouersus, vt homo. Haec Varro. Sic Prouersum fulgur apud Festum, quod ignoratur, noctu an, interdiu sit factum. Sed suspicatur Scalig. ex errore hoc esse vel Festi, vel Paulli, pro Controuersum. Et sane con et contra sic solent contrahi in scriptura Longobardica, vt in pro mutari possint.

PROVIDEO, vidi, visum, *äre.* [*προνοω, προμηθευμαι*] Ante vel a longe, et futurum aliquid videre, antequam sit factum. Cic. de Diuin. 2, 15 Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet, insidias imperator, tempestates gubernator: et tamen ipsi saepe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur. Id. Tusc. 1, 66 Quod et praeterita teneat, et futura prouideat. Est boni Consulis non solum videre quid agatur, verum etiam prouidere, quid futurum sit Id. pro Muraen. 4. Prouidere in posterum Id. de Legib. 3, 44 c. 2. Prouidere exitus Id. Fam. 6, 4 *pr.* Ehem, optime: quemadmodum tu aduenisti? Non hercle te prouideram *i.* Animadverteram Plaut. Afin. 2, 4, 43. Sic Horat. Epist. 1, 7, 69 Quod non mane domum venisset: denique quod non Prouidisset eum. Plin. Epist. 92 Quod quidem semper quasi prouideret hoc tempus, sedulo facit. Caes. B. G. 7, 30 Plusque Animo prouidere et praesentire existimabatur, quod, etc. Coniectura aliquid Cic. Attic. 1, 1. Ante occupatur animus ab iracundia, quam prouidere ratio potuit, ne occuparetur Id. Q. Frat. 1, 1, 31. Celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo Id. pro Lege Manil. 29. ¶ 2

Vt, Videre, Prospicere, Curare etc. Sic Prouidere est [*φουλάττειν*] Cauere. Terent. Andr. 1, 3, 4 Quae si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt, *vid.* Donat. h. l. Id. Heaut. 1, 1, 63 Putauit me aetate et beneuolentia plus scire et prouidere, quam seipsum sibi. Fortuitos casus nullum humanum consilium prouidere potest Vlpian. in l. 2 §. si eo D. de administr. rer. ad Rempubl. pertinent. Nisi prouidisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset Cic. Verr. 1, 157. Prouidere et praecauere Id. pro Planc. 53 c. 22. In posterum quam longissime prouidere Id. Philipp. 7, 19 c. 7. Quum videtur praecaueri potuisse, si prouisum esset Id. Tusc. 3, 52. Actum est de te, nisi prouides Id. Fam. 9, 18 (19). Cic. Tusc. 1, 78 Sed, ne accidat, prouidebo. Quidquid prouideri potest prouide, ne, etc. Id. Attic. 5, 11. Quid in quaque parte prouideri opus esset, etc. Caes. B. G. 3, 22. Omnibus rebus cura et prouide, ne etc. Cic. Attic. 11, 3. Iam focii ne spoliarentur, fide ac officii prouiderunt Id. Verr. 5, 126. Animo salutis alicuius Id. in Catilin. 3, 4. Sibi ex iniuria alterius Id. Verr. 1, 85. Id. Fam. 10, 4 Quantum viribus-eniti, consilio prouidere, auctoritate mouere potuero. Caetera, quae consilio prouideri poterunt, cauebuntur Id. Attic. 10, 18 (16). Consulere omnibus, mederi incommodis hominum, prouidere salutis Id. Q. Frat. 1, 1. Ex aliorum euentibus, rationibus suis prouidere Auctor ad Herenn. 4, 14 c. 9. Vitae hominum Cic. de Nat. Deor. 1, c. 2. Alicui contra aliquem Id. pro Caes. 22. Huic loco, per deos immortales, Iudices, consulite et prouidete Id. Verr. Aët. 1, 43. Publice Id. Anteq. iret in exil. 9. *i.* Communi salutis consulere. Magnopere prouidendum, *vid.* MAGNVS. Sane multum in eo Reipubl. prouisum est Cic. Attic. 7, 14. A me ita praecautum et prouisum est Id. ibid. 2, 1. Prouidere rebus necessariis, Res necessarias comparare: Cic. . . Satis iam omnibus quae necessaria erant, prouisum putabant. Prouidere rei frumentariae Caes. B. G. 5, 8. Prouidere rem frumentariam Id. ibid. 6, 9. Prouidere in hie- mes pabulum Plin. 8, 38. Prouidere auctorem industrium Columel. 6, 27. Prouisum hoc legibus, *i.* Cautum Plin. Epist. 3, 9, 95 Prouisum a diis immortalibus Cic. de Nat. Deor. 2, 133. Prouisum est rationibus multis, ne noceri possit Verri Id. Verr. Aët. 1, 27. Terent. Phorm. 5, 2, 14 Prouisum est, ne in praesentia haec hinc abeat. Mouere, ferre: Pacuius Teucro, Aut me occide, illa hinc sine vsquam prouideam gradum Non. 2, 656.

PROVISVS, a, um. Partic. [*προπαραμμένος*] Columel. 9, 8. Paratus, et prouisus Plin. Epist. 1, 14. Frugis prouisae copia in annum Horat. Epist. 1, 19 (18) 109. Caes. B. C. 1 c. 49 Multum erat frumentum prouisum, et conuectum superioribus temporibus. Rem prouisam verbaque non inuita sequentur Horat. in

100

100

Arte Poët. 311. Ratio explorata et prouisa Cic. Verr. 1, 15 c. 6.  
Cui viuendi via considerata atque prouisa est Id. in Parad. 5. His  
rebus prouisis Columel. 9, 8. Prouisa sunt leuiora Cic. Tusc.  
3, 31 c. 15.

5 **PROVISVS**, ūs. m. [*προβόσις*] Tacit. Histor. 2, 5. Dispo-  
situ prouisuque ciuiliū rerum peritus. Prouisu periculi Tacit.  
Annal. 1, 27, 3. Nullo rei frumentariae prouisu Tacit.  
Annal. 15, 8, 1. Prouisu Deūm, i. Prouidentia Id. ibid. 12, 6, 3.

**PROVISIO**, ōnis. f. [*προβόσις*] Cic. Tusc. 3, 30 c. 14. Ta-  
10 men quoniam multum potest prouisio animi et praeparatio ad minuend-  
dum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata. Id. in  
Orat. 189 Vitiosum genus, et longa animi prouisione fugiendum.  
Cautio et prouisio Id. de Amicit. 80 c. 21. Posteri temporis  
prouisio Id. in Partit. 69 c. 20. Summis gubernandae reipubli-

15 cae prouisionibus Eumen. Rhet. de Restaur. Schol. c. 5.  
**PROVISOR**, ōris. m. [*προβόστης*] Horat. in Arte Poët. 164  
Vtilium tardus prouisor, prodigus aeris. de iuuen. Inscript. Vet.  
apud Gruter. p. 459 n. 1 **ORDINIS PROVISORI**.

**PROVISO**, si, sum, ĩre. [*πρὸς τὸ ὄσιν ἐρχομαι*] *Visum venio.*  
20 Nam duo significat, inquit Donatus: Procedere, et Videre. Terent.  
Eun. 3, 1, 4 Hoc prouiso, vt tibi tempus fiet, deducam. Idem  
Adelph. 5, 6, 1. conf. Plaut. Men. 5, 1, 4. Prouisi, Praeteritum:  
Horat. Epist. 1, 7, 69 Denique quod non prouississet eum. Men-

25 dose in nonnullis libris legitur Praeuidisset, vt vult Lambinus: Sed ho-  
die editur Prouidisset. Prouisere aliquem, i. Spectare num ve-  
niat. Plaut. Stich. 5, 1, 4 More hoc fit, atque est ita mea sententia:  
si quem hominem expectant, eum solent prouisere, qui hercle illa  
causa nihil ocus venit; idem ego nunc facio, qui prouiso Sagari-

30 num, qui nihil ocus venit.  
**PROVIDENS**, ior, issinus. [*προουίδης*] Prudens, qui praeui-  
det futura et cauet. Plin. Epist. 4, 17 Quod tum recordor, intelli-  
go mihi laborandum, ne qua parte videar hanc de me fiduciam prouid-  
entissimi viri destituisse. Cic. Fam. 6, 6 Homo valde est acu-  
tus et multum prouidens. Id. ibid. 3, 1 Id enim mihi et ad

35 breuitatem est aptius, et ad reliquas res prouidentius. Gratia  
prouidentissima Tertull. de Refurr. Carn. c. 63. Princeps prouid-  
entissimus Frontin. de Aquaed. 1 p. 225 Keuch. Prouidentissi-  
mus Imperator Plin. Epist. 8, 17. Tacit. Histor. 1, 85, 6 Prouid-  
entissimus quisque. Inscript. apud Gruter. p. 258 n. 6 **PROVI-**

40 **DENTISSIMO IMP. CAES. MARC. ANTONIN. VERO**  
**INVIC. AVG.**  
**PROVIDENTER**. Adu. [*προουίδης*] Sallust. Iugurth. c. 90  
Cibum satis prouidenter exornare. conf. Plin. Panegy. 1, 2 et Lactant.  
3, 17. Vlpian. l. 1 D. de tign. iunct. Quod prouidenter lex effe-

45 cit, ne vel aedificia, etc. Superlat. Cic. de Nat. Deor. 3, 95  
c. 40 Quae de prouidentia deorum ab illis sanctissime et prouidentis-  
sime constituta est.

**PROVIDENTIA**, ae. f. [*πρόνοια, προουίδεια*] Prudentia prouid-  
endi futura. Cic. in Hortens. . . Id enim sapientis est, prouidere:  
50 ex quo sapientia appellata est prouidentia. Id. de Inuent. 2, 160  
c. 53 Prouidentia, est per quam futurum aliquid videtur, ante quam  
factum sit. it. sapientis est prouidere, ex quo sapientia appellata est  
prouidentia *ibid.* Patere. 2, . . . Nec temerario consilio, nec se-

55 gni prouidentia vsi, speculatiueque opportunitatem, ferro sibi ad suos  
peperere redditum. Neque feriendi neque declinandi prouidentia  
est Tacit. Histor. 4, 29, 3. conf. Id. Annal. 13, 3, 3. Prouidentia,  
qua cogitationes in longinqua praemittimus maximum bonum  
conditionis humanae Senec. Epist. 5. ¶ 2 Prouidentia,  
Deo singulariter tribuitur, quin pro Deo saepe ponitur. Quinctil. de

60 Cicerone 10, 1 Dono quodam prouidentiae genitus, in quo totas vires  
suas eloquentia experiretur. Materiae rerum ex qua et in qua  
omnia sint, fictrix et moderatrix diuina prouidentia Cic. de Nat. De-  
or. 3, 91. Mundus diuina prouidentia constitutus Id. de Vniuers.  
8 c. 3 *extr.* Nullam terras despiciere prouidentiam tester Quin-

65 ctil. in Prooem. 6. Prouidentia, quae πρόνοια Graece dicitur, haec  
potissimum prouidet, et in his maxime est occupata, primum, vt, etc.  
Cic. de Nat. Deor. 2, 58. Deorum prouidentia mundum admini-  
strari Id. de Diuin. 1, 117 c. 51. Regaturne prouidentia mundus  
Quinctil. 5, 7. ¶ 3 Prouidentia, peculiariter usurpata

70 Pomponio in l. Quintus Mutius, in fine D. de annuis leg. et fideic. Et  
magis enim est, vt prouidentia filiorum suorum hoc fecisse videatur,  
i. dum his prouidet.

**PROVIDVS**, a, um. Adi. [*προουίδης*] Diligens, solers. Plin.  
Epist. 2, 10, 5 Sed dispice, ne sit parum prouidum, sperare ex aliis,  
75 quod tu ipse non praestes. Cic. pro Rosc. Amer. 117 c. 46 Itaque  
nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur  
Cauti prouidique fuisse. Id. de Nat. Deor. 2, 128 Atque vt in-  
telligamus nihil horum esse fortuitum, et haec omnia esse opera prouid-  
dae solertisque naturae: quae multiplices fetus procreant, vt fues, vt

80 canes: iis mammaram data est multitudo. Astu prouidus Stat.  
Theb. 6, 766. Rerum vestrarum prouidus Tacit. Annal. 4, 38.  
Multorum prouidus Horat. Epist. 1, 2, 19. de Vlysse, Actor  
prouidus Stat. Theb. 10, 323. Augur Ouid. Met. 12, 18. Au-  
spex Horat. Carm. 3, 27, 8. Cura Ouid. Fast. 2, 60. Ho-

85 mo animal prouidum, sagax, etc. Cic. de Legib. 1, 22 c. 7. La-  
bor Sil. 7, 65. Mens Horat. Carm. 3, 5, 13. Mens prouid-  
da rerum futurarum Cic. de Diuin. 2, 117 c. 57. Natura con-  
sultrix et prouida Id. de Nat. Deor. 2, 58. Orator prudens et  
prouidus Id. in Partit. 15. Virtus Ouid. in Eutrop. 402.

90 **PROVIDE**. Adu. [*προουίδης*] *Discretus.* Plin. 10, 33 Iam  
publicum quidem omnium est, tabulata ramorum sustinendo nido  
prouide eligere.

**PROVINCIA**, ae. f. [*ἐπαρχία*] Proprie Prouinciae dictae sunt,  
Regiones extra Italiam bello acquisitae, quod eas Romanus Populus pro-  
95 vicerit, id est ante vicerit, inquit Festus. Seu, vt aliis placet, quod  
porro i. longe a Roma victae sint. Cic. Verr. 2, 2 Primum quod  
omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidem-  
que Pop. Roman. applicuit, id quod ornamentum imperii est, prouin-  
cia est appellata. A Sicilia etiam incipit enarrare prouincias, quas

100 tum erant, adiecto, quis quamque redegerit Vellei. 2, 38 seq. Ac de  
ipsa antiquitate et historia Prouinciarum Romanarum, et iure, totis libris  
homines eruditissimi egerunt, vt On. Panuinius in Imperio Romano, Carolus  
Sigonius libris duobus de Iure prouinciarum. Paullus Manut. in opere  
de Legibus: quorum inuentis multas praeclaras obseruationes addidit

105 Spanhem. tum de Vsu et praest. num. Diss. XIII. tum in Orbe Rom. qui il-  
lud

*lud in primis ostendit, licet prouinciae suis legibus priuatae ordinariae essent, et ex iure Romano et legibus a X Legatis scribi solitis a praeside ius illis diceretur, tamen fuisse in illis αὐτονομίαις s. liberarum ciuitates suis legibus utentes etc.* Nostrum est modo nomen ipsum, et formulas, quas illud ingreditur, locis veterum prolatis illustrare: quam illud monuerimus, Ciceronis primam omnium ad Q. Fratrem epistolam nihil esse aliud, quam adhortationem de prouincia Asia recte administranda: ac multa esse, quae huc pertineant in epistolis ad Lentulum, ad Appium etc. itemque in Ciceronis Orat. de prouinciis Consularibus, qua Caesari continuari Gallias suasit, quae res fatalis Reipubl. fuit et ipsi Tullio. Sed ad rem. Animorum prouinciae prudens Tacit. Agric. 19 i. Prouincialium. Annuae Cic. de Prouinc. Consul. 17. Consulares Cic. pro Domo c. 9: et tota quam laudamus toties Oratio. Illustris, vid. ILLUSTRIS. Infesta, vid. INFESTVS. Locuples ac referta, vid. Locuples, in LOCYS. Pacatissima, vid. PACATVS. Praetoriae ne plus quam annum, neue plus quam biennium consulares obtinerentur Cic. Phil. 1, 19 c. 8. Accedere in prouinciam, vid. ACCEDO. Cic. Fam. 1, 7 Quum aliquantum ex prouincia, atque ex imperio laudis Accesserit. Accipere prouinciam, vid. ACCIPIO. Adiungere prouincias ad imperium, vid. ADIVNGO. Administrare prouinciam, vid. ADMINISTRATIO. Capere prouinciam, vid. CAPIO. Commorari in prouincia Cic. de Prouinc. Conf. 29 c. 12. Coniunctae (prouinciae) Galliae duae vno imperio Idem ibid. 3. Communicare prouinciam, vid. COMMVNICO. Constat ea prouincia primum ex eo genere sociorum, quod est ex hominum omni genere humanissimum, (Graecos Asiaticos intelligit) deinde ex eo genere ciuium, qui aut — publicani sunt — aut — negotiantur Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 5 c. 1. Decernere prouinciam, est Dicere sententiam, ut quis mittatur in prouinciam administrandam Id. Orat. de Prouinc. Conf. pr. Hos de prouinciis si non aliquando Deducendi essent, Deripiendos non putaretis? Idem de Prou. Conf. 13 c. 6. Idem in Pison. 5 Ego prouinciam Galliam Senatus auctoritate, etc. In concione deposui Idem Fam. 5, 2. Idem pro Sull. 52 Illam sibi officiosam prouinciam Depoposcit, ut prima luce Consulem salutatum veniret. Idem pro Flacc. 32 Qui quum omnes Asiae ciuitates proportionem in prouincias Descripsisset. de L. Sulla. Idem Verr. 4, 51 c. 23 Illam sibi ab isto prouinciam Datam. Ducere prouincias Tacit. Ann. 3, 58. Plus est prouinciam Retinere quam Facere Flor. 2, 17, 8. conf. Id. 4, 12, 29. Habere prouinciam auctoritate Senatus, et sorte Cic. in Pison. 50. Habere desponsam non decretam Idem de Prou. Conf. 37 c. 15. Mitti in prouincias SC. in Cic. Fam. 8, 8. Multari imperatorem deminutione prouinciae contumeliosum est Cic. de Prouinc. Conf. 38 c. 15. Prouincia Macedonia, quae erat ante Munita plurimorum imperatorum non turribus, sed tropaeis; quae multis victoriis erat iam dudum triumphisque pacata, sic Barbaris — Vexatur etc. Cic. de Prouinc. Conf. 4 c. 2. Idem pro Flacc. 85 Quum prouinciam Asiam Consulari imperio Obtineres. Prouinciae octo, quas Praetorii pro Praetore Obtinerent Idem Fam. 8, 8. Ornatur prouincia, quum magistratus, cum praescripta regendi forma, ei decernitur: vid. Torrent. ad Sueton. Caes. c. 18. Perdomare prouinciam aliquam, vid. PERDOMO. Petere ambitiosissime prouinciam Quinctil. 6, 3. Praeesse alicui prouinciae Cic. pro Font. 2 c. 1. Proficisci in prouincias Senatus. in Cic. Ep. 8, 8. Redigere in prouinciae formam Sueton. Caes. c. 25. Sic Vell. 2, 38, 1 Quae cuiusque ductu gens ac natio Redacta in formulam prouinciae stipendia pacta sit. Referebatur de prouinciis Quaestorum, et de ornandis Praetoribus Cic. Q. Frat. 2, 3. Redditaque est omnis populo prouincia nostro Ouid. Fast. 1, 589. Nostra triumphati fuerint prouincia Parthi Claudian. de Conf. Honor. 4, 316. ¶ 2 Non perpetuo utuntur illa propria Prouinciae significatione scriptores: sed aliquanto latius patet illud nomen, ut omne munus publicum, omnem rei gerendae potestatem notare videatur. Sic Liu. 10, 24 Patriciis tendentibus, ut Fabius Etruriam extra ordinem prouinciam haberet. Sic saepius illo loco. Sic c. 25 L. Volumnio Samnium prouinciam dari. Sic Aquaria prouincia Cic. in Vatin. 12 c. 5 de qua Lips. Antiqu. Lect. 1, 12. Eadem Ostiensis Cic. pro Mur. 18 c. 8. Legatoria Id. Att. 15, 9. in quam mittuntur legati, non ad rem gerendam, sed frumenti emendi causa. ¶ 3 Sed alia etiam quaecunque negotia sic appellantur. v. g. Ter. Phorm. 1, 2, 22 O Geta prouinciam cepisti duram, custodiendi adolescentulos. Idem Heaut. 3, 2, 5 Idcirco huic nostro tradita est prouincia. Plaut. Capt. 1, 2, 53 Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam. Cic. pro Cael. 63 c. 26 Deinde eam prouinciam susceperint, ut in balneas contruderentur.

PROVINCIATIM. Adu. [κατ' ἐπαρχίας] Per Prouincias. Sueton. Aug. c. 49 Ex militaribus copiis legiones et auxilia prouinciatim distribuit. conf. Ammian. 31, 10.

PROVINCIALIS, e. Adi. [ἐπαρχιωτής] Prouinciales dicti sunt, qui ex prouinciis sunt, sive ut ait Vlpian. de Verb. Signific. Qui in prouinciis domicillum habent. Add. Pompon. l. 2 §. 32 ff. de Orig. Iur. Prouincialium nomine omnes praeter Italos appellabantur: Vnde

Columel. 9, 4 tradit vinearum prouincialium culturam, quum alibi de Italicarum cultura scribat. Plin. Epist. 9, 23, 2 Italicus es, an prouincialis? Sueton. Vesp. c. 9 Ordines exhaustos suppleuit, honestissimo quoque Italicorum ac prouincialium alleato. Prouincialis

locuples Sueton. Calig. c. 39. Auxilia Liu. 40, 32. Hospitia Cic. in Catil. 4, 22. Idem Fam. 2, 6 (7) Rogo te, ne patiaris mihi quidquam ad hanc prouincialem Molestiam temporis, prorogari. Idem

Att. 2, 1 Neque ista Negotia prouincialia esse putabam, neque te in Tocullionibus (id est pusillis seu minutis feneratoribus) habebam: sed scripsi ut debui diligenter. Ornamenta Cic. post Red. in Senat. 34.

Parfimonia Tacit. Agric. 4, 4. Scientia prouincialis, Quae de prouinciarum administratione est: Cic. Q. Frat. 1, 1 In qua scientiae praefertim prouincialis ratio ipsa expedita est. Solitudo Martial. 12, 1.

Viri Cic. Q. Frat. 2, 11.

PROVINDEMIA, ae. f. Vitruu. 9, 6 Virginis supra humerum dextrum lucidissima stella, quam nostri prouindemiam maiorem, Graeci προπρόγαστρον vocitant.

PROVISIO, PROVISIO, PROVISVS, vid. PROVIDEO.

PROVIVO, vixi, victum, ēre. [πρωίσιμι] Ultra et amplius vivere. Tacit. Ann. 6, 25 Nondum is dolor exoleuerat, quum de Agrippina auditum: quam interfecto Seiano spe sustentatam prouixisse reor, i. viuere perrexisse, post moriendi consilium captum.

PROVOCABVLVM, i. n. Varr. de L. L. 7, 23 Appellandi partes sunt quatuor: e quibus dicta a quibusdam prouocabula, quae sunt, ut quisque vocabula, ut scutum, etc.

**PROVOCO**, āre. [*παρακαλέω, προκαλίζω, παρακλεδομαι*] *Vocare in publicum, s. ut prodeat.* Plaut. Pseud. 2, 2, 43 Herus si domi est tuus, quin prouocas? Idem Bacch. 3, 3, 46 Prouocatur paedagogus, Eho senex minimi pretii, etc. *In certamen aliquod vocare, siue ludendi, siue laedendi gratia:* Ter. Eun. 3, 1, 52 Pamphilam cantatum prouocemus. Idem Adelph. 5, 4, 24 Quando eo prouocat. Cicero, Tuis literis amantissimis sum prouocatus. Cic. Fam. 12, 20 Ego Respondere facilius possum, quam prouocare. Hostem clamore prouocat Sil. 17, 522. Prouocare ad certamen Liu. 24, 8. Ad pugnam

Cic. Tusc. 4, 48. In aleam Plaut. Curc. 2, 3, 76. Prouocare minimo, *Subaudi*, Digito Hor. Serm. 1, 4, 14. *Solemus enim dicere nos tantum digito valere, quantum alius brachio.* Auris cursibus Virg. Georg. 3, 193. Liu. 7, 26 Gallus processit magnitudine atque armis insignis: quatiensque scutum hasta, quum silentium fecisset, prouocat per interpretem vnum ex Romanis, qui secum ferro decernat. Virtute Plin. Epist. 2, 7. Respondere in amore iis, a quibus prouocere Cic. ad Brut. 1. *Irritare: ut Prouocare iniuriis, hoc est Lacerare.* Idem Philipp. 2, 91 Haec tu quum per me acta meminisses, nisi illis, quos videmus, gladiis consideres, maledictis me prouocare ausus esses?

Bellum prouocare Plin. Paneg. c. 16. Quinctil. 10, 1, 93 Elegia Graecos quoque prouocamus, *i. certamen illis offerre audemus, vtra gens melior.* Sic Plin. 33 Prooem. Accessit ars picturae, et aurum argentumque caelando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare. *Quo modo intelligi potest illud* Lucan. 9, 883 — qui nuda fusus arena Excubat, atque omni fortunam prouocat hora. Plin. 35, 10 Pinxit et herosa nudum, eaque pictura naturam ipsam prouocauit. Omnes tamen has eius dotes illex solo prouocat cocco, *i. Vincit* Plin. 16, 8. Prouocare, *idem est, quod hodie vulgo dicitur* Appellare: *Et proprie ad maiores, potentioresque, quorum ope atque gratia indigemus, pertinet* Prouocatio. Cic. . . . Quum alter ad Senatum prouocasset, alter vero appellasset Tribunos. Idem de Legib. 3, 27 Iudicia, ut esset populi potestas ad quam prouocaretur. Ad populum Cic. Philipp. 1, 21. Liu. 8, 33 Tribunos plebis appello et prouoco ad populum. Aduersus sententiam prouocare Papinian. in l. Tutores §. Tutor. D. de Administ. Tutor. Prouocare iudicium ad populum Valer. 8, 1. Liu. 1, 26 A Diuuiuris prouocari, prouocatione certato. Cic. ad Brut. 16 De Caesare vero quod fieri potuit ac debuit, transactum est: neque iam prouocari in integrum potest. *b. e. Integrum iam non est illi, ut prouocare possit iure.* Prouocare aduersus creationem Papinian. in l. Tutores qui §. Tutor. D. de Administrat. et Peric. Tut.

**PROVOCANS**, antis. Partic. Patere. 2, 118, 1 Prouocantes alter alterum iniuria. Curt. 9, 5, 13 Manu prouocans hostes.

**PROVOCATVS**, a, um. Partic. [*προκαλημένος, πρόκλητος*] Cic. de Finib. 1, 8 Quanquam a te ipso id quidem facio prouocatus gratissimo mihi libro, etc. Qui mecum saepissime non solum a me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet Cic. Fam. 1, 7. Prouocatus cum Gallo depugnauit Idem de Finib. 2, 73 c. 22. Prouocatus beneficio Idem Off. 1, 48 c. 15. Studio et beneficio prouocatus Idem Att. 14, 15. *conf.* Caes. B. C. 1, 74 Nam quum semper te amari, primum tuo studio, post etiam beneficio prouocatus.

**PROVOCATIO**, ōnis. f. [*πρόκλησις, παρακλήσις*] Prouocatione certare Liu. 1, 26. Idem 3, 20 *extr.* Ex prouocatione interfecit eum Plin. 37, 1. *Appellatio:* Cic. Acad. 4, 72 Commemorant reliquos, qui leges populares de prouocationibus tulerunt. Quid turpius quam Senator sine prouocatione? Idem de Legib. 3, 18. Prouocatio patrona illa ciuitatis, ac vindex libertatis Pop. Rom. dari sine nobilium dissensione non potuit Idem de Orat. 2, 199 c. 48. Idem Philipp. 1, 23 c. 9 Quibus quum prouocatio datur, nonne acta Caesaris rescinduntur? Dare poenam sine prouocatione Idem de Lege Agrar. 2, 33.

**PROVOCATOR**, ōris. m. [*προκλητής*] Cic. pro Sext. 134 c. 64 Quum vero ne de venalibus quidem homines electos, sed ex ergastulis emtos, nominibus gladiatoriiis ornarit, et sortito alios Samnites, alios prouocatores fecerit, etc. Tribunus militum Gallum prouocatores occidit Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 28. Procedere aduersus prouocatores Id. de Viris Illustr. c. 29 *pr.* Insolens prouocator Gell. 9, 13.

**PROVOCATRIX**, icis. f. Laetant. 6, 18 Prouocatrix improbitas.

**PROVOCATIVVS**, s. **PROVOCATICIVS**, a, um. Ter-tull. de An. c. 37. Idem in Marc. 2, 3.

**PROVOCABILIS**, e. Cael. Aurel. Acut. 3, 21.

**PROVOCATORIVS**, a, um. Adj. [*προκλητικός*] *ut*, Prouocatoria dona militaria, *i. Quae meruit prouocatus: quod humanius est quam prouocasse* Gell. 2, 11.

**PROVOLA**, āre. [*προσπίτομαι*] *Volando prodire* Plin. 11, 10 Tunc vniuersae prouolant, si dies mitis futurus est. *de apibus.* Prouolat in medium Ouid. Fast. 6, 443. *Per translationem, procurrere* Liu. 2, 46 Sic in primum infensis hastis prouolant duo Fabii, totamque mouerunt secum aciem, *i. Procurrunt.* Sonitus prouolat Lucret. 6, 293. Liu. 1, 12 Ipse ad primores Romulus prouolat. Idem 7, 7 Relictis equis clamore ingenti prouolant ante signa. Prolixo prouolat ictu Lucret. 4, 1239. *de femine.* Prouolare in locum et vicem alterius Liu. 3, 62.

**PROVOLANS**, tis. Partic. Prouolantia tabulata *vocat* Acon. ad Cic. Diuin. 50 c. 16. *quas Proiecta alias dicuntur. Vid. totus locus in Maenia* Columna.

**PROVOLVO**, volui, volutum, ěre. [*προκυλινδῶ*] Porro volvere. Ter. Andr. 4, 5 (4) 38 Iam ego hunc in mediam viam prouol-vam. Lucret. 2, 469 Prouolui simul vt possint, et laedere sensus. Subter iuga et lora prouoluere aliquem Virg. Aen. 12, 533. Gleba prouoluitur Lucret. 6, 552. Prouoluere se ad genua; ad pedes al-cuius Liu. 34, 11. Idem 6, 3. Genibusque eius prouolutus Mithri-dates, etc. Tacit. Ann. 1, 2, 18.

**PROVOLVENS**, entis. Partic. Curt. 8, 11, 13 Ingentia saxa in subeuntes prouoluentibus barbaris. Truncum prouolvens Virg. Aen. 10, 555.

**PROVOLVTVS**, a, um. Part. Curt. 3, 12, 11 Mater et coniux prouolutae ad pedes. Tacit. Ann. 14, 61, 3 Prouoluta genibus. Agrip-pina vsque ad libita Pallantis prouoluta Idem Ann. 14, 2, 4. *quae libidini se eius substrauerat.*

**PROVOMO**, ěre. [*ἐξερῶ*] Lucret. 6, 446 Hic vbi se in terras demisit, dissoluitque: Turbinis immanem vim promouit, atque pro-cellae. *de prestere.*

**PROVORSVM** Fulgur appellatur, quod ignoratur noctu, an inter-



interdium sit factum. Itaque Ioui fulguri et Summano fit, quod diurna Iouis, nocturna Summani fulgura habentur. Fest.

PROVT. Adu. [ώσπερ] i. Sicut, vel ut: aut quod vulgo dicunt. Secundum quod. Plaut. Bacch. 4, 9, 5 Non Pelides tormento fuit, prout ego herum expugnabo meum. Prout ipse amabat literas Nep. 25, 1, 2. Hor. Serui. 2, 6, 67 — venasque procaces Pasco libatis dapibus prout cuique libido est. *b. e. Ut cuique libido est. Ex quo apparet eum, metri causa Prout dixisse pro Vi.* Quinctil. 4, 1 Prout asperi, leues, iucundi, etc. Cic. Att. 11, 6 Tuas literas, prout res postulat, exspecto. Prout Thermitani hominis facultates ferebant Cic. Verr. 2, 83 c. 34. Prout haberi liceret, si anno superiore Quae- stor fuisset Idem Philipp. 1, 46. Liu. 9, 43 Raptim collatae sarcinae in medium, et prout tempus patiebatur, instructa acies. Quinctil. 9, 4 Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diuerso pronuntiabuntur. Plin. 28, 2 Ac prout quaeque accepta sunt, ita va- lere. Prout mea opinio est Apul. Flor. p. 364. Prout res postulat Scribon. 22. - - postulauerit 100. Prout cuiusque vires postula- bunt 121.

PROVVLGO, Ære. Prouulgari eas literas, et potissimum filii praeconio publicari Apul. Apol. p. 326. Conf. Tertull. adu. Marc. 20, 4, 21 et de Cultu Fem. 1, 2. Sidon. Ep. 9, 11.

PROVVLGATVS, a, um. Part. Duabus coniurationibus prouul- gatis Suet. Neron. c. 36.

PROX, Exclamandi particula, quasi Proba vox: Bona vox, velut quidam putant, significare videtur, ut ait Labeo de iure Pontificio li- bro vndecimo. Festus. Plaut. Pseud. 5, 1, 33 Prox! iam paene in- quinavi pallium. Al. Pax.

PROXENĒTA, ae. m. [προξενητής] Proxenetæ (inquit Bu- daeus) sunt Conciliatores et interuentores, quasque conglutinatores ho- minum inter se stipulantium et spondentium, aut quemuis contractum, conuentumque inueniunt. Martial. 10, 3 Quae sulphurato nolit emta ramento Vatiniorum proxeneta fractorum. Conf. Sen. Epist. 119. Eius officium sanctum Romanis Regibus, teste Barth. ad 1 Theb. Stat. p. 387. Vid. Vlp. l. 2 ff. de proxenet.

PROXENETRIA, ae. f. Pronuba, nuptiarum conciliatrix. Dis- punct. 1, 22.

PROXENĒTĪCVM, i. n. Merces, quae pro opera, proxenetis datur, quae et licito iure peti potest. Vlpian. l. j et ij De pro- xenet.

PROXIMVS, PROXIMATVS, etc. vid. PROPE.

## P R V

PRVDENS, entis. Adi. [φρόνιμος, φρονήτης] Quasi Prouidens: interdum Sapiens, aut Sciens dicitur. Vnde Iurisprudentes vocantur, qui ius sciunt. Prudens, inquit Donatus, qui intelligentia sua ali- quid sentit. Vid. infra Prudens et sciens. Plaut. Capt. prol. 45 Plus insciens fecit, quam prudens boni. Prudens declinatum ab ani- mo. Dicitur enim a Prudentia, Prudens: ut ab Ingenio, Ingenio- sus Varr. de L. L. 7, 5. Omitto prudens, i. Sciens, et de industria Plin. 10, 29. Prudens, pro Sciens, cum Infinitiuo: Plin. 8, 31 de vi- tulo marino, Euomit fel suum ad multa medicamenta vile; item coa- gulum ad comitiales morbos, ob ea se peti prudens. Prudens et sciens: Ter. Eun. 1, 1, 27 Et prudens, sciens, viuus, vidensque pereo. Prudens, inquit Donat. est, Qui intelligentia sua aliquid sentit. Sciens, qui alicuius indicio rem cognoscit. Ergo Pru- dens per sese: Sciens per alios. Cic. Fam. 6, 6 Ut in fabulis Am- phiarus, sic ego prudens et sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. Prudens et sciens ad interitum ruebam Idem pro Mar- cel. 14. Qui me malebant nimium timidum, quam satis prudentem existimari Idem Fam. 4, 14. Ad consilia prudens Idem pro Font. 33 c. 15. Gnarus et prudens impendentium malorum Idem pro Sext. 16. *Vetus codex habet, Ignarus et imprudens.* Idem pro Cluent. 107 c. 38 Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior? iure peritior? Id. de Amicit. 50 L. Acilius quia prudens esse in iure Ciuili putabatur. Id. de Fin. 5, 58 Deinde Rerump. administratio, aut administrandi, scien- dique prudens, temperata, fortis, et iusta ratio. Admodum pru- dens Idem de Clar. Orat. 239. Adulandi gens prudentissima Iuuen. Sat. 3, 86. Agricolationis prudens vir Columel. 2, 2. Artis desti- tuor prudens ab arte mea Ouid. Epist. 5, 150. Doli Tacit. Hist. 2, 25, 1. Iuris mouendi prudens Claud. in Eutrop. 2, 347. Locorum prudens Liu. 34, 11. Moderandi prudens Tacit. Ann. 3, 69. Pro- vinciae Idem Agric. 19, 1. Rerum animus prudens Hor. Carm. 4, 9, 35. Rei militaris prudens Nepos 9, 1, 2. Sententia prudens ani- mi Ouid. Epist. 21, 137. Ciuitas Atheniensium prudentissima Quinctil. 5, 11. Prudentissimus quisque negotiosus maxime erat Sallust. Catil. c. 8.

PRVDENTIA, ae. f. [φρόνησις] Quasi Prouidentia, a prou- idendo. Vid. Non. 1, 198. Cic. de Legib. 1, 60 Quae virtus ex prou- idendo est appellata prudentia. Idem de Inuent. 2, 160 c. 53 Pru- dentia est rerum bonarum et malarum et vtrarumque scientia. Idem de Fin. 5, 67 Prudentia in delectu bonorum et malorum, Subaudi, Cernitur. Idem de Nat. Deor. 3, 67 Prudentiam Deo tribuemus, quae constat ex scientia rerum bonarum et malarum, et nec bonarum nec malarum, cui mali nihil est, nec esse potest? Prudentia, quam Graeci φρόνησις dicunt, est rerum expetendarum fugiendarumue scien- tia Cic. Off. 1, 153 c. 43. Ut medicina valetudinis, sic viuendi ars est prudentia Idem de Fin. 5, 16. Temeritas est florentis aeta- tis, prudentia senectutis Idem de Senect. 78. Prudentia in iudican- do Idem Philipp. 10, 12. Prudentia iuris Ciuilis Idem de Orat. 1, 256. Altissima Quinctil. 2, 13. Cic. de Finib. 5, 76 Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quae Communis appellatur pru- dentia, quam omnes, qui cuique artificio praesunt, debent habere. Idem in Partit. 76 Prudentia, in suis rebus, Domestica: in publicis, ciuilis appellatur. Maior rerum fato prudentia Virg. Georg. 1, 416. Saepae acri Potior prudentia dextra Val. Flacc. 4, 622. Velox Perf. 4, 4. Cic. de Orat. 2, 132 Perspicua sunt haec quidem, et in Vulgari prudentia sita. Acuere prudentiam, vid. ACVO. Adhibere pru- dentiam, vid. ADHIBEO. Imitatur malitia prudentiam Cic. in Partit. 18. Adeon' ego non perspexeram prudentiam literarum tua- rum? Idem Att. 6, 9. Impertire prudentiam suam ad salutem ali- cuius, vid. IMPERTIO. Adde quod est illis operum prudentia ma- ior Ouid. de Arte Am. 2, 675. Hoc sentire, prudentiae est: face- re, fortitudinis Cic. pro Sext. 86. Idem Att. 8, 19 Non pro tua pru- dentia debes illud solum animaduertere, quod in praesentia, etc. Scien- tia, peritia: Nepos 5, 2, 1 Habebat enim magnam prudentiam cum iu- ris ciuilis, tum rei militaris.

**PRVDENTER**, Adu. [*φρονιτῶς, φρονιμῶς, νομνεχῶς*] *Sapienter, provide.* Cic. de Fin. 5, 15 c. 6 Facit igitur L. noster prudenter, qui audire de summo bono potissimum velit. Aliquid in causa prudenter intexere Cic. de Orat. 2, 68. Multa prudenter pro-  
 5 visa Idem de Amicit. 6 c. 2. *Compar.* Suet. Tiber. c. 21 Non potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo. Cic. de Diuin. 2, c. 5 Belli administrationem prudentius coniectura assequi. *Superl.* Idem ibid. 2, 150 c. 72 *extr.* Acutissime sententias suas prudentissimeque defendere. *Conf.* Idem Att. 13, 1 et Fam. 5, 17.  
 10 Val. Max. 3, 3 ext. 4. Anaxarchus totius mundi naturam prudentissime et facundissime expromsit.

**PRVDENTIVS**, i. m. *Poeta Christianus.* Floruit Theodosius M. et filiorum eius temporibus, eo nemo diuinius de rebus Christianis unquam scripsit, ut censet Barthius.

**PRVINA**, ae. f. [*πῦξις*] *Ex rore gelido nascitur.* A perurendo dicta, quod fruges et virgulta perurat. Plin. 17, 24 Hoc genere alternis prope annis in Gallia vites, arbores, et frumenta interdum praecocia vitiuntur. Etenim pruina a perurendo dicta est, quasi perurina: vrit enim germina, quum sole liquefacta est, ut saepe vidimus. Columel. 11 c. *ult. extr.* Locis frigidis, ubi timor est, ne autumnalis fatio hiemis gelicidiis peruratur, arundinibus humiles cantherii fiunt, iisque virgae transuersae imponuntur, et virgis stramenta supraiaciuntur, et sic a pruinis semina defenduntur. Cic. de Nat. Deor. 1, 26 Quod pars earum appulsu solis exarserit, pars obri-  
 25 guerit niue, pruinae longinquo solis abscessu. Plin. 2, 60 Grandinem conglaciato imbri gigni, et niuem eodem humore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido. *Vertit et Apuleius libellum Aristotelis de Mundo, in ea versione sic ait:* Glaciem dicimus humorem sereno frigore concretum. Huic est pruina consimilis, si mol-  
 30 lities roris matutinis frigoribus incanuit. Hor. Carm. 1, 4, 4 Nec prata canis albicant pruinis. Acris pruina Lucret. 3, 20. Argentes Stat. Theb. 3, 469. Cana Virg. Georg. 2, 376. Candentes Claud. de Nupt. Honor. 52. Canens Sil. 3, 533. Gelidae Virg. Georg. 2, 263. Matutina Propert. 2, 9, 41. Rorata Ouid. Fast. 3, 357. Tristes Val-  
 35 ler. Argon. 2, 177. Vitrea Ouid. Epist. 10, 7. Corpora circumfusa pruinis Virg. Georg. 3, 368. *de bobus.* Obrigere pruina Cic. in Somn. Scip. 15. Perferre pruinas ac niues Idem in Catil. 2, 23 c. 10. Rigens glacie hiemis pruinis Petron. c. 122.

**PRVINOSVS**, Adi. [*παχυνώδης*] *Pruinae obnoxius.* Columel. 3, 20 Seu frigidus et pruinosis, quod non est patiens vredinis. Fruteta pruinosa Auson. Eidyll. 14, 13. Herbae Ouid. Met. 4, 82. Petron. c. 83 Sola pruinosis horret facundia pannis. Longa pruinosa frigora nocte pati Ouid. Amor. 2, 19, 22. Columel. 7, 9 Si Regio frigida et pruinosa est, quam durissimae et nigrae setae grex eligendus est. Status caeli frigidus et pruinosis Columel. 4, 23. Tenebrae Ouid. Met. 5, 443.

**PRVNA**, ae. f. [*ἄνθρακις, ἄνθρακία*] *a Carbone ita distinguitur, quod quamdiu ardet, pruna dicitur: carbo, quum exstincta fuerit.* Virg. in Moreto 9 Et cinis obductae celabat lumina prunae. Pruna non nimis acri coqui Scribon. 220. In pruna non acri coquere medicamentum Id. 268. Hor. Serm. 1, 5, 36 Praetextam, et latum clauum, prunaeque batillum, i. *foculum, rei sacrae faciendae causa.* Subiiciunt verubus prunas, et viscera torrent Virg. Aen. 5, 103.

**PRVNVS**, i. f. [*κοκκύμυλος*] *Arbor pruna producens.* Columel. 2, 2 Multa sunt quae et dulcem terram, et frumentis habilem significant, ut iuncus, ut calamus, ut gramen et trifolium, ebulum, rubi, pruni siluestres.

**PRVNVM**, i. n. *Pl.* Pruna, *Fructus pruni.* Globus prunorum Stat. Silu. 4, 9, 28. Spini ferentes pruna Virg. Georg. 4, 145. Corna lapidosa rubescunt prunis, *Insita scilicet* Idem ibid. 2, 34. Af-  
 60 nina, *vid.* ASINVS. Asinaria Plin. 15, 13. Autumnalia Propert. 4, 2, 15. Cerea, *vid.* CERA. Cerina Plin. 15, 13. De prunis Damascenis, *est epigramma* Martial. 13, 29 Pruna peregrinae carie rugosa senectae Sume: solent duri soluere ventris onus. Onychina  
 65 pruna, *vid.* Onychinus in ONYX. Siluestria Plin. 1. c.

**PRVRIGA**, *vid.* PERORIGA.

**PRVRIO**, iui, itum, ire. [*κνήθωμας, κνήθειω*] *Libidinis scalpendi ardere.* Facit prurire Scribon. 193. Plaut. Bacch. 5, 2, 75 Te amabo, et te amplexabor. N. caput prurit. Idem Poen. 5, 5, 36 An dentes pruriunt? In pugnam prurire Martial. 3, 58. et 5, 103. Idem 1, 36 Lex haec carminibus data est iocosis, Ne possint, nisi pruriunt, iuuare.

**PRVRIENS**, entis. Nemo pruriens corpus feminando correxit C. Aurel. Tard. 4, 9, 133. Tinctae sale pruriente chartae Martial. 12, 97.

**PRVRITVS**, itis, m. [*κνηθιδος*] *Sensus, aut morbus adeo prurientis.* Plin. 9, 45 Contactos pisces, attrituque petrae scalpentes pruriturum inuadit. Seren. 87 Pruritus autem falsos leuat humor aceti.

**PRVRIGO**, inis, f. [*κνηθιδος*] *Idem.* Columel. 7, 7 Nam subest aspera cutis, et velut quaedam prurigo. Nigrae radices ita in aqua coctae pruriginem tollunt. *Vetus codex habet* Porriginem. Al. Prorigo. Si tibi morosa prurigine verminat auris Martial. 14, 23. Iuuen. Sat. 6, 326 Tum prurigo morae impatiens de muliere Venerem appetente.

**PRVRIGINOSVS**, a, um. Adi. Paull. in l. 3 D. de aedilit. edict. In Priapeis n. 63 Quae tot figuris non inuentis pruriginosa discedit.

**PRVRIOSVS**, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 2, 1, 33 Squilla, quam vulgo bulbum pruriosum vocant. *Vid.* Reines. Var. Lect. 3, 18.

**PRVRISCO**, unde PERPRVRISCO.

**PRVSA**, ae. f. [*Πρῶσα*] *Oppidum est Bithyniae Phrygibus et Mysis finitimum, a Prusia rege, qui contra Croesum bellum gessit, ad radices Olympi montis conditum.* Strab. 12. Plin. 5, 32 ab Annibale id conditum esse putat. *Hinc*

**PRVSIAS**, ae. m. [*Πρῶσιος*] *De quo multa* Liuius 45 *extr.* Bithyniae rex, qui Annibalem huc concedentem suscepit, post Antiochum superatum, et Phrygiae Hellepontiae seditionem, aduersum Atalicos ex composito factam. *Vid.* Strab. 12. et Nep. 23, 12, 3.

**PRVSIACVS**, a, um. Adi. Sil. 13, 888 Donec Prusiacas delatus segniter oras.

## P R Y

**PRYMNESIVM**, i. n. [*πρυμνήσιον*] *Funis nauticus.* Apud Festum Pompeium palus, ad quem funis nauticus religatur, quem alii Tonfillam nominant.

**PRYTANĒVM**, i. n. [*Πρυτανείον*] *Locus erat Athenis in arce dignifi-*

*gnissimus, ubi iudices et magistratus habere consilium solebant. In Prytaneo item albantur publice, qui bene meriti erant de Rep. qui honos habebatur maximus. Cic. de Orat. 1, 232 c. 54 Et ut ei victus quotidianus in Prytaneo publice praeberetur. Sic dictum quasi πρυθ ταπεινός, tritici promptuarium, velut horreum publicum. Dionysius Prytanca vocat Curias, in quibus sacra fiebant ab iis, qui maximam in urbe habent potestatem. Prytanis, Magistratus, praefectus, administrator, ut Consul: quem publici consilii principem appellabant. A verbo πρυτανεύω, quod est gubernare, et magistratum exerceo. Liu. 41, 20 Cizici in Prytaneum: id est penetrabile urbis, ubi publice quibus is honos datus est, vescuntur, vasa aurea mensae vnus posuit. Vid. Meurs. in Arcopago c. 11. Aliis Prytaneum proprie est, ubicumque Vesta colebatur, dictumque ita putant quasi πρυθ ταπεινός quod in omnibus Graeciae ciuitatibus Vesta culta unde et legitimus Prytaneum Tarentinorum, Corinthiorum, Rhodiorum, Eleorum, aliorumque multorum; ut ostendit Casaub. 15 Animadu. in Athenaeum 15, 19.*

**PRYTANIS**, is. *Magistratus. Vid. supra. Sen. de Tranquil. c. 3 Non vis nisi consul, aut prytanis, aut ceryx, aut Sufes administrare rempublicam. Conf. Spanh. Num. diss. 9. et Syntagmate pecul. de Vesta et Prytanibus Graecorum.*

## P S A

**PSALLO**, ēre. [*ψάλλω*] *Canere, cantare. Gell. 19, 9 Qui canerent voce, et qui psallerent. i. Citharam pulsarent, inquit Budaeus. Hor. Epist. 2, 1, 34 Pingimus, atque Psallimus, et iuctamur Achiuis doctius vnctis. Doctus psallere Hor. Carm. 4, 13, 7. Aur. Vict. Caes. c. 5 Psallere per coetus. Psallentis gestu Apul. Florid. 2 p. 351. et Met. 5 p. 165 etc. psallendi doctissimus.*

**PSALLOCITHARISTAE**. [*ψαλλοκίθαρισταί*] *Suet. Domit. c. 4 Certabat etiam et prosa oratione Graece Latineque, ac praeter citharoedos corocitharistae quoque et psallocitharistae. Al. Psilocitharista.*

**PSALMVS**, i. m. [*ψαλμὸς*] *Canticum; a ψάλλω, canto, quod ad psalterium cantaretur. Tertull. adu. Iud. c. 14. et ad Vxor. 2, 9 etc.*

**PSALMOGRAPHVS**, i. m. *Scriptor psalmodiarum. Sidon. Epist. 7, 9. Tertull. adu. Marc. 3, 120. et Fortunat. 9, 2 etc.*

**PSALMICANVS**, a, um. *Theodulf. Carm. 2, 19 pro Dauide.*

**PSALMICEN**, inis. m. *Idem. Ut, Clerici psalmicines Sidon. Epist. 5, 17.*

**PSALMISTA**, ae. m. *Hieron. adu. Pelag. 1, 1. et 3, 1 in Esai. c. 39 etc.*

**PSALTES**, is. m. [*ψάλτης*] *Latine Cantor dicitur. Quintil. 1, 10 Psaltis se et Geometris multa dicit dedisse. Sidon. Epist. 8, 9 Chorda, voce, metro stupende psaltes.*

**PSALTRIA**, ae. f. [*ψάλτριά*] *Cantatrix. Ter. Adelph. 3, 3, 34 Isthac iam penes vos psaltria est? Cic. pro Sext. 116 c. 54 Qui in coetum mulierum pro psaltria adducitur.*

**PSALTRIVM**, i. n. *Cic. de Arusp. Resp. 44 c. 21 P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis purpureisque fasciis, a strophio, a psaltrio, a flagitio, a stupro est factus repente popularis. Videtur idem esse quod Psalterium de quo statim.*

**PSALTERIVM**, i. n. [*ψαλτήριον*] *Genus organi musici, dulcius et amoenius sonans quam cithara, cuius similitudinem quidem habet, ipsa tamen non est. Cum tympanis et tibiis coniungit psalteria Tertull. de Cor. Mil. c. 9. Add. Id. adu. Marc. 5, 18. Varro apud Nonium 3, 149 Scientia doceat quemadmodum in psalterio, tendamus nervias. Hieron. ad Cassiodor. in expos. Psalterii prol. c. 4.*

**PSALTERIVM**, ipsum quoque Canticum aut psalmum denotat. *Paul. Sententiarum 5, 4, 15 Psalterium, quod vulgo dicitur canticum in alterius infamiam compositum, et publice cantatum, tam in eos, qui hoc cantauerint, quam in eos, qui composuerint, extra ordinem vindicatur: eo acrius, si personae dignitas ab hac iniuria defendenda sit. ¶ 3 Apud Christianos sic vocatur Liber Psalmorum Davidis. Hier. Epist. 7 ad Laetam, Hunni discunt Psalterium. Plur. Quintil. 1, 10 Nec psalteria et spadicas, etiam virginibus probis recusanda, sed cognitionem rationis, etc. de Musica. Conf. Scalig. in Manil. 5 p. 367. Virg. in Ciri 177 Non arguta sonant tenui psalteria chorda.*

**PSAMĀTHE**, es. f. [*Ψαμάθη*] *Fons apud Thebas. Valer. Argon. 1, 364 Qui tenet vndisonam Psamathem. Popitur etiam pro Urbe et Monte. Fuit et Psamathe, Crotopi Argiuorum regis filia, ex qua compressa Apollo Linum filium sustulit, quem inter sentes a matre occultatum canes dilacerarunt, ut late prosequitur Stat. Theb. 1, 750 etc. Alia Psamathe Nympha fuit, Nerei filia et Phori mater, de qua Ouid. Met. 11, 399 Caeruleam Peleus Psamathem, ut finiat iram Orat, etc. Hinc*

**PSAMMATHVS**, untis. m. *Oppidum Laconicum unde et PSAMMATHVNTIVS, siue PSAMMATHVSIVS. Steph.*

**PSAMMETICHVS**, i. m. [*Ψαμμήτιχος*] *Rex Aegypti, cuius tempore, teste Herodoto 2 ducenta et octo millia Aegyptiorum ad Aethiopes transfere. Conf. Plin. 6, 30. et 36, 13.*

**PSARONIVS**, i. m. *Lapidis genus, quem Thebaicum et Pyrrhocilon appellari dicit Plin. 36, 22.*

## P S E

**PSECAS**, adis. f. [*ψεκας*] *Gutta, siue stilla dici potest. Apul. de Mundo p. 61 Elm. ex Aristotele c. 4 Psecadas interpretatur Stillicidia.*

¶ 2 *Ancillae, quae delicatarum matronarum capillos medicamento fuco conspergunt, a Graecis hoc nomine appellatae sunt. Iuven. Sat. 6, 489 Componit crinem laceratis ipsa capillis Nuda humero psecas infelix, nudisque mamillis. Apud Cic. Fam. 8, 15 Dea nato opponitur Psecade seu ancilla natus. Ita Dianae ornatricem nominat Ouid. Met. 3, 170 Excipiunt laticem Nymphaeque Hyaleque Rhanisque Et Psecas et Phyle, funduntque capacibus urnis. Dicitur a ψεκάζειν, irrorare, stillare, inspergere. Vid. multa e Graecis apud Reines. Inscript. 1, 89 ubi PSECHAS est.*

**PSEGMATA**, atis. n. [*ψέγμα*] *Idem fere quod Flos aeris. Agricola. Plin. 34, 13 In aerariis officinis et psegma fit, iam liquato aere atque percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatimque accensis, ac repente vehementiori flatu exponitur aeris palca quaedam. Sic viri docti coniiciunt pro Spegma, quod est in MSS.*

- PSEPHISMA**, ātis. n. [*ψήφισμα*] *Decretum significat.* Cic. pro Flacc. 15 c. 6 Sic sunt expressa ista praeclara quae recitantur psephismata, non sententiis, nec auctoritatibus declarata. *Add. ib. 19 c. 8. Ibid. 75 c. 31* Possent recitare psephismata Smyrnacorum, quae fecerunt in Castricium mortuum. *Conf. Plin. Epist. 10, 52.*
- PSEVDOS**, [*ψεύδος*] *Mendacium.* Hinc Pseudolus, mendax seruus: Pseudologus, Falsidicus: Pseudopropheta, Falsus propheta, et multa alia id genus.
- PSEVDANCHŪSA**, ae. f. [*ψευδαγκύσα*] *Quasi Falso anchusa dicta, de qua Plin. 22, 2.*
- PSEVDAPOSTOLVS**, i. m. Tertull. de Praescript. c. 4 et de Resurr. c. 24 et contra Marcion. 4, 3.
- PSEVDENĒDRVS**, i. m. Iul. Firmic. 3, 8 Mercurius pseudenedros saepius fecit. *Caes. 11, 7* Infidiatores fictos Firmicus pseudenedros nuncupat. *Nam et apud Xenophontem, pseudenedram legimus profectis infidiis.*
- PSEVBESIODION**, i. n. [*ψευδηςιοδειον*] *i. Quod falso Hesiodo adscribitur.* Cic. Attic. 7, 13.
- PSEVDISODŌMON**, i. n. [*ψευδισόδομον*] *i. Inaequaliter stru-  
20 Etum Plin. 36, 22. Vitruv. 2, 8.*
- PSEVDOALETHINVS**, a, um. [*ψευδοαλήθινος*] *i. Purpuram imitans, ut, Pseudoalethinae vestes, apud Cyprian. Vid. Salmaj. Hist. Aug. p. 342.*
- PSEVDOBŪNION**, i. n. [*ψευδοβύτιον*] *Herba, quae ut Plin. 25 24, 16 ait, napi folia habet, fruticans palmi altitudine. Laudatissima in Creta.*
- PSEVDOCALIDVS**, a, um. *Calorem mentiens.* Marc. Emp. c. 8.
- PSEVDŌCĀTO**, ōnis. m. [*ψευδοκάτων*] Cic. Att. 1, 11 *qui se  
30 Cationem mentitur.*
- PSEVDŌCHRISTVS**, i. m. Tertull. adu. Marc. 3, 3 Fides apud Pseudochristos facillima.
- PSEVDŌCYPERVVS**, i. m. *Herba, Plin. 17, 13 et 34, 13.*
- PSEVDŌDAMASIPPVS**, i. m. Cic. Fam. 7, 24 Si enim Damasippus in sententia non manebit, aliquem Pseudodamasippum vel cum iactura reperiemus.
- PSEVDŌDECIMIANVS**, i. m. *Pyrī genus, quasi Falsus Decimianus.* Plin. 15, 15.
- PSEVDŌDIA**, ae. f. [*ψευδοδία*] *Falsa cantio.* Hieron. 40 Epist. 79.
- PSEVDŌDIACONVS**, i. m. Hieron. Epist. 79 ad Alypium cō August.
- PSEVDŌDICTAMNVM**, f. **PSEVDŌDICTAMNVS**. [*ψευδοδίκταμνος*] *Falsum dictamnium, genus herbae, quae in Creta simili-  
45 lis pulegio nascitur.* Plin. 26, 9 (8) et 15, 25, 8. Apul. de Herb. c. 62.
- PSEVDŌDIPTERVVS**, a, um. *Ex Diptero interpretationem nanciscitur Vitruv. 7 praef. et 3, 1. et 2. Vid. Pseudoporticus.*
- PSEVDŌEPISCOPVS**, Cyprian. Epist. 55, 11.
- PSEVDŌFLAVVS**, a, um. *Color pseudoflavus Marc. Empir. c. 8.*
- PSEVDŌGRAPHE**. Adu. Donatus in vita Virg. Multa pseudographe sub alieno nomine sunt prolata.
- PSEVDŌGRAPHIAE**, arum. f. Pl. [*ψευδογραφία*] *Quinctif. 55 1, 10, 39* Fit hoc et in numeris per quasdam, quas pseudographias vocant, quibus pueri ludere solebamus. *Sunt illa Sophismata Arithmetica & geometrica, v. g. ubi sunt IV, ibi sunt I. II. III. IV. Ergo X.*
- PSEVDŌGRAPHVS**, a, um. [*ψευδογράφος*] Sarisb. Epist. 172 *Librum sapientiae scripsit Philo, diciturque pseudographus.*
- PSEVDŌGRĀTIA**, ae. f. *i. Gratia ficta.* Sarisb. 2 *ult. Pseudogratiam vendere.*
- PSEVDŌLIQVĪDVVS**, a, um. Marcell. Emp. c. 16.
- PSEVDŌLŌGVVS**, i. m. *Falsa loquens, mendax.* 1 Tim. 4, 2.
- PSEVDŌLVVS**, i. m. [*ψευδολος*] *Seruus veterator et fraudulentus, nomen Plautinae fabulae.* Cic. de Senect. c. 14.
- PSEVDŌMĒNOS**, i. m. [*ψευδομένος*] *Sophismatis genus, de quo Cic. de Divin. 2, 11 c. 4* Quomodo autem mentientem, quem ψευδομένον vocant, dissolvas? *Sic Acad. 4, 147 c. 48. Sen. Epist. 45* Quid me detines in eo, quem tu ipse Pseudomenon appellas. *Plura  
70 vide apud Gell. 5, 17 et 9, 16.*
- PSEVDŌNARDOS**, *Herba nardum referens.* Plin. 12, 12.
- PSEVDŌNŪMOS**, i. c. [*ψευδώνυμος*] *Falsum nomen gerens, nomen mentiens.*
- PSEVDŌPATVM**, i. n. *Ficticium tabulatum aut pavementum.* 75 Zeno c. 8 t. 10 l. 12 §. 3.
- PSEVDŌPERIPTĒRVVS**, a, um. [*ψευδοπερίπτερος*] Vitruv. 4, 7 *Ex Peripteri notione intelligitur.*
- PSEVDŌPHILIPPVS**, i. m. Cic. de Lege Agrar. 2, 89. *Patere. 1, 11, 1. Fictus rex Macedoniae.*
- PSEVDŌPORTICVS**, ūs. f. *Falsa porticus. Nam in aedificiis, partes quae fiunt ad imitationem, nec integrum nec principale; sed precarium, aut temporarium usum praebent, quasi alienum opus mentientia, hoc nomine insigniri solent: ut Pseudothyrum et Pseudoancae, familiaeque his complura apud Vitruvium. Conf. Plin. Epist. 6, 27.*
- PSEVDŌPROPHĒTA**, ae. m. [*ψευδοπροφήτης*] Tertull. de Resurr. c. 24. de Anima c. 2. et de Praescript. c. 4.
- PSEVDŌPROPHĒTIS**, ūdis. f. [*ψευδοπροφήτης*] *Idem de Anima c. 57.*
- PSEVDŌPROPHĒTIA**, ae. f. [*ψευδοπροφητεια*] *Idem de Ie-  
90 ium. c. 2.*
- PSEVDŌPROPHĒTICVS**, a, um. *Ut, spiritus Tertull. de Pudic. c. 21.*
- PSEVDŌPYLAE**, arum. f. Pl. *Insulae iuxta portum Isidis apud Troglodytas Plin. 6, 29.*
- PSEVDŌSELINVM**, i. n. [*ψευδοσέλινον*] *Aspiastrum.* Apul. de Herb. c. 2.
- PSEVDŌSMARAGDVVS**, i. m. *Ex dimidia parte smaragdus, ex dimidia iaspis.* Plin. 37, 5.
- PSEVDŌSPHĒX**, ēcis. f. Plin. 30, 11 f. 30 *Pseudosphecem vocant vesperam, quae singularis volitat.*
- PSEVDŌTHŪRYVM**, i. n. [*ψευδοθύρον*] *Falsum ostium: unde pro Possico sumitur.* Cic. in Verr. 2, 50 c. 20 *extr.* Ea quemadmodum ad istum postea pseudothyrum reuertatur, tabulis vobis, et testibus Iudices planum faciam. *Idem Post red. in Senat. c. 6 Non ia-  
105 nua*

nua receptis, sed pseudothyre intromissis voluptatibus. *Add.*  
Oros. 3, 6.

PSEUDOURBANVS, a, um. Pseudourbana aedificia, dicuntur  
a Vitruvio 6, 8 *Aedificia rustica, urbana elegantia exstructa.*

## P S I

PSIALGICVS, *vid.* PSOALGICVS.

PSILAE, arum. f. Pl. a ψιλός nudus; sunt Vestes villis carentes:  
viti contra, Amphitapae, Tapetes vtrinque habentes villos. Lucil. apud 10  
Non. 14, 24 Psilae atque amphitapae villis ingentibus molles. *Vid.*  
Turneb. *Aduers.* 28, 20.

PSILE. Insula circa Ephesum Plin. 5, 31.

PSILOCITHARISTA, ae. m. *Vid.* PSALLOCITHA-  
RISTA.

PSILOTHRVM, i. n. [ψιλοθρον] Medicamentum extirpandis  
pilis, nudandaeque cuti aptum. *Speciatim herbae nomen.* Plin. 23, 1  
Vitis alba est, quam Graeci ampeloleucen, alii ophiothaphylon, alii  
melothron, alii psilothrum. Huius sarmenta longis et exilibus inter-  
nodiis geniculata scandunt. Folia pampinosa, ad magnitudinem he-  
derae diuiduntur, ut vitium. Radix alba, grandis, raphano simi-  
lis initio: ex ea caules asparagi similitudine exeunt. *Et paullo post,*

Semen in vua raris acinis dependet, succo rubenti, postea croci. *Et*  
*paullo post,* Vitia cutis in facie, varosque et lentigines et fugillata  
emendat et cicatrices. *Conf.* Pallad. 1, 35. Plin. 32, 10 f. 47 Psilo-  
thrum est thynni sanguis, fel, iecur, siue recentia, siue seruata, etc.

*De Unguento depilatorio* Martial. 6, 93 Psilothro nitet, aut acida latet  
oblita creta. *Conf.* Lamprid. in Heliog. c. 31.

PSILOTHRO, are. Pilos extirpare per psilothri medicamentum.  
Plin. Valer. 3, 52. *Vid.* Barb. *Aduers.* 28, 20.

PSIMMYTHIVM, i. n. [ψιμύθιον] Cerussa. Plin. 34, 18  
Psimmythium quoque, hoc est cerussam, plumbariae dant officinae.  
Laudatissimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuissimis  
super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus, etc. Psim-  
mithium Scribon. 32, 33.

PSIMYTHVS, i. m. [ψιμυθος] *Idem.* De hac vide Vitruu. 7, 12. *et*  
*Dioscor.* 5, 94.

PSITTA, ae. f. [ψίττα] Piscis plani genus, quem nos passerem  
vocamus, ut vertit Theodorus ex Aristotele de Natura animalium.  
Plin. 9, 16.

PSITTACVS, i. m. [ψιττάκη, ἀνδροκυβλωσσον] Avis Indica,  
vocem humanam miro naturae artificio effingens. Martial. 14, 73 Psit-  
tacus a vobis aliorum nomina discam: Hoc didici per me dicere, Cae-  
sar aue. Plin. 10, 42 Super omnia humanas voces reddunt, psittaci  
quidem etiam fermocinantes. India autem hanc mittit, sittaen vo-  
cant, viridem toto corpore, torque tantum miniato in cervice distin-  
ctam. Imperatores salutatur, et quae accipit verba pronuntiat. In  
vino praecipue lasciuat. Capiti eius duritia eadem quae rostro, etc.

*Conf.* Id. 2, 42. *et* Apul. Flor. p. 348 seq. *vbi elegans in primis descri-*  
*ptio est.* Perf. Prof. 8 Quis expediuit psittaco suum χαιρε, Picasque docuit  
nostra verba conari? Stat. Silu. 2, 4 est elogium Psittaci. v. g. v. 24 Occi-  
dit aëriae celeberrima gloria gentis Psittacus, ille plagae viridis regna-  
tor Eoae Stat. Silu. 2, 4, 25. Quid. Amor. 2, 6 etiam est epitaphium  
Psittaci. v. g. v. 37 Occidit ille loquax, humanae vocis imago, Psit-  
tacus, extremo munus ab orbe datum.

PSITTACINVS, a, um. Adi. Scribon. Largus Comp. 27 Colly-  
rium psittacinum a colore ita dictum.

## P S O

PSOADICVS, a, um. Adi. [ψοαδικός] Qui lumborum dolore affici-  
tur. Cael. Aurel. Tard. 5, 1.

PSOALGICVS, a, um. Adi. [ψοαλγικός] Laborans lumbis, a ψόν  
lumbus, et άλγος dolor. Theod. Prisc. 2, 34 Male scribitur Psi-  
algicus.

PSOLEOS, i. m. [ψώλεος] Verpus. Priap. Carm. 68 Psoleon  
ille vocat, quod nos psoloenta vocamus.

PSOPHIS, idis. f. [ψωφίς] Arcadiae ciuitas, a Psophide Lycao-  
nis filio, aut, ut alii malunt, a Psophide Erycis Sicani filia condita.  
Quid. Met. 5, 607 Vsque sub Orchomenon, et Psophida, Cyllenenque.  
*Conf.* Stat. Theb. 4, 296.

PSORA, ae. f. [ψώρα] Lepra. Plin. 20, 1 scabiem pforam ap-  
pellat; quam tuis cepis sanari posse eodem libro c. 5 ait. *Idem* Plin.  
eodem ipso libro 9 lepram a pfora separat: Lepras (inquit) et pforas  
cum alumine rotundo ex aceto. *Et paullo post,* Item (inquit) pfo-  
ras et lepras veteres, ipsius tribus partibus, cum duabus aluminis in  
aceto acri illitis: loquitur de brassicae crispatae viribus: multis quoque  
eiusdem libri insequentibus capitulis pforam a lepra distinguit, ut verear  
ne non auctor Lexici Graeci aberrauerit in expositione eiusdem dictionis. *Vid.*  
Caelium 6, 6. Pfora fit a ψώ scalpo. Nam qui pfora laborant, vl-  
cera siue pustulas supra modum contingere, palpare, et scalpere  
cupiunt.

PSORICVS, a, um. Adi. Pforicum collyrium Scribon. 32. *et*  
Cels. 6, 6 *vbi docet ad oculos scabros collyria.* Pforicum medicamentum  
Plin. 34, 12.

PSORANTHEMIS, idis. f. [ψωρανθεις] Infructuosa herbaros-  
marini. Apul. de Herb. c. 779.

## P S Y

PSYCHE, es. f. [ψυχή] Anima. Psychem ut formosissimam puel-  
lam sistit Apul. Met. 4. Cuius fabulam allegorice ad animam retulit  
Dulgent. *Vid.* Beroald. *Nor.* p. m. 522.

PSYCHICVS, a, um. Adi. [ψυχικός] Animalis. Tertull. Montani-  
sta scripsit librum contra Psychicos, quo orthodoxos reprehendit, ut nimis  
corpori animali, ψυχικῶ deditos. *Conf.* *Idem* *aduers.* Marc. 4, 22.

PSYCHOMACHIA, ae. f. [ψυχομαχία] Sic carmen vocat Pru-  
dentius, in quo pugna virtutum et vitiorum, quae in anima sunt, de-  
scribitur.

PSYCHOMANTIVM, i. n. [ψυχομαντεϊον] Locus vaticinii, ubi  
sebat manium euocatio. Cic. Tusc. 1, 115 c. 48 Ait enim Termancum  
quendam Elysiu, quem grauius filii mortem moereret, venisse in  
psychomantium, quaerentem quae fuisset tantae calamitatis causa, etc.  
*Idem* de Diuin. 1, 133 c. 58 Neque eos, qui quaestus causa ariolentur, nec  
psychomantia quidem quibus Appii amicus tuus uti solebat, agno-  
scere.

**PSYCHOTRŌPHVM**, i. n. [*ψυχωτροφον*] *Herba de qua Plin. 25, 8 f. 46* Quae *Veronica* dicitur in Gallia, in Italia autem *ferratula*, a Graecis *Cestros* aut *Psychotrophon*.

**PSYCHROLŪSIA**, ae. f. [*ψυχρολουσία*] *Frigidum lauacrum. 5 vid. Cael. Aurel. Acut. 1, 14, 112. et Tard. 1, 1, 47. 3, 2, 40. etc.*

**PSYCHROLŪTES**, vel **PSYCHROLŪTA**, ae. m. [*ψυχρολύτης*] *Qui frigida lauatur. Veteres enim frigida tantum utebantur: calida vero balnea valetudinariis deserviebant. Senec. Epist. 54 (53)*

Memor artificii mei veteris, frigidae cultor, mitto in mare, quomodo psychrolutam decet, gauſapatus. Idem Epist. 84 (83) Ille tantus psychrolutes, qui Calendis Ianuariis in Euripum saltabam, qui anno nouo, quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in virginem desilire, etc.

**PSYDRACION**, i. n. [*ψυδράκιον*] *Genus pustularum durarum et subalbidarum acutarumque, caput, praecipue infestantium. Paul. Aegineta Cels. 5, 28.*

**PSYLLI**, ōrum. m. [*ψύλλοι*] *Populi sunt Libyae in Africa, a Psyllo rege dicti, quibus, ut scribit Plin. 7, 2 virus exitiale serpentibus ingenitum fuit, ut cuius odore eas sopirent. Mos vero illis fuit, li-*

*beros genitos protinus obiciendi saeuissimis earum: eoque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Meminit et Herodotus 4. Silius item de Attyro Psyllo 1, 412. Lucan. 9, 895. Gellius etiam 16, 11. Crinitus 1, 3. et Solinus c. 40. Plutarchus in Catone, scribit Catonem per deserta Libyae iter facientem secum Psyllos duxisse, qui moribus serpentum mederentur, ore erabentes venenum, et ipsos serpentes cantibus mitigantes. vid. Cels. 5, 27, 3*

*De curationibus communibus aduersus omnes morsus serpentium. Conf. Sueton. Aug. c. 17. Marmaridae Psylli Lucan. 9, 895. Plura de Psyllis, vid. Plin. 8, 25. 25, 10. et 28, 3.*

**PSYLLION**, i. n. [*ψύλλιον*] *Herba radice tenui, superuacua; sarmentosum, fabae granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine autem pulici, unde et nomen: hoc in baccis; ipsa herba in vineis inuenitur, etc. Plin. 25, 7. 8. 10. 11 et 12. et 26, 14 ad fin. Vulgus Herbam pulicarem vocat.*

**PSYLLIS**, is. m. *Fluuius in Bosphoro ponti Euxini Plin. 6, 1.*

**PSYLLIVM**, i. n. [*ψύλλιον*] *Ptolemaeo 5, 1 vrbs Bithyniae: vulgo Picello.*

**PSYTHIVS**, a, um. *speciatim*

**PSYTHIA**, ae. f. [*ψύθια*] *Vuae epitheton. Virg. Georg. 2, 93 Et passo psythia utilior. Columel. 3, 2 Nam quae Graeculae vites sunt, ut mareoticae, thasiae, psythiae, sophortiae, sicut habent probabilem gustum, ita nostris regionibus, et raritate vuarum, et acinorum exiguitate minus fluunt. Macrobius quoque in enumeratione ge-*

*nerum vuarum meminit Saturn. 3, 19 Numantana, precia, prannia, psythia, pilliolata, etc. Psythia vitis Virg. Georg. 4, 269. Stat. Silu. 4, 9, 38 Vel passum psythiis suis recoctum. Plin. 14, 9 Psythium et melampsythium passi genera sunt, suum saporem, non vini,*

*referentia.*

**PSYTHIA**, ae. f. [*ψύθια*] *Vuae epitheton. Virg. Georg. 2, 93 Et passo psythia utilior. Columel. 3, 2 Nam quae Graeculae vites sunt, ut mareoticae, thasiae, psythiae, sophortiae, sicut habent probabilem gustum, ita nostris regionibus, et raritate vuarum, et acinorum exiguitate minus fluunt. Macrobius quoque in enumeratione ge-*

*nerum vuarum meminit Saturn. 3, 19 Numantana, precia, prannia, psythia, pilliolata, etc. Psythia vitis Virg. Georg. 4, 269. Stat. Silu. 4, 9, 38 Vel passum psythiis suis recoctum. Plin. 14, 9 Psythium et melampsythium passi genera sunt, suum saporem, non vini,*

*referentia.*

**PTARMICVS**, a, um. [*πταρμικός*] *Sternutatorius. Dioscor. 2, 156.*

**PTE**. [*πτε*] *Syllabica adiectio Ablatiuis aliquando iungi solita; ut Meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte. Ther. Phorm. 5, 2, 1 Nos nostrapte culpa facimus, ut malis expediat esse. Curt. Sabinus suoapte ingenio mitis Tacit. Ann. 2, 63, 5. conf. Priscian. p. 947.*

**PTERA**. [*πτερά*] *sive ut Vitruu. 3, 2. appellat, PTEROMATA, [*πτερομάτα*] in templis Muri duo sunt, ut ait Strabo 17. de templo Helio-*

*politano, ad altitudinem ipsorum templorum, vtrinque surgentes: ita dicti, quod alarum specie quasi protegant. add. Vitr. 4, 4 et 7. Sed et sing. Pteron f. ala de aedificio ad latus alterius adiuncto. Plin. 36, 17 Maiore autem in parte transitus est per tenebras: aliaeque rursus extra murum labyrinthi aedificiorum moles, pteron appellant. Et c. 5 Namque supra pteron pyramis, etc.*

**PTERELAS**, ae. m. *Taphiorum rex, de quo Ouid. in Ibin 362. De alio Pterela, vid. Stat. Theb. 6, 648. et 7, 632. Meminit et cuiusdam huius nominis Plaut. Amph. 1, 1, 105 etc. ¶ 2 De Cane huius nominis Ouid. Met. 3, 212 Et pedibus Pterelas, et naribus utilis Agre.*

**PTERIS**, idis. f. *Herba, prima species est filicis, herbae nobilis, quam Plin. describit, eiusdemque vires monstrat 27, 9. conf. Apul. c. 76. et Dioscor. 4, 186.*

**PTERNICA**, *Caulis est herbae, quae vocatur cactos; de qua Plin. 21, 16. al. Pternix.*

**PTEROMA**, et **PTERON**. *vid. PTERA.*

**PTEROPHŌROS**, i. m. [*Πτεροφόρος*] *Est Regio apud Rhipheos montes: sic dicta ab assidua niue, quae ibi pennarum similitudine continuo decidit Plin. 4, 13.*

**PTERŌTVS**, a, um. *Adi. [*πτερωτός*] Alatus, ansatus. Pteroti, duo Neronis calices ex vitro. Plin. 36, 26 Sed quid refert, Neronis principatu reperta vitri arte quae modicos calices duos, quos appellabant pterotos, HS sex milibus venderet.*

**PTERYGIVM**, i. n. [*πτερυγιον*] *In oculis vocatur Membranula quaedam nervosa, quae oriens ab angulo, vel a narium vel temporum parte ad coronam vsque, interim et pupillam operit. Plin. 34, 10*

*Cadmiae effectus, ficcare, sanare, sistere fluxiones, pterygia, fordes oculorum purgare, scabritiem extenuare. ¶ 2 Pterygium in digitis apud Paulum Aeginetam est, quum caro excrescit, partem illam contegens, quae in ungue, pterygion (inquit) appellatur, quod vitium ex paronychia fere nascitur. At Celsus 7, 7, 5. dicit esse pterygium, quum recedit ab ungue caruncula non sine magno dolore. Haec Her. col. Videtur enim Diminutium esse ab πτερόν, id est ab ala, quam tunc videtur*

*efficere caro ab unguis discedens. Plin. 23, 1 Illinitur eadem cum fico et pterygiis, digitorum.*

**PTERYGŌMA**, ātis. n. [*πτερυγόμα*] *Est Pegma aedificii insular, alae, Vitruu. 10, 17. vid. Bald. Lex. p. 95.*

**PTISĀNA**, ae. f. [*πιτσάνη*] *Hordeum decorticatum et pistillo contusum, unde (ἀπό τῆς πτίσανης) nomen habet: is. Sorbitionis f. tenuissimae pulvis genus ex illa paratum. Plin. 18, 7 f. 15 Ptisanae ex hordeo vsus validissimus, saluberrimusque tantopere probatur. Vnum laudibus eius volumen dicauit Hippocrates, clarissimus medicinae scientiae. Ptisanae bonitas praecipua Vicensi. In Aegypto vero ea est, quae fit ex hordeo cui sunt bini anguli. In Baetica et Africa genus, ex quo*

*7 G 2*

quo fiat, hordei, glabrum appellat Turannius. Idem olyram et oryzam eandem esse existimat. Ptisanae conficiendae vulgata ratio est. *Dedit plures ex Graecis Gorræus in Definitionibus.* Idem 22, 25 Ptisanae, quae ex hordeo fit, laudes vno volumine condidit Hippocrates, quae nunc omnes in alicam transeunt. Contra quanto innocentior est alica? Hippocrates tantum forbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam sitim arceret, quoniam in aluo non intumesceret, quoniam facile redderetur, et assuetis hic solus cibus in feбри, bis die posset dari, tantum remotus ab istis, qui medicinam fame exercebant. Ptisanae cremor sine vlla liquore Scribon. 105. Ptisanae cremor secundum purgationem Id. 99. Ptisanae cremor caldus largior acceptus 184. add. Id. Compos. 93. Cels. 3, 7. Ptisanae medici hodie quum absolute proferunt, Hordeaceam intelligunt: fit enim et triticea ptisana ex tritico, vel farina triticea aqua elota, de qua Galen. 1 alimentorum. PTISANARIUM, i. n. [πτισανάριον] Forma Diminut. Hor. Serm. 15 2, 3, 155 Quid cessas? aegedum fume hoc ptisanarium oryzae. Diminutiua forma vititur, ut pauillum indicet et iucundum, facile sumendum, non difficile concoctu.

## P T O

PTOCHIA, ae. f. PTOCHION, i. n. [πτοχία] Domus alendis pauperibus destinata, idem quod Ptochodochium 1. 15 et 17 §. 1 vlt. C. de Sacrosanct. Eccles.

PTOCHOTROPHIA, n. Plur. [πτοχοτροφία] Diuersoria siue domus, in quibus mendici nutriuntur: πτοχὸν enim Graeci mendicum dicunt, et τρέφω nutrio. Iustinian. 1 C. multis in Legib. maxime sub tit. de Episcopis et Clericis, et de Sacrosanct. Eccles.

PTOCHOTRÖPHVS, i. m. [πτοχότροφος] Qui pauperes alit. Vid. 1. 1 Cod. Tit. 3. et ibid. leg. 42.

PTOËMPHANAE, arum. m. Pl. Populi in Africa, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes, sicut et PTOËMBARI Plin. 6, 30.

PTOLEMAEVVS, i. m. [Πτολεμαῖος] Nomen Aegypti post Alexandrum M. regibus commune a Ptolemaeo Lagi F. vno Ducum Alexandri ductum. Lucan. 8, 696 Cum Ptolemaeorum manes seriemque pudendam Pyramides cludant, indignaque Mausolea: Litora Pompeium feriunt etc. Ptolemaeorum stemma babes apud Paul. Manut. Quaes. per Epist. 1, 10. conf. Gell. 6 c. vlt. ¶ 2 De Ptolemaeo Fluuio Plin. 6, 29.

PTOLEMAEËVS, a, um. Adi. [Πτολεμαῖος] quinque syllabarum. Propert. 2, 1, 30 Et Ptolemaeae litora capta Phari. Hinc ¶ 2 Ptolemaeion [πτολεμαῖον] f. Ptolemaeum, Gymnasium, de quo Cic. de Fin. 5 pr.

PTOLEMAIS, idis. f. Patronym. [Πτολεμαῖς] Lucan. 10, 69 45 Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris. De Cleopatra. Adiectiue Sidon. Carm. 5, 461 Ptolemaide gaza.

PTOLEMAIS, idis. f. [Πτολεμαῖς] Oppidum in margine Rubri maris, ad primos elephantorum venatus, a Ptolemaeo Philadelpho conditum est in regione Troglodytarum Plin. 2, 73. Est et aliarum 50 urbium nomen.

PTYAS, ädis. f. [πτυάς, a πτυεῖν spuer] Aspidis genus quoddam, quod sputum homini letale in oculos exspuit. Plin. 28, 6 Verum ex his quae referre fas sit, impubium puerorum contra saluas aspidum, quae ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum exspuant: contra 55 oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpebras, et cum erui farina contra adustiones, contra aurium pura, vermiculosque, si decoquatur ad dimidias partes, cum porro capitato nouo fictili.

## P V B

PVBER, äris. Adi. com. vid. infra in

PVBES, is. f. [ἤλη καὶ ἐνήλιξ καὶ ἡδρας Gloss. Lat. Gr.] Proprie Lanugo, quae maribus decimoquarto anno, feminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. v. g. Si inguen incidendum est, idque iam pube 65 contegitur, ante radendum est Cels. 7, 19 pr. Quod quia maturitatis est signum, factum est, ut Aeiectiue vir PVBER, siue PVBER vocaretur, quum primum ad generandum aptus est, et femina similiter ad concipiendum. Festus, Pubes adolescens qui iam generare potest, vocatur. Pubes etiam plurium numerus eiusdem aetatis dici solet. Deinde, Pubes et 70 qui pubem generare potest. Is incipit esse a quatuordecim annis, femina a duodecim annis viri potens, siue patiens, vt quidam putant. Sallustius, Puberes omnes interfici iubet. Cic. Off. 1, 129 c. 35 Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lauantur. Cic. pro Rabir. 31 c. 11 Neminem esse dico, ex iis 75 omnibus, qui illo die Romae fuerint (quem tu diem in iudicium vocas) pubesque tum fuerit, quin arma ceperit. Pater filium puberem habens Cic. de Orat. 2, 224 c. . . Priusquam puer pubes esset Nep. 10, 4, 4. Liu. 1, 3 Ad impuberem aetatem. Et sine lacte profecit infantia pubes Dracont. Hexaem. v. 269. Puberibus caulem 80 foliis. i. Adultis Virg. Aen. 12, 413. Seruius. Sic in 4, 514 Pubentes herbae. Et est reciproca inter herbas et homines translatio, nam et pubertatem herbarum, et florem iuuentutis vocamus. vid. post. ¶ 2 Pubes, pro Parte pudenda aliquando accipitur: Virg. Aen. 3, 427 Prima hominis facies, et pulchro corpore virgo Pube tenus. Apul. Met. 85 1 p. 105 Ab umbilico pube tenus caetera corporis renudare. Ibidem 9 p. 222 Exiguo tegili tantummodo pubem iniecti. ¶ 3 Pubes, Iuuenum multitudo. Virg. Aen. 1, 403 Haud aliter puppesque tuae, pubesque tuorum. Cic. pro Milon. 62 c. 23 Cui Senatus totam Remp. omnem Italiae pubem, cuncta Pop. Rom. arma commiserat. 90 Agrestis Virg. Georg. 1, 343. Armata Valer. Argon. 7, 77. Captiua Hor. Carm. 3, 5, 18. Delecta Stat. Theb. 4, 112. Effrena Idem Silu. 5, 2, 68. Electa Claud. de B. Gild. 416. Fortissima Lucan. 2, 473. Generosa Stat. Silu. 5, 3, 146. Indomita Virg. Georg. 3, 174. Nautica Sil. 6, 351. Numerosa Valer. Argon. 5, 40. Rustica Tibul. 1, 1, 23. Sobria Sil. 11, 106. Pube praesente est Populo praesente συνυδοχικός, ab iis, qui puberes sunt, omnem populum significant. Festus: respicit ad Plaut. Pseud. 1, 1, 124 Nunc — dico omnibus, Pube praesenti, in concione, omni populo etc. Viuetur idem notare, quod Gr. ἡδρῶν. Aegre id Romana pubes passa Liu. 1, 9. 100 vid. Borrich. Vind. p. 194. Omnis pubes Virg. Aen. 9, 74. ¶ 4 Mart. Capella 2 p. 34 Quarum vna deosculata Philologiae frontem illic, vbi pubem ciliorum discriminat glabella medieta, i. in ipso interstitio superciliorum.

PVBENS, entis. Partic. ab obsoleto PVBEO [ἡδρῶν, ἐνήλιξ] 105



Pubentes herbae, per translationem Virg. Georg. 4, 514 Pubentesque fecant herbas. Vbi Seruius, Pubentes, adultas, macriores, quibus robur acquiritur. Quidam legunt Florentes. Claud. Conf. Prob. et Olyb. 172 Sunt mihi pubentes atro de semine fratres. Genae pubentes  
5 Virg. Aen. 12, 221. al. Tabentes. Rosae Stat. Silu. 3, 3, 129. Nempe fuit antiquum verbum

PVBEO, unde superest

PVBESCO, pubui, ère. [*ἐφύβλω, ἠβέσκω, γενεῖσθαι, χροάζω*] Lanuginem emittere, ad maturitatem, et generandi facultatem peruenire, quod  
10 eleganti translatione etiam de stirpibus et plantis dicitur. Cic. Off. 1, 118 Namque Herculem Prodicium dicunt, ut est apud Xenophontem, quum primum pubesceret. Virg. Aen. 3, 491 Et nunc aequali tecum pubesceret aeuo. Vlpian. in l. 3 §. 8 Carbonianum, Plane si mater

D. de Carbon. edicto, si duo impuberes patiantur status controuersiam,  
15 et alter eorum pubuerit, expectari alterius quoque pubertas debet. Iuuentus pubescens Sil. 16, 679. Mala pubescunt Valer. Argon. 7, 340. Ora pubescunt Stat. Silu. 3, 3, 11. Aetas pubescit Sil. 3, 84. Virg. Georg. 2, 390 Hinc omnis largo pubescit vinea fetu. i. Exuberat. Cic. de Nat. Deor. 2, 41 Quum is efficiat, ut omnia floreat,

20 et in suo quaeque genere pubescant. de sole. conf. Id. N. D. 1 c. 2. Cic. Tusc. 1, 69 c. 28

Hic autem vbi habitamus, non intermittit suo tempore

Caelum nitescere, arbores frondescere,

Vites lactificae pampinis pubescere.

25 ex Poëta. Vineae pubescit in palmitem Max. Taurin. homil. 1 in Pentecost. Virgulta pubescunt fetu Claud. de Rapt. Proserp. 2, 79. Prata pubescunt flore Ouid. Trist. 3, 12, 7.

PVBESCENS, entis. Partic. Idem quod Pubens. Sil. 16, 678 Sidoniusne puer vix pubescente iuuenta. Sic, Pubescentem et quasi  
30 adolescentem vitem vocat Colum. 4, 28, 1. Pubescente vere Ammian. 27, 10. Pubescente iam fide gestorum Idem 31, 4.

PVBERTAS, aëtis. f. [*ἡβη, ἀντιμωλία*] Aetas generando sui simile apta, quam leges certo annorum numero finire solent. Pubertas  
35 plena, XVIII annus est. Modestin. De Adoptionibus l. Arrogato. conf. Cod. 5 t. 60. Vlpian. Dig. 40 t. 16 l. 5. Bynkersb. Obs. 3, 24.

¶ 2 Pubertas, est Emissio ipsa pubis a qua anni pubertatis dicti sunt. Laudatur Columel. 4, . . . At citra naturae quandam pubertatem.  
40 Cic. de Nat. Deor. 2, 36 c. 33 Ut si quis dentes et pubertatem natura dicat existere. Plin. 25, 11 Extinguit Venerem testibus circa pubertatem illita. ¶ 3 Pro vi generandi, et vigore per senectutem etiam  
durante, posuit Tacit. de Germ. 20, 4 Sera iuuenum Venus, eoque inexhausta pubertas. Improperie: Vuac pubertas Plin. 23, pr.

PVBERALE, is. n. Pubes, vel in pube pili. Gloss. Gr. Lat. *ἠφύβαιον*.

45 PVBEDA, vel PVBETA, ae. m. Adolescens. Gloss. Isidor. Glossae aliae, Pubeda, Iuuenis siue pube. al. Pubeda adultus. Mart. Capell. 1 p. 12 Pubeda vixdum. conf. 9 p. 308.

PUBLICIVS. Gentis Romanae nomen, unde nobiles illi aediles Publicii, de quibus Ouid. Fast. 5, 238. Ab his dictus Publicius cliuus  
50 ibid. v. 294. Publicius cliuus appellatur, quem duo fratres, L. M. Publicii Malleoli Aediles Curules pecuariis condemnatis ex pecunia quam ceperant, munierunt, ut in Auentinum vehiculo Velia, veniri  
possit Fest. Sic enim emendandum Festum putó. vid. Varr. L. L. 4, 32. Ab hac gente etiam dicta PVBUBLICIANA actio. Est titulus in

55 Pandectis de Publiciana in rem act. Fuit Praetor apud Romanos, qui ad instar domini, non dominum agere actione sua voluit. Vlpian. in l. sed et si D. de Publician.

PUBLICVS, a, um. Adi. [*δημόσιος, ἔνδημος*] quasi Populicus, a populo: unde et Poplicus, Poplicola, et Gr. *ποπλικός, πόπλιος*. Est  
60 igitur publicum, quidquid est populi, vel populi auctoritate, nomine, sumptibus, commodo, fit, constituitur etc. Plaut. Rud. 2, 7, 14 Istic vbi vis, condormisce: nemo prohibet, publicum est. Idem Trin. 1, 2, 183

Hoc ita si fiat, publico fiat bono. Vlpian. De tabulis exhibendis, l. Praetor ait, Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur, Labeo  
65 definit, ut et ad areas, et ad insulas, et ad agros, et ad vias publicas, itineraque publica pertineat. Publica sacra, Quae publico sumtu pro populo fiunt, quaeque pro montibus, pagis, curiis, sacellis. At Priuata, Quae pro singulis hominibus, familiis, gentibus fiunt, Fest. Conuiuari de publico, vid. CONVIVOR. Publicum, commune,

70 singulare Cic. de Inuent. 1, 46. Publicum et Priuatum opponuntur: Cic. pro Muraen. 76 Odit Populus Rom. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit. Publica priuatis discernere Hor. de Arte Poët. 397. Pessimo publico Liu. 11, 1 pr. Iam publicum quidem omnium est, tabulata, etc. h. e. Omnibus commune Plin. 10, 33. Adulter  
75 publicus fiet. Sollicitabunt illum vulgo mulieres. De incommodis formosi iuuenis Iuuen. Sat. 10, 311. Aes publicum Tacit. Ann. 12, 53. Assertor Ouid. Rem. Amor. 73. Causam antea publicam nullam dixi  
Cic. pro Rose. Amer. 59 c. 21. Comoda Hor. Epist. 2, 1, 3. Consilium publicum, dictus est Senatus: Cic. de Orat. 1, 216 Quare non  
80 etsi eloquentissimus Athenis Pericles, idemque in ea ciuitate plurimos annos princeps consilii publici fuit. Cura publica iuuenum Hor. Carm. 2, 8, 8. Custodia Tacit. Ann. 3, 36. Favor Ouid. ex Pont. 4, 14, 56. Fides Sallust. vid. FIDES. Quinctil. 1, 6 Utendum plane sermone ut numo, cui publica Forma est. Furor Claud. in pr. Conf. Stil. 2, 305. Ius publicum Ter. Phorm. 2, 2, 65. impertire alicui Suet. Aug. c. 10. Litora omnia publica esse Cic. in Topic. 32. Loca vrbs Idem de Lege Agrar. 2, 36. Luctus Ouid. ad Liu. 66. Ludus vrbs Hor. Carm. 4, 2, 42. Lux publica immensi mundi Ouid. Met. 2, 35. Idem Trist. 4, 3, 76 Publica virtuti per Mala facta via est. Munera Idem Met. 6, 351. Maiestas Claud. in Eutrop. 1, 424. Officia, promiscuae humanitatis, quae vix imputari possunt, Plin. Epist. 9, 37, 1. Cic. Verr. 4, 139 Neque illam statuum esse ex Pecunia publica, neque publice datam. add. Id. Agrar. 2, c. 30. Religio publica, vid. supra. Res priuatae et publicae Plaut. Trin. 1, 1, 16.

95 Primus bibliothecam dedicando, ingenia hominum Rempublicam fecit Afinius Pollio Plin. 35, 2 extr. Ut nempe vnusquisque frui, ut aëre, ut profuente aqua, ingenii possit. vid. RES publica. Sacra publica, vid. supra. Sidera Ouid. Epist. 18, 130. Spes Idem ad Liu. 365. Sumtus Hor. Carm. 2, 15, 18. Vectigalia publica. Vlpian. de Verb. sign. l. Inter publica. Verba publica, Quibus vtuntur omnes promiscuae humanitatis, unde initium esse solet notitiae Ouid. de Arte Am. 1, 144 Hic tibi quaeratur socii sermonis origo Et moucant primos publica verba sonos. Et Amor. 3, 7, 11 Dominumque vocauit, Et quae praeterea publica verba iuant. Senec. Epist. 3 Itaque sic priore verbo quasi publico vsus es; et sic illum amicum vocasti, quomodo omnes  
100 candi-

candidatos bonos viros dicimus, quomodo obuios, si nomen non succurrat, dominos salutamus. *Et Epist. 59 Magnam ex epistola tua percepi voluptatem: permitte enim mihi uti verbis publicis, nec illa ad significationem Stoicorum reuoca. Vid. Burm. ad Petron. 39 p. 169.* Via publica nemo quemquam ire prohibet. *Plaut. Curc. 1, 1, 35 Habet vim Prouerbii, quo significant rerum communium aequalem omnibus usum esse, neque cuiquam vertendum vitio, quod ius publicum concedit. Caeterum, vid. V I A.* Usus Hor. *Epist. 2, 1, 92.* Utilitates Tacit. *Ann. 1, 10.*

¶ 2 *Vt Populus pro plebe interdum ponitur, sic Publicus, interdum Vulgaris est, et ab egregio distinguitur. Ita apud Petron. c. 3 Sermonem habes non publici saporis. Iuuen. 7, 53*

Sed vatem egregium, cui non sit publica vena,

Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui

Communi feriat carmen triuiale moneta.

Ouid. ex Ponto 4, 13 *de structura sui carminis, Non quia mirifica est, sed quod nec publica certe, Qualis enim cunq; est, non latet esse meam.*

Publicum omnium est, *Omnibus est commune Plin. 10, 33.*

Publicum est, quod ciuitas vniuersa aliqua de causa frequentat *Cic. de Inuent. 1, 40.*

¶ 3 *Publicum, Subst. vel pro Conspectu publico vel pro publica, i. populi utilitate, nominatim pro redditibus s. vestigalibus populi.*

Liu. 9, 7 *de Caudina pace loquens, Ut postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aspiceret vellet.*

In publico, *vid. IN.* Abstineret publico, *vid. ABSTINEO.* Carere publico, *Non prodire in publicum.*

Caeterum proximis Censoribus adeo omnibus notis ignominiosisque confectos esse, ut non foro solum

omni, deinde vita, sed prope luce ac publico caruerint *Liu. 22, 61.*

Consulere in publicum *Plin. Epist. 9, 13. vid. CONSVLO.* Edicere in publicum *Suet. Galba c. 19.*

Egredi in publicum *Tacit. Hist. 4, 49, 7.* Prodire in publicum *Sueton. Neron. c. 51.*

Proponere literas in publico *Cic. Att. 7, 17.* Rapi de publico *Sueton. Othon. c. 7.*

Redigere bona in publicum, *vid. IN Praepositionem.* *Cic. Verr. 5, 91*

Cleomenes, quamquam nox erat, tamen in publico esse non audebat: includit se domi.

*Suet. Neron. c. 9 Eiusdem saepe lectica per publicum simul Vectus est. de Nerone et eius matre.*

Versari in publico *Tacit. Ann. 15, 59.*

*Aliquando, ut indicauimus, significat Vestigal: unde et Publicani dicti sunt.*

*Cic. Q. Frat. 1, 1 Hic te ita versari, ut et publicanis satisfacias, praesertim publicis male redemptis, et socios perire non sinas, diuinae cuiusdam virtutis esse videtur, id est tuae.*

*Sueton. Calig. c. 40 Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, et quae meretricium et quae lenocinium fecissent. conf. Id. Vitell. c. 7.*

*Hor. Epist. 1, 1, 77 Pars hominum gestit conducere publica, vid. Torrent. ad Sueton. ll. cc. Donat. ad Tacit. Ann. 13, 51. et Lips. ad Senec. de Conf. Sap. c. 14.*

*Aliquando Aerarium etiam significat, vid. Gronou. ad Liu. 2, 9.*

**PUBLICAE.** *Adu. [δημοσία, πάνδημον] In Conspectu populi etc. ut in PUBLICVS ostendimus.*

*Ter. Adelph. 3, 3, 89 Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice. i. Numquam obfuturus Reip.*

*Custos publice est in Piraeo Ter. Eun. 2, 2, 59. Cic. Verr. 4 c. 8 Qui nauis istius aedificandae publice praefuit.*

*Idem de Finib. 5, 42 Serpit sensim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitias, post vicinatatibus cum ciuibus et iis, qui publice socii atque amici sunt, deinde totius complexu gentis humanae.*

*Accipere mercedem publice Scribon. 171. i. de publico.*

*Adiuuare Tacit. Agric. 21, 1. Ali Nep. 3, 3, 3. Cic. Verr. 3, 80*

*Itaque quum Philinus Herbitensis, homo disertus et prudens et domi nobilis, de calamitate aratorum, et de fuga, et de reliquorum paucitate publice diceret. Idem ibid. 3,*

*170 Cui Senatus dederat publice causam, ut mihi fratrique meo gratias ageret.*

*Dati ei sumtus publice Aur. Vict. de Viris Illust. c. 40. i. Ex aerario.*

*Plin. Epist. 5, 15 His ex causis ut illi, sic mihi gratulor, nec priuatim magis quam publice, quod tandem homines, etc. 60*

*Itur illac publice Vlpian. in l. 1 D. Ne quid in loco publico fiat. Locantur publice cibaria anseribus Cic. pro Rosc. Amer. 56. h. e. Ex publico aluntur.*

*Suet. Aug. c. 36. Parare Nauem publice Liu. 3, 26 extr. Parare locum publice Idem 42, 1. Possidere bona publice, vid. POS-*

*SIDEO. Maximam publice Putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros Caes. B. G. 4, 3. Mittere publice Scribon. 171.*

*Praebere epulum publice Suet. Vitel. c. 10. Cic. Verr. 5, 89 Quem ab illis praedonibus Locenses postea publice redemerunt. i. Sumtibus publicis.*

*Restituere Capitolium publice Tacit. Hist. 4, 9, 4. i. Sumtu publico. Cic. Att. 16, 11*

*Publice tamen scripsi, si uti vellet iis Valerius, aut mihi nomina mitteret. Idem Fam. 15, 9. Sum: Cic. Verr. 1, 16 c. 6*

*Neque meus aduentus labori aut sumtui, neque publice, neque priuatim fuit. i. Neque meis amicis, neque prouinciae, aut urbi. Tacit. Ann. 12, 60*

*Publice Valebant, qui vicerant. Cic. Diu. Verr. 1, 2 Cuncti ad me publice saepe, Venerunt, ut suarum fortunarum omnium causam defensionemque susciperem. Et Verr. 2, 11 c. 4*

*Publice priuatimque Venerunt.*

**PUBLICO,** *äre. [δημέω, δημοσίω, ἐκδίδωμι] Publicum facere, quod interdum ad solam notitiam refertur, ut sit Omnibus palam facere, manifestare.*

*Zeno praeceptorum fidem exemplo suo publicauit Val. Max. 3, 3 ext. 2. Iustin. 1, 7, 15*

*Non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret. vid. Plin. 33, 3. Interdum vero Publico aerario attribueret significat, v. g. Cic. de Inuent. 2, 98*

*Lex est apud Rhodios, ut si qua rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coegit, Quaeftor nauim populi vocat. Nauis dominus negat publicari oportere. Idem de Finib. 2*

*Secutus est qui in causa impia, victoria etiam foedior, non singulorum ciuium bona publicaret, sed vniuersas prouincias, regionesque vno calamitatis genere comprehenderet. Sueton. Claud. c. 25*

*Li- bertinos, qui se pro equitibus Rom. agerent, publicauit. i. bona eorum in fiscum iussit vel aerarium redigi, ut interpretatur Torrentius. Agros publicare Cic. de Lege Agr. 1, 10 c. 4. Bona Idem in Catil. 4, 8 c. 4.*

*Priuatam publicare, Publica liberare Idem de Lege Agr. 2, 56 c. 21. Librum publicare est Edere in publicum: Plin. Epist. 4, 27*

*Ad hunc gustum totum librum repromitto: quem tibi, ut primum publicauerit, exhibebo. Oratiunculam publicare Plin. Epist. 5, 108. Fortunam suam publicare, pro Passim communicare Seru. de Clement. 1. Se publicare Suet. Neron. c. 21. i. Copiam sui publice facere et publice cantare.*

*Publicat vulgo corpus suum meretrix Plaut. Bacch. 4, 8, 22. Publicare crimen, non pro Diuulgare, aut palam facere: sed pro Derivare in totam ciuitatem, vel totam ciuitatem eius insimulare est. Liu. 34, 61*

*Scriptum erat, Aristonem priuatim ad neminem, publice ad seniores (ita Senatum vocabant) mandata habuisse. Publicato crimine minus intenta de paucis quaestio erat. Publicari, Fisco acquiri: 105*

VOL. III.

Paullus in l. Via. D. de seruit. rustic. praed. Si fundus seruiens, vel is, cui seruitus debetur, publicetur: utroque casu durant seruitutes: quia cum sua quisque conditione fundus publicatur. Publicari mulier dicitur, *Quae ad quaestum meretricium damnatur: vid. Burm. ad Quint. Stil.* 7, 9.

**PUBLICANS**, antis. Partic. **Conditio publicantium, scil.** Opus Plin. Nat. Hist. praef.

**PUBLICATVS**, a, um. Bona publicata Nep. 7, 4, 5. et 8, 1, 5. Publicata, *vid. Pudicitia, in PVDEO.* Sermones publicati Petron. c. 39. i. *Copia facta omnibus inter se et cum conuiuatore loquendi.*

**PUBLICATIO**, ōnis. f. [*δημευσίς*] Cic. in Catil. 4, 10 c. 5 Adiungit etiam publicationem honorum. Proponere publicationem honorum Cic. pro Planc. 97.

**PUBLICATOR**, ōris. m. Publicator occulti Sidon. Epist. 3, 13. Onomast. Vet. Publicator, *τελώνης.*

**PUBLICATRIX**, icis. f. Sic, Publicatrix intestini decoris, *Venus ab Arnobio dicta.*

**PUBLICANVS**, i. m. [*τέλων, τελώνης*] Publicanos appellarunt, qui Publica, i. vectigalia omnesque adeo Pop. Rom. reditus exigebat redimere. *nt.* Horum ordinem et numero *εμπλίσμω*, et personarum dignitate potentissimum fuisse constat. Cic. pro Planc. 23 Flos enim Equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reip. publicanorum ordine continetur. Ulpianus De publicanis et vectigalibus, l. 1 Publicani sunt qui publico fruuntur. nam inde nomen habent: siue fisco vectigal

pendant, vel tributum consequantur: et omnes, qui aliquid a fisco conducunt, recte vocantur publicani. Familiae maximae publicanorum Cic. pro Lege Manil. 16 c. 6. Idem Qu. Frat. 1, 1 Nomen autem publicani aspernari non possunt, qui pendere ipsi vectigal sine publicano non potuerunt. Cato publicanos tertium iam mensem vexat Id.

Att. 1, 15. Idem Verr. 3, 78 c. 34 Mulierculae publicanae noluit ex decumis nimium lucri dare.

**PUBLICOLA**, quasi Cultor et obseruator populi, [*δημοκόλης, δημοκόλης* Gloss. Lat. Gr.] hoc cognomine dictus est Publius Valerius, qui in locum Tarquinii Collasini consul a populo successus est. *Plutarchus πομπικολαν dicere solet.* *Via.* Liu. 2, 8. al. Poplicola; ut Graeci communiter, et Marmora apud Sigon. ad Liu. 2, 8. ad quem locum, itemque ad Sil. 2, 8. etiam Drakenborchius antiqua monumenta profert, in quibus Poplicola est. Sed nempe ut Poplicum mollierunt in Publicum: ita factum in Publicola, quomodo optima etiam Liuii membranae constanter scribunt. *appellatiue usus est* Sidon. Carm. 23, 80 Inter publicolas manu feroces Tranco

Mutius eminent lacerto.

**PUBLICIVS**. Adi. *Vid. supra suo loco.*

**PUBLICITVS**. Adu. [*δημοσίως*] Idem quod publice. Ter. Phorm. 5, 8 (7) 85 Nonne hoc publicitus scelus hinc deportariet in solas terras? *Vbi* Donatus: Publicitus, publica cura et consilio. Plaut. Amph. 4, 2, 7 Hospitio publicitus accipiar. i. *Carcere publico.* Idem Bacch. 2, 3, 79. et Pers. 4, 3, 40. *Vid.* Non. 11, 27. et Charis. 2 p. 190. Nulla tibi priuatum, sed omni publicitus gratia obstrictus Apul. Florid. 2 p. 347. Peccata prohiberi publicitus interest Gell. 6, 14.

**PUBLICIPOR**, ōris. m. [*πυβλίπης παῖς*] *Publii puer siue seruus.* *Vid.* PVER n. l. it. MARCIPOR. itemque QVINTIPOR ex Festo.

**PUBLICVS** genere Syrus fuit, conditione seruus cuius Mimi, i. versus vitae quandam picturam habentes, plusculi supersunt. *Vid.* Gell. 17, 14. et Macrobr. Saturn. 2, 7. Plin. 8, 51. *Cacterum* Publii, qui prius pupilli facti erant, quam praenomina haberent: alii omnis causa, ex pube Probus in Epitome de Nominib. Val. Maximo adscripta. *Vid. supra PRAENOMEN.*

**PUBLICILIVS**, i. m. *Aliud nomen a Publico descendens.* *Vid.* Sigon. de Nom. Rom.

## P V C

**PVCINVM**, i. n. [*Πύκτινον*] Castellum in Venetia decima regione Italiae, in Carnorum agro, nobilitatum, ob vina elegantia quae ibidem nascuntur Plin. 3, 18. *Hinc*

**PVCINVS**, a, um. Adi. ut, Pucinum vinum [*Πυκτινός οἶνος*] ab oppido Pucino, in quo nascitur. Plin. 14, 6. *de vinis generosis,* Julia, inquit, Augusta LXXXII annos vitae Pucino retulit acceptos, non alio vsa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul a Timauo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc esse crediderim quod Graeci celebrantes miris laudibus *πύκτινον* appellauerunt ex Adriatico sinu.

## P V D

**PVDA**, ae. f. *Charta, s. papyrus, sec. Voss. ad Melam 3, 9 p. 599.* *Vid.* BVDA.

**PVDEO**, ui, itum, ēre. [*αἰδέομαι, αἰχρόνομαι, ἐρυθρίω*] Fere semper in tertiis tantum personis legitur. Tamen Plaut. Cal. 5, 2, 3 Ita nunc pudeo, atque ita nunc pauco, atque ita in ridiculum sumus ambo, Sed ego inspiens noua nunc facio, pudet, quod prius non puditum vnquam est. Donatus, Pudere, est in his, quae turpiter fiunt: Pigere, in his, quae cum malo, damnoque. *Firmari potest illa obseruat.* loco Plauti Capt. 2, 1, 9 At nos pudet, quia cum catenis sumus. *Lorarii,* At pigeat postea nostrum herum, si vos eximat vinculis. *Caeterum* Piget minus quam Pudet: Cic. pro Domo 29 Me non solum piget stultitiae meae, sed etiam pudet. Pudet et Piget hoc distant: Pudet verecundiae est, Piget poeritentiae Non. 5, 10. *Cum Accusatiuo:*

Lucan. 8, 495 Semper metuet, quem saeva pudebunt Ter. Adolph. 4, 7, 36 Non te haec pudēt? Nempe Pudere fuit priscis pudore afficere, *αἰχρόνειν.* Impersonale saepius legitur, ut dictum est: aliquando cum Infinitiuo, et subauditur Accusatiuus Me vel Te; interdum etiam efferatur. Ter. Heaut. 5, 4, 18 Pudet dicere hac praesente verbum turpe.

Non me hoc iam dicere pudebit Cic. Q. Frat. 1, 1. Idem Orat. 147 c. 43 Versus, qui vetat Artem pudere proloqui, quam faciites. *Cum Accusatiuo:* Ter. Adolph. 1, 2, 4 Quem neque pudet quidquam, neque metuit quemquam. Simul pudere, quod non oportet, coeperit, quod oportet, non pudebit Liu. 34, 4 extr. Quem non pudet, hunc poena dignum puto Cic. de Orat. 1, 121 c. 26. Me autem quid pudeat? qui,

etc. Idem pro Arch. 12. Me pudet quia Plaut. Capt. 2, 1, 9. *ut modo vidimus.* *Cum Genitiuo:* Ter. Heaut. 2, 3, 19 Cuius nunc pudet me et miseret, qui harum mores cantabat mihi i. cuius praesentia aut cogitatio adeo me pudore afficit. Ut te neque deorum neque hominum pudet Sal-

lust. Hist. l. 1. in Orat. L. Philipp. n. 15. Sed frequentius factum, vel res

7 H

turpis

*turpis in Genituo ponitur, ut Cic. Verr. Act. 1, 35 c. 12 Quos libidinis infamiaeque suae neque pudeat, neque taeat.* Crasse pudet me tui Cic. in Pison. 58 c. 24. Cuius eos non pudere miror Idem Philipp. 10, 22. Non te huiuscemodi criminis maxime eius pudet? Idem Verr. 5, 135. Pudet incepti Stat. Theb. 3, 609. Pudet tanti mali Hor. Epod. 11, 10. Patris mei meum factum pudet, *pro Meorum factorum* Cic. in Orat. 155 c. 46. Sceleris pudet Hor. Carm. 1, 35, 33. *Declinatur varie.* Cic. Philipp. 2 c. 25 Si te municipiorum non pudebat, ne veterani quidem exercitus. Pudutum est, *pro Puduit*: Plaut. Caf. 5, 2, 4 Pudet, quod prius non pudutum unquam est. *Add.* Idem Bacch. 3, 1, 12. *et* Apul. Apol. *et* Florid. p. 246. 289 *et* 342. Cic. pro Flacc. 52 c. 22 Nonne esset pudutum, si hanc causam agerent senere, etc. Plin. 36, 15 Quum puderet viuos, tanquam puditurum esset extinctos. Non enim pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus Cic. de Orat. 1, 120 c. 26. Induci ad pudendum Idem de Clar. Orat. 188 c. 50. Plaut. Epid. 2, 1, 1 Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet; ubi pudendum est, ibi eos deserit pudor, cum usus est ut pudeat.

**PVDESCIT**, *pro Pudet.* Prudent. Cathem. 2, 26 Piget, pude-scit, poenitet.

**PVDENS**, entis. Partic. [*αἰδύμων*] Cic. Verr. 3, 161 c. 69 Metelli est filius in provincia: non puer, sed adolescens bonus ac pudens. Petulans, *et* Pudens, *contraria* Ouid. de Arte Am. 1, 767. Pudens animus Ter. Heaut. 1, 1, 68. Hominem pudentem *et* officiosum cognosces, *et* dignum qui a te diligatur Cic. Fam. 13, 22. Risus pudens *et* liberalis Auctor ad Herenn. 3 c. 13. Nihil apparet in eo ingenium, nihil moderatum, nihil, pudens, nihil pudicum Cic. Philipp. 3, 28. *Compar.* Quo pudentior aut melior esset Cic. Verr. 3 c. 68. *add.* Id. Fam. 7, 5. Cic. pro Cluent. 77 Homines totius ignari negotii, qui Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum, *et* hominem pudentissimum pecunia oppressum arbitrarentur? *Vetus codex habet* Prudentissimum. Pudentissimus atque optimus vir Cic. pro Flacc. 48. *add.* Id. pro Sulla c. 22. Pudentissima lectissimaque femina Idem Verr. 1, 84 c. 37.

**PVDENTER**. Adu. [*αἰδυμένως*] *Cum verecundia, vel verecunde: cui contrarium* Impudenter. Cic. pro Quint. 38 c. 11 Quem nunc interficere nefarie cupis, cum tum pudenter appellare volebas? Appellare aliquem pudenter Idem ibid. 38 c. 11. Rogare aliquem parum pudenter Idem Fam. 7, 28 (27). Sumere pudenter aliquid Hor. Epist. 1, 17, 44. Licentia sumta pudenter Idem de Arte Poët. 51. Vivere pudenter Cic. in Vatin. 6. *Compar.* Quem ego paullo sciebam vel pudentius vel inuitius ad hoc genus sermonis accedere Idem de Orat. 2 c. 89. Idem Att. 7, 2 Bene eueniat, inquit Carneades, spurce, sed tamen pudentius quam Lucius noster *et* Patron. Gell. 12, 11 Pudentius peccare. *Superl.* Cic. Att. 16, 15 Pudentissime hoc petierat.

**PVDENDVS**, a, um. Adi. [*αἰδαῖος, αἰδυντέος*] Plin. 17, 12 Illam incitiam pudendam esse conueniet. Amor pudendus Ouid. Ep. 5, 44. Causa pudenda tua est Idem ibid. 5, 98. Lucra Idem de Arte Am. 3, 442. Luxus Tacit. Ann. 3, 53, 1. In immundo Signa pudenda toro Ouid. Rem. Am. v. 432. Strages Claud. de B. Getico 158. Vita Ouid. ex Pont. 2, 2, 108. Vulnera Virg. Aen. 11, 55. Ut iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta quam Senatus Cic. Philipp. 5, 4. Dictu pudenda Quinctil. 1, 2. Multa pudenda pati Ouid. Trist. 2, 504. *Substantiue, s. potius intellecto nomine* Membra, Pudenda, orum. n. Pl. Ea, quibus viri feminaeque discernuntur. Augustin. Ciu. Dei 14, 17 Qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant. *Idem infra.* De pudice: Min. Fel. 28, 10 Strepitus per pudenda corporis expressi.

**PVDIBVNDVS**, a, um. Aliud Adi. [*αἰδυνυπέος*] *Idem quod* Pudens. Plin. 10, 20 Idem cauda annuis vicibus amissa cum foliis arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibundus ac moerens quaerit latebram. *de pauonibus.* Columel. 10, 361 Femina, quae iustis tum deum operata iuuentae Legibus, obsceno manat pudibunda cruore. Amplexus pudibundi Claud. de Rapt. Proferp. 3, 275. Dies pudibunda exoritur, *Purpurea* Stat. Theb. 5, 296. *descriptio Aurorae.* Matrona Hor. de Arte Poët. 232. Ora Ouid. Fast. 2, 819. Pars pudibunda nostri, *Genitalia membra* Idem Amor. 3, 6, 69. Sales pudibundi Auctor ad Calpurn. Pison. 114.

**PVDIBILIS**, e. Adi. Lamprid. Heliogab. c. 12 Pudibilia membra. **PVDIMENTVM**, i. n. Gloss. Gr. Lat. *αἰδαῖον*, pudimentum, pudendum.

**PVDEFIO**, fieri. [*αἰδυνομαι*] a Pudefacio fit. Gell. 15, 17 Traditas sibi tibias quum ad os adhibuisset, inflassetque, pudefactus oris deformitate abiicit, infregitque. *de Alcibiade.*

**PVDICVS**, a, um. Adi. [*αἰδυρῶν, αἰδυρῶς, πόρνιος*] *Quem pudet facile ubi oportet.* Pudicum ingenium Pamphili, *apud* Ter. Hec. 1, 2, 77. *et* Plaut. Curc. 1, 1, 51 Tam a me pudica est, quasi soror mea fit. Amicitia pudica Stat. Silu. 2, 2, 144. Animus Ouid. Epist. 7, 5. Aures Senec. Hippol. f. 8. Coniuges Hor. Carm. 4, 9, 41 Crines Ouid. ex Pont. 3, 3, 51. Fidem pudicam sollicitare donis Ouid. Met. 7, 220. Fraus Ouid. ex Pont. 3, 1, 107. Frons Claud. Conf. Mall. Theod. 118. Iuuenis Senec. Hippol. f. 12. Cic. ad Octau. Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne Militem habere voluit nisi pudicum? Mores Ouid. Trist. 3, 7, 13. Mulier Hor. Epod. 2, 39. Nupta Ouid. Fast. 2, 794. Preces Idem Epist. 1, 85. Thalamos violare pudicos Idem Amor. 1, 8, 19. Vota Idem Epist. 9, 35. Pudicus *ferè is est, qui nihil turpe patitur, ut* Hor. Serm. 1, 6, 82

Quid multa? pudicum,

Qui primus virtutis honos, seruauit ab omni

Non solum facto, verum opprobrio quoque turpi.

*An et ille, qui alterius pudicitiam non violat, pudicus vocatur, qui alterum non efficit impudicum? Laudatur* Horatius de Hippolyto Carm. 4, 7, 25 Inferius neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum. *Sed etiam Hippolytus maxime in refutanda nouercae cupiditate pudicus fuit.* Conf. Perizon. de morte Iud. p. 71 seq. *Compar.* Ouid. in Ibin 349 Nec tibi contingat matrona pudicior illa, etc. *Superl.* Pudicissima femina Plin. 7, 35. *2* *Peculiare est, quod* Pudicus ponitur *pro verecundo.* Is est honor homini pudico, meminisse officium suum Plaut. Trin. 3, 3, 71.

**PVDICE**. Adu. [*αἰδυρῶν*] Plaut. Amph. 1, 1, 192 Ego tibi istam hodie scelestè comprimam linguam. *Salsa in obscenum sensum rapit dictum, et* Haud potes, inquit, Bene pudiceque asseruatur. Actum pudice omne acuum Ouid. ad Liuiam 41. Bene ac pudice doctum to.

- atque eductum ingenium Ter. Andr. 1, 5, 39. *Compar.* [σὺφροσύνη] Plin. Epist. 4, 78 (13) Vbi enim iucundius morarentur, quam in patria: aut pudiciorum continerentur, quam sub oculis parentum, etc. Plaut. Merc. 4, 3, 15 Pudiciorum faciunt illi.
- 5 PUDICITIVS, *Idem.* Apul. Apol. 1 p. 312 *ed. Colu.* Versus tanto pudicitius compositi. *Elmenb. leg.* pudicitius: *vid. eius Emendd.* p. 281.
- PUDICITIA, *ae. f.* [τὸ σὺφρον, σὺφροσύνη] *Virtus pudiciorum.* Plin. 17, 25 A quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis auctor tradidit. Lis est cum forma magna pudicitiae Ouid. Epist. 16, 282.
- 10 Iuuen. Sat. 10, 297. Amissa pudicitia Liu. 1, 58. Suet. Aug. c. 68 Quasi pudicitiam Delibatam a Caesare, et etiam Hirtio in Hispania CCC Millibus nummum substrauerit. Impenetrabilis Agrippinae pudicitia Tacit. Ann. 4, 12. Ouid. ad Liuiam 42 Nulla reparabilis arte Laesa pudicitia est: deperit illa semel. Obstinata, *vid.* OBSTI-
- 15 NO. Prostrata Suet. Tiber. c. 35. *Idem* Caes. c. 2. Publicata pudicitia, *i. Prostituta* Tacit. de Morib. Germ. 19, 3. Attentatur pudicitia, *vid.* ATTENTO. Colere pudicitiam, *vid.* COLO. Eripere pudicitiam alicui Cic. pro Milon. 9. Habere pudicitiam in propatulo Sallust. Catil. c. 13. Imminuere pudicitiam virginis, *vid.*
- 20 IMMINVO. Non parcere suae nec alienae pudicitiae Cic. pro Rabir. 8. Parcat iuuentus pudicitiae suae, ne spoliaret alienam *Idem* pro Caes. 42 c. 18. Quaestio pudicitiae, *Qua scilicet de stupro masculi quaeritur* Valer. Max. 6, 1, 7. *Conf.* Iustinian. Inst. l. 4 tit. 17 §. 4 *Religiosa munditia, ac puritas:* Virg. Georg. 2, 524 Casta pudicitiam
- 25 seruat domus. Pudicitiam, *pro Dea coluerunt Romani:* Festus, Plebeiae Pudicitiae facellum in vico longo est. Liu. 10, 23.
- PUDOR, *ōris. m.* [αἰδώς, ἀλοχὴν] *Metus et fuga turpitudinis, non venereae modo, sed omnis etiam alterius, adeo quidem, ut interdum generale virtutis omnis nomen videatur.* Rursus Pudor est non nunquam
- 30 ipsa turpitudine, cuius nos pudet, itemque fama et existimatio, quam pudor tueri sūdet. *Exemplis haec iam declaranda sunt.* Cic. pro Cluent. 12 c. 5 Deinde ita flagrare coepit amentia, sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas reuocaret. Pudor et taciturnitas coniung. Suet. Ner. c. 23 *extr.* Pudor et petulantia
- 35 opp. Cic. Catil. 2 c. 11. Claustra pudoris et reuerentiae refracta Plin. Epist. 2, 14. Rusticitas, non pudor ille fuit Ouid. A. A. 1, 672. Insigne pudoris vittae, et instita longa Ouid. de Arte Am. 1, 30. *Habitus virginum et matronarum.* Naufragium pudoris Firmic. 6, 12. Significatio pudoris Cic. de Orat. 2, 182. Plena pudoris libertas
- 40 Lucan. ad Pison. 94. Moderator cupiditatis pudor Cic. de Finib. 2, 113. Paupertatis pudor et fuga Hor. Epist. 1, 18, 24. Famae pudor Cic. de Prouinc. Consul. 14. In Rogando Cic. Fam. 5, 19. Pudor patris, *Reuerentia* Ter. Andr. 1, 5, 28. *Conf.* *Idem* Hec. 1, 2, 47. et Liu. 5, 46. Ouid. Epist. 11, 79 Irruit, et nostrum vulgat clamore pudorem, *i. factum pudendum.* *Idem* Rem. Amor. 359 Pudor est
- 45 mihi dicere. Liu. 34, 58 Quae impetrata gloriae sibi non pudori fit. *Vid. Berneg. ad Suet. Caes. c. 2 n. 1.* *Pro fama, et existimatione* Plin. Epist. 2, 4 Magnum habes facilitatis meae pignus, cuius fiducia debes famam pudoremque defuncti suscipere. *Idem* *ibid.* 5,
- 50 1 Neque aderat alius, qui defunctae pudorem tueretur. Productus testis, saluo tamen ante pudore. Quantumcunque potes, celato crimen amici Cato de Morib. disticho 5 libri 3. Cic. Fam. 5, 1 *Quem si parum ipsius pudor defendebat.* Pudor operatur Papin. 3 Dig. t. 2 l. 20. ¶ 2 *Epitheta:* Aeger pudor Valer. Argon. 7, 514. Afflictus Stat. Theb. 11, 164. Caitus Ouid. de Arte Am. 1, 100. Dirus
- 55 Senec. Herc. Oet. f. 9. Famosus Ouid. Amor. 3, 6, 78. Foedus *Idem* de Arte Am. 3, 247. Infans Hor. Serm. 1, 6, 56. Ingenuus Iuuen. Sat. 11, 154. Malus pudor, *i. Vitiosus, duorum Graeci vocant, de quo scripsit Plutarchus libellum utilissimum:* Hor. Serm. 2, 3,
- 60 39 — Pudor te malus vrget, Infans qui inter vereare infans haberi. *Idem* Epist. 1, 16, 24. Miser Ouid. Ep. 9, 19. Obsoletus. Apul. Apol. p. 274 *extr. Elmenb.* Pudor veluti vestis quanto obsoletior est tanto incuriosius habetur. Profugus Ouid. Epist. 4, 155. Proiectus *Idem* Met. 6, 544. Pudor ille Romani nominis
- 65 proprius, qui saepe res perditas seruauit in praeliis etc. Plin. 36, 15 l. 24, 3. Pulcher Claud. Conf. Prob. et Olib. 22. Rigidus *Idem* Conf. Mall. Theod. 246. Saluo pudore Cato Dist. 3, 5. Sarcotus Tibul. 1, 3, 83. Tener Ouid. Epist. 2, 143. Timidus *Idem* Amor. 1, 5, 8. Turpis *Idem* Met. 11, 180. Verecundus *Idem* de
- 70 Arte Am. 2, 572. Pudor, si similes, prodest: Verus obesse solet *Idem* Am. 1, 8, 35. Vilis Quinct. 11, 1, 30. *i. contentus, conculcatus, verbo, Impudentia.* Virginei pudoris flos intemeratus Ouid. Met. 14, 638. ¶ 3 *Verba:* Absit in arctis rebus pudor Val. Flacc. Argon. 4, 324. Adest nominibus pudor, *i. Nomina sunt turpia* Ouid. Trist. 2, 434. Aestuatur ingens pudor in imo corde Virg. Aen. 10, 870. Afferre pudorem Ouid. Trist. 3, 6, 31. Affici pudore, *vid.* AFFICIO. Atterere pudorem alicuius, *vid.* ATTERO. Auferre pudorem virgini Ouid. Met. 6, 616. Celat vlcera malus pudor Hor. Epist. 1, 16, 24. Cessit pudor Ouid. Met. 10, 241. Non
- 80 vnquam reuocabilis pudor ab ore cessit Valer. Argon. 7, 456. Coactus pudore, *vid.* COGO. Colere pudorem, *vid.* COLO. Confusa pudore Ouid. Epist. 21, 111. Consequitur rubor pudorem Cic. Tusc. 4, 19 c. 8. Consulere pudori, *vid.* CONSVLO. Custodire pudorem Quinctil. 1, 2. Decet ora pudor Ouid. Amor. 1, 8, 35.
- 85 Defendere pudorem pudicitiamque Cic. de Arusp. Resp. 9. Deiecta oculos tristi pudore Valer. Argon. 2, 470. Deiecti virtus pudore Senec. Troad. 12. Depositus Hor. Epist. 1, 9, 12. Explicare pudorem Quinctil. 6, 3. Exstinctus Virg. Aen. 4, 322. Ferrea Tristitia cum magno damna pudore tuli Ouid. Amor. 3, 7, 72. Formare pudorem Quinctil. 1, 2. Fugit ab ore pudor Ouid. Trist. 2, 30. Fugiens ex vrbe Iuuen. Sat. 11, 52. Habere pudorem Stat. Theb. 10, 564. Non Habitant vna pudor et fames Quinctil. Decl. 12. Impo-
- 90 nere plagario pudorem, *vid.* IMPONO. Incendit tum pudor vires, et conscia virtus Virg. Aen. 5, 455. Incutere pudorem alicui Hor. Epist. 1, 18, 77. Intrat pudor aliquem Tacit. Ann. 1, 45. Misceat pudorem temperies iusta Claud. de Nupt. Honor. 268. Miscendus est amori pudor Ouid. Epist. 4, 9. Mordet pudor Quinctil. 6, 4. Notat ora pudor Ouid. Amor. 3, 6, 78. Nundinatus Firmic. 6, 31. *Ibid. extr.* Quaestus et libidinis causa, pudorem suum
- 100 etiam duobus fratribus nundinabit. Obiicere alicui digna pudore Ouid. Met. 13, 307. Obsequi pudori, *vid.* OBSEQVOR. Ornat aetatem pudor Cic. pro Rose. Amer. 149. Quantum illius aetatis Patiebatur pudor Cic. de Orat. 2, 3. Prostituti pudoris scelerata commercia Firmic. 6, 12 et 17. Prostituti pudoris meretrix *Idem*
- 105 6, 31. Pulsus Ouid. Met. 6, 375. Pensare pudorem nece Ouid. Epist.

Epist. 2, 143. Perit pudor, *vid.* PEREO. Ponere pudorem Stat. Theb. 10, 62. Postposito pudore referre aliquid Ouid. Amor. 3, 1, 22. *Al.* Praeterito. Rapere pudorem puellae Ouid. Met. 1, 600. Refugere pudore a dicendo Cic. de Orat. 2, 10. Relictus Stat. Theb. 3, 273. Reprimere cupiditatem pudore Senec. de Benef. 2, 7. Sollicitare tenerum pudorem Claud. de Rapt. Proserp. 1, 131. Soluere pudorem Virg. Aen. 4, 55. Sugillare pudorem alicuius Vlpian. in l. Sed si hac lege §. Praetor ait D. de in ius vocand. Sum: Pudori esse res dicitur, *Quae verecundari nos cogit, quia dedecus aliquod afferat*: Liu. 34, 58 Amicitiam Romanos Antiochum petere: sed quae impetrata, gloriae sibi, non pudori sit. *Gloriam hic Pudori opponit.* Pudor est mihi dicere Ouid. Rem. Amor. 359. Pudor est vltiora loqui Idem Fast. 5, 532. Pudor est referre promissa precesque, *etc.* Idem Met. 14, 18. Suscipere pudorem alicuius, *vid.* Suscipere famam, in FAMA. Tegere pudorem Lucan. 2, 360. Teneat ora pudor Ouid. Met. 9, 514. Transire fines pudoris Id. Epist. 17, 67. Vexare pudorem Lucret. 3, 83. Victus amore pudor Ouid. Amor. 3, 10, 29. *In MSS. confundi pudor et furor, docet Burm. ad Quinctil. Decl. 11, 1 p. 232.*

PVDORĀTVS, a, um. Vulg. Interp. Sirac. 26, 19 Melior sancta et pudorata Sarisb. 8, 11 Pudoratissima virgo.

PVDOROSVS, a, um. Idem. Gloss. Gr. Lat. αἰδήμων modestus, pudorosus.

PVDORICOLOR, oris. i. Rubicundus. Nacu. apud Gell. 19, 7 Auroram pudoricoleorem.

## P V E

PVELLA, *etc.* *vid.* post PVER.

PVER, pueri. m. [παῖς] Puer quasi Purus, id est impubes: Varro ap. Cenforin. de Die Nat. c. 14. et Isidor. 11, 2. Apud Fest. in Obpuiat, *ad hoc astutius*, Puer dicitur a pauendo, quia aetas puerilis est obpuianda, id est ferienda, punienda. *Scalig. in Coniect. Varr. p. 41 ab antiquo Por deducit, qui postea Puer.* Sic Marcipor, Publipor, Quintipor, id est Marcipuer, *etc.* *vid.* Quinctil. 1, 4 p. 49. Plin. 32, 1. Priscian. 6 p. 700. *Voss. Inst. Orat. 4, 12 p. 225. Por autem ex Graeco παῖς, quod Dorice dicebatur pro παῖς.* Paullus de Verb. signific. 1. Puer 204 Pueri appellatio tres significationes habet: Vnam, quum omnes seruos, pueros appellaremus: alteram, quum puerum contrario nomine puellae diceremus: tertiam, quum aetatem puerilem demonstraremus. Virg. Aen. 1, 271 At puer Ascanius. Improvida aetas puerorum Lucret. 1, 938. Pueri appellabantur Romanis etiam, qui multo aetatem 15 annorum excefferant: *vid.* *Manut. ad Cic. Fam. 2, 1. ita Augustus 19 annos natus, dicitur puer* Virg. Cul. v. 3. Cic. Fam. 10, 28. et 11, 7. et Att. 16, 11. et Phil. 13 c. 11. *vid.* Seru. ad Ecl. 1, 43. Ouid. Art. 1, 182 de Augusto, Bellaque non puero tractat agenda puer. *Stultitiae notae et confessae descriptio est* Cic. Verr. 4, 148 c. 66 Homo ridicule insanus, qui illic eiusmodi est, vt eum pueri sectentur, vt omnes, cum loqui coeperit, irrideant. Centum artium Hor. Carm. 4, 1, 15. h. e. Multarum artium. Acron. Puer duri oris et audax Ouid. Met. 5, 451. ¶ 2. Epitheta: 50 Adulti Quinctil. 2, 2. Aeternus Ouid. Met. 4, 18. de Baccho. Cic. ad Brut. 3 Caesaris pueri mirifica indoles. Casti Hor. in Carm. saecul. 132. Conuersus, *vid.* CONUESCO. Dulcis Catull. 43, 11. Egregius Stat. Silu. 3, 4, 99. Ferox Claud. de Nupt. Honor. 110. Feruidus puer, Amor Hor. Carm. 1, 30, 5. Formosus Virg. Ecl. 2, 17. Gracilis puer Hor. Carm. 1, 5, 1. Immaturus Iustin. 1, 2 de Nino iunior, i. Nondum idoneus regno gubernando. Improbus Virg. Ecl. 8, 50. Infantium puerorum incunabula Cic. pro Rosc. Amer. 153. Ingenuus Hor. Carm. 3, 24, 55. Integri, *Incorrupti, casti* Catul. in Carm. saecul. 2. Lasciuus Hor. Serm. 1, 3, 134. Magna nimus Pers. 6, 22. Magni, *Diuites, ex magna familia nati* Hor. Serm. 1, 6, 72. Maiores et minores Suet. Tiber. c. 6. et Aug. c. 53. Meritorius, *vid.* MEREEO. Molles Hor. Epod. 11, 5. Nescii fari Idem Carm. 4, 6, 18. Orti magnis e Centurionibus Idem Serm. 1, 6, 73. Parui Idem Epist. 1, 7, 17. Praestantes Claud. de Rapt. Proserp. 2, 133. Pulcher Hor. Epist. 1, 18, 74. Regii, *apud Macedonas vocabantur principum liberi ad ministerium regis electi* Liu. 45, 6. Robustus acri militia Hor. Carm. 3, 2, 2. Teneri Celf. 2, 1. Teres Hor. Epod. 11, 41. Trux Achilles Senec. Troad. 9. ¶ 3. Verba: Creandis pueris beata vxor Hor. Epist. 2, 2, 44. Deerrat a patre puer, *vid.* DEERRO. Florent vrbes pueris Lucret. 1, 256. Inclamatus a puero, *vid.* INCLAMO. Periclitari pueros et experiri, *vid.* PERICLITOR. Vagit puer Ouid. Met. 10, 513. ¶ 4. Obseruatt. Puer, *Graecorum more pro Filio. nam παῖς significat filium et puerum.* In Tusculano cum essem, vellemque in bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris vti Cic. Fin. 3 c. 2. i. filius, *adhuc puer.* Maxima debetur puero reuerentia, si quid Turpe paras: nec tu pueri contemseris annos, Sed peccaturo obsistat tibi filius infans Iuuenal. 14, 47. Hor. de Arte Poet. 185 Nec pueros coram populo Medea trucidet. Sic Carm. 1, 11, 23 Dicam et Alciden, puerosque Ladae, *etc.* et aliis pluribus in locis. Lambinus. *vid.* Carm. 4, 6, 37. Conf. Iuuen. Sat. 14, 3. et Plaut. Amph. 5, 1, 72. Virg. Aen. 2, 597. Vt primum ex pueris excessit Archias Cic. pro Arch. 4 c. 3 pr. Puer, Seruus: Ter. Andr. 2, 2, 31 Certa res est, etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Eo die pueri tui mihi a te literas reddiderunt, et alii pueri post diem tertium eius diei, literas alias attulerunt Cic. Att. 3, 7. Puer et ancilla: Varr. Eudaemonib. Vix vulgus confluit, non furiarum, sed puerorum atque ancillarum: Nonius 2, 648. Perficos odi, puer, apparatus Hor. Carm. 1, 38, 1. Conf. Plaut. Curc. 90 1, 1, 9. et Most. 1, 3, 149. Seru. in Virg. Ecl. 6. Puer, *solum, Blandientis vox*: Virg. Aen. 6, 832 Ne, pueri, ne tanta animis adsuescite bella. Idem Culice 36 de Augusto, Sancte puer. Ita ille saepius, atque Catullus, Statius, aliique. Contra ea Imprudentiae et ingenii puerilis exprobrationem habet in illo Senecae Epist. 24 Quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque, masculis pueris euenit. Illi, quos amant, quibus assueuerunt, cum quibus ludunt, si personatos vident, expauescunt. Vetusissimos hic et haec Puer dixisse ostendit Priscian. 6 exemplo Liuii in Odyssaea, Sancta puer, Saturni filia, regina, et Naeuii, Prima incedit Cereris Proserpina puer. Item. Cic. Att. 16, 11 extr. Atticae, quoniam, quod optimum in pueris est, hilarula est, meis verbis des suauium.

PVERVS, i. m. [παῖδιον] Etiam declinatur antiquae. Plaut. Merc. 5, 2, 89 Tu, puere, abi hinc intro ocus. Idem Afin. 2, 3, 2 et 5, 2, 42. et Most. 4, 2, 32 *etc.* Vet. Gloss. παῖς, puer, puerus. Conf. Priscian. 6 p. 697.

**PVĒRA**, ae. f. [*παῖδρα*, *κοράσιον*] *i. Puella*. Varro, Propere vivere puerae, quas finit aetatula ludere et amare, et Veneris tenere, leges: Nonius 2, 674. *Conf. Priscian. l. c. Suet. Calig. c. 8. Sic Qualiscunque partus sine ullo sexus discrimine puerperium vocatur, quod antiqui etiam puellas pueras, sicut et pueros puellios dicitarent.* Vet. Gloss. *παῖδρα*, puera.

**PVERVLVS**, i. m. [*παῖδριον*] Dimin. *a Puerus*. Omnium deliciarum atque artium omnium pueruli Cic. pro S. Rosc. c. 41. Idem in Topic. 18 Adiungitur enim ut secundum feruorum, secundum exultum, secundum puerulorum tabulas possessio videatur ex edicto dari.

**PVERCVLVS**, i. m. *Aliud Dimin.* Arnob. 2 p. 59. et 7 p. 247.

**PVERPĒRA**, ae. f. [*λεχῶ*] *Mulier quae recens peperit*. Ter. Adelph. 5, 7, 23 Multo rectius est, quam illam puerperam nunc duci huc per viam aegrotam. Plin. 7, 4 et 28, 19. Hor. Epod. 17, 52.

**PVERPĒRVS**, a, um. Adi. [*λεχῶριος*] *Quod partum inuat*: Ouid. Met. 10, 511 *de Myrrha iam arbore, sed fetum continente*, Constitit ad ramos mitis Lucina dolentes, Admouitque manus, et verba puerpera dixit, *i. carmina, quibus leuaretur dolore et onere mater.*

**PVERPERIVM**, i. n. [*λοχῆια*] *Tempus, quo puerpera ex dolore partus, recumbit, vel etiam tempus ipsum, quo parit mulier.* Dolorem in puerperio puella perperitur Sen. Ep. 24. Plin. 28, 8 Lingua adalligata, pericula puerperii tolli. Gell. 12, 1 Percontatus est, quam diutinum puerperium, et quam laboriosi nixus fuissent, puellamque, defessam labore ac vigilia, somnum capere cognouit. Aegra puerperio Plaut. Truc. 2, 5, 11. Cubare puerperio, *vid. CVBO*. Puerperium, *Proles ipsa*: Femina puerperii insignis Tacit. Ann. 12, 6, 1. Gell. 10, 2 Diuo Augusto imperante, ancillam Caesaris Augusti in agro Laurente peperisse quinque pueros dicunt, eosque pauculos dies vixisse: matrem quoque eorum non multo post, quam peperit, mortuam: monumentumque ei factum iussu Augusti in via Laurentina, inque eo scriptum esse constat numerum puerperii eius. Plin. 18, 29 Ut in lacte puerperium necat. Idem 7, 11 Vno abortu duodecim puerperia egesta. Cruda puerperia Stat. Theb. 4, 280. *Metaph. Colum. 3, 21* Puerperio quodam aeterno Laeta tellus.

**PVERIGER**, era, erum. Adi. Fulgent. Mythol. 1 Semina puerigera visceribus infundere.

**PVEROSVS**, a, um. Gloss. Gr. Lat. *παῖδικος*, puerosus.

**PVERASCO**, ere. Suet. Calig. c. 7 Nouem liberos tulit, quorum duo infantes adhuc rapti, vnus iam puerascens insigni festiuitate. Auson. Eidyll. 4, 55 Obductosque seni facies puerascere sensus. Claud. Mamert. 1, 1 In senectute puerascere.

**PVERARIVS**, i. m. *Puerorum amator*. Gloss. Gr. Lat. *φιλόπαις*, puerarius.

**PVERASTER**, tri. m. Gloss. Gr. Lat. *ἀντίπαις*, pueraster. *i. puer aliquantum robustus, vix amplius puer.*

**PVERILIS**, e. Adi. [*παῖδικός, παιδαριώδης*] *Quod est pueri, vel quod puerorum proprium esse solet.* Ter. Phorm. 5, 7, 55 Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini, inepti vestra puerili sententia? Acta puerilia Stat. Theb. 5, 503. Cic. pro Arch. 4 c. 3 Quibus artibus Aetas puerilis ad humanitatem informari solet. Agmen Virg. Aen. 5, 548. Animus puerilis Sen. Epist. 4. Anni Ouid. Met. 2, 55. *Add. ib. 5, 400.*

**PVERILITAS**, atis. f. [*τὸ παιδαριώδες*] *Leuitas puerilis.* Senec. Epist. 4 Adhuc non pueritia in nobis, sed quod grauius est, puerilitas remanet: et hoc quidem peius est, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum: nec puerorum tantum, sed infantium. Puerilitas, Pueritia. Varro de Liberis educandis, Velim me hercules, inquit, ipse vsu magno puerilitatis formulam audire. *vid. Nonius 8, 90.* Val. Max. 5, 4, 2 Vixdum annos puerilitatis egressus.

**PVERILITER**, Adu. [*παιδαριώδως*] *More puerorum.* Cic. de Finib. 1, 19 c. 6 Quae quum res tota ficta sit pueriliter, tum ne efficit quod vult. Pueriliter blandiri Liu. 21, 1. Pueriliter facere Cic. Acad. 4, 33 c. 11. Pueriliter confectari aliquid Idem ibid. 4, 54.

**PVERITIA**, ae. f. [*παιδων ηλικία*] *Aetas puerilis.* E ludo et pueritiae disciplina Cic. pro L. Man. c. 10. Idem Verr. 1, 47 Si in pueritia non his artibus et disciplinis institutus eras. A pueritia legitimus et discimus Idem Tusc. 2, 27. Qui me a pueritia sua semper obseruauit Idem Fam. 5, 8. Ornamentum pueritiae Idem Verr. 1, 152. Idem pro Lege Manil. 28 Qui Extrema pueritia miles fuit summi Imperatoris. Pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania, eius generis sunt, ex quibus saepissime verum inuenitur Cic. Top. c. 20. Adolescit pueritia Tacit. Ann. 12, 8. Pueritia, Puritas: Varro, Ea erat matronae simplicitas et pueritia et honestas: Non. 2, 672. Pueritia, *per syncopen* Hor. Carm. 1, 36, 1 Actae non alio rege puertiae.

**PVERITIES**, ei. f. Auson. Profess. Burdigal. 10, 17.

**PVELLVS**, i. m. Dimin. *a Puer*. [*παῖδισκάριον*] Lucilius, Cumque hic tam formosus tibi ac te dignus puellus. Ennius, Poeni soliti suos sacrificare puellos, *Et Plautus, olim huic puello sese venum ducier: omnes apud Festum. Plura habet Non. 2, 688.* Lucret. 4, 1245 Puellos suscipere. Apul. Met. 7 p. 197 Tener puellus. *Conf. Suet. Calig. c. 8. et Priscian. 6 p. 697.*

**PVELLA**, ae. f. [*κοράσιον*] Dimin. *a Puera*. Cic. Att. 1, 5 De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsucapi potest. Virg. Georg. 1, 11 Ferte simul, Faunisque pedem, Dryadesque puellae. Idoneus puellis Hor. Carm. 3, 26, 1. Dulce puella malum Ouid. Am. 2, 9, 26. Turba puellarum si mea verba colit Propert. 3, 2, 10. Verba puellarum foliis leniora caducis Ouid. Amor. 2, 16, 45. Bella Id. ib. 1, 9, 6. Blanda Id. ibid. 2, 2, 34. Candida Hor. Epod. 11, 40. Casta Ouid. Met. 2, 711. Comta longas comas Idem Amor. 1, 1, 20. Delicior haedo Catul. 18, 15. Diues Hor. Carm. 4, 11, 23. Docta: Sunt tamen et Do-



et Doctae rarissima turba puellae Ouid. de Arte Am. 2, 271. Flaua  
Iuuen. Sat. 6, 353. et Ouid. Amor. 2, 4, 39. Idem ibid. 3, 7, 1 Aut  
non Formosa est, aut non bene culta puella. Idem ibid. 1, 6, 63. In-  
fans Hor. Epist. 2, 1, 99. Ingenua Ouid. Amor. 2, 4, 33. Innupta  
Virg. Aen. 2, 238. Lacteola Catul. 53, 17. Lasciua Virg. Ecl. 3, 64.  
Sapiens Ouid. Met. 10, 622. Scelerata Idem Rem. Amor. 299. Te-  
nera Idem Epist. 14, 87. Vaga Propert. 1, 5, 7. Verecunda Ouid.  
Amor. 1, 5, 7. Viridissimo flore Catul. 18, 14. ¶ 2  
Verba: Blandiri durae puellae precibus Ouid. de Arte Am. 2, 527.  
Capiet me candida, capiet me flaua puella Ouid. Amor. 2, 4, 39. Da-  
ta verba puellae hoc aditu vidi tetricae Idem de Arte Am. 1, 721. Ex-  
orare placidam Idem ibid. 1, 37. Experta virum Hor. Carm. 3, 14,  
10. Inclamasse puellae nonne satis fuerat timidae? Ouid. Amor. 1, 7,  
45. Laborantes vtero puellae, Praegnantēs Hor. Carm. 3, 22, 2. Mi-  
sereri dignae puellae Ouid. Epist. 5, 155. Nata puella magno patre  
Hor. Serm. 1, 2, 72. ¶ 3 Puella etiam dicitur, Quae ma-  
trimonio iuncta est: Scaeuola in l. Vxore §. testamento D. de legat.  
3 Postea marito defuncto puella dote recepta, nupsit alii. Rursus  
ibidem paulo post. Ouid. Epist. 1, 115

Certe ego quae fueram te discedente puella,

Protinus vt redeas, facta videbor anus. Idem Fast. 2, 557

Dum tamen haec fiunt, viduae cessate puellae.

¶ Dum fiunt feralia, vos nuptae cessate a concubitu, quasi viduae, et  
illis diebus a viris diuisae. Gell. 12, 1 de vxore, puerpera, Puellam-  
que defestam labore ac vigilia somnum capere. Vid. Barb. ad Stat. 25  
Silu. p. 76. et Aduers. 38, 6. Taubm. ad Plaut. Cist. 2, 3, 77. Parei  
Lex. Crit. p. 1014.

PVELLŪLA, ae. f. [κρηλόν, κρηλονιον] Alterum Dimin. Catull.  
in Epithal. Iul. l. 59 (62) 57 Floridam ipse puellulam Matris e gremio  
suae Dedis. Add. ibid. v. 182. Socii puellularum Catul. in Ma-  
murrā l. 55, 9.

PVELLĀRIS, e. Adi. [κορασιώδης, κοριώδης] Quod puellarum  
propriū est, vel quod puellarum est. Quintil. prooem. 6 de vxore  
defuncta. Tum aetate ea puellari, praesertim meae comparata. Plin.  
10, 55 Puellare augurium. Aetas puellaris Quintil. in prooem. 6. Ani-  
mō Ouid. Fast. 4, 433. Anni Claud. de laud. Scren. 140. Furor  
Seneca Medea l. 12. Pedes puellares Ouid. Epist. 10, 20. Pensa  
puellaria Mela 3, 5. Planta puellaris, Metaphorice Ouid. Fast.  
4, 463.

PVELLĀRIVS, a, um. Adi. Petron. c. 43 Puellarius idem ac puel-  
larum ac puerorum amator. Verum, forte cum Burm. leg. Pul-  
larius.

PVELLĀRĪTER, Adu. [κοριώδως] Plin. Epist. 8, 10 Dum se  
praegnantem puellariter nescit, ac per hoc, etc.

PVELLĀSCO, ēre. [θηλάνομαι] Effeminari. Pacinius, Puel-  
lascunt lasciuiā adulescentes. Puellascere, Resforere, et quasi ad  
puellarem aetatem redire. Varro Lais. Quod non solum innubae  
fiunt communes, sed etiam veteres puellascunt. Vid. Non. 2, 657.

PVELLĀTŌRIVS, a, um. Quod est puellarum, aut simile huic  
rei, quam faciunt puellae. Tibiae puellatoriae, quibus a sono cla-  
riore vocamen datur Solin. c. 5 (al. 11.) Puellarias rectius putat Salm.  
p. 87, b. C.

PVELLĀTOR, āri. Puellitari verbum, vt multa alia, Laberius  
finxit, de iis agens, qui cum vetulis rem habent, quarum naturam eu-  
gium canum vocauit. Quenam mens, inquit, quae deliritas vos  
suppolitores facit cum cano eugio puellitari? Nonius 8, 36. Al. Veli-  
tari. Conf. Voss. Etym. p. 418.

## P V G

PVGIL, ilis. c. [πύκτης, πύγμαχος, ἀγωνιστής] a Pugna dicitur,  
vt ait Donatus: vel a Pugno: Qui vel quae pugno pugnandi artem no-  
uit. Ter. Eun. 2, 3, 23 Si qua habitior paullo, pugilem esse aiunt.  
Cic. de Clar. Orat. 243 c. 69 Pugiles inexercitati etiam si pugnos et  
plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen saepe ferre non  
possunt. Pugiles etiam quum feriunt aduersarium, in iactandis cae-  
stibus ingemiscunt Idem Tusc. 2, 56. De cateruariis, legitimis atque  
ordinariis pugilibus, vid. Suet. Aug. c. 45. et Calig. c. 18. Aut vr-  
sum aut pugiles; his nam plebecula gaudet Hor. Epist. 2, 1, 186. Pol-  
lucem pugiles, Castora placet equus Ouid. Amor. 3, 2, 54. Prima  
producitur a Prudent. in Symmach. 2, 517 Vinctis pugilibus etc. vid.  
PVGILLVS, PVGILLARIS. Nempe quidam maluerunt seruare V,  
quantum est in Pugnus etc.

PVGILŌ, āre. et PVGILLOR, āri. Verbum antiquum. Gloss.  
Cyrill. pugilo πυντελώ. Apul. de Deo Soer. p. 53 Si pugillari valde  
velis, brachia vegetanda sunt, quibus pugillatur. Idem Met. 7 p.  
195 Primoribus in me pugillatur vngulis.

PVGILANS, antis. Partic. Treb. Poll. Gallien. c. 8 Pugiles  
facculis non veritate pugilantes.

PVGILATIO, ōnis. f. Denomin. [πυγμαχία] Pugilum exerci-  
tatio. Cic. de Legib. 2, 38 c. 15 Iam ludi publici quoniam sunt cauea  
circoque diuisi, sint corporum certationes cursu, et pugilatione, lu-  
ctatione, curriculisque equorum.

PVGILĀTOR, ōris. m. Arnob. 1 p. 30 Tyndaridae Castores, e-  
quos vnus domitare consuetus, alter pugilator bonus. Conf. Sidon. 85  
Epist. 9, 14 Pugilator, πυγμαχιστής, Vet. Gloss.

PVGILĀTORIVS, a, um. Plaut. Rud. 3, 4, 16. Vid. post PV-  
GNVS, PVGILLVS.

PVGILĀTVS, ūs. m. [πυγμα] Pugilum ludus. Plaut. Capt.  
4, 2, 13 Hic homo pugilatū incipit. Idem Bacch. 3, 3, 24 Ibi cur-  
su, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila, saliendo se exercebant ma-  
gis, quam scorto, aut sauiis.

PVGILĪCE, Adu. [πυγμακώς] Firmiter, valenter, quemadmodum  
pugiles solent. Plaut. Epid. 1, 1, 18 Quid, herilis noster filius valet? T.  
pugilice, atque athleticce. ¶ 95

PVGILLARIS, PVGILLVS, vid. PVGNVS.

PVGIO, ōnis. m. [ἐγχεσθιδιον] Genus teli, a pugno dictus, quod  
facile prehenditur, vel quod eo praesentius pugnatur. Festus: Pugio  
dictus est, quod eo punctim pugnatur. Malim equidem a pungen-  
do deriuare. Nonius 18, 9 Pugio, est gladius brauius. Sallust. Hist. 3 100  
At Oppius postquam orans nihil proficiebat, et timide veste tectum  
pugionem expedire conatus, a Cotta, Vulsioque impeditur. Mar-  
tial. 14, 33 Pugio quem curuis signat breuis orbita venis, Stridentem  
gelidis hunc Salo tinxit aquis. Vid. Gell. 16, 25. Patere. 2, 43, 2.  
Tacit. Hist. 1, 43, 2. Cerda Aduers. c. 225, 36. A pugione, vid. 105

- A vel A B Praepositiones.** Cic. Philipp. 2, 30 Qui stillantem prae se pugionem tulit. Vitellius imperator Vespasiano aduentante assistenti consuli exsolutum a latere pugionem, velut ius necis, vitaeque civium, reddebat Tacit. Hist. 3, 68, 4. Conf. Suet. Vitell. c. 15. Pugionem plumbeum vocat Cicero Inualidum argumentum, de Finib. 4, 48 c. 18 O plumbeum pugionem.
- P V G I V N C V L V S**, i. m. [*μαχαίριδιον*] Dimin. Cic. Fragm. Hispaniensem pugionculum Cn. Pisonem appellat. Idem in Orat. 224 c. 67 In iis, quibus ut pugionculis uti oportet, breuitas facit ipsa liberior pedes.
- P V G N A**, ae. f. [*μάχη*] Lucta, praelium, et omne certamen, quod manu et viribus peragitur. A pugno dicta est. Veteres enim, inquit Donatus, ante usum ferri et armorum, pugnis et calcibus, et moribus, corporumque luctatione certabant. Arena sparsa ad pugnam Virg. Georg. 3, 234. Amor pugnae Hor. Carm. 4, 4, 12. Certamen Ouid. Met. 12, 180. Euentus Virg. Aen. 8, 16. Exitus incerti pugnarum, Marsque communis Cic. pro Milon. 97. Facies pugnae Tacit. Hist. 2, 42. Fortuna pugnae anceps Virg. Aen. 4, 603.
- ¶ 2 **Epitheta:** Aduersa Tacit. Ann. 1, 64, 3. Ardens Virg. Georg. 3, 46. Auida Sil. 12, 715. Caeca Valer. Argon. 5, 663. Clara, vid. CLARVS. Decertatoria Quinctil. 6, 4. Dura Valer. Argon. 6, 298. Equestris Sil. 13, 230. Forensis Quinctil. 5, 12. Fortuita Idem 6, 5. Impeditior, vid. IMPEDIO. Inermis Stat. Theb. 6, 249. Ingens Virg. Aen. 2, 438. Iniqua, vid. INIQVVS. Lenta, vid. LENTVS. Magna pugna bis victi Virg. Aen. 12, 34. Mala Lacedaemoniorum in Leuctris Cic. de Diuin. 2, 54. Conf. Tacit. Ann. 15, 28, 3. Nobilis Senec. Herc. fur. f. 9. Obnixa Valer. Argon. 6, 355. Optata Sil. 16, 81. Pedestris Virg. Aen. 11, 709. Pedestres naualesque pugnae, vid. Pedestris in PES. Saeua Valer. Argon. 4, 147. Simplicior contra tabulas Quinctil. 5, 7. Singularis pugna Aeneae et Turni, Achillis et Hectoris Macrobi. Saturnal. 5, 2. Tristis Virg. Aen. 11, 589.
- ¶ 3 **Verba:** Abrumpere miseris Valer. Argon. 3, 250. Absistere pugna, vid. ABSISTO. Accingere se pugnae Virg. Aen. 11, 707. Aequare pugnas Idem ibid. 5, 419. Sil. 4, 395 Et tandem Aequatae geminato funere pugnae. Ardescit pugna Tacit. Hist. 5, 18, 1. Capere viriles Stat. Silu. 1, 6, 54. Capessere pugnam manu Tacit. Ann. 12, 30. Idem Ann. 3, 41, 4 Suis quisque locis pugnam ciebant. Cic. in Catil. 3, 6 c. 3 Tum interuentu Pontini atque Flacci pugna quae erat commissa, sedatur. Committere pugnas sanguine Stat. Theb. 6, 149. Committere caestu Virg. Aen. 5, 69. Congredi iniqua pugna Idem ibid. 10, 889. Conferere, vid. CONSERO. Conferitur pugna Valer. Argon. 6, 353. Conspirare, vid. CONSPIRO. Constituere pugnae diem Caes. B. G. 3, 23. Continere a pugna Idem ibid. 4, . . . Cooriri in pugnam, vid. COORIOR. Crudefcit pugna, vid. CRVDVS. Decernere forti pugna Valer. Argon. 4, 193. Decertare pugna Caes. B. G. 3, 23. Deposcere infanas Stat. Theb. 10, 913. Deposcite pugnam votis Lucan. 2, 533. Dirimere Liu. 6, 32. Dare pugnam Ter. Eun. 5, 2, 59. Edere pugnas Lucret. 2, 118. Elicere ad pugnam Liu. 29, 34. Ereptus pugnae Annibal. Sil. 17, 378. Euocare ad pugnam Caes. B. G. 5, 56. Excedere cunctos pugna Virg. Aen. 5, 380. al. Palma. Exire ad pugnam Idem Georg. 4, 67. Expediam, et primae reuocabo exordia pugnae Idem Aen. 7, 40. Extendere pugnam Liu. 27, 2. Extracta in posterum pugna Tacit. Ann. 4, 73.
- 55 **Facere pugnam** Idem ibid. 3, 21. Nepos 9, 5, 2. Facere pugnae potestatem vel copiam Liu. de Bell. Pun. Idem 4, 18. Gerere pugnas innumeras Claud. Conf. Stil. 2, 141. Imponere finem pugnae Virg. Aen. 5, 463. Inclinare pugnam Liu. 6, 32. Indipisci pugnam, vid. INDIPISCOR. Inducere in pugnam equites, vid. INDVCO.
- 60 **Indulgere pugnae** Stat. Theb. 11, 447. Inire pugnam et praelium, vid. INEO, ire. Inire pugnam forensium certaminum Quinctil. 5, 12. Instaurare pugnam, vid. INSTAVRO. Iterare pugnam Liu. 6, 32. Lacescere pugnam Lucan. 3, 548. al. Capessere. Lacescere ad pugnam, vid. LACISSO. Laxare pugnam Liu. 21, 39. Mouent arma
- 65 **pugnam** Ouid. Fast. 3, 395. Obire pugnas lituo et hasta Virg. Aen. 6, 167. Parare membra pugnae Ouid. Met. 9, 34. Pauere pugnam Lucan. 7, 102. Perpetrare Liu. 44, . . . Praebere pectora pugnae Ouid. Met. 10, 706. Procedere ad pugnam Liu. 7, 9. Procurrere in pugnam Idem de Bell. Pun. . . Prohibere a pugna Caes. B. G. 4,
- 70 34. Quaerere pugnae locum Sallust. Iugurth. . . . Remittere pugnam Idem Iugurth. 60. Restituere Liu. 4, 38. Ruere in pugnam magno feruore Sil. 15, 463. Quinctil. 2, 12, 2. Gladiator, qui armorum inscius in pugnam ruit. Subducere aliquem pugnae Virg. Aen. 10, 50. Sum: ut, Pugna est de paupere regno Stat. Theb. 1, 151. Quanta pugna est doctissimorum hominum Cic. de Diuin. 2, 105. Sumere pugnam Sil. 8, 308. Surgit aspera pugna Virg. Aen. 11, 635. Venire ad pugnam Hor. Serm. 1, 5, 56. Cic. Verr. 5, 28 Nonnumquam etiam res ad manus atque ad pugnam Veniebat. Venire in pugnas Sil. 15, 647. Vocet
- 80 **pugna** Virg. Aen. 12, 125. Versare pugnam in pectore Lucan. 7, 765. Punctatoriolas leueis pugnas appellat Cato in ea quam dixit de re Histriae militari. Festus.
- P V G N I C V L A**, ae. f. Pro Leui pugna Catonem usurpasse, ait Perottus p. 595. Forte ad locum modo lauiatum respiciens.
- 85 **P V G N O**, are. [*μάχομαι, πολεμίζω*] Pugnis certare, Pugnam committere. De quacunque re dicitur, de qua controuersia est. Plaut. Amph. 1, 1, 44 Nam quum pugnant illi maxime, ego fugiebam maxime. Virg. Aen. 4, 38 Placitone etiam pugnabis amori? Ac si diceret: Contemisti eos, qui displicebant: numquid etiam placito amori repugnabis?
- 90 **Et est Graecum, Pugno tibi.** Nam nos, Pugno tecum dicimus. Seruius. Alii legunt Placido. Noli pugnare duobus Catull. 60, 64. Assumit Aduerbia: Acrister Quinctil. 2, 20. Bene Ouid. ex Pont. 2, 3, 53. Cauter Idem Epist. 13, 146. Substantiua: Pugnare bella Hor. Epist. 1, 16, 25. Pugnam Plaut. Pseud. 1, 5, 110. Vicimus, o socii, et magnam pugnauium pugnam Enn. Praelia Hor. Carm. 4, 9, 19. Acie directa Quinctil. 2, 13. Manu Ouid. Met. 13, 10. Odiis Stat. Theb. 3, 240. Pugnis Hor. Serm. 1, 3, 102. Cic. Fam. 5, 21 Quauis tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare.
- ¶ 2 **Praepositiones:** Aduersus latrones canem pro domino pugnare accepimus Plin. 8, 40. Contra aliquem Idem 8, 7. Contra naturam Quinctil. 2, 8. Cic. Att. 7, 6 Nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Conf. Id. pro Balbo c. 9. Cum senectute, i. Aduersus senectutem Plin. Epist. 3, 1. De possessione hominis Gell. 12, 15. Ter. in Prol. Hecyr. 33 Tumultuantur, clamant, pugnant de lo-

de loco. Cic. de Nat. Deor. 2, 6 In nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt. Ex causa pari pugnat vterque Ouid. Fast. 5, 704. E muris Plin. 32, 1. In aliquem, *Contra aliquem* Ouid. Amor. 3, 1, 34. In hostem Liu. 8, 6 *extr.* et 8, 7, 15. *vid.* Gell. 7, 2. In frontem, In latera, In frontem et latera Tacit. Agric. 35. Inter se cornibus pugnant, *vid.* INTER. Cic. pro Quint. 88 Omnesque pro P. Quintio pugnent, *i. Defendant P. Quintium.* Pro causa iniqua Ouid. Epist. 20, 171. Pro commodo patriae pugnare, *cui opponitur*, Patriae commoda oppugnare Cic. de Inuent. 1, 5 c. 1. Pro gloria Sall. Iugurth. *extr.* Pro sacris, Pro salute Sallust. Iugurth. *extr.* Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio Cic. Tusc. 2, 12 c. 4. *i. Contraria est oratio vitae illorum.* Tota in oratione tecum ipse pugnas Cic. Phil. 2 c. 8. Lucret. 2, 280 Tamen est in pectore nostro Quiddam, quod contra pugnare, obstareque possit. Pugnare inter se Quinctil. 3, 10. *i. Contraria esse.* Varro de R. R. 2, 3. Sententia mea pugnat secum Hor. Epist. 1, 1, 97. *¶ 3 Formulae aliae:* Pugnare aliquid, *pro Contendere de re aliqua:* Cic. de Nat. Deor. 1, 75 Illud video pugnare te, species vt quaedam sit deorum, quae nihil concreti habeat, *etc.* Hic pugnes licet, non repugnabo Idem Acad. 4, 57 c. 18. Pugnant Stoici cum Peripateticis Idem de Fin. 2, 68. Non magnopere pugnare, *pro Non valde laborare* Idem de Nat. Deor. 3, 2. *Metaph.* Lucret. 2, 205 Quamquam Pondera quantum in se est, deorsum deducere pugnent. *Lambinus.* Ouid. Rem. Amor. 122 Pugnatur in aduersas ire natator aquas. Illud pugna, et emtere Cic. Fam. 3, 10. Tu tantum viuere pugna, Inque pios dominae posse redire sinus Ouid. Her. 13, 77. Pugnaueris, *i. e. Magnam rem feceris,* *inquit* Donatus. Ter. Adelph. 5, 3, 57 Et istam psaltriam vna illuc mecum hinc abstraham. M. pugnaueris. *¶ 4 Pugnatur, impersonale.* Caes. B. G. 3, 15 Quum ab hora fere quarta vsque ad solis occasum pugnaretur. Quotidie vtrinque eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur Idem B. C. 1, 26. Pugnatur cominus armis Virg. Aen. 7, 553. Gladiis pugnatur acutis Ouid. de Arte Am. 3, 589. Quum male pugnatum apud Caudium esset Cic. Off. 3, 109. Libido praua pugnandi Sil. 7, 215. Superare pugnando Ouid. Met. 9, 30. Vinci pugnando Idem de Arte Am. 1, 666. Quinct. 2, 8, 14 Nicostratus pugnando luctandoque quorum (*vid. leg. quo*) vtroque certamine iisdem diebus coronabatur, inuictus. *Cum lucta sine dubio pax sit, pugna hic paxque dicitur s. pancratium esse videtur.* Arte pugnandum est Quinctil. 2, 17. Hoc pugnatur, *pro Hoc student efficere:* Cic. pro Rosc. Amer. 8 c. 3 Hoc solum hoc tempore pugnatur, vt ad illam optimam praeclaramque praedam damnatio Sexti Roscii, velut cumulus accedat.

**PUGNANS**, antis. Partic. [*μαχόμενος*] Domare pugnantem Ouid. Met. 13, 172. Fortissime pugnantes Caes. B. G. 6, 39. Vincetur femina pugnans Ouid. Fast. 2, 801. Cum frigore pugnans Id. ex Pont. 1, 2, 27. Anima pugnans Stat. Silu. 1, 4, 107. Tibull. 1, 8, 38 Et dare anhelanti pugnantibus hunnida linguis Oscula. Sententiae pugnantes, *b. e. Inter se contrariae* Plin. Epist. 8, 14, 6. Cic. de Fin. 1, 71 c. 18 Atqui pugnantibus et contrariis studiis consiliisque semper vtens, nihil quieti videre, nihil tranquilli potest. Venti pugnantes contra Lucret. 6, 97. Loqui pugnantia Cic. Tusc. 1, 13. Pugnantia secum frontibus aduersis componere Hor. Serm. 1, 1, 102.

**PUGNATVS**, a, um. Partic. [*μαχασμένος*] Sallustius Iug. c. 54 Quae negotia multo magis quam praelium male pugnatum a suis, regem terrebant. Hor. Carm. 3, 10, 4. Et Epist. 1, 16, 25 Si quis Bella tibi terra pugnata marique Dicat. Bella pugnata in ordine Virg. Aen. 8, 629. Cic. pro Muræa. 34 c. 16 Cuius ex omnibus pugnis, quae sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quae cum rege commissa est et summa contentione pugnata. Nepos 23, 5, 1 Hac pugna pugnata, Romam profectus est. Plaut. Amph. 1, 1, 97 Haec illi est pugnata pugna ab vsque mane ad vesperam. *Vid. Voss. de Construct. c. 22.*

**PUGNAX**, acis. Adi. [*μάχιμος*] Bellicosus. Plin. 22, 21 Perdices et gallinaceos pugnatioris fieri putant, in cibum eorum additis. In vitiis pugnax Cael. ad Cic. Fam. 8, 13. Cic. in Pison. 70 Graecus facilis et valde venustus, nimis pugnax contra Senatorem Pop. Rom. esse noluit. Arma pugnacia Ouid. Fast. 2, 547. Centurio pugnax et lacertostus Cic. Philipp. 8, 26. Idem de Orat. 2, 317 c. 78 Neque est dubium, quin Exordium dicendi vehemens et pugnax non saepe esse debeat. Fera Ouid. Fast. 5, 374. Hostes Propert. 3, 9, 25. Ignis aquae Ouid. Met. 1, 432. *i. Aquae repugnans.* Multa pugnacia, lenibus opposita Plin. 14, 20. Cic. de Clar. Orat. 121 c. 3. *extr.* Sed et huius Oratio in philosophiam translata pugnacior (vt ita dicam) videtur, et illorum in iudicia pacatior. Oratio pugnax et contentiosa dicitur a Plin. Epist. 2, 19. *i. Quae est in genere iudiciali, et in qua opus est contra aduersarium vocem intendere.* Quid ferri duritia pugnaci? Plin. 36, 16. Hac legione noli acrius aut pugnaciis quidquam putare Afin. ad Cic. Fam. 10, 31. Pugnacissimus quisque Tacit. Hist. 4, 60, 4. Gentes pugnacissimae Curt. 3, 9, 3. Galli pugnacissimi Petron. c. 45.

**PUGNACITAS**, atis. f. [*τὸ μάχιμον*] Pugnandi vis. Plin. 10, 33 Perdices capiuntur quoque pugnacitate eiusdem libidinis. Argumentorum pugnacitas Quinctil. 4, 3.

**PUGNACITER**. Adu. [*μαχίμως*] Pertinaciter, instanter. Cic. Acad. 4, 9 c. 3 Sed nescio quomodo plerique errare malunt, eamque sententiam quam adamauerunt, pugnacissime defendere, quam sine pertinacia quid constantissime dicatur, exquirere. Quinctil. 9, 4 Vbicunque acriter erit et instanter, pugnaciterque dicendum, membratim caesimque dicemus. Sidera collectum aërem luce leui, non pugnaciter, nec aspere feriunt Sen. Q. N. 1, 2 *extr.* Compar. Idem *ibid.* Quis dubitat alia lenius, alia pugnaciis esse dicenda. Sen. Nat. Quaest. 3, 36 In illa disputatione pugnaciis locutus es.

**PUGNATOR**, oris. m. [*μαχίτης*] Liu. 24, 15 Deinde occupata dextra tenendo caput, fortissimus quisque pugnator esse desierat. Frontin. 4, 7, 37. Pugnator gallus gallinaceus Plin. 30, 15.

**PUGNATRIX**, icis. f. Pugnatrix natio et formidanda Ammian. 23, 6. Intulit hoc vulnus pugnatrix subdola Prudent. Psychom. v. 683.

**PUGNATORIVS**, a, um. Adi. Oratorium robur et mucro pugnatoris Sen. Contr. 2 praef. Batuebat pugnatoris armis Suet. Calig. c. 54.

**PUGNACVLVM**, i. n. [*πεποιμαχών*] Locus vnde pugnatur. Plant. Mil. 2, 3, 63 Deturbabo iam ego illum de pugnaculis. Ammian. 21, 12 Susceptus ad pugnaculum solus.

- PUGNVS**, i. m. Manus contracta, [*δαξ, πόνδυλος*] a punctione, id est percussione dicitur, *auctore* Festo. Donatus in Adelp. 2, 1, 17 An pugnus a pugna sit dictus, an ab illo pugna? Cic. in Orat. 13 Nam quum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse. *Hic clarissime docet* Cicero quid sit pugnus. Pleni pugni sanguine Iuven. Sat. 15, 58. Caedere pugnis, *vid.* CAEDO. Caesus pugnis Hor. Serm. 1, 2, 66. Conscindere aliquem pugnis et calcibus Cic. Verr. 5 (7) 56 c. 23. Idem in Parad. 3 Quoniam verbis Contendimus inter nos, non pugnis. Contundere aliquem pugnis, *vid.*
- CONTVNDO**. Facere pugnum, et pugnum arte vehementerque comprimere Cic. Acad. 4, 145. Idem de Clar. Orat. 243 c. 69 Pugiles inexercitati, etiam si pugnos et plagas Olympiorum cupidi Ferre possunt. Foedans pectora pugnis Virg. Aen. 11, 86. Pugnis contiguo in mala Haeret Ter. Adelp. 2, 1, 17. Impingere pugnum, *vid.* IMPINGO.
- INCURSO**, in INCURRO. Incurrere pugnos in ventrem alicuius, *vid.* INGERO. Legere aliquem pugnis Plaut. Amph. 1, 1, 160. Obserere pugnos, *vid.* OBSERO. Obtusus pugnis, *vid.* OBTVNDO. Onerare pugnis, *vid.* ONERO, in ONVS. Quum ad dentem Peruenit pugnis Scribon. 214. Ouid. Met. 3, 626 Is mihi dum resto, iuuenili guttura pugno Rupit. Pugnis rem Soluunt, si quis poscat clarius Plaut. Amph. 1, 3, 9. Victus pugno Hor. Carm. 3, 12, 8.
- PUGNEVS**, a, um. Adi. Plaut. Amph. 1, 1, 140 Me hospitio pugneo accepturus est. Idem Rud. 3, 4, 58 Iam tibi messis in ore fiet nergis pugneis.
- PUGNITVS**. Adu. Caecil. apud Nonium 11, 38 Quidam qui se malit pugnitus pessundari. i. pugnis.
- PUGILLVS**, i. m. [*δακτύλιον*] Dimin. a Pugnis. *Vt in* Pugil, ita hic primam corripunt. Minimi mensura pugilli Prudent. Carthem. 10, 152. Cuius clauduntur cuncta pugillo Fortun. 3, 69. *Item illud ipsum quod pugillo continetur*; Plin. 20, 22 Semen cum farris pugillo decoctum. Onomast. Vet. Pugillus, *δακτύλιον*.
- PUGILLVM**, i. n. *Idem.* *δαξ χειρὸς* Gloss. Lat. Gr.
- PUGILLARIS**, e. Adi. [*δακτυλιῶς*] Quod pugillum suis pugnum implere potest, Quantum pugnis potest continere. Primam produxit Iuven. Sat. 11, 156 Nec pugillares defert in balnea raucus Testiculos, nec vellendas iam praebuit alas.
- PUGILLARIS**, is. m. *vel* PUGILLAR *sive* PUGILLARE, is. n. [*πυγυλῖον*] Pugillares, Tabellae cereae, vel alterius materiae, in quibus stilo scribimus: dictae quod pugno comprehendantur. *Vel a* pungendo, quod stilo in his pungendo scribatur. Plin. Epist. 7, 9 *extr.* Quin ergo pugillares sumis et aliquid ex his, vel istud ipsum, quod coeperas, scribis? Apul. 6 p. 183 *Elm.* Dolebam me hercle, quod pugillares et stilum non habebam, qui tam bellam fabellam pernotarem. *Primam corripit* Prudent. in Cassiano v. 15 Vnde pugillares soliti percurrere ceras. Catull. 40 (43) 5
- Et negat mihi vestra reddituram  
Pugillaria, si pati potestis. Auson. Epigr. 146, 3  
Bipatens pugillar expedi.
- Plin.** 13, 11 Pugillarium enim usum fuisse etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum, *vid.* Gell. 17, 9.
- PUGILLATORIVS**, a, um. Adi. [*δακτυλῖνος*] Quod pugno percutitur. Plaut. Rud. 3, 4, 16 Extemplo hercle ego te follem pugillatorium faciam, et pendente incurrabo pugnis periurissime. *Respicit illam* Corycomachian, quam loco suo explicauimus.

## P V L

- PVLCHER**, chra, chrum. Adi. [*καλός, εὐσίδης*] Hoc nomine colorem quasi quendam virtutis et omnis praeslantiae indicamus. Pulchrum vocamus, quidquid ob suam praeslantiam placere nobis indicamus: ita tamen, ut peculiarem quasi domum sibi in oculorum iudicio pulchrum constituerit. Cic. Off. 1, 144 O puerum pulchrum, Pericle. Idem pro Muraen. 26 c. 12 Ne pulchrum se, ac beatum putaret. Pulcher bos appellatur, ad eximiam pinguitudinem perductus. Festus. Nimis pulcher, *vid.* NIMIS. Visus pulcher Stat. Silu. 5, 2, 22. *Compar.* Virg. Aen. 9, 179 Quo pulchrior alter Non fuit Aeneadum. *Ad.* Id. 7, 649. Vna quid potest esse tum fructu laetius, tum ad spectu pulchrius? Cic. de Senect. 53. Pulchrum esse, quod placet, tum alia multa, tum ista facile probant: Suum cuique pulchrum est, Te tua, me delectant mea Cic. Tusc. 5 c. 22. Cui pulchrum fuit in medios dormire dies Hor. Epist. 1, 2, 30. Superl. Iuuenum pulcherrimus Ouid. Met. 4, 55. Poetarum pulcherrimus Gell. 19, 8. i. Optimus et peritissimus. Rerum facta est pulcherrima Roma
- Virg. Georg.** 2, 534. Vrbs pulcherrima Liu. 26, 32. *Fortis*: Virg. Aen. 7, 656 — satus Hercule pulchro. *it.* Pulcher Auentinus etc. Flor. 4, 4 *extr.* Tum etiam manu pulcher apparuit. ¶ 2
- Substantiua, quibus additur*: Cohors pulchra Claud. de Rapt. Proserp. 2, 63. Color Lucret. 4, 1027. Consilia pulcherrima Virg. Aen. 5, 728. Corpus pulchrum Idem ibid. 5, 344. Cura pulcherrima dolori meo nata Propert. 2, 25, 1. Dies Hor. Carm. 1, 36, 39. Idem 4, 4, 39. i. laetus, felix. Diuitiae Hor. Serm. 2, 3, 95. Dos Plaut. Epid. 2, 1, 10. Facinus Idem Men. 1, 2, 23. Genae Hor. Carm. 4, 13, 8. Gens pulcherrima Sil. 13, 466. Hor. Epod. 14, 13 Verris ipse miser: quod si non pulchrior ignis Accendit obsessam Ilion, gaude sorte tua. i. *inquit* Porphyrio, Si non fuit Helena speciosior Terentia, scilicet amica tua, iucunda haec miseria est. Amor, ignis solet dici. Liber pulcher Plin. Epist. 151. Libertas Virg. Aen. 6, 821. Plin. Epist. 9, 13 Occiso Domitiano, statui mecum ac deliberravi, esse magnam pulchramque Materiam insectandi nocentes. Mors Virg. Georg. 4, 218. i. e. Gloriosa: Seruius. Nympha pulcherrima forma Virg. Aen. 1, 76. Pulchrum Ornatum turpes mores peius coeno collinunt Plaut. Most. 1, 3, 133. Origo Virg. Aen. 1, 290. Panis Hor. Serm. 1, 5, 89. Pectore pulchro virgo Virg. Aen. 3, 426. Poemata Hor. in Arte Poet. 99. Idem Serm. 1, 10, 6. Populus pulcher Flor. 2, 19, 1. Postes Plaut. Most. 3, 2, 133. Cic. pro Rosc. Amer. 43 Tot Praedia, tam pulchra, tam fructuosa. Proles Virg. Aen. 1, 79. Puer Hor. Epist. 1, 18, 74. Pulchritudo pulchra Plaut. Mil. 4, 1, 13. Sol Hor. Carm. 4, 2, 47. Tecta Idem ibid. 3, 10, 6. Tunicae Idem Epist. 1, 18, 33. Virgo pulcherrima Deianira Ouid. Met. 9, 9. Vrbs Virg. Aen. 4, 266. ¶ 3
- In visuperio interdum est* Pulcher. Seru. ad Virg. Aen. 3, 119 Et quidam pulcher Apollo, epitheton datum Appollini reprehendunt: pulchros enim a veteribus exoletos dictos: nam et apud Lucilium Apollo pulcher dici non vult. ¶ 4 Pulcer a nonnullis scribitur: Sic Varro,

Varro, *de quo* Charisius 1 p. 56 Pulcrum adspirari debere Varro negat, ne duabus Consonantibus intercedat adspiratio, quod minime rectum antiquis videbatur. Sic Pulcerrima terrarum Campania Flor. 1, 16, 3. Pulcerrimus exitus Idem 2, 2, 14. Vid. Cellar. Orshogr. p. 5 et 138. Quin ego ipse loquebar sic, ut pulcros, Ceteos, triumphos, Cartaginem dicerem: aliquando idque fero, conuicio aurium cum extorta mihi veritas esset, vsum loquendi populo concessi, scientiam mihi referuavi Cic. in Orat. c. 48. ¶ 5 In MSS. permisceantur pulcher et purus, v. v.

PVLCHRALIA, ium. n. Vi, Pulchralibus, atque cupediis, Festus, 10 qui addit. idem in ea, quae est de fundo oleario. Catois orationem intelligi putat Scaliger. Pulchralia quidem hic esse bellaria, satis apparet.

PVLCHRE. Adu. [περικαλλος] Aequae late patet, ac nomen Pulcher: verbo, ubi pulchre dicimus, ibi placere nobis rem et vel oculorum vel reliquo iudicio probari, significamus. Plaut. Merc. 5, 2, 61 Si tu verâ dicis, et pulchre aedificatas arbitror. Pulchre, Sapienter, interprete Donato. Ter. Eun. 2, 3, 84 Dixi pulchre: nunquam vidi melius consilium dari. Ibid. 3, 1, 26 Pulchre mehercle dictum, et sapienter. Dicere pulchre et oratorie Cic. in Orat. c. 68. Id. 20 de Finib. 2, 63 At quum pulchre dicere videbare, quum ex altera parte ponebas, etc. Neque ego praeberi vidi ligna pulchrius Plaut. Aul. 3, 1, 6. Pulchre, Valde, fortiter, nimis, inquit Donatus. Ter. Eun. 4, 5, 2 Ac dum accubabam, quam videbar mihi esse pulchre sobrius! Cato c. 74 Aquae paullatim addito, subigitoque pulchre. Ap- 25 probationis formula: Ter. Eun. 4, 2, 4 TH. Male multabo ipsum. GN. pulchre! Idem Heaut. 2, 3, 91 S. Assimulabimus tuam amicam huius esse. C. pulchre! Aliquando in deteriore parte sumitur: Idem 3, 1, 40 Vt tu scias, quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem fiet. Bene: Plaut. Amphit. 1, 1, 122 Optime optumo optumam ope- 30 ram das, datam pulchre locas. Idem Trin. 1, 2, 101 Edepol mandatum pulchre, et curatum probe. In ea familia ne pedisequus quidem quisquam erat, qui non vtrumque pulchre Facere posset Nep. 25, 13, 3. Pulchre notus Plin. 21, 26. Dum sanitas constabit, pulchre Meminero Phaedr. 1, 4 extr. Cic. Att. 13, 21 Sed tamen quae 35 tum acta sunt, non possum non probare, et tamen non curare pulchre possum, sicuti facio. Cum in senatu pulcherrime Staremus Idem Fam. 1, 4, 1. Idem de Nat. Deor. 1, 114 Propone ante oculos deum nihil aliud in omni aeternitate, nisi Mihi pulchre est, et Ego beatus sum, cogitantem. Tibi pulchre est Hor. Serin. 2, 8, 19. 40 Est pulchre tibi cum tuo parente Catul. 21, 5. Pulchre valet Charinus, et tamen pallet Martial. 1, 78. Degere acuum pulchre Lucret. 5, 173. Superlat. Secundam fortunam ferre pulcherrime Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Idem Verr. 1, 49 Hunc ipsum inquam Tenem pulcherrime factum, quem quondam in comitio vidistis, abstulit 45 magno cum gemitu ciuitatis.

PVLCHRELLVS, a, um. Dimin. Cic. Att. 1, 16 Redeo ad alterationem: surgit pulchellus puer. Idem Fam. 7, 23 At pulchellae sunt, noui optime: et saepe vidi. Seruus pulchellus Apul. Met. 8 p. 213. 50

PVLCHRESCO, ère. Cassiod. Varr. Epist. 5, 40 Vnius rei facies de addita venustate pulchrescit. Ser. Sammon. c. 45 vs. — succis hederæ pulchrescit foeda cicatrix.

PVLCHRITVDO, inis. f. [κάλλος] Species, venustas, decor, elegantia, honestas, et quidquid placet. Cic. Off. 1, 98 Pulchritudo corporis 55 apta compositione membrorum mouet oculos et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes quodam lepore consentiunt. Oris pulchritudo Idem ibid. 3, 10. Pulchritudini victae Urbis parcere Flor. 2, 6, 34. Excellens muliebris formae pulchritudo Idem de Inuent. 2, 1. Eximia pulchritudine femina Idem de Diuin. 1, 52 c. 25. Plin. Epist. 1, 14 60 Est illi facies liberalis, est Ingenua totius corporis pulchritudo. Cic. de Orat. 3, 68 Si illam praeclaram et eximiam speciem oratoris perfecti et pulchritudinem adamastis. Idem in Pison. 81 Habet hoc virtus, ut viros fortes Species eius et pulchritudo etiam in hoste posita delectet. Cic. Off. 2, 37 c. 10 Quis non admiretur Splendorem pul- 65 chritudinemque virtutis? Venustas et pulchritudo corporis discerni non potest a valetudine Idem ibid. 1, 95. Pulchritudinis duo genera sunt: quorum in altero venustas est, in altero dignitas: venustatem muliebrem dicere debemus: dignitatem virilem Idem ibid. 1, 130. Pulchritudo rei nos trahit vel ea consecrandi, quae propter infirmitatem, etc. Columel. 3, 20. Illuminare pulchritudinem rerum Quintil. 2, 16. Prosequi honore verborum pulchritudinem Idem 3, 7. 70 Cum Gerundio: Plin. Epist. 3, 19 Solicitat primum ipsa pulchritudo iungendi. i. Decorum adspetus agrorum perpetuorum, iungendi agrum agro.

PVLCHRITAS, atis. f. Pulchritudo. Nonius 2, 665 Caecilius, Dii boni quid illud est pulchritatis.

PVLEGIVM, s. PVLEIIVM, i. n. [γλήχων, βλήχων.] Herba hortensis vulgo nota. Plin. 20, 14 Magna societas cum menta ad recreandos defectos animo pulegio, cum surculis suis in ampullas vitreas aceti vtrisque deiectis. Qua de causa dignior e pulegio corona vertigini, quam e rosis cubiculis nostris pronuntiata est. Pulegium decoctum Sammonic. v. 314. Iocose Cic. Fam. 16, 23 Cras expecto Lep- 80 tam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est: asperior ruta, pulegium suauius. Columel. 12, 7 Silentem florem vitis albae et asparagi, etc. et puleii, et nepetae, etc. Idem ibid. c. 35 et 37. Martial. 12, 32 Quadrina nigri nec corona puleii. Cic. de Diuin. 2, 33 c. 14 Nam et musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, et puleium aridum florescere brumali ipso die. Pulei virtutes celeri comprehendere versu Strabo Gall. in Hortulo 18, 2. 90

PVLEIATVM, i. n. Pro Vno puleio seu pulegio condito, dixit Lamprid. Heliog. c. 19.

PVLEX, icis. m. [ψύλλα] Sic vocantur Couponarum aestiuua animalia, pernicio molestia saltu Plin. 9, 47 s. 71. Videtur Pulex dictus, quod ex puluere generetur. Isidor. 12, 5. Plin. 30, 10 Aliud est cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem illam, si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices vbi circum spargatur. Pulex apud Columellam Vermiculus est hortensis infestans: sic enim ait in horto 10, 321 et. 100

Tu quoque proficisso riguoque insperfa nouali Ozymo comprimit, et grauibus densata cylindris, Exurat fata ne resoluti pulueris aestus, Paruulus aut pulex irrepens dente lacesat, Neu formica rapax populari semina possit. 105

Pulice, vel si quid pulice sordidius Martial. 14, 83. *Al.* Pullex. Prima perperam corripitur ab Auctore Carm. de Pulice v. 1 et 20 et 34.

PVLICO, Ære. *Pulices progignere.* Gloss. Gr. Lat. ψυλλίζω, pulico.

5 PVLICARIA, Æe. f. *Herba Psyllium.* Oſtau. Hor. 1, 10.

PVLICOSVS, a, um. Adi. [ψυλλώδης] *Pulicibus plenum.* Columel. 7, 13 Pulicosæ canis remedia sunt: fume cuminum tritum pari pondere cum veratro, aquaque mistum et illitum, seu cucumeris anguinei succum. Vel si hæc non sunt, vetus amurca per totum corpus

10 infusa. PVLARIAE, Ærum. f. *Pl. Insula in Illyrico.* Plin. 3 vlt. Claræ ante ostia Timauis calidorum fontium, cum aestu maris crescentium: iuxta Istrorum agrum, Cissa, Pullariae et Absyrtides.

PVLARIAM, Plautus dixit Manum dextram. Paullus.

15 PVLARIVS, PVLASTER. *vid.* PVLVS Subst.

PVLATVS, *vid.* PVLVS Adi.

PVLLESCO, PVLICENVS, PVLITIES. *vid.* PVLVS Subst.

PVLASCO, PVLVLO. *vid.* PVLVS Subst.

20 PVLVS, i. m. [παῖδας, νεσσός] *Quidam per syncopam a Puellus dici volunt: significat certe paruum, nouellum non hominem modo, sed omnium animalium fetum.* De homine Festus h. v. Antiqui puerum quem quis amabat, pullum eius dicebant. Inde pullus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat, propter candorem,

25 quod eius natis fulmine iccta erat. Arnob. 4 p. 145 Vt Iouis dicatur pullus, in partibus Fabius aduritur mollibus, obfiguraturque posticis. Placidus in Gloss. Pullum puerum in amoribus, unde Q. Fabius Eburnus, quod natis fulguratus erat, pullus Iouis dictus est. *vid.* PVL-

LARIVS Adi. et Subst. Pullus inter blandiendi vocabula hominibus

30 paruis tribuitur: Hor. Serm. 1, 3, 44 — strabonem

Appellat pæctum pater; et pullum male paruus

Si cui filius est.

*Vid. Casaub. et Suet. Calig. c. 13.*

¶ 2 De animalibus Hor. 35 Serm. 2, 3, 314 Absentis ranae pullis vituli pede pressis. Aquilae pullos vocat Plin. 10, 3 et 7. Coccycis 10, 9. Cornicis, *ibid.* c. 12. Hirundinis, *ibid.* c. 33 et 60. Columbæ, *ibid.* c. 34 et 58. Anferis, *ibid.* c. 59. Equæ pullus Lucret. 3, 763. Generosi pecoris Virg. Georg. 3, 75. Animales pulli Lucret. 2, 926. Asininus, *vid.* ASINVS.

40 Columbinus Cic. Fam. 9, 18. Equinus Quinctil. 8, 2. Gallinaceus Liu. 32, 1. De pullis gallinaceis est epigramma apud Martial. 13, 45. Infantes auium pulli Plin. 10, 33. Miluinus, *vid.* MILVVS. Nothi, *vid.* NOTHVS. Viles Iuuen. Sat. 13, 142. Cauea liberati Cic. de Nat. Deor. 2, 8. Pullus onagri Plin. 8, 44. Pulli apum

45 Columel. 9, 3. ¶ 3 Sunt et Pulli arborum: [μοσχία] Plin. 17, 1: Nullis vero tales pulli proueniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Cato c. 51 Ab arbore, abs terra pulli qui nascuntur, eos in terram deprimito. Hinc est Pullare et Pullulare.

50 PVLLO, Ære. *Germinare.* Calpurn. Ecl. 5, 20 Gramine silua pullat. *vid.* PVLVLO.

PVLVLO, Ære. [παρὰφύω] *Quasi Pullulos emittere. Nam Pullulare dicimus arbores, quum a radice nouae plantae surgunt.* Plin. 17, 10 Natura et plantaria demonstrauit, multarum radicibus pullulante sobole densa, et pariente matre quos enecet. Vet. Gloss. Pullat,

55 παρὰφύδας βάλαι, βλαζάναι. Pullulant hilarius vites Colum. 4, 27, 1. Tralate. Virg. Aen. 7, 329 — Alecto tot pullulat atra colubris. Ne-

60 pos 24, 2, 2 Pullulare incipiebat luxuria, i. Crescere. Actiue pro Generare: Apul. Met. 4 p. 155 Deam (Venerem) Venerem aliam pullulasse. Silua pullulat ab radice Virg. Georg. 2, 17.

PVLVLASCO, Ære. [βλαστῶ] *Pullulantes fieri.* Columel. 4, 21 extr. Et ita ex nouello palmite vitis pullulascit. Legitur et Pul-

65 lulescit. Prudent. Romano 882 Libet experiri, Lerna, sicut traditur Vtrum renaris pullulascit artubus.

70 PVLLESCO, Ære. [βλαστῶ Onomast. Vet.] *Idem quod Pullulascere.* Columel. 4, 21 extr. Quidquid est supra vetusti brachii, amputatur, et ita ex nouello palmite vitis pullescit. Legitur et Pullulascit.

PVLASTER, tri. m. vel PVLASTRA, Æe. f. [ὄρνιθιον] *Si-*

75 gnificat Gallum sive Gallinam adulescentes. Sic a M. Varrone de R. R. 3, 9, 9 Pullastræ dicuntur Iuuentæ Gallinae. *Vid.* Scalig. al. Pulletra. Onomast. vet. Pullaster, πῶλος.

PVLLETRA vel PVLITRA, Æe. m. *vid.* PVLASTER.

PVLICENVS, i. m. [πωλάριον, νεσσός] *Dimin. a Pullus.*

75 Lamprid. de Alex. Seuero c. 41 Et ne earum pastus grauaret annonam, seruos habuit vectigales, qui eos ex ouis et pullicenis et pipionibus alerent. *Vid.* ibi Salmas.

PVLINVS, a, um. Adi. [πωλινός] *Quod est pulli.* Vnde, Pullini dentes, quos primum equi iaciunt. Plin. 8, 44 l. 69 Quæ

80 non prius quam dentes, quos pullinos appellant, iaciat, conceperit, sterilis intelligitur. De mola Veget. 3, 17.

PVLARIVS, a, um. Adi. *Ad pullos spectans.* Pullaria collectio Veget. 2, 25. Feles pullaria, Puerorum fur, corruptor, qui sicut felis aues, ita ipse pullos captat Auson. Epigr. 70, 5. *Vid.* FELIS. Quo

85 sensu et Plautus apud Festum, Pullariam dextram dixit, quæ libidinose pullos contrectaret. *Vid.* Turneb. Aduers. 3, 11.

PVLARIVS, i. m. [πωλοκόμος] *Qui pullorum curam habet.* Onomast. Vet. Pullarius, πωλοκόμος. *Qui e pastu pullorum captat auspicia:* Cic. Fam. 10, 12 Recitatis literis oblata religio Cornuto est,

90 pullariorum admonitu non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse Idem de Diuin. 2, 72 c. 34 Attulit in cauea pullos, is qui ex eo nominatur pullarius. *Vid.* Lex. Pitisc. Paedico: Gloss. Gr. Lat. παιδοκομής, pullarius. *Vid.* Scalig. Auson. Lest. 1, 27 pr. Burm. ad Petron. c. 43 extr.

95 PVLARIA, Æe. f. *Int. passio. Est morbus pullorum equinorum.*

PVLATIO, ðnis. f. [πωλοκῶνια] *Fetura pullorum.* Columel. 8, 5, 9 Plerique tamen etiam ab aestiuo solstitio non putant bonam pullationem.

PVLLEIACEVS, i. m. *Pro Pullo gallinaceo, an PVLEIACEVS pro Puleio dixerit, Augustus, dubium faciunt libri veteres, et noui Critici apud Suet. August. c. 87.*

PVLIGER, a, um. Adi. Fulgent. Mythol. 1. Oua pulligera ingerere.

PVLIPREMO, ðnis. m. *Puerorum plagiarius, vel Paedico.* Auson. Epigr. 70, 8.

**PVLLITIES**, ēi. f. [*υποσολ*] *Pulli*. Columel. 9, 11 Itaque quum primo Vere in eo vase nata est pullities, nouus rex eliditur. *de apibus*. Et 8, 14, 11 Et ea propter etiam tenerrima pullities saepe quadraginta diebus redditur opima. *de anseribus*. Confirmata Idem 8, 9 *extr.*

**PVLLVLVS**, i. m. Dimin. Apul. Met. 8 p. 213 Tam bellum pullulum. *De asino quidem, sed pro puero pathico*. Item Surculus Gloss. Cyrill. Pullulus, *παραφύλος, ελασθε*. Pulluli arborum Plin. 17, 10.

**PVLLVS**, a, um. Adi. [*Φαιδς*] *Fuscus, quali oues non albae nascuntur*. 10 Virg. Georg. 3, 389 Ne maculis infuscet vellera pullis. i. Nigris, inquit Seruius Tibul. 1, 2, 64 Concidit ad magicos hostia pulla deos. *Sunt qui dicunt hunc colorem, Hispanicum, siue Baeticum dici*. A quo Pullati, etiam Baeticati dicuntur Martial. 1, 97 Et Baeticatus atque leucopheatus. Vid. PVLLIGO. Agna pulla Hor. Serm. 1, 8, 27. Aqua 15 Tibul. 2, 5, 34. Ficus Hor. Epod. 16, 46. Myrtus Ibidem Carm. 1, 25, 18. Calpurnius Ecl. 7, 81

— Sed mihi sordes

Pullaque paupertas, et adunco fibula morfu Obfuerant.

Pullam paupertatem dixit, quia lautissimus quisque apud antiquos albus erat, praesertim diebus festis, pauperes potius pullati. Vid. PVLLATVS. Radix pulli oleris, h. e. Olusatris Columel. 10, 124. Varro R. R. 3, 12, 5 Pulla superior pars tergoris in leporibus. Solum putre et pullum Columel. 2, 10, 18. Sic 3, 11, 6. Terra pulla: Columel. in 25 Praefat. 1, 24 In aliis regionibus nigra terra, quam terram pullam vocant. Sic 2, 2. Plin. 17, 4 Nec pulla, qualem habet Campania, ubique optima vitibus. Cato c. 34 Ager rubicofus, et terra pulla.

Quod ad Cat. de R. R. c. 151, 2 obseruavi, videri in hac appellatione etiam teneri et adolescentis, fecundique adeo notionem inesse, nondum muto. 30 Toga Cic. in Vatin. 30 c. 12. Tunica Idem Verr. 2, c. 24 *extr.* Calpurn. Ecl. 7, 25 *de popularibus*, Venimus ad fedes, vbi pulla fordida veste Inter femineas spectabat turba cathedras. Vestis pulla, Fusca, atra, qua quis in lectu induitur: Cic. in Vatin. 30 c. 12 Quis in funere familiari coenauit cum toga pulla? Idem Verr. 4, 55 In hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat et pallio. Pulla fordida veste plebs Calpurn. Ecl. 7, 26.

**PVLLATVS**, a, um. Adi. [*μυλαυελμων*] *Pulla veste indutus, hoc est Lugubrem habitum ferens, vel lectus causa, vel alia quavis ratione*. Idem et Atratus dicitur. Cic. in Vatin. 30 c. 12 Quis vnquam coenauit atratus? Et paullo post, Quum ipse epuli dominus Q. Arrius albus esset. Albi ad exsequias, pullati ad nuptias Sidon. Ep. 3, 7. Pullata turba Quinctil. 6, 4. Sueton. Aug. c. 40. *uti et Circulus pullatus, pro Imperitorum turba*. Ibidem 2, 12. Sic Plin. Epist. 7, 17 Nam illos quoque sordidos pullatosque reueremur. Sueton. Aug. c. 44 Militem 45 fecerit a populo, multis ex plebe proprios ordines assignauit, praetextatis cuneum suum et proximum paedagogis, sanxitque, ne quis pululatorum media cauea federet.

**PVLLIGO**, inis. f. [*Φαιδης*] *Idem quod Pullus color*. Plin. 8, 48. *de lanarum generibus*, Hispania nigri velleris praecipuas habet: 50 Polentia iuxta Alpes cani: Asia rutili, quas Erythraeas vocant: item Baetica: Canusium fului: Tarentum et suae pulliginis.

**PVLLVLVS**, a, um. Adi. Dimin. Pullula terra Columel. 2, 2, 19 MSS. *quidam Pulila*. al. Pulla.

**PVLMENTVM**, i. n. [*ῥψον*] *Non puls, sed, ut ait Varro de 55 L. L. 4, 22 p. 28, 6 Quod edebant cum pulte, ab eo (i. ab ea re dictum est) Pulmentum: hinc Pulmentarium dictum*. Hoc primum fuit pastoribus caseus — dein posteaquam desierunt esse contenti his, quae suapte natura ferebat sine igne — poma — decoquebant in olla — Hinc ad pecudis carnem peruentum est. Haec ergo omnia Pulmenta, 60 quae ad Pultem, in cuius locum mox panis successit, sumerentur. Apul. Met. 10 p. 244 *extr.* Porcorum, pullorum, piscium, et eiusmodi pulmentorum largissimas reliquias. Idem Met. 4 p. 146, 2 Estur ac potatur incondite, pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis. Plaut. Aul. 2, 4, 37 Pulmentum pridem ei eripuit 65 miluus. Idem Pseud. 1, 2, 84 Aut num ipse ego pulmento vtor magis vinctiusculo. Coenes vt pariter pulmenta laboribus emta Hor. Epist. 1, 18 (17) 48. Minuere in singula pulmenta nullum trilibrem Idem Serm. 2, 2, 34.

**PVLMENTARIS**, e. Adi. [*ῥψορικος*] *Quod pertinet ad pulmentum*. 70 Plin. 18, 12 Praeualens pulmentari cibo.

**PVLMENTARIVM**, i. n. [*προσφαγιον, ῥψον*] *Idem plane quod pulmentum, quidquid praeter pultem, et postea panem in cibo sumebatur*. Cato R. R. 58 Pulmentarium familiae *de olea, balce, sale*. Iuuen. Sat. 7, 185 Veniet qui pulmentaria condit. Plin. 18, 8 Pulte autem 75 non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum: quoniam inde et pulmentaria hodieque dicuntur. Sen. Epist. 87 *pr. de Caricis*, Si panem habeo, pro pulmentario sunt, si non, pro pane. Conf. Plin. 15, 19. Hor. Serm. 2, 2, 20 Tu pulmentaria quaere sudando. Conf. Senec. Epist. 87. et Phaedr. Fab. 3, 7, 22. Apic. 3, 2. Vincta pul- 80 mentaria Perf. 3, 102. Colum. 11, 3, 57 Satureia non inutilis ad pulmentaria condienda.

**PVLMO**, onis. m. [*πνεύμων*] *Follis ille naturalis, quo spiritum ducunt, et reddunt animalia*. Plin. 11, 37 l. 72 Sub corde pulmo est, spirandique officina, attrahens ac reddens animam, idcirco spongiosus, 85 ac fistulis inanibus cauus. Cerui pulmo Scribon. 76. Vulpis pulmo Id. 76. Pulmo diuiditur in similitudinem ungulae bouis: atque eius quidem partes, fibrae vocantur: sicut in omnibus visceribus, unde etiam Pulmones plurali numero pro Tota pulmonis substantia. Plaut. Curc. 2, 1, 22 Lien necat, renes dolent, pulmones distrahuntur, cruciatur 90 iecur. Cic. Tusc. 2, 20 Quae lateri inhaerens morfu lacerat viscera, Vrgensque grauitur pulmonum haurit spiritus. *ex Poeta*. In pulmonibus inest raritas quaedam et assimilis spongiae mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima, qui tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime alun- 95 tur animantes Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 54. Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri, nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterumque et pulmonum vi et figura potest Cic. Tusc. 1, 37 c. 19. Anheli pulmonis fibra Lucan. 1, 617. Mollis Ouid. ex Pont. 1, 3, 19. Sanguineus Senec. Oedip. l. 4. Tumidi iecur pulmonis 100 arentes fibras distendit Ibidem Herc. Oet. l. 9. Ignis edax errat imis pulmonibus Ouid. Met. 9, 201. Rumpere pulmonem ventis Perf. 3, 27. Pulmo prius venisset, quam tu mihi aduenisti: Antiquum proverbium in tardos Plaut. Epid. 5, 1, 21. Ex pulmone nascitur tabes, quam Graeci phthisin vocant: tunc enim pulmo tabescit, atque adeo 10-105



tum corpus Ouid. ex Pont. 1, 3, 19 Cernis ut e molli sanguinis pulmone  
retrissus Ad Stygias certo limite ducat aquas. ¶ 2 Pulmo

marinus ex genere testaceorum est, sine sensu ut ait Plin. 9, 47 f. 71.

Halipleumon [ἀλιπλευμων] ab eodem vocatur 32, 11 f. 53. Plin. 18, 55 f. 85

5 Pulmones marini in pelago, plurium dierum hiemem portendunt. Et 32,

10 f. 46 Pulmo marinus alligatus, egregie profluua purgat. Et in

ipso sine Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur.

PVL MVNCV LVS, i. m. Dimin. Paruus pulmo, vel caruncula

paruo pulmone similis. Solinus c. 62 al. 49 Sunt enim illis reciprocis

10 quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. de camelis Baſtrianis.

Sed Veg. Mulom. 2, 56. et 2, 61. videtur significare ulcus fistulosum pul-

monis instar.

PVL MONACEVS, a, um. Adi. Pulmonis speciem habens. Pul-

monacea radix Veget. 1, 12.

15 PVL MONARIVS, a, um. Adi. [περιπνευμονικὸς] Qui laborat

pulmonis morbo. Ovis pulmonaria, apud Columel. 7, 5.

PVL MONEVS, a, um. Adi. Tumens et mollis instar pulmonis Plaut.

Epid. 5, 1, 21 Pulmoncis pedibus qui perhibetur, prius venisset, quam

tu aduenisti. i. ulcerosis, tumidis, mollibus. Idem Rud. 2, 6, 27

20 Pulmoneum vomitum vomere. Conf. Parei Lex. Crit. p. 901. Pulmo-

nea, Poma quaedam pulmonis instar tumentia: Plin. 15, 14 Stolidae tu-

ment pulmonea.

PVL PA, ae. f. Pars mollior in arboribus. Plin. 16, 38 f. 73

In quarundam arborum carnibus pulpae venaeque sunt. Discrimen

25 earum facile. Venae latiores candidioresque, pulpae fissilibus insunt.

Ideo fit, ut aure ad caput trabis quamlibet praelongae admota, ictus ab

altero capite vel graphii sentiat, penetrante rectis meatibus sono.

Et mox Caetera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pul-

pam: alioqui fragilis esset vena in orbem arboris caesa: f. arbore.

30 Nempe fissis ad perpendicularum arboribus, apparet pulpa laxior, quae acci-

pere circinationem potest: si caedatur arbor sectionibus horizonti parallelis

venae breuiore non ita contineant tabulas. Mediae pulpae caryotarum

Scribon. 74. ¶ 2 Pulpa, inquit Donatus, Caro ea, quae man-

ducatur, eo quod pulsetur et conscindatur. Pers. 2, 63 Quid iuuat

35 hoc, templis nostros immittere mores, Et bona diis ex hac scelerata du-

cere pulpa? Et pulpam dubio de petasone voras Martial. 3, 77.

PVL PAMEN, inis. n. Epit. Liu. 48 Masanissa sine pulpamine

mandere, et gustare panem tantummodo solitus.

PVL PAMENTVM, i. n. a Pulpa dictum est, et tum ipsam

40 pulpam significat, tum accipitur pro quouis Cibo lautiore. Ter. Eun. 3,

1, 36 Tute lepus es, et pulpamentum quaeris, i. muliebris patientiae ho-

mo, scortum appetis. Cic. Tusc. 5, 90 c. 32 Mihi amictui est Scythi-

cum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra, pulpamen-

tum fames: lacte, caseo, carne vescor. conf. Plaut. Curc. 1, 1, 90 etc.

45 PVL PO, are. Vox vulturis, quasi dicatur pulpam seu carnem po-

scere. Auctor Philomel. 27 Vultur pulpam probatur.

PVL PŌSVS, a, um. Adi. Pulpa plenus. Apul. Met. 7 p. 195 Terga

pulposis torulis obesa.

PVL PVS, i. m. Genus piscis. Theod. Prisc. de Diaet. c. 1.

50 PVL PŪTVM, i. n. [Πυπέλη, σενίδωμα ἐπιπέδον Gloss. Lat. Gr.

(conf. Vitr. 5, 6) it. Ἑὼς ξυλινὸν (ξυλινὸν) Gloss. Lat. Gr.] Locus ante

scenam editior, in quo omnis comedia recitabatur. Plin. Epist. 4, 25

Inde ista ludibria, scena et pulpito digna. Iuuen. Sat. 6, 78 Longa

per angustos figamus pulpita vicos. Denexum pulpitum Suet. Neron.

55 c. 13. Rubra Ouid. de Arte Am. 1, 104. An genus hoc scripti fa-

ciunt sua pulpita tutum? Ouid. Trist. 2, 517. Pulpita sollemnes non

oluere crocos Propert. 4, 1, 16. Hor. A. P. 279 Aeschylus et modicis

instrauit pulpita lignis. Idem 215 Tibicen traxitque vagus per pul-

pita vestem. Idem Epist. 2, 1, 124 Quam non adstricto percurrat

60 pulpita focco. Sunt et Grammaticorum pulpita. Horat. Epist. 1, 19,

40 Non ego nobilium scriptorum auditor et vltor Grammaticas ambire

tribus et pulpita dignor. Sueton. de Claris Gramm. c. 4 Remoto

pulpito declamare solitum.

PVL PŪTO, are. i. Pulpitis et asseribus fulcire. Sidon. Epist. 8,

65 12 Pandi carinarum ventres abiagnarum trabium textu pulpita buntur.

PVL S, pultis. f. [πυλτὸς] Victus antiquissimus ex farina, et aqua

apud lautiores etiam melle seu caseo, ovo decocto factus. Varro de L. L.

4, 22 pr. p. 27, 20 De victu antiquissima puls; appellata, vel quod ita

70 Graeci, vel ab eo (ut scribit Appollodorus) quod ita sonet, cum aqua

feruenti inspigitur. Hoc genus quod aqua feruenti inspigitur populares

mei in Franconia plebeio vocabulo Puls appellant hodie. Plin. 18, 8

Pulte autem non pane, longo tempore vixisse Romanos manifestum:

quoniam inde et pulmentaria hodieque dicuntur. Et hodie sacra prisca

atque natalium pulte fritilla conficiuntur: videturque tam puls ignota

75 Graeciae fuisse, quam Italiae polenta. Val. Max. 2, 5, 5 Erant adeo

continentiae attenti veteres Romani, ut frequentior apud eos pultis vsus

quam panis esset. — Pullis, quibus auspicia petuntur, puls obii-

citur. Aed. Annian. 25, 2. Puls potissimum dabatur pullis in au-

80 spiciis, quia ex ea necesse erat aliquid decidere, quod tripudium faceret,

id est terripatium. Pauire enim, ferire est. Bonum enim auguri-

um esse putabant, si pulli, per quos auspicabantur, comedissent, prae-

fertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset. Sin autem omnino

non edissent, arbitrabantur periculum imminere. Haec Festus. Cic.

de Diuin. 2, 73 Nunc vero inclusa in cauea, et fame eneeta, si in offam

85 pultis inuadit, et si aliquid ex ore cecidit, hoc tu auspiciū, aut hoc

modo Romulum auspicari solitum putas? Cato R. R. 85 Pultem Pu-

nicam sic coquito. Libram alicae in aquam indito, facito uti bene

madeat. Id insundito in alueum purum, eo casei recentis P. 3 Mellis

P. 5. ouum vnum, omnia vna permisceto bene. Ita inspito in auiam

90 nouam. Varro apud Non. 15, 1 Sed simul manibus trahere lanam,

nec non simul oculis obseruare ollam pultis, ne aduratur. Iuuen. 14,

174 Grandes fumabant pultibus ollae. Et 11, 58 Sed laudem siliquas

occultus ganeo, pultes coram aliis dicentem puero, sed in aure placentas.

Fenifecae crasso vitiarunt vngvine pultes Pers. 6, 40. Delicatas

95 tamen aliquot Pultes facere docet Apic. 5, 1 frumentaceas quidem omnes,

sed admistis cerebellis, pipere, ligustico, liquamine oenogaro, la-

cte, melle, oleo etc.

PVL TICV LA, ae. f. Dimin. [πυλτάριον] Plin. 26, 8. Colu-

mel. 8, 1 Nec minus quolibet frumento cocta pulticula. add. Cels. 4, 6.

100 Aurel. Ac. 2, 18, 108.

PVL TARIVS, i. m. [ψητῆριον] Vrcus forte intelligitur, vas

in quo vel coquebatur puls, vel inferebatur, et si quod aliud huic esset si-

mile. Legitur etiam PVL TARIVM. Cels. 2, 11 Si caetera defece-

runt, caliculus quoque aut pultarius oris compressioris, ei rei commode

105 aptatur. Plin. 7, 53 Edita coena calidam potionem in pultario po-

poscit.

poscit. Columel. 12, 43, 7 Vuæ dependentes a matre sic in pultarios condi debent. *vid. P. Scriuer. ad Martial. 1, 100. Sic, Mulsi pultarium Petron. c. 42.*

**PULTIFICVS**, a, um. Adi. Aufon. in Monosyllabis v. 61 Mox ador, atque adoris de polline pultificum far.

**PULTIPHAGVS**, i. m. [*πυλτοφάγος*] *Opifex, qui pultem vorat, apud Plautum legitur Most. 3, 2, 141. vid. Scalig. ad Varr. de R. R. 3, 7, 3. Nempe Poeni amabant Pultem. vid. PVLVS Punica ex Caton. 85.*

**PULTIPHAGONIDES**, is. m. Plaut. Poen. prol. 53. i. Poenus. *Nam Agorastockis patruus est Hanno Carthaginensis. Ergo Carchedonius vocatur haec Comœdia, Latine Plautus vult ut dicatur Patruus Pultiphagonides.*

**PVLBO**, **PVLVLA**, **PVLVSVS**, **PVLTO**, *vid. PELLO.*

**PVLVERO**, **PVLVEREVS**, etc. *vid. PVLVIS.*

**PVLVINAR**, āris. n. [*πυλωφάλαιον*] *Est Quod capiti dormi- turi supponimus. Puluinar, inquit Varro L. L. 4, 35 vel a plumeis vel a pelluleis declinarunt. Vbi Scaliger legit, A polis vel polulis, anti- que pro pellibus.*

*Incolumis coniux sua puluinaria seruat Ouid. ex Pont. 2, 2, 71. Geniale puluinar Catul. Argon. 65, 57. ¶ 2 Le- ctus, qui in templis sterni consuevit, numini dicatus: [*καθίδρυμα, τρωανὴ θεῶ* Gloss. Lat. Gr.] Cic. pro Domo 136 Aram et aediculam et puluinar sub saxo sacro dedicauit. Idem Tusc. 4, 4 Nec vero illud non eru- ditorum temporum argumentum est, quod et deorum puluinariibus et epulis magistratum fides praecinunt. *Inter affectatae a Domitiano diuinitatis argumenta ponit Sueton. c. 13 quod non dubitauit in redu- cenda post diuortium vxore edicere, Reuocatam eam in puluinar suum. Hinc Iuuen. 6, 131 de Messalina Claudii, Lupanaris tulit ad puluinar odorem. Sen. Conf. ad Polyb. 35 De Fortuna, Potest enim haec aduer- sus priuatas domus vllam aequitatem nosse, aut vllam modestiam, cuius implacabilis saeuitia totiens ipsa finestauit puluinaria? i. Caesarum domum. Quinctil. 1, 7, 12 Interim quoque, vt in puluinari solis, qui colitur iuxta aedem Quirini, vesperug intellige, scribebatur. Nempe aut accipiendae sunt literae acu pictae in ipso molli puluinari: aut pul- uinar etiam spondam ligneam, eburneamue complectitur, quae literas possit accipere. Add. Plin. Pan. 8, 1. it. 11, 3. Puluinar, simulacrum, fastigium, flamen Cic. Philipp. 2, 10. Alta puluinaria Ouid. Met. 14, 827. Liu. 22, 1 Ad omnia puluinaria sacrificatum Cic. in Catil. 3, 23 c. 10. Quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est. Pul- uinaria dicebantur aut lecticae diuorum, aut tabularia, in quibus sta- bant numina, vt eminentiora viderentur. Acron. Ornare puluinar deorum Hor. Carm. 1, 37, 2. Conf. Suet. Aug. c. 45. Casaub. ad Suet. Caes. c. 76.**

**PVLVINARIS**, e. Adi. *Se-lens in puluinis. Pica Puluinaris Petron. Conuicium in mulierem de puluino suo semper concionantem.*

**PVLVINARIVM**, i. n. *Idem quod Puluinar, id est lectus, qui in templis sterni consueuerat. Liu. 21, 62 Et coruum in aedem Iuno- nis deuolasse, atque in ipso puluinario confedissee. ¶ 2 Na- uale apud Plaut. Caf. 3, 2, 27 Ibo intro, vt subducam nauim rursus in puluinarium, i. vt moneam vxorem, domi maneat. Vid. PVLVINVS n. 2 extr.*

**PVLVINVS**, i. m. *Culcitra, saccus plumis vel pilis effartus, in quo mol- lius cubetur, sedatur. Plaut. Truc. 5, 13 Opus est puluinis, cunis, incunabulis. Cic. de Orat. 1, 29 c. 7 Tum Crassum, immo vero com- modius etiam puluinosque poposcisse, et omnes in iis sedibus, quae erant sub platano, confedissee dicebat. In puluinum subiicere literas inter coenandum Nep. 16, 3, 2. Equestris puluinus Iuuen. Sat. 3, 15. in Theatro Puluinis usus in spectaculis, ostendit tomentum illud Circense Martial. 14, 160. Cic. Verr. 5, 27 Nam (vt mos fuit Bithyniae re- gibus) lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlicidus, Melitensi rosa faretus. Apul. Met. 10 p. 248 Quatuor eunuchi con- festim puluinis compluribus, vento tumentibus, pluma delicata ter- restrem nobis cubitum perstruunt. Sic praestat legere, quam pul- villis, quibus mox deinde locus est. Cels. 3, 18 Mandragorae mala pul- uino subiiciunt. Idem 8, 12 Subiecto inter parietem et caput eius scorteo puluino duro. ¶ 2 Transfertur varie. Puluini, Areolae terra elata inter duos sulcos in hortis, quae porcae a porrigendo, in agris appellantur. Habet enim veluti puluinorum, in quibus sedemus, similitudinem: propter quod et torus a quibusdam dicitur. Varr. R. 1, 35, 1 Puluini fiunt e terra ad violaria obruenda. Plin. 19, 4 Areis distingui, easque resupinis puluinorum toris, ambire singulas tramitum sulcis, qua detur accessus homini scatebrisque decursus. add. Colum. 1, 3. Puluinum, pro Loco, ubi homines sub dio in hortis, deliciarum causa iacent, usurpare videtur Plin. Epist. 5, 6, 16. Ante porticum, xystrus concisus in plurimas species, ditricusque buxo: demissus inde, pronusque puluinus, cui bestiarum effigies inuicem ad- versas buxus inscripsit. Puluinus moles in aqua stucta et eminens, vt portum complecti possit. Vitruu. 5, 12 Tunc ab ipsa terra sine crepi- dine puluinus firmissime struatur. conf. Seru. ad Virg. Aen. 10, 303. Vnde discimus, Puluinos etiam dici arenae cumulos sub aqua congestos. De Puluino in torculo oleario Cato de R. R. 13, 1. Puluinis restaceis fi- bulantur iuncturae parietum Colum. 1, 6, 13. Puluini videntur fuisse robora s. trabes, in quibus subducta nauigia suspensa aliquantum quiescerent. Paullin. Epist. 31 Huius nauem in quodam eius Insulae loco, quem Ad puluinos vocant, ne similiter illideretur, ancoris fundare conati sunt. Palangas s. Phalangas cum puluinis hisce confudisse videtur Isid. Etym. 19, 2 Puluini sunt machinae, quibus naues deducuntur et subducuntur: quin in Puluinis quiescunt. Haec docuit Gronou. ad Plauti Puluinarium, quod modo vidimus n. 2.*

**PVLVINATVS**, a, um. Adi. *Quod est ad similitudinem pul- vini, conuexum. Plin. 13, 4 Lanuginoso ac puluinato calyce. Calyx Plin. 15, 22. et 17, 22 Cliuosa loca altiores poscunt scrobes, praeterea puluinatis a deuexitate labris. Idem 1, 2. et Vitruu. 1, 4 et 3, 3.*

**PVLVINVLVS**, i. m. Dimin. Columel. de Arbor. c. 10 Sed quaecumque in cliuis erunt positae, ita ablaqueandae sunt, vt a supe- riore parte secundum codicem lacusculi fiant, ab inferiore autem pul- vinuli altiores excitentur.

**PVLVILLVS**, i. m. Aliud. Dimin. Serici puluilli, Serico panno obducti Hor. Epod. 8, 15. Plumeis puluillis usos Romanos ostendit Barth. ad Stat. Silu. p. 57. De lectulis Apul. Met. 10 p. 248 Pul- villis pluribus ventose tumentibus pluma delicata terrestre nobis cubi- tum praesternunt.

**PVLVIS**, āris. c. [*κονιογράφος, κονισμαλος*] *Minutiarum terrestrium mul- titudo. Propert. 1, 22, 6 Sis mihi praecipue puluis Hetrusca dolor. Idem 2, 13, 35 Et duo sint versus, qui nunc iacet arida puluis, etc. Plin. 35, 13 Quis enim satis miretur pessimam eius partem, ideoque*

- pulverem appellatum in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus, etc. Nebula pulveris Lucret. 5, 254. Aestius Claud. Conf. Hon. 6, 215. Altus Virg. Georg. 4, 96. Ater Hor. Serm. 2, 8, 55. Caecus Virg. Aen. 12, 444. Canus Claud. de Rapt. Proserp. 1, 185. Coctus, Calx Stat. Silu. 4, 3, 53. Crassus Idem Theb. 6, 816. Crudus Perf. 2, 67. De Erudito pulvere vid. n. 2. Exiguus Virg. Georg. 4, 87. Feralis Stat. Theb. 6, 32. Fractus Idem ibid. 6, 640. Hiberno laetissima pulvere farra Virg. Georg. 1, 101. Immundus Idem Aen. 10, 844. Inanis Ouid. Fast. 5, 656. Indecoro pulvere sordidus Hor. Carm. 2, 1, 22. Lewis Catul. 64, 85. Litoreus Stat. Theb. 6, 304. Niger Virg. Aen. 9, 33. Obscurus Stat. Silu. 2, 2, 32. Siccus Ouid. Trist. 1, 5, 48. Sordidus Idem Amor. 3, 2, 42. Turbidus Virg. Aen. 11, 877. Commoto pulvere nubes Sil. 4, 94. Collectus turbine Hor. Serm. 1, 4, 31. Col-  
 15 linere crines pulvere Idem Carm. 1, 15, 20. Excitare pulverem Columel. de Arb. c. 12. Excutere pulverem Ouid. de Arte Am. 1, 149. Foedans canitiem terra, atque infuso pulvere Catul. Argonf. 62, 224. Glomerato pulvere vidans nubes Sil. 13, 158. Haustus Ouid. Met. 14, 136. Mouere pulverem Quintil. 5, 10. Obruere  
 20 lumina haustu pulveris Stat. Silu. 5, 3, 223. Respersus pulvere campi Stat. Theb. 8, 8. Sumus puluis et umbra Hor. Carm. 4, 7, 16. ¶ 2 Formulae: Puluis, pro Loco certaminis: Cic. de Legib. 3, 14 c. 6 Doctrinam ex umbraculis cruditorum, otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. Idem de Orat. 1, 157 Educenda inde dictio est ex hac domestica exerci-  
 25 tatione et umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra, atque aciem forenses. Virg. Aen. 7, 163 Domitant in pulvere currus. Add. Cic. de Cl. Orat. c. 9. Cic. de Nat. Deor. 2, 48 c. 18 Sed si haec non videtis, quia nunquam eruditum illum pul-  
 30 verem attigistis. Vbi per Eruditum pulverem, Mathematicas discipli-  
 35 nas intelligit. Habebant enim Arithmetici et Geometrae abacos, siue tabulas, quas tenuissimo pulvere aequabant. In eo inscribebant numeros et figuras suas, ut si quid errassent, confundere et de nouo inscribere deleta possent. Perf. 1. 131. Nec qui abaco numeros et secto in pulvere metas  
 Scit risisse vaser. Fann. de Ponderibus 13. Ut docuit tenui scribens in pulvere Musa. Ouid. Fast. 2, 360 Adde peregrinae causam, mea Musa, Latinam. Inque suo noster pulvere currat equus. Citra pulverem Graeci di-  
 40 cunt contingere, Quo quis facile, citraque negotium potitur; translatum vel ab habbe, id est a pulveris contactu, quo se spargebat, in palaestrico certamine congressurus, vid. Suet. Neron. c. 45. Plin. 35, 13 vel certe a pulvere, quo non indecore sordidari scripsit Horatius Carm. 2, 1, 22 eos, qui certant Olympia, quae bellum gerunt. Plin. 35, 11 f. 40 Alcima-  
 45 chus Dioxippum, qui pancratio Olympiae citra pulveris tactum, (quod vocant anovri) vicit. Vid. Harv. n. 32 extr. Gell. 5, 6 Ouandi, inquit, causa est, quum deditione repente facta, sine pulvere, ut dici solet, incurtaeque victoria obuinit. Hor. Epist. 1, 1, 51 Cui sit conditio dulcis, sine pulvere palmae? vid. Torrent. ad h. l. Martial.  
 50 8, 65 Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli. vid. J. Cass. Geuart. Papin. Lect. c. 6. Ammian. 21, 16 Non nisi pulvere bellico indurati praeficiebantur armatis. ¶ 3 Pulver, apud antiquos dicebatur: unde Genitius Pulveris. Verum in usu tantum est Puluis in recto, Pulveris in obliquis. Vet. Gloss. Pulver, noviorde. Apul. de  
 55 Herb. c. 35 Herbae pulver vino exhibitus. Habet etiam Priscian. Med. 1, 30. et 2, 32 teste Reinesio. conf. Barb. Aduers. 37, 23. Puluis, in Genit. [κόμης] apud Catul. in Epithal. Iul. f. 59 (62) 206 Ille puluis Erithrei  
 Siderumque micantium  
 60 Subducatur numerum prius. PVLVISCVLVS, i. m. [κοινοειδίων] vel PVLVISCVLVM, i. n. Dimin. generaliter de omni pulvere dicuntur: et praecipue quo mulieres utuntur ad munditiam dentium. Catull. ap. Apul. Apol. p. 277 Elmenb. Misi, ut petisti, munditias dentium,  
 65 Nitellas oris, ex Arabicis frugibus  
 Tenuem, candificum, nobilem puluisculum,  
 Complanatorem tumidulae gingiuulae,  
 Conuertitorem pridanae reliquiae,  
 70 Ne qua visatur tetra labes sordium,  
 Restrictis forte si labellis riseris. Cum puluisculo, dicimus quoties omnia sic tolluntur, ut nihil sit reliqui, ne puluis quidem. Plaut. Truc. Prol. 19 Quo citius rem ab eo auferat cum puluisculo. Auratilis puluisculus Solin. c. 25. Puluisculum nescio  
 75 quod Hieron. aduers. Vigilant. c. 2. PVLVICVLVS ead. significatione est Solin. c. 15 extr. Salmas. Totum locum damus in AVRATILIS. PVLVĒRĒVS, a, um. Adi. [κοινοάλιος]. Plenum pulueribus. Plin. 18, 11 Gratia terrae eius puluerea summa. Aequor puluereum,  
 80 pro Circo vbi pugnatur Stat. Theb. 11, 403. Circus Idem ibid. 6, 493. Crinis Idem ibid. 6, 7. Farina Ouid. de Medic. Facici 61. Nubes Virg. Aen. 8, 593. Palla Ouid. Met. 7, 705. Solum Idem ibid. 7, 113. Turbo Claud. de Bell. Getic. 458. PVLVĒRĒVLENTVS, a, um. Adi. [κοινοειδής] Idem. 85 Martial. 7, 31 Non harpasta vagus puluerulenta rapis. Varro de R. R. 3, 16 Minus valentium signa: si sunt pilosae et horridae, ut puluerulenta, nisi officii eas vrgeat tempus. Aestas Virg. Georg. 1, 66. Agmina puluerulenta cerui glomerant fuga Idem Aen. 4, 155. Ceres Lucret. 5, 741. Corpora quasi puluerulenta Scribon. 21. Iter Quin-  
 90 til. 5, 10. Praemia militiae puluerulenta sequi Ouid. Amor. 1, 15, 4. Terga Virg. Aen. 12, 463. Via puluerulenta et aestuosa Ouid. de Nuce 90. Cic. Att. 5, 14. Virtutem in templis inuenies, in foro, in curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, callosas habentem manus Sen. de Vita beat. c. 7. PVLVĒRO, are. [κοινοειδής, κοινόν] Resoluere in pulverem. Co-  
 95 lumel. 11, 2 Hoc eodem tempore prius quam vineae puluerentur, etc. Calpurn. Ecl. 5, 87 — fragiles nimis Sol puluerat herbas. conf. Pallad. Mart. t. 7. Intransit. Plaut. apud Gell. 18, 12 Mundum esse hoc vestibulum volo. Venus ventura est nostra, nolo hoc pulueret,  
 100 i. puluerulentum sit. Puluerare secus accepit Plin. 17, 9 Sunt, ait, qui pulvere quoque vvas ali iudicent, pubescentesque puluerent, et vitium arborumque radicibus aspergant. Quod certum est Narbonensi prouincia, et vindemias certius sic eo coqui, quia plus puluis ibi, quam sol, confert. Est igitur Puluerare Plinio, Puluerem ex glebis  
 105 super vvas excitare, ut inde maturescant. Nam et Puluerem excitare dixit

*dixit Columel. de Arb. c. 12 Vites, inquit, post meridiem fodito pulveremque excitato, ea res et a sole et a nebula maxime vnam defendit. Virg. quoque Georg. 2, 418 Sollicitanda tamen tellus, pulvisque mouendus. Pulverationis meminit et Palladius in Martio c. 7. Vid. Theophrast. de Historia Plantar. 2, 8. et 3, 22 de Causis Plantarum. Pulverare se, In pulvere se volutare, ut gallinae faciunt. Plin. 11, 33 de morbo pediculari, Phasianus vero interimit, nisi pulverantes sese.*

**PULVERATICVM**, i. n. *sive PULVERATICA*, ac. f. Honorarium est quod quasi pro labore et pulvere agrimenforibus datur, Frontinus. Cassiod. Varr. Ep. 12, 15 Pulveratica quoque iudicis funditus amputantes trium tantum etiam dierum praesulibus ammonas praebere secundum vetera constituta decernimus. L. 26 Cod. Theod. de Tiron. Pulveratici nomine binos solidos accepturi. Constit. Theod. et Valent. (in Scriptoribus Rei Agrar. p. 343) Tres aureos accipiat absque sua pulveratica. *conf. Meurs. in Auctar. Philol. p. 149. Iac. Gothofred. ad Cod. Theod. l. c.*

**PULVERATIO**, ōnis. f. [*καυόστρος*] Genus culturae, ut ait, Servius in Georg. 2, 418 quo imminutae glebae vitibus applicantur. Columel. 11, 2 Sed frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant rustici occationem, quum omnis gleba in vineis refringitur, et resolvitur in pulverem. Idem 4, 28.

**PULVERIZATIVS**, a, um. Tus pulverizatum Veget. 1, 54. *i. in pulverem redactum, leuigatum.*

## P V M

35

**PVMEX**, icis. m. [*πίσσωρις*] *Lapis cavernosus ad corpora leuiganda laudatissimus, in mari crescens.* Plin. 36, 21 Appellantur quidem ita et erosa saxa in aedificiis, quae musca vocant, dependentia, ad imaginem specus arte reddendam: Sed et ii pumices, qui sunt in vfu corporum leuigandorum feminis, iam quidem et viris, atque ut ait Catullus, libris, laudatissimi sunt in Melo Nisyro (*sic Hard. al. Seyro*) et Aeoliis insulis. Probatio in candore, minimoque pondere, et ut quam maxime spongiosi, aridique sint, ac teri faciles; nec arenosi in fricando. Vis eorum in medicina, extenuare, siccare, etc. Claud. de Apono Fonte 15 Spirat putre solum conclusaque subter anhelo Pumice limosus perforat vnda vias.

Plaut. Aul. 2, 4, 18 Pumex non aeque est Aridus, atque hic est senex. *Causus pumex* Virg. Georg. 4, 44. *Exesus* Ouid. Fast. 4, 495. *Fragilis* Idem Tr. 1, 1, 11. *Latebrosus* Virg. Aen. 5, 214. *Mordax* Ouid. de Arte Am. 1, 506. *Multicatus* Idem Met. 8, 561. *Natiuus* Idem ibid. 10, 692. *Niveo* de pumice fontes Claud. de Rapt. Proserp. 2, 103. *Structaque* pendenti pumice tecta subit Albinou. *Consolat. ad Liviā v. 252 sc. pater Tiberinus. conf. Brouckh. ad Propert. 3, 2, 28 qui illustrat Specus pumice pendentes, i. in quibus exesa saxa eminent. v. g. Ouid. Am. 3, 1, 3 Speluncaque pumice pendens.* Viuus Ouid. Met. 3, 159 *artificio opponitur, ut Natiuus.* *Aequata pumice omnia* Catul. 20, 8. *Nec fragili geminae poliantur pumice frontes de libro* Ouid. Trist. 1, 1, 11. *Quod neque sum cedro flauus, nec pumice leuis* Ouid. Trist. 3, 1, 13. *de libro. Proverb. de re impossibili, A pumice aquam quaerere* Plaut. Pers. 1, 1, 42. *Leuis pumice pro Mollī et effemīnato* Iuuen. 9, 95. *Pumice terere crura* Ouid. A. A. 1, 506. *molliter lasciuientium virorum est, et virum quaerentium.* *Sic* Iuuenal. 8, 16 *Tenerum attritus Catinensi pumice lumbum. Catina nempe vicina vrbs Aetnae, vnde eiciuntur pumices. Adde dicta in Catinensis sub CATANA. Obs. Pumex, feminino genere etiam reperitur: Catull. 1, 2 Cui dono lepidum nouum libellum Arida modo pumice expositum Corneli?*

**PVMICOSVS**, a, um. Adi. [*πισσωρός*] *Quod pumicis vel naturam vel similitudinem habet, h. e. Rarum et cavernosum.* Plin. 17, 5 *Pumicosa terra. Compar. Idem 32, 8 Quartum pumicosius, spongiaeque putri simile, paene purpureum.*

**PVMICEVS**, a, um. *Aliud* Adi. [*πισσωρίος*] Plaut. Pseud. 1, 1, 73 *Pumiceos oculos habeo, non quo lacrimam exorare.* Ouid. Fast. 6, 318 *Et quae pumiceas versat asella molas.* Martial. 1, 4, 57 *Et quae pumiceis fontibus antra calent.* Antra Stat. Silu. 3, 1, 144. *Pumiceum cor eget lacrimis* Paullin. de Obitu Celsi v. 417. *Sedes* Sil. 4, 419.

**PVMICO**, are. [*πισσωρίζω*] *Pumice polire, leuigare.* Tibul. 3, 1, 10 *Pumicet, et canas tondeat ante comas. al. pumex.* Apul. Apol. *non procul ab init.* *Quam multo aequius erat spurcissimo ritu Iberorum, ut ait, Catullus (37, 19) — sua sibi vrina Dentem, atque rursam pumicare gingiuam.* Lucil. apud Non. 2, 202 *Scabor, subuellor, desquamor, pumicor, ornor. vid. Lex. Pitisc.*

**PVMICATIVS**, a, um. *Pumice politus.* Plin. Epist. (2, 11) *Qui titulus a vita hominis comiti semper et pumicati non abhorrebat. conf. Sidon. 8, 3. Dentes pumicati Hieron. Ep. 10 ad Furiam.*

**PVMICATIO**, ōnis. f. Papin. Ictus.

**PVMICATOR**, ōris. m. Gloss. Cyrill. *σμήκτης.*

**PVMILIO**, seu **POMILIO**, ōnis. m. [*πύμιλος*] *Qui Nanus alias dicitur: quanquam* Plin. 11, 49 *Pumilionum genus in omnibus animalibus est, atque etiam inter volueres. Colum. 8, 2, 14 Pumiliones aues, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fecunditatem, nec propter alium redditum nimium probo. al. pumiles. Plin. 10, 56 de gallinis, Est et pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus certa fecunditas rara, et incubatio ouis noxia. De pumilione. est Epigramma apud Martial. 14, 212 Si tantum spectes hominis caput, Hectora credas; si stantem videas, Astyanacta putes. conf. Gell. 19, 13. Et Sen. Epist. 76. Pumilio, de Femina: Lucret. 4, 1155 *Paruula, pumilio, κατ'εὖρον μὴ tota, merum sal. i. Nana, et bumilis staturae.**

**PVMILIO**, ōnis. m. [*πύμιλος*] *Legitur apud Statium pro Pumilione, Silu. 1, 6, 57 Hic audax subit ordo pumilionum, etc. Pro- ducit hic primam, quum alibi contrahat.*

**PVMILVS**, i. m. [*πύμιλος*] *Ab eodem Statio, pro Pumilione usurpatur, Silu. 1, 6, 54 Casuraeque vagis grues rapinis, Mirantur pumilos ferocios. Contrahitque primam, quum alibi producat.*

**PVMILIVS**, i. m. [*πύμιλος*] *Idem. Sueton. August. c. 83 Nam pumilos, et distortos, et omnes generis eiusdem, ut ludibria naturae, malique ominis, abhorrebat. vid. Torrent.*

**PVMILIS**, is. m. Onomast. Vet. *Pumilis, ὁ πύμιλος. Adiectiue sumitur, atque hinc Compar. formatur apud Apul. Met. 5 p. 163 Maritum sortita sum quouis puero pumiliolem.*

**PVMVLA**, ac. f. *Vitis genus* Plin. 14, 3.

PVNCTA, PVNCTILLVM, etc. statim damus sub PVNGO.

PVNGO, pupūgi, punctum, ēre. [πίσσω, ὄντρον] dicuntur corpora acuta, cum imprimuntur et penetrant in molliora, cum sensu quoddam doloris.

Varro, Admota aspis quum pupugerit, si non occidat, sciat ex psyllorum esse stirpe: vid. Priscian. 10 p. 894. Cic. Tusc. 3, 82 c. 34 Si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exilium. Idem pro Rosc. Amer. 6 c. 2 Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, vt euellatis, postulat. Pepugi, pro Pupugi, Praeteritum quo vsi sunt veteres: Accius in Aedilia, sed si pepugero, metuet. vid. Gell. 7, 9. Pungunt, quasi Aculeis, interrogatiunculis angustis Cic. Fin. 4 c. 3 de Stoicis. Pungunt apes Petron. c. 82. Gladius qui per se pungere non potest Cic. pro Sext. 24 c. 10. Leviter pungit eos animi dolor, vid. LEVIS. De medicamento vsurpat Scribon. 21. Suspiria pungere Propert. 3, 8, 27. Primum epistola illa ita me pupugit, vt somnum mihi ademerit Cic. Att. 2, 16 pr. add. Ibid. 6, 6.

PVNGENS, entis. Partic. [ὄντρον] Plin. 16, 24 Pungentia folia, pino, etc. Idem 8, 57.

PVNCTVS, a, um. Aliud Partic. [σπίγγος] Vulnus punctum acu Cic. pro Milon. 66 c. 24. Puncto tempore Lucr. 2, 263. i. perbreui. Puncti stigmatē Petron. c. 103.

PVNCTA, ae. f. Ictus, qui punctum infertur. Veget. 1, 12 Puncta duas uncias adaeta mortalis est. Huc aliqui referunt Cic. Parad. pr. Stoica haeresis minutis interrogatiunculis et quasi punctis, quod proposuit, efficit. Nempe pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis Cic. de Fin. 4 c. 3.

PVNCTVS, ūs. m. [πύγμα, κέντημα] et PVNCTVM, i. n. frequentius. Proprie pro punctione Plin. 8, 50 Oculos suffusos capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi. Plin. 29, 26 Mustelae etiam oculis punctu erutis, aiunt visum reuerti. Apul. Met. 7 p. 196,

11 Spinas acerrimas, et punctu venenato viriosas — caudae mcae pensilem deligauit cruciatum. Scribon. 208 et 209 Nervorum et musculorum punctus. Ibid. 11, 1 Pupilla est medius punctus (perforatio) oculi.

¶ 2 Tradunt Geometrae, Punctum [σημείον] esse Corpus indiuiduum, cuius pars nulla est, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehenditur, et ob incomprehensibilem breuitatem sui, in partes diuidi non posse: quod protractum lineam efficit, id est corpus vnus dimensionis. Plin. 2, 68 Non aliud est terra in vniuerso, quam mundi punctus. Senec. Nat. Qua pr. Hoc est illud punctum,

40 quod inter tot gentes ferro et igni diuiditur. Acute, quod punctum diuidi non potest. Hinc breuissima temporis pars punctum temporis dicitur. Cic. Verr. 1, 103 Quum iste punctum temporis nullum, vacuum peccato praeterire passus sit, Idem pro Sext. 53 Illo inquam ipso die: die dico? immo hora, atque etiam puncto temporis eodem,

45 mihi, Reip. pernicios, Gabinio et Pisoni prouincia rogata est. Ter. Phorm. 1, 4, 6 Tum temporis punctum mihi ad hanc rem est. Donatus, Punctum angustissimum spatium. Lucret. 4, 216 Temporis in puncto, rerum simulacra feruntur. Omnibus minimis temporum punctis Cic. de Nat. Deor. 1, 67. Eodem puncto temporis quo, etc.

50 Cic. pro Domo 115. Hunc diem, hoc punctum temporis quo loquor defende si potes Cic. Philipp. 2, 112. Idem pro Flacc. 60 c. 25 Reuocarem animos vestros ad illam vniuersorum ciuium Romanorum, per tot vrbes, vno puncto temporis miseram crudelemque caedem. Attende enim paullisper, cogitationemque sobrii hominis ad punctum temporis suspice Cic. Philipp. 2, 31. Leges vno versiculo Senatus puncto temporis sublatae Cic. de Legib. 2, 14. conf. Caes. B. C. 2, 14 et 25. Lucret. 4, 201 Haec puncto cernuntur lapsa diei Per totum caeli spatium diffundere sese. Horae puncto Hor. Epist. 2, 2, 172.

Tempore puncto, pro Puncto temporis: Lucret. 2, 263 Nonne vides etiam patefactis tempore puncto Carceribus, non posse tamen, etc. i. Breuissimo tempore. Puncto Participium est. Sed et simpliciter Punctum pro puncto temporis: Vbi mente delinquitur quam facile est puncto cogitationibus euagari, tam pernix adhaerebit noxa delicti Zeno Veron. de Praec. Attende tibi. Idem Serm. de Resurrect. Pro vno puncto requiei. Simili ratione, a paruitate puncti ducta nimirum Manil. 4, 926 Sic admas, punctum lapidis, pretiosior auro est.

¶ 3 Punctum, Suffragium, et fauor: quoniam suffragia puncto notabant. Hor. in Arte Poet. 343 Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci. Epigramma Choliambic. ad h. l. refertur a Porphyrione,

70 Ciconiarum Rufus iste conditor,  
Hic est duobus elegantior Plancis.  
Suffragiorum puncta non tulit septem.

Cic. Tusc. 2, 62 Quae flamma est per quam non concurrerint hi, qui haec olim punctis singulis colligebant? de magistratibus, qui singulorum

75 ciuium suffragiis mandabantur. Idem Cic. pro Muraen. 72 Tamen admonitus re ipsa, recordor quantum hae quaestiones in Senatu habitae punctorum nobis detraxerint. i. Suffragiorum in comitiis. Te curia plausu, Te punctis scripsere tribus Sidon. Paneg. Anthemii v. 20. Cui si examinis tui quoque puncta tribuantur Idem Epist. 1 vlt. vid.

80 Sauar. ad h. l. His admodum similia sunt Puncta argumentorum Cic. de Orat. 2, 147 c. 41 Puncta argumentorum plerumque occulas, ne quis ea numerare possit; vt re distinguantur, verbis confusa esse videntur. De minutis interrogatiunculis et quasi punctis in PVNCTA diximus. ¶ 4 Dicitur etiam de aliis pluribus. v. g.

85 Puncta, in talorum lusu numerorum vicem obtinent: Martial. 14, 17 Hic mihi bisseño numeratur tessera puncto. conf. Sueton. Neron. c. 30 Puncta etiam Notae, quibus milites solebant signari. vid. Veget. 2, 5. Front. de Aquaed. Art. 25 Exiles aquae ducendae moduli, et velut puncta, quibus olim aqua, cum exigua esset, diuidebatur. Id. Art. 115

90 Etiam ille Aquariorum tollendus est redivus, quem vocant puncta. et p. p. Has (fistulas) comperi per eum, qui appellabatur a punctis, passim conuulneratas, etc. vid. Polemus, quo docente intelligimus, e truncis maioribus fistularum per urbem sub silice meantium passim laterales quasi ramos tenues eductos fraude aquariorum in domos priuatas, quae res publicam

95 aquam nimis minuit.

PVNCTVLVM, i. Dimin. Apul. Met. 6 p. 182.

PVNCTILLVM, ex Punctulo Diminut. Solin. 25 (15) Punctilla interuentia.

PVNCTIM. Adu. Per punctiones, sive pungendo. Liu. 22, 46 Hispano punctim magis quam caesim adueto petere hostem.

PVNCTVRA, ae. f. Firmic. 8, 21 Duodecima pars Geminorum si in horoscopo fuerit, inuenta, Marte praesente, viri punctura telli morientur, mulieres vero in partu deficient. Cels. 10, 9 Assiduae puncturae sentiuntur.

105 PVNCTIO, ōnis. [πίσσις] Plin. 25, 13 Bibitur et contra serpentes,

et ante sectiones punctionesque, ne sentiantur Cael. Aurel. Acut. 2, 6. Cels. 8, 9, 2.

**PUNCTIVNCŪLA**, ac. f. Dimin. [*πυγελιδιον*] Serenec. de Ira, Magis ignosco ei, qui vulnus iniurici, quam qui punctiunculam concupiscit. Idem Epist. 53 Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt. Idem de Vita beata c. 15.

**PUNCTO**, āre. Frequent. a Pungo: *vox medii acui: sed nec vetustis inaudita, si verum est*

**PUNCTATORIOLA**, ac. f. *Leuis pugna, cuius auctor laudatur, ut nunc legitur, Cato apud Festum.*

**PUNCTĀTIM**. Adu. *Signate, quasi per punctum: aut Breuiter, ut punctis solemus scribere.* Claud. Mamert. de Stat. Anim. 3, 14 Col- lectim strictimque et veluti punctatim sub mentis oculum redegi.

**PŪNICVS**, a, um. Adi. [*Πυνικος*] *Quasi Poenicus, a Poenus qui a Phoenicia, detracta aspiratione, deducitur.* Vid. POENI et 15 Festi reliquiae a Scaligero interpolatae, an restitutae: quibus Ennio tribuitur mutatio u longi in oe. Forte Graecismi affectatione siue ostentatione id fecit Ennius, cum priores Graeca corrumpere. Virg. Aen. 1, 338 Punica regna vides. Allium Punicum al. Vpicum Col. 11, 3, 20. Arbor Punica Id. 10, 243. Vid. PUNICA MALA. Cera v. h. v. Cicer Col. 9, 1, 20 18. Color vid. PUNICEVS. Bellum Punicum Cic. Tusc. 3, 51. Glo- ria Punica, Gloria Poenorum Virg. Aen. 4, 49. Grana Punica sub lento cortice rubent Ouid. ex Pont. 4, 15, 8. Humus Idem Epist. 7, 140. Libum Punicum, idem probum, quia caeteris libis suauissimum videbatur, Festus. Lutum Col. 9, 7, 4. et 11, 3, 54. Eadem Im- 25 pensa v. v. Mala Martial. 1, 44. Cato R. R. 7, 3. Sunt nempe eadem, quae granata. Vocantur etiam simpliciter Punica. vid. Col. 12, 41, 2. Pallad. Mart. 10, int. Poma Ouid. Fast. 4, 608. Prae- lia Iuuen. Sat. 14, 161. Puls quomodo fiat Cato R. R. 85. vid. PVLIS. Regna Virg. Aen. 1, 342. Rosae Col. 9, 4, 4. Sagum Hor. Epod. 30 9, 27. Lucan. 2, 45 O miseræ sortis, quod non in Punica nati 35 Tempora, Camarum fuimus, Trebiaeque iuuentus. Punica fides, Poenorum perfidia in proverbium abiit: quod ea gens peculiariter periurii, va- itatisque notata sit: quemadmodum abunde testatur Liu. 22, 6: Et 21, 4 Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant: inhumana cru- 35 delitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deum metus, nullum iusiurandum, nulla religio. Sallust. Iugurth. 108 Comperio Bochum magis Punica fide, quam ob ea, quae praedica- bat, simul Romanos et Numidam spe pacis detinuisse. Plaut. Poen. 40 pro. 113 Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire. Poe- nus plane est, quid verbis opus est?

**PUNICEVS**, a, um. quod inuenias etiam POENICEVS. Aliud Adi. Idem [*Πυνικος*] Ouid. in Ibin 281 A duce Puniceo pertulit ipse feras. Puniceus s. Punicus etiam nomen est coloris rubentis, qui Graece phoenicos dicitur: Virg. Aen. 12, 77 Puniceis inuecta rotis. Nam 45 exuberantissimum colorem, teste Gellio 3, 9 significat. Plaut. Rud. 4, 3, 61 Flet tibi puniceum corium, postea atrum denuo. Tincta gerens rubro punica rostra croco Ouid. Am. 2, 6, 22. de psittaco. Aqua punicea Getico sanguine Idem ex Pont. 4, 7, 20. Colore puniceo matura arbuta Lucret. 5, 939. Coma punicea depexa, sed lactea cru- 50 re est Columel. 10, 189. Crocus Ouid. Fast. 5, 318. Cruor Idem Met. 2, 607. Pennae Virg. Aen. 12, 750. Ouid. Met. 5, 536. Poe- niceum curua decerpserat arbore pomum. Sic Burm. Color flore rosae puniceae prior Hor. Carm. 4, 10, 4. Roseta Virg. Ecl. 5, 17. Sanguis Stat. Achill. 1, 308. Puniceum Scribon. 34 de Myssi vsto. 55

**PUNICĀNVS**, a, um. Similiter Adi. [*Πυνικανος*] Puniciani le- cti, ex Phoenicia, vel qualibus Carthaginenses uti solebant: Cic. pro Muraen. 75 c. 36 Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pel- liculis haedinis lectulos Punicanos, et exposuit vasa Samia. Viles igitur. Ad vilitatem pertinere etiam videtur illud Plauti Most. 3, 2, 143 60 Non enim haec pultifagus opifex opera fecit barbarus. Punicanæ fe- nestrae Varr. R. R. 7, 7, 3. Punicana coagmenta Cato R. R. 18, 9.

**PUNICO**, āre. Puniceum colorem habere. Apul. Met. 3 pr. Com- modum punicantibus phaleris aurora roseum quatiens lacertum, cae- lum inequitabant. 65

**PUNICE**. Adu. Plaut. Poen. 5, 2, 22 Adibo hosce atque appellabo Punice, si respondebunt Punice pergam loqui. Loquitur nunquam nisi Punice Apul. Apol. Punice interpretari August. Epist. 173.

**PUNIO**, iui, ātum, āre. [*κολάζω, τιμωρέω, μαστιχαμαι*] Castigare, supplicio efficere, vlcisci. Cic. Off. 1, 89 c. 25 Prohibenda autem 70 est maxime ira in puniendo. Sed etiam significat poenis vindicare, et explere: ita Dolorem aut odium punire, est Odio ac dolori satisfacere: Hinc illud Cic. Att. 14, 12 O mi Attice, vereor ne nobis Idus Martiae nihil dederint praeter laetitiam, et odii poenam ac doloris. quasi di- 75 ceret, Nostrum dolorem et indignationem, nostrumque in Caesarem odium puniuimus nos quidem illius interitu, sed Rempublicam tamen in liberta- tem minime vindicauimus. Cic. de Orat. 1, 220 c. 51 Quid esset ira- cundia, feruorne mentis, an cupiditas puniendi doloris? δεξις ἀντι- 80 λυπησιως. Sic pro Milon. 36 c. 13 Punitor doloris sui. Punire ma- leficcium, peccatum Cic. pro Caecin. 6 c. 2 Et de Inuent. 2, 66 c. 22. Ca- pite Plin. Epist. 8, 14, 23. Capite et tergo Liu. 3, 55 extr. Sontes Cic. Off. 1 c. 24. Morte Plin. Ep. 8, 14, 3. 12. 13. Cic. pro Domo 76 c. 29 Tu supplicio puniendum putasti. Poenire dixit Lucret. 85 more antiquo, pro Punire: ut 6, 1238 Poenibat paullo post turpi morte, malaque Desertos, etc. Sic, Moerus, pro Murus: Moenire pro Muni- re, ut supra etiam annotauimus. Conf. Gell. 20, 1 et 11, 18. ¶ 2

Ponitur etiam Punitor, Depon. Cic. pro Milon. 34 c. 13 Tu me iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam puni- tus es, quam erat humanitatis meae postulare? Quintil. 9, 3 Fiunt et in verbis, inquit, figurae; ut Fabricatus est gladium, et Inimi- 90 cos punitus est: quod mirum minus est, quod in natura verborum est, et quae facimus, patiendi modo saepe dicere, ut Arbitror, Suspi- cor: et contra faciendi quae patimur: ut Vapulo. Ideoque fre- quens permutatio est. Conf. Nonius 7, 27 et Barth. Aduers. 23, 9. Muncker. ad Hygin. f. 18 et 273. ¶ 3 Punitor, passium 95 Ouid. Met. 9, 778 Quod videt haec lucem, quod non ego punitor ipsa, etc.

**PUNIENS**, tis. Part. Cic. Tusc. 3, 65 c. 27 Quid ille Teren- tianus ipse se puniens, id est, *δαντὸν τιμωρόμενος*. Ex varietate lectio- nis conicitur, dedisse Ciceronem Poeniens. 100

**PVNĪTVS**, a, um. Partic. Cic. de Inuent. 3 c. 28 Leuius reus punitus quam promeritus est. Vid. Salmaf. ad Lamprid. Com. c. 11.

**PUNIENDVS**, a, um. Partic. [*κολαστός*] Facinus puniendum Cic. pro Milon. 18 c. 7. Senatus meam domum a magistratibus de- fendendam, a iudicibus puniendam putauit Idem de Arusp. Resp. 16 c. 8. 105

Iracundia est cupiditas puniendi doloris Idem de Orat. 1, 220 c. 51. *i. ulciscendi.*

PVNITIO, ōnis. f. [κλάσμα] Val. Max. 8 *pr.* Punitioe liberari. Tertull. ad Nation. 1, 16.

5 PVNITOR, ōris. m. [κολαζής] Cic. pro Milon. 36 c. 13 At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit vltor iniuriae, punitor doloris sui. Crassianae stragis punitor exstitit Val. Max. 3, 4, 5. Stuprofae mentis punitor Idem 6, 1, 8.

## P V P

PVPA, ae. f. et PVPVS, i. m. [κοράσιον] Puella et Puellus. Auson. Eidyll. 7 Barbara, sed quae Latias vincis alumna pupas. *Versus choriambicus, penultima longa.* Martial. 4, 20. Pupam se dicit

15 Gellia, quum sit anus. ¶ 2 Pupa, a similitudine, Parvula puellaris imago dicitur. Varr. in Orig. apud Non. 2, 675 Itaque breui tempore magna pars in desiderium puparum et sigillorum veniebat. *Moris autem fuit veterum puellarum, parvula quaedam puellaris simulacra ex linteo insuere, deinde tomento infarcire, tum vestibis am-*

20 *cire. Haec virgines Veneri tanquam virginitatis suae insignia condonabant, ut faustum futurum matrimonium cederet.* Pupae, κλαγγυες, αὐ τῶν παιδίων ὑμῶν Gloss. Vet. Perf. 2, 70 Dicit Pontifices in sacris quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donatae a virgine pupae. Lactant. 2, 4 Imagines et statuas Deorum nil aliud esse

25 quam grandes pupas. Declinatur et PVPVS, ut diximus. Nonius 2, 675 Ac mammam lactis sugentem pascere pupum. *Inter blandae appellationis nomina fuisse, ostendit locus* Suet. Calig. c. 13 Pullum et pupum appellare. Vet. Gloss. Pupus, βρέφος νάνιον. *Item, παιδάριον, hic Puellus, hic Pupus.* *if.* POPVS, νάνιον Gloss. de equis.

30 PVPVLVS et PVPVLA. Dimin. Catull. 56, 5 Deprendi modo pupulum puellae Crissantem (Trusantem *al.*) Hunc ego *etc.* Sen. Epist. 12 *pr.* Pupulus etiam deliciolum in eum factus est. *De ficto ad Iulum puerilem homuncione* Arnob. 7 p. 215 *extr.* Ergo ne iniurias suas Di vendunt, atque ut parvuli pusiones, ut animosis pareant abstine-

35 antque ploratibus, passerculos, pupulos, equuleos, panes, accipiunt, quibus auocare se possint. *Per acerbas blanditias apud* Apul. Met. 6 p. 179, 37 *Venus ad Psyche.* Sed adhuc istud, mea pupula, ministrare debebis. ¶ 2 Pupula et PVPILLA Graecorum imitatione, qui κόρυ vocant fuisse primum videtur illa imago minuta, ex cornea tun-

40 *nica oculi pulita tanquam e speculo, quoties illam inspicimus, resulsans. Deinde pro ipso illo orbiculo nigricante ponitur, in quo apparet illa pupula, i. pro foramine tunicae vuae, quam rhagoiden Graeci vocant, per quod radii lucis et species rerum, quas videmus, incidunt.* Plin. 11, 37 Media eorum (oculorum) cornea fenestruit pupilla Idem 11, 37. Idem

45 28, 6 Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in aegritudine, quamdiu oculorum pupillae imaginem reddant. Idem 7, 2 Notabilius esse, quod pupillas binas in oculis singulis habeant. Cic. de Nat. Deor. 2, 143 c. 57 Acies ipsa qua cernimus, quae pupilla, *etc.* *Vstus exemplar habet* Pupula. Defricis diu pupillis Apul. Met. 3

50 p. 158. *Conf.* Arnob. 2 p. 46. Lucret. 3, 409 Vt lacerato oculo circum si pupula mansit Incolumis, stat cerneudi viuata potestas. Oculis quoque pupula duplex fulminat Ouid. Am. 1, 8, 15. *in descriptione venescae.* Cic. de Nat. Deor. 2, 142 c. 57 Palpebrae quae sunt teg-

55 *menta oculorum, mollissimae tactu, ne laederent aciem, aptissime factae, et ad claudendas pupulas (al. pupillas) ne quid incideret, et ad aperiendas.* Hor. Epod. 5, 40

Interminato cum semel fixae cibo  
Intabuissent pupulae. Manil. 4. . .  
Paruula sic totum peruisit pupula caelum. Lucret. 2, 810

60 Et quoniam plagae quoddam genus excipit in se  
Pupula, quum sentire colorem dicitur album.

PVPILLVS, et PVPILLA. Dimin. *Nova sunt a Pupulo et Pupula.* Hor. Serim. 2, 3, 216 Pupam, aut pupillam appellet, fortique marito Destinet vxorem. *Sic restituit hunc locum Lambinus, quum*

65 *antea legeretur, Rufam aut pusillam, contra legem carminis.* *Prima enim syllaba nominis Pusillam brevis est.* ¶ 2 Pupillus et Pupilla [ὀρφανός] pro Impube, qui desit esse in patris potestate, vel morte, vel emancipatione, ut ait Pomponius, de verb. signific. 1. Pupillus. Si de pupillo loquitur, hoc et in pupilla obseruandum est

70 l. 20 Dig. de adoption. Plin. Epist. 8, 23, 8 Modo designatus aedilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, viduam vxorem, filiam pupillam ignarum aui, ignaramque patris reliquit. Pupillos et pupillas certissimam praedam esse praetoribus Cic. Verr. 1 c. 50. *Ad. ib.* c. 41. Cic. in Topic. 46 Non quemadmodum quod mulieri debeas, recte

75 ipsi mulieri sine tutore soluas, ita quod aut pupillae aut pupillo debeas, recte possis eodem modo soluere. Hor. Epist. 1, 1, 122. Columel. 8, 16 Maxime laudabatur seueritas Catonis, qui nihilominus et ipse tutor Luculli grandi aere piscinas pupilli sui venditabat. Pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit Cic. pro Rosc. Com. 16 c. 6. Idem

80 Verr. 1, 153 Iste infanti pupillae fortunas patrias ademit. De Pompeii capite pupillus et spado tulere sententiam Sen. Epist. 4. Formosa pupilla Apul. Apol. p. 320. Non fraudem socio pueroue incogitat vllam Pupillo Hor. Epist. 2, 1, 122. *De Pupilla oculi vid.* PVPVLVS et PVPVLA n. 2.

85 PVPILLARIS, e. Adi. [ὀρφανός] Quod ad pupillum pertinet. Liu. 24, 18 Pecuniae quoque pupillares primo, deinde viduarum coepae conferri. Plin. 7, 18. Suet. Aug. c. 66.

PVPILLARIVS, a, um. *Idem, apud Scholiast.* Perf. 2, 19.

PVPILLARITER. Adu. Iustin. Cod. 6 t. 30 l. 20 Pupillariter aliquem substituere. *Conf.* Calvin. Lex. Iur. p. 769.

PVPILLO, are. *Vox Pannonis.* Auct. Philomelae 26 Pupillat pauo, trinsat hirundo vaga.

PVPINIA, Festus 14 Pupinia tribus, ab agro Pupinio prope Tibur. *Vid.* TRIBVS. Liu. 26, 9 Infra Tusculum dextrorsus Gabios descendit. Inde in Pupiniam exercitu demisso, octo millia passuum a Roma posuit castra. *De Annibale ad urbem ducente exercitum loquitur.* Columel. 1, 4 In vniuersum tamen quasi testificandum, atque

95 saepius praedicandum habeo, quod primo iam Punico bello dux inclytissimus M. Atilius Regulus dixisse memoratur, fundum, sicuti ne fecundissimi quidem soli, quum sit insalubris, ita nec effeti, si vel saluberrimus sit, parandum. quod Atilius aetatis suae agricolis, maiore cum auctoritate suadebat peritus vsu. Nam Pupinae, pestil-

100 *lents simul et exilis agri cultorem fuisse eum loquuntur historiae* Val. Max. 4, 4 Atilius Regulus, primi belli Punici gloria, cladesque maxima, quum in Africa insolentissimae Carthaginis opes crebris victo-

riis



riis contunderet, ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognouisset: Consulibus scripsit, villicum in agello quem septem iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse: occasioneque nactum mercenarium, amoto inde rustico instrumento discessisse: ideoque petere, ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset, unde vxor ac liberi sui alerentur. Varro de R. R. 1, 9 Itaque in iis, ut in Pupinia, neque arbores prolixas, neque vites feraces, neque stramenta videre crassa possis. Cicero quoque in Rull. 2, 96 docet Pupiniam esse agrum ad Urbem, eundemque maorum et sterilem. Agros vero, inquit, Vaticanum et Pupiniam, cum suis optimis atque vberibus campis conferendos scilicet putabunt. de Campanis loquitur.

**P V P P I S**, is. f. [*πρόψαμα, ὑστέρησις*] Posterior pars nauis. Liu. 22, 20 Naues omnes, quae non aut perfrigerant proras litore illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere. Sedere in puppi Cic. de Senect. 17. Puppis, pro Tota nauis, apud Poetas: Ouid. ex Ponto 4, 3, 5 Dum mea puppis erat valida fundata carina. Idem Epist. 2, 16. Virg. Aen. 10, 80 Interea Aeneas socios de puppibus altis Pontibus exponit. Id prosa oratio non recipit, teste Quinctil. 8, 6, 20. Adunca puppis Ouid. Met. 3, 651. Aerata Idem ibid. 8, 103. Aerea Virg. Aen. 5, 198. Alta Idem ibid. 5, 175. Caerulea Idem ibid. 6, 410. Celeris Ouid. Epist. 19, 176. Celsa Virg. Aen. 1, 187. et 3, 527. Cita Hor. Epod. 9, 20. Concaua Ouid. de Arte Am. 1, 402. Curua Virg. Aen. 6, 4. Stat. Silu. 2, 2, 142 — nec vnquam Emeritam in nostras puppem demitte procellas. Fraetae Valer. Argon. 6, 412. Incesta Stat. Achill. 2, 364. Inflexa, vid. INFLECTO. Laboratae arte Ouid. Epist. 19, 183. Laertia Stat. Achill. 2, 1. Naufragua Ouid. Epist. 2, 16. Patulae Virg. Georg. 3, 362. Picuae Hor. Carm. 1, 14, 24. Pronae Claud. Conf. Hon. 6, 497. Recurua Ouid. Met. 8, 141. Trunca Iuuen. Sat. 12, 79. Turritae Virg. Aen. 8, 693. Aduertere puppim iussus inexpertam Colchos Ouid. Epist. 12, 23. Applicare puppim litori Senec. Herc. fur. 9. Aufferor ut rapida concita puppis aqua Ouid. Amor. 2, 4, 8. Confertis puppibus coit agmen Lucan. 5, 708. Dirigit huc puppim fluctus Idem 3, 587. Euertit puppim fluctus Idem 5, 647. Exire puppibus fessis in litora Ouid. Met. 6, 519. Facere iter ignaua puppe Idem Epist. 21, 78. Feruntur puppe per immensas aquas Idem ex Ponto 3, 2, 94. Ibat per Aegeos fluctus Laertia puppis Stat. Achill. 2, 1. Hor. Epod. 9, 20 Hostiliumque nauium portu latent Puppis sinistror- sum citae. Obrue puppes summersas Virg. Aen. 1, 73. Refeci laceras puppes Ouid. Epist. 2, 46. Idem Trist. 5, 2, 63 Et Scythicum profuga scindere puppe fretum. Non puppis umbras furua transuexit meas Senec. Herc. Oet. 1, 16. *Intelligit nigram cymbam Charontis.* ¶ 2 *Metaph.* Plaut. in Epid. 1, 1, 69 Haecine vbi scibit senex, istaec puppis pereunda est? probe? de tergo suo loquitur. Pro Loco honoratissimo in Repub. Cic. Fam. 9, 15 Sedebamus enim in puppi, et clamum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus. i. *Repub. ciuitatis principes tenebamus.* Montis quoque puppis est. Cic. Diuin. 1, 50 Ex monte Taygeto extrema montis quasi puppis auulsa est. Plin. 2, 79 s. 81 de ead. re, Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta.

**P V P P I V S**, i. m. [*Πόππιος*] Poeta Tragoediographus (inquit Acron apud Horatium) ita affectus spectantium mouit, ut eos flere compelleret. Inde huius poemata, Lacrimosa vocauit Hor. Epist. 1, 1, 66 Ut propius spectes lacrimosa poemata Puppi.

**P V P V L A**, vid. PVPILLA. sub P V P A.

## P V R

**P V R G O**, are. [*καθαίρω, καθάρω, ἀργίζω*] Mundare, a purus, quasi puricare vel purigare. Columel. de Arb. c. 8 Itaque cauatum foramen quum purgauimus, vndique ad ramos circulos inserimus. Cato c. 65 Si inquinata erit, lauito, a foliis et stercore purgato. Clystere vomituque purgari Suet. Ner. c. 20. Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiae curant Cic. de Nat. Deor. 2, 126 c. 50. *Locus a corruptione in magnam varietatem coniectus, parum hoc facit.* Agros et agrestes purgare Tibul. 2, 1, 17 de lustratione. Arua nec dubitem longis purgare ligonibus Ouid. ex Ponto 1, 8, 59. Hor. A. P. 502 Qui purgor bilem verni sub temporis horam: *Defendunt hanc lectionem a Lambini emendatione purgo Bentl. et Cuningamus.* Belle purgat Scribon. 136. Difficulter purgantur Id. 106 *sc. mulieres.* Corpus purgare aqua proiecta Ouid. in Ibin 452. Locum immissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt Cic. Tusc. 5, 65. Mulierem purgat Scribon. 89. Omnia purgat edax ignis Ouid. Fast. 4, 785. Pisces purgare Ter. Adel. 3, 3, 22. Vngues cultello Hor. Epist. 1, 7, 51. *Cum Genitiuo:* Hor. Serm. 2, 2, 27 Noui, Et morbi miror purgatum te illius. Sic, Liu. 37, 28 *pr.* Quibus purgantibus ciuitatem omnis facti, dictique hostilis aduersus Roman. etc. *Vt me purgarem tibi* Plaut. Amph. 3, 2, 28. Ter. Eun. 3, 1, 44 Sed heus tu, purgon' ego me de istac, Thaidi, quod eam me amare suspicatur? Cic. Att. 13, 24 De altero ei me purgavi. Idem Fam. 12, 25, 8 Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. Si quis tibi se purgare volet, quod suspectum esse arbitretur Qu. Cic. de Petit. Conf. 28. Ab aliquo cui te purges, veniam petere Cic. in Orat. 230. Idem pro Rosc. Amer. 120 Seruos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. Crimen purgare, *Eluere vel diluere:* Idem pro Cluent. 3 c. 1 Ut non existimetis plus vos ad salutem reo largiri oportere, quam quantum defensor purgandis criminibus consequi, et dicendo probare potuerit Liu. 39, 39. Neque negligentius ea, quae obiciuntur, purgare Idem 3, 23, 4. Fastidium purgare, *Curare, et ei remedium adhibere* Plin. 8, 27. Fidem purgare leto Claud. de B. Get. 592. Nefas purgare ferro Sil. 11, 199. *i. expiare.* Pectora purgavit dictis Lucret. 6, 23. Probra purgare, *i. Diluere* Tacit. Ann. 4, 42, 3.

**P V R G A N S**, antis. Partic. [*καθαίρων*] Ouid. ex Ponto 4, 3, 53 I, bibe dixissem purgantes pectora succos. Purgante nefas crimine Idem Met. 13, 952.

**P V R G A T V S**, a, um. *Aliud* Partic. [*καθαριστής*] Adeps purgatus Scribon. 201. 221. Cnicus purgatus 135. Granis interioribus purgatis 74. *i. curatis.* Putaminibus exterioribus purgatis 76. Semen purgatum 147. 148. 189. Vua passa purgata 176. Aether purgatus nitet discussis nubibus Sil. 12, 635. Purgatus morbi Hor. Serm. 2, 2, 27. Est mihi purgatam crebro qui perfonet aurem Idem Epist. 1, 1, 7. Si parum vobis esset defensione, purgatus Cic. Philipp. 14, 17 c. 6. *Compar.* Sallust. apud Nonium 4, 205. et Do-

nat. in Hec. 4, 1, 13 Ita fiducia, quam argumentis, purgatores dimittuntur. *Superl. Perf. 2, 57 Somnia purgatissima, scil. Quae vera sunt. Conf. Augustin. Confess. 6, 2. Idem de Vera Relig. c. 1 et de Doctr. Christ. 2, 16.*

5 PVRGATE. Adu. apud Nonium 1, 296 Eucleate dicitur, purgate, exquisite.

PVRGATIO, ōnis. f. [*καθαρός, καθαρῶδες, κάθαρσις*] Plin. 15, 30 Suffimentum caedis hostium et purgatio. *De euacuationibus alui, quae medicamentis sunt: Scribon. 99. Sic Cic. Fam. 16, 12 Ego vero cupio te ad me venire, sed viam timeo, grauissime aegrotasti: inedia, et purgationibus, et vi ipsius morbi consumtus es. Aesculapius primus alui purgationem inuenit Cic. de Nat. Deor. 3, 57 c. 22. Mulierum purgationes Sen. Q. N. 3, 16. Et Purgationes feminarum, pro Menstruis Plin. 20, 4. Excusatio: Ter. Heaut. 4, 1, 12 Nescio quid peccati portet haec purgatio. Purgatio est quum factum conceditur, culpa remouetur Cic. de Inuent. 1, 15. Add. A. ad Herenn. 2 c. 16.*

PVRGATOR, ōris. m. Firmic. 8, 20 Secunda pars Tauri si in horoscopo fuerit inuenta, stercorem faciet baiulos, latrinarum cloacarumque purgatores. Apul. Apol. p. 288 Hercules lustrator orbis purgator ferarum. Auri argentique purgator Paulin. Nol. Ep. 18 (28) ad Victric. *sub f.*

PVRGATRIX, icis. f. Tertull. de Baptismo c. 5 Purgatrice aqua se expiare.

25 PVRGATORIVS, a, um. Adi. Purgatorio medicamento aluum vacuare Symmach. Epist. 6, 64. Conf. Ser. Sammon. 29, 9. Purgatoriae virtutes Macrobi. Somn. Scip. 1, 8.

PVRGATIVVS, a, um. Adi. Purgatiua medicamenta Cael. Aurel. Tard. 1, 1.

30 PVRGITO, are. Frequentat. Plaut. Aul. 4, 10, 23 Non mihi homines placent, qui quando malefecerunt purgant. *i. Excusant.*

PVRGAMEN, imis. n. *Pro purgatione.* Prudent. Hymn. Ieiun. 79 Micet metalli siue lux argentei Sudum polito praenitens purgamine. ¶ 2 *Haec quae Graecis λυματα vel καθάρσις dicebantur, id est piamenta, post sacrificium lustrationis peractum, in mare vel fluvium abici solita: ut folia, sulphur, etc. Ouid. Fast. 2, 35*

Omne nefas omnemque mali purgamina causam  
Credebant nostri tollere posse senes. Idem ibid. 6, 713

40 Haec est illa dies, qua tu purgamina Vestae  
Tibi per Etruscas in mare mittis aquas. *Adde Met. 11, 49.*

et Prudent. Perist. 6, 30.

PVRGAMENTVM, i. n. [*καθαρίσματα*] Sordes, quae purgando auferuntur. Columel. 1, 6 Sterquilinia quoque duo sint: vnum, quod noua purgamenta recipiat, et in annum conseruet. Liu. 1, 56 Cloacamque maximam receptaculum omnium purgamentorum vrbs, sub terram agendam. Hortorum purgamenta Tacit. Ann. 11, 32, 5. Conf. Petron. c. 34 et 134. *Latius etiam patet significatio. Senec. Epist.*

73 extr. Non aliter quam fimus sterilis ac palustris bona semina necat, ac deinde purgamenta pro frugibus cient. *i. Herbas inutiles et quae sint proiciendae, vel res nihili. Idem de Constant. Sap. c. 2 Aliquem purgamentis oris adspargere. Sic Purgamenta Seruorum Curt. 6, 11, 2.*

55 Idem 8, 5, 8 Agis quidam Argiuius pessimorum carminum post Chaerilum conditor, et ex Sicilia Cleo, hic quidem non ingenii solum, sed etiam nationis vitio adulator, et caetera vrbiu suarum purgamenta. Idem 10, 2, 7 Igitur exules finibus eiiciunt, omnia potius toleraturi, quam purgamenta quondam vrbs suae, tunc etiam exilii, admitterent. Conf. Petron. c. 74. *Burm. p. 367. ¶ 2 καθάρσις, piamentum ap. Petron. c. 134. vid. Interpp.*

60 PVRGABILIS, e. Adi. [*καθαρίσιμος*] Quod facile purgatur. Plin. 15, 23 Rotundior quae balanitis vocatur, purgabilis maxime et sponte profiliens.

PVRIFICO, PVRITAS, *vid. PVRVS.*

65 PVRPŪRA, ac. f. [*πορφύρα*] Piscis ex concharum genere annos septenos viuens. Congregatur verno tempore, mutuoque attritu lentorem quandam veluti cerae emittit. Sed nobilem illum succum ad tingendas vestes in mediis faucibus habet: reliquo corpore fere sterilis. Cum vita succum emittit, et ideo viuas capere oportet. Hinc Purpureus color dicitur, qui nigricantis rosae splendore subluceat, caeterorum omnium gratissimus, et tingendis vestibus maxime expetitus. *Haec fere ex Plin. 9, 36 ubi plura leges. Add. ib. c. 39.*

70 Ex conchylio marino purpura inficitur Vitr. 7, 13. *Ibid. Purpura, pro solis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem procreat Africa, id est quasi violaceum colorem: Tyros autem, rubeum, Murices purpurae Scribon. 104. Purpura Insigne Romanorum magistratum. Hinc Martialis 10, 10 Diuisit nostras purpura vestra togas. Vnde, Septima purpura, pro Septimo consulatu apud Florum 3, 21, 17. et Claud. Conf. Honor. 3, 4 Diues Hydaspis augeat purpura gemmis. Purpura regii decoris est insigne Hieron. in Esai. c. 61. Ardens Iuuen. Sat. 11, 155. Coae Hor. Carm. 4, 15, 13. Gaetulo*

80 murice tinctas vestes laudat Idem Epist. 2, 2, 181. Ignea Valer. Argon. 1, 428. Laconicae Hor. Carm. 2, 18, 8. Meliboea Lucret. 2, 499. Oebalis Stat. Silu. 1, 2, 150. Picta Virg. Aen. 7, 251. Stalaria Iuu. 7, 134. Tyria purpura Cic. pro Placc. 70. Plin. 9, 39 Nepos Cornelius, qui diui Augusti principatu obiit, Me

85 (inquit) iuuenes, violacea purpura vigeat, cuius libra denariis centum venibat. *Vid. Cerda ad Virg. Georg. 4, 275 qui ostendit, antiquis purpureum colorem fuisse violaceum, usque ad Augusti aetatem, quo tempore rubor ille cocci additus sit. tum ex hoc ipso Plinii loco, tum aliunde. De sua aetate Plin. 9, 38 Buccinum Pelagio alligatur, nimiaeque illius nigritiae dat austeritatem illam nitoremque, qui quaeritur, cocci. — Laus ei summa in colore sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. Vnde et Homero purpureus dicitur sanguis. De illius roseo rubore in suspectu vid. h. v. Colorem etiam illum purpurae violaceum colligere licet ex Amethystino ap. Plin. 9, 38 et 41. it. 37, 9 l. 40. Add. Sueton. Neron. c. 32. Usque ad talos demissa Cic. pro Cluent. 111 c. 40. Illius et roseo flammatur purpura vultu, Et gemmis lux maior inest Stat. Achill. 1, 297. Cic. in Catil. 2, 5 c. 3 Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. Numeros cum numeris tanquam purpuram misceri Idem in Orat. 196. Purpura, pro Magistratibus: Martial. 8, 8 Purpura te felix, te colit omnis honos. Plin. 10, 21 Romana purpura, i. Romani magistratus. Regum purpura Virg. Georg. 2, 495. Iamque noui praecunt fasces, noua purpura fulget Ouid. Fast. 1, 81. Per hoc inane purpurae decus precor Hor. Epod. 5, 7. Add. Claud. Conf. Hon. 4, 47. Hinc*

90 locutiones, Attingere purpuram, Sumere purpuram; *ut late docet Salm.*

95

00

05

- mas. in Treb. Poll. p. 193 et 197. De Purpura sacrae dignitatis insigni est dissertatio erudita Adriani Stegeri Lips. 1741. 4. Poetae Flores purpureos eleganter Purpuras dicunt: Stat. Silu. 3, 3, 130 Aut ubi verna nouis exspirat purpura pratis. In pudorem florulentae proderunt purpurae Peruigil. Ven. v. 19. de rosis. Pro Veste purpurea: Iuuen. Sat. 7, 135 Purpura vendit caudicium. Purpuram potabilem de Vino dixit Cassiodor. Varr. Epist. 12, 4.*
- PVRPVREVS**, a, um. Adi. [*πορφύρεος, πορφύρεος, ἀλαργής*] Quod purpurae colorem refert. Plin. 10, 32 Tantum purpureis et candidis, admittis pennis. Purpureus, splendidus, ἀγλαός, candidus, Pulcher Virgil. Georg. 1, 405. Hinc Horat. Carm. 4, 1, 10 Olores vocat Purpureos. Quem locum exponens Porphyrio sic ait: Quomodo purpurei dicuntur, quum albi sint potius? Sed purpureum pro pulchro Poetae dicere assueuerunt. Virgil. Georg. 1, 405 Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo. Albinou. 2, 62. Bra-15 chia purpurea candidiora niue. vid. Voss. Instit. Orat. 4 p. 245. Aër purpureus Ouid. Met. 6, 48. Amictus Virgil. Aen. 3, 405. Anima Id. ibid. 9, 349 cum sanguine extens. vid. Lacerda. Aurora Ouid. Met. 3, 184. Ceruices Pers. 3, 40 ad ruborem ex aestuatione et metu. Color purpureus, est Niger rubore quodam admisto. Quandoque dicitur Caeruleus, quando de mari vel flumine dicitur. Virgil. Georg. 4, 373 In mare purpureum violentior influit amnis. vid. PVRPVRA Violacea. Color purpureus quondam ossa reliquit Virg. Aen. 11, 819. Colore purpureo casia Plin. 12, 19. Coma Tibull. 1, 4, 63. Cultus Stat. Theb. 6, 81. Diem purpureum rapido qui vehit axe Ouid. Fast. 3, 518. Flores purpurei centaurii Scribon. 227. Flores Virgil. Georg. 4, 54. Flore purpureo asarum Plin. 12, 13. Genae Ouid. Amor. 1, 4, 22. Stat. Achill. 1, 162 — Niueo nat ignis in ore Purpureus, fuluque nitet coma gratior auro. Labella Ouid. Amor. 3, 14, 23. Id. Fast. 6, 252 Laetaque purpurea luce refulsit humus. Lumen iuuentae Virgil. Aen. 1, 591. i. splendidum. Ouid. de Arte Am. 2, 316 Plenaque purpureo subrubet vna mero. Narcissus Virgil. Eclog. 5, 38. i. pulcher. Oloribus purpureis ales i. volans, uicta, Venus Horat. Od. 4, 1, 10 candidis. Ouid. Trist. 1, 2, 27 Nam modo purpureo vires capit Eur-35 rus ab Ortu. Os Horat. Carm. 3, 3, 12. Pallium Cic. Verr. 7 (5) 31 c. 13. Panis Plaut. Men. 5, 5, 19. Pira purpurea recenset inter generosissima Columel. 5, 10. Sic Pruna purpurea Id. 12, 10. Pudor Ouid. Amor. 1, 3, 14. Rubor Sen. Hipp. 4. Sanguis purpureus Homero dicitur, quia summa laus purpurae in colore sanguinis concreti Plin. 9, 38 f. 62. Torus Ouid. Epist. 5, 88. Ver Virgil. Eclog. 9, 40. Vestes Id. Aen. 6, 221. Vestes purpureae dictae sunt Tyriae, a loco ubi purpura fit Plin. 11, 37. Vestitus Cic. de Diuin. 2, 37 c. 16. Vuae Ouid. Met. 13, 814. Id. Amor. 1, 8, 12 Purpureus Lunae sanguine Vultus erat. Pur-45 pureus, pro Purpurato: Horat. Carm. 1, 35, 12 Et purpurei metuunt Tyranni. Reges purpurei Claud. de Rapt. Proserp. 2, 300.
- PVRPVRO**, are. [*πορφύριζω*] Purpurae colorem habere, siue reddere. Columel. 10, 101 Tum quae pallet humi, quae frondens purpurat auro, ponatur viola, et nimium rosa plena pudoris. al. frondes. Purpurare, Purpureum facere: Furius Antias ap. Gell. 18, 11 Spiritus Eurorum virides quum purpurat vndas. vid. Drakenb. ad Sil. 17, 258. Apulei. Met. 6 p. 183 Horae rosis et caeteris floribus purpurabunt omnia.
- PVRPVRANS**, antis. Partic. Prudent. Pass. S. Laur. 275 Pur-55 purantes stolas. Id. Vinc. Pass. 339 Purpurantem corporis cruorem.
- PVRPVRASCO**, ère. [*πορφύριζομαι*] Purpureum fieri. Cic. in Acad. ap. Non. 2, 717 Quid mare, nonne caeruleum: aut eius vnda, quum est pulsa remis, purpurascit? conf. Vopisc. in Flor. c. 4. 60
- PVRPVRATVS**, a, um. Adi. [*πορφύριδωτός*] Quod est purpura ornatum. Vnde Purpurati dicuntur ii, qui apud principes dignitate antecellunt. Cic. Tusc. 1, 102 c. 43 Istitis quaeso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. Liu. 30, 42 Sopatrum ex purpuratis et propinquis regis esse. conf. Id. 37, 23. Curt. 3, 6, 4 Par-65 menio fidissimus purpuratorum. Flor. 1, 10, 5 Vbi frustrato circa purpuratum eius ictu tenetur.
- PVRPVRATORIVS**, a, um. Adi. Sidon. Epist. 1, 7 Qui non affectasset habitum purpuratorium. al. Purpuratorium.
- PVRPVRARIVS**, a, um. aliud Adi. [*ἀλαργικός*] Quod ad pur-70 puram pertinet: Officina purpuraria, In qua purpura fit Plin. 35, 6. Taberna Paullus in l. Praediis §. Pater D. de legat. 3. Fucus Solin. c. 26. Vet. Gloss. Purpurarius, πορφύροβαφος, πορφύροπώλης. Grut. Inscript. p. 639 A SEMPRONIO GALLAECI L. LAETO PVRPVRARIO. L. 7 C. de Excusatt. Muner. Nego-75 tiantes vestiarios, linteones, purpurarios, et particarios iungit. Purpuraria Vulg. Interpres Act. 16, 14. Purpurariae, Insulae in mari Aethiopico Plin. 6, 30.
- PVRPVRISIVM**, i. n. [*ἀνδρείκελος*] Genus coloris facticii, quod utuntur pictores, sitque e creta argentaria, et cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius quam lanae Plin. 35, 6. conf. Non. 3, 166. Plaut. Mostell. 1, 3, 104 Tum tu igitur cedo purpurissimum s. non do: scita es tu quidem, noua pictura interpolare vis opus lepidissimum. Purpurissimum, quo buccas inficiebant suas meretriculae, Rubricam dixit Plautus Latine. Nam quum scripsisset Tru-85 cul. 2, 2, 35 Ista buccas tam belle purpurissatas habes; subiecit non multo post, Buccas rubrica, cera omne corpus intinxit tibi.
- PVRPVRISIVS**, i. n. Idem. Quid facit in facie Christianae purpurissus et cerussa Hieron. Epist. 10 ad Furiam.
- PVRPVRISIVS**, are. Purpurisso inficere. Vnde Partic. 90
- PVRPVRISIVS**, a, um. Genae purpurissatae Apul. Apol. p. 323. Fasti purpurissati pro Consulares Sidon. Epist. 8, 8. Plaut. Truc. 2, 2, 35 Quiaque istas buccas tam belle purpurissatas habes.
- PVRPVRITICVS**, a, um. Idem quod Porphyreticus. Vet. Inscript. apud Gruter. p. 128 VETVSTATE CORRVPFAM 95 AMPLIAVIT COLUMNIS PVRPVRITICIS.
- PVRRHICHARII**, qui dicantur in l. Aut damnum, De poenis. vid. in dictione PYRRHICHA.
- PVRVIENTVS**, etc. vid. PVS.
- PVRVS**, a, um. Adi. [*καθάρως, καθάριος*] Mundus, sine sorde, aut quacumque re, quam abesse melius est. Liu. 1, 44 extr. Et extrinsecus puri aliquid ab humano pateret cultu, de pomœriis: nam melius est illam partem non esse cultam. Nulla in hac vrbe domus ab hac religionis suspicione tam vacua atque pura est Cic. de Arusp. Resp. 11. Etiam hic unusquisque optat suam domum a religione liberam. Id. 105

- pro Caecin. 78 Quidquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire sentias. Ea multo puriora et dilucidiora cernentur Idem Tusc. 1 c. 20. Purus et insons Horat. Serm. 1, 6, 69. Purus et religiosus Cic. de Arusp. Resp. 53 c. 25. Estne quisquam, qui tibi purior, prudentior etc. videatur? Id. pro Rosc. Com. c. 6. Sceleris purus Horat. Carm. 1, 22, 1. Sceleris purum, inquit hic Lambinus, accipio eum, qui castas et puras a sanguine manus habet: quales Hippolyti dicit esse Phedrae nutrix apud Euripidem. Notanda est et constructio, Graecaniae prorsus respondens. dicunt enim *καθαρὰς ἀδελφάς*. Sed optime intelligetur hoc nomen ex Substantiuis, quibus adiicitur: Aër purus Lucret. 4, 328. Aër purus ac tenuis, cui opponitur Crassus et concretus Cic. de Nat. Deor. 2, 42. Ex nobilissima purissimaque Aetheris parte gigni Id. ibid. 2 c. 15. Amnis Horat. Epist. 2, 2, 120. Amnis electo purior Virgil. Georg. 3, 522. Animus omni admittione corporis liberatus, purus et integer esse coepit Cic. de Senect. 80. Animus castus et purus Id. de Diuin. 1, 121. Aqua Horat. Carm. 3, 16, 29. Scribon. 8, 10. i. simplex. Argentum Cic. Verr. 4, 49. Argenti vascula puri Iuuen. Sat. 9, 141. et 10, 19. Aurum purum, inquit Festus, in sacris dicitur, Quod in vfu spurco non fuerit. alias Purum aurum, Quod expurgatum, excoctumque est. Calceus Tertull. de Pall. c. 4. i. pero, de corio crudo. Campus purus ac patens Liu. 24, 14. i. Non impeditus, et vacuus. Charta pura Vlpian. l. 52 §. 4 de legat. 3. in qua nihil scriptum est. Horat. Serm. 2, 3, 213 Et purum est vitio tibi, quam tumidum est Cor? Dies Claud. de Rapt. Proferp. 2, 2. Domus hac nec purior vlla est Horat. Serm. 1, 9, 49. Duellum purum et psum Liu. 1, 32. Fides Ouid. Amor. 1, 3, 6. Genae Senec. Hippol. 5. Hasta pura, i. Sine ferro: praemium fuit apud antiquos eorum, qui praelio vicissent: auctor Seruius. Virgil. Aen. 6, 760 Ille, vides, pura iuuenis qui nititur hasta. Hebraeus purior Horat. Epist. 1, 16, 13. Herbae purae, Ex loco sancto decerptae, apud Festum. vid. Liu. 1, 24. Historia pura et illustis Cic. de Clar. Orat. 162. Hostia Plin. 8, 51. Humus subacta atque pura Id. de Senect. 59. Id. de Inuent. 2, 60 Agit is, cui manus praecisa est, iniuriarum: postulat is, quicum agitur, a Praetore exceptionem, extra quam in reum capitis praecudicium fiat. Hic is, qui agit, Iudicium purum postulat: ille, quicum agitur, exceptionem addi ait oportere. Libertas Claud. in prim. Conf. Stil. 2, 164. Locum purum, Vlpianus esse definit, Qui nec sanctus, nec sacer, nec religiosus est, De religiosis et sumtibus funerum l. Locum. Luna Horat. Carm. 2, 5, 20. Lux Virgil. Aen. 2, 590. Manus purissimae Senec. Epist. 67. Mella purissima Virgil. Georg. 4, 163. Mens pura atque integra Cic. pro Milon. 62. Nox Virgil. Eclog. 9, 44. Oratio Terent. prol. Heaut. 46. i. Qui facile assensum auditorum ineat. Ouid. Amor. 1, 8, 10 Quum voluit, puro fulget in Orbe dies. Pectus Horat. Epist. 1, 2, 68. Plateae purae, i. Non impeditae, sed patentes, et late explicatae, et vacuae. Horat. Epist. 2, 2, 71 — verum Purae sunt plateae, nihil vt meditantibus obstet. Hanc scripturam quidam corruperant, et plures supposuerant, quam restituit feliciter Lambinus. Purus Putus, vid. P V T V S. Salis puri concha Horat. Serm. 1, 3, 14. Sermones purissimi Gell. 19, 8. Sol Horat. Carm. 3, 29, 45. Martial. 8, 14 Hibernis obiecta notis specularia soles Admittunt purros, et sine faece diem. Sinceritas Plin. 15, 6. Tus Id. 12, 14. Toga Id. 8, 48. i. non praetexta. Vasa pura, Sine emblemate, caelatura, aut incrustatione: Paulus in l. Si in rem, De rei vindicatione, Quamuis et in Vasis occurrat difficultas, pura an caelata sint dici oporteat. Horat. Serm. 1, 4, 54 Non satis est puris versum perferbere Verbis. Vesper Id. Carm. 3, 19, 26. Vestis Virgil. Aen. 12, 169. Vestimenta pura, a veteribus dicebantur, Quae sacerdotes ad sacrificia sumebant, id est non obsita, non fulgurita, non funesta, non maculam habentia. Festus. Vinum Ouid. Met. 7, 594. Vir purus, pudens Cic. pro Rosc. Com. 18. Vlcus purum Scribon. 24, 238. Vnda Virg. Aen. 6, 229. **Q** 2 **Q** 65 *Observat.* Puri menstrio (f. melius menstruo) esse dicuntur, Qui sacrorum causa toto mense in caerimoniis sunt. id est puri sint, certis rebus carendo. Festus. Purus, Simplex, sine conditione, aut vlla exceptione. Paull. in l. 4 D. de annuis legat. et fideicom. Si in singulos annos alicui legatum sit, Sabinus plura legata esse ait: et primi anni purum, sequentium conditionale. videri enim hanc inesse conditionem, Si viuat. In obliquis permiscuntur a librariis purus et pulcher. vid. Burmann. ad Ouid. Met. 2, 856. **P V R E.** Adu. [*καθαρὸς*] Plaut. Aulul. 2, 3, 3 Vascula intus pure, propra, atque elue. Pure lautum, Aqua pura lautum Paullus. Quiete, pure, et eleganter acta aetas Cic. de Senect. 13. Apparet tibi pure res Horat. Serm. 1, 2, 100. Lauari pure Tibull. 1, 3, 25. Loqui pure et emendate Cic. de Opt. gen. Orat. 4 c. 2. Liu. 5, 22. Loqui Latine et pure Cic. de Orat. 1, 144. Venerari deos pure et caste Id. de Nat. Deor. 1, 3. Pure, Simpliciter et absolute, sine conditione aut exceptione. Vlpian. l. 4 D. de in diem addict. Quum igitur tunc recedatur ab emtione, vbi pure contrahitur: vel tunc non impleatur, vbi sub conditione fit, etc. Vlpian. in l. Etsi conditionalis contractus cum pupillo fiat, tutor debet pure auctor fieri, Nam auctoritas non conditionaliter, sed pure interponenda est, vt conditionalis contractus confirmetur. Comparat. Sidon. Epist. 4, 1 Puritis, fortius, meracius amare. Hor. Carm. 1, 19, 6 Splendentis Pario marmore purius. Sen. Benef. 2, 12 Partem in corpore purius osculari. Superlat. Cato R. R. c. 66 Quam mundissime purissimeque fiat. Purissime atque illustrissime 90 describere Gell. 9, 13. Purime, antique pro Purissime, apud Festum. **P V R I T E R.** Aliud Adu. [*καθαρῶς*] Idem. Cato c. 23 Succum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito. Id. c. 90 Puriter facito. conf. Pompon. et Naeu. apud Nonium 11, 58. Item Ennius apud Priscian. 15 p. 1010. Lauare dentes Catull. 40, 18. Vitam agere Id. 77, 19. **P V R I T A S,** ātis. f. [*καθαρότης*] Munditia. Pallad. 11, 14 De vino, Mox sumere puritatem, colarique debere. Capitol. in Vero, c. 3 Amavit puritatem viuendi. conf. Macrobi. Somn. Scip. 1, 11. et 13 etc. vid. plura in Borrich. Cogitat. p. 208. Et Cellar. Cur. Poster. p. 154. **P V R I T I E S,** ēi. f. Varro Sat. Menip. Vocatur a caelatura caelum, Graece ab ornatu *κόσμος*, Latine a puritie mundus. Vid. Fraigm. Scalig. p. 96. **P V R O,** āre. pro Purgare. Plaut. Aulul. 2, 3, 3. conf. Varro et 05 Iul. Caes. in Adrasto. vid. Taubmann. ad Plaut. p. 186. **P V R E.**

**PURIFICATIO**, Ære. *Idem apud Non. 2, 355.*  
**PURIFICATIO**, Ære. [*καθαροποιῶ*] *Purum facere.* Suet. Aug. c. 94  
 Paulloque post egressum, illamque expergefactam, quasi a concubitu ma-  
 riti purificasse se, et statim in corpore eius extitisse maculam depicti  
 draconis. Plin. 10, 41 Villaribus gallinis et religio inest. In-  
 horrescunt edito ovo, excutiuntque sese, et circumactæ purificant,  
 ac festuca aliqua sese et ova lustrant.  
**PURIFICANS**, antis. Part. Spiritus fide purificans corda Vulg.  
 Act. 15, 9. Plin. 8, 1 Se purificantes sollempniter.  
**PURIFICATIVS**, a, um. Partic. Iustin. 10, 3, 2 Purificato  
 regno. Vulg. Interpr. Act. 21, 26.  
**PURIFICATIO**, ðnis. f. [*καθαρισμὸς*] Gloss. Cyrilli. [*καθαρισμὸς*]  
 Plin. 15, 30 Eadem purificationibus adhibetur. Sic Martial. 8, 1. *vid.*  
**LVSTRVM**. Plin. 15, 30 Laurus purificationibus adhibetur.  
**PURIFICVS**, a, um. Adj. Lactant. 4, 15 pr. Baptismus purifici  
 roris perfusio. *of. purificati.* Claud. Conf. Hon. 6, 328 — Pu-  
 rificumque Iouem Triuiamque precatus.  
**PVRIMENSTRIO**, *melius diuiditur puri menstruo. Itaque modo*  
*dedimus in PVRVS n. 2.*

## P V S

**PVS**, pūris. n. [*πῦρον*] *Sanies est, et quicumque humor in putre-*  
*dinem versus.* Plin. 29, 3 Ad puris et sanguinis excreationes. Id.  
 23, 4 Vtiliter etiam auribus instillatur cum melle, vel si pus effluat.  
 Pus a Sanie distinguit Celsus *his verbis* 5, 26, 20 Sanguis omnibus  
 notus est: sanies tenuior hoc, varie crassa, et glutinosa, et colorata.  
 Pus crassissimum, albidissimumque, glutinosius et sanguine et sanie.  
 Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut iam senescente. Sanies  
 est inter vtrumque tempus. Pus ex ulcere iam ad sanitatem spectan-  
 te. Maturum pus Cels. 5, 18. Effunditur pus Idem 2, 8.  
 Exit pus ex iecinore Id. 2, 8. Exempto pure, si levis plaga est  
 Id. 6, 12. Exprimere pus Cels. 5, 28. *de furunculo.* Ex-  
 tuffire pus Id. 2, 8. Fertur pus ex vomica Id. 2, 8. Fit  
 pus Scribon. 214. Maturare pus Cels. 5, 18. Id. 5, 19, 13  
 Aliud emplastrum eodem nomine puri Mouendo est. *b. e. Valet ad*  
*excitandum et extrahendum pus.* Id. 5, 3 Concoquunt et Mouent  
 pus. Mouendo puri accommodatum, *vid.* ACCOMMODO. Or-  
 tum pus Cels. 5, 19. Latebram tabentis vulneris alte Impressam,  
 penitusque putri de pure Puresam Prudent. adu. Symm. 1, 16. *Tra-*  
*late* Horat. de Homine improba Serm. 1, 7 pr. Proscripti regis Ru-  
 pili pus atque venenum Hybrida quo pacto sit Perius vltus, etc. Pu-  
 ra, n. pl. Plin. 35, 6 Explet vulnera si coquatur, ad siccanda præ-  
 cipue utilis, et capitis doloribus, et ad deprehendenda pura. Subesse  
 enim illa intelligitur, si ex aqua illita non arescat.

**PVRVLENTVS**, a, um. Adj. [*πυώδης*] *Pure plenum.* Puru-  
 lenta exscreant Scribon. 77. Plin. 20, 13 Multi vero et contra  
 purulentas excreationes siccae drachmas duas sulphuris vnam et dimi-  
 diam sumi censent. Vlcus Id. 20, 2.

**PVRVLENTE**. Adu. [*πυωδῶς*] Plin. 23 proem. Cicatri-  
 cibus marcidis, ossibus purulente limosis plurimum confert. *de*  
*Omphacio.*

**PVRVLENTIA**, Æe. f. *est ipsa Puris tumiditas aut plenitudo, vel*  
*Vulnus pure plenum.* Metaphor. Tertull. de Pallio extr. Haud fa-  
 cile has purulentias ciuitatis quis eliciet et exsuppurabit.

**PVRVLENTATIO**, ðnis. f. Cael. Aurel. Tard. 5, 3.

**PVSA**, pro Puella, *vid.* PVSVS.

**PVSCA**, *vid.* POSCA.

**PVSILLANIMIS** et reliqua sic incipientia sub PVSILLVS inter  
 deriuata a PVSVS.

**PVSTVLA**, vel PVSULA, Æe. f. [*Φλυκτῖς, Φλύκταινα*] *Tuber-*  
*culum in summitate cutis nascens, qualia in cuti adusta solent existere, un-*  
*de suspicari licet, esse quasi pustulas, permutatione literarum cognata-*  
*rum: sed præstat a Pus, puris deriuare.* Martial. 14, 167 Feruida  
 ne trito tibi pollice pustula surgat. Quidam male legunt Pustula, Pu-  
 stula melius. Plin. 26, 8 l. 39 *de tithymalo.* Est enim tam feruentis na-  
 turæ, vt per se extra corpori impositum, pustulas (*Hard. pusulas*)  
 ignium modo faciat, et pro caustico in vsu sit. Pustulas emittit  
 calx non penitus macerata Vitruu. 7, 2. Celsus 5, 28, 15 Pustu-  
 læ maxime vernis temporibus oriuntur. Earum plura genera sunt.

Nam modo circa totum corpus partemue aspredo quaedam fit, similis  
 his pustulis, quæ ex Vrtica, vel ex sudore nascuntur: *ἐξανθήματα*  
 Graeci vocant, eaque modo rubent, modo colorem cutis non exced-  
 unt. — Ex pustulis vero non nunquam etiam Vlcuscula fiunt

— maximeque id euenit in ætate puerili, raro in medio corpore, 75  
 sæpe in eminentibus partibus. Pessima pustula est, quæ *ἐπινοκτῖς* vo-  
 catur etc. *plura enim sunt, quam quæ huc referri possint.* Id. 6, 6,  
 11 de pustulis oculorum ex inflammatione agit. Id. 4, 6 Recte  
 etiam sinapi ex aceto super pectus imponitur, donec vlcera pustulas-  
 que excitet. *Multa etiam de pustulis Plinius v. g. 20, 13. 21, 7*  
*etc. Leue malum notat Senec. de Ira 3 extr. Magis ignosco ei,*  
*qui vulnus inimici, quam qui pustulam concupiscit. Hic enim non*  
*tantum mali animi est, sed pusilli.* Martial. 14, 167 in Plectrum,  
 Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat, Exornent docilem garrula  
 plectrum manum. Columel. 7, 5, 16 *de ouibus,* Est etiam insana-  
 bilis sacer ignis, quam pustulam vocant pastores: ea — vniuersum  
 gregem contagione prosternit: siquidem nec medicamentorum, nec  
 ferri remedia patitur. Nam paene ad omnem tactum excandescit —  
 Tibull. 2, 3, 10 Nec quereretur quod sol graciles exureret artus, læ-  
 deret et teneras pustula rupta manus. Pustulae liuentes Plin. 20, 6. 90  
 Lucentes pustulae Martial. 11, 99. *ob inflammationem.*

**PVSTVLOSVS**, vel PVSVLOSVS, a, um. Adj. Celsus 5, 26, 31  
 Vlcus in locum pustulosum serpit. Pecus pustulosa Columel. 7, 5, 17.

**PVSTVLESCO**, Ære. Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Quo superficies  
 cutis pustulescat.

**PVSTVLO**, Ære. *Pustulam emittere.* Tertull. de Cult. Fem. 1, 6  
 Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium eius magis debet esse  
 quam gloria.

**PVSTVLĀTVS**, f. PVSVLĀTVS, *Argenti epitheton, cum pu-*  
*riffimum significatur.* v. g. Sueton. Neron. c. 44 Exegitque ingenti fa-  
 stidio et acerbitate numum asperum, argentum pustulatum, aurum ad  
 obrusam, vt plerique omnem collationem palam recusarent. Mar-  
 tial. 7, 85 Sed causam scio, nulla venit a me Argenti tibi libra pustu-  
 lati. Alfenus l. 31 ff. Locati, Cum argentum pustulatum fabro  
 daretur, vt vasa fierent. *vid. Cuiac. Obs. 7, 39. Sic dictum a pu-*  
 105

**PVSTVLESCO**, Ære. Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Quo superficies  
 cutis pustulescat.

**PVSTVLO**, Ære. *Pustulam emittere.* Tertull. de Cult. Fem. 1, 6  
 Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium eius magis debet esse  
 quam gloria.

**PVSTVLĀTVS**, f. PVSVLĀTVS, *Argenti epitheton, cum pu-*  
*riffimum significatur.* v. g. Sueton. Neron. c. 44 Exegitque ingenti fa-  
 stidio et acerbitate numum asperum, argentum pustulatum, aurum ad  
 obrusam, vt plerique omnem collationem palam recusarent. Mar-  
 tial. 7, 85 Sed causam scio, nulla venit a me Argenti tibi libra pustu-  
 lati. Alfenus l. 31 ff. Locati, Cum argentum pustulatum fabro  
 daretur, vt vasa fierent. *vid. Cuiac. Obs. 7, 39. Sic dictum a pu-*  
 105

**PVSTVLESCO**, Ære. Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Quo superficies  
 cutis pustulescat.

**PVSTVLO**, Ære. *Pustulam emittere.* Tertull. de Cult. Fem. 1, 6  
 Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium eius magis debet esse  
 quam gloria.

**PVSTVLĀTVS**, f. PVSVLĀTVS, *Argenti epitheton, cum pu-*  
*riffimum significatur.* v. g. Sueton. Neron. c. 44 Exegitque ingenti fa-  
 stidio et acerbitate numum asperum, argentum pustulatum, aurum ad  
 obrusam, vt plerique omnem collationem palam recusarent. Mar-  
 tial. 7, 85 Sed causam scio, nulla venit a me Argenti tibi libra pustu-  
 lati. Alfenus l. 31 ff. Locati, Cum argentum pustulatum fabro  
 daretur, vt vasa fierent. *vid. Cuiac. Obs. 7, 39. Sic dictum a pu-*  
 105

**PVSTVLESCO**, Ære. Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Quo superficies  
 cutis pustulescat.

**PVSTVLO**, Ære. *Pustulam emittere.* Tertull. de Cult. Fem. 1, 6  
 Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium eius magis debet esse  
 quam gloria.

**PVSTVLĀTVS**, f. PVSVLĀTVS, *Argenti epitheton, cum pu-*  
*riffimum significatur.* v. g. Sueton. Neron. c. 44 Exegitque ingenti fa-  
 stidio et acerbitate numum asperum, argentum pustulatum, aurum ad  
 obrusam, vt plerique omnem collationem palam recusarent. Mar-  
 tial. 7, 85 Sed causam scio, nulla venit a me Argenti tibi libra pustu-  
 lati. Alfenus l. 31 ff. Locati, Cum argentum pustulatum fabro  
 daretur, vt vasa fierent. *vid. Cuiac. Obs. 7, 39. Sic dictum a pu-*  
 105

**PVSTVLESCO**, Ære. Cael. Aurel. Tard. 5, 1 Quo superficies  
 cutis pustulescat.

**PVSTVLO**, Ære. *Pustulam emittere.* Tertull. de Cult. Fem. 1, 6  
 Si concha aliquid intrinsecus pustulat, vitium eius magis debet esse  
 quam gloria.

**PVSTVLĀTVS**, f. PVSVLĀTVS, *Argenti epitheton, cum pu-*  
*riffimum significatur.* v. g. Sueton. Neron. c. 44 Exegitque ingenti fa-  
 stidio et acerbitate numum asperum, argentum pustulatum, aurum ad  
 obrusam, vt plerique omnem collationem palam recusarent. Mar-  
 tial. 7, 85 Sed causam scio, nulla venit a me Argenti tibi libra pustu-  
 lati. Alfenus l. 31 ff. Locati, Cum argentum pustulatum fabro  
 daretur, vt vasa fierent. *vid. Cuiac. Obs. 7, 39. Sic dictum a pu-*  
 105

*fulis, quae in argento caelato in aspredinem quandam excisae visuntur, arbitratu Salmas. in Solin. p. 738, a, D. Sed verius puto pustulatum vel pufulatum dici, quod excoctum diligenter et purgatum est, quod dum fit pustularum vel pufularum instar ebulliunt scoriae, et ea quae spuma*

5 argenti vocatur. Pustulas argenti modo relucens in gemmis facticiis notat Plin. 37, 7 f. 26. Pufulam, Pufilam, Pustulam, Postulam, et ita Pufulatum etc. in libris inueniri, et eandem rem notare, obseruatum a Turneb. 24, 2. add. Viri docti ad Sueton. l. c.

10 PUSTULATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Acut. 3, 16 Pustulatio partium. Id. 5, 1 Pustulationem facere. Morbum ergo Pustularum notat.

PVSVS, i. m. Puer. Epigrammation Papinii vel Pomponii laudat Varro de L. L. 6, 3 p. 70 extr. cuius versus ultimus est Nam vere pusus tu, tua amica senex' sit. Lucret. 4, 1021 Pusi saepe la-

15 cum propter, se, ac dolia curta Somno deuincti credunt extollere vestem, etc.

PVSA, ae. f. Puella. Vet. Poeta in epigrammatico modo laudato, Dic tu illam pufam, fit fiet Muta muli. Sed Horat. Serm. 2, 3, 216 Pupam non Pufam legunt hodie.

20 PVSIO, ōnis. m. [παιδιον] Paruus puer. Cic. pro Cael. 36 c. 15 Qui propter nescio quam credo timiditatem et nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper, pufio cum maiore sorore cubitauit. Sic Id. Tusc. 1, 57 c. 24. Iuuenal. Sat. 6, 34 Nonne putas melius, quod tecum pufio dormit? Pufio qui noctu non litigat. Emerge

25 dulcis pufio, quem mater edit castitas Prudent. Hymn. in Nat. Dom. v. 13. Pufio, et Secundilla, prodigiosi corporis homines, apud Plin. 7, 16 f. 16. Poslioni emendat Harduinus. Sed videtur Pufio per charientissimum dictus, qualis etiam est in nomine diminutiuo mulieris.

PVSIOĀLA, ae. f. Parua puella. Prudent. Pass. Eul. 19 Ipsa cre-

30 pundia reppulerat Nescia ludere pufiola.

PVSILLVS, a, um. Dimin. [πυρρὸς, μικρὸς] Pufus, Pufulus, Pufillus, ut Pupus, Pupulus, Pupillus. Martial. 1, 10 Bellus homo, et magnus vis idem Cotta videri: sed qui bellus homo est Cotta, pufillus homo est. Nempe Bellus est diminutiuum, Benus, Benu-

35 lus, Bellus, ut Catena, Catenula, Catella. Animus pufillus Horat. Serm. 1, 4, 17. Animi illud est pufilli Cic. Fam. 2, 17 extr. add. Martial. 3, 62. et 9, 51. Caput oppido pufillum Catull. 52, 1. Causa firmis pufilla nocet Ouid. Rem. Amor. 730. Causidicus Iuuenal. 10, 121. Cera pufilla Id. Sat. 14, 29. Cic. ad Brut. 14

40 Videlicet quum illam pufillam Epistolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Homines pufilli Iuuen. Sat. 15, 70. Cic. Verr. 2, 185 Pauculis igitur mensibus, ut hi pufilli et contemti Libelli indicant, furta Praetoris, etc. Moechi pufilli et semitarii Catull. ad Contubernales 35, 16. Romam quasi pufillam habuimus

45 in Tusculano: tanta erat in his locis multitudo Cic. Attic. 5, 2 pr. Testis pufillus processit, vid. PVSILLVM Adu. Paene pufillus Thucydides Cic. ad Qu. Frat. 2, 13. Villula valde pufilla Id. Attic. 12, 26. Villa Id. Fam. 12, 20. Vxor pufilla Horat. Serm. 2, 3, 216. Cic. Fam. 12, 16 Ego tamen nactus in nauigatione nostra pufillum laxamenti. Salis pufillum admiscere Scribon. 158. Pufillum intelligere Plin. Epist. 278. Putillus pro

50 Pufillus Plaut. Afin. 3, 3, 194. vid. Taubmann.

PVSILLVM. Adu. Cato R. R. c. 90 Far primum pufillum, postea magis depfes. Cic. de Orat. 2, 245 c. 60 Pufillus testis processit. Licet, inquit, rogare? Philippus. Tum quaesitor pro-

55 perans, modo breuiter. Hic ille, Non accusabis: perpufillum rogabo. Nempe valde parum, valde breuiter, ita tamen, ut intelligi vellet admodum pufillum et pufionem testem.

PVSILLO. Adu. Plin. 27, 5 Pufillo altior lenticula est. Pufillo diutius Scribon. 53. 55. — pressius 66. i. paullo.

PVSILLITAS, ātis. f. Lactant. de Opificio Dei c. 1 Tentabo tamen vtriusque rationem, quantum pufillitas intelligentiae meae peruidet, explicare. Id. de Ira c. 5 pr. Hieron. Epist. 152 ad Mineru. et Alexand. extr. Tertull. aduers. Hermog. c. 14. Id.

60 de Resurr. Christi c. 6.

PVSILLANĪMIS, e. Adi. [μικρόφυχος] Quod est pufilli animi: cui contrarium Magnanimus. Tertull. de Fuga in perfec. c. 9 Pufillanimes consolari. conf. Sidon. Epist. 7, 17. et Claud. Mamert. de Stat. Anim. 1, 20.

70 PVSILLANĪMITAS, ātis. f. Gloss. ὀλιγοφυχία, μικροφυχία. conf. Lactant. de Ira Dei c. 5 pr.

## P V T

75 PVTĀ Dea, PVTĀMEN, PVTĀTĀTĪO, PVTĀTĀTOR, vid. PVTĀO.

PVTAGŌNON, i. n. Idem quod Heliotropium. Apulei. de Herb. 49.

PVTEAL, PVTEALIS, vid. post PVTEVS.

80 PVTEO, ui, ēre. Foetere, et mali odoris esse. Hor. Serm. 2, 2, 42 Putet aper, rhombusque recens. Quinctil. 6, 3, 65 Aliquando desinet putere. Diurno mero putere Hor. Epist. 1, 19, 11.

PVTENS, entis. Partic. Illoti pisces aut etiam putentes Scrib. Larg. Compos. 186.

85 PVTĪDVS, a, um. Adi. [δυσώδης] Quod est mali odoris. Plaut. Bacch. 4, 7, 2 Tanti est, quanti est fungus putidus. Cic. in Pison. 19 c. 9 Ego istius pecudis ac putidae carnis consilio scilicet, aut praesidio niti volebam? Palus putida Catul. ad Coloniam 18 (17) 10. Hor. Serm. 2, 3, 75 Putidius multo cerebrum, mihi crede, Perilli est,

90 infani descriptio. Putidum (inquit Nonius 6, 68) non solum ab odore foetido et graui, quod naribus praebet, sed etiam quod auribus triste, insuauae, austerum, rancidum, putidum dici posse auctoritas vetustatis admisit. Cic. . . Putidas ac paeminosas aures. Putidam orationem dicimus per metaphoram, quae auribus austeris, insuauis,

95 et (ut ita dicam) rancida. Cic. in Orat. 27 Quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, quum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus? Putidus dicitur, qui orationem affectat: qua re nihil est odiosius. Ita oratio putida dicitur affectata, quae ita aures offendit, sicuti quae putida sunt, nares. Vid. Gronou. ad Script. Eccl. Obseru. c. 19 p. 206. Non dices hodie quorfum haec tam putida tendunt Furcifer? Hor. Serm. 2, 7, 21. Moecha putida Catul. de Acme 40 (43) 11. Putidum Ciceroni, In quo nimia diligentia reprehendi possit: Off. 1, 133 Literae neque expressae, neque oppressae, ne aut obscurum esset, aut putidum. Putidum, Putre. Varr. Ταφῆ Μελίττα, Inde putidas

95 vuas acinis electis et comestis extendit in lectis quondam. Caecil. Andr.

Andr. Conducit nauem putidam Non. 2, 645. add. Ibid. 706.

Compar. Sidon. Epist. 3, 13 Facit ambigi putidior, temulentior, an facinorosior existimetur. Superl. Petron. Fragm. Trag. c. 13 p. 67

Ac ne sic quidem putidissimam ei actionem licuit effugere.

PVTIDE. Adu. [σαπρῶς] Insuauiter, austere, rancide. Cic. de Orat. 3, 41 c. II Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius. Putide loqui Sen. Epist. 75. Qui nec inepte dicunt, nec putide Cic. de Clar. Orat. c. 82.

PVTIDVLVS, a, um. Adi. Dimin. [ὑπόσαπρος] Martial. 4, 20 Ferre nec hanc possis, possis Coline nec illam: Altera ridicula est, altera putidula.

PVTIDIVSCVLVS, a, um. Aliud Adi. Dimin. Cic. Fam. 7, 5 Simus enim putidiusculi, quam per te vix licet: verum, ut video, licebit. i. nimis diligenter, quam apud beniuolum, et generosum, et occupatum decet. Sed apud te mihi licent omnia.

PVTIS, e. Adi. antique. Lucret. 3, 583 Atque ideo tanta mutatum pute ruina Conciderit corpus. Sed Putre editur hodie.

PVTISCO, sub PVTESCO, ēre. Cic. Fin. 5 c. 13 Non inseite illud dictum videtur in sue, animam illi pecudi datam pro sale, ne putifceret. Cato R. R. c. 3 Olea putescet. Idem c. 98 Ligneam succulentam si vngues, non putescit. conf. Arnob. 7 p. 224.

PVTOR, ōris. m. [δυσωδία] a Puteo, ēre. Foetor. Cato c. 157 Postea bis in die contrita inponito, ea omnem putorem adimet. Coepit putor ob imbres intempestiuos Lucret. 2, 871 et 927. add. Id. 6, 1099. Sed ubique Putror editur hodie. Sic Stat. Silu. 4, 3, 86 Deterges sterilis foli putorem, vel ideo stare non potest, quod est Phaleucus. Pudorem itaque editur. Putor nidoris foetidi Apul. Met. 4 p. 144.

Putor, amaritudines August. adu. Iul. Pelag. 4, 14. Putores, Pl. Arnob. 7 p. 222 Sintne Diis in voluptate putores, quos neque ipsi sacrificantes ferre, nec ingenuae sustinere tractos valeant per spiritum nares?

PVTEOLI, ōrum. m. Pl. [Ποτειόλοι] Oppidum maritimum Campaniae, octauo lapide a Neapoli distans non procul ab Auerno lacu, a Samiis conditum, teste Eusebio, sub idem fere tempus, quo Tarquinii Roma sunt exacti. Paullus Festi: Puteolos dictos putant ab aquae calidae putore. Quidam a multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum. Hauserat ista Festus ex Varr. de L. L. 4, 5. Dicaearchiam alias dictam docet Stephanus.

PVTEOLANVS, a, um. Possessiuum. [Ποτειολανός] Cic. Fam. 13, 57 Cluuius Puteolanus valde me obseruat. Aquae Puteolanae Idem Philipp. 2, 9. Senec. Quaest. Natur. 3, 20 Puteolanus pulvis, si aquam attigit, saxum est. De hoc Vitruuius fusissime 2, 6.

PVTEVS, i. m. [Φεταρ] Locus defossus seu depressus manu hominum, ut ibi aqua colligatur, quae hauriri inde, cum opus est, possit. Plin. 2, 97 Aestus idem triduo in mense consistit, septima, octaua, nonaque luna. Gadibus, qui est delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum: alias simul cum Oceano augetur, minuiturque: alias vero vtrumque contrariis temporibus. Virg. Georg. 3, 329 Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto Currentem ilignis potare canalibus vndam. Haec utilitas, haec amoenitas deficitur aqua salienti: sed puteos, ac potius fontes habet; sunt enim in summo etc. Plin. Epist. 2, 17. Aut fons illacrimet putei non sede profunda, Ne grauis hausturis tendentibus ilia vellat Columel. 10, 25. Alto ex puteo fursum ad summum ascendere Plaut. Mil. 4, 4, 14. Capaces putei Ouid. Met. 7, 568. Iugis, vid. Iugis in IVGVM. Pa- tens Hor. Epist. 2, 2, 135. Perennis puteus iugis aquae Id. Epist. 1, 15, 15. Abilcere se in puteos Cic. de Prouinc. Conf. 6. Aperire puteum, Excavare Vlpian. in l. Fluminum §. finali D. de damn. infect. In domo mea puteum aperio: quo aperto, venae putei praecisae sunt; an teneat? Miserum est opus demum Fodere puteum, ubi sitis fauces tenet Plaut. Most. 2, 1, 32. Haurire aquam de puteo Cic. de Diuin. 2, 31.

PVTEVM, i. n. Dixit Varro, De miris secundo de statiuis, aquis, ut sunt lacus, et stagna, et putea, et maria, apud Nonium 3, 155. Vlpian. in l. Iulian. ad finem D. de action. emt. et vend. Aedibus distractis vel legatis, ea esse aedium solemus dicere, quae quasi pars aedium, vel propter aedes habentur: ut puta puteal. Pompon. in l. mox sequente: id est, quo puteum cooperitur.

PVTEANVS, a, um. Adi. [Φρεατιανός] Quod ex puteo est, unde Aquam puteanam dicimus Plin. 14, 9.

PVTEALIS, e. Adi. [Φρεατίας] Eiusdem significationis. Ouid. in Ibin 389 Ut quos dux Poenus misit putealibus vndis. Columel. 9, 5 Praeterfluens vnda vel putealis. Aquae Vlpian. l. 1 §. 6 D. de aqua cotid. Limus putealis Ammian. 22, 16. Et quis te sitiens putealia pocula poscat Iuuen. 2, 258. Lymphae puteales Lucret. 6, 1172. Putealia signa Ciceronis, vid. PLVTEALIA sub PLVTEVS.

PVTEAL, ālis. n. Explicat Pomponius l. 14 ff. de actionib. emt. et vend. Id quo puteum operitur. Gloss. περιπόλιον. Vlpian. l. 13 §. ult. ff. de actionib. emt. et vend. Aedibus distractis vel legatis, ea esse aedium solemus dicere, quae quasi pars aedium, vel propter aedes habentur, ut puteal; quod nomen deinde Pomponii verbis, quae dedimus, declaratur. Est igitur loricae genus, quo puteus munitur, ne homo vel animal ita facile incidat. Erant porro Romae nobilia duo putealia. De uno Cic. de Diuin. 1, 33 c. 17 cum narrasset historiam Cotem autem illam et nouaculam defossam in comitio, supraque impositum puteal accepimus: i. suggestum lapideum cauum, quod indicaret hic aliquid esse defossum, quod propter religionem auferre non liceret. Βωμόν vocat eam structuram, h. e. aram Dionysius Halicarnassens, qui enarrat historiam Antiqu. 4 p. 204 med. qui addit Φεταρ, i. puteum vocari illum locum a Romanis. Nempe Puteum intellexit pro puteali: et Puteal sane signum putei est. Puteal igitur est velut paruum sacellum superne apertum. Hoc firmat Puteal Libonis, seu Scribonianum: de quo Festi locus exstat sub Sceleratus campus, mutilus ille quidem, sed vnde illud certe apparet, a Scribonio Libone fuisse locum fulgure attactum imposito puteali procuratum, ut semper foramine ibi aperto caelum pateret. Hoc Libonis puteal ab illo Nauiano diuersum, ostendit Salmas. ad Solin. p. 801 sq. Qua in re consentientem habet Spanhem. de Vsu et praest. numis. Diff. 10 p. 189 sq. ubi numos Scriboniae gentis duo profert, in quibus hoc Puteal luculenter exprimitur, quod ara videri posset, nisi adscriptum nomen PVTEAL SCRIBON. et subscriptum in altero LIBO, suspensique utrinque urcei, vasa certe hauriendo apta, rem satis declararent. Caeterum hoc Libonis Puteal in foro fuit, eo loco, ubi feneratorum et debitorum causae tractabantur. Hor. Sat. 2, 6, 35 Roscius orabat, sibi adesses ad Puteal cras. Vet. Schol. 105



Ad Puteal, in quo (*int. loco, non enim profecto in ipso Puteali*) tribunal solebat esse Praetoris. Al. Schol. Locus ad quem conueniebant feneratoros. Id. Epist. 1, 19, 8 Forum putealque Libonis Mandabo fassis. Vet. Schol. Sedes Praetoris fuit prope arcum Fabianum. Quid. de Rem. Am. 561 Qui puteal, Ianumque timet, celeresque calendas, quibus nempe soluendi etc. Persius 4, 49 Si puteal multa cautus vibice flagellas, *i. Casaubono interprete, forum teris et calefacis iniustis litibus, vel grassationibus nocturnis, et petulantia etc.* P. Victor in regione vrbs octaua ista coniungit: Iulia porticus, Arcus Fabianus, Puteal Libonis, Iani duo celeberrimos mercatorum locus: satis longo intervallo post ficum Ruminalem, cui puteal illud Nauianum adiungit Festus.

PVTEARIUS, i. m. [*Φρατορύνης*] Qui puteos fodit. Plin. 31, 3 f. 28 Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia, putearios necant.

PVTICVLAE, arum. f. Pl. Extra oppida sunt appellatae a puteis, quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius, quod putefebant ibi cadauera proiecta: qui locus publicus vltra Esquilias. Haec Varro de L. L. 4, 5 p. 12, 12. Puticuli, inquit Pompon. Festus, sunt appellati, quod vetustissimum genus sepulturae, vt puteus fuerit: vel dicti Puticuli, quia ibi cadauera putrescent. al. Puticulae. Conf. Horat. Sat. 1, 8, 8 sq.

PVTIDVS, vid. PVTEO, Ere.

PVTITIVS, pro Stulto dixit Plautus, Paullus ex Festo.

PVTO, are. [*πλάδων*] Falsa et superflua et infructifera ex quacunque re a veris et fertilibus refecare, et purgare. hinc Putari arbores et vites dicuntur. Putare, purgare est: vnde et arbores et vites putare dicimus Donat. id quod probat ex Virg. Ecl. 2, 70. Columel. 2, 8 pr. Neque arent, neque vitem aut arborem putent. Idem 6 Quinetiam compluribus annis interpositis oliuetum putandum est. Disputatio et computatio cum Praepositione, a putando, quo valet purum facere, ideo antiqui purum, putum appellarunt: ideo putator, qui arbores puras facit: ideo ratio putari dicitur, in qua summa fit pura Varro de L. L. 5, 7. Add. quae Gell. 6, 5 disputat de nomine Putus: Putare

autem veteres dixerunt vacantia ex quaque re ac non necessaria, aut etiam obstantia et aliena auferre et excidere, et quod esse vtile ac sine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores et vites, et sic etiam rationes putari dictae. Verbum quoque ipsum puto, quod declarandae sententiae nostrae causa dicimus, non signat profecto aliud, quam id

agere nos in re dubia obscuraque, vt decisus amputati, que falsis opinionibus, quod videatur esse verum et integrum et incorruptum, retineamus. Reliqua vid. in PVTVS. Festus: Putum antiqui dicebant pro Puro. vnde Putatae vites et arbores, quod decisus impedimentis remanerent purae. Haec ille. Conf. Non. 1, 112. Vitem putando

45 fingit Virg. Georg. 2, 407. Olea quo tempore putetur Cato de R. R. c. 44. Idem de Vitibus c. 32. Putare, [*νομίζω, δοκέω, οἴομαι, ἠέρομαι*] Cogitare, considerare. Ter. Eun. 4, 2, 4 Dum haec puto, praeterii imprudens villam. Multa putans, fortemque animo miseratus iniquam Virg. Aen. 6, 331. Multaque

50 dura suo tristi cum corde putabant Id. ibid. 8, 522. Tegulae duae pro vna putabuntur Cato R. R. c. 14. Recte putas Ter. Andr. 1, 1, 114. Cic. Fam. 8, 2 Puto, vt suum gaudium gauderemus. Aestimare, iudicare: Terent. Eun. 4, 7, 43 Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. THR. bene putas. Virgil.

55 Aen. 6, 719 O pater, anne aliquas ad caelum hinc ire putandum est Sublimes animas? In quo primum illud debes putare, comitiis studium esse populi, non iudicium Cic. pro Planc. 30. Praeterea quamuis solidae res esse putentur Lucret. 1, 347. Noli putare me etc. Cic. Att. 6, 1. Idem Acad. 4, 48 An non videmus hoc

60 vsu venire, vt quos Nunquam putassemus a nobis internosci posse, eos consuetudine adhibita tam facile internosceremus. Cic. Off. 1, 81 c. 23 Non committendum est, vt aliquando dicendum sit, Non putaram. Senec. de Ira 2, 31 Turpissimam aiebat Fabius Imperatori excusationem esse, Non putavi: ego turpissimam homini puto. Omnia puta,

65 omnia exspecta. Cic. pro Lege Manil. 47 Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veniant centuriatus, atque venierint? Simile est Ter. Heaut. 1, 1, 5 Putare vicinitatem in propinqua parte amicitiae, pro Aestimando ponere. Cic. pro Rosc. Amer. 33 Etiam videtis Iudices, vt omnes despiciat, vt hominem prae se Neminem putet, vt se solum beatum, solum potentem

70 putet. Idem Att. 9, 18 Haec pro certo putauimus. Cic. Philipp. 13, 21. Neque eos solum praesentes, sed multo magis nos, a quibus illi erant missi, spreuit, et pro nihilo putavit. add. Id. pro Mil. c. 24. Quinctil. 6. 2 Alius imaginem mariti pro rea proferre Magni putavit. Magni putare honores Cic. pro Planc. 11. Noli

75 spernere, nec putare parui Catul. 21, 25. Plin. 8, 3 Circumuentique a venantibus primos constituunt, quibus sunt minimi, ne Tanti praelium putetur. Non putat tua dona esse Tanti Cic. pro Cael. c. 15. Ouid. Met. 10, 618 Quid, quod amat, Tanti que putat con-

80 nubia nostra, Vt pereat? Ter. Adelph. 5, 3, 10 Mitto maledicta omnia, rem ipsam putemus. Vbi Donatus: Putemus, Tractemus, Purgemus. Idem Phorm. 4, 5, 6 Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reiiciat. G. rem ipsam putasti. Bestia damnationem pro Praetura putat Cic. Philipp. 11, 11. i. Damnationem putat esse

85 Praeturam. Putare cum aliquo argumentis Plaut. Amph. 2, 1, 45. Idem Aul. 3, 5, 52 Cedit miles, aes petit, itur, putatur Ratio cum argentario. Cato c. 5 Rationem cum domino crebro putet. Rationem secum putare, pro Cogitare, considerare Plaut. Cas. 3, 2, 25. Eleganter verbum Puto nunc absolutum, nunc cum particula Vt, inseritur, vel modestiae causa vel per ironiam. Perf. 4, 9 Hoc, puto, non iustum est. Ouid. Trist. 5, 5, 5 Lingua fauens adsit nostrorum oblita malorum, Quae, puto, dedit iam bona verba loqui. Catull.

90 15, 13 Hunc vnum excipio, vt puto, pudenter. Apul. Apol. Satis, vt puto, crinium crimen refutatum est. Ouid. de Nuce 57 Sed, puto, magna mei est operoso cura colono, Inuenies qui det nil mihi praeter humum. Vid. Paul. Leopard. Emend. 3, 6. Cic. de Amicit. 6 Sed vterque alio quodam modo: Actilius, quia prudens esse in iure Ciuili putatur. Legitur et Putabatur. Lucret. 5, 1044 Tempore eodem alii facere id non quisse putentur?

95 Puta, Imperatium, loco Aduerbiij ponitur pro Scilicet, vel Verbi gratia. Pomponius in l. Si quis §. Item si D. de hered. instit. Si ille, puta, Consul factus fuerit. tunc etc. De hoc ita Priscianus 15 de Aduerbiis, A igitur terminantia vel primitiua sunt, vt Ita, quod solum A correptam habuit, quamuis quidam Puta quoque Aduerbiium esse accipiant, ideoque

100 Persium (4, 9) id corripuisse: vt, Hoc puta non iustum est, illud male.

105 Persium (4, 9) id corripuisse: vt, Hoc puta non iustum est, illud male.

male, rectius illud. *conf.* Seru. ad Virg. Aen. 2. Vt puta, [*δοξ* Gloss. Lat. Gr.] *eodem modo dicitur.* Vlpian. in l. Iulianus §. vlt. D. de Act. emt. et vend. Aedibus distractis vel legatis, ea esse aedium solemus dicere, quae quasi pars aedium, vel propter aedes habentur, vt puta putea. *Vfus et Seneca Nat. Quaest. 2, 2. et Cels. 5, 26. et Columel. 5, 2, 4. Poëta Phallic. 37. Vid. Goclenii Problem. Grammat. 1, 28.*

PVTANS, antis. Partic. Ouid. Met. 5, 828 Nomen esse putans nymphae. *Vid. supra.*

PVTATVS, a, um. *Idem ac Purus apud antiquos. Vid. Paul. 10*

lun. ex Festo *supra.* Aurum putatum, ratio putata *ibid.*

PVTATOR, ōris. m. [*κλαδευτής, καθαριστής* Gloss. Lat. Gr.] Arborum purgator, *inquit* Donatus. Plin. 27, 8 Curatum ea scio.

omnibus fere ossibus contractis, prolapsum ex arbore alta putatorem circumdata vniuerso corpori. *add.* Id. 18, 33. Martial. 3, 58 Seras 15

putator horridus refert vvas. Vitis putator Ouid. Met. 1, 649. Pallad. 1, 6. Virg. Georg. 2, 28. Pendulus putator, *vid.* PENDEO.

*Add.* Paul. Recept. Sent. 5 t. 23 sent. 5. *it.* l. si putator C. ad l. Aquil. Varro *supra* in PUTO.

PVTATORIVS, a, um. Adi. Falces putatoriae Vlpian. in l. 20 Instrumenta D. de instruct. et instr. leg. Pallad. 1, 35.

PVTATIO, ōnis. f. [*κλαδευσις*] Opus putatoris in vite vel arbore. Cic. de Orat. 1, 249 c. 58 Vt quid sit sementis ac messis, quid arborum putatio ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat. Columel. praefat. 1. Idem 4, 17. Plur. Arnob. 25

4 p. 129 Putationes arborum. ¶ 2 *Sed pro Aestimatione*

Paulius in l. Eum, qui §. vlt. D. de iniur. et famos. libell. Nec transferri personae putatio ex persona filiorum ad eas potest. *Computatio:*

Macrob. Saturn. 1, 13 Vnus mensis vniuersam putationem imparem fecit. 30

PVTATĪVVS, a, um. Adi. [*δοκωτός*] quod putatur, nec est. Tertull. de Carn. Christ. c. 1 Qui carnem Christi putatiuam introduxit. Putatiuus habitus, putatiuus actus, imaginarius operator Idem aduers.

Marc. 3, 8. Putatiuus magister Vet. Interp. Iren. 4, 60.

PVTATĪVE. Adu. *Idem.* Interp. Iren. et Hieron. Epist. 61. 35

PVTĀMEN, inis. n. [*ἐλυτρον, κίλυδες*] Non. 2, 683 Putamina, non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta: nam quidquid ex aliqua re proicitur, id putamen appellatur. Plaut. Capt. 3, 4, 122 Nucleum amisi, reliqui pignori putamina. *Vid.* NUCLEVS.

Cic. Tusc. 5, 58 c. 20 Instituitque, vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. Putamina ouorum Plin. 40

7, 2. Testudinum putamina secare in laminas Idem 9, 11. Exteriora Putamina Scribon. 76.

PVTA, ae. f. *Dea, putationibus arborum praesidens* Arnob. 4 p. 130.

PVTOR, ōris. m. *vid.* PVTEO. 45

PVTREO, PVTRESCO, PVTREFACTVS, PVTRICAVVS, PVTRIDVS. *vid.* post PVTRIS.

PVTRIS, e. Adi. [*σάπρος*] Quod est corruptum ab humore acri, certe resolutum, etiam sine vitio. Virg. Aen. 8, 596 Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. *conf.* *Ibid.* 11, 875. Virg. Georg. 50

1, 44 Et Zephyro putris se gleba resoluit. Quo tempore, *inquit* Seruius, Fauonii flatu arua laxantur, quae fuerant praeclusa frigoribus. Putris gleba, Solubilis. *Haec ille.* Sic mox Creta. *inprimis* Solum.

Aranea putris et in vacuo textetur lecto Propert. 3, 6, 33. Arenae putres Stat. Silu. 4, 3, 126 facile nimis cedentes, et iter facientibus ob id 55

ipsum incommodae. *Sed* Colum. 1 pr. 24 in laude fertilitatis sunt. *Vid.* Solum putre. Bos Ouid. Fast. 1, 379. Campus, *vid.* *supra.*

Chartae Stat. Silu. 4, 3, 141. Cineres Idem Theb. 6, 234. Coma Martial. 4, 53. Corpus Lucret. 3, 585. Creta, quae facile soluitur, et sic apta est ad scribendum Mart. 12, 62. Hor. Epist. 1, 10, 60

49 Haec tibi dictabam post Fanum putre Vacunae. Fungi Virg. Georg. 1, 392. Stat. Theb. 1, 437 Putresque sanguineo videt imbre Genas, *i. maculatas, deformatas.* Gleba, *vid.* *supra* ex Virg. Georg. 1, 44. et *add.* Pallad. 1, 5, 1. Liber rosus tineis, et situ putris Stat. Silu. 4, 9, 10. Plin. Epist. 256 Siue Lapis ipse gracilis et putris. 65

Manimae Hor. Epod. 8, 7. Nauis putris in vacua requiescit arena Propert. 2, 25, 7. Hor. Carm. 1, 36, 17 Omnes in Damalim putres Deponent Oculos. *i. Nimio potu marcentes, et libidine resolutos.* Acron. *Huc facit illud* Perlii 5, 58 Ille In Venerem est putris. *b. e. Ita rei venereae intentus, ut emeruetur, exhauriatur, et assidua libidine resoluatur.* Os vetustate vitii putrefactum Scribon. 201. Martial. 7, 66 Palaestra putris est puluerulenta. Sanies Stat. Theb. 12, 568. Saxa Claud. in Eutrop. 2, 277. Putria sunt Saxa Senec. Epist. 12. Solum Virg. Georg. 2, 204. Sic Colum. 2, 2, 4. 2, 11, 18 etc. Nempe Putris, cum terrae epitheton est, laudabilem illius teneritatem notat, quod resoluta est, quod facile in puluerem abit, faciliusque adeo et accipit et alit semina. Spinis putribus atque deciduis Plin. 8, 37. Sulci Virg. Georg. 1, 215. Tabo putri liquentia corpora Sil. 13, 487. Tellus Stat. Theb. 6, 507. Putris in Venerem, *vid.* Oculi putres, *supra.* 80

PVTER, pro Putris antique, Varr. R. R. 1, 8, 4 Palus puter eueritur.

PVTRĀMEN, inis. n. Cyprian. de Lapf. c. 12.

PVTRICĀVVS, a, um. Adi. *Carie exesus et excauatus, nomen tributum* Lucret. 2, 859 *Sed legendum, Quae quum ita sunt tandem, vt mortalia consent, Mollis lenta, fragosa putri, caua corpore raro etc.*

PVTRIFLVVS, a, um. Adi. Eugen. Toletan. Carm. 12 Anhela tussis expuit putriflua.

PVTRILĀGO, inis. f. *Idem quod Caries, apud* Non. 1, 79.

PVTRĪDVS, a, um. Adi. [*σαπρωδής*] Corruptus. Cic. in Pi- 90

son. 1 Non enim nos color iste feruilis, non pilosae genae, non dentes putridi deceperunt. Antra Claud. de Raptu Proserp. 1, 174. al. Putria. Membra Lucan. 2, 141. Pectora Catul. Argon. 62, 351.

PVTRĒDO, inis. f. [*σαπρότης, σήπιδων*] Corruptio, resolutio. Plin. 20, 20. et 22, 24. Estur, vt occulta vitiata putredine nauis 95

Ouid. ex Pont. 1, 1, 69.

PVTRĒDVLSVS, a, um. Dimin. pro Putridulus. Voces putredulae Ammian. 22, 42.

PVTREO, ui, ēre. [*σαπρίζω, σήπηται*] Marcere, et in pus resolutum esse, vel putridum. Pacuuius Teucro, quanquam annis et aetate hoc corpus putret. Ex Non. 2, 692. Non alia, quam qua Byzantia putruit orca Hor. Serm. 2, 4, 66.

PVTRESCO, ēre. [*σήπωμαί, κατασήπωμαί*] Putridum fieri. Nil mea interest, humine an sublime putrescam Cic. Tusc. 1 c. 43. Columel. 2 Vt herbarum culms caeterisque rebus immista putrescant. 100

Cic. de Finib. 5, 38 Animum illi pecudi datum pro sale ne putresceret. Cur Ajax heros ab Achille secundus putrescit Horat. Serm. 2, 3, 193. Vestis putrescit in arca Id. ibid. 2, 3, 119. Putrescere, pro In putrem resolui, vid. Fermentare terram, in FERMENTVM.

5 PVTRESCENS, entis. Partic. Prudent. Perist. 4, 131 Dum putrescentes tenuat medullas Tabidus humor.

PVTRIBILIS e. Adi. Paul. Nolan. Epist. ad Seuer. 30 (8) n. 6 Imagines nostras non in tabulis putribilibus, neque in aeris liquentibus pinxit.

10 PVTROSVS, a, um. Adi. Putruosum vlcus Cael. Aurel. Tard. 2, 14.

PVTREFACTIO, fēci, factum, ēre. [σῆπω, κατασῆπω] Corrumperē, resoluere, putre aliquid facere. Plaut. Most. 2, 1, 30 Perfluunt tigna, putrefacitque operam fabri. Columel. 3, 12 Quum se promunt vitēs, modico tempore euocant humorem terrae iusto maiorem, qui putrefacit deposita femina.

15 PVTREFACTVS, a, um. Partic. [σπυρῶς] Primas duas corripuit Ouid. Met. 15, 389 Sunt qui quum clauso putrefacta est spina sepulcro etc. Mutari credant humanas angue medullas. Sed produxit utramque, in versu: Et tamen haec quum sint quasi putrefacta per imbres Lucret. 2, 897.

PVTREFACTIO, ōnis. f. Augustin. Epist. 147 Vulnerum putrefactione dolorem perdidimus.

25 PVTREPIO, ēri. Pallad. 1, 33 Humor abundans hoc praestabit, vt putresciant. Idem Febr. 10. et Sept. 9.

PVTRORE, ōris. m. [σπυρῶν] Idem quod Putredo. Lucret. 2, 871. Quippe videre licet viuos existere vermes Stercore de tetro, putrorem quum sibi naeta est Intempestiuus ex imbris humida tellus.

30 Sic enim legendum est, non vt in vulgatis Putorem. Lambinus. Vid. PVTOR.

PVTVS, a, um. Adi. [καθαρός] Purus: vnde Putum argentum, i. Purgatum. Alfenus Ictus apud Gell. 6, 5 respondit, esse purum

35 putum valde purum: sicut nouum nouicium dicimus, et proprium proprium, augere atque intendere volentes noui et proprii significationem. Sed refellit ista Gellius, et, lis ergo assentimus, inquit, qui putum esse dicunt a putando dictum, et ob eam causam prima Syllaba breui pronunciant, non longa — Reliqua damus in PUTO, et in ARGENTVM purum putum. Et habet eadem Non. 1, 112. Laudant

40 etiam Iuuen. Sat. 10, 19 Pauca licet portes argenti vascula puti. Et Sat. 9, 141. Sed hodie legitur Puri. Certius est illud: Sole exorto puto Varr. R: R. 2, 2, 10 quod ex optimis libris prolatum probarunt Victor. et Scaliger. Non. 4, 112 ex Varrone, Mea igitur hecatombe pura ac puta. Et ex Prometheo eiusdem, Chrysofandalus locat sibi

45 amiculum de lacte et cera Tarentina, quam apes Milesiae coegerint ex omnibus floribus libantes, sine osse et neruis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam. Plaut. Pseud. 4, 2, 31 ridicule, Eho, Polymachaeroplacides purus putus est ipse; noui. Quasi diceret, Ipse est omnino, et nullus alius prorsus: verus, non

50 adulterinus est: Verba sunt Lenonis in epistola symbolon militis agnoscen- tis. Idem in eadem 4, 7, 103 Purus putus sycophanta est. b. e. Merus sycophanta, in quo nihil probitatis inest. Festus: Putum anti- qui pro Puro dicebant: vnde Putum aurum, putatum dici solet, id est expurgatum. Superl. Cic. Att. 2, 9 Vt sciat hic noster Hiero-

55 solymitanus — quam bonam meis putissimis orationibus gratiam re- tulerit. Loquitur de iis, quibus Pompeium populo commendauerat. ¶ 2. Putus etiam Paruum vel Puerum denotat, pro quo saepe Pusus. Gloss. Puti, μικροί. Putus, μικρός. Legitur et pro eo Potus. vt Cata- lect. 118 p. 90 Dispeream nisi me perdidit iste potus. Ad quem locum

60 Scaliger deriuat hanc appellationem a πῶδη, quae vox apud Graecos id significat, quo viri sunt, et ex eodem fonte praeputium et salaputium arcessit. Nempe nutrices ait, ab illa parte, quam Putam Latine di- xerint, alumnos suos per lasciuam denominasse. Etiam femininam partem simillimo nomine hodie ab Italis vocari, notum est. Hor. Serm. 2, 3, 216

65 Putam aut Putillam, secundum Scalig. al. Pusam. Sed Bentl. ex MSS. Rufam aut Posillam, nomina propria mulierum restituit, quem hic sequitur etiam Cuningamus.

PVTILLVS, a, uni. Dimin. Vox in blanditiis adhibita, dum pue- ros putillos, et puellas putillas dixere a lasciuia nutricum, de qua in PVTVS n. 2. Sic apud Plaut. Afin. 3, 3, 104 Dic me tuam hirundinem, mone- dulam, passerculum, putillum. De putilla apud Hor. Serm. 2, 3, 216 modo diximus. conf. Voss. Etym. p. 421.

## P V X et P Y C

75 P VXIS. Scribon. 230. et alibi: vid. PYXIS.

PYCHON, i. n. Cael. 4, 3 a πῆχυς, cubitus.

PYCNĪTIS, idis. f. [πυκνίτις] Verbascum. Apul. de Herb. c. 71.

80 PYCNŌCŌMON, i. n. [πυκνόκομον] Nomen herbae, quam Plin. 26, 8 describit. Sed hodie incognita est. vid. Dioscor. 4, 169.

PYCNOSTŪLVN, i. n. vel PYCNOSTŪLOS, i. m. [πυκνό- συλον] Aedificium deambulationi aptum, cinctum columnis densioribus, modicoque interuallo a se inuicem distantibus. vid. Vitruu. 3, 2 et 3.

PYCTĀCIVM, falsa lectio est nominis PITTĀCIVM, v. v.

85 PYCTĀNON, i. n. Genus vini. Plin. 14, 6. al. Praecianum.

PYCTES, is. siue PYCTA, ae. m. [πύκτης] Pugil dicitur. Lamprid. in Heliog. c. 25 Gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi et pyctas frequenter exhibuit. vid. Casaub. Hinc Columel. 8, 2 Gal- linaceum in certaminibus gallorum pugnacem, Pyctem vocat. Plin. 7, 47

90 Euthymus pycta semper Olympiae victor. Senec. Controu. 1, 3 extr. Aut athleta aut pyctes est. Sic Apollonius pycta Idem Nat. Quaest. praef. 4. Martial. 11, 85 Haec quaecunque meo numerasti stigmata mento, In vetuli pyctae qualia fronte sedent. Add. Phaedr. 4, 24, 5 c. not. Gud. Tertull. de An. c. 46 et adu. Gnost. c. 6. Pyctas

95 a Pammachis distingui ostendit P. Faber Agonist. c. 9.

PYCTĀLIS, e. Adi. i. Pugillaris. Seru. in Virg. Aen. 5, 373 Victus est pyctali certamine.

PYCTOMACHARIVS, i. m. Idem quod Pyctes, vel pugil.

100 Firmic. 8, 8 Hunc locum si Mars respexerit, stadiodromos facit: si Luna cum Marte, pyctomacharios.

## P Y D et P Y E

PYDNA, ae. f. Vrbs Macedoniae in Pieria iuxta sinum Thermai- cum. vid. Geogr. conf. Nep. 2, 8, 5. et Iustin. 14, 6. etc.

**PYELVS**, i. m. [*πέλος*] *Labrum balneatorium, in quo lauatur, folium. Restituit Lambinus Plauto Stichus 4, 1, 62 Postea ibo lauatum in Pyelum, (legebatur Pylum) ibi fouebo senectutem meam. Probat etiam Salmastius.*

## P Y G

**PYGA**, ac. f. [*πυγή*] *Podex, nates. Horat. Serm. 1, 2 extr. Ne numi pereant, aut pyga, aut denique fama. De iis loquitur, qui in adulterio deprehensi, luere illa parte cogebantur, vel ut ipsi libidinem alienam pathici exciperent, vel raphanismo, mugile etc.*

**PYGIACVS**, vel **PYGICIACVS**, a, um. *Adi. Petron. c. 140 Puellam inuitabat ad Pygiaca sacra.*

**PYGARGVS**, i. m. [*πύγαργος*] *Caprea quaedam filuestris, non dissimilis damis. Plin. 8, 53 Sunt et damae et pygargi, et streplices rotes, multaue alia haud dissimilia. Iuuen. Sat. 11, 138*

Apud quem

Sumine cum magno lepus atque aper, et pygargus,  
Et Scythicae volucres.

**Pygargos pro quodam Aquilarum genere accipit Plin. 10, 3. Secundi generis (inquit) pygargus, in oppidis mansitat, et in campis, albicante cauda.**

**PYGMAEVS**, i. m. [*πυγμαῖος*] *Pygmaei, Populi sunt ad extremos fines Indiae. De quibus Plin. 7, 2 Super Astomos extrema in parte montium Spithamaei Pygmaei narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes, salubri caelo, semperque vernante, montibus ab Aquilone oppositis: quos a gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est, insidentes arietum caprarumque dorsis, armatos sagittis, Veris tempore, vniuerso agmine ad mare descendere, et ova pullosque earum alitum consumere: ternis eam expeditionem mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum luto pennisque, et ouorum putaminibus construi. Aristoteles in cauernis viuere Pygmaeos tradit. Caetera de his vt reliqui. Haecenus Plin. In Thracia quosque Pygmaeorum gentem fuisse, idem Plinius 4, 11 scribit, quod secutus videtur Iuuen. Sat. 13, 167*

Ad subitas Thracum volucres, nubemque sonoram  
Pygmaeus paruis currit bellator in armis.

Mox impar hosti, raptusque per aëra curuis  
Vnguibus a faeuia fertur grue, si videas hoc

Gentibus in nostris, risu quatere: sed illic

Quanquam eadem assidue spectentur praelia ridet

Nemo vbi tota cohors pede non est altior vno.

*conf. Gell. 9, 4. Albertus, Simiarum genus, Pygmaeos, non homines esse tradit.*

**PYGMAEVS**, a, um. *Adi. [Πυγμαῖος] Mater pygmaea, i. Ge-rana matrona, a Pygmaeis olim culta, sed a Iunone in gruem conuersa Ouid. Met. 6, 90. Idem Fast. 6, 176 Nec quae Pygmaeo sanguine gaudet auis. i. Grus. Virgo Pygmaea Iuuen. Sat. 6, 505. i. Paruula, pumilio.*

**PYGMALION**, vid. **PIGMALION**.

**PYGMARIS**, e. *Adi. Suet. Calig. 26, 9 Gladiatores pygmares. ex πυγμαί, pugnis. Al. Pegmares. vid. Pitisc. Lex.*

## P Y L

**PYLA**, ac. f. [*πύλη*] *Latine dicitur Porta. Vnde Thermopylae in angustiis Thessaliae dictae sunt. Cic. Att. 5, 20 Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas. Vid. Graeu. in loc. conf. Curt. 3, 4, 2 et 11.*

**PYLADES**, is. m. [*Πυλάδης*] *Strophii filius, Agamemnonis amicissimus. nec ipse eius filii Orestis minor amicus, quem nunquam deseruit. Ouid. ex Pont. 2, 6, 25 Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati. De Pyladis et Orestis amicitia, scripsit Cic. de Finib. 2, 84. Ouid. ex Pont. 3, 2. et Martial. 6, 11 Vt praestem Pyladen, aliquis mihi praestet Orestem. conf. Stat. Silu. 2, 6, 54. et Iuuen. Sat. 16, 26. Est et Pylades Pantomimi nomen, de quo Scalig. ad Euseb. p. 255. Hunc in comoedia, vt Bathillum in tragoedia, excelluisse tradit Seneca Controu. praef. 3.*

**PYLAICVS**, a, um. *Adi. Pylaicus conuentus Liu. 33, 3. Pylaicum concilium Liu. 31, 32. vid. supra AMPHITIONES.*

**PYIÖRVS** i. m. [*πυλωρός*] *Ad verbum Ianitor, est Intestinum, de quo Galen. 6 de Anatom. administrat. Ianitor est ventriculi, qui ad dextram prope iecur situm habet. Cels. 4, 1 Inde ima ventriculi pars paullum in dexteriolem partem conuersa in summum intestinum coartatur. Hanc iuncturam πυλωρόν Graeci vocant, quoniam portae modo in inferiores partes ea, quae excreturi fumus, emittit.*

**PYLOS**, vel **PYLVS**, i. m. [*Πύλος*] *Achaiae vetusta ciuitas in agro Messenio, quem Coryphasium Graeci nominauerunt: a Sparta, stadia circiter quadraginta sita, vt Thucydides 4 scribit: Nestore alumno, qui Pylus inde cognominatus est, celebris. Ouid. ex Pont. 1, 4, 10 Crede mihi, Pylis Nestore maior ero. De Pylo multa Strabo 18. Ouid. Epist. 1, 63 Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arua misimus; incerta est fama remissa Pylo. Nestoria Pylos Senec. Herc. furent. 7. Tres constat fuisse eiusdem nominis vrbes in Peloponneso, quae de Nestore tanquam alumno certabant. Vnde Prouerb. Est Pylus ante Pylum, siquidem est Pylus altera sane. vid. Chiliad. et Plutarch.*

**PYLIVS**, a, um. *Adi. [Πύλιος] Agri Pylis Ouid. Met. 2, 684. Pylus, idem quod Nestorius: Aeuum Pylum Martial. 4, 1. Sil. 15, 459 Ille foro auditus quum dulcia solueret ora, Aequabat Pyliae Neleia verba senectae. Aequarint Pylis quum tua fata dies Ouid. Trist. 5, 5, 62. vide Strabon. 8. et Melam 2, 3.*

## P Y R

**PYR**, pyros. [*πῦρ*] *Latine dicitur Ignis: a quo multa per com-positionem fiunt.*

**PYRA**, ac. f. [*πυρά*] *Rogus, lignorum congeries. Virg. Aen. 11, 204 Innumeras struxere pyras. In his cremare corpora antiqui consuerunt. Accensa pyra Ouid. in Ibin 38. Atra Sil. 8, 52. Ouid. Fast. 2, 534 Paruaque in exstructas munera ferre pyras, al. Exstinctas. Erigere pyram Virgil. Aen. 4, 494. Struere ingentem pyram Id. ibid. 6, 215. Id. ibid. 11, 204.*

**PYRACMON**, ðnis. m. [*Πυράκμων*] *Inter Cyclopes, Vulcani famulos, numeratur. Virgil. Aen. 8, 424 Ferrum excercebant vasto Cyclopes in antro, Brontesque, Steropesque, et nudus membra*

**Pyracmon.** Securifer Pyracmon Ouid. Met. 12, 460. *conf.*

Claud. Conf. Honor. 3, 195. et de Rapt. Proserp. 1, 241. *vid.* BRONTES.

**PYRACANTHA**, ae. f. [*πυράκανθα*] Frutex est quem Dioscorides 1, 22 *Oxyacantham* vocat, piri folio, myrti baccis, spinis asperri-  
mus. Huius baccas scribit Plin. 24, 13 contra serpentium ictus bi-  
bi; Nicander etiam in Theriac. p. 60 commendat in primis aduersus  
serpentes et scorpiones, *Λάξο καὶ πυράκανθαν ἰδὲ φλόμα ἄρρενος*  
*ἄνδρην.*

**PYRĀLIS**, is. f. [*πυράλις*] Pennatum animalculum, magnitu-  
dine muscae, igne proueniens: vnde et nomen ei a quibusdam Pyrau-  
stae datum est. Quamdiu est in igne, viuit: quum euasit longiore  
paullum volatu, tunc emoritur *Ex* Plin. 11, 36. *Id.* 10, 74. *ubi*  
*vid.* Harduin.

**PYRAMA**, ut legit Sipontinus, vel potius **PHYRAMA**, ae. f.  
Lacrymae genus ex Metopio arbore stillans pingue et resinofum  
Plin. 12, 28.

**PYRĀMIS**, idis. f. [*πυράμις*] Moles maxima in quadrata basi  
ita constructa, ut e lato in acutum tendat in formam flammae, quae latior  
furgens, in acutum desinit: quales Romae adhuc exstant duae, iam vetu-  
state fatiscientes. Pyramides erant in Aegypto, Structurae ex qua-  
dratis lapidibus admirandae, fastigiatae ultra omnem excelsitatem quae  
manu fieri posset, ut scribit Solinus c. 45 *extr.* Et sub eis sepulti reges.  
*vid.* Plin. 36, 5 et 12. Plures in Aegypto passim exstiterunt, nullae tam-  
en clariores tribus illis, quarum Pomponius Mela 1, 9 meminit, quae

orbem implere fama, conspicuae vndique ad nauigantibus, sitae in  
parte Africae, monte saxeo sterilique inter Memphim oppidum et  
Delta. *vid.* Tacit. Annal. 2, 61. Ammian. 22, 15. Martial. Specta-  
cul. 1. Lucan. 9, 155 Non mihi pyramidum tumulis euulsus  
Amasis. Pyramidem pulchriorem quam sphaeram videri. Cic. de

Nat. Deor. 2 c. 18. Forma pyramidis *Id.* *ibid.* 1, 24. Saxa  
pyramidum Stat. Silu. 5, 3, 50. Nam neque pyramidum sumtus  
ad sidera ducti Propert. 3, 1, 57.

**PYRAMIDĀTVS**, a, um. Adi. [*πυραμιδωτός, πυραμιδαδής*] In  
formam pyramidis factum. Cic. de Nat. Deor. 1, 66 c. 24 *Esse* cor-  
puscula quaedam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angu-  
lata, et quaedam pyramidata, curuata quaedam et quasi adunca. Sed  
Vetustiora exemplaria omittunt haec verba, Et quaedam pyramidata.  
Nec recepit Grut. Gronou. etc.

**PYRĀMVS**, i. m. [*Πύραμος*] Adolescens Babylonius, qui amore  
Thibes amatae se ipsum interemit, eaque re mortis illi causa fuit. Pulcher-  
rime narrat Ouid. Met. 4, 55 *segg.* ¶ 2 Est et Pyramus,

Ciliciae fluuius, teste Pomponio Mela 1, 13 de quo et Cydno digna sunt  
lectu in Arriano et Curtio 3, 47. et 7, 5. de hoc quoque exstat illud ora-  
culum, Tunc erit vndifonus late quum Pyramus olim Litora perfun-  
dens, Cyprum labetur in almam. *conf.* Cic. Fam. 3, 11.

**PYRAMEVS**, a, um. Adi. Arbor pyramea, i. Morus, cuius fructus  
a sanguine Pyrami et Thibes rubent. P. Seren. Sammonic. c. 29, 550.

**PYRĀTICVM**, i. n. Potus ex pyris. Hieron. adu. Iou. 2.  
*conf.* Voss. de Vit. L. L. 3, 35. al. Pyraceum. Optimum forte Piratum.

**PYRAVSTA**, ae. f. [*πυράστis*] Animal in igne viuens. *vid.*  
**PYRALIS.** Pyrausta, apud Aristotelem de Histor. Animal. 8, 27.  
Vermiculus est, quem et Cleron vocat, aranei specie, nocens fauis. Alia  
de pyrausta vel pyralide tradit Plin. 11, 36. Adde Casp. Schotti Physic.  
Curios. 7, 8, 1. et Cbil. Erasim.

**PYREICVS**, i. m. Egregius sculptor in paruis imagunculis  
fuit. Vnde sic cecinit Propert. 3, 9, 16 Pyreicus parua vindicat  
arte locum. Alti vero Praxitelem propria vindicat arte lapis. De-  
nique Brouekh. 3, 7, 16 Praxitelem Paria vindicat vrbe lapis. *vid.*  
Plin. 35, 10.

**PYREN**, enis. m. Gemma ab oliuae nucleo sic dicta: huic ali-  
quando inesse piscium spinae videntur Plin. 37, 11 f. 73. al. pyrena.

**PYRĒNE**, PYRENIS, *vid.* PIRENE.

**PYRENE** et **PYRENAEVS**, i. m. Prima communi. [*Πυρήνη*  
*καὶ Πυρηναίος*] dicitur, et numero multitudinis Pyrenaei montes, qui  
Gallias Hispaniasque determinant, promontoriis in duo diuersa maria  
proiectis Liu. 21, 60. Plin. 3, 3. Strabo 3 Pyrenes (*inquit*)  
latus in Hispaniam vergens consitum est variis arboribus, materiae multi-  
tudine, et quae semper virens germinet: alterum autem Galliam spectans,  
nudam omnino. Nomen accepit a fulminum ictu. Silius a Pyrene

Bebrycis filia dici fabulose tradit 3, 4, 25 etc. *vid.* Drakenb. Diodo-  
rus 6 ubi de Pyrene, Ferunt (*inquit*) praescis temporibus igne a pastoribus  
inieceto, montanas omnes regiones fuisse combustas, qua ex re montes  
aiunt cognominatos Pyrenaeos. Tibull. 1, 8, 9 Tarbella Pyrene

Testis et Oceani litora Santonici. Sil. 3, 417 Pyrene celsa nimbofi  
verticis arce. Aufon. Ep. 24, 69 — bimaribus iuga ninguida Pyrenaei.  
Populi Pyrenes Sil. 1, 190. Montis Pyrenaei frondosa cacumina

Idem 3, 415. Est etiam ¶ 2 Pyrenaeus, i. m. Germa-  
niae mons. *Vid.* Bernegg. ad Suet. Caes. c. 25. et Viri docti ad Plin.  
Pan. 14, 2.

**PYRĒNAICVS**, a, um. Adi. Aufon. de Clar. Vrb. in Narbon.  
6 Qua Pyrenaeicis niuibibus dirimuntur Iberi.

**PYRĒNEVS**, i. m. Trifyll. [*Πυρηναίος*] Rex Thraciae, qui  
Daulida Phocidis urbem occupauit: ubi quum quodam die pluuioso Musas  
ad Parnasum euntes vidisset, ut domum suam subirent, donec pluuia ces-  
saret, inuitauit. Quum vero iam imber cessaret, Musaeque discedere  
vellent, Pyreneus clausis foribus, illis vim inferre parabat. At Musae  
in aues conuersae euolauerunt: quas quum persequi vellet, ex arce se dans  
praecipitem caput terrae illisit, sicque expirauit. Describit Ouid.  
Met. 5, 274 Omnia terrent Virgineas mentes dirusque ante ora  
Pyreneus.

**PYRETHRVM**, i. n. [*πύρεθρον*] Herba medicinalis, linguam  
adurens et mordicans. Eius folia in acetariis probantur, radice vtun-  
tur pigmentarii Plin. 28, 9. Scribon. 69. 155. 167. Radix py-  
rethri 55. Radicula 9. Ouid. de Arte Am. 2, 418 Tritaque  
in annofo Flaua pyrethra mero, inter stimulantia Venerem memorat.  
*Conf.* Apic. 4, 5. et 7, 5. et Seren. 99. Cels. 5, 4 et 19.

**PYRĒTVS**, i. m. [*πύρεθς*] Febris ab incendio appellata: quem-  
admodum apud nos febris a feruore. ¶ 2 Penult. producta,  
est proprium nomen centauri. Ouid. Met. 12, 449 Quid tibi victorem  
gemini Periphanti Pyreti.

**PYRGI**, ōrum. m. Pl. [*Πύργος*] Oppidum est Hetruriae, au-  
stiore Plin. 3, 5. Veteres Pyrgi Virg. Aen. 10, 184. Vbi Seruius:  
Hoc castellum nobilissimum fuit ex eo tempore, quo Tusci pyriticam  
exercuerunt, nam illic metropolis fuit. Litoreos Pyrgos vocat  
Martial. 12, 2.

**PYRGIS**, is. f. *Herba, quae et Cynoglossa.* Apul. de Herb. c. 96.

**PYRGO**, us. f. *Nutrix filiorum Priami.* Virg. Aen. 5, 645.

**PYRGOPOLINICES**. Plautinus Sidon. Ep. 1, 9 *Militis Gloriosi Nomen, quasi tu turrium urbiumque victorem dicas. Etenim*

**PYRGOTĒLES**, is. m. [*Πυργοτέλης*] Gemmarum sculptor artificiosissimus, a quo tantum Alexander Magnus se in gemmis sculpi passus est, edictoque alios vetuit. *Vid. Plin. 37, 1. Rursum 7, 37.*

**PYRGVS**, i. m. [*πύργος*] *Turris Latine dicitur.* Liu. 27, 32 Postero ad castellum, Pyrgum vocant, copias eduxit. Rutil. Itiner. 223 Pyrgique recedunt. ¶ 2 Pyrgus, est Vasculum

in turriculae figuram conformatum, ex quo tali in alueum coniciebantur, ne si manu iacerentur, fraus a lusoribus admitteretur. Itaque Turriculam appellat Martial. in *lithmate* 14, 16. Latino nomine, quod Graeco *πύργος* fere aequaliter respondet, Quae compositos manus improba mittere talos: Si per me misit, nil nisi vota facit. Hor. Serm. 15

2, 7, 17 — Qui pro se tolleret, atque Mitteret in pyrgum talos. Sed phimum ibi meliores. Vetus Epigramma editum a Salmasio ad Vopisci Procul. p. 744 Hack. In parte alueoli pyrgus velut vna re-

sedet, Qui vomit internis tesserulas gradibus etc. Imitatus videtur illud Auson. Professor. 1, 27 Alternis vicibus quae praecipitante rotatu-Fundunt excisi per caua buxa gradus. *Vid. reliqua sub* Scripto-

rum XII lusus. Sidon. Apoll. Epist. 5, 17 Altera ex parte frater meus Domnicius — tesseras ceperat, quatiebatque (sine dubio in *fritillo*) quo velut classico ad pyrgum vocabat aleatores.

**PYRHOPOECILOS**, vid. **PYRRHOPOECILVS**.

**PYRIĀSIS**, is. f. [*πυρίασις*] *Lapis pretiosus.* Plin. 37, 11. f. potius **Pyritis**.

**PYRIO**, are. a *πυριάζω*, *Calefacere.* Petron. Fragm. c. 73. vid. *Reines. h. l.*

**PYRIPHLEGĒTHON**, ontis. m. [*Πυριφλεγέθων*] *Fluvius igne* 30 *ardens apud inferos.* Mart. Capell. 2, 40.

**PYRITES**, ae. m. [*πυρίτης*] *Lapis, sic dictus quod plurimus illi ignis sit: unde hunc nos igniarium vocamus. Quidam etiam Vitium* vocant, qui clauo, vel altero percussus lapide, scintillas edit. Plin. 36;

19 pr. Molarem quidam Pyriten vocant, quoniam sit plurimus ignis 35 illi. Sed est alius etiamnum Pyrites, similitudine aeris. In Cypro eum reperiri volunt, et in metallis — Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis, quos viuos appel-

lamus, et ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maxime necessarij, qui clauo vel altero lapide percussi, scintillas edunt: quae 40 exceptae sulphuratis aut fungis aridis vel foliis, dicto celerius ignem praebent. *Vid. Turneb. Aduers. 6, 9. et Viri docti ad Grat. 404.*

**PYRÖBÖLVS**, i. m. [*πυρόβολος*] *Telum ardens, quod cum flamma emittitur.* Plutarch. in *Dione.*

**PYROBOLARIVS**, i. m. *Iaculator pyrobolorum. Ita Beroald.* 45 *ad Apul. Met. 4, 459 legendum censet apud Firmicum Mathes. 8 Nati sub fidere Caniculae, erunt venatores, arenarii, pyrobolarii. al. Parabolarii.*

**PYROCÖRAX**, acis. f. [*πυροκόραξ*] *Auis luteo rostro, nigra. Alpium incolae* Plin. 10, 48 f. 68. *Sed Hard. Pyrho corax.* 50

**PYRÖDES**, ae. m. [*πυρόδης*] *Lapis, qui et Pyrites dicitur.* ¶ 2 *Fuit et Cilicis filius hoc nomine, qui primus ex filice excussisse ignem dicitur, quemadmodum asseruisse in scedula Prometheus.* Plin. 7, 56.

**PYROIS**, f. **PYROEIS**, entis. m. Trisyll. [*Πυρός*] *Nomen* 55 *vnus ex equis Solis, quasi ardens, nam quatuor esse perhibentur: Pyrois scilicet, Aethon, Phlegon, Eous. Ouid. Met. 2, 153 Interea volu-*

eres Pyrois, et Eous, et Aethon, Solis equi, quartusque Phlegon. Val. Flacc. 5, 432 Et formidantem patrios Pyroenta dolores. ¶ 2

*Martis sidus sic appellatur, ab igneo colore.* Columel. 10, 290 Nec 60 *Sirius ardor Sic micat, aut rutilus Pyrois, aut ore corusco, etc.* Cic. de Nat. Deor. 2, 54 *Stellae Iouis proximum inferiorem orbem tenet Pyrois, quae Stella Martis appellatur. Petro igneum esse Mar-*

*tem testatur his verbis Plin. 2, 8 Tertium sidus Martis, quod quidam* *Herculis vocant, ignei, ardentis a Solis vicinitate. Et 18* 65 *Stus*

*quidem cuique color est, Saturno candidus, Ioui clarus, Mar-* *ti igneus.*

**PYROPOECILOS**, vid. **PYRRHOP.**

**PYRÖPVS**, i. m. [*πύρωπος*] *Genus carbunculi, ut nonnullis pla-* *cet. Ouid. Met. 2, 2 Clara micante auro, flammisque imitante pyro-* 70 *po. Inducto pyropo fulgebat parma Propert. 4, 11, 21. Pluma*

*rubro clara pyropo Lucret. 2, 802. Genus aeris, Plin. 34, 8 Idem-* *que (sc. aes) in uncias additis auri scrupulis lenis, praetenui pyropi*

*braetrea ignescit. h. e. ut Isidorus 16, 19 explicat, Praetenui bra-* *etrea ignescit, et imitatur flammam, unde et pyropum dicitur.* 75

**PYROSACHNE**, es. f. [*πυρός ἄχνη*] *Thymelaea frutex, de qua* *abunde Plin. 13, 21 Et in quo (inquit) nascitur granum Gnidium,*

*quod aliqui linum vocant. Fruticem vero Thymelaeam, alii Chame-* *laeam, alii Pyros Achnen, alii Cnestron, alii Cneoron. Est simi-* 80 *lis oleastro, foliis angustioribus, gummosis, si mordeantur, myrti*

*magnitudine, semine, colore, et specie farris, ad medicinae tantum* *vsum. Conf. Diosc. 4, 166.*

**PYROSAGRIOS**, i. m. [*πυρός ἄγριος*] *Quasi tu triticum agreste* *dicas, al. Chelidonia. Apul. de Herb. c. 73.*

**PYRÖLE**, es. f. [*Πύρωλη*] *Inter Deli insulae antiqua nomina* 85 *refertur a Plin. 4, 12 f. 22 igne, ut ait, ibi primum reperto. Pyr-* *pole rectius, ut ostendit Salmas. ad Solin. p. 126, a. G.*

**PYRRHA**, ae. f. [*Πύρρα*] *Quae cum Deucalione marito Poëtis* *dicitur humanum genus reparasse, ut latissime scribit Ouid. Met. 1, 350*

*etc. Iuven. Sat. 15, 30. vid. THESSALIA. Sacculum graue* 90 *Pyrrhae Hor. Carm. 1, 2, 6.*

**PYRRHĪCHA**, ae. siue **PYRRHĪCHE**, es. f. [*Πύρρηχη*] *Saltatio Graecanica antiquissima, Mineruae inuentum vel Curetum, ut ait*

*Dion. Halic. 7 p. 476, 40. Vid. quos laudat Perizon. ad Aelian. V. H.* 95 *3, 8. Plato de Leg. 7 fin. Pyrrhicha est, quae motiones corporis imi-*

*tatur, ictus iactusque declinantis et vitabundi, omnifariamque cedentis,* *in altum etiam subsilientis, et sese succiduo poplite demittentis: rursus-* *que contrarios his motus pyrrhicha imitatur, eos scilicet, qui in habitus* *corporis actuosos feruntur: quales eius sunt, qui sagittarum missilium-* *que iaculationes effingere motu corporis, plagarumque et petitionum multi-* 100 *plicium imitamenta assequi implereque contendit. Plin. tamen 7, 56 vide-* *tur pyrrhichem ab enoplia distinguere, his verbis: Saltationem arma-* *tam Curetes docuere: pyrrhichen Pyrrhus. Suet. Caes. c. 39 Pyr-* *rhicham saltauerunt Asiae Bithyniaeque principum liberi. Id. Ne-*

ron. c. 12 Exhibuit et pyrrhichas quasdam e numero epheborum. Add. Solin. c. 16. Apul. Met. 5 p. 163.

PYRRHICHARIVS, i. m. [πυρρῆχίης] Saltator pyrrhichae. Legitur et more antiquo Purrhicharii. Vid. Vlpian. l. 8 §. 11 D. de poenis.

PYRRHIACHVS, a, um. Adi. Adfertur Liu. 31, 32 Quum legibus cautum esset, ne de pace, belloue, nisi in Panaetolico, et Pyrrhiacho concilio ageretur. Sed recte editur hodie Pylaico.

PYRRHICHIVS, i. m. [πυρρῆχίος] Genus pedis constans e duabus breuibus, ut Deus. Sic dictus ἀπὸ τῆς πυρρῆχης, saltationis genere: vel ἀπὸ τῆς πυρρῆχης, Curetum deo, de quo meminit Pausanias 3. Vititur Quinctil. 9, 4. Et Sidon. Epist. 4, 3.

PYRRHO, ōnis. m. [Πύρρων] Nomen Philosophi, a quo Philosophi PYRRHONII dicti, quos Graeco cognomento σκεπτικῶς, id est consideratores appellant. Nihil enim decernunt, sed in quaerendo semper considerandoque se esse dicunt. Locus classicus Gell. 11, 5. Add. Cic. de Orat. 3, 17.

PYRRHOCORAX, Aus rostrum habens luteum, in Alpibus frequens. Plin. 10, 48. al. Pyrocorax.

PYRRHOPOECILVS, i. m. [πυρρηνόπειλος] Marmoris genus, quod et a Syene Thebaidis urbe, circa quam effodiebatur Syeniticum dicebatur: siue lapis Syenites. Plin. 36, 8 et 22. al. Pyropoecilus.

PYRRHVS, i. m. [Πύρρος] a rufo s. igneo pilorum colore dictus primum filius Achillis, qui alias Neoptolemus vocabatur; conditor regni Epirotici. Vid. Iustin. 17, 3. Ouid. Epist. 8, 3 Pyrrhus Achillides, animosus imagine patris.

¶ 2 Ex huius posteritate oriundus ille nobilis hostis Romanorum, cuius res itidem breuiter enarrat Iustin. 17, 3. et 18, 1 sq. Ferox Lucan. 1, 30. Immanis Iuuen. Sat. 14, 162.

PYRVVS, i. f. [ῥύπιος] rectius PIRVS, nec enim Graecum nomen est: Vid. Voss. Etym. p. 393. Arbor nota. Virg. Georg. 4, 145 Eduramque pirum, et Spinus iam pruna ferentes. Inferere piro

Idem Eclog. 1, 74. Flos piri Virg. Georg. 2, 72.

PYRVM, melius PIRVM, i. n. [ῥύπιον] Fructus, de quo multa apud Plin. 15, 15. Autumnalia pira, vid. AVTVMNVS. Cucurbitina, vid. CVCVRBITA. Decumana, vid. Decumanus, in

DECEM. Libralia Plin. 15, 11 ad finem. Mammosa, vid. MAMMA. Onychina, vid. Onychinus, in ONYX. Ordeacea, vid. ORDEVM.

Infitiua decerpens pira Hor. Epod. 2, 19. Segnina pira Scribon. 104. Ollareposita pira 104. Vesci piris

Hor. Epist. 1, 7, 14. ¶ 2 Pyrum vulgo appellabatur Locus,

ubi Martialis habitabat, ut ipse indicat, 1, 118, 5

Non est quod puerum, Iuperce, vexes:

Longum est, si velit ad Pyrum venire:

Et scalis habito tribus sub altis.

PYRATICVM, s. PYRATVM, vid. supra loco suo.

## P Y S

PYSMA, ātis. n. [πύσμα] Interrogatio ad quam unica tantum voce respondendum est. Martian. Cap. 5 p. 171.

## P Y T

PYTHAGORAS, ae. m. [Πυθαγόρας] Samius Philosophus, patre Demarato locuplete ac negotiatore, in Aegyptum primo, mox Babyloniam, discendi cursus siderum gratia profectus est. Inde regressus, in Cretam ac Lacedaemonem peruenit, ut Lycurgi et Minois inclytas ea tempestate leges agnosceret. Deinde in Italiam transmittens, Crotona consedit, ubi Populos assuetos luxuriae, auctoritate ac doctrina, ad frugalem cultum reuocauit. Pythagoras itaque quum multos annos Crotona egisset, Metapontum migravit, ibique decessit. Cuius tanta fuit admiratio, ut eius ex domo templum facerent, eumque pro deo colerent. Haec excerpta ex Iustino 20, 4. Add. Cic.

Tulc. 4 pr. Id. de Nat. Deor. 1, 5. et 3, 8 etc. Renati Pythagorae arcana Hor. Epod. 15, 21.

Pythagoras enim dicebat animas post mortem transire in aliena corpora: seque in bello Troiano fuisse Euphorbum Panthoi filium, qui interfectus a Menelao, iterum reuixit factus Pythagoras. Hic ante et in Homerum dicitur renatus,

postea in pauonem, postremo in Ennium Poetam. Acron in Hor.

Carm. 1, 28, 10. Faba Pythagorae cognata Hor. Serm. 2, 6, 63.

Pythagoras enim non solum ab omnibus animalibus, sed etiam a faba abstinuit, quod viridis in pyxide atrea feruata vertitur in sanguinem.

Vnde fertur maluisse in latrones incidere, quam per fabae segetem

transire, quum aliunde refugium non haberet. Fabam quoque animal esse dicebat, quod cocta sanguinis humorem ex se emitteret.

Haec Acron: quae a Graecis multo disputantur subtilius, certe copiosus: sed huius loci non sunt.

PYTHAGOREVS, a, um. Adi. [Πυθαγόρεος] Qui sectam Pythagorae sequitur, hominum et dogmatum epitheton. Quinctil. 1, 12 Non

contentus disciplinis, quas praestare poterant Athenae, non Pythagoreorum, ad quos in Italiam nauigauerat, Aegypti quoque sacerdotes

adiit. de Platone. Referta quondam Italia Pythagoreorum fuit

Cic. de Orat. 2, 154. Hor. Epist. 2, 1, 52 Pythagorea somnia.

Cic. de Senect. 58 Audiebam Pythagoram, Pythagoreosque incolas

paene nostros, qui essent Itali Philosophi quondam nominati, etc.

PYTHAGORICVS, a, um. Adi. [Πυθαγόρεος] Idem. Cic.

de Diuin. 1, 62 Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne

faba vescerentur. Pythagorica prudentia Valer. Maxim. 4, 7, 10.

Philosophia Plin. 13, 13.

PYTHAGORISTAE, arum. m. Pl. Quomodo a Pythagoricis differant, disputat scholiastes Theocriti in Eidyll. 14, 5. Vid. Wolff.

ad Origen. Philosophumena p. 45. Breuiter, qui ipsum Pythagoram audierant Pythagorici, horum discipuli autem Pythagorei; Pythagoristae

denique externi horum aemuli. Vid. Menag. ad Laert. 8, 38,

PYTHAGORISSO, are. Apul. Florid. 2 extr. p. 352.

PYTHAVLA, et PYTHAVLES, ae. ni. [πυθαυλῆς] Tibicen, qui in urbe Pytho paeanes in honorem Apollinis Pythii canebat.

Hinc translata vox ad illos tibicines, qui in comoediis tragoediisque canebant. Varro apud Non. 2, 743 Priusquam in Orchestra Pithaulas in-

flet tibias, domi suae ramices rupit. Hygin. Fab. 2, 273 His quo-

que ludis pythaulae, qui Pythia cantauerunt. Conf. Diomed. p. 489.

Senec. Epist. 76. Vopisc. Carin. 19 c. not. Salm. qui ubique Pythaulen

legi vult, nusquam Pithaulen p. 820 199. Conf. Voss. Inst. Poet. 2 p. 181.

Turneb. Adu. 11, 25. Bartholin. de Tib. Vet. p. 412.



PYTHEVS, *vid.* PITHEVS.

PYTHIAS, *ae. m.* *Damonis amicus, qui tamen Plutarcho et Iamblicho dicitur Φυθίας.* Cic. Off. 3, 14. Val. Max. 4, 7, 1 ext. *Vid.* DAMON.

PYTHIS, *is. m.* *Eximius sculptor et pictor, quem tamen a Timagora Chalcidense, apud Delphos in picturae certamine, superatum narrat Plin. 35, 9. Idem Plin. 36, 5 In summo (inquit) est quadriga marmorea, quam fecit Pythis.*

PYTHIVS, *i. m.* [Πύθιος] *Cognomen Apollinis a pythone dracone, quem ipse in prima infantia sagittis interfecit, Iunonis nutu immissum, ut fingunt Poetae. Alii ἀπὸ τῆς πυθάνουσαι, quod est interrogare et consultare.* Cic. pro Font. 20 Galli Delphos usque ad Apollinem Pythium profecti sunt. Hor. Carm. 1, 16, 6 Non adytis quatit Mentem sacerdotum incola Pythius. Propert. 2, 23, 16 Pythius in longa carmina veste sonat. *Conf.* Macrob. Saturn. 1, 17. ¶ 2 19

*Inde vaticinantes Phoebades, Pythiae cognominantur, ut scribit Strabo 9. Cic. de Divin. 1, 79 Nam terrae vis Pythiam Delphis incitabat, naturae Sibyllam.* Lucret. 1, 740

Fundere fata

Sanctius, et multo certa ratione magis, quam

Pythia, quae tripode a Phoebi, lauroque profatur.

PYTHIVS, *a, um.* *Adj.* [Πύθιος] *Regna Pythia dei intonsi Propert. 3, 13, 52. i. Apollinis. Vates Pythia Iuvenal. Sat. 13, 169.*

PYTHIA, *ōrum. n. Pl.* [Πύθια] *Ludi Apollinares, qui in Apollinis honorem sunt instituti, ob caedem pythonis serpentis nocentissimi: aut, ut Strabo 9 scripsit, hominis sceleratissimi cognomento Draconis. Ovid. Met. 1, 446 Instituit sacros celebri certamine ludos Pythia perdomitae serpentis nomine dictos. Cantare Pythia Hor. de Arte Poët. 414.*

PYTHICVS, *a, um.* *Adj.* Val. Max. 1, 8, 10 Veredica Pythicae divinationis praecurrit. Versus Pythici, vel ex oraculis editi Ammian. 29, 1.

PYTHON, *i. n.* *Bulbi genus.* Plin. 19, 5.

PYTHONION, *i. n.* *Herba.* Apul. de Herb. c. 4 et 14.

PYTHON, *ōnis. c.* [Πύθων] *Serpens, a πυθῶ, quod putredinem significat, quoniam ex putredine terrae post diluuium Deucalionis natus sit. Vid. Macrob. Saturn. 1, 17. Claud. Conf. Hon. 4, 536 Caeruleus tali prostratus Apolline Python. Tibull. 2, 3, 27 Vbi Delphica Python, Maximus Python Ovid. Met. 1, 438. Conf. Lucan. 5, 134.*

PYTHONOS COME, *es. f.* [Πυθῶνος κόμη] *Locus est in Asia, de quo Plin. 10, 23 l. 31 Pythonos comen vocant in Asia patentibus campis, vbi congregatae inter se commurmurant, eamque quae nouissima aduenit lacerant, atque ita abeunt.*

PYTHONISSA, ac. f. [Πυθώνισσα] *Mulier spiritu Pythonico correpta, quam etiam Tibullus Pythona appellat: Delphica, inquiens, Python; tanquam Pythonis vocabulum duobus generibus commune sit.* Vulg. Interp. 1 Paral. 10, 13.

5 PYTHONICVS, a, um. Adj. *Magicus.* Tertull. de Anima c. 28 et 57.

PYTHOPOLIS, is. f. [Πυθόπολις] *Ciuitas est in Mysia Plin. 5, 31.*

PYTISMA, vid. PITYSMA.

PYTISO, vid. PITISSO.

## P Y X

PYXACANTHVS, i. m. [πυξάκανθος] *Frutex est spinosus, cubitalibus ramis, foliis buxi, unde et quasi Buxea acanthus dicitur.* Plin. 12, 7

15 Spinam ipsam in Graecia quidam pyxacanthum Chironium vocant. Idem 24, 14 Lycium praestantius e spina fieri tradunt, quam et pyxacanthon Chironiam vocant. *Vid. Harduin. add. 24, 13.*

PYXIRATES, ac. m. Euphrates fluuius versus scaturigines suas, dictus est Plin. 5, 34.

20 PYXIS, idis. f. [πυξίς] *Graecum nomen, ἐπὶ τῷ πυξός, quod Latine Buxum significat, vasculum est exiguum, quod primo ex eo ligno fieri coepit. Nam ut docet Quintilianus 8, 6 de Abusione figura, Pyxides cuiuscunque materiae, quarum vsus variis rebus est accommodatus.* Plin. 18, 11 Primori inest pyxis ferrea. Apuleius de Asino 3 p. 138 *Elm.*

25 Arcula quadam reclusa pyxides plusculas inde depromit. Cic. pro Cael. 61 c. 25 Eodem Licinium esse venturum, atque iis veneni pyxidem traditurum. Martial. 9, 38 Et lateas centum condita pyxidibus.

Cornea pyxis, vid. CORNV. Buxides in MSS. reperit Cuiac. ad Paulli Sent. 3, 6. *Conf. Voss. Inst. Or. 4 p. 150.* Aeris Cyprii pyxis

30 Scribon. 9. Buxea 74. Plumbea 80. Plumbi nigri puxis 220. 230. Stannea pyxis 30. Plin. 29, 2. Clusi in plumbea pyxide lepores marini Scribon. 80. Conditum mel pyxide Id. 9. *conf.* Plin. 27, 10. Reponere, Reponi pyxide Scrib. 30. 37. 220. 230. Seruare pyxide 74.

35 PYXIDICŪLA, ac. f. Dimin. [πυξιδίων] *In qua aromata continentur.* Celf. 6, 6, 5 de Cleonis collyrio. Al. Pyxidula.

PYXIDATVS, a, um. Adj. [πυξιδωτός] *Quod ad effigiem pyxididis in commissura formatum est.* Plin. 31, 6 pr. Caeterum a fonte duci fictilibus tubis vtilissimum est, crassitudine binum digitorum;

40 commissuris pyxidatis: ita vt superior intret, calce viua ex oleo leuigatis.

PYXINVS, a, um. *Buxeus.* Celf. 6, 6, 25.

PYXIONOS, i. f. *Herba, al. Aristolochia.* Apul. de Herb.